THESAURUS
ANTIQUITATUM
SACRARUM.

THESAURUS
ANTIQUITATUM
SACRARUM

COMPLECTENS

SELECTISSIMA CLARISSIMORUM VIRORUM OPUSCULA,

IN QUIBUS

VETERUM HEBRÆORUM MORES

LEGES, INSTITUTA, RITUS SACRI, ET CIVILES ILLUSTRANTUR:

OPUS

Ad illuſtrationem utriuſque Teſtamenti, & ad Philologiam ſacram, & profanam utiliſſimum, maximeque neceſſarium.

VOLUMEN TRIGESIMUMTERTIUM

AUTORE

BLASIO UGOLINO.



VENETIIS

MDCCLXVII.

APUD JOANNEM GABRIELEM HERTZ, ET SEBASTIANUM COLETTI.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.



HIERONYMO GRADONICO
ARCHIEPISCOPO UTINENSI

BLASIUS UGOLINUS
FELICITATEM.

CUM *plurima & insignia*, PRÆSTANTISSIME PRÆSUL, *ab ineunte adolescentia, tua fuerint in me officia & promerita, ea de causa* ANTIQUITATES SACRAS, *Tibi merito dicandas addicendasque putavi,*

tavi, ut hoc publico & solemni testimonio Tibi & posteritati omni illustre atque immortale extaret meæ in Te observantiæ, seu potius pietatis monumentum. Præterea cum maxima floreas gratia atque autoritate, probe novi, si tuis Auspiciis munirentur, plurimum comparari posse ANTIQUITATIBUS SACRIS *præsidii & ornamenti. Quo singularem Tibi comparares gloriam atque existimationem, nulla Tibi vel a fortuna, vel a natura, vel a disciplina præsidia defuere. Genus vetustate, nobilitate, principatu, imperiis, pietate, civili & militari gloria, rerum gestarum magnitudine universa ferme Europa celebratur. Majores tui ab Urbe condita, vel Tribuni, vel Principes, vel Imperatores difficilimis temporibus summa cum gloria & felicitate Reipublicæ præfuere. Inter Principes de tua gente, ex quibus quatuor domi bellique rerum gestarum magnitudine celeberrimi recensentur, omnium populorum adhuc celebrata est & omnium hominum, atque omnium seculorum memoria celebrabitur Petri II. sapientia, cujus opera & consilio ea constituta est Aristocratia, quæ Græcorum & Romanorum politiam, quæ tantopere commendata est, plurimum præstat, atque antecellit. Cum maxima & singularia Tibi adessent cum a Majorum gloria, tum a tua virtute præsidia, quibus summas in Republica dignitates Tibi consequi licuisset, Adolescens præter omnium expectationem Clericorum Regularium institutum pietate, disciplina, & sanctitate tantopere celebratum professus es; ubi singularem prudentiæ & doctrinæ famam Tibi comparasti: Quamplurima eaque præclarissima extant tuæ doctrinæ & eruditionis monumenta. Universæ ferme*

Eu-

Europæ laudibus quammaxime commendatur Brixia Sacra, Tiara & Purpura Veneta, Diſſertatio hiſtorico-Critica de literis Græcis ab Italis excultis; Epiſtola ad Cardinalem Quirinum, *immortale noſtræ Italiæ decus atque ornamentum*, de Italis, qui ab XI. ſeculo uſque ad XIV. Græce calluere; *Epiſtola de Cenomanis*, Gregorius Magnus a criminationibus Caſimiri Oudini vindicatus; diſſertatio Epiſtolaris de nova S. Gregorii Magni Editione procuranda ſecundis curis retractata, & aucta; Epiſtolæ Hiſtorico-Criticæ de Probabiliſmo, & Probabilioriſmo; Epiſtola ad Johannem Franciſcum Caſalium, ubi duo Epigrammata Græca inedita Cardinalis Sirleti deprehenduntur; Monumenta de vita Servi Dei Cajetanis Mariæ Magenis C. R. Epiſtola anonima pro vendicanda doctrina Antonii Diana C. R. Præfatio, & notæ in Diſſertationem Franciſci Mariæ de Monaco C. R. in Actores & ſpectatores Comœdiarum; Monumenta pro hiſtoria Pauli IV. Homeliæ duæ, altera Utini in laudem Ss. Martyrum Hermagoræ & Fortunati, altera Bergomi in transferendis reliquiis abs Te Archiepiſcopo habitæ. *Prætereo conſulto reliqua; neque enim omnia, cum plurima ſint, commemorari poſſunt. Tuam de* Siclo Argenteo diſſertationem, *qua plurimum lucis atque ornamenti* ANTIQUITATIBUS SACRIS *comparatum eſt, nullo modo præterire poſſum. Cum tanta doctrinæ & pietatis fama floreres, Senatus ampliſſimo honorificentiſſimoque judicio, & teſtimonio, incredibili ſuffragiorum conſen-*

ſione,

ſione, Utinenſis Archiepiſcopus deſignatus es, ſuffectuſque vel invitus BARTHOLOMÆO FRATRI, *præteritis iis, qui gratia, officiis, atque autoritate præſtarent, a* CLEMENTE XIII. *Pontifice ſumma lætitia & gratulatione, quod probe noſſet, ſuæ quæ de Te ſumma eſſet, in hoc Paſtorali Miniſterio expectationi Te poſſe reſpondere. Abs Te vero nulla adhuc prætermiſſa eſt cura & diligentia, quo tanti Pontificis, & Senatus judicium tuerere. Virtutes, quæ Epiſcopum quammaxime decent, a Paulo in Te deprehenduntur, & celebrantur omnes. Pauperibus Tua affatim auxilia & præſidia affuere. Imprimis operam dandam navandamque Tibi eſſe putaſti, ut Clerici ad pietatem & doctrinam imbuerentur, ut Paræciis & Sacerdotiis ſumma cum dignitate atque utilitate præeſſe aliquando poſſint. Tua vero tanta eſt cura & vigilantia, ut diu noctuque vigilandum excubandumque Tibi eſſe cenſeas, ut Gregis Tibi a ſummo Paſtore commiſſi ſaluti, atque incolumitati conſulatur. Humanitas inprimis commendatur, facta omnibus Tui adeundi, conveniendi, conſulendique poteſtate, præſertim iis, qui a pietate & doctrina commendantur. Pro tuis maximis & ſingularibus promeritis maximæ & ſingulares Deo gratiæ actæ habitæque ſunt ab Grege tuo, & diu noctuque ab eo pro tua diuturna incolumitate, & ſalute, quo diutius Eccleſiæ tuæ præeſſe poſſis, vota nuncupantur.*

BLA-

BLASIUS UGOLINUS
PHILOLOGO SACRO.

TAndem aliquando post incredibiles exantlatos labores THESAURUM ANTIQUITATUM SACRARUM tibi exhibemus absolutissimum. Desperassemus profecto, nisi Deus inter tot tenebras, & salebras in via sæpe labantem offendentemque ביד חזקה *manu forti* substinuisset. Curam omnem operamque, ut ex vetustissimis Hebræorum monumentis Philologia Sacra illustraretur, navandam impendendamque censuimus. Mirandum vero sane est esse adhuc, quos Hebræorum monumenta fastidientes aspernantesque in tanta Philologiæ Sacræ luce cæcultare non pudeat. Ut prætercam Philologorum omnium testimonia, una satis esse poterit Hieronymi in hoc litterarum genere præ omnibus Patribus facile principis autoritas & judicium, qui in plurimis locis, præcipue in præfat. ad *Paral.* in *Hier.* XVII. 22. *Sophon.* III. 18. *Hab.* III. *Zach.* VIII. contra *Helvidium* ad Marcellam omnia a Judæis se didicisse testatur; & præsertim cap. II. *Nahum Testis est mihi* (inquit) *Dominus, me omnia, quæ secundum Hebraicum dissero, non de proprio sensu loqui (quod arguitur in Pseudoprophetis) sed Hebræorum sequi expositionem, a quibus non modico tempore eruditus, debeo meis simpliciter indicare quæ didici*. Et in Apolog. in Ruffin. *ipse* Origenes, *&* Clemens, *&* Eusebius, atque alii complures, quando de Scripturis aliqua disputant, & volunt approbare quod dicunt, sic solent scribere. Referebat mihi Hebræus, & audivi ab Hebræo, & Hebræorum ista sententia est. *Certe etiam* Origenes Patriarcham Huillum *qui temporibus ejus fuit nominat, & trigesimum Tomum in Isaiam, in cujus fine disserit*. Væ tibi Ariel quam expugnavit David; *illius expositione concludit; ut quum aliter prius sensisse se dicat, doctum ab illo id, quod verius est confitetur. Octogesimum quoque nonum Psalmum, qui inscribitur Oratio Moysis hominis Dei, & reliquos XI. qui non habent titulos, secundum Huilli expositionem ejusdem Moysis putat; nec dedignatur Hebræam Scripturam interpretans, per singula loca quod Hebræis videatur inserere*. Et in Epistola ad Occeanum scribit se Hebræo Doctore in explicandis Sacris Scripturis fuisse usum. *Veni* (inquit) *rursum Hierosolymam, & Bethleben, ubi labore pretii Bartheninam Judæum habui præceptorem; timebat enim Judæos, & exhibebat se mihi alium Nicodemum*. Innumeræ duobus abhinc sæculis Philologorum sacrorum dissertationes prodiere, qui ex unis vetustissimis Hebræorum monumentis in illustranda Scriptura monumenta eruenda curavere. Celebrantur in primis Johannis Leighfooti *Horæ Talmudicæ* in Novum Testamentum duobus in folio Voluminibus comprehensæ; ex quibus dici vix potest, quantum Novo Testamento fuerit lucis impertitum. Aucta sunt hæc monumenta a Cl. Viro *Christiano Schothgenio* duobus in quarto Voluminibus, exquibus omnes fatentur


no-

novam Novo Teſtamento lucem fuiſſe comparatam. Quis erit tam iniquus rerum æſtimator, qui veteribus Hebræis in Philologia Sacra, in qua mentiri neque licuit, neque profuit, eam fidem denegandam putet, quam omnes Græcis & Latinis Scriptoribus in rebus patriis merito habendam eſſe cenſuere? Si Græca & Romana ex Græcis & Romanis petenda & illuſtranda ſunt, cur Hebræa ex Hebræis petenda & illuſtranda non erunt? Interea, Lector Benevole, ſiquid ex hiſce meis ſtudiis profeceris, Te oro obteſtorque, ut Chriſto Redemptori qui mihi ab omnibus tum ingenii, tum doctrinæ præſidiis imparato divinitus aſſuerit, mecum pro ſuis immortalibus in me promeritis immortales gratias agas, habeaſque. Vale.

INDEX OPUSCULORUM

Quæ in hoc Volumine continentur.

R. MO-



R. MOSIS MAIMONIDIS

CONSTITUTIONES DE LUCTU

NUNC PRIMUM

A BLASIO UGOLINO

Ex Hebraico Latine redditæ.

הלכות אבל

יש בכללן ארבע מצות אחת מצות עשה ושלש מצות לא תעשה וזהו פרטן: א' להתאבל על הקרובים ואפילו כהן מתטמא ומתאבל על הקרובים ואין אדם מתאבל על הרוגי בית דין ולפי זה כללתי הלכות אלו בספר זה שהן מעין קבורה ביום מיתה שהיא מצות עשה: ב' שלא יטמא כהן גדול לקרובים: ג' שלא יכנס עם המת באהל: ד' שלא יטמא כהן הדיוט לנפש אדם אלא לקרובים בלבד: וביאור מצות אלו בפרקים אלו:

Constitutiones Luctus: In his comprehenduntur quatuor præcepta, unum affirmativum, & tria negativa; Et hæc est eorum peculiaris expositio. I. Lugendos esse propinquos; vel sacerdos se polluet, & lugebit pro propinquis; at nemo lugebit pro iis, qui occisi sunt jussu Synhedrii; hac de causa collegi has constitutiones in hoc libro, quæ spectant sepulturam in die mortis, quod sit præceptum affirmativum. II. Ne summus sacerdos se polluat pro propinquis. III. Ne ingrediatur cum mortuo in tentorium. IV. Ne sacerdos privatus se polluat pro anima hominis, sed tantum pro propinquis. Et exponuntur hæc præcepta in his capitibus.

פרק ראשון

א' מצות עש'ה להתאבל על הקרובים שנאמר ואכלתי חטאת היום הייטב בעיני ה' ואין אבילות מן התורה אלא ביום ראשון בלבד שהוא יום המיתה ויום הקבורה אבל שאר השבע' ימים אינו מן התורה אף על

CAPUT PRIMUM.

I. PRæceptum affirmativum est lugendos esse propinquos; dictum est enim *Levit.* x. 19. *Quomodo comedere potui sacrificium pro peccato hodie, & placere Domino?* At luctus non præcipitur ex lege nisi primo die duntaxat, qui est dies mortis, & dies sepulturæ; at reliqui septem dies non præcipiuntur ex lege;

פי שנאמר בתורה ויעש לאביו אבל שבעת ימים ניתנה תורה ונתחדשה הלכה ומשה רבינו תיקן להם לישראל שבעת ימי אבלות ושבעת ימי המשתה.

ב׳ מאימתי יתחייב אדם באבל משיסתם הגולל אבל כל זמן שלא נקבר המת אינו אסור בדבר מן הדברי׳ שהאבל אסור בהן ומפני טעם זה רחץ דוד וסך כשמת הילד טרם שיקבר.

ג׳ הרוגי מלכות שאין מניחין אותן להקבר מאמתי מתחילין להתאבל עליהן ולספור שבע׳ ושלשי׳ משיתיאשו לשאול למלך לקברן אעפי שלא נתיאשו מלגנוב אותן מי שטבע בנה׳ או מי שאכלתו חיה רעה משנתיאשו לבקש מצאוהו אברי׳ אברי׳ אין מונין לו עד שימצ׳ ראשו ורובו או יתיאשו מלבקש.

ד׳ מי שדרכן לשלוח המת למדינ׳ אחר׳ לקוברו ואינם יודעים מתי יקבר מעת שיחזרו פניהן מללותו מתחילין למנו׳ שבע׳ ושלשים ומתחילין להתאבל:

ה׳ הנפלים אין מתאבלין עליהן וכל שלא שהה שלשים יום באדם הרי זה נפל אפילו מת ביו׳ שלשי אין מתאבלין עליו ואם נודע בודאי שנולד לתשעה חדשים גמורים אפילו מת ביום שנולד מתאבלין עליו בן תשעה חדשים שנולד מת ובן ח׳ שמת אפילו לאחר ל׳ יומי שיצא מחותך או מ מרוסס אע״פ שכלו לו חדשיו הרי זה נפל ואין מתאבלין עליהם ולא מתעסקי׳ עמה:

ו׳ כל הרוגי מלכות אע״פ שנהרגו בדין המלך והתורה נתנה לו רשות להרגן הרי אלו מתאבלין עליהן ואין מונעין מהן כל דבר וממונם למלך ונקברין בקיברי אבותיהן אבל כל הרוגי ב״ד אין שתאבלין עליהם אבל אוננין שאין אנינות אלא בלב ואין נקברין עם אבותיהם עד שיתאכל הבשר וממונם ליורשיהם:

ז׳ כל הפורשין מדרכי ציבור והם האנשים שפרקו עול המצות מעל צוארן ואין נכללין בכלל ישראל בעשיית המצות ובכבוד המועדות וישיבת בתי כנסיות ובתי מדרשות אלו הרי הן כבני חורין לעצמן בשאר האומות וכ

ge; licet dictum sit in lege *Genes.* xxx. 10. *Et fecit patri suo luctum septem diebus;* Data est lex, & innovata est constitutio. Et Mose magister noster constituit Israelitis septem dies luctus, & septem dies convivii.

II. A quo tempore debet homo lugere? Ab obsignatione lapidis sepulchralis. At quamdiu non est sepultus mortuus, nihil est vetitum ex iis, quæ vetita sunt lugenti; & hac de causa lavit se David, & se unxit oleo quando mortuus est puer, antequam sepeliret.

III. Occisos jussu regni, quos non sinunt sepelire, quandonam incipiunt lugere, & numerare septem, & triginta dies? Postqnam acceperint facultatem a rege eos sepeliendi; vel si non acceperint, ut eos surripiant. Si quis submergatur in fluvium, aut devoretur a fera mala, postquam susceperint ejus inquisitionem; si inveniatur discerptus in membra, non numerant, nisi postquam inventum sit ejus caput, & ejus maxima pars, aut cessaverint ab inquisitione.

IV. Qui solent mittere mortuum in aliam provinciam ut sepeliatur, & ignorent quandonam sepeliatur, postquam converterint facies suas ab ejus comitatu, incipiunt numerare septem & triginta dies, & incipiunt lugere.

V. Non lugent abortus, & qui non sit triginta diebus in homine, reputatur abortus. Si moriatur tricesimo die, non lugetur; Si certo constet quod natus sit nono mense perfecto, vel si moriatur die quo nascitur, lugetur. Si filius novem mensium nascatur mortuus & filius octo mensium vel post triginta dies egrediatur concisus, aut quassatus, vel si fuerint completi ejus menses reputatur abortus, & non lugetur, neque de illo cura habetur.

VI. Omnes qui occisi sunt jussu regni, vel si occidantur in judicio regis, & lex ei dederit facultatem eos occidendi, lugentur, & nihil illis denegatur, & eorum facultates regi cedunt, & sepeliuntur in sepulchris patrum suorum: At omnes qui occiduntur in synhedrio, non lugent, sed moerent, eo quod mœstitia non sit nisi in corde duntaxat; neque sepeliuntur cum patribus suis, nisi postquam absumta fuerit eorum caro, & eorum facultates cedunt hæredibus.

VII. Omnes qui se separant a viis cœtus; & isti sunt, qui abjecerunt jugum præceptorum ex collo suo, neque comprehenduntur in genere Israelitarum in observandis præceptis, & in colendis solemnitatibus, & in consessu synagogarum, & scholarum, & reputantur sicut alie-

המינים והמשומדין והמוסרים כל אלו אין התאבלין עליהם אלא אחיהם ושאר קרוביהם לובשין לבנים ומתעטפים לבנים ואוכלים ושותים ושמחין שהרי אבדו שונאיו של הקדוש ברוך הוא ועליה׳ הכתוב אומ׳ הלא משנאיך ה׳ אשנא:

ז׳ המאבד עצמו לדעת אין מתעסקין עמו לכל דבר ואין מתאבלין עליו ואין מספידין אותו אבל עומדין עליו בשורה ואומרים עליו ברכת אבלים וכל דבר שהוא כבוד לחיים ואי זהו המאבד עצמו לדעת לא שעלה לגג ונפל ומת אלא האומר הריני עולה לראש הגג ראוהו שעלה מיד דרך כעס או שהיה מיצר ונפל ומת הרי זה בחזקת שאבד עצמו לדעת אבל אם ראוהו חנוק ותלוי באילן או הרוג ומושלך על גב סייפו הרי זה בחזקת כל המתים ומתעסקין עמו ואין מונעין ממנו דבר:

פרק שני

א׳ אלו שאדם חייב להתאבל עליהן דין תורה אמו ואביו בנו ובתו ואחיו ואחותו מאביו ומדבריה׳ שיתאבל האיש על אשתו הנשואה וכן האשה על בעלה ומתאבל על אחיו ועל אחותו שהן מאמו אפי׳ הכהן שאינו מתטמ׳ לאחיו ואחותו מאמו ולאחותו הנשואה אע״פ שהיא מאביו מתאבל הוא עליהן ואם היתה אחותו זו הנשואה מאביו הרי הוא מתאבל עליה דין תורה בנו או אחיו הבא מן השפחה ומן הנכרית אינו מתאבל עליהן כלל וכן מי שנתגייר הוא ובניו או נשתחרר הוא ואמו אין מתאבלין זה על זה וכן אשתו ארוסה אינו מתאבל עליה ולא אונן וכן היא לא אוננת ולא מתאבלת עליו:

ב׳ כל קרובים שהוא חייב להתאבל עליהן הרי זה מתאבל עמהן בפניהן מדברי סופרים כיצד הרי שמת בן בנו או אחי בנו או אם בנו חייב לקרוע בפני בנו ולנהוג אבילו׳ בפניו אבל שלא בפניו אינו חייב וכן בשאר הקרובים אשתו הנשואה אע״פ שהוא מתאבל עליה אינו מתאבל עמה על שאר קרובי׳ אלא על אביה ועל אמה משום כבוד אשתו נוהג אבילות עליהן בפניה:

alienigenæ, & ſicut aliæ gentes, & ſimiliter hæretici, & apoſtatæ, & proditores, iſti omnes non lugentur; verum eorum fratres, & reliqui propinqui induunt veſtes albas, & velantur indumentis albis, & comedunt, & bibunt, & lætantur, quia perierunt oſores Dei S. B. Et de his ſcriptura dicit *Pſ.* CXXXVIII. 21. *Nonne qui oderunt te Domine, oderam?*

VIII. De amente nulla habetur cura, neque lugetur, neque plangitur, at ejus cauſa conſiſtunt in ſerie, & pro eo recitatur benedictio lugentium, & fit omne quod ſit honor viventium. Quinam eſt demens? Non eſt ille, qui adſcendat in tectum & cadat, & moriatur; at qui dicat; ecce adſcendam in ſummitatem tecti; & videant, quod ſtatim aſcendat ex iracundia, aut ex afflictione & cadat, & moriatur, ecce præſumitur, quod ſit demens; at ſi illum videant ſtrangulatum, aut appenſum arbori, aut occiſum, aut projectum ſuper gladio, eſt de illo præſumtio quæ eſt de omnibus mortuis, & de illo habetur cura, & nihil denegatur.

CAPUT II.

I. ISti ſunt ab homine lugendi ex præſcripto legis, mater & pater, filius & filia, frater, & ſoror ex patre; & ex verbis ſcribarum vir lugebit pro uxore ſua nupta, & ſimiliter uxor pro marito ſuo, & lugebit pro fratre & ſorore ſua ex matre; Vel ſacerdos, qui non polluitur pro fratre & ſorore ſua ex matre, & pro ſorore nupta, quamvis ſit ex patre, tamen pro iſtis lugebit, & ſi ſoror nupta fuerit ex patre, pro ea lugebit ex præſcripto legis. Pro filio aut fratre, qui natus ſit ex ancilla, aut alienigena omnino non lugebit; & ſimiliter ſi proſelytus factus ſit ipſe, & ejus filius, aut libertate donatus ſit ipſe & ejus mater; pro illis non lugebunt; & pariter pro uxore deſponſata non lugebit neque planget; & ſimiliter ipſa pro illo non planget neque lugebit.

II. Pro cunctis propinquis, pro quibus debet lugere, in eorum conſpectu lugebit ex verbis ſcribarum. Quomodo? Si moriatur filius filiæ, aut frater filii, aut mater filii debet lacerare veſtes in conſpectu filii ſui, & obſervare luctum in ejus conſpectu, at eo abſente non obligatur, & ſimiliter pro reliquis propinquis uxoris ſuæ nuptæ, quamvis pro ea lugeat, tamen non lugebit cum ea pro reliquis propinquis, ſed tantum pro ejus patre & matre propter honorem uxoris ſuæ obſervabit luctum in ejus conſpectu.

ג׳ כיצד מי שמ׳ חמיו או חמותו כופ׳ מטתו ונוהג אבילות עם אשתו בפניה אבל לא שלא בפניה וכן האשה שמת חמיה או חמותה נוהגת אבילות בפניו אבל שאר קרובים כגון שמת אחי אשתו או בנה והאשה שמת אחי בעלה או בנו אין מתאבלים זה על זה וכן יראה לי שאם מתה אשת קרובו או בעל קרובתו כגון שמתה אשת בנו או בעל בתו אינו חייב להתאבל עליהן וכן כל׳ כיוצא בזה.

ד׳ כמה חמורה מצות אבילות שהרי הכהן נדחת לו הטומאה מפני קרוביו כדי שיתעסק עמהן ויתאבל עליהן שנא׳ כי אם לשארו הקרוב אליו לאמו וגו׳ לה יטמא מצות עשה שאם לא רצה להטמא מטמאין אותו על׳ כורחו בד״א בזכרים שהוזהרו על הטומאה אבל הכהנות הואיל׳ ואינן מוזהרות על׳ הטומאה כן אינן מצוות להתטמא לקרובים אלא אם רצו מתטמאות ואם לאו לא מתטמאות:

ה׳ אשתו של כהן מתטמא לה על כרחו ואינו מטמא לה אלא מדברי סופרים עשאוה כמת מצוה כיון שאין להיורש אלא הוא לא תמצא מי שיתעסק בה ואינו מטמא אלא לנשואה בלבד אבל הארוסה אינו מטמא לה:

ו׳ וכן כל אותן שאמרנו שאין מתאבלין עליהן כגון הרוגי ב״ד ושפרשו מדרכי צבור והנפלי׳ והמאבד עצמו לדעת אין הכהן מתטמ׳ להן:

ז׳ ועד מתי הוא מצוה להתטמ׳ לקרוביו עד שיסתם הגולל אבל מאח׳ שנסת׳ הגולל הרי הן כשאר כל המתים שאם נטמא כהן לוקה:

ח׳ אשתו הפסולה אינו מטמ׳ לה לפיכ׳ מי ששמעה שמוע׳ שמת בעלה וניסית ובא בעלה שניהן אין מטמאין לה שהרי היא פסולה לשניהן אבל מטמ׳ הוא לאמו אע״פ שהיא חללה וכן מטמא לבנו ולבתו ולאחיו ולאחותו אע״פ שהן פסולין אפילו היו ממזרים מטמא להן אחותו הנשואה אינו מטמא לה אע״פ שהיאנשואה לכהן שנ׳ הבתולה הקרובה אליו

III. Quomodo? Sicut moriatur ſocer aut ſocrus; invertet lectum, & obſervabit luctum cum uxore ſua in ejus conſpectu, at non illa abſente. Et ſimiliter uxor, ſi illi moriatur ſocer aut ſocrus, obſervabit luctum in ejus conſpectu; At pro reliquis propinquis; v. g. ſi moriatur frater uxoris ſuæ, aut filius, & uxor, ſi moriatur frater mariti ſui, aut filius, non lugebuntur. Et ſimiliter mihi videtur, ſi moriatur uxor propinqui ſui, aut maritus propinquæ ſuæ; v. g. ſi moriatur uxor filii ſui, aut maritus filiæ ſuæ pro illis non obligatur ad luctum; Idem de reliquis hujuſmodi dicendum eſt.

IV. Quam grave eſt præceptum luctus! Etenim ſacerdoti pellitur immundities propter ejus propinquos, ut occupetur cum illis, & pro illis lugeat. Dictum eſt enim *Levit.* XXI. 2. *Sed in propinquo ſuo proximo ſibi de matre ſua &c. pro ea polluetur*. Præceptum eſt affirmativum, ſi noluerit ſe polluere, eum vel invitum polluunt. De quo hæc dicta ſunt? De maribus, qui de immunditia præmonentur; at ſacerdotibus fœminis, quæ de immunditie non præmonentur, non incumbit præceptum, ut ſe polluant pro propinquis, ſi velint, poſſunt ſe polluere, ſi minus, ſe non polluent.

V. Pro uxore ſacerdos vel invitus polluetur; at pro illa non polluetur niſi ex verbis ſcribarum, quia conſideratur ſicut mortuus præcepti, cum illi non ſit hæres niſi ipſe, nemo deprehenditur, qui de illa curam habeat; neque polluetur niſi pro uxore nupta dumtaxat, at non polluetur pro deſponſata.

VI. Et ſimiliter pro omnibus iſtis, quos commemoravimus, quod non lugeant, e. g. pro occiſis in ſynhedrio; & pro iis qui ſe ſepararunt a viis cœtus, & abortibus, & demente, ſacerdos non polluetur.

VII. Quandiu extat præceptum, ut polluatur pro propinquiis? Donec obſignetur operculum lapidis ſepulchralis; at poſtquam obſignatum ſit operculum lapidis ſepulchralis reputantur ſicut reliqui mortui; ſi pro illis polluatur, vapulat.

VIII. Pro uxore illegitima non polluetur; Idcirco ſi audierit nuncium ſibi mortuum eſſe maritum, & nubat, & revertatur maritus, neuter pro ea polluetur, quia utrique eſt illegitima. At polluetur pro matre ſua, vel ſi fuerit prophanata; & ſimiliter polluetur pro filio, & filia ſua, pro fratre & ſorore ſua, vel ſi fuerint illegitimi, vel ſi fuerint ſpurii, pro illis polluetur; pro ſorore nupta non polluetur, vel ſi nupta fuerit ſacerdoti. Dictum eſt enim: *Levit.* XXI. 3. *Virgine*

אשר לא היתה לאיש הבתולה פרט לאנוסה ומפותה יכול שאני מוציא את הבוגרת ומוכת עץ ת"ל אשר לא היתה לאיש מי שהווייתה בידי איש אשר לא היתה לאיש פרט לארוסה שאינו מטמא לה אע"פ שהיא ארוסה לכהן:

ט' נתגרשה אחותו מן האירוסין מטמא לה שנ' הקרובה אליו להביא את המגורשת מן האירוסין אחיו ואחותו מאמו אינו מטמא להן שנ' ולבנו ולבתו ולאחיו ולאחותו מה בנו הראוי לירושתו אף אחיו ואחותו הראויה לירושתו:

י' הספקות אינו מטמא להן שנאמר לה יטמא מטמא הוא על הוראי ואינו מטמא על הספק לפיכך הולדות שנתערבו והבן שהוא ספק בן שבעה לאחרון או בן תשעה לראשון וכן כל כיוצא בהן אינו מטמא להן מספק וכן כל המתגרשת ספק גירושין או בגט פסול אינו מטמא לה:

יא' אין הכהן מטמא לאבר מן החי מאביו ולא לעצם מעצמי אביו וכן המלקט עצמו' אביו אינו מטמא להן אע"פ שהשדרה קיימת נקטע ראשו של אביו אינו מטמא לו שנ' לאביו בזמן שהוא שלם ולא בזמן שהוא חסר:

יב' וכן שאר הקרובים הטומאה לקרובים דהויה היא ולא הותרה לכל לפיכך אסור לכהן להתטמא למת אפילו בעת שמתטמא לקרוביו שנאמר לה יטמא אינו מטמא לאחרים עמה שלא יאמר הואיל ונטמאתי על אבי אלקט עצמות פלוני או אגע בקבר פלוני לפיכך כהן שמת לו מת צריך להזהר ולקוברו בסוף בית הקברות כדי שלא יכנס לבית הקברות ולא יתטמא בקברות אחרים כשיקבור מתו:

פרק שלישי

א' כל כהן שנטמ' למת חוץ מששה מתי' המפורשין בתור' או אשתו בעדים והתראה הרי זה לוקה שנ' לנפש לא יטמ' בעמיו ואח'

gine propinqua illi, quæ non fuerit viro. Virgine, excludit violatam, & seductam; crederem posse excludere adultam, & vulneratam ligno? Idcirco dictum est: *Quæ non fuerit viro*. Quæ fuerit in potestate viri. *Quæ non fuerit viro*. Excludit desponsatam, pro qua non polluetur, vel si fuerit desponsata sacerdoti.

IX. Si ejus soror fuerit repudiata ex sponsalibus, pro illa polluetur. Dictum est enim: *Proxima illi*. Ad includendum repudiatam ex sponsalibus. Pro fratre & sorore sua ex matre non polluetur. Dictum est enim: *Ibid. Et pro filio & pro filia sua, & pro fratre & sorore sua*. Sicut filius suus intelligitur, qui sit conveniens, ut ab eo hæreditet, ita pariter frater & soror intelligitur, qui sint convenientes, ut ab illis hæreditet.

X. Pro dubiis non polluetur. Dictum est enim: *Ibid. Pro illa polluetur pollutione ipse*. Pro certo ipse polluetur, at pro dubio non polluetur. Idcirco si partus immisceantur, & fuerit filius, de quo sit dubium, utrum sit septem mensium pro ultimo, an novem mensium pro primo, & pariter his similes; idcirco pro illis non polluetur propter dubium. Et similiter quæ sit repudiata ex dubio, aut libello repudii illegitimo, pro illa non polluetur.

XI. Sacerdos non polluetur pro membro vivo ex ejus patre, neque pro osse ex ossibus patris sui; & similiter si colligat ossa patris sui, pro iis non polluetur; vel si spina dorsi subsistat, si succidatur caput patris sui, non polluetur: Dictum est enim: *Ibid. Pro patre suo*; quo tempore sit integer, non autem quando sit deficiens.

XII. Similiter pro ceteris propinquis poterit se polluere, pro propinquis licebit, at non est licitum pro omnibus. Idcirco, vetitum est sacerdoti pollui pro mortuo, vel eo tempore, quo polluitur pro propinquo suo. Dictum est enim: *Ibid. Pro illa polluetur*. At pro aliis una cum illa non polluetur; ne dicat; quoniam pollutus suum pro patre meo, colligam ossa N. N. & tangam sepulchrum N. N. Idcirco sacerdos, si sibi moriatur mortuus, debet præmoneri, ut sepeliat illum in fine sepulchreti, ne ingrediatur in sepulchretum, neque polluetur sepulchro aliorum, quando sepelit mortuum suum.

CAPUT III.

I. Omnis Sacerdos si polluatur mortuo, exceptis sex mortuis explicatis in lege, aut pro uxore sua, si adsint testes & præmonitio, vapulat. Dictum est enim:

Ibid.

הנוגע במת או המאהיל או הנוש' ואחר המת ואחר שאר הטומאות המפורשו' מן המת שנ' לנפש לא יטמא בעמיו וכבר פרשנו בהלכות טומאת מת כל דברי' המטמאין מן המת מן התורה מדבריה':

ב' וכן אם נגע הכהן בקבר לוקה אבל נוגע הוא בבגדים שנגעו במת אע"פ שמיטמא כהן טומאת שבעה וכן אם נכנס לאהל טמא שנכנסה לו הטומאה לוקה אע"פ שעצמ' של טומא' בבית אחר וכבר בארנו כל האהלי' שתכנס להן הטומאה או שתצא מהן ודין הסככות והבלטות וכל הדברי המביאי' את הטומאה והחוצצין בפני הטומאה ואי זה מהן דין תורה ואי זה מהן מד ברביהן הכל בהלכו' טומאת מת ושם בארנו שאין הגוים מטמאין באהל ולפיכ' קברותיהם טהורים ומותר לכהן ליכנס לשם ולדרוך על קברותיהם ואינו אסור אלא שיגע בטומאה או שישאנה כמו שבארנו שם:

ג' כהן שנכנס לאהל המת או לבית הקברות בשגגה ואחר שידע התרו בו אם קפץ ויצא פטור ואם ישב שם כדי השתחויה כמו שבארנו בעניין טומאה מקדש הרי זה לוקה נכנס ויצא וחזר ונכנס ויצא אם התרו בו כל פעם ופעם לוקה על כל כניסה וכניסה וכן אם נגע במת והתרו בו ופירש וחזר ונגע והתרו בו אפילו מאה פעמים לוקה על כל אחת ואחת היה נוגע ולא פירש או שהיה עומד בבית הקברות ונגע במתים אחרים אף על פי שהתרו בו כמה פעמים אינו לוקה אלא אחת שהרי מחולל ועומד כל זמן שלא פירש:

ד' המטמא את הכהן אם היו שניהם מזידין הרי הכהן לוקה וזה שטמאו עובר על ולפני עור לא תתן מכשול היה הכהן שוגג וזה שטמאו מזיד הרי זה שטמאו לוקה:

ה' כהן גדול אינו מטמא לקרובין שנאמר לאביו ולאמו לא יטמא וכן אינו נכנס עם

Ibid. Pro anima non polluetur in populis suis. Sive tangat mortuum, sive ingrediatur ejus tentorium, aut portet, tam mortuum, quam reliquas immunditias quæ separantur ex mortuo. Dictum est enim. *Pro anima non polluetur in populis suis*. Et jam exposuimus in constitutionibus immunditiei mortui omnia, quæ polluunt ex mortuo tam ex lege, quam ex verbis scribarum.

II. Similiter sacerdos si tangat sepulchrum, vapulat; at si tangat vestes, quæ tetigerunt mortuum, quamvis polluatur sacerdos pollutione septidui, & similiter si ingrediatur in tentorium immundum, in quod ingressa fuerit immundities, vapulat, quamvis ipsa immundities sit in alia domo. Et jam exposuimus omnia tentoria, in quæ ingressa fuerit immundities, aut ex his educta fuerit; & conditiones operculorum, & prominentiæ; & ea omnia, quæ inferunt immunditiem, & discrimina propter immunditiem, & quænam sint ex lege, & quænam ex verbis scribarum; Hæc omnia deprehenduntur in constitutionibus immunditiei mortui; & ibi exposuimus, quod gentiles non polluant in ejus tentorio; ea de causa quod eorum sepulchra sint munda, & quod sacerdoti liceat in ea ingredi, & super eorum sepulchra incedere; & non est vetitum, nisi quod tangat in immunditie, aut eam gestet, sicut ibi diximus.

III. Sacerdos, qui ingrediatur in tentorium mortui, aut in sepulchretum per errorem, & deinde innotuerit, & præmoneatur, si exsiliat & egrediatur, absolvitur, si ibi consistat tandiu, ut oret, sicut diximus in constitutionibus immunditiei sanctuarii, vapulat: Si ingrediatur, & egrediatur, atque iterum ingrediatur, atque egrediatur, si singulis vicibus præmoneatur, singulis vicibus pro singulis ingressibus vapulat. Similiter si tangat in mortuo, & se separet, atque iterum tangat, & præmoneatur, vel centies vapulat pro singulis tactibus. Si tangat, & se non separet, & consistens in sepulchreto tangat alios mortuos, vel si sexcenties præmoneatur, non vapulat nisi semel, eo quod prophanetur & consistat, quandiu se non separet.

IV. Si quis polluat sacerdotem, si ambo de industria agant, sacerdos vapulat, & qui illum polluit, prævaricatur præceptum: *Coram cæco ne ponas offendiculum*. Si sacerdos agat per imprudentiam, & qui illum polluit, agat de industria, qui illum polluit, vapulat.

V. Summus sacerdos non polluetur pro propinquis. Dictum est enim: *Levit*. L.

cit.

המת באהל אפילו קרוביו שנאמר ועל כל נפשות מת לא יבא הא למת שהוא חייב בלא יבא וחייב בלא יטמא כיצד נגע או נשא לוקה אחת נכנס לאהל וישב שם עד שמת עליו המת או שנכנס בשידה תיבה ומגדל ובא חברו ופרע עליו גג׳ השידה שהרי טומאה וביאה באין כאחד הרי זה לוקה שתים משום לא יבא ומשום לא יטמא נטמא מקודם ואחר כך נכנס לאהל אם התרו בו לוקה אף על הביאה:

ו׳ כהן שפגע במת מצוה בדרך הרי זה מטמא לו אפילו כהן גדול חייב להטמא לו ולקוברו ואי זהו מת מצוה אחד מישרא׳ שהיה מושלך בדרך ואין לו קוברין ודבר זה הלכה מפי הקבלה במה דברים אמורים כשהיה הכהן לבדו ואין עמו אחר ואפילו קרא שם בדרך אין לו עונה אבל אם כשיקרא אחרים עונים אותו אין זה מת מצוה לא יקרא לאחרים ויבאו ויתעסקו בו:

ז׳ היו כהן ונזיר מהלכין בדרך ופגעו במת מצוה יתעסק בו הנזיר לפי שאין קדושתו קדושת עולם ואל יטמא בו הכהן אף על פי שהוא כהן הדיוט היה כהן גדול וכהן הדיוט יטמא ההדיוט וכל הקודם את חבירו במעלה מתאחר בטומאה וסגן עם משוח מלחמ׳ שפגעו במת מצוה יטמא משוח מלחמה ואל יטמא הסגן:

ח׳ נשיא שמת הכל מטמאין לו אפילו כהנים עשאוהו כמת מצוה לכל מפני שהכל חייבין בכבודו וכן הכל אוננין עליו:

ט׳ בנות אהרן לא הוזהרו על טומאת מת שנ׳ אמור אל הכהנים בני אהרן ולא בנות אהרן וכן החללים מותרין להטמא שנאמ׳ בני אהרן עד שיהיו בכיהונם כהן קטן הרי הגדולים מוזהרים שלא יטמאוהו ואם

cit. *Pro patre, & matre sua non polluetur.* Neque ingredietur cum mortuo in tentorium vel pro suo propinquo. Dictum est enim: *Ibid. Et pro omnibus animabus mortui non veniet.* Docetur, quod sit reus propter præceptum *non veniet*, & similiter sit reus propter præceptum; *non polluetur*. Quomodo intelligitur? Si tangat, & gerat, semel vapulat; si ingrediens in tentorium ibi consistat, donec moriatur mortuus aut si ingrediatur in capsam, arcam, & armarium, & veniens socius aperiat super eum operculum capsæ; eo quod immundities & ingressus eodem tempore contingunt, bis vapulabit & propter præceptum *non veniet*, & propter præceptum *non polluetur*. Si prius polluatur, & deinde ingrediatur in tentorium mortui, si præmoneatur vapulat vel propter ingressum.

VI. Sacerdos si offendat mortuum præcepti in via, pro illo se polluet, vel si fuerit summus sacerdos debet se polluere, & illum sepelire; Quinam est mortuus præcepti? Israelita, qui sit projectus in via, & nemo sit, qui, eum sepeliat: & hoc constat ex traditione. De quo hæc dicta sunt? Quando solus fuerit sacerdos, & nemo sit cum illo, vel si clamaverit in via, & nemo responderit; At si clamet, & alii respondeant, hic non est mortuus præcepti; at vocabit alios, & venientes de illo curam habebunt.

VII. Si sacerdos & Nazyræus incedant per viam, & offendant mortuum præcepti, curam de illo habebit Nazyræus, quia ejus sanctitas non est sanctitas perpetua, neque pro illo se polluet sacerdos, vel si fuerit sacerdos vulgaris: Si fuerint sacerdos summus & sacerdos vulgaris, se polluet sacerdos vulgaris, & qui excellit in dignitate, magis erit tardior in immunditie. Si vicarius summi sacerdotis, & unctus belli causa offendant mortuum præcepti, polluetur unctus belli causa, & non polluetur vicarius summi sacerdotis.

VIII. Si moriatur princeps omnes se polluent, vel sacerdotes, eo quod omnibus habeatur sicut mortuus præcepti; & omnes lugebunt.

IX. Filiæ Aharon non præmonentur de immunditie mortui. Dictum est enim; *Levit.* l. c. *Dic Sacerdotibus filiis Aharon.* At non filiabus Aharon. Et similiter prophanatis licet se polluere. Dictum est est enim: *Ibid. Filiis Aharon.* Quando sint in eorum sacerdotio. Et similiter puer; etenim majorennes præmonentur, ne se polluant; si sponte veniat ad se polluendum, synhedrio non incumbit

præ-

בא להטמא מעצמו אין ב"ר מצווין עליו להפרישו אבל אביו צריך לחנכו בקדושה:

י' מת חופש ארבע אמות שלו לטומאה וכל כהן שנכנס לתוך ארבע אמות מכין אותו מכת מרדות וכן אם נכנסו לבית הפרס או יצא חוצ' לארץ או שנטמא בדם תבוסה או בגולל ובדופק וביוצא בהן מכין אותו מכת מרדות מפני שהן אבות של דבריהם כמו שבארנו בהלכו' טומאת מת:

יא' אבל אם נכנס לבית הקברות לוקה מן התור' מותר לכהן לחטמא בבית הפרס או בחוצה לארץ לדבר מצוה בזמן שאין שם דרך אלא הוא כגון שהלך לישא אשה או ללמוד תורה אע"פ שיש שם מי שילמדנו בארץ ישרא' לא מן הכל אדם זוכה ללמוד:

יב' וכן מטמ' בטומאה מדבריהם לכבוד הבריות כיצד אבל שהלך בבית הפרס הכל הולכין אחריו שם לנחמו:

יג' וכן מדלגין על גבי ארונות של מתים לקראת מלכים ואפילו מלכי גוים כדי להבחין בינם לבין מלכי ישרא' כשיחזור כבודן למקומן וכן כל כיוצא בזה וכן מטמא בטומאה של דבריהם לדון עם הגוים ולערער עמהן מפני שהוא מציל מידם וכן כל כיוצא בזה:

פרק רביעי

א' מנהג ישראל במתים ובקבור' כך הוא מאמצין עיניו של מת ואם נפתח פיו קושרי' את לחיו ופוקקין את נקביו אחר שמדיחי' אותו וסכין אותו במיני בשמים וגוזזין שערו ומלבישין אותו תכריכין תפורין בחוט של פשתן לבני' ולא יהיו דמיהם יקרים ונהגו חכמי' בסודר שוה זוז שלא לבייש את מי שאין לו ומכסין פני המת שלא לבייש את העניים שפניה' מושחרין ברעב:

ב' ואסור לקבור בתכריכין של משי ובגדים המוזהבין הרקומין אפי' לנשיא שבישרא' שזהו

præceptum, ut eum ſeparet; at pater debet illum aſſuefacere in ſanctitate.

X. Mortuus comprehendit quatuor cubitos in ſua immunditie. Sacerdos ſi ingrediatur intra quatuor cubitos, vapulat verberibus rebellionis. Et ſimiliter ſi ingrediatur in domum expanſionis, aut egrediatur extra terram, aut ſi polluatur ſanguine calcationis, aut operculo lapidis ſepulchralis, aut adhæſione pulveris, aut his ſimilibus vapulat verberibus rebellionis, quia ſunt patres immunditiei ex verbis ſcribarum, ſicut expoſuimus in conſtitutionibus immunditiei mortui.

XI. At ſi ingrediatur in ſepulchretum, vapulat ex lege; Licet ſacerdoti ſe polluere in domo expanſionis, aut egredi extra terram præcepti cauſa, quando non ſit alia via; e. g. ſi proficiſcatur, ut ducat uxorem, aut ut addiſcat legem; quamvis ſit in terra Iſrael, qui eum docere poſſit; ex quovis non habet meritum, ut addiſcat.

XII. Pariter poterit ſe polluere immunditie ex verbis ſcribarum, ut honorem impertiat creaturis. Quomodo intelligitur? Si lugens ſe conferat in domum expanſiones, omnes poſt illum incedere debent, ut eum conſolentur.

XIII. Et ſimiliter licebit inſilire ſuper arcas mortuorum, ut obviam eant regibus, vel ſi fuerint reges gentiles, ut fiat diſcrimen inter illos & reges Iſrael, quando in locum ſuum eorum honor reſtituatur; Idem de rebus hujuſmodi dicendum eſt. Et ſimiliter licebit ſe polluere immunditie ex verbis ſcribarum, ut poſſint judicium exercere, & contendere cum gentilibus, eo quod reputetur perinde ac ſe ſervet ab eorum manibus: Idem putandum eſt de his ſimilibus.

CAPUT IV.

I. Conſuetudo Iſraelitarum in mortuis, & in eorum ſepultura hujuſmodi eſt. Clauduntur oculi mortui; ſi apertum ſit os, colligantur ejus genæ, & obturantur ejus foramina; Poſtquam lotus fuerit, ungitur ſpeciebus aromatum, & tondetur ejus coma, & induitur veſtimentis conſutis filo lineo, albis, quæ pretioſa eſſe non debent; & ſapientes uti conſuevere ſudario, quod æquivalet zuzæ, ne pudeat eos, qui non habent; & velatur facies mortui, ne pudeat pauperes, eo quod eorum facies nigræ factæ ſint propter famem.

II. Et vetitum eſt ſepelire indumentis ſericeis, & veſtibus aureis, & factis opere phrygiano, vel ſi fuerit princeps Iſrael; eo quod hoc ſit argumentum ſuper-

נסורת הרוח וזה שתתהומעשה גוים:

ג׳ וסובלין את המת על הכתף עד בירת הקברות ונושאי המטה אסורין בנעילת הסנדל שמא תפסק רצועה מסנדלו של אחד מהן ונמצא מתעכב מן המצוה:

ד׳ וחופרין בעפר מערות ועושין כוך בצד המערה וקוברין אותו בו ופניו למעלה ומחזירין העפר והאבני׳ עליו ויש להן לקבור בארון של עץ והמלוין אותו אומרין לו לך בשלום שנ׳ ואתה תבוא אל אבותיך בשלום:

ה׳ ומציינין את הקברות ובונים נפש על הקבר והצדיקין אין בונים להם נפש על קברותיה׳ שדבריה׳ הם זכרונם ולא יפנה אד׳ לבקר הקברו:

ו׳ הגוסס הרי הו׳ כחי לכל דבר אין קושרין לחייו ואין פוקקין נקביו ואין מניחין כלי מתכו׳ וכלי מיקר על טבורו שלא יתפח ולא סכין אותו ולא מדיחין אותו ולא מטילין אותו על החול ולא על המלח עד שעה שימות והנוגע בו הרי זה שופך דמים למה זה דומה לנר שמטפטף כיון שיגיע בו אדם יכבה וכל המאמץ עינוו עם יציאת נפש הרי זה שופך דמים אלא ישהא מעט שמא נתעלף:

ז׳ וכן אין קורעין עליו ולא חולצין כתף ולא מספידי׳ ולא מכניסי׳ עמו ארון ותכריכי׳ בבי׳ עד שימות:

ח׳ מי שמתו מוטל לפניו אוכל בבית חברו אין לו בית אחר עוש׳ מחיצה ואוכל אין לו דבר לעשות מחיצה מחזר פניו ואוכל ובין כך ובין כך אינו מיסב ואוכל ולא אוכ׳ בשר ולא שותה יין ואינו מברך ואינו מזמן ואין מברכין עליו ואין מזמנין עליו ופטור מקרית שמע ומן התפילה ומתפילין ומכל מצו׳ האמורות בתורה:

ט׳ בשבת מיסב ואוכל בשר ושותה יין ומברך ומזמן ומברכי׳ עליו ומזמנין עליו וחיב בכל מצות האמורות בתורה חוץ מתשמיש המטה:

perbiæ, & perditionis, & ſit opus gentilium.

III. Et humeris effertur mortuus ad ſepulchretum; & qui efferunt feretrum, non licet induere calceos; fieri poteſt ut alicui ex iis rumpatur corrigia ex calceo, & deprehendatur, quod impediat præceptum.

IV. Et effodiunt in terra ſpeluncarum, & in iis ædificant ſepulchrum in latere ſpeluncæ, & ibi ſepeliunt, facie ad cœlum converſa, & reſtituunt pulverem & lapides ſuper illum; & ſepeliuntur in arca lignea; & qui eum comitantur, dicunt: Vade in pace; Dictum eſt enim *Geneſ.* xv. 15. *Et tu venies ad patres tuos in pace.*

V. Et pingebantur ſepulchra, & conſtruebantur epitaphia ſuper ſepulchro; At juſti non conſtruebant ſibi epitaphia ſuper ſuis ſepulchris; eo quod eorum verba eſſent eorum memoriale, neque erant inquirenda in ſepulchris.

VI. Agonizans reputatur omnino ut vivus; Non alligantur ejus genæ, non obturantur ejus foramina, neque ejus ventri imponuntur vaſa ænea, & marmorea, ne infletur, neque ungitur, neque lavatur, neque transferendus eſt ſuper pulvere, aut ſuper ſale, uſque ad horam mortis; & qui eum tangit, reputatur effuſor ſanguinis: Cuinam iſte eſt ſimilis? Lucernæ quæ exſtillat; Si eam quis tangat, exſtinguitur; & qui claudit ejus oculos, quo tempore egreditur anima, habetur effuſor ſanguinum; at expectabit aliquantulum; fieri poteſt, ut ſit in deliquio.

VII. Non ſunt pro eo lacerandæ veſtes, neque detegendus eſt humerus, neque erit lugendus, neque erit arca introducenda, neque indumenta in domum, niſi poſtquam fuerit mortuus.

VIII. Sicut fuerit poſitus mortuus in ejus conſpectu, comedet in domo ſocii ſui, ſi alia domus ſibi non fuerit, faciet ſibi interſtitium, & comedet; ſi non poterit ſibi facere interſtitium, convertet faciem ſuam & comedet. Sive hoc ſive illo modo, non comedet accumbens, non comedet carnem, neque bibet vinum, non benedicet, neque invitabit; neque pro illo benedicent, neque eum invitabunt; Et liber eſt ab oratione *audi*, & ab precibus, & a Thephilin, & ab omnibus præceptis in lege memoratis.

IX. In Sabbatho accumbet, & comedet carnem, & bibet vinum, & benedicet, & invitabit, & ejus cauſa benedicent, & invitabunt, & obligatur ad omnia precepta, quæ in lege memorantur, excepto concubitu cum uxore.

י׳ נקבר המת הרי זה מותר לאכול בשר ולשתות יין מעט כדי לשרות אכילה שבמעין אבל לא לרוורה:

יא׳ אין משהין את המת אלא מרחין מטתו מיד וכל המרחה מטתו הרי זה משובח ועל אביו ועל אמו הרי זה מגונה היה:

יב׳ ערב שבת או ערב יום טוב או שהיו גשמי׳ מזלפי׳ על המטה מותר שלא מיהר אלא לכבוד אביו ואמו וכל המלין את מתו ועבר בלא תעשה אלא אם כן הלינו לכבודו ולהשלים צרכיו;

יג׳ האבל ביום ראשון בלבד אסור להניח תפילין ולאכול משלו וחייב לישב על מטה כפויה ובשאר ימי האבל מותר לו לאכול משלו ולישב על גבי מפץ או קרקע ומניח תפילין ומניין שהוא אסור ביו׳ ראשון להניח תפילין שהרי נאמר ליחזקאל פארך חבוש עליך מכלל שכל העם אסורין ונאמ׳ לו ולחם אנשים לא תאכל מכלל שכל העם אוכלין משל אחרים ביום ראשון ואסורין לאכול משל עצמן:

פרק חמישי

א׳ אלו דברים שהאבל אסור ביום הראשון מן התורה ובשאר ימי האבל מדבריהם אסור לספר ולכבס ולרחוץ ולסוך ולשמש מטתו ולנעול את הסנבל ולעשות מלאכה ולקרות בדברי תורה ולזאוף את המטה ולפרוע את ראשו ולשאול שלום הכל י״א דבר:

ב׳ ומניין שהאבל אסור בחספורת שהרי הזהיר בני אחרון ראשיכ׳ אל תפרעו מכלל שכל המתאבל אסור לספר שערו אלא מגדל פרע וכשם שאסור לגלח שער ראשו כך אסור לגלח שער זקנו וכל שער שיש בו אחד המגלח ואח׳ המתגלח היה מגלח ושמע שמת אביו תשלו׳ תגלחת שערו אח׳ המגלח ואחד המתגלח וכן אסור לגלח שפה וליטול צפרניו בכלי אבל בשיניו או שנוטל צפורן בצפורן מותר:

ג׳ ומניין שהאבל אסור לכבס בגדיו ולרחוץ

X. Sepulto mortuo, ei licet comedere carnem, & bibere parum vini, ut humectet cibum qui eſt in ejus viſceribus non autem ut ebrius fiat.

XI. Non retardandus eſt mortuus, ſed ſtatim efferendum eſt ejus feretrum, & qui ſtatim effert ejus feretrum, eſt laudabilior; at pro patre & matre vituperatur.

XII. In veſpera Sabbathi & in veſpepera diei feſti, aut ſi pluviæ effundantur ſuper feretrum; licitum eſt morari; etenim non eſt morandum niſi propter honorem patris, & matris; & qui pernoctare faciunt mortuum, prævaricantur præceptum negativum, niſi quando pernoctent ad ejus honorem, & ad perficiendum, quæ illi ſunt neceſſaria.

XIII. Lugenti primo die vetitum eſt induere Thephilin, & comedere de ſuis cibis; & obligatur ad ſedendum in lecto inverſo; At in reliquis diebus lugenti licet comedere de ſuis cibis, & ſedere ſuper ſtorea, aut in humo, & induere Thephilin; Et unde probatur quod ſit illi vetitum induere Thephilin? Ex eo quod dictum ſit *Ezechieli* XXIV. 16. *Ornamentum tuum impone tibi*. Conſequitur univerſo populo fuiſſe vetitum: Atque eidem dictum eſt: *Et panem hominum non comedes*. Conſequitur, univerſum populum comedere de cibis aliorum primo die, & vetitum eſſe comedere de ſuis cibis.

C A P U T V.

I. HÆc ſunt, quæ vetita ſunt lugenti primo die ex lege, & reliquis diebus ex verbis ſcribarum: vetitum eſt ſe radere, & lavare veſtes, & ſe lavare, & ungere, & concumbere cum uxore, & induere calceos, & facere opus, & legere in verbis legis, & erigere lectum, & nudare caput, & impertire ſalutem; omnia ſunt undecim.

II. Et unde probatur lugenti vetitum eſſe ſe radere? Ex eo quod præmoniti fuerint filii Aharon. *Capita veſtra non denudabitis*. *Levit*. X. 6. Conſequitur quod lugenti ſit vetitum radere comam ſuam, ſed ſinet creſcere; Sicut vetitum eſt radere comam capitis, ita pariter vetitum eſt radere pilos barbæ; & omnes pilos, qui in eo fuerint, ſive ſe radat, ſive ab alio radatur; Si ſe radens audiat ſibi mortuum eſſe patrem, poterit perficere abraſionem, ſive ſe radat, ſive ab alio radatur, & ſimiliter vetitum eſt radere myſtacem, & evellere ungues inſtrumento, at licet dente, aut evellere ungue unguem licitum eſt.

III. Unde probatur lugenti vetitum eſſe

גופו ולסוף שנאמר התאבלי נא ולבשי בגדי אבל ואל תסוכי שמן ורחיצה בכלל סיכה שהרחיצה קודמת לסיכה. שנאמר ורחצת וסכת:

ד' וכשם שהאבל אסור בכיבוס בגדים כך אסור ללבוש כלים לבנים חדשים ומגוהצין אסור לסוך מקצת גופו ככל גופו ואם להעביר את הזוהמא מותר וכן אסור ברחיצה מקצת גופו בחמים אבל בצונן רוחץ פניו ידיו ורגליו אבל לא כל גופו:

ה' מניין לאבל שאסור בתשמיש המטה שנאמר וינחם דוד את בת שבע אשתו ויבא אליה וישכב עמה מכלל שהיה אסור מקודם וכן לא ישא האבל אשה ולא תנשא אשה אף על פי שאין משמשין מטתן ומותר להתיחד עם אשתו ואף על פי שהוא אסור בתשמיש המטה:

ו' מניין שהאבל אסור בנעילת הסנדל שהרי נאמר ליחזקאל ונעלך תשים ברגליך מכלל שכל העם אסורין היה בא בדרך נועל והולך וכשיכנס במדינ' חולץ מנעליו:

ז' רמז לאבל שאסור בעשיית מלאכה זה שנ' והפכתי חגיכם לאבל מה חג אסור בעשיית מלאכ' אף אבל אסו' בעשיית מלאכ' וכשם שהוא אסו' בעשיית מלאכ' כך הוא אסו' לישא וליתן בסחורה ולילך ממדינה למדינה בסחורה כל שלש' ימים הראשונים אסור בעשיית מלאכה אפילו היה עני המתפרנס מן הצדקה מכאן ואילך אם היה עני עושה בצנעה בתוך ביתו והאשה טווה בפלך בתוך ביתה: שני אחים או שני שותפין שהיו בחנות אחת ואירע אבל לאחד מהן נועלין את החנות כל שבעה:

ח' אפי' דברי' שמות' לעשותן בחולו של מועד אסו' לאבל לעשותן בידו בימי אבלו אבלו אחרי' עושין לו כיצד היו זיתיו להפוך ובדיו לגוף ופשתנו לעלו' מן המשרה וצמרו מן החור' שוכר אחרי' לעשות לו כדי שלא

esse lavare vestes suas, & lavare corpus suum, & ungere? Ex eo quod dictum est. 2. *Sam.* XIV. 2. *Luge, quæso, & indue vestes luctus, ne te ungas oleo*. Et lotio comprehenditur in unctione; etenim lotio unctionem præcedit. Dictum est enim: *Ruth.* III. 3. *Et te lavabis & unges*.

IV. Sicut lugenti vetitum est lavare vestes, ita pariter vetitum est induere vestes novas, & lævigatas. Vetitum est ungere partem corporis, æque ac totum corpus, at licitum est, si fiat, ut removeantur sordes. Et similiter vetitum est lavare partem corporis aquis calidis, at frigidis licitum erit lavare faciem, manus, & pedes, at non totum corpus.

V. At unde probatur lugenti vetitum esse concumbere cum uxore? Ex eo quod dictum est: 2. *Samp.* XII. 24. *Et consolatus est David Bethsabea, & ingressus est ad eam, & concubuit cum ea*. Deducitur, quod antea illi fuerit vetitum. Lugens non ducet uxorem, neque nubet mulier, licet una non concumbat, at poterit solus morari in cubiculo cum uxore, licet sit illi vetitus concubitus.

VI. Unde probatur lugenti vetitum esse induere calceos? Ex eo quod dictum est: *Ezech.* XXIV. 16. *Et calceum tuum pones in pedibus tuis*. Deducitur universo populo fuisse vetitum: Si fuerit in itinere, poterit induere calceos, & incedere; Quando ingrediatur in urbem, deponet calceos suos.

VII. Signum est lugenti vetitum esse opus, ex eo quod dictum est: *Amos* VIII. 10. *Et convertam festivitates vestras in luctum*. Sicut in festivitate vetitum est opus, ita pariter lugenti vetitum est opus: Similiter illi vetitum est mercari, & itinerari ab urbe ad urbem cum mercibus. Cunctis triginta diebus prioribus vetitum est illi facere opus, vel si fuerit pauper, qui alatur eleemosina; Hinc & ulterius si fuerit pauper poterit clam facere opus intra domum suam, & mulier poterit nere colo intra domum suam. Si duo fratres, aut duo socii fuerint in una officina, & contigerit alteri ex iis luctus, claudent officinam toto septiduo.

VIII. Vel opera, quæ licet fieri in diebus festo intermediis, vetita sunt lugenti, ut faciat manu sua in diebus luctus sui, at per alios facere potest. Quomodo? Si convertendæ fuerint ejus oleæ, & ejus torcularia claudenda, & ejus linum extrahendum a maceratione, & ejus lana ex aheno, poterit alios mercede conducere ut hæc sibi faciant, ne pe-

יאבדו ומרביצי' לו שרהו משתגיע עונת המים שלו: האריסין והחבירין שלו והקבלנים אלו יעשו כדרכן אבל החמרי' והגמלי' בבהמות שלו והספנים בספינה שלו הרי ﭏו לא יעשו ואם היו מחוברי' או מושכרין מקודם לזמן צוב הרי ﭏו' יעשו:

ט' שכיר יום אפילו בעיר' אחרת לא יעשה לו: האבל שהיתה מלאכת אחרים בידו בין בקבלנות בין שאינה בקבלנות לא יעשה היתה מלאכתו ביד אחרים בביתו לא יעשו בבית אחר עושין:

י' היה לו דין עם אדם אינו תובעו כל שבעת ימי האבלות ואם היה דבר אבד עושה שליח כזה הורו הגאונים:

יא' מנין שהאבל אסור בדברי תורה שהרי נאמר ליחזקאל האנק דום אסור לקרות בתורה בנביאים ובכתובי' ולשנו במשנ' ובמדרש ובהלכות והם היום רבים צריכין לו מותר ובלבד שלא יעמיד תורגמן ﭏא ילחוש לאחר בצדו וזה שבצדו אומר לתורגמן והמתורגמן משמוע לרבים:

יב' ומנין שאין האבל יושב על המטה שנאמר ויקם המלך ויקרע את בגדיו וישכב ארצה וחייב לכפות המטה כל שבעה ולא מטתו בלבד הוא כופה ﭏא כל המטות שיש לו בתוך ביתו הוא כופה אפי' עשר מטות בעשרה בתים ובעשר עיירות חייב לכפות את כולן ואפילו חמשה אחים ומת אחד מהן כולן כופתין את מטותיהן המטה המיוחדת לכלים או למעות אינו צריך לכפותה דרגש אינו צריך לכפותו ﭏא מתיר את קרביטיו והוא נופל מאליו מטה שנקליטיה יוצאין ממנה שהרי אי אפשר להפכה זוקפה ודיו הפך כל מטותיו והיה הוא ישן על מטות אחרי' או על גבי כסא או על גבי ארון או על גבי קרקע' לא יצא ידי חובתו ﭏא ישן על גבי המטה הכפויה:

יג' מניין לאבל שאסור בפריעת הראש שהרי נאמר ליחזקאל לא תעטה על שפם מכלל ששאר האבלים חייבין עטיפת הראש

reant, & poterunt illi irrigare ſuum agrum, quando advenerit tempus irrigandi. Ejus coloni, ſocii, & conductores poterunt operari juxta eorum conſuetudinem; at ejus agaſones, in ejus beſtiis, & nautæ in ejus navibus non poterunt operari; at ſi ſocietatem inierint, & mercede antea conducti fuerint definito tempore, poterunt operari.

IX. Mercenarius diurnus vel in alia ſivitate pro eo operari non poterit. Lugenti ſi fuerit opus aliorum in manu ſua, ſive fuerit, ſive non fuerit conductor, non poterit operari; Si opus fuerit in manu aliorum, in domo ſua non poterit operari, at in aliena domo poterit operari.

X. Si lugenti cum aliquo fuerit lis, non contendet toto ſeptiduo ſui luctus; ſi vero fuerit damnum & periculum comparabit ſibi legatum; ita inſignes Rabbini docuere.

XI. Unde probatur lugenti vetitum eſſe legere in verbis legis? Ex eo quod dictum eſt: *Ezechieli* XXIV. 16. *A gemitu quieſce*. Vetitum eſt legere in lege, in prophetis, & in hagiographis, & legere in Miſchna, & in Medras, & in conſtitutionibus; & ſi eo die cœtui opus eſſet, licebit, dummodo non ſtatuat interpretem; verum ſilenter dicet illi, qui ſit in ejus latere, & qui fuerit in ejus latere, dicet interpreti, & interpres ſignificabit cœtui.

XII. Unde probatur lugenti non licitum eſſe ſedere ſuper lecto? Ex eo quod dictum eſt: 2. *Sam.* XIII. 31. *Et ſurgens rex laceravit veſtes ſuas, & jacuit in terra*. Et debet invertere lectum ſuum toto ſeptiduo; non ſolum invertet lectum ſuum, ſed etiam omnes lectos, qui ſunt in domo ſua, vel decem lectos, qui fuerint in decem domibus, & in decem cubiculis debet omnes invertere. Vel ſi fuerint quinque fratres, & unus ex illis moriatur, omnes invertent lectos ſuos. Lectum, qui deſtinatus ſit pro vaſis, & nummis, non opus eſt invertere. Stratum non erat invertendum; ſed ſolvet ejus lora, & concidet ſponte ſua. Lectus cujus columnæ ex illo prominent, cum ſit impoſſibile illum invertere, ſi erigat, ſatis erit; ſi invertiſſet omnes lectos, & ipſe dormiat ſuper aliis lectis, aut ſuper ſede, aut ſuper arca, aut ſuper terra, non ſatisfacit debito ſuo; at dormiet ſuper lecto inverſo.

XIII. Unde probatur lugenti vetitam eſſe denudationem capitis? Ex eo quod dictum eſt: *Ezech.* XXIV. 16. *Ne te tegas ſuper myſtacem*. Conſequitur reliquos lugentes obligatos eſſe ad operiendum caput,

והסודר שמכסה בו ראשו עוטה ממקצתו מעט על פיו שנאמר ועל שפם יעטה ואנקלוס תרגם באבלא יתעטף:

יד׳ ומניין שהאבל אסו׳ בשאלת שלום שנ׳ והאנק דום כל שלשה ימי׳ הראשונים מי שנתן לו שלו׳ אין מחזיר לו אלא מודיעו שהוא אבל ומשלשה ועד שבעה מי ששאל בשלומו מחזיר לו שלום ומשבעה ועד שלשים שואל בשלום אחרי׳ אבל אחרי׳ אין שואלי׳ בשלומו עד לאח׳ ל׳ ועל אביו ועל אמו אין שואלין בשלומו עד לאחר י״ב חדש אם בשאלת שלו׳ נאס׳ באבל ק״ו שהוא אסור להרבות דברי׳ ולשחוק שנ׳ דום ולא יאחוז תינו׳ בידו שלא יביאנו לידי שחוק ולא יכנס למקו׳ שמח׳ כגון בתי המשתאו׳ וכיוצ׳ בהן:

פרק ששי

א׳ מדברי סופרים שיהיה האבל נוהג במקצת דברי אבלת וכל שלשי׳ יום ומנין סמכו חכמי׳ לשלשים יום שנאמר ובכתה את אביה ואת אמה ירח ימים מכלל שהאבל מצטער כל שלשים יום:

ב׳ ואלו דברים שהאבל אסור בהן כל שלשי׳ יום אסור בתספורת ובגיהוץ ובנישואין ובשמחת מרעות ולילך בסחורה ממדינה למדינ׳ הכל חמשה דברים:

ג׳ בתספורת כיצד כשם שאסו׳ לספר כל שער גופו או לגלח שפמו או לקוץ צפרניו בכלי כל שבעה כך אסו׳ כל שלשי׳ יום במה דברי׳ אמורי׳ באיש אבל באשה מותרת בנטילת שער לאחר שבעה והאיש עד שלשים יום ועל אביו ועל אמו חייב לגדל שערו עד שישלח פרע או עד שיגערו בו חבריו:

ד׳ וכן אסו׳ ללבוש כלי׳ לבני׳ חדשי׳ ומגוהצין כל שלשי׳ אחד האיש ואחד האשה היו צבועין ומגוהצין מותרין וכן אם לא היו חדשים אף ע״פ שהן לבני׳ ומגוהצין מותרין וכלי פשתן אין בהן משום גיהוץ ולאחר

put, & ſudarium, quo tegitur caput, debet velare partem oris. Dictum eſt enim: *Levit.* XIII. 45. *Et ſuper myſtacem ſe teget*. Et Onkelos interpretatur. *Inſtar lugentis ſe teget*.

XIV. Unde probatur lugenti vetitum eſſe impertire ſalutem? Ex eo quod dictum eſt. *Ezech.* l. c. *A gemitu quieſce*. Cunctis tribus diebus prioribus ſi quis ſibi ſalutem impertiat non ſalutabit; ſed ſignificabit ſe eſſe lugentem; at a tribus ad ſeptem dies ſi quis ſibi ſalutem dicat, ſalutabit. Verum a ſeptem uſque ad triginta dies, ille poterit alios ſalutare, at alii illum non ſalutabunt niſi poſt triginta dies: At pro patre & matre non ſalutabunt niſi poſt duodecim menſes. Si de ſalutando vetitum eſt lugenti, multo magis vetitum eſt multiplicare ſermones, & ridere. Dictum eſt enim: *Ezech.* l. c. *Quieſce*. Neque tenebit in manu ſua puerum, ne eum adducat ad riſum; neque ingredietur in locum lætitiæ. e. g. in domos convivii, & his ſimilia.

CAPUT VI.

I. Ex verbis ſcribarum quod lugens debeat obſervare partem luctus cunctis triginta diebus, unde probatur, quod ſapientes confirment in triginta diebus? Ex eo quod dictum eſt: *Deut.* XXI. 13. *Et lugebit patrem ſuum, & matrem ſuam menſe dierum*. Concluditur, quod lugens mœrere debeat cunctis triginta diebus.

II. Hæc ſunt, quæ lugenti ſunt vetita cunctis triginta diebus: vetitum eſt radere, & dealbare veſtes, & nubere, & lætari in ſocietatibus, & circumire cum mercibus a civitate ad civitatem. Hæc omnia ſunt quinque.

III. De abraſione quomodo intelligitur? Sicut illi eſt vetitum radere pilos totius corporis, aut radere myſtacen ſuum, aut cædere ungues ſuos inſtrumento toto ſeptiduo; ita pariter vetitum eſt cunctis triginta diebus. De quo hæc dicta ſunt? De viro, at fœminæ licitum eſt tondere comam poſt ſeptiduum, & viro uſque ad triginta dies. Et pro patre & matre debet alere comam, donec multum, creſcat, & donec in eum vociferentur ejus amici.

IV. Similiter eſt vetitum induere veſtimenta alba, & dealbata cunctis triginta diebus tam viro quam fœminæ, at ſi fuerint colorata & lævigata erunt licita. Et pariter ſi non fuerint nova, vel ſi fuerint alba, & lævigata, licita ſunt. In veſtibus lineis non eſt præceptum

שלשים יום מותר בניהוץ אפילו על אבי אמו:

ה' בנישואין כיצד אסו' לישא אשה כל שלשי' יום ומות' לארשה אפי' ביו' המיתה ומי שמתה אשתו אם כבר קיים מצו' פריה ורביה ויש לו מי שישמשנו ואין לו בנים קטנים הרי זה אסו' לימא' אשה אחרת עד שיעברו עליו שלש רגלי' אבל מי שלא קיים מצות פריה ורביה או' שקיי' ויש לו בני' קטנים או שאין לו מי שישמשנו הרי זה מותר לארשה ולכנוס מיד ואסו' לו לבא עליה עד שלשים יום וכן האשה שהית' אבלה לא תבעל עד שלשים יום:

ו' שמחת מרעות שהיה חייב לפרוע אותה מיד מותר לעשותן מיד לאחר שבעה אבל אם אינו חייב לפרעה אסו' לתכנס לה שלשים יום בד"א בשאר כל מהים אבל על אביו ועל אמו בין כך ובין כך לא יכנס לשמחה מרעות עד שנים עשר חדש:

ז' על כל המתים כולן מותר לילך בסחורה לאחר שלשים על אביו ועל אמו עד שיגערו בו חביריו ויאמרו לו לך עמנו על כל המתים כולן רצה ממעט בעסקו רצה אינו ממעט על אביו ועל אמו ממעט בעסקו ההולך ממקו' למקו' אם יכול למעט בעסקו ימעטו ואם לאו יקנה צרכי הדרך ודברי' שיש בהם חיי נפש:

ח' מי שהיה בעלה צלוב בעיר או אשתו צלוב' או אביו ואמו אסו' לו לשכון באות' העיר עד שיכלה הבשר ואם הית' עיר גדולה כאנטוכיא יש לו לשכון בצר האחר שאינן צלובין בו:

ט' יום שביעי מקצתו ככולו והוא עולה לכאן ולכאן לפי' מותר לכבס ולרהוץ ולעשות שאר הדברי' ביום שביעי וכן יום שלשים מקצתו ככולו ומות' לספר ולגהץ ביום ל':

י' מי שתכפוהו אבליו והכביד שערו מיקל בתער לא במספרים ומכבס כסותו במים אבל לא בנתר ולא בחול ורוחץ כל גופו בצונן

ptum de lævigatione, & post triginta dies licitum est dealbare vel pro patre, & matre.

V. De Nuptiis quomodo? Vetitum est ducere uxorem cunctis triginta diebus; & licitum est desponsare vel in die mortis. Si cui mortua fuerit uxor, & jam perfecit præceptum multiplicationis, & generationis, & sint qui sibi ministrant, & non sint sibi filii parvuli, ecce sibi vetitum est ducere aliam uxorem, nisi postquam præterierint tres solernitates; at si non perfecerit præceptum multiplicationis, & generationis, aut perfecerit, & sibi sint filii parvuli, & non sint qui sibi ministrent, poterit statim desponsare, & introducere in domum, at cum ea non concumbet, nisi post triginta dies; & similiter mulier, quæ sit lugens, non concumbet usque ad triginta dies.

VI. Lætitiam societatis, quam debet solvere & celebrare, statim poterit celebrare post septiduum; at si non debeat solvere, & celebrare vetitum est in eam ingredi nisi post triginta dies. De quo hæc dicta sunt? De reliquis omnibus mortuis; At pro patre, & pro matre non ingredietur in lætitiam societatis, nisi post duodecim menses.

VII. Pro omnibus mortuis licitum est itinerari cum mercibus post triginta dies, at pro patre & pro matre, donec in eum vociferentur socii, eique dicant. Veni nobiscum. Pro omnibus mortuis si velit poterit diminuere de rebus sibi necessariis; at pro patre & pro matre debet diminuere. Qui proficiscitur de loco ad locum, si poterit diminuere de rebus sibi necessariis, diminuat, si minus, sibi comparabit, quæ sibi pro itinere necessaria sunt, & ea quæ sibi pro vita animæ opus sunt.

VIII. Sicui fuerit maritus suspensus in civitate, aut uxor suspensa, aut pater & mater, vetitum sibi est habitare in ea civitate, donec caro absumta fuerit; si vero civitas ampla fuerit, ut Antiochia, licitum sibi erit in ea habitare in eo latere, ubi non sint suspensi.

IX. Pars diei septimi sicut totus dies reputatur, & pro una & altera parte computatur; idcirco licitum est lavare (sc. vestes) & se lavare, & reliqua facere in die septimo. Et similiter diei trigesimi pars, sicut dies totus trigesimus reputatur, & licitum est se radere, & dealbare vestes die trigesimo.

X. Sicui continuati fuerint luctus, & aggravata fuerit ejus coma, poterit eam allevare novacula, at non forficibus. Licebit etiam lavare totum corpus aquis frigidis, at non calidis. Sicui fuerint

אבל לא בחמין וכן מי שתכפוהו אבליו ובא
ממדינת הים ומבית השביה או שיצא מבית
האסורין או שהיה מנודה והותר או שהיה
מודר ונשאל על נדרו והותר וכל היוצא
מטומאה לטהרה הרי אלו מגלחים בימי אבלם
הואיל ותכפם אבל אחר אבל ולא מצאו
פנאי:

פרק שביעי

א' מי שבאה לו שמועה שמת לו קרוב
אם בתוך שלשים יום הגיעה השמועה אפילו
יום שלשים עצמו הרי זו שמועה קרובה וחייב
לנהוג שבעת ימי אבלות מיום שהגיעה
השמועה וקורע ומונה שלשים לאיסור
התספורת עם שאר הדברי' כללו של דבר יום
שמועתו הקרובה כיום הקבור' אבל אם
הגיעה לו השמועה אחר השלשים יום הרי זו
שמועה רחוקה ואינה נוהג' אלא יום אחד
ואינו קורע וכאילו יום השמועה הוא יום
שביעי ויום שלשי' ומקצת היום ככולו כיצד
מקצת היום ככולו כיון שנהג אבלו' שעה אחת
כאילו נוהג כל היום כולו ומותר לנעול
ולרחוץ ולסוך ולגלח בשאר היום וכן הוא
מותר בכל הדברי':

ב' מי שבאה לו שמוע' קרוב' בתוך הרגל
או ביו' שבת ולאח' שבת או אחר הרגל
נעשת רחוק' עולה לו ואינו נוהג לאח' הרגל
או לאח' השבת אלא יום אחד בלבד ומקצת
היום ככולו כמו שביארנו:

ג' מי שמת לו קרוב ולא ידע עד שבא
אם היה במקום קרוב שהוא מהלך עשר
פרסאות שאפשר שיבא ביום אחד אפי' בא
ביום השביעי אם מצא מנחמי' אצל גדול
הבית אע"פ שננערו לעמוד הואיל ומצא
מנחמי' עולה לו ומונה עמהן תשלום ל' יום
ואם ולא מצא מנחמים מונה לעצמו וכן אם
היה במקו' רחוק אפי' בא ביו' שני מונה
לעצמו שבעה ושלשי' יום מיו' שבא:

ד' האבל בשלש' ימי' הראשוני' אינו הולך
אפי' לבית אבל אח' מכאן ואילך הולך ואינו
יושב במקו' המנחמין אלא במקו' המתנחמי' ולא

rint continuati luctus, & venerit ab urbe maritima, aut ex captivitate, aut exierit ex carcere, aut fuerit excommunicatus, & anathemate fuerit absolutus, & fuerit vovens, & solutum fuerit ejus votum, & qui exierit de immunditie ad puritatem, hi omnes possunt se radere in diebus luctus sui, quoniam luctus post luctum continuatus fuit, neque invenerunt tempus se radendi.

CAPUT VII.

I. SI quis audierit nuncium sibi mortuum esse propinquum, si intra triginta dies pervenerit nuncius, vel ipso die tricesimo, ecce hic est nuncius proximus, & debet observare septem dies luctus a die quo pervenit nuncius, & lacerabit vestes, & numerabit triginta dies ita ut sibi interdicta sit abrasio una cum reliquis. Regula generalis est quod dies nuncii proximi reputatur sicut dies sepulturæ. At si sibi advenerit nuncius post triginta dies, ecce hic est nuncius remotus, non observabit nisi diem unum, neque lacerabit, & reputatur dies nuncii sicut dies septimus; & dies trigesimus; & pars diei sicut totus dies reputatur. Quomodo intelligitur, quod pars diei, sicut totus dies reputatur? v. g. si observet luctum horam unam imputatur perinde ac observet totum diem; eique licebit induere calceos, se lavare, ungere & radere in reliquis diebus; eique omnia permissa sunt.

II. Sicui advenerit nuncius proximus in die festo, aut in die Sabbathi, & post Sabbathum, aut post diem festum, reputatur ut nuncius remotus, eique imputatur, & non observat luctum post diem festum, & post Sabbathum nisi diem unum dumtaxat; & pars diei sicut totus dies reputatur, sicut exposuimus.

III. Sicui moriatur propinquus, & ignoret, donec veniat, si fuerit in loco proximo, ut sit iter decem milliarium, ut possit illuc pervenire uno die, vel si veniat die septimo, & inveniat consolantes apud virum præstantissimum domus, vel si se moveant ut surgant de terra; quoniam invenit consolantes, sibi proderit, & numerabit cum ipsis complementum triginta dierum; at si non invenerit consolantes, sibi numerabit; & similiter si fuerit in loco remoto, vel si veniat in die secundo, numerabit sibi septem & triginta dies a die quo venerit.

IV. Lugens tribus diebus prioribus non se conferet vel in domum lugentis, hinc & ulterius ire poterit, at non poterit sedere in loco consolantium, sed in loco eo-

יצא למקו׳ אחר מפתח ביתו כל שבת הראשונה׳ שנייה יוצ׳ ואינו יושב במקומו שלישי׳ יושב במקומו ואינו מדבר כדרכו רביעי׳ הרי הוא ככל אד׳:

ה׳ כהן גדול חייב בכל דברי אבלות ﭏ שאסור לו לקרוע בגדיו למעלה ולגדל פרע ולצאת אחר המטה וכל העם באים לנחמו לביתו וכשמברין אותו כל העם מסובין על הארץ והוא מיסב על הספסל ואומרי׳ לו כשמנחמי׳ אותו אנו כפרתך והוא אומ׳ להם תתברכו מן השמי׳ ואם רצה לנחם אחרי׳ הממונה ממצעו בתוך העם ואומ׳ להם תנוחמו:

ו׳ וכן המלך חייב בכלדברי אבלות ﭏ שאינו יוצא מפתח פלטורין שלו אחר מתו ואין צריך לומר אחר מתים אחרים ואינו מנחם אבלי׳ ולא יצא דוד אחר אבנר ﭏ להודיע לעם שלא נהרג ברצונו:

ז׳ אין אדם נכנס למלך לנחמו ﭏ עבדיו ומי שנתן לו רשות להכנס ואין להם רשות לדבר לו דברי תנחומין ﭏ כפי מה שירשה אותם וכשמברין אותו כל העם מסובין על הארץ והוא מיסב על הדרגש:

פרק שמיני

א׳ אבל חייב לקרוע על מתו שנאמר ובגדיכם לא תפרומו ולא תמותו הא אחר חייב לפרום ואין קריעה ﭏ מעומד שנאמ׳ ויקם המלך ויקרע את בגדיו ומחיכן קורע מלפניו והקורע מאחריו או מן הקרדין או מלמטה לא יצא ידי חובת קריעה ﭏ כהן גדול שהוא פורם מלמטה:

ב׳ כמה שיעור הקרע טפח ואין צריך להבדיל שפת הבגד ומותר לו לקרוע בכלי ויש לו לקרוע בפני׳ שלא בפני מדם לפיכ׳ יש לו להכניס ידו בפנים וקורע בצנעה ואינו חייב לקרוע ﭏ בגד העליון בלבד:

ג׳ כל ז׳ ימי אבילו׳ הקרע לפני׳ ואם

eorum, qui conſolationem accipiunt; neque egredietur in alium locum ab oſtio domus ſuæ tota ſeptimana priori; in ſecunda poterit egredi, at non ſedebit in loco ſuo; tertia poterit ſedere in loco ſuo; at non poterit confabulari juxta conſuetudinem ſuam; quarta reputatur ſicut reliqui homines.

V. Summus ſacerdos obligatur ad omnia præcepta luctus; at ſibi vetitum eſt lacerare veſtes a parte ſuperiori, & alere comam, & egredi poſt feretrum; & univerſus populus venit ad eum conſolandum in ejus domum; & quando illi benedicunt, univerſus populus accumbit in terra, & ipſe ſedet in ſella; & illi dicunt, quando eum conſolantur; Nos ſimus expiatio tua. Et ipſe illis reſpondebat: Benedicti ſitis a Domino: Et ſi velit conſolari alios, præfectus erat intermedius inter illum, & populum, & illis dicebat: Conſolamini.

VI. Similiter rex obligatur ad omnia præcepta luctus; at non egreditur ab oſtio palatii ſui poſt mortuum ſuum, & non eſt neceſſe ut dicatur poſt alios mortuos, neque conſolatur lugentes; neque egreſſus eſt David poſt Abner, niſi ut ſignificaret populo, quod ejus juſſu non fuerit occiſus.

VII. Nemo ingreditur ut conſoletur regem, niſi ejus ſervi, & illi, quibus ipſe dederit facultatem, ut ingrediantur; neque illis poteſtas eſt loquendi verba conſolationis, niſi iis, quibus facultas data fuerit; & quando illi benedicebant, univerſus populus accumbebat in terra, & ipſe ſedebat in ſella.

CAPUT VIII.

I. Lugens debet lacerare veſtes pro ſuo mortuo: Dictum eſt enim: *Levit.* x. 6. *Et veſtes veſtras non lacerate, & non moriemini*. Ecce alii debent lacerare, neque fit laceratio niſi a ſtante: Dictum eſt enim. 2. *Sam.* XIII. 31. *Et ſurgens rex laceravit veſtes ſuas*. Et unde lacerabit? Ex parte adverſa; ſi ab averſa laceret aut ab lateribus, aut a parte inferiori, non ſatisfacit officio lacerationis. Sacerdos ſummus debet lacerare a parte inferiori.

II. Quanta erat menſura lacerationis? Palmaris; neque erat ſeparanda extremitas veſtis, & licitum erat lacerare inſtrumento; & poterat lacerare intra domum, nullo præſente; idcirco poterat introducere manum ſuam intrinſecus & lacerare: & non erat obligatus lacerare niſi veſtem ſuperiorem dumtaxat.

III. Toto ſeptiduo luctus debet geſta-

re

באּ להחליף מחליף ואינו קורע קורע אחר שכל' קרע שאינו בשעת חימום אינו קרע בה"א בשאר המתים חוץ ואביו ואמו אבל על אביו ועל אמו קורע עד שמגלה את לבו מבדיל שפת הבגד ואינו קורע בכלי אלא בידו מבחוץ בפני כל העם וקורע כל הבגדי' שעליו ובגד הזיעה הדבוק לבשרו' אינו מעכב ואם החליף בגד אחר חייב לקרוע כל ז':

ד' וכן על אביו ועל אמו חולץ כתיפו ומוצי' זרועו מן החלוק עד שיתגלה כתיפו וזרועו והולך כך לפני המטה ואח' שיקבר אביו ואמו אינו חייב לחלוץ:

ה' קורעין לקטן מפני עגמת נפש וחולה שמת לו מת אין מקרעין לו ולא מודיעין לו שלא תטרף עליו דעתו ומשתקין את הנשים מפניו:

ו' וקורע אדם על חמיו ועל חמותו מפני כבוד אשתו וכן האשה קורעת על חמיה ועל חמותה מפני כבוד בעלה:

ז' מי שאין לו חלוק לקרוע ונזדמן לו חלוק בתוך שבעה קורע לאחר שבעה אינו קורע ועל אביו ועל אמו אפי' לאחר שבעה קורע כל שלשי' יום וכל היוצא בבגד קרוע לפני מתים כלוה' שהוא קרע עתה עליהן הרי זה גונב דעת הבריו' וזלזל בכבוד החיים והמתים:

ח' האומ' לחבירו השאילני חלוקך ואבקר את אבי שהוא חולה והלך ומצאו שמת קורע ומאחה ומחזיר לו את הלוקו ונותן לו את דמי קרעו ואם לא הודיעו שהוא מבקר חולה הרי זה לא יגע בו:

ט' מי שהיה לו חולה בתוך ביתו ונתעלף וסבור שמת וקרע ואחר כך מת אם בתוך כדי דבור אינו חוזר וקורע ואם לאחר כדיבור מת חוזר וקורע קרע אחר וכן מי שאמרו לו מת אביו וקרע ואחר כך נמצא שמת בנו אמרו לו מת לך מת וכסבור שהוא אביו

re lacerationem *saltem* intrinsecus; si velit immutare *vestes*, poterit immutare, neque aliam lacerabit lacerationem: etenim omnis laceratio, quæ non fit tempore fervoris, sc. mœroris, non reputatur laceratio. De quo hæc dicta sunt? De reliquis mortuis, excepto patre & matre; at pro patre & matre lacerabit, donec detegatur cor, sc. *pectus*, & separabit extremitatem vestis; & non lacerabit instrumento, sed manu extrinsecus coram universo populo, & lacerabit omnes vestes, quas induit; at vestis sudoris adhærens carni non impedit; & si immutat aliam vestem, debet lacerare toto septiduo.

IV. Et simititer pro patre & matre denudabit humeros suos; ut educat brachium ex interula, usque dum detegantur ejus humeri, & ejus brachium, & hoc modo incedet ante feretrum; At postquam sepelierit patrem & matrem, non obligatur ad denudationem.

V. Lacerantur vestes pueri, propter majorem afflictionem animæ; Si ægroto moriatur mortuus, non lacerantur ejus vestes; neque illi significatur, ne perturbetur ejus mens, & in ejus conspectu efficiunt, ut conticescant mulieres.

VI. Lacerabit vir pro socero & socru sua propter honorem uxoris. Et similiter uxor lacerabit pro socero & pro socru sua propter honorem mariti.

VII. Sicui non fuerit interula, ut eam laceret, & contigerit, ut sit sibi interula intra septiduum, lacerabit, post septiduum non lacerabit; at pro patre & pro matre vel post septiduum lacerabit cunctis triginta diebus. Qui incedit veste lacerata ante mortuos, significans quasi tum laceraverit, ecce decipit socios suos, & contemnit honorem vivorum & mortuorum.

VIII. Si quis dicat socio suo: commoda mihi interulam, ut visitem patrem meum, qui ægrotat; & abiens inveniat eum mortuum, lacerabit, & consuet, & illi restituet interulam, & dabit pretium lacerationis: si illi non significet, quod se conferat ad visitandum ægrotum, non tanget *interulam*.

IX. Sicui sit ægrotus in domo sua, & incidat in deliquium, & putet eum mortuum, si laceret, & deinde moriatur, si intra intervallum, *quo impertire possit salutem magistro*, non debet iterum lacerare, si post intervallum, *quo salutem impertire possit magistro*, moriatur, iterum lacerabit aliam lacerationem. Similiter sicui dicatur, mortuum esse suum patrem, & laceret; & deinde deprehendat sibi mortuum esse filium; Si illi dicant: Mortuus est tibi mortuus; & putet sibi mor-

וקרע וא"חכ נמצ' בנו אם תוך כדי דבור נודע לו אמיתת הדבר יצא ידי קריע' ואם לאחר כדידבור לא יצא וחייב לקרוע קרע אחר:

י' מי שמתו לו מתים הרבה כאחד קורע קרע אחד לכולם היה בכללן אביו או אמו קורע על כולן קרע אחד ועל אביו ועל אמו קרע אחר:

יא' מי שמת לו מת וקרע עליו ואחר כך מת לו מת אחר אם בתוך שבעה קורע קרע אחד ואם לאח' שבעה מוסיף על הקרע הראשון כל שהו' מת לו מת שלישי אחר חשבעה של שני מוסיף כל שהוא וכן מוסיף והולך עד טבורו הגיע לטבורו מרחיק שלש אצבעות וקורע נתמלא מלפניו מחזירו לאחריו נתמלא מלמעלה הופכו למטה אמרו לו מת אביו וקורע ואחר שבעה מת בנו והוסיף מתאחה התחתון ולא העליון כמו שיתבאר אמרו לו מת בנו וקרעו אח' שבעה מת אביו אינו מוסיף לא קורע קרע אחר שאין אביו ואמו בתוספת:

פרק תשיעי

א' כל הקרעים שקורע אדם על שאר קרוביו שולל הקרע לאחר שבעה ומאחה לאחר שלשים על אביו ועל אמו שולל לאחר שלשים ואינו מאחה לעולם והאשה קורעת ושוללת מיד אפי' על אביה ועל אמה מפני רצניעות:

ב' כדרך שקורע אדם על אביו ועל אמו כך חייב לקרוע על רבו שלמדו תורה ועל הנשיא ועל אב בית דין ועל רוב הציבור שנהרג ועל ברכת השם ועל ספר תורה שנשרף ועל ערי יהודה ועל ירושלם ועל המקדש כל אלו הקרעי' קורע עד שמגלה את לבו ואינו מאחה לעולם ואף על פי שאין מתאחין מותר לשוללן למללן וללקטן ולעשותם כמין

mortuum eſſe patrem, & lacerat, & deinde deprehendat filium ſuum; ſi intra intervallum quo ſalutem impertire poſſit magiſtro, ſibi innoteſcat rei veritas, ſatisfacit officio lacerationis, ſi poſt intervallum, quo ſalutem impertire poſſit magiſtro, non ſatisfacit officio, & debet lacerare aliam lacerationem.

X. Sicui mortui fuerint eodem tempore plures mortui, lacerabit lacerationem unam pro omnibus; ſi in his comprehendatur pater aut mater, lacerabit lacerationem unam pro omnibus, & aliam lacerationem pro patre & matre.

XI. Sicui mortuus fuerit mortuus, & laceret, & deinde ſibi alius moriatur mortuus; ſi intra ſeptiduum, lacerabit unam lacerationem, ſi poſt ſeptiduum, addet ad lacerationem priorem quantulumcumque; Si tertius ſibi moriatur mortuus poſt ſeptiduum ſecundi, addet quantuluncumque. Atque ita addens perveniet uſque ad umbilicum; quando pervenerit ad umbilicum, removebit tres digitos, & lacerabit; ſi pars anterior repleta fuerit, convertet ad poſteriorem, ſi impleta fuerit pars ſuperior, convertet ad inferiorem. Si illi dicant mortuum ſibi eſſe patrem, & laceret; & poſt ſeptiduum moriatur illi filius, addet ad priorum lacerationem; & poterit conſuere partem inferiorem, at non ſuperiorem; ſicut expoſitum eſt. Si illi dicant; mortuus eſt filius, & laceret & poſt ſeptiduum moriatur pater, non addet, ſed lacerabit aliam lacerationem; eo quod pro patre & matre non eſt addendum.

CAPUT IX.

I. OMnes iſtas lacerationes, quas homo lacerat pro reliquis ſuis propinquis, poterit conſeuere poſt triginta dies, at pro patre & matre poterit conſuere craſſo & rudi' modo, at perfecte non conſuet in perpetuum; at mulier lacerabit, & conſuet ſtatim rudi & craſſo modo, vel pro patre & matre pudoris cauſa.

II. Sicut quis lacerat pro patre & matre, ita pariter debet lacerare pro magiſtro, qui ipſum docuerit legem, & pro principe, & pro patre ſynhedrii, & pro majori parte coetus, quæ interfecta fuerit, & pro maledictione nominis Divini, & pro libro legis, qui combuſtns fuerit, & pro civitaribus Juda, & pro Hieruſalem, & pro ſanctuario; Omnes iſtas lacerationes lacerabit, donec denudatur pectus; & non conſuet in perpetuum; at quamvis non poſſit conſuere perfecte, lice-

סולמים ולא אסרו אלא באיחוי אלכסנדרי בלבד:

ג' וכל הקורע מתוך השלל או המלל או הלקוט לא עשה כלום אבל קורע מתוך האיחוי האלכסנדרי בלבד אפי' הפך הכלי ונעשרת שפתו למטה לא יאחה וכשם שהמוכר אסור לאחותו כך הלוקח לפיכך המוכר צריך להודיע ללוקח שקרע זה אינו מתאחה:

ד' ומניין שקורע על רבו כדרך שקורע על אביו שנ' והו' מצעק אבי אבי רכב ישראל ופרשיו ולא ראהו עוד ויחזק בבגדיו ויקרעם לשנים עשר קרעים מכאן שחייב' להבדיל השפה:

ה' ומניין שקורעין על הנשיא ועל אב ב"ד ועל שמועה שבאה שנהרג רוב צבור שנאמר ויחזק דוד בבגדיו ויקרעם וגם האנשי' אשר אתו ויספדו ויבכו ויצומו עד הערב על שאול זה נשיא ועל יהונתן בנו זה אב בית דין ועל עם ה' ועל בית ישראל כי נפלו בחרב זו שמוע' רעה:

ו' ומניין שקורעין על ברכת ה' שנאמר ויבא אליקים בן חלקיהו אשר על הבית ושבנא הסופר ויואח בן אסף המזכיר אל חזקיהו קרועי בגדים אחד השומע ואחד השומע מפי שומע חייבין לקרוע:

ז' והעדים אין חייבין לקרוע כשיעדו ב"ד שכבר קרעו בשעה ששמעו ומניין שקורעין על ספר תורה שנשרף שנאמר ויהי בקרו' יהודי שלש דלתות וארבע וגו' עד תם כל המגילה על האש אש' על האח ולא פחדו ולא קרעו את בגדיה' המלך וכל עבדיו מכלל שחייבין לקרוע ואין חייבין לקרוע אלא על ספר תורה שנשרף בזרוע כמעשה שהיה וחייב לקרוע שתי קריעות אחת על הגויל ואחת

licebit tamen consuere rudi & crasso modo, & resuere, & duplicare ad similitudinem scalarum; neque vetita est nisi sutura Alexandrina dumtaxat.

III. Si quis laceret inter suturam rudem, aut inter resarcitionem, aut complicationem nihil inservit; at debet lacerare intra suturam Alexandrinam dumtaxat; vel si inverterit vestem, & ejus extremitatem perficiat ad inferiorem partem, non consuet; & si vendat, vetitum est consuere, similiter emtori vetitum est; Idcirco venditor debet emtori significare, hanc lacerationem non esse resarciendam.

IV. Unde probatur, quod debeat lacerare pro magistro, sicut lacerat pro patre & matre? Ex eo quod dictum est: 2. *Reg.* 11. 2. *Et ille clamabat, pater mi, pater mi, currus Israel, & eques ejus; & non vidit eum amplius; & apprehendit vestes ejus, & divisit eas in duas partes:* Hinc probatur lacerandam esse extremitatem.

V. Unde probatur lacerandum esse pro principe, & pro patre synhedrii, & propter nuncium qui pervenerit, interfectam esse majorem partem coetus? Ex eo quod dictum est: 2. *Sam.* 1. 11. 12. *Et apprehendit David vestes suas, & eas laceravit, atque etiam viri qui erant cum eo, & planxerunt, & luxerunt, & jejunarunt usque ad vesperam pro Saul.* Hic est princeps: *Et pro Jonathan filio suo.* Hic est pater synhedrii. *Et pro populo Domini, & pro domo Israel, qui ceciderunt gladio.* Hic est infaustus nuncius.

VI. Et unde probatur lacerandum esse propter maledictionem nominis Divini? Ex eo quod dictum est: 2. *Reg.* XVIII. 37. *Et venit Eliakim filius Chikija, qui praefectus erat domui, & Sobna scriba, & Joach filius Asaph a commentariis ad Ezechiam laceratis vestibus.* Tam ille qui audit, quam ille qui audit ab ore illius, qui jam audiit, debent lacerare.

VII. At testes non debent lacerare, quando testantur in Synhedrio, quia jam lacerarunt quo tempore audierunt: Et unde probatur, quod debeant lacerare pro libro legis, qui comburatur? Ex eo quod dictum est: *Jerem.* XXXVI. 23. 24. *Cumque legisset Judi tres pagellas, aut quatuor &c. donec consumeretur omne volumen super igne, qui erat in arula, non timuerunt, neque lacerarunt vestimenta sua rex, & omnes servi ejus.* Consequitur lacerandum esse, neque est lacerandum nisi pro libro legis, qui per violentiam & per industriam comburatur, juxta hanc historiam: & lacerandae sunt duae lacerationes, altera pro volumine, & altera pro scriptura.

על הכתב שנאמר אחרי שרוף המלך המגילה ואת הדברים:

ח׳ ומניין שקורעין על ערי יהודה ועל ירושלם ועל המקדש שחרבו שנאמר ויבאו אנשי משכם ומשילה ומשומרון שמנים איש מגולחי זקן וקרועי בגדים:

ט׳ כל מי שעמד עם המת בשעת יציאת נשמתו אע״פ שאינו קרובו חייב לקרוע וכן אדם כשר שמת הכל חייבין לקרוע עליו אע״פ שאינו חכם וקורעין טפח כשאר האבלי׳ אבל חכם שמת הכל קרוביו והכל קורעין עליו עד שמגלין את לבם וחולצין מימין ובית מדרשו של אותו חכם בטל כל ז׳ וכבר נהגו תלמידי חכמים בכל מקום לקרוע זה על זה טפח אף ע״פ שהן שוין ואין אחד מהם מלמד את חבירו:

י׳ כל הקורעין על החכם שמת כיון שהחזירו פניהם מאחורי המטה שוללין ויראה לי שהקורע על החכם מאחה למחר שאפי׳ רבו שמת אין מתאבל עליו אלא יום אחד בלבד או יום מיתה או יום שמועה וכן יראה לי שהקורע על הנשיא וכיוצא בו שולל למחר אע״פ שאינו מאחה עליהן לעולם:

יא׳ חכם שבאה שמועתו שמת אין קורעין עליו אלא בשעת הספידו וזהו כבודו ושולל בו ביום ומאחה למחר:

יב׳ אב בית דין שמת הכל קורעי׳ עליו וחולצין משמאל וכל בתי׳ מדרשו׳ שבעירו בטלין ובני בית הכנס׳ נכנסין לבי׳ הכנסת ומשנין את מקומן היושבין בדרום ישבו בצפון והיו שבי׳ בצפון ישבו בדרום:

יג׳ נשיא שמת הכל קורעין עליו וחולצין שתי הידים מכאן ומכאן וכל בתי מדרשות בטלים ובני בית הכנסת נכנסין בשבת לבית הכנסת וקוראין שבע׳ ולא יטילו בשוק אלא יושבין משפחות משפחות דוים כל היום:

ra. Dictum est enim: l. c. *Postquam combussit rex volumen, & verba*.

VIII. Et unde probatur lacerandum esse pro civitatibus Juda, pro Hierusalem, & pro Sanctuario? ex eo quod dictum est: *Ib.* XLI. 5. *Venerunt viri de Sichem, & de Siloh, & de Samaria, octoginta viri, rasi barba, & scissis vestibus.*

IX. Qui adstat mortuo quo tempore exit ejus anima, vel si non fuerit ejus propinquus, debet lacerare. Et similiter si moriatur vir pius, omnes ejus causa debent lacerare, vel si non fuerit sapiens, lacerandum est quantitate palmari, sicut facere solent reliqui lugentes: At si moriatur sapiens, omnes reputantur ejus propinqui, & omnes debent lacerare, donec denudetur eorum pectus, & eorum humerus dexter; & academia & schola hujus sapientis vacabit toto septiduo; & consuetudo invaluit, ut discipuli sapientum ubicunque inter se lacerent vestes in quantitate palmi, licet sint inter se pares, & nemo ex iis sit, qui socium suum doceat.

X. Omnes, qui lacerant vestes pro sapiente, qui mortuus est, postquam converterunt facies suas a feretro, possunt resuere lacerationem; & ex mea sententia, qui lacerat pro sapiente, poterit postridie resuere: vel si moriatur ejus præceptor, non lugebit pro illo nisi uno tantum die dumtaxat, aut die mortis suæ, aut die nuncii; & similiter mihi videtur, quod si quis laceret pro principe, & huic similibus, postridie possit resarcire, & perfecto modo nunquam poterit resuere.

XI. Si advenerit nuncius, quod mortuus sit sapiens, non lacerabunt pro illo, nisi tempore luctus; & hic est ejus honor, & resarciet eo ipso die, & perfecto modo postridie resuere poterit.

XII. Si princeps synhedrii moriatur omnes pro illo lacerabunt, & humerum sinistrum denudabunt, & omnes academiæ, quæ fuerint in ea civitate, vacabunt, & filii domus congregationis introibunt in domum congregationis, eo locum consessus immutant, qui sedere solent in plaga australi, sedebunt in aquilonari, & qui in aquilonari, sedebunt in australi.

XIII. Si moriatur princeps, omnes lacerabunt, & utramque manum denudabunt hinc inde, & omnes academiæ vacabunt; & filii domus congregationis si in Sabbato ingrediantur in domum congregationis, septem legent, neque poterunt deambulare in platea; & omnes familiæ sigillatim silebunt toto die.

CA-

פרק עשירי

א׳ השבת עולה למנין אבילות ואין אבילות בשבת לא בדברי׳ שבצנעה כגון עטיפת הראש ותשמיש המטה ורחיצה בחמין אבל דברים שבגלוי אינו נוהג בהם אבלות לא לובש מנעליו וזוקף את המטה ונותן שלום לכל אד׳ ואם יש לו בגד מחליף ולא ילבש בגד קרוע בשבת אפילו על אביו ועל אמו ואם אין בו להחליף מחזיר את הקרע לאחוריו:

ב׳ מאמתי זוקפים את המטות בערב שבת מן המנחה ולמעלה ואף על פי כן לא ישב עליה עד שתחשך ואף על פי שלא נשתייר לו לא יום אחד חוזר וכופה אותה במוצאי שבת:

ג׳ הרגלי׳ וכן ראש השנה ויום הכפורים אין דבר מדברי אבילו׳ נוהג בהן וכל הקובר את מתו אפי׳ שעה אחת קודם הרגל או קודם ראש השנ׳ ויום הכפורי׳ בטלה ממנו גזירה שבעה נמצא מונה לאחר ראש השנ׳ ויום הכפורי׳ כ״ג יום ולאח׳ הפסח י״ו יום שהרי בטלה גזיר׳ שבעה ושבע׳ ימי החג הרי י״ד וכן אם קבר קודם עצרת מונה אחריה י״ו יום אע״פ שהוא יום אחד הרי הוא רגל ועולה לז׳ הימים:

ד׳ קבר את מתו קודם חג הסוכות מונה אחר החג ט׳ ימים בלבד שהרי שמיני עצרת רגל בפני עצמו ונמצא יום טוב הראשון מפסיק שבעה ושבע׳ ימי החג ושמיני של׳ חג רגל אח׳ הרי כ״א יום:

ה׳ הקובר את מתו שבעת ימים קודם רגל מן הרגלי׳ או קודם ראש השנה ויום הכפורים בטלה ממנו גזירת שלשים ומותר לספר ולכבס בערב יום טוב או בערב יום הכפורי׳ שמקצת היום ככולו ואינו מוגה לאחריהם כלום ואם על אביו ועל אמו הוא מתאבל אפילו מתו קודם הרגל בשלשי׳ יום

CAPUT X.

I. SAbbathum computatur in numerum ſeptiduni luctus; & fieri non ſolet luctus in Sabbatho, niſi in rebus, quæ clam fieri poſſunt; e. g. obtectio capitis, & concubitus, & lotio aquis calidis; at in his, quæ palam fiant, non obſervatur luctus, at licet induere calceos & erigere lectum, & omnibus ſalus impartitur; ſi ſibi ſint veſtes, licebit immutare; & non induet veſtem laceratam in Sabbatho vel pro patre & matre; ſi ſibi non ſint veſtes, quas immutare poſſit, convertet partem laceratam ad partem poſteriorem.

II. Quandonam erigunt lectos in vigilia Sabbathi? Ab oblatione muneris veſpertini & ulterius; Licet ita ſit, ſuper eo non ſedebit niſi poſt obortas tenebras; & licet non ſit reliquus niſi dies unus luctus, tamen eum invertet in exitu Sabbathi.

III. In diebus feſtis, pariterque in principro anni, & in die expiationum nihil ex his, quæ fieri conſuevere in luctu, obſervatur; & qui ſepeliat mortuum ſuum vel una hora ante diem feſtum, & ante initium anni, & ante diem expiationum, ſibi aboletur decretum ſeptidui; & deprehenditur quod numeret poſt initium anni, & poſt diem expiationum tres & viginti dies, & poſt Paſcha ſedecim dies, eo quod ſit abolitum decretum ſeptidui luctus, & ſeptidui ſolennitatis, qui ſunt quatuordecim dies; & qui ſepeliat ante Pentecoſtem, numerat poſt illam ſedecim dies; & quamvis ſit dies unus, tamen eſt ſolennitas, & ſibi computatur per ſeptiduum.

IV. Si ſepeliat mortuum ante feſtum Tabernaculorum, numerabit poſt ſolennitatem novem dies duntaxat, quia dies octavus ſolennitatis eſt diſtincta ſolennitas; & deprehenditur quod dies primus feſtus interrumpat ſeptiduum, & ſeptiduum ſolennitatis, & diem octavum ſolennitatis, qui eſt dies feſtus diſtinctus ecce dies unus & viginti.

V. quis ſepeliat mortuum ſeptem dies ante feſtum ex diebus feſtis, & ante initium novi anni, & ante diem expiationum, licebit ſe radere, & lavare in vigilia diei feſti, & in vigilia diei expiationum, quia pars diei velut totus dies computatur, & poſt illos nullum diem numerat; at pro patre & matre, vel ſi mortui fuerint triginta diebus ante feſtum, non licet ſe radere, donec creſcat coma, aut donec in eum inclamaverint ejus ſocii; eo quod ſolennitates

אינו מגלח עד שישלח פרע או עד שיגערו בו חביריו ואין הרגלים מפסיקין דבר זה:

ו׳ חל ששי שלו בערב הרגל ואין צריך לומ׳ חמשי או שלישי אינו מגלח ולא בטלה ממנו אלא גזירת שבעה בלבד ואינו מות׳ לרחוץ ולסוך ולעשות דבר עד שיכנס יום טוב ויום טוב מפסיק שאר השבעה ולאחר יום טוב משלי׳ כל ל׳ יום מיום המיתה ואסור בהן בכל חמש׳ דברי׳:

ז׳ חל שביעי שלו להיות בערב הרגל והרי הוא שבת בטלה ממנו גזירת שלשים ומות׳ לגלח בתוך המועד שהרי אנוס היה ואי אפשר לו לגלח בשבת וכן מגלח אחר עצרת או אחר ראש השנה ויום הכפורי׳ בטלה גזרת שלשי׳ ויש לו לגלח בכל עת שירצה:

ח׳ הקובר את מתו בתוך הרגל לא חלה עליו אבילות כלל ואינו נוהג אבילו׳ ברגל׳ אלא לאח׳ הרגל מתחיל למנות שבעה ונוהג בהן כל דברי אבילות ומונה שלשים מיום הקבור׳ ונוהג בשאר השלשים בכל גזרות שלשים:

ט׳ המקומות שעושיו שני ימים טובים מונה השבעה מיו׳ טוב שני האחרון אע״פ שאינו נוהג בו אבילות הואיל ומדבריהם הוא עולה לו מן המניין ומונה מאחריו ששה ימי׳ בלבד ומונ׳ ל׳ יום מיום הקבור׳ כמו שאמרנו:

י׳ הקובר את מתו בי״ט שני שהוא יום טוב האחרון או ביום טוב שני של עצרת נוהג בו אבלות הואיל ויום טוב שני מדבריהם ואבלות יום ראשון של תור׳ ידחה עשה של דבריהם מפני עשה של תורה אבל אם קבר ביום טוב השני של ראש השנ׳ אינו נוהג בו אבילות ששניהם כיום ארוך הן כטעם שבארנו בהלכות קדוש החדש:

tes nullo modo hunc ordinem interrumpant.

VI. Si incidat ſextus dies ſui luctus in vigiliam ſolennitatis; & non eſt neceſſe ut dicatur; ſi incidat quintus, aut tertius, non licebit ſe radere; neque ab eo aboletur niſi decretum ſeptidui duntaxat; neque licebit ſe lavare, & ungere, neque aliquid facere, niſi poſtquam advenerit dies feſtus, & dies feſtus abrumpit reliquos ſeptem dies; & poſt diem feſtum complebit omnes triginta dies a die mortis; & hæc quinque ſunt ſibi interdicta.

VII. Si dies ſeptimus ſui luctus incidat in vigiliam diei feſti, & ſit Sabbathum, ab ſe aboletur decretum triginta dierum, & licebit ſe radere intra dies feſtos, eo quod fuerit coactus, neque potuerit ſe radere in Sabbatho; atque ea de cauſa poterit ſe radere poſt Pentecoſtem, aut poſt initium novi anni, & poſt diem expiationum; aboletur ſibi decretum triginta dierum, & licet ſe radere quo tempore ſibi libuerit.

VIII. Si quis ſepeliat mortuum ſuum intra diem feſtum, nullo modo ſibi incumbit luctus, eo quod non obſervetur luctus in die feſto, ſed poſt diem feſtum incipiet numerare ſeptiduum, & obſervabit omnes ritus luctus; & numerabit triginta dies a die ſepulturæ, & obſervabit in reliquis triginta diebus omnia præcepta, quæ obſervantur in triginta diebus.

IX. Ubi ſolent celebrare duos dies feſtos, numerabit ſeptiduum a die ſecundo feſto noviſſimo, vel ſi in eo non obſervetur luctus, cum ſit dies feſtus ex verbis ſcribarum, numeratur ſibi in computum, & poſt illum numerabit ſex dies duntaxat, & numerabit triginta dies a die ſepulturæ, ſicuti diximus.

X. Si quis ſepeliat mortuum in die feſto ſecundo, qui eſt dies feſtus noviſſimus, aut in die feſto ſecundo Pentecoſtis, obſervabit luctum, quandoquidem dies feſtus ſecundus cum ſit ex verbis ſcribarum, & luctus primi diei ſit ex lege, præceptum affirmativum ex decreto ſcribarum pellitur præcepto affirmativo legis. At ſi ſepeliat in die ſecundo principii novi anni, non obſervatur luctus, eo quod ambo ſint quaſi unus dies longus *& continuatus*, juxta rationem quam expoſuimus in conſtitutionibus novilunii.

פרק אחד עשר

א׳ אע״פ שאין אבילות במועד קורע על מתו במועד וחולץ בתיפו ומברין את האבלים לחם במועד כל אלו בחולו של מועד אבל ביום טוב אפילו ביום טוב שני אין קורעין ולא חולצין ולא מברין:

ב׳ אין קורעין במועד ולא חולצין אלא הקרובים שחייבין באבל או הקורע והחולץ על החכם או על אדם כשר או מי שהיה עומד בשעת יציאת נשמה ומברין הכל על החכם במוע׳ בתוך הרחב׳ כדרך שמברין את האבלים שהכל אבלי׳ עליו:

ג׳ כשמברין את האבלים אין מברין אלא על מטות זקופות ואין אומרין ברכת אבלים במועד אבל עומדין בשורה ומנחמין ופוטרין ואין מניחין את המט׳ ברחוב שלא להרגיל את ההספד שהמועד אסור בהספד ובת׳ענית:

ד׳ וכן אין מלקט עצמות אביו ואמו במועד שאבל הוא לו ואין צריך לומ׳ שאר קרובין וכן אין מספידין את המת בחנוכה ובפורים ולא בראשי חדשי׳ אבל נוהגין בהן כל דברי אבלות ומות׳ לספוד לפני חנוכ׳ ופורי׳ ולאחריהם:

ה׳ הנשים במועד מענות אבל לא מטפחות ובראשי חדשים ובחנוכה ובפורים מענות ומטפחות אבל אין מקוננות לא בזה ולא בזה נקבר המת לא מענות ולא מטפחות:

ו׳ אי זהו עינוי שכולן עונות באחת קינה אומרת וכולן עונות אחריה שנא׳ ולמדנה בנותיכם נהי ואשה רעותה קינה בד״א בשאר העם שמתו אבל תלמיד חכם שמת סופדין אותו במועד ואין צריך לומר בחנוכה ובפורים וראשי חדשים אבל לא ביום טוב שני ואין סופדין אותו בימים אלו אלא בפניו נקבר

CAPUT XI.

Quamvis non ſit luctus in diebus feſti intermediis, tamen debet lacerare pro ſuo mortuo in diebus feſti intermediis, & denudabit humerum ſuum, & præbetur lugentibus panis luctus in diebus feſti intermediis; Hæc omnia obſervantur in diebus feſti intermediis, at in die feſto, vel in die feſto ſecundo non lacerant neque denudant, neque præbetur panis lugentibus.

II. Non lacerant in diebus feſti intermediis, neque denudant niſi pro propinquis, pro quibus obligantur ad luctum; aut lacerabit & denudabit pro ſapiente, aut pro viro pietate inſigni, aut qui adſiſtat quo tempore exit anima; & præbetur omnibus panis lugentium in platea, ſicut præbetur lugentibus; eo quod pro illo omnes debent lugere.

III. Quando præbetur cibus lugentibus, non præbetur niſi ſuper lectis erectis, neque recitatur benedictio lugentium in diebus feſti intermediis. At conſiſtunt in ſerie, & conſolantur & dimittunt. Neque collocatur feretrum in platea, ne exerceatur planctus, eo quod in diebus feſti intermediis ſit vetitus planctus, & jejunium.

IV. Neque colliget in diebus feſti intermediis oſſa patris & matris ſuæ, quia ſibi eſt luctus; neque neceſſe eſt ut dicatur pro reliquis. Neque licet plangere mortuum in Chanucha, neque in Purim, neque in noviluniis; at in iis obſervare licet omnes ritus luctus; at licet plangere ante Chanucha, & Purim, & poſt illos.

V. Fœminis licet lamentari in diebus feſti intermediis, at non plangere; at in noviluniis, Chanucha, & Purim poſſunt lamentari, & plangere; at non poſſunt inter ſe alternantim lamentari. Sepulto mortuo non poterunt lamentari & plangere.

VI. Quænam eſt reſponſio? Quando omnes ſimul reſpondeant? Quænam eſt lamentatio? Quando una dicat, & omnes poſt eam reſpondeant. Dictum eſt enim *Jerem.* IX. 19. *Et docete filias veſtras lamentum, & mulier ſociam ſuam threnos*. De quo hæc dicta ſunt? De reliquo populo, qui moriatur; at ſi moriatur diſcipulus ſapientis, plangunt in diebus feſti intermediis; neque neceſſe eſt ut dicatur in Chanucha, in Purim, & in noviluniis; at non in die feſto ſecundo; Neque licet plangere his diebus, niſi præſente mortuo; at eo ſepulto vetitum eſt plangere: Et in die, quo auditus

אסורין בהספד ויום שמועתו כבפניו הוא וסופדין אותו אע"פ שהיא רחוקה:

ז' לא תעורר אשה על מת שלה שלשים יום קודם לחג כדי שלא יבא החג והם דוים שאין המת משתכח מן הלב שלשי' יום בד"א במת ישן אבל אם מת בתוך שלשים יום סמוך לחג מעוררת:

ח' שבעת ימי החתנות הרי הן כרגל ומי שמת לו מת בתוך ימי המשתה אפי' אביו ואמו משלים ז' ימי השמחה ואחר כך נוהג שבע' ימי אבלות ומונה השלשי' מאחר ימי השמחה:

ט' הכין כל צרכי הסעודה ואפה פתו וטבח טבחו כדי שיכנסו לשמחה ומת לו מת קודם שיכנסו לשמחה אם לא נתן מים על גבי בשר מוכרין הבשר והפת ונוהג ז' ימי אבילו' ואח"כ נוהג שבעת ימי המשתה:

י' ואם נתן מים על גבי בשר שהרי אי איפש' למוכרו מכניסין את המת לחדר ואת החתן ואת הכלה לחופה ובועל בעילת מצוה ופורש ונוהג ז' ימו המשת' ואח' כך נוהג שבעת ימי אבילות וכל אותן הימים נוהג בדברים שבצנעה בשבת לפיכך הוא ישן בין האנשי' ואשתו ישנה בין הנשים כדי שלא ישמש מטתו ואין מונעין תכשיטין מן הכלה כל שלשים יום היו במקום שאיפשר למכור הבשר אף על פי שנתן עליו מים מוכר ונוהג אבילות תחלה היו במקום שאי איפשר למכור הבשר אע"פ שלא נתן עליו מים נוהג ז' ימי המשתה תחלה: בד"א בשמ' אביו של חתן או אמה של כלה שאם יפסידו סעוד' זו אי' להם מי שיטרח להם אבל אם מת' אביה של כלה או אמו של חתן או שאר קרוביהן נוהגין שבעת ימי האבל תחלה ואח' כך תכנס לחופה וינהגו שבעת ימי המשתה:

פרק שנים עשר

א' ההספד כבוד המת הוא לפיכך כופין את היורשים ליתן שכר המקוננ' והמקוננות וסופדין אותו ואם צוה שלא יספרוהו אין

ditus fuerit nuncius ſuæ mortis, reputatur perinde ac ſit præſens ipſe mortuus, & plangitur, quamvis ſit nuncius remotus.

VI. Non excitabitur mulier pro ſuo mortuo triginta dies ante feſtum, ne adveniente feſto, ipſi doleant, eo quod mortuus non excidat mente triginta diebus. De quo hæc dicta ſunt? De mortuo, qui jamdiu ſit mortuus; at ſi mortuus fuerit intra triginta dies prope feſtum, poterunt ſe excitare.

VIII. Septiduum ſponſalium reputatur ſicut feſtum; ſicui aliquis moriatur intra dies convivii, vel fuerit pater & mater, perficiet ſeptem dies lætitiæ, & deinde obſervabit ſeptem dies luctus, & numerabit triginta poſt dies lætitiæ.

IX. Si quis paraſſet omnia quæ ſunt neceſſaria convivio, & coxerit panem ſuum, & mactaverit mactationem ſuam, ut ingrediatur ad lætitiam, & ſibi moriatur mortuus priuſquam ingrediatur ad lætitiam, ſi non indiderit aquas ſuper carnem, vendet carnem & panem, & obſervabit ſeptem dies luctus; & deinde obſervabit ſeptem dies convivii.

X. Si vero indiderit aquas ſuper carnem; cum non ſit poſſibile eam vendere, introducendus erit mortuus in cubiculum, & ſponſus & ſponſa ingredientur in thalamum, & ſponſus nubet; ſed ſtatim ſe ſeparabit, & obſervabit ſeptem dies convivii, & deinde obſervabit ſeptem dies luctus; & his cunctis diebus obſervabit ea omnia, quæ clam fieri licet in Sabbatho. Idcirco ipſe dormiet inter viros, & ejus uxor dormiet inter mulieres, ne cum ea concumbat; neque prohibentur ſponſæ ornamenta cunctis triginta diebus. Ubi non poſſint vendere carnem; vel ſi indiderit aquas ſuper eam, vendet, & obſervabit luctum a principio. Ubi non poſſint vendere carnem; vel ſi non indiderit aquam ſuper eam, obſervabit ſeptem dies luctus a principio. De quo hæc dicta ſunt? Quando mortuus fuerit pater ſponſi, aut mater ſponſæ; Etenim ſi perdatur hoc convivium, nemo erit qui curam habeat de illis. At ſi mortuus fuerit pater ſponſæ, aut mater ſponſi, aut reliqui eorum propinqui, obſervabunt ſeptem dies convivii a principio; & deinde introducetur in thalamum, & obſervabit ſeptem dies convivii.

CAPUT XII.

I. Luctus fit ad honorem mortui; hac de cauſa obligantur hæredes ut mercede conducant lamentatores, & lamentatrices, ut eum lugeant; at ſi præceperit ne lugeatur, non lugetur; ſi lia-

סופרין אותו אבל אם צוה שלא יקבר אין שומעין לו שהקבורה מצוה שנא׳ כי קבור תקברנו:

ב׳ כל המתעצל בהספידו של חכם אינו מאריך ימים וכל המתעצל בהספד אד׳ כש׳ ראוי ליקבר בחיין וכל המוריד דמעו׳ על אדם כש׳ הרי שכרו שמור על כך אצל הקב״ה:

ג׳ אין מניחין ספר תורה על מטתו של חכם ואין משנין אותו ממט׳ למט׳ ואין מוציאין מטתו אלא דרך פתחים לא שישלשלוה דרך גגות ובשאר העם מותר לעשו׳:

ד׳ אין פוחתין משבעה מעמדות ושבעה מושבות למת ואין עושין מעמד ומושב בפחות מעשר׳ ואין עושין אלא בקרובים ואין עושין אלא ביום ראשון ובבית הקברות ובמקו׳ שנהגו כיצד עושין במקום שנהגו מעמידין שאר הקרובים ובני משפחה שאינן בני אבל ואומר לפניהם דברי קינות וכיוצא בהן ואח״כ אומר שבו יקרים שבו ואומר לפניהם דברים אחרים כשהן יושבין וא״חכ אומר עמדו יקרים עמודו ואומ׳ כשהן עומדין כך שבעה פעמי׳:

ה׳ כדרך שעושין מעמד ומושב לאנשים במקום שנהגו כך עושין לנשי׳ ומספידי הנשים כאנשים בכל מקום אבל אין מניחין מטת האש׳ ברחוב לעולם שזה גנאי לאשה אלא סמוך למיתתה קבורתה:

ו׳ המלקט עצמו׳ אין אומר עליהם קינים ונהי ולא ברכת אבלים ולא תנחומי אבלים אבל אומ׳ עליהן דברי שבח להק בה ודברי כבושים:

ז׳ המפנה ארונו שלמת ממקום למקו׳ אם שדרו קיימת עומדין עליו בשרה ואומרי׳ עליו ברכת אבלים ותנחומי אבלי׳ ומספידין אותו אע״פ שהעבירוהו לאחר י״ב חדש ואם אין שדרו קיימת אין מספידין אותו ואין עומדין עליו בשור׳ ואין אומרין עליו ברכת אבלי׳ ולא תנחומי אבלים ואלו הן ברכת אבלים דברים שאומרי׳ בבית האבל תנחומי אבלי׳ שאומרין בשורה:

ח׳ המלקט עצמות אביו ואמו הרי זה מתאבל עליהן כל היום כולו ולערב אין

vero præceperit ne ſepeliatur, ei non auſcultant; quia ſepultura eſt præceptum. Dictum eſt enim: *Deut.* XXI. 23. *Sepeliendo ſepelies illum*.

II. Qui negligit luctum ſapientis, non prolongat dies ſuos; & qui negligit luctum hominis pii, dignus eſt, ut ſepeliatur vivus; & qui ſpargit lacrymas pro homine pio, ejus merces conſervatur ea de cauſa apud Deum S. B.

III. Non imponitur liber legis feretro ſapientis, neque transferendus eſt a feretro ad feretrum, & non effertur feretrum niſi per januas, neque dimittitur per tecta; at in reliquo populo id fieri licet.

IV. Non diminuunt de ſeptem ſtationibus, neque de ſeptem conſeſſibus pro mortuo, at non faciunt ſtationem, & conſeſſum, ſi ſaltem non adſint decem homines; neque fiunt niſi pro propinquis, neque fiunt niſi primo die, & in ſepulchretis, & in locis, in quibus extat conſuetudo. Quomodo fiunt? In loco ubi obſervantur, conſiſtuunt reliqui propinqui, & filii familiæ, qui non obligantur ad luctum: Et dicunt coram illis verba lamentationum, & his ſimilia; & deinde dicit. Sedete viri præſtantes ſedete; & dicit coram illis alia verba, quando ſedent: & deinde dicit: ſurgite viri præſtantes ſurgite; & dicit quando ſurgunt, hoc modo ſepties.

V. Sicut fit ſtatio & conſeſſus pro viris ubi ſolent fieri, ita pariter fiunt pro mulieribus, & plangunt mulieres, quemadmodum plangunt homines in cunctis locis; at numquam ſtatuitur feretrum mulierum in platea, eo quod hoc eſſet dedecus mulieri; at poſt mortem ſepelitur.

VI. Qui colligit oſſa, non recitabit ſuper illa lamentationes, neque benedictionem lugentium, neque conſolationes lugentium; at dicet ſuper illis verba laudis Deo S. B. & verba hortatoria.

VII. Qui transfert arcam mortui de loco ad locum, ſi ſpina dorſi integra ſit, conſiſtunt ejus cauſa in ſerie, & dicunt ſuper ea benedictionem lugentium, & conſolationes lugentium, & fit luctus, quamvis transferatur poſt duodecim menſes; at ſi non fuerit integra ſpina dorſi; non fit luctus ejus cauſa, neque conſiſtunt in ſerie, neque dicunt benedictionem lugentium, neque conſolationes lugentium; Benedictio lugentium ſunt verba, quæ recitantur in domo luctus, conſolationes lugentium recitantur in ſerie.

VIII. Qui colligit oſſa patris & matris, lugebit toto die, at veſpera non lugebit, vel ſi fuerint alligata in ſuo

מתאכל אפי' צרורין לו בסדינו ואין אומרין עליהן קינות:

ט' אין מספידין את הקטני' ובן כמה שנים יהיה ראוי להספד בני עניים או בני זקנים בני חמש ובני עשירי' בני שש אחד זכרים ואחד נקבות:

י' תינוק שמת כל שלשי' יום יוצא בחיק ונקבר באשה אחת ובשני אנשים אבל לא באיש אחד ובשתי נשי' מפני הייחוד ואין עומרין עליו בשורה ואין אומרין עליו ברכת אבלי' ותנחומי אבלים: בן שלשי' יום גמורות יוצא בגלוסקמא קטנה הניטלת באנפיים ועומדין עליו בשורה ואומרין עליו ברכת אבלים ותנחומי אבלי' בן י"ב חדש יוצא במט':

יא' כל היוצא במטה רבים מצהיבין עליו וכל שאינו יוצא במט' אין רבים מצהיבין עליו וכל הניכר לרבי' רבים מתעסקין בו וכל שאינו ניכר לרבים אין רבי' חייבין להתעסק בו:

יא' ומקום שנהגו נשים לצאת לפני המטה יוצאות לפני המטה לאהר חמטה יוצאות לאחר המטה:

יב' העבדים והשפחות אין מספידין אותן ואין עומדין עליהן בתורה ואין אומרין עליהן ברכת אבלים ושנחומי אבלי' לא אומרין לו כשם שאומרין לו על שורו ועל חמורו המקום ימלא חסרונך:

פרק שלשה עשר

א' כיצד מנחמין את האבלים אחר שקוברין את המת מתקבצים חאבלים ועומדין בצד בית הקברות וכל המלוין את המת עומדין סביב להן שורה לפני שורה ואין שורה פחות' מעשר' ואין אבלי' מן המניין: האבלים עומרין לשמאל המנחמין וכל המנחמין באין אצל האבלים אחד אחד ואומרין להן תנחומו מן השמים ואח"כ הולך האבל לביתו וכל יום ויום משבעת ימי אבילו' באין בני אדם לנחמו בין שבאו פנים חדשו' בין שלא באו:

ב' האבל מיסב בראש ואין המנחמין רשאין לישב לא על גבי קרקע שנא' וישבו אתו

sudario; & pro illis non recitant lamentationes.

IX. Non fit luctus pro pueris. Qua ætate esse debent, ut sint digni, pro quibus fiat luctus? Filii pauperum, aut filii senum erunt quinquennes, & filii divitum erunt sexennes; tam mares quam fœminæ.

X. Si lactans moriatur intra trigesimum diem, effertur in sinu, & sepelitur ab una fœmina, & a duobus viris, at non ab uno viro, & a duabus fœminis propter singularitatem; & ejus causa non consistunt in serie, neque recitant pro eo benedictionem lugentium, neque consolationes lugentium. Si fuerit filius triginta dierum perfectorum, effertur parva arca, quæ transfertur asseribus, & ejus causa consistunt in serie, & recitant pro illo benedictionem lugentium, & consolationes lugentium; si fuerit filius duodecim mensium, effertur feretro.

XI. Pro illo, qui effertur feretro, multi ejus causa moerore debent, & qui non effertur feretro, multi ejus causa dolere non debent; & qui plurimis innotescat, plurimi de illo curam habebunt, & qui plurimis non innotescat, plurimi de illo curam habere non debent.

XII. Ubi solent mulieres incedere ante feretrum, incedent ante feretrum, & ubi solent incedere post feretrum, incedunt post feretrum.

XIII. Servi & ancillæ non lugentur, neque pro iis consistunt in serie, neque dicunt pro illis benedictionem lugentium, neque consolationes lugentium, sed dicitur perinde ac diceretur pro suo bove, aut pro suo asino. Deus compenset tuum defectum.

CAPUT XIII.

I. Quomodo consolantur lugentes? Post sepultum mortuum congregantur & consistunt in latere domus sepulchrorum; & qui comitati sunt mortuum, consistunt circa illos in serie e conspectu seriei, & in serie non erant parciores decem hominibus; & lugentes illis non annumerantur, & lugentes consistebant ad sinistrum consolantium, & omnes consolantes accedebant ad lugentes sigillatim, & dicebant: Consolationem accipiatis de cœlo: Et post hæc lugens ibat domum suam; & quotidie ex septem diebus luctus, veniebant viri ad consolandum, sive gens nova esset, sive non esset.

II. Lugens sedebat in summitate, at consolatoribus non licebat sedere nisi in terra: Dictum est enim: *Job.* 11. 13.

לארץ ואין רשאין לומר דבר עד שיפתח
האבל את פיו תחילה שנא׳ ואין דובר אליו
דבר וכתיב אחרי כן פתח איוב את פיהו
וגומ׳ ויען אליפז וכיון שנענע בראשו שוב
אין המנחמין רשאין לישב אצלו שלא
יטרוחוהו יותר מדאי:

ג׳ מת שאין לו אבלים להתנחם באין
עשרה בני אד׳ כשרין ויושבין במקומו כל שבעה
ימי האבילות ושאר העם מתקבצין עליהם ואם
לא היו שם עשר׳ קבועין בכל יום ויו׳ מת
קבצין י׳ משאר העת ויושבין במקומו:

ד׳ הכל חייבי׳ לעמוד בפני נשיא חוץ
מאבל וחולה ולכל העומד מפניו אומ׳ לו
שב חוץ מאבל וחולה שמשמע ישב באבלו
ישב בחוליו:

ה׳ מכבדין ומרביצין בבית האבל ומדיחין
קערות וכוסו׳ וקיתונו׳ וצלוחיות ומדליקין את
המונג׳ ולא את הבשמים:

ו׳ אין מוליכין לבית האבל המאכל
שמברין בו לא בכלי כסף ולא בכלי שעם
וכיוצ׳ בהן אלא בכלי נסרי׳ של ערבה קלופ׳
וכיוצ׳ בהן שלא לבייש את מי שאין לו:
ואין משקין בזכוכית לבנה אלא בצבועה שלא
לבייש את העניים שאין יינותיהן טובו׳:

ז׳ אין שותין בבי׳ האבל יתר על עשר׳
כוסות לכל אחד ואחד שלשה קוד׳ אכילה
ושלשה בתו׳ אכילה וארבעה לאחר אכילה
ולא יוסיף שמא ישתכר:

ח׳ אין אומרים שמועה והגדה בבית
האבל אלא יושבין דוים וכן אין אומרים בפני
המת אלא דברים של מת אבל לעסוק בדברי
תורה בפניו או בבית הקברות אסו׳:

ט׳ אין בוכין על המת יתר משלש׳ ימים
ואין מספידין יתר משבעה במה דברים
אמורים בשאר העם אבל תלמידי חכמים
הכל לפי חכמתן ואין בוכין עליהם יותר
משלשים יום שאין לנו גדול ממשה רבינו
וכתיב ויתמו ימי בכי אבל משה וכן אין
מספידין יתר על י״ב חדש אין לנו בחכמ׳
גדול מרבי הקדוש וי״ב חדש בלבד נספד

Et federunt cum ipfo in terra: Neque illis licebat loqui, nifi poftquam lugens aperuerit os fuum a principio: Dictum eft enim: *Ibid. Et nemo erat, qui loqueretur illi verbum*: Et dictum eft: *Pofthæc aperuit Job os fuum &c. Et refpondit Elipha &c.* Et quando ipfe commovet caput; amplius non licet confolatoribus cum eo confiftere, ne magis defatigetur quam deceat.

III. Si mortuo non fuerint lugentes, qui confolentur; decem viri præftantes venient, & fedebunt in fuo loco toto feptiduo luctus, & reliquus populus congregatur apud illos; at fi ibi non fuerint decem homines ftabiles fingulis hifce diebus, congregantur decem ex reliquo populo, & fedent in fuo loco.

IV. Omnes confiftere debent coram principe, excepto lugente & ægroto, & omnis qui confiftit coram eo, dicet: fede; excepto lugente & ægroto; eo quod putandum fit, quod fedeat in fuo luctu, & fedeat in morbo fuo.

V. Everrunt, & adfpergunt domum lugentis, & lavant fcutellas & calices, urceos, & ampullas, & accendunt lucernas, at in eam non adducunt fuffitum neque aromata.

VI. Non afferunt in domum lugentis cibos, qui parantur in vafis argenteis, neque in vafis fuberis, & his fimilibus, fed tantum in vafis falicis decorticatæ & his fimilibus, ne eos pudeat, qui non habent. Neque eum potant vafis vitri albi, fed colorati, ne pauperes pudeat, quorum vina non funt bona.

VII. Non bibendi funt in domo lugentis plures, quam decem calices fingulis, tres ante cibum, & tres inter cibum, & quatuor poft cibum; neque addet, ne forte ebrius fiat.

VIII. Non funt narrandi nuncii, neque allegoriæ in domo lugentis, at fedebunt dolentes; & fimiliter non dicenda funt coram mortuo nifi ea quæ fpectant mortuum; at occupati erunt in verbis legis in ejus confpectu; at in fepulchretis vetitum eft.

IX. Non lugendus eft mortuus ultra tres dies, neque lamentatio fiat ultra feptem dies. De quo hæc dicta funt? De reliquo populo; at pro difcipulis fapientum omnia facienda funt juxta eorum fapientiam; at pro illis non lugent ultra triginta dies; eo quod nobis nemo fit præftantior Mofe magiftro noftro, de quo fcriptum eft: *Deut.* XXXIV. 8. *Et completi funt dies luctus Mofe*; & fimiliter non lamentantur ultra duodecim menfes: Etenim nemo eft nobis præftantior inter fapientes magiftro noftro fancto; quem duo-

וכן חכם שבאה שמועתו לאח׳ י״ב חדש אן סופדין אותו:

י׳ אל יתקשה אדם על מתו יותר מדאי שנ׳ אל תבכו למת ואל תנודו לו כלומ׳ יותר מדאי שזהו מנהג של עולם והמצער עצמו יותר על מנהגו של עולם הרי זה טפש אלא כיצד יעשה שלשה לבכי שבעה להספד שלשים יום לתספורת ולשאר החמשה:

יא׳ כל מי שאינו מתאבל כמו שצוו חכמי׳ הרי זה אכזרי אלא יפחד וידאג ויפשפש במעשיו ויחזר בתשוב׳ ואחד מבני חבורה שמת תדאג כל החבורה כולה כל שלשה ימים הראשונים ויראה את עצמו כאילו חרב מונחת לו על צוארו ומג׳ ועד ז׳ כאילו היא מונחת בקרן זוית מכאן ואילך כאילו עובר כנגדו בשוק כל זה להכין עצמו ויעור משנתו והרי הוא אומר הכיתי אותם ולא חלו מכלל שצריך להקיץ ולחול:

פרק ארבעה עשר

א׳ מצות עשה של דבריהם לבקר חולים ולנחם אבלים ולהוציא המת ולהכניס כלה וללות האורחים ולהתעסק בכל צרכי הקבור׳ לשאת על הכתף ולילך לפניו ולספוד ולחפור ולקבור וכן לשמח הכלה והחתן ולסעדם בכל צרכיהם ואלו הן גמילות חסדים שבגופו שאין להן שיעור אע״פ שכל מצות אלו מדבריהם הרי הן בכלל ואהבת לרעך כמוך כל הדברים שאתה רוצה שיעשו אותם לך אחרים עשה אתה אותן לאחיך בתור׳ ובמצוה:

ב׳ שכר הלויה מרוב׳ מן הכל והוא החק שחקקו אברהם אבינו ודרך החסד שנהג בה מאכיל עוברי דרכי׳ ומשקה אותן ומלוה אותן וגדולה הכנסת אורחי׳ מהקבלת פני שכינה

duodecim mensibus duntaxat planxerunt; & similiter sapientem, de cujus morte post duodecim menses advenerit nuncius, non plangunt.

X. Homo non dolebit de mortuo suo plusquam deceat: Dictum est enim *Jerem.* XXII. 10. *Nolite lugere pro mortuo, neque dolere pro eo*: Quasi dicat magis quam deceat; Eo quod hæc sit consuetudo hominum, quod qui doleat magis, quam sit consuetudo, sit stultus. Quid faciet? Triduum pro luctu, septiduum pro planctu, triginta dies pro abrasione, & pro quinque reliquis.

XI. Qui non luget eo modo, quo præceperunt sapientes, est crudelis; timebit, anxius erit, & perscrutabitur in operibus suis; & aget pœnitentiam. Si quis de societate moriatur, tota societas sollicita erit: Tribus diebus prioribus considerabit seipsum, perinde ac gladius impositus sit collo suo; præteritis tribus usque ad septem, considerabit perinde ac positus sit in angulo domus suæ; Hinc est ulterius considerabit, perinde ac contra se prætereat in platea; Qua de causa semetipsum disponat, & expergiscat a somno suo, & ecce dictum est: *Jerem.* V. 3. *Percussisti eos, & non doluerunt*. Consequitur, quod sint excitandi, & dolore afficiendi.

CAPUT XIV.

I. PRæceptum affirmativum est ex verbis scribarum visitandos esse ægrotos, & consolandos esse lugentes, & efferendum esse mortuum, deducendam esse sponsam, & comitandos esse peregrinas, & operam omnem dandam sepulturæ, & humeris mortuum esse efferendum, & ante illum incedendum, & lugendum, effodiendam esse fossam, ut in ea sepeliatur *mortuus*: Et similiter ut lætificetur sponsa, & præstandum est illis auxilium in his omnibus, quæ sibi necessaria sunt; Et hæc sunt opera misericordiæ & pietatis corporalia, quibus non est mensura. Quamvis omnia hæc præcepta sint ex decreto scribarum, tamen, comprehenduntur in præcepto; *Et diliges proximum tuum sicut teipsum*. Quæ cupis, ut tibi alii faciant; cura ut tu facias fratri tuo in lege, & in præceptis.

II. Merces deducendi hospites est præ omnibus maxima. Et hoc est statutum quod statuit Abraham pater noster; & hæc erat consuetudo suæ pietatis; cibum præbebat itinerantibus, eos potabat, & deducebat: & præstantius est hospitium peregrinorum, quam acceptio faciei divinæ; Dictum est enim: *Genes.* XVIII. 2.

Et

שנ׳ וירא והנה ג׳ אנשי׳ ולוויים יותר מהכנסתן:

ג׳ אמרו חכמי׳ כל שאינו מלות כאילו שופך דמי׳ כופין ללויה כדרך שכופי׳ לצדק׳ וב״ד היו מתקני׳ שלוחין ללות אדם העובר ממקום למקו׳ ואם נתעצלו כדב׳ זה מעלה׳ עליהן כאילו שפכו דמים אפי׳ המלוה את חבירו ארבע אמות יש לו שכר הרבה וכמה שיעור לוייה שחייב אדם בה הרב לתלמיד עד עבורה של עיר והאיש לחבירו עד תחום שבת והתלמיד לרב עד פרסה ואם היה רבו מובהק עד ג׳ פרסאות:

ד׳ בקור חולים מצוה על הכל הכל אפי׳ גדול מבקר את הקטן ומבקרין הרב׳ פעמי׳ ביום וכל המוסיף משובח ובלבד שלא יטריח וכל המבקר את החולה כאילו נטל חלק מחליו וכל שאינו מבק כאילו שופך דמי׳:

ה׳ אין מבקרין את החולה אלא מיום שלישי והלאה ואם קפץ עליו החולי והכביד מבקרין אותו מיד ואי׳ מבקרין את החולה לא בג׳ שעות ראשונות ביום ולא בג׳ אחרונות מפני שהן מתעסקין בצרכי החולה ואין מבקרין לא חולי מעים ולא חולי העין ולא מחושי הראש מפני שהבקו׳ קשה להם:

ו׳ הנכנ׳ לבקר את החולה לא ישב לא על גבי מטה ולא על גבי כסא ולא על גבי ספסל ולא על גבי מקום גבוה ולא למעלה מראשותיו אלא מתעטף ויושב למטה מראשותיו ומבקש עליו רחמים ויוצא:

ז׳ יראה לי שנחמת אבלי׳ קוד׳ לבקור חולים שנחום אבלים גמילות חסד עם החיים ועם המתים:

ח׳ מי שהיה לפניו מת וכלה מניח את הכלה ומתעסק עם המת וכן הוא אומר לב חכמים בבית אבל וגו׳ מת וכלה שפגעו זה בזה בדר׳ מעבירין אתהמת מלפני הכלה וזה וזה עוברי׳ מלפני המלך:

ט׳ מבטלין תלמוד תורה להוצאת המת הולכנסת הכלה במה דברים אמורים בשאין לו כל צרכו אבל יש לו כל צרכו אין

Et vidit; Ecce tres viri; Et deductio est præstantior quam hospitium.

III. Dixerunt sapientes. Qui non deducit *hospites*, reputatur tanquam effusor sanguinum. Coguntur ad deductionem, sicut coguntur ad faciendam eleemosynam: & synhedrium constituit legatos, qui deducerent itinerantem de loco ad locum; & si in hoc sint negligentes; imputatur illis, perinde ac sint effusores sanguinum. Vel si deducat socium suum quatuor cubitos, erit illi merces plurima. Quanta erit mensura deductionis ad quam quisque obligatur? Magister discipulo usque ad suburbia civitatis; & homo socio suo usque ad terminum Sabbathi, & discipulus magistro usque ad milliare; & si magister fuerit illustris, usque ad tria milliaria.

IV. Visitatio ægrotorum est præceptum omnibus; vel majorennis visitabit puerum; & sæpissime quotidie visitabunt, & qui sæpius visitat, magis laudatur, dummodo ne molestiam afferat; & qui visitat ægrotum, reputatur perinde ac participet de ejus morbo, & eum allevet; & qui non visitat ægrotum, reputatur quasi effusor sanguinum.

V. Non visitant ægrotum nisi a die tertio & ulterius; si vero exsiliat in eum morbus, & aggravescat, statim eum visitant; at non visitant ægrotum tribus horis prioribus diei, neque tribus horis posterioribus; quia in his occupati sunt in operibus, quæ sunt ægroto necessaria; neque visitantur, qui viscerum, dentis, & capitis dolore laborant, eo quod visitatio sit illis molesta.

VI. Qui ingreditur ad visitandum infirmum, non sedebit in lecto, neque in sede, neque in sella, neque in loco sublimi, neque super ejus cervical, sed obtectus assidebit infra ejus cervical, & implorabit illi *a Deo* misericordiam & egredietur.

VII. Mihi videtur, quod consolatio lugentium præcedat visitationem infirmorum; quia consolatio lugentium est opus misericordiæ cum vivis & cum mortuis.

VIII. Si in ejus conspectu adsit mortuus & sponsa deferet sponsam, & occupabitur pro mortuo; Atque ita dictum est *Eccles.* VII. 4. *Cor sapientum in domo luctus &c.* Mortuus & sponsa si sibi occurrant in via, removetur mortuus a conspectu sponsæ, & uterque removetur a conspectu regis.

IX. Cessat studium legis, ut efferatur mortuus, atque ut introducatur sponsa in thalamum. De quo hæc dicta sunt? Quando illis non sint necessaria, at si illis fuerint necessaria, non cessat; & qui non

מבטלין והכל שאין מתעסקין בתורה חייבין להתעסק עמו:

י׳ מת אחד בעיר כל׳ בני העיר אסורין בעשיית מלאכ׳ עד שיקברוהו ואם יש לו מי שיתעסק בצרכיו מותר:

יא׳ תלמי׳ חכם שמת אפילו היו עמו׳ עד׳ ס׳ רבוא מבטלין תלמוד תורה להוצאתו היו ששי׳ רבוא אין מבטלין ואם היה מלמד לאחרים אין לו שיעור אלא מבטלין הכל להוצאתו:

יב׳ וקוברין מתי גוים ומנחמין אבליהם ומבקרין חוליהם מפני דרכי שלום:

יג׳ בתי הקברו׳ אסורין בהנאה כיצד אין אוכלין בהם ואין שותין בהם ואין עושין בהם מלאכה ולא קורין בהם ולא שונין בהם כללו של דבר אין נאותין בהם ולא נוהגין בהן קלו׳ ראש:

יד׳ לא ילך אדם בתוך ארבע אמות של קבר ותפילין בידו וספר תורה בזרועו ולא יתפלל שם וברחוק ארבע אמות מותר:

יה׳ המוליך עצמו׳ ממקום למקום לא יתנם בדיסקיא ויניחם על גבי חמורו וירכב עליהם מפני שנוהג בהן מנהג בזיון ואם היה מתייר׳ מפני הגנבי׳ ומפני הליסטי׳ מות׳:

יו׳ אין מפנין את המת מקבר לקבר אפי׳ מבזוי למכובד ואם היה בתוך שדהו מפנהו אפילו ממכובד לבזוי:

יז׳ אין קוברין מת על גבי מת ולא שני מתים כאחד שביזיון הוא וקטן הוצא עם אמו נקבר עמה:

יח׳ עפר הקבר אינו אסור בהנאה שאין קרקע עולם נאסרת אבל קבר הבניין אסור בהנאה: הבונה קבר למת לא נאסר עד שיכנס בו המת אפי׳ הטיל בו נפל׳ נאסר בהנאה:

יט׳ נפש שנעשה לשם חי ושם בו המת והוסיף בו דימוס אחר לשם המת אע״פ שפנה המת הכל אסור בהנאה ואם הכיר את התוספ׳ חולץ אות׳ והשאר מותר:

כ׳ נעשה לשם המת כיון שהוטל בו המת נאסר אע״פ שפנהו:

כא׳ הבונה קבר לאביו והלך וקברו בקבר אחר הרי זה לא יקבר בו מת אחר עולמית

non ſunt occupati in ſtudio legis, de iis curam habere debent.

X. Si quis moriatur in civitate, omnibus civibus interdictum eſt opus, donec ſepeliatur; ſi fuerint, qui de illo curam habeant, licitum eſt.

XI. Si moriatur diſcipulus ſapientum, vel ſi illi adſtiterint ſexaginta myriades, ceſſant a ſtudio legis, ut efferatur, at ſi fuerint ſexaginta myriades & amplius, ceſſare licebit. At ſi alios docuerit, non erit illi menſura, omnes vacabunt, ut eum efferant.

XII. Et ſepeliunt mortuos gentilium, & conſolantur eorum lugentes, & viſitant eorum ægrotos propter vias pacis.

XIII. Sepulchrorum interdictus eſt uſus. Quomodo intelligitur? Non licet in iis edere, bibere, & facere opus, neque legere legem, & Miſnam; Regula generalis eſt, quod non liceat ex iis uſum percipere, neque jocari, & ridere.

XIV. Nemo incedet intra quatuor cubitos ſepulchri, habens in manu ſua Thephilin; & in brachio ſuo librum legis, & non leget, ſi removeatur quatuor cubitos, licitum eſt.

XV. Qui transfert oſſa de loco ad locum, non reponet in biſacco, neque imponet aſino, ut illis inequitet, eo quod ſit ſpecies contemtus; ſi vero ſit timor a latronibus, & furibus, licitum erit.

XVI. Non transferunt mortuum de ſepulchro ad ſepulchrum, vel a contemtu ad honorem, & ſi fueri intra agrum ſuum, transferunt, vel ab honore ad contemtum.

XVII. Non ſepeliunt mortuum ſuper mortuo, neque ſimul duos mutuos, eo quod ſit contemtus; & puer ſi efferatur cum matre ſua, cum matre ſua ſepelitur.

XVIII. Pulvis ſepulchri non eſt uſu interdictus, quia ſolum æternum non eſt vetitum; at ſepulchrum extructum eſt uſu interdictum. Si quis exſtruat ſepulchrum mortuo, non eſt vetitum, niſi poſtquam in illud inferatur mortuus, vel ſi in illud transferatur abortus, erit uſu interdictum.

XIX. Si in monumento exſtructo pro vivente, reponatur mortuus, & addatur monumentum aliud nomine mortui, licet transferat mortuum, omne eſt uſu interdictum; ſi vero innoteſcat additamentum, ipſum eruet, & reliquum erit licitum.

XX. Si factum ſit nomine mortui, poſtquam in illud translatus eſt mortuus, erit interdictum, quamvis illum transferat.

XXI. Si ædificet ſepulchrum patri ſuo, & abiens illum ſepeliat in alio ſepulchro, in

והקבר הזה אסו׳ בהנאה מפני כבוד אביו :

כב׳ המת אסו׳ בהנא׳ כולו חוץ משערו שהו׳ מות׳ בהנא׳ מפני שאינו גופו וכן ארונו וכל תבריכין אסורין בהנא׳ : אבל כלים המוכני׳ לתכריך לא נאסרו בהנאה אפילו ארג בגד למת לא נאסר עד שיגיע במטה הנקברת עמו שאין ההזמנה אוסרת :

כג׳ כל הכלים שזורקין על המת על המטה הנקברת עמו אסורין בהנאה שלא יתחלפו בתבריכין:

כד׳ היו אביו ואמו מזרקים כלים בחמתן ועל המת מצוה על אחרי׳ להצילן ואם הגיעו למטה הנקברת עמו שנב אין מצילין אותן מלמדין את האדם שלא יהא חבלן ולא יפסיד את הכלים וישליכם לחבלה מוטב לתתם לעניים ואל ישליכם לרמה ותולעה וכל המרבה כלי׳ על המת עובר בלא תשחית:

כה׳ מלך שמת עוקרין סוס שהיה רוכב עליו ועגלה שהיתה מושכת בקרון שהיה יושב בו מנשר פרסותיה מן הארכובה ולמטה מקום שאין עושה אותה טריפה ומושיבין ישיבה על קברו שבעה ימים שנאמר וכבוד עשו לו במותו זה שהושיבו לו ישיבה על קברו ונשיא שמת אין מבטלין ישיבתו יותר על שלשים יום מלך או נשיא שמת יש להן לשרוף מטתו וכל כלי תשמישו ואין בזה דרך האמורי ולא משום השחתה שנאמר בשלום תמות ובמשרפות אבותיך הראשונים ישרפו לך :

in eo alium mortuum non sepeliet in perpetuum & hoc sepulchrum erit usu interdictum propter honorem patris.

XXII. Mortuus est totus usu interdictus, excepta ejus coma, cujus usus est licitus, quia non est ejus corpus; & similiter ejus arca & involucra sunt usu interdicta, at vestes destinatæ pro involucro, non sunt usu interdictæ; vel si texat vestem mortuo, non est usu interdicta, nisi postquam tetigerit feretrum, quod cum illo sepelitur; eo quo præparatio non interdicat.

XXIII. Cuncta indumenta, quæ sparguntur super mortuum in feretrum, quod cum illo sepelitur, sunt usu interdicta, ne immutentur in involucris.

XXIV. Si pater & mater projiciant indumenta in fervore, & dolore super mortuum, præceptum extat aliis, ut ea salvent; si vero tetigerint feretrum quod sepelitur cum illis, non licet amplius ea servare; Docetur homo, in ea perdet, neque corrumpat, neque ea projiciat in perditionem; præstat ea dare pauperibus quam illa projicere projectioni & vermibus; & qui multiplicat vestimenta super mortuo, prævaricatur præceptum, *ne perdas*.

XXV. Si rex, moriatur, enervatur equus, in quo equitabat, & vitula, quæ trahebat currum, in quo insidebat, & inciditur ejus ungula ab genu ad inferiorem partem, in loco, ubi non fiat discerpta, & faciunt consessum ad ejus sepulchrum per septiduum; Dictum est enim: 2. *Paral.* XXXII. 33. *Et honorem fecerunt in ejus morte*. Hic est consessus, quem illi fecerunt ad ejus sepulchrum. Si princeps moriatur, non vacabunt in ejus consessu plus triginta diebus. Si rex & princeps moriatur, licet comburere ejus lectum, & omnia vestimenta, quibus usi fuerunt; & in his non est consuetudo Amorrhæorum; neque interdictum perditionis; Dictum est enim: *Jerem.* XXXIV. 5. *Et in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum priorum comburent te*.

MAR-



MARTINI GEJERI
LIBER
DE HEBRÆORUM LUCTU

Lugentiumque ritibus e sacris præcipue, nec non R. Mosis B. Maimon tit. Efel, aliisque.

LECTORI BENEVOLO.

Ipsi hi sunt viginti anni, cum Wittebergæ operam dans studiis, inciderem, quo fato nescio, in hanc, quam nunc recusam refusamque vides *de Ritibus Lugentium* materiam. Proponebatur eadem tum temporis sub geminæ disputationis publicæ schemate, elaborata pro juvenilis ingenii modulo, nec non pro qualicunque autorum tunc apparatu. Factum ab eo tempore, ut multoties interpellarent amici peterentque laboris hujus qualiscunque exemplaria: Verum cum jam dudum distracta essent illa omnia, satisfacere desideriis non potui, utut forte voluissem. Interea cum successu temporis in manus venirent non pauca, quæ materiam isthanc illustrare possent non parum; consignavi eadem, sicubi forte in mentem veniret iste labor prior, permitteretque simul tempus. Inprimis vero oblectabat non parum insigne istud Rabbini Celebratissimi, *Mosis Maimonidis* opus, Jad Chasaka vocatum, quo me non multo post, Anno scil. 1641. Lipsiæ beabat Lectissimorum Fratrum triga, *Bosiorum* scilicet, quos compellatos a me vides proxime. Inibi namque

que integrum deprehendebam hanc in rem tractatum, *Halacha* אבל nimirum, quam avide tum temporis percurrebam, indeque, quæ luctum a me olim expensum, elucidarent amplius, simul excerpsi ac interspersi. Et quanquam sub initium ingenti flagrarem desiderio, ex opere eodem, quod devorandum a me opinabar præ fame totum, totam eruere Judaicam antiquitatem; retraxit tamen a conatu isthoc nova, quæ Anno 1643. volente sic Domino, superveniebat vocatio officiumque, quo hodiedum per Dei gratiam fungor, ecclesiasticum. Alia hic, ut facile conjicis, Bone Lector, interveniebant catervatim, quæ & tempus & animum curasque sibi poscebant unice, ausus que priores (non parum temerarios, ut ipsemet postea sensi,) inhibebant. Imo, quæ curiositas, aut nonnunquam supervacanea vanitas, absumsissent antea, nunc tribuenda erant curis sanctioribus in qua unum necessarium (*Luc.* 10. *vers.* 24.) propius directis. Sepositum insimul manserat quoque memoratum modo Lugubre meletema; ita tamen, ut interea, quantum subtrahere possem functionibus publicis, impenderem expositioni *Ecclesiastæ* atque *Proverbiorum Salomonis*.

At ecce, quod olim de luctu meditatus fueram extra luctum, nunc demum revocatur, immisso in domum pectusque meum luctu satis equidem proprio ac mihi acerbo. Ne dicam de morte socrus Pientissimæ & supra matrem mihi charæ, nec de morte etiam filioli primogeniti, atque tum unici; en, privandus etiam eram Conjuge Lectissima, quam si Piam, Pudicam, probam, & mihi per totum, quod una viximus, fere decennium, ne unico asperiore aspectu verbulove adversam dixero, dixero equidem quod res est, quod conscientia mea, imo quod etiam quotquot ipsam & me noverunt, testabuntur uniformiter. Quanto majus igitur erat, quod in hac amiseram volente Deo, מתנה טובה (uti probam uxorem alicubi vocat Ben Sira, h. e.) *donum bonum*, tanto acrior etiam, ut facile conjicies, erat pectoris mei dolor, tantoque minus fictus ab eodem luctus. Sane expertus sum quodammodo veritatem proverbii Hebraici, quod in *Sanhedr.* legitur fol. 22. col. 1. כל אדם שמתה אשות ראשונה כאלו חרב בית המקרש ביחיו שנא׳ הנני לוקח מחמד עיניך: id est *Cuicunque homini moritur uxor prima, perinde est ipsi, ac si vastaretur templum in diebus ejus, juxta id, quod dicitur.* (Eze. 24. 16.) *ecce aufero ego desiderium oculorum tuorum*. Et rursus in eodem tractatu: כל אדם שמתה אשתו בימיו עולם חשך בערו *cuicunque homini moritur uxor, in diebus ejus mundus obtenebratur circa ipsum* vel undiquaque. Deo tamen Patri benignissimo gratia per Christum, qui sic lenivit vulnus, mentemque sustentavit fortiter, ut indecorum (qui alias communis in passione hac solet esse morbus,) non meminerim excidisse lugenti mihi vel verbulum, vel gestum; imo qui hodieque sic roborat imbellem, roborabitque spero imposterum, ut ipsi, tanquam cordis mei Cordi unico inhærens, deque omni tandem adversitate feliciter triumphans, solidioribus in Cœlo gaudiis deliciisque fruiturus.

Tacente me perſpicies jam, Bone Lector, quid in manus reddiderit denuo priores de Luctu Hebræorum curas: lugenti nimirum luctus chartaceus minuere debuit interiorem animi dolentis luctum, verum curis conformibus pellendæ erant curæ urentes intus. At modo curas mihi non attraxero majores! haud enim me fugit, quod ad ſcripta ſeculo hoc evulgata ex Talmudis tractatu de Sabbatho alicubi accommodat Magnus Buxtorf. אדם יוצא לשוק וה' דומה כמי שנמסר לסרדיוס לעיניו: h. e. *homo prodiens in forum* (*vel in publicum*,) *eſt in oculis ſuis quaſi tradeudus lictori*; quandoquidem ut Gloſſatorib. habet R. Salomo, מצויים שם מדינות בעלי דינים כרחיים וישראלים: *reperiuntur illic contentiones hominesque litigioſi, tam ex gentilibus, quam Iſraelitis*. (videſis Cl. Joh. Buxt. Jun. *vindic. hiſt. S. Cœnæ adverſus Capellum th.* 1. *ſeqq.*) Haud dubie advolabunt & huc quædam, quæ miſere pagellas has lancinent, infauſtæ aves; taxabunt vel incongruam alicubi verſionem, vel incomtum ſermonis genus, vel aliud, de quo nunquam forte cogitavi aut cogito. Quid tum? primus ego non ſum, qui talia patior, imo inter eosdem reor me eſſe minimum. Quis enim ab errore ſe unquam, niſi prorſus fuit inſipiens, immunem arbitratus eſt, ſentio hic cum Anglo Doctiſſimo, Nicolao Fullero *in app. apol. ad l. 6. miſc. p.m.* 179. *ſeq.* qui non dubitat, haud pauca in miſcellaneis ſuis (ita & ego in his meis chartis) repertum iri, quæ jure reprehendi & poſſint, & debeant? Hæc vero, addit poſt pauca, *ſi quis eruditus emendaverit, per magnam profecto a me gratiam merito inibit. Veruntamen duo potiſſimum & poſtulo & flagito; ut maculæ re ipſa ſint, non fingantur: item ut aqua, non aceto abluantur*, i. e. *candide, non contumelioſe corrigantur*? Hæc ille. Quid magnus ille Scaliger de ſe ſenſerit, conſtabit ex *tribæreſ. cap.* 2. 17. 18. *&c.* at quid ad tantos tantilli nos tirones atque umbræ? qui cupit, hanc in rem plura videbit, magnorum etiam hominum errata, a Cl. Reineſio congeſta, *de Lingua Punica cap.* 13. §. 5. adde, quæ de miſera librorum ſeculi hujus ſorte ſcripſit Leon. Lauredanus Venetus *præf. ſylvæ rer. moral.* lectu non injucunda. Deſino in verbis Cl. Joh. Coceji, *qui in tit. Sanhed. pag.* 387. hæc habet: *non ſemper adeſt interpretibus induſtria, ſtudium, attentio*, (addiderim ego: tempus ab interpellatione immune,) *ſcientia, exprimendi felicitas, quam oportet ad interpretationis abſolutæ & cumulate perfectæ confectionem adeſſe. Meam vero ut pro ea venditem, tantum abeſt, ut ingenue profitear, me diſcendi cauſa hunc laborem potiſſimum ſuſcepiſſe.* Tu, Bone Lector, ſi bonus es, etiam tenuia hæc non vilipendes, memor illius in Avoth. cap. 4. אל תהי בז לכל אדם ואל תהי מפלג לכל דבר שאין לך אדם אשין לו שעה ואין לך דבר שאין לו מקום: h. e. *nullum unquam hominem contemnas, nec ullam unquam rem abjicias: cuilibet rei ſuus locus & uſus*. Item in *Vajikra* rabba, paraſcha 22. f. m. 189. *R. Juda dixit*: אפילו דברים שאתם רואין יתרון לעולם אף הן בכלל הנייתו של עולם הן סיבא למעבר חבלא: *etiam res illæ, quæ vobis videntur ſuperfluæ in mundo, omnino uſum ſuum in hoc mundo habent*; v. g.

mu-

muſcus (*palmæ*) *ad faciendum inde funem*. Vale, & ſi quid commodi ex ſcripto hocce refers, mecum Deo Datori optimo gratias age, debitamque ad mortem præparationem ab eodem mecum efflagita precibus ſeriis ac indefeſſis. V.

ברנ״וא

Nihil reperiri poteſt, quod plurima S. Scripturæ teſtimonia nobis magis abſtruſa intelleƈtuque difficilia reddat, quam rituum veterum ignorantia iis enim præteritis, ſi quis loca, ubi eorum ſit mentio, intelligere vel enarrare cupiat, merito compellabitur Apollinis ad Heƈtorem verbis.

Νῦν σὺ μὲν ὧδε θέεις, ἀκίχητα διώκων.

Nunc tu quidem ſic curris, in acceſſa perſequens:

Deſudatur fruſtra, cum ea, quæ rituum Judaicorum luce egent, alio varia ſubtilitate detorquentur. Hæc non meis proferre volui verbis, ſed *Veri*, ut ipſum vocat Cl. Salmaſius (de coma p. *660.*) *Præſtantiſſimi & Celeberrimi Hebrææ Ling. & omnis Eruditionis peritiſſimi, Conſtantini Imperatoris*, ſeu L'Empereur de Oppyck. in epiſtola dedic. ὁδοιπορείας R. Moſis Kimchi. Agnovit hoc ipſum *dexterrimus ille Scripturæ explanator* Matthias Flacius, (quomodo eum nominat *Ampl. Dn. Glaſſius lib.* 1. *Phil. S. p.* 236.) qui hunc in finem conſcripſit integrum & prolixum caput *de neceſſitate cognitionis variarum rerum potiſſimum in communi vita exiſtentium, tum omnibus gentibus communium, tum Iſraelitis propriarum, ad intelleƈtum ſermonis ſacrarum literarum* (p. 2. Clav. Scr. tr. 6. f. 577.) ubi certe longe jucundiſſimas & utiles hanc in rem ponit obſervationes; quæ ipſæ etiam anſam mihi dederunt haƈtenus, in quotidiana Bibliorum leƈtione ejuſmodi ritus aut mores in adverſaria conjicere, quales ſunt hi ipſi lugentium geſtus. In eos igitur luƈtuoſiſſimo hoc tempore, ubi ad oculum, & a noſtris, tales ritus plures expreſſos videre licet, altius aliquanto inquirere animum inceſſit. Utinam iidem nobis quoque anſam darent tam ſerio deplorandi noſtra, quam luculenta apud antiquitatem puriorem fuere reſipiſcentiæ monumenta! Antequam vero ad geſtuum rituumque horum progrediamur enarrationem, præmittere nonnulla placet de Luƈtu ipſo, & potiſſimum equidem ad duƈtum הרב הגדול *Rabbini illius magni* (uti eum vocat David Kimchi *ad Jeſ.* 51. *6.*) qui aliis Hebræis audit נשר הגדול ה׳ *aquila magna* (teſte Paul. Fagio in *capit. PP. p.* 7.) quique magni Scaligeri judicio (*l.* 1. *epiſt.* 62.) *ſolus inter Judæos nugari deſiit*, Moſen intelligo Ægyptium, qui in utiliſſimo ſuo *Jad chaſaha* (cujus commendationem inter cæteros etiam ſuggeret laudatus modo L'Empereur l. c.) peculiarem concinnavit titulum ſ. הלכות אבל de Luƈtu, qui operis totius eſt penultimus, *lib.* 4. *f. m.* 274. *ſeq.* Eſto igitur Bono cum Deo.

CAPUT PRIMUM.

An lugere liceat defunƈtorum mortem.

I. Non male annotaſſe Schickardum, (quem Virum, Literarum harum doƈtiſſimum, item cui inter paucos multum hæ literæ debent, vocat Gaulmyn *de vita & mor. Moſis*, *p.* 319. & 366. quique Conſtantino L'Empereur *in Jacchiad pag.* 145. audit Vir Orientalium LL. peritiſſimus & in aliis verſatiſſimus, nec non *præfat. in Clav. Talm. pag. ult.* Germaniæ decus ac lumen,) in ſuo *Miſchpat hamm. p.* 170. luƈtum pene *pro parte ſacri cultus* haberi apud Iſraelis poſteros, patebit ex iis, quæ paſſim in noſtro occurrunt Maimonide.

II. Sic namque ſuum ſuperius citatum titulum idem mox inchoat c. 1. §. 1. *præceptum affirmativum eſt, lugere ob propinquos eo quod diƈtum eſt:* Lev. x. 8. (*ſi comediſſem ſacrificium pro peccato hodie*,) quando ſcil. miſer ego parens meis orbatus ſum liberis, *an placuiſſet hoc in oculis Domini? Neque luƈtus eſt* (pergit idem,) *vi Legis niſi die primo tantum* : שהיו יום המיתה ויום הקבורה *qui ipſe dies mortis & dies ſepulturæ?* ubi *Ceſeph miſchne* annotat in marg. quod ita ſcripſerit הריף Summus magiſter *Iſaac de Pes* itemque *Ramban* nec non *Racſbba*, h. e. Summus magiſter Salomon F. Adreth, non dixiſſe *Geonim* niſi de die mortis, qui idem ipſe ſit dies ſepulturæ: *at reliqui ſeptem dies non ſunt* דין תורה *ſtatutum* Legis, vel non ſunt juris divini. אעפי שנ׳ בתורה ויעש לאביו אבל שבעה ימים נותנה תורה ונתחרשה הלכה ומשה רבינו תקן להם לישראל ז׳ ימי אבלות : ו׳ז׳ ימי חמשתה i. e. *quamvis dicatur in Lege;* Gen. 50. 10. *fecitque patri ſuo lu-*

ƈtum

ctum ſeptem dies, data eſt lex ac inſtaurata conſuetudo, & Moſes doctor noſter inſtituit Iſraelitis ſeptem dies luctus, & ſeptem dies convivii. Quibus poſterioribus verbis haud dubie innuitur הלכה למשה מסיני: id eſt, *conſuetudo Moſis de monte Sinai*, per quam Judæi intelligunt traditionem certam, a Moſe inde derivatam orali communicatione. Sic pari modo diſcrimen facit cap. 5. §. 1. inter ea, quæ prohibet jus divinum, & quæ prohibentur per Traditiones patrum v. g. *lavare, ungi, & quæ huc ſpectant alia probibita ſunt jure divino tantum prima die, at reliquis diebus ex inſtituto Majorum.*

III. Idem luctus debitum cognoſci poteſt ex iis, quæ habet cap. 13. §. 12. *omnis ille, qui non luget, ſicut præceperunt Sapientes, ecce is eſt crudelis. Veruntamen timeat, & doleat, & ſcrutetur opera ſua, & revertatur per pœnitentiam.* Item cap. XIV. §. 1. *præceptum affirmativum eſt ex ſententia Majorum, viſitare ægrotos, conſolari lugentes, efferre mortuum, introducere ſponſam, deducere viatores, occupari in omnibus, quæ ad funerationem requiruntur, portare* (v. g.) *ſuper humero, antecedere illud, plangere, fodere, ſepelire*; pari modo etiam exhilarare ſponſam atque ſponſum, & adjuvare ipſos in cunctis neceſſitatibus. Atque hæ ipſæ ſunt גמילות חסדים *retributio benignitatis* vel opera charitatis שבגופו *quæ præſtantur corpore, & quorum nulla eſt* שיעור *menſura*; (h. e. non præfinitus eſt tali beneficentiæ, quæ *corpore* exhibetur, ut viſitatio ægrorum, frequentatio nuptiarum, &c. certus modus, aut æſtimatio vel menſura ſicut beneficentiæ, quæ fit de facultatibus, certi ſunt limites præfixi, ita ut nemo teneatur ultra quintam partem lucri ſuarum facultatum conferre.) *Et quamvis cuncta illa ſtatuta ſint ex ſententia Majorum, comprehendantur tamen in generali iſto: diligas proximum ſicut teipſum:* h. e. *cuncta, quæ vis ut faciant tibi alii, fac etiam tu eadem fratri tuo ſecundum legem & præcepta.*

IV. Hinc inſtituta operum Charitatis inter ſe collatione per idem illud cap. §. 8. ſic pergit; *ante cujus faciem eſt & mortuus & ſponſa, relinquit ſponſam, & occupatur circa demortuum, juxta dictum illud*, Coh. 7. verſ. 4. *cor ſapientis eſt in domo luctus. Adeoque cum mutuo ſibi in via occurſant mortuus & ſponſa,* מעבירין *tranſmittunt mortuum* מלפני *ante ſponſam, ſicut tam hæc, quam ille* עוברין *tranſeunt* מלפני *ante faciem regis.*

V. Tanto magis autem hæc lugendi cura obtinere ſolet apud recutitos, quod in eadem cum Purgatorii exſufflatoribus verſentur opinione, quaſi defunctorum animæ ſciant, quicquid a ſuperſtitibus in hoc mundo agatur; uti rurſus annotatum videbis a *Schickardo in ſuo* מה *p.* 173. & Buxtorfio ſynag. Jud. cap. 35. p. m. 436. exc. 3. ברבורת Ita diſerte *lib. Minhagim cap. ult.* mir [pro wir] ernen in der Gemara, daß die Methim [Todten] wiſſen, was man thut auff dem Olam [Welt,] darumb ſol man ſehen, daß man ſie ſol mechabbeth ſeyn [das iſt ehren] denn ſie wiſſen wol alle Ding. Wiewol daſs der paſuk [Spruch] ſagt vehammethim enam jodeim meumma, die Todtem wiſſen nichts, [Coh. 9. 5.] das meint die Reſchaim [Gottloſen] die heiſſen methim [Tode] Darumb heiſt man auch das beth bakkevuroth [Begräbnüß] beth chaym Ort der Lebendigen, ꝛc. paulo poſt: Wann ein Zaddik ſtirbt, da ſoll jederman umb ihn klagen und weinen, und der Bore jithborach [hochgelobte Schöpffer] nimmt dieſelbigen Thränen, und wiſcht ihm ſeine Sünde mit ab.

VI. Quid porro de hoc circa mortuos officio ſenſerint Antiqui Chriſtiani, colligi quodammodo poteſt ex lib. 8. conſtit. Apoſtolic. cap. 48. ubi ſic legimus: *peragatur dies tertius mortuorum in Pſalmis, in lectionibus atque orationibus, propter eum, qui tertia die reſurrexit. Item nonus in commemorationem ſuperſtitum atque defunctorum: etiam quadrageſimus ſecundum veterem* (Deut. 34.) *nec non anniverſarium pro memoria ejus.* Et mox cap. 50. *cum ad memorias eorum vocamini, cum modeſtia... comedite.* Hæc referre placuit, non ac ſi tale quid vere cenſeamus Apoſtolicæ originis vel autoritatis, ſed quia non plane omnis expers id eſt antiquitatis. Quid enim de ſcripto illo Clementino habendum ſit, operoſiſſime eruditiſſimeque inter recentiores diſcuſſit integro tractatu *Johan. Dallæus de pſeudepigraphis Apoſtol. An.* 1653. cui addi poteſt Rivetus *lib.* 1. *crit. ſac. cap.* 2. & Rob. Cocus, *cenſ. Script. Vet. p.* 28. *ſeqq.* Videri etiam poſſunt, quæ ex Ambroſio afferuntur in Jure *can.* 13. *quæſt.* 2. *c.* 24. *quia alii.*

VII. Quid denique a noſtratibus circa luctum definiatur ex Sanctorum exemplis, v. g. Abrahami Saram, Jacobi Joſephum, Iſraelis Moſen, Chriſti Lazarum, Chriſtianorum Stephanum, Pauli Epaphroditum moribundum, deſlentium, *Geneſ.* 33. 2. 37. 34. *Deut.* 34. 8. *Job.* XI. 35. *Act.* 8. 2. *Phil.* 2. 27. itemque ex Salomonis Paulique ſententia: eſt tempus flendi; flete cum flentibus, *Cohel.* 3. 4. *Rom.* 12. 15. cum hac tamen cautela; ne mortuos lugeamus tanquam illi, qui ſpem

non

non habent resurrectionis & vitæ æternæ, 1. *Thess.* 4. *vers.* 13. id constare potest ex *Brochm. t.* 2. *LL. de morte cas. consc.* 9. & fusius ex B. Gerhard. *t.* 8. *LL. p.* 155. *ad* 161. His adde, si placet, P. Martyr. *LL. CC. clas.* 3. *cap.* 14. *f. m.* 678. Aretii *t.* 1. *probl. lib.* 52. *p. m.* 642. Ant. Creguti *revel. arcan. pag.* 970. *seqq.* ubi occasione luctus, in morte Mosis ostensi, alia hanc in rem offert notatu digna: item Joh. Hier. Sopranis, Genuensis Jesuitæ, *digr.* 3. *de luctu in David pag.* 536. Cur denique officium hoc speciatim Latini vocarint *Justa*, videbimus apud Nic. Hunnium *apost. Rom. eccl.* §. 627.

CAPUT II.

De Tempore Luctus, quando is inchoarit. §. 1. *& quousque* §. 3.

I. QUæritur hic primum, quando inchoet luctus? Respondetque Moses noster Ægyptius c. 1. §. 2. *obligari hominem tum demum, quando sepulchralis jamjam impositus esset lapis*, vel quando sepultura jam esset consummata; *adeoque toto eo tempore, quo mortuus humatus est nondum, haud prohiberi quenquam ab iis, quæ ex sententia Majorum interdicta sunt lugenti:* qua de causa etiam addit *Davidem se lavisse & unxisse, cum obdormiisset infans, eo quod nondum esset sepultus*, (2. Sam. 12. 20.) verum an solide id probet allegatus textus, dubitari omnino potest: probaret vero, si post sepulturam demum David a lotione aut unctione scriberetur abstinuisse.

II. Pergit porro §. 3. differere de הרוגי מלכות *occisis regni*, (vide sis inferius c. 3. §. 7. quos sepeliri non permittunt, quæstionemque format: *a quo tempore incipiant lugere ipsos atque plangere?* subditque, ex eo, שיתיאשו *a quo desperarunt* לשאול *exorare regem ad sepeliendum ipsos, quamvis non desperarint suffurari aut clam eosdem subducere*. Sic. §. 4. progreditur ad eos, *qui in aquis sunt suffocati, aut a feris bestiis discerpti:* & §. 5. ad illos, *ubi cadaver ad aliam mittitur provinciam, ut ibidem mandetur terræ*, quando præsertim latet, quo die sepultura illic sit instituta: atque tunc ait, inchoare tales numerationem septem & triginta dierum, quando faciem suam intervertunt a deductione funeris. Quæ de sabbatho aut festo, in quod luctus incidit, tradantur, cognosci poterunt ex cap. x. §. 1. seqq. item c. xi. §. 1. seqq.

III. Hæc de termino a quo. Quod si jam progrediare porro ad terminum ad quem, haud immerito quæritur, *quamdiu* talis duraverit luctus? Respondet ad hoc rursus noster Majmonides c. 6. §. 1. *ex sententia Scribarum Lugens totos XXX. dies quibusdam indulget lugentium ritibus. Unde vero Sapientes confirmant dies XXX.? videlicet quia dictum est:* (Deut. 21. 13.) *& flebit patrem suum matremque suam mense integro, cunctis itaque XXX. diebus mærore afficitur lugens*. Porro §. 12. ejusdem capitis: *Dum dies septimus ex parte jam transiit, licitum est lavare tam corpus atque vestes, quam reliqua prius interdicta expedire die septimo; parique ratione, cum ex parte jam absumtus est trigesimus, conceditur etiam tonderi ac levigari* (vestimenta) *die ipso trigesimo*. Cap. 13. §. 10. *non deflent mortuum ultra triduum; neque* מספידין *plangunt ultra septiduum, quæ dicta censeri debent de vulgo. At discipuli Sapientum plangunt pro ratione sapientiæ eorum, neque tamen deflent illos ultra tricesimum, eo quod major apud nos non sit Mose Magistro nostro, de quo scriptum est:* (Deut. 34. 8.) *& completi sunt dies fletus luctus Mose*, postquam sc. filii Israel Mosen fleverunt triginta diebus. *Atque sic non plangunt ultra XII. menses* (vel annum,) *eo quod non fuerit apud nos Sapientia major Magistro nostro Sancto*, (R. Juda sc. qui a morum probitate *Sancti* nomen adeptus est, collector libri Michnajoth, &c.) *quem ultra XII. menses non planxerunt*. pertinent ad classem hanc parentes de quibus Ant. Margar. Judengl. *p. m.* 26. quod liberi a funere reversi septem dies in pavimento desideant nudipedes, ac ante trigesimum diem non permittantur se lavare, tondere, aliove modo reficere: imo toto anno talis vocatur אוכל, &c. Sic etiam Buxt. *synag. Jud. c.* 35. *p. m.* 433. notavit, parentes a filiis lugeri per annum integrum: qui ipsi simul liberi tenentur per solidos XI. menses singulis diebus recitare precem illam, quæ קדיש appellatur: scribunt enim & credunt, patrem hoc pacto ex purgatorio liberari.

IV. Cum iis, quæ proxime attulimus ex nostro Majmonide, non male conveniunt Siracidæ verba cap. 22. 13. *luctus mortui septem dies*, vel defunctus septem dies est lamentabilis, quo de textu sic sentit Johannes Steph. Menoch. rep. Hæbr. l. 8. c. 5. quæst. 10. *hic videtur communis fuisse exequiarum modus, ut sc. unam hebdomadam non excederent, sed per tot dies justa funebria celebrarentur, quot solebant dare lætitiæ nuptiali* (idem habet etiam Jansenius h. l. & Sopranes in *David. f.* 523.) *ut patet ex* Gen. 29. 27. & Tob. XI. 21. *ubi legimus:* per septem die

dies epulantes, cum gaudio magno gavisi sunt. *Sic* Joseph patri suo luctum fecit septem diebus, *Gen.* 50. 10. & de nobili illa gentis suæ servatrice, Judith c. 16. 29. *dicitur:* luxit illam omnis populus septem diebus. Accedit huic mori etiam mysterium, quod tangit *S. Ambros. orat. de fide resurr.* nunc die septimo ad sepulcrum redimus, qui dies symbolum futuræ quietis est. *Et D. August. l.* 1. *quæst. super Genes. ad fin.* septimus dies in Scripturis autoritatem habet: unde alio loco scriptum est: luctus mortui septem dierum, *& postea:* septenarius numerus propter sabbathi sacramentum præcipue quietis indicium est. Ita Bonartus, hoc Siracidæ conciliaturus cum altero cap. 38. 18. *amare fer luctum illius uno die*, ait comm. f. 327. *olim luctum vehementem adhibitum fuisse in funeribus amicorum uno vel duobus diebus, prout conditio & dignitas illorum postulabat, moderationem vero & cum interpolatione diebus septem, nisi forte essent viri illustres, beneque de republ. meriti, quorum planctui dies triginta impendebantur, quod si essent mariti, uxores, parentes, &c. forte spatium annuum concedebatur*. Ita Joseph. *l.* 17. *Ant. c.* 10. de Archelao commemorat, ipsum ἐπὶ μὲν ἑβδόμην ἡμέραν πένθος τὸ ἐν τῷ πατρὶ τιμῶν *per septiduum luctum parentis celebrasse*, τόσας γὰρ διαγορεύει τὸ νόμιμον τοῦ πατρίου, *tot enim dies patrium morem requisivisse*. Imo *l.* 3. *de Bello. Jud. c.* 15. scribit, Josephum, cujus interemti falsus rumor pervenerat Hierosolymam, ἐθρήνουν *lugebant universi*, ὡς ἐπὶ τριακοσίων μὲν ἡμέραν μὴ διαλιπεῖν τὰς ὀλοφύρσεις ἐν τῇ πόλει, *adeo ut per dies XXX. nunquam lamenta in civitate cessarent*, πλείστους καὶ μισθοῦσθαι τοὺς αὐλητὰς, οἱ θρήνων ἐξῆρχον αὐτοῖς, *multique conducerentur tibicines, qui nænias moderarentur*. Hæc autem dicta putabis de luctu publico. De privato, septiduano audiemus adhuc Chaldæum paraphrasten ad Coh. 3. 6. *tempus electum* (seu commodum est,) *ut quis se amoveat a complectenda* (uxore) בשבעת יומי אבלא: *per septem dies luctus*. Vide ulterius Steph. Durantum *de ritib. eccl. cath.* l. 2. *c.* 43. Pinedam in *Job.* 27. *v.* 15. & Sopranam, *David. f.* 523. *seq.*

V. Si interroges de duratione luctus ob maritum, incerta equidem sunt, quæ haberi hac de re ex Sacris possunt: siquidem de Bathseba 2. *Sam.* 11. 26. commemoratur, eandem audita Uriæ morte *planxisse ipsum; transacto autem luctu* Davidem misisse ac introduxisse eam in domum suam, ubi *Abulensis* nec non *Sanctius* & *Sopranes* septem diebus in luctu ipsam fuisse censent, aut paulo plus, luctum tamen intra duorum mensium spatium fuisse absolutum. Josephus autem *lib.* 7. *Antiq. c.* 7. indefinite ait, eandem ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας *per multos dies* suum luxisse maritum. *Carthusianus* septies luctum integrari solitum opinatur intra spatium longius, quod hisce externis mœroris signationibus tribuebatur; itaque septem dies fuisse insigniores, in quibus plura & majora tristitiæ argumenta ederentur. Martyr. *ad* 2. *Sam. XI.* Hebræos ait in Lege tempus luctus constitutum non habuisse, tempus tamen certum, intra quod non ducebatur uxor. Putatur fuisse mensis; ideoque colligitur ex *Deut.* 20. 11. *seqq.* de captiva in thorum assumenda, quæ per mensem suos lugere jubetur parentes. Quam in rem sunt etiam verba Ambrosii initio orat. de obitu Theodosii: *luctus quidem legitimum & idoneum fuisse tempus XXX. dierum apud Judæos, ex Mosaicis legibus* (l. 4. A. c. 8.) *tradit. Non prius licebat cubile attingere, quam abrasa fuisset, lugumbremque habitum induisset, atque propinquos & amicos eluxisset. Cum autem XXX. dies in hoc luctu perfecisset* (*sufficiebant enim bene institutis XXX. dies ad lacrymas & luctus charissimorum,*) *tunc poterat ad nuptias & matrimonium se conferre*. De vidua adhuc videsis Maimoniden, mox adducendum, §. 7. *seq.*

VI. Quantum ad Romanos equidem spectat, patet ex *Digestis*, *de iis qui notantur infamia*, mulieribus ad luctum præscriptum fuisse annum: quod si interim nupsissent, reddebantur infames. Rationem hujus statuti dare haud est difficile; quippe, præter decori observationem, nolebant maritum novum de prole esse incertum; quod sane emersisset, si brevi post mariti prioris mortem gravida nupsisset: imo removenda etiam h. m. fuit suspicio de mulieris pudicitia, dum vir ejus adhuc esset in vivis, neve cupiditate novarum nuptiarum videretur molita mortem mariti, vide sis hanc in rem Salmuthi not. ad *Pancir. l.* 1. *memor. p.* 342. Tholosanum *synt. jur. univer. l.* 2. *cap.* 44. Lorinum, *ad Act.* 8. 2. Et quanquam Romani antiquiores decem duntaxat constituerint menses, uti inquit Plutarch. in Num. *mulieres a morte maritorum X. menses viduæ permanebant: quid si qua intra decimum mensem nupsisset, eam leges Numæ vaccam prægnantem immolare jubebant*. Valentinianus tamen ac Theodosius Impp. duos adhuc menses adjecerunt, sicque annum integrum luctui a fœmina tribui voluerunt. *l.* 2. C *de secund. nupt.* Quanquam etiam ab his Romanorum legibus recedat Jus Cano-

nonicum, potestatem dans viduæ libere intra luctus annum nubendi; merito tamen honestatem tuentur hoc in passu Constit. Electorales Saxonicæ; uti uberius hoc ostensum a JCto famigeratissimo Dn. D. Bened. Carpzovio *l. 2. jurispr. Eccl. tit. 9. dist.* 159. & a B. Gerhardo nostro, *c. 7. LL. de conjug.* §. 199.

VII. *Viduos* vero, utut jure divino & civili certum lugendi tempus non habeant præscriptum, (vide Sopranem f. 524. 534.) honestatis tamen, vitandique scandali ergo, teneri apud nos de jure Saxonico ad integrum semestre, constabit rursus ex laudatis Dnn. Carpzovio *l. c dist.* 160. & B. Gerhard. *l. c.* §. 200. Sed quid de viduis Hæbrei? audi Majmonidem c. 6. Efel §. 5. is, *cui demortua est uxor, si jam adimplevit præceptum, crescite ac multiplicamini, habeatque, qui sibi ministrent, neque sint ipsi liberi tenelli, probibetur uxorem ducere aliam, donec transierint tria* רגלים *festa majora annua. Verum qui nondum præcepto multiplicationis satisfecit, vel qui satisfecit quidem, habet tamen liberos tenellos, vel non habet, qui sibi ministrent, ecce huic permissum desponsare sibi aliquam, atque e vestigio* לבנוס *ad se recipere: quanquam probibitum sit maritaliter eam accedere ante diem XXX. Ita mulier, quæ fuerit lugens; non* (חבעל) *nubit donec XXX. dies sint elapsi.*

VIII. De Admeto Alcesten toto anno lugendam imperante, de Ægytiis, per 72. dies regem defunctum lugentibus, deque aliis gentium aliarum spatiis mœrori datis, nostrum hic non est disquirere. De Russis commemorat Adamus Olearius *itin. Pers. f.* 316. eosdem sex hebdomadas impendere luctui suorum; interea tamen tria instituere convivia solennia, die nimirum tertio, nono & vigesimo; quod quodammodo antiquitatem redolere videtur ratione dierum, peculiaribus pietatis exercitiis olim tributorum, ut ex textu *Constit. Apl.* mox citando patebit, cur tamen convivia in locum pietatis istiusmodi surrogata fuerint, non adeo liquet. Addi adhuc posset, quod ex instituto Numæ Romani puerum trimo minorem lugere nequiverint, neque natu majorem dies plures, quam quot vixisset annos. Tempus item longissimi luctus conjugalis extendebatur in menses decem; si qua vero mulier ante hunc nupsisset terminum, prout ait Plutarchus, vaccam prægnantem immolabat. Hoc ipsum dum recitat Polydorus Vergil. *l. 6. de invent. rer. c. 9.* sequentia subnectit: *quod institutum si hodie cum alibi, tum in nostra Anglia servaretur, raros utique haberemus de armentis vitulos, cum bona pars viduarum mulierum non expectet, dum tempus illud ab obitu virorum prætereat.* Paulo post p. m. 508. idem *Polydorus* Anglos suos cum Hæbreis quoque confert in eo, quod luctus triginta diebus finiatur utrobique. Id solum coronidis loco adjicimus, finem luctui impositum vel legitimi temporis expletione, (hoc dicebatur *Elugere*, item, *dolor absolvitur*,) vel, *alterius causæ superventione*; sic dolor dicebatur *minui*, v. g. cum incideret ædium dedicatio, voti publica solutio, liberorum susceptio, nova in familia dignitatis accessio, propinqui ex captivitate reditus, atque alia his similia. Posterius hoc a nonnullis confirmatur facto Judæ, consolationem admittentis ob uxorem defunctam tonsura ovium festive jam agitanda. *Gen.* 38. 12. item ex *Baruch.* 4. 36. 5. 1. ubi de lugubribus ponendis ob filios reduces. Concludimus jam iis, quæ in ita dictis *Constit. Apost.* leguntur: 8. c. 48. de Christianorum luctu: *peragatur dies tertius mortuorum in psalmis, in lectionibus atque orationibus, propter eum, qui tertia die resurrexit, item nonus in commemorationem superstitum atque defunctorum etiam quadragesimus secundum veterem formam* (Deut. 34.) *nec non anniversarium pro memoria ejus.*

CAPUT III.

De personis, quas lugere conveniat? ut sunt cognati majorennes, §. 1. *seqq. minorennes*, §. 5. *abortiva*. §. 6. *mortem violentam passi*, §. 7. 8. *αὐτόχειρες*, §. 9. *profani*, §. 10. *Studiosi*, §. 11. *Servi*, §. 12. *Personæ publicæ*. §. 13.

I. ABsurda prorsus sunt, quæ de *Alexandro M.* referuntur, suum lugente *Bucephalum*, usque adeo, ut funere ornaret, sepultura honestaret & urbem insuper in rei memoriam construeret: item de *Crasso*, qui murenam piscem luxit mortuum, exequiis eumdem cohonestans: apud Aretium *l. 1. probl. p.m.* 654. Attendimus nos potius illa, quæ honestati congruunt, & ubi congruum in natura vel lege fundamentum.

II. Septem vero hic nobis sistuntur ab Hebræis personæ, quarum causa adhibendæ luctus solennitates; *pater, mater, filius, frater, soror, uxor*, ita Buxtorfius *syn. Jud.* cap. 35. p. m. 433. *ex cap. ult. Minhagim*, ubi sic rediguntur in numerum, quanquam, cur maritus. h. m. omittatur, non satis perspiciam. Generalius proinde respondet Menochius *l. 8. rep. Ebr. cap. 6. quæst.* 3. omnibus licuisse etiam

etiam in funere amicorum lugere, & externa illa signa mœroris assumere, quæ consuetudo invexerat; *Consanguineos* tamen & *propinquos* non potuisse illa omittere sine probro.

III. At quid noster hic Majmon? en satis evidenter & apposite eundem nobis respondentem C. 2. 1. seqq. *illi, quos homo lugere obstrictus est vi legis sunt ejusdem mater, pater, filius, filia, frater, soror ex eodem patre: at ex sententia Majorum, tenetur vir lugere uxorem nuptam,* (אשה נשואה vocatur statim post consecrationem sub Chuppa, etiamsi eidem maritaliter nondum cohabitaverit sponsus, *itemque uxor maritum suum nec non fratrem & sororem ex matre tantum* h. e. uterinos §. 2. *Etiam sacerdos, qui non contaminat se super fratre suo & sorore sua uterinis, & super sorore sua nupta, etiamsi ipsa sit ex parente, luget tamen eosdem. Et si soror ejus ex eodem parente nupta fuerit, ecce luget ipsam ex præscripto legis.* (conf. Lev. 21. 1. seqq.) §. 3. *Filium suum aut fratrem suum ex ancilla progenitum aut ex peregrina, prorsus non tenetur aliquis lugere. Atque sic si quis proselytus fuerit factus, ejusdemque filii, aut qui manumissus est ejusdemque mater, non lugent se mutuo. Pariter uxorem suam desponsatam, sive sponsam, non luget aliquis, imo nec* אונן *mœret;* (ita namque hoc אונן restringi solet ad internum luctum animeque mœrorem; cum אבל sit vocabulum generalius, externum etiam concernens habitum, &c. uti inter cætera docet *tit. Sanhed.* c. 6. §. 6. ubi de publice interemtis, quos propinqui non מתאבלים *lugent, sed* אוננין *dolent; eo quod non sit* אנינות *mœror,* אלא בלב *nisi tantum in corde:*) *atque sic etiam ipsa non mœret de eo* (sponso mortuo) *nec eundem luget.* §. 4. Ulterius quantum *ad propinquos; ob quos* עליהם *quis tenetur lugere, etiam* עמהן בפניהם *una cum ipsis lugere tenetur præsentibus ipsis, ex sententia* Sopherim *Scribarum* v. g. *cum moritur filii sui filius, aut frater filii sui, aut mater filii sui, tenetur lacerare* (vestes) *in præsentia filii sui,* ולנהוג אבילות *& indulgere luctui in præsentia ejus: at non præsente ipso, neque etiam ad luctum adstringitur; atque sic etiam cum propinquis ceteris* §. 5. Quantum ad *uxorem nuptam,* אשתו הנשואה *quanquam eandem* (si moriatur) *lugeat* maritus, *non tamen una cum ipsa luget ejusdem propinquos, nisi solum ipsius patrem atque matrem, & quidem in honorem conjugis suæ, quos luget in præsentia ipsius* (uxoris) h. e. uxore adhuc viva. *Quonæm autem modo? videlicet is, cujus mortuus est socer aut socrus, invertit lectum suum & luctui indulget cum uxore sua in præsentia ejusdem; at non ita cum fuerint* (demortui) *absentes. Atque sic etiam uxor, cujus socer aut socrus est mortua luctui indulget in præsentia ejus* (mortui; vel vivo adhuc marito.) *Verum reliqui propinqui, v. g. cum moritur uxoris frater, aut filius ejus seu* privignus,) *vel cum mariti moritur frater aut filius, non lugentur* ab altero conjugum. *Atque sic videtur mihi,* parem esse rationem, *cum moritur uxor cognati, aut maritus cognatæ, item cum moritur uxor filii* (seu nurus,) *aut filiæ maritus* (seu gener) *non obligari aliquem ad luctum. Quæ etiam ratio cæterorum his similium.* Sponsam tamen luxisse sponsum suum sacco circumposito manifeste constat *ex Joel.* 1. 8.

IV. Quid si vero cognatus vel propinquus alibi fuerit mortuus? en iterum satisfacientem Rabbinum nostrum Cap. 7. §. 1. seqq. *Si cui venerit fama, mortuum esse sibi propinquum, si intra triginta dies eadem advenerit, imo ipsomet etiam tricesimo die, en obligatur ille observare septem luctus dies, ex eo, quo advenit fama, die, adeoque lacerat* (vestem) *numeratque dies triginta ad intermissionem tonsionis atque ad cætera, quæ huc spectant.*

V. Hæc de cognatis vel junctis sanguine, & quidem majorennibus: quid vero censendum de parvulis aut minorennibus? en eundem respondentem C. 12. §. 9. seqq. *non plangunt parvulos. Et quot annorum ergo filius erit ad planctum idoneus? filius pauperum, aut filius senum, si sit quinque annorum; filius vero divitum, si sit sex annos natus: eademque hic ratio & masculorum & fœmellarum,* §. 10. חינוק *infans qui moritur intra trigesimum, effertur in sinu, & sepelitur præsente fœmina una virisque duobus; at non præsente viro uno fœminisque binis,* מפני הייחוד *propter solitudinem;* h. e. ne res ea peragatur absque testibus sufficientibus; vel, ne impudicitiæ sic detur ansa, ut colligere quodammodo licet ex notis Conc. *tit. Sanh. pag.* 183. Nonnemo Eruditorum vertit: ob mysterium unitatis: quod quomodo huc quadret, nondum capio.) *Neque vero stant juxta eum* (mortuum) *secundum ordinem, neque dicunt super eum benedictionem lugentium, aut consolationes lugentium. Filius vero triginta dierum plenorum,* (seu tricesimo major, *effertur* בגלוסק קטנה *in capulo minori, portato super axillis; stantque juxta ipsum seriatim, dicentes super ipsum preces consolationesque lugentium. Filius* XII. *mensium effertur* במטה *cum, vel in lecto.*

lecto. Opinor, ex principio hoc manasse, quod David infantem, ob cujus ægritudinem impense doluerat, non tamen alio legatur officio lugubri prosecutus, quam funerali forte pompa, 2. *Sam.* 12.

VI. Jam quoque ad נפלים abortiva. de his c. 1. §. 6. *quod eadem prorsus non lugeant; & quicquid non* שאה *moram traxit triginta dies in homine illud est* נפל *abortivum. Etiam intra tricesimum diem mortuus* (infans) *non lugetur*, §. 7. *Et si notum fuerit* בוראי *plane infallibiliter, natum ipsum esse novem mensium completorum, etiamsi moriatur eodem, quo natus fuerit, die* מתאבלים *lugent tamen ipsum*, (Nota hic in antecessum evidens inter התאבל *lugere &* הספיד *plangere*, discrimen, de quo in successu plura.) §. 8. *Filius novem mensium, qui mortuus in lucem editus, & filius octo* (mensium) *qui moritur etiam post tricesimum, & qui in lucem prodit* מחותך *excisus aut* מרוסס *comminutus, etiamsi completi fuerint ejusdem menses* (videlicet novem,) *ecce is habetur* נפל *abortivum; neque lugent ipsum, nec occupantur* circa ipsum.

VII. Quæris porro de passis capitale supplicium? etiam hos luctu privatos haud fuisse constat tum ex *tit. Talmudico Sanhed. cap.* 6. §. 6. (cujus supra injecta mentio cap. 2. §. 2.) tum ex Maimonide nostro cap. 1. §. 9. ubi sic ait *omnes* הרוגי מלכות *interfecti regni* (vide sis Selden. *de success. cap.* 25. *f.* 87. qui de perduellionis, contumeliarum aut maledicentiæ in regem convictis accipit, aliter ac Buxtorf. lex Talm. f. 629.) *etiamsi interficiantur ex sententia regis, dederitque ipsi Lex facultatem interficiendi ipsos, lugentur tamen*, (a quo temporis spatio, vide ibid. §. 3.) *nec denegant iis quicquam;* וממונם למלך *& facultates eorum ad regem devolvuntur; sepeliunturque in majorum suorum sepulchris*. Verum הרוגי בית דין *interfectos a domo judicii* vel ex judicio Consessus, (h. e. interprete *Seldeno* l. 1. qui ob alia crimina in mutua civium officia plexi erant,) *non lugent, sed* אוננין *dolent; eo quod* אנינות mœror *non nisi in corde; neque sepeliunt eosdem apud majores suos, donec consumta sit eorum caro; facultates vero eorum hæredibus ipsorum cedunt*. Rationem hujus interdicti habes apud Cl. Coccejum, tit. San. p. 51. ex Rabbinis: *quia luctus demum* חלחל *locum habet* (vel inchoat,) *ex quo os sepulcri lapide fuerit occlusum: Horum autem expiatio perfecta non est, ante carnis putredinem. Quoniam igitur impeditus est luctus initio, omittitur etiam imposterum*.

VIII. De suffocatis in flumine, deque discerptis a bestiis, iterum noster cap. 1. §. 4. definit, *inchari tum luctum, quando inventis sparsim membris, tandem etiam reperiatur caput aut truncus; aut desperatum jam sit de ejus inventione*. Sic §. 5. de iis *quorum cadaver in aliam transmittitur provinciam ut illic sepeliatur, ubi tamen non satis constat, quo die sit sepeliendum; ibi, inquit, incipiunt numerare dies septem & triginta* (de quibus mentio superius a me facta cap. 2. §. 3.) *ex illo tempore, quo facies suas a funeris deductione retrorsum egerunt*, vel ex quo a funere reversi sunt domum. De ossibus aliorsum transportatis agit idem cap. 14. §. 14. itemque de ossibus collectis, ob quæ non recitantur lamentationes, neque preces, aut consolationes lugentium, sed solummodo verba laudis ad Deum Bened. itemque דברי כבושים *verba absconditorum* cap. 12. §. 6.

IX. Quid si vero manus quis sibi ipsi sciens intulerit violentas? Etiam huic dubio satisfit cap. 1. §. XI. *nimirum* אין מתעסקין עמו לכל דבר: *non occupantur circa ipsum in quoquam; nec lugent ipsum plangunt, veruntamen stant juxta ipsum* בשורה *seriatim, dicuntque super ipsum precationem lugentium* וכל דבר שהוא כבוד לחיים: *& quicquid honorificum viventibus*. Ad quæ ultima verba hæc annotantur in *Keseph mischne*: recitant super ipso ברכת benedictionem, seu precationem lugentium, *eo quod hoc gloriosum sit viventibus:* (quod opinor intelligendum, de superstitibus τȣ̃ αὐτόχειρος cognatis;) *quodcunque enim gloriam conciliat his ipsis, in eo occupantur, & quicquid vivis gloriosum non est* אין הרבים מתעסקים עמו לכל דבר: *in eorum quoque nullo fatigant se* vel occupantur *plures. Adeoque censet Doctor noster* (Maimonides,) *luctum non esse ex censu rerum istarum, quæ viventibus sunt gloriæ; in quo tamen dissentit Ramban. Quis nam vero* (pergit) *est se ipsum interficiens* לדעת *sponte, vel quis* αὐτόχειρ sciens volensque? *non, qui in tectum ascendit, decidensque moritur, sed qui prius dixerit: ecce conscendo ego tecti culmen;* ראוהו שעלת מיד דרך כעס או שהיה מיצו: h. e. *quem etiam vident e vestigio* (vel celerrime) *adscendere ad formam indignabundi, aut valde occupati sive* (quem viderunt) *quod fuerit cogitabundus. Hinc si decidens moriatur, præsumitur sane quod sciens semetipsum interemerit. Verum si deprehenderint eum strangulatum, aut ab arbore suspensum, aut interfectum projectumque* על גב מיפו *super suum ensem; is præsumitur aliorum modo mortuus, adeoque occupantur circa ipsum, neque quicquam ei denegant*, quod ad luctum scil. pertinuerit decentem. Pertinet huc, quod Jo-

Josephus *lib.* 3. *Bell. Jud. cap.* 25. (*al.* 14.) adducit: *si qui se occiderint, apud nos quidem ad solis occasum insepultos abjici decretum est; cum etiam hostes sepeliri fas esse ducamus, apud alios autem & dextræ jubentur abscindi ejusmodi mortuorum, &c.*

X. Alia prorsus ratio *hominum profanorum atque a synagoga se separantium, qui legum a collo suo disrumpunt jugum, neque aliis se associant Israelitis in observatione legum, aut in honore festorum vel in consessu sacrorum conventuum ac scholarum, sed qui sibi ipsis instar Libertinorum vivunt, Epicuræi, refractarii: ob hos sane nemini lugere concessum, verum fratres ipsorum & propinqui alii* לובשין לבנים *induuntur candidis &* ומתעטפים לבנים *amiciuntur candidis, comedentes, bibentes atque gaudentes, eo quod interierint osores Dei T. O. M. de quibus Scriptura inquit:* (Ps. 139. 21.) *annon osores tuos Domine odi?* ibid. c. 1. Esel. §. 10.

XI. Quo autem hi detestabiliores, eo honoratior est studiosorum legis conditio. De his enim ita noster differit. c. 14. §. 11. *Si* תלמיד חכם *studiosus sapiens obierit, etiam si fuerint cum ipso ferme sexagiata myriades* (condiscipulorum,) *intermittunt tamen legis studium, donec extulerint eundem. Si vero fuerint sexaginta myriades* (completo sc. numero, quod impossibili videtur æquipollens,) *non intermittunt. Et si informaverit ipse alios* אין לו שיעור *non attendi* vel æstimari *hoc solet*, sive, numerus, quantus quantus ille etiam sit, non æstimatur, *sed feriantur,* (aut cessant) *universi ad eductionem usque istius.* Eundem hunc textum allegavit etiam Schilkardus in suo מ"ה *p.* 168. Verum quibusdam omissis, conferat, qui potest, eundem cum autore ipso.

XII. De *servis* denique & *ancillis* adjiciendum ex cap. XII. §. 12. *quod eosdem non plangant, nec juxta* (vel propter) *eosdem stent seriatim, nec ob eosdem recitent preces consolationesque lugentium, sed solummodo dicant ei* (*hero*) *prout compellare eum solent ob ejusdem bovem asinumve* (*mortuos;*) המקום *Dominus suppleat Defectum* vel *Jacturam Tuam!* Aliter hac in parte Romani; de quibus Ulpian. *in l. Julianus* 13. §. *præterea* 22. *ff.* de *act. emt.* refert, etiam in servorum demortuorum funera impensas factas.

XIII. Dictum hucusque de personis privatis. Nunc superest, ut Publicarum quoque fiat mentio; in quibus tum Rex, tum נשיא princeps, vel juxta alios Scholæ rector, eminent præcipue. Ita v. de iisdem noster loquitur cap. 14. §. 25. rege mortuo, מושיבין *sedere vel morari faciunt* ישיבה *consessum studiosorum juxta sepulchrum ejus per septiduum, prout scriptum legitur* (2. Par. 32. 33. de Hiskia mortuo ac sepulto in excelso sepulchrorum filiorum Davidis) *& honorem fecerunt ei in morte ejus. Hoc ipsum vero est, quod ordinaverint ei* ישיבם *talem consessum juxta sepulchrum ejus: Quando autem* Nasi *princeps vel rector fuerit mortuus, non feriatur schola ejus ultra dies triginta.* Vocat hoc Schikardus מ"ה *p.* 173. sepulchra regia scholasticis honorare exercitationibus, quæ justa Hiskiæ primum persoluta ostendit ex Talmud *Bava Kama f.* 16. *b. &* 17. *a.* (ubi eadem fere habentur, quæ in nostro jam adducto Maimonide,) *innuunt congregasse cœtum scholasticum,* i. e. *studiosos ut discerent ibi scripturam, quia multiplicavit legem in Israel adeo, ut cum explorarent profectus a Dan usque ad Bersabam* (2. Par. 30. 5.) *non reperiretur ullus vir aut mulier, imo ne parvulus quidem aut puella, qui non exercitati essent in discrimine puri & impuri. Non autem super ipsum sepulchrum considebant, ne polluerentur, quia nefas habetur juxta cadaver sacra tractare, sed intervallo 4. ulnarum inde remoti.* Facit huc illud nostri cap. 3. אבל (10. Nasi *princeps si fuerit mortuus omnes contaminant se, etiam sacerdotes, &c. eo quod omnes ad honorem ejus obstricti sint: atque hinc omnes etiam ob ipsum dolent.* Vide etiam c. 9. §. 14. 15. Ad hasce autem personas publicas, luctu solenni honorandas, referimus merito Patriarcham Jacobum *Gen.* 50. 3. 4. 10. Mosen *Deut.* 34., S. Aharonem num. 20. 29. Samuelem, 1. *Sam.* 25. 1. 28. 3. Elisæum, 2. *Reg.* 13. 14. Nadabum & Abihu, *Lev.* x. 6. Saulem & Jonathanem, 2. *Sam.* 1. 17. Abiam, filium regium, 1. *Reg.* 14. 17. 18. Josiam, *Jer.* 22. 10. *Zach.* 12. 11. 2. *Par.* 35. 24. 25. Abnerum, 2. *Sam.* 3. 31. 32. *&c.* Intermissumque ejusmodi luctum ob viros bene meritos probosque, merito taxat Jesaias, cap. 57. 1. justus perit, non est, qui recogitet.

CAPUT IV.

Personæ lugentes. Rex §. 2. *Sacerdos*, §. 3. *Societas.* §. 5.

I. RElatorum qui perspexerit naturam, facile conjiciet, operosos hic nos esse haud debere. Si lugendi namque parentes, lugentes h. m. erunt liberi, si lugendi liberi, lugentes habebimus parentes, & sic porro. Est tamen nihilominus, cur quandam hic ulterius adhibeamus curam; & quidem.

II. De persona *Regis*, an & illi triste hoc incumbebat olim officium? respondet

det Moses noster cap. 7. §. 7. *rex adstringitur ad qualibet lugentium officia, excepto eo, quod non egrediatur extra palatii sui fores post mortui sui funus* ואין צריך לומר אחר מתים אחרים: *multo minus post mortuos alios*. (qui regem sanguine non attinent, &c.) *Neque etiam ipse lugentes consolatur. Non enim prodiit David post Abneri funus*, (2. Sam. 3. 31.) *nisi ut significaret h. m. populo, eundem invito se esse interfectum*. Aliter tamen R. Mose Micotzi, *præc. aff.* 114. qui arbitrarium id esse censet, inquiens: *R. Juda ait; si vult exire post feretrum, licet. Sic enim invenimus factum a Davide, quod egressus sit post feretrum Abneri; sunt tamen, qui hoc fecisse dicunt, ut se populo purgaret, ac vehementius persuaderet, Abneri se mortis causam non fuisse, ideo eum inter viros & mulieres palam ultro citroque commeasse*, (2. Sam. 3. 37.)

III. Regem excipiat, *Sacerdos*, de quo ita noster c. 3. §. 1. *Omnis Sacerdos, qui contaminatur ab mortuorum speciebus, in lege* (Lev. 21. v. 2. 3.) *determinatis, vel etiam ob uxorem suam*, בעדים והתראה *præsentibus testibus, & ut conspiciatur, ecce is* לוקה *vapulat; eo quod dicitur:* ob animam non contaminetur in Populis suis. *Idemque est, sive tangat quis mortuum sive* המאהיל *tabernaculum faciat*, (vide sis Maim. pag. 3. tit. tumath meth. cap. 18. §. 1. seqq.) *sive portet; ita idem quoque sunt, sive mortuus, sive reliquæ impuritates mortui causa obvenientes; eo quod dicitur:* ob animam non continetur &c. §. 3. De gentibus inserit, quod *ipsi tentorium non contaminent; qua de causa etiam ipsorum sepulchra reputantur munda, licitumque sacerdoti illuc accedere, & super sepulchra ipsorum incedere; nec ipse prohibetur, nisi immundum, ut ne contingat porterve:* §. 4. *Sacerdos demortui tabernaculum, aut sepulchretum etiam intrans per errorem, postmodumque resciscens, si resiliat exeatque mox, innocens pronunciatur* vel absolvitur. Sed *si commoretur illic* כדי השתחויה *ad modum supplicaturi, vel si sederit, ibi incurvatus ut alibi exposuimus tit. Tymath mikdasch, is vapulat. Si introeat; exeatque & rursus introeat ac exeat, postquam semel absolutus est, pro singulis vicibus vapulat & pro qualibet ingressione. Sic si mortuum attigerit, denuoque post admonitionem discessumque suum tetigerit, etiamsi centum vicibus, pro singulis tamen vapulat seorsim, &c.* Subtilitates Rabbinicas si quis hic desideret, cur sc. *Lev.* 21. 2. præcedat mater patrem, *versu autem undecimo*, pater matrem; item quid sibi illic velit בעמיו *in populis suis*, consulere potest Sim. de Muis *varia sac. p.* 356. *seqq.*

IV. Quæ de sacerdote summo affert idem §. 6. paria ferme continent cum verbis Mosaicis *Lev.* XXI. 11. Libet tamen adscribere, quæ collocavit c. 7. §. 6. *Sacerdos summus ad omnia luctus obligatur officia, exceptis, quæ ipsi sunt prohibita* (Lev. loc. cit. vers. 10.) *ut sunt vestium laceratio sursum versus, cæsariei nudatio, processio post feretrum: omnisque populus accedit ad consolandum eum in domum ipsius; & cum cibat ipsum* (pro more solito inferius declarando) *universus populus, assident hi in terra, ipse autem* (sacerdos summus) *sedet super sedile. Et cum consolantur eum, inquiunt;* אנו כפרתך Simus nos expiatio tua! *ipse vero respondet eis:* תתברכו מן השמים *Benedicamini cœlitus!* vel sit vobis a cœlo ipsove Deo benedictio! Reliqua, quæ huc spectant, ex commentatoribus Levitici facile haberi poterunt. Vide sis etiam Menoch. rep. sup. *Heb. f.* 781. & Sopranem *Digr. secunda ad Davidem f.* 532. *seqq.* ubi de causis prohibiti hujusce luctus; videlicet tum ad conciliandam imperterrito hujusmodi viro majorem venerationem, tum ad temperandos in ipsomet affectus, tum in exemplum aliorum: ibidemque etiam de Romanorum instituto simili. Sic de Nazarenis, secundum legem *Num. 6. v. 6.* a luctu alienis, f. 534.

V. De societate tandem hæc annotat Maimon. cap. 13. §. 12. *si aliquis e filiis* חבורה *societatis* (h. e. collegatum vel contribulium numero) *moriatur, mœret tota societas. Tribus diebus primis gerit se quisque, ac si gladius super collo ejus requiesceret; a tertio ad septimum usque delitescit* בחרן זוית *in cornu anguli*, h. e. in interiori domus parte: *ex hinc vero procedit per plateam, &c.*

CAPUT V.

Funus ipsum ejusdemque deductio I. *moribundi visitatio:* §. 2. II. *mortui compositio*, §. 5. (α) *oculi clausi*, §. 5. (β) *os hians*, §. 6. (γ) *foramina occlusa*, (δ) *lotio*, §. 7. (ε) *unctio*, §. 8. (ζ) *capilli incisio*, §. 9. (η) *indumenta sepulchralia*, §. 10. *osculum*, §. 11. *compressio pollicis*, §. 12. *collocatio*. §. 13. III. *funeris deductio, ubi* (α) *antece. civium congregatio*, §. 15. *tibicines*, §. 16. *lamentatores*, §. 18. *præficæ*, §. 19. (β) *ipsamet deductio; ubi* (a) *cadaver*, §. 21. (b) *vespillones*, §. 22. (c) *comites*, §. 23. (d) *loculus*, §. 24. (e) *adjuncti cerei, &c.* §. 25. (f) *tempus* §. 26.

I. UT distinctius hic progrediamur, lubet primum dispicere de iis, quæ mortem proxime antecedebant, uti

fuit moribundi visitatio atque apud ipsum agonizantem commoratio; *hinc* progrediemur ad illa, quæ cum cadavere acta sunt in domo, antequam efferretur; *postea* ad deductionem ipsam, & denique in tumulatione eidemque adhærentibus finiemus.

II. Quod igitur (I.) concernit *moribundum*; constat, quanti a Judæis æstimetur ægrotorum visitatio, usque adeo, ut dictum sit Talmudicum: כל המבקר את החולה ניצול מדינה שלגיהנם: *quisquis visitaverit ægrotum, eripitur anima ejus a judicio Gehennæ*. Unde etiam Maimonides, recensitis aliquot charitatis operibus insignibus c. 14. §. 4. subjungit; *Præceptum visitandi ægrotos superare illa omnia*, *adjiciens, eum, qui multoties per diem visitat, laudem mereri insigniter, modo non molestiam ægro facessat. Quippe qui ægrum visitat, est quasi partem de morbo subtraheret, ipsumque allevaret: qui vero visitationem intermittit, est ac si sanguinem effunderet*. §. 5. *Non vero visitant ægrotum nisi post tertium demum* (diem morbi) *& ulterius: quod si tamen* קפץ עליו *subito* aut acriter *irruerit morbus in eundem, ac ingravescat vehementius, visitant ipsum e vestigio. Neque tamen visitant primis diei horis tribus nec etiam tribus ultimis, eo quod iisdem occupationes circa ægri necessitates occurrant omnis generis. Sic ægrotantem etiam ex intestinorum oculorum aut capitis doloribus non visitant, quandoquidem molestiam creare talibus ægris solet visitatio* §. 6. *Accedens porro ad visitandum ægrotum non considet, nec super solio, nec super sedili, nec super loco alio eminentiori, neque etiam superius juxta cervical, verum* מתעטף *operit se sedetque inferius infra cervical, commiserationem indicans &c.* Adde his, si lubet, Theod. Heberti *elector. Hebr. sectionem* 40. *de ægris visitandis*.

III. Quæ porro a modernis institui soleant in tali casu Judæis, dum Rabbinos doctrina conspicuos accersunt, de facultatum dispositione commonefaciunt, de fide in Messiam adhuc venturum interrogant, aliquot preculas, & præcipue *Ps.* 20. 38. *&* 91. recitant, confessionem peccatorum exigunt, absolutionem impertiunt, nomen ægroti mutant, &c. copiosius pertractata vide a Viro *stupendæ* (ut merito vocat L' Emper. ὁδοιπ. Kimchi pag. 64.) *eruditionis*, & qui Casaubono (*exerc. N.T. contra Baron. p.*465. audit *Linguæ Hebr. & omnium Judaicor. institutorum peritissimus.*) Joh. Buxtorfio, *Synag. Jud. cap.* 35. cui addere licebit Paulum Fagium, (qui & ipse Drusio *præf. apoph. Hebr.* nominatur *vir probissimus ac eruditissimus*, Scaligero autem *tribær. cap.* 10. Hebraice peritissimus, si quis alius inter Christianos post memoriam nostram extitit; item cap. 14. *vir inter Christianos Hebraice doctissimus*) *in paraph. Chal. Dev.* 14. 1. nec non Ant. Margaritam, conversum Judæum & in hac Lipsiensi Academia meum in professione Ling. S. ante seculum antecessorem, *lib.* von Juden Glauben/ *p. m.* 58. item Christianum Gesonem, Jüden talm. p. 1. c. 36. p. 326.

IV. Quanquam vero natura quodammodo doceat morientibus necessariis necessario assistere debere reliquos, domesticos ac consanguineos, tanquam ultimum agonizanti præstituros officium suspiriis suis precibusque piis; attamen vehementer dubito, id a Menochio *l.* 8. *reip. Heb. c.* 4. *quæst.* 10. idonee probari unico illo *Gen.* 25. 17. loco, ubi de Ismaele, *coram cunctis suis fratribus* obeunte: adeat, qui cupit, commentatores, sive nostrates, sive Romano-Catholicos, sive etiam Judæos, aliud plane, de quo soliciti haud esse nunc volumus, ab illo interpretamento deprehendet. Sic de Josepho *super faciem Patris ruente eumque deosculante*, Gen. 50. vers. 1. pari congruentia pronunciat Sopranes *in Dav. Digr.* 2. *f.* 461. probari hinc cognatos moribundum amplexos ac deosculatos, & quidem ore ori admoto, cum tamen illic mors Jacobi, diserte jam præcessisset, *cap.* 49. *ult.* adeoque osculum ibi fuit præbitum non moribundo, sed mortuo.

V. At expiravit jam moribundus; quid porro? Resp. Sequebatur tum τὸ συγκομίζειν, quomodo de Stephano refertur, *Act.* 8. 2. συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, καὶ ἐποίησαν κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ. Quod ipsum Syrus effert per וקפסו h. e. secundum *Ludov. de Dieu:* comportarunt membra in vincula & fascias ad sepeliendum, strinxerunt, contraxerunt. Ita namque apud H. Stephanum συγκομίζειν νεκρὸν *est componere mortuum ad sepulturam*, & apud Æschyli Scholiasten *in Trag.* ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, de mortuis dictum συγκομίζειν complectitur τὴν πρὸ τοῦ τάφου πᾶσαν ἐπιμέλειαν, τὸ ἐκκομίζειν vero τὴν πρὸς τὸν τάφον ἀπαγωγὴν, & ἀνακομίζειν denique τὴν ἐκ τοῦ τάφου ἐς τάφον μετάθεσιν. Confer etiam Fulleri *lib.* 6. *misc. cap.* 18. Secundum Cornel. a Lapide συγκομίζειν corpus defuncti, *est illud abluere, componere, ungere, vestire, loculo imponere, efferre, sepelire, justa persolvere omnemque funeris pompam adornare*. Verum accuratius hic informabit nos Moses noster Ægyptius. En igitur (II.) cadaveris compositionem aut curam descriptam a nostro, *cap.* 4. §. 1. *consuetudo* vel ritus *Israelis circa mortuos & sepulturam sic habet: oculos demor-*

mortui claudunt, *&* *ſi ipſius os fuerit apertum* aut hians, *maxillas ejus ligant*, את נקביו *foramina ejus* (per quæ ſcil. excrementa emittuntur) *obturant*, אחר שמריחין אותו׳: *poſtquam excrementum inde* (preſſo ventre) *expulerunt*, (vel potius, poſteaquam ipſum laverint;) *unguntque ipſum diverſis aromatum ſpeciebus; capillum ejus detondent*, *induuntque ipſum* תכריכין *indumentis ſepulchralibus*, *conſutis filo lineo albo*, *ita tamen ut ne pretium ejus ſit nimium*. *Solentque ſapientes adhibere ſudarium non plus denario conſtans*, *ut ne pudefaciant eum*, *cui* (tale pretium) *non ſuppetit*. *Tegunt vero demortui faciem*, *ut ne pudefiant pauperes*, *quorum vultus præ fame ſolet eſſe deformior*. §. 2. *Prohibitum eſt ſepelire* (aliquem) *indumentis holoſericis*, *deauratis vel acupictis*, *etiamſi fuerit princeps in Iſraele*, *eo quod hæc eſſet elatio animi*, *&* *prodigalitas ſeu perditio*, *&* *factum Etnicum*.

VI. En hic (*a*) oculos clauſos. Quæris, a quo iidem clauderentur? Reſpondet Menochius l. 8. *reip. Hebr. cap.* 4. *quæſt. XI.* charorum fuiſſe, ac maxime propinquorum, morientium lumina claudere in longam noctem. Et quidem in Miſchna *tit. Sabbath. cap.* 23. verbis ultimis plenius id habetur: *non claudant mortuum* (id eſt, moribundi oculos, ut Selden. *l.* 2. *Syned. pag.* 358. declarat) *nec Sabbatho*, *nec die aliquo profeſto*, *eo ipſo dum exit anima*: *&* *qui claudit in exitu animæ*, *effundit is ſanguinem*, i. e. homicidii reus eſt. *Motu enim leviculo*, ut habet ibi Gemara, *acceleratur mors*; *inſtar candelæ extinguibundæ*, *in quam ſi quis manum ſuam impoſuerit*, *ſtatim extinguitur*. Idem habet & noſter Moimonides cap. 4. §. 5. *Agonizans*, *inquit*, *habetur per omnia pro vivo*, *non obligant maxillas ejus*, *nec obturant foramina ejus*, *&c.* *uſque ad horam*, *qua moritur*. *Et quiſquis tetigerit eum*, *is qui effundens ſanguinem habetur*, *quandoquidem aſſimilatur* (moribundus) *lucernæ*, *quæ extinctioni proxima*, *quam primum eam homo tetigerit*, *extinguitur*. *Hinc occludens oculos ejus exeunte anima*, *quaſi ſanguinem effundens*; *expectet vero paulum*, *ne forte expiret*, *&c.* De oculis vero claudendis, in ſufflando vinum in demortui nares, imponendoque inter palpebras oculorum oleum ſeu unguentum, nec non prehendendo pollices utroſque, unde ſpontanea oculorum ſubſequatur occluſio, ex ſententia Raſchbam, vide Selden. *l. c. p.* 359. De Lege Menia, ne filii parentum comprimerent oculos, adi, ſi placet, Kornmannum *de mirac. mort. p.* 7. *c.* 9. Præſtitit vero, id officii patri Jacobo filius Joſephus, *Gen.* 46. 4. ſoceriſque ſuis Tobias junior, *Tob.* 14. 14. item apud Homerum *Odyſs.* 24. *v.* 293. marito Penelope *τὸ γὰρ γέρας ἐςὶ θανόντων*, *hic enim honos mortuorum*, additur ibidem. Cauſa facti hujus affertur duplex, tum ut ne intuentibus vivis ingeratur horror, tum ut h. m. ſopor ille noctis diuturnæ, clangore Chriſti buccinæ finiendus, ſubinnuatur. Vide ſis Ambroſ. *orat. de morte Satyri fratris*. Idem factitatum etiam apud Romanos; quanquam in rogo poſitis iterum aperirentur. Qua ipſe de recluſione ejuſdemque cauſa nonnulla quoque legi poſſunt *lib.* 1. *analect.* Celeberrimi Viri, Dn. D. Joh. Henr. Urſini *pag.* 41. nim. h. m. tum mundana vanitas, tum ſperata in cœlis claritas ſignificari quodammodo debuit, præter ea, quæ Plinius conjectavit *lib. XI. c.* 37. Nec pœnitebit operæ, ſi eadem ſuper materia adierit quis Romam ſubterran. Paul. Aringhi. *l.* 1. *c.* 21. §. 12. *ſeqq.* Vide præter ſupradictos Montac. tom. *prioris origg. p. poſt f.* 436. nec non P. Fagium. *ad Onk. Geneſ.* 46. 4. Druſii. *cent.* 2. *miſc. c.* 1. Selden. *l.* 2. *Syned. c.* 7. §. 12. *p.* 355. *ſeqq.* Sopranem *Dav. f.* 462. And. Pinto Ramirez *Spicil. ſac. f.* 201. §. *9. ſeqq.*

VII. Quod (*β*) os hians ſpectat, cujus inferior maxilla (quæ ſola mobilis eſt) tenui faſcia ad verticem adſtringebatur, itemque (*γ*) foramina alia occluſa, facile colligitur, id inſtitutum tum deformitatis, tum tetri odoris cauſa. Succedit (*δ*) lotio, aqua enim calida ſtudioſe abluitur mortuus, (verba ſunt Buxt *Synag. Jud. cap.* 35.) ut purus & mundus ſit, quum peccatorum ratio reddenda erit. Liber Minhagim *cap. ult.* man iſt daß meth (todte) methaer (ſaubernd) dierveil er ſol Din (Rechenſchafft) geben vor dem Bore (Schöpffer) daß er ſoll geſäubert ſeyn. Idem factitatum (animo tamen alio legimus a Chriſtianis *Actor.* 9. 37. mortua Tabitha. Sic de Chriſtianorum erga peſte infectos officio legi poterit *Euſebius lib.* 7. *hiſtor. Eccl. c.* 17. Plura hanc in rem qui deſiderat, conſulere poterit Chytræum *de vita & morte pag.* 104. Roſini *antiquit. Rom. per Demſter p.* 989. Cl. Joh. Cunr. Dieterici *l.* 1. *antiquit. bibl. pag.* 60. *ſeqq.* Menoch. *l.* 8. *rep. Hebr. cap.* 5. *quæſt.* 1. Caſal. *de ritib. vet. Chriſtianor. cap.* 66. *f.* 262. *ſeqq.* Aringhi *Romam ſubt. l.* 1. *c.* 22. *f.* 70. Joh. St. Duranti *rit. eccl. l.* 1. *cap.* 23. *n.* 13. Sopranis *David. Digr.* 2. *f.* 465. De Turcis paria obſervantibus, Svveig. *itin. terr. S. p.* 199.

VIII. Corpore jam abluto (*ε*) afferebanban-

bantur aromata & unguenta, in conditur am cadaveris insumta. Hæc materia cum operose passim sit tractata, nolim commorari hic diutius. Expendatur locus *Matthæi* 26. 10. ubi Salvator ipse institutum hoc tacite commendat: item *Johan.* 19. 39. 45. *Marc.* 16. 1. ubi de sanctissimi hujus corporis eadem conditura, expensa inter cæteros etiam ab Anglo Doctissimo, Nicol. Fullero *l.* 6. *misc. p. m.* 164. Jam olim vero tale quid in Ægypto receptum, constat ex Jacobi Patriarchæ funere, *Genes.* 50. 2. 3. 6. 26. quod ipsum Ægyptiacorum entaphiastarum artificium latius descripsit Herodotus *l.* 2. *Euter. f. m.* 53. Diod. Siculus *l.* 1. *Biblioth. f.* 81. (*edit. Rhodom.*) & post eos Schikardus מ"ה p. 158. v. g. de cerebro per nares incurvo ferro emuncto, de cranio medicamentis repleto, &c. lege, non pœnitebit operæ. Adde si nondum sufficit, Isa. Casaub. *exer.* 16. *n.* 112. Durantum *l. c.* p. 185. seq. Schindler. *lex voc.* חנט Sopranis *David. l. c. f.* 466. *seqq. ad* 472. Zachiæ *p.* 4. *qu. med. p.* 144. *seqq.* Menoch *l.* 8. *reip. Hebr. c.* 5. *quæst.* 1. & 2. Joh. Jac. Chiffleri *lintea sepul. p.* 7. 18. 19. Aringhi *Romam subt. l.* 1. *c.* 23. & qui novissime hæc repetiit Kircherum, *t.* 1. *ædip. Æg.* fol. 123. ubi de sepultura *sumtuosa*, in quam insumebatur argenti talentum; *mediocri*, ubi XX. minæ, *humili*, ubi sumtus pauciores &c. item *t.* 3. *f.* 395. seqq. de mumiis &c. de quibus ipsis Mumiis recentissime Dn. Arnoldus *in addit. ad. Abr. Rogeri* offene Thür des Heydenth. cap. 33. p. 907. seqq. ubi etiam de cadaveribus salitis ceratis &c. sicut de melle conditis Hier. Mercur. *l.* 2. *Var. Lect. c.* 24. de Mumiis iterum Lignarid. *oblect. Acad. p.* 196. *seqq.* De hodierno etiam Ægyptiorum more, quomodo latus demortui aperiant, cor renesque extracta vino Phœnicio odorifero lavent, postea 30. amplius dies cedro aliisque unguentis pretiosis ungant &c. Joh. Boem. *lib.* 1. *de Afric. cap.* 5. & Furerus, *itin. Ter. S. pag.* 25. item Schweigger. *itin. Ter. S. pag.* 274. Hæreo, num unctionem hanc referre quodammodo debeat id, quod legitur in Minhagim *c. ult.* ubi post lotionem cadaveris e vestigio additur: man nimt ein geklopfft Ey/ (puto, quod contusum crebraque agitatione redactum nunc est in liquorem ceu præcipue fieri solet circa ovi albumen,) und thutz ihm auff den Kopff nach der tohora [Reinigung] denn es ist gegleicht wie ein Rad/ also gehet der Tod herumb/ heint ist es an ihm/ morgen ist es an einem andern. Zu vienel [Orten] nimmt man das Ey geklopfft mit der Schelet [sive ut nos dicimus, Schale) At confirmor in conjectura reperiens hæc quæ sequuntur, apud Anton. Margar. Judengl *p. m.* 60. ubi de cadavere jam egelido refert, insutum illud linteis mox efferri ad cœmeterium olla post elationem e domo terræ illisa, ad indicandum mœrori jam simul factum finem. Infertur autem in cœmeterio cuidam ædiculæ, ubi cadaver mensæ impositum oblongæ calida abluitur undique, *ovoque ac vino inungitur*, atque sic linteis suis rursus vestitur &c. Hinc denuo ad novam deportatur ædiculam, ubi mensæ imponitur lapideæ, recitatis precibus צדיק הדין atque sic demum his absolutis suo committitur sepulcro, agnatis proximis primam injicientibus terram, quos reliqui postmodum imitantur Comites, &c. His jam confer, quæ de שדה בכים *agro prolantium*, refert Buxtorfius *Lex. Talm. f.* 304.

IX. Succedat (ζ) capilli incisio a qua in damnatis abstinuisse Judæos, notavit Baronius *ann.* 34. *n.* 136. & cum illo Chifflet. *l. c. p.* 18. necnon Quaresm. *l.* 5. *terra S. peregr.* 2. *cap.* 17. *f.* 527. quod maledictioni Legis obnoxii essent; ideoque capite intonso sepultum esse Christum hinc concludunt.

X. Sequuntur (η) indumenta sepulchralia, quæ unius generis haud fuisse, colligitur ex *Joh. XIX.* 40. *XX.* 6. & *XI.* 44. Sumtuositatem autem hic prohibitam, audivimus ex nostro, cui addi potest Zemach David f. 36. b. apud Schikar. מ"ה *p.* 168. Baronius ad *A. C.* 34. *num.* 91. & Pineda *in Job* 3. 15. *num.* 4. qua equidem in parte cum Hebræis senserunt etiam Ethnici saniores, (uti ex fragmentis XII. tabularum ostendit Schikar. מ"ה *p.* 157.) itemque Doctores Christiani, ut videre est apud Hier. *in vita Pauli Erem.* sub finem: *Cur & mortuos vestros auratis obvolvitis vestibus? An cadavera divitum nisi in serico putrescere non possunt?* Adde Chrysost. *hom.* 85. *in Joh.* Ansam hos dedisse non quam furibus, ut sepulchra violarent, fierentque τυμβωρυχοὶ notatum ex Synesio & Origine a Menochio *l.* 8. *rep. Hebr. c.* 5. *quæst.* 3. ubi etiam conjicit; antequam cadavera ad sepulturam efferrentur, suis vestibus, quibus vivi fuerant usi, fuisse indutos mortuos, & sic exportata; quod factum credit cum viduæ Naimiticæ filio, *Luc.* 7. 12. cum Tabitha, *Act.* 9. 37. cum filio Sunamitidis, 2. *Reg.* 4. 21. At cum ne minimam conjecturæ hujus addat rationem, credat ipse solus, non ego: quid enim hoc fuisset, corpori delibuto induere jam vestem antiquam, mox exuere rursus, aliaque reponere lintea-

teamina? Commodius forte provocasset ad Samuelem Prophetam, quem cum pallio sepultum existimat Schindlerus (*lexic. voc.* מעיל) ex 1. *Sam.* 28. 14. (de traditione Rabbinica, pallium Samuelis parvum, quod mater ipsi confecerat, cum eodem crevisse; in ipso sepultum eum esse, inque eo adscendisse; item de altero eorundem simili, cum illo indumento, cum illo ipsum in resurrectione rediturum esse, ex *Job.* 38. 14. adi, si lubet, Raymun. *pug. fidei f.* 487. & 491. (aut ad milites. *Ezech.* 32. 20. 27. quos armatos conjicit sepultos Junius. *ibid.*) Verum neque hæc vel Menochio vel aliis forte curiosioribus poterunt satisfacere. Locum tamen esse etiam potuisse polymitæ, docuit Sam. Petitus *l.* 3. *observ. cap.* 9. *p.* 364. Interim de Christianis aliquando propriis suis, adeoque & sacerdotalibus, vestibus indutis, consuli potest Aringhus *Romæ subt. lib.* 1. *c.* 24. ubi de linteis institisque defunctorum: & c. 25. de vestibus indumentisque item Casalius *cap.* 66. *rituum vet. Chr. f.* 264. qui ipse etiam meminit coronarum de floribus ad capita virginum, f. 265. cui addi etiam potest Lucian. *de luctu t.* 1. *p. m.* 767. producens Gentiles ϛεφανώσαντας τὸ σῶμα τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι, *coronantes cadaver pulcherrimis floribus &c.* nec non Sopranes *l. c. f.* 472. qui ferme cum Menochio eadem sentit, quanquam plus ipsi curæ de Gentilibus. Et licet f. 484. urgeat exemplum Tabitæ, cujus caput non ita involutum fuit, ut Lazari, quippe sic non intueri potuisset Petrum reviviscens; plus tamen eo ipso non probat, quam faciem nondum fuisse adopertam sudario, quod alias diversum separatumque erat a sindone reliqua. Manus pedesque revinctos fuisse redivivæ, nec asseritur illic, nec negatur. Ibidem evolvit etiam sindones Christi. Diffusior autem præ cæteris in hisce velis est *Chiffletius* supra citatus, qui c. 2. adducit Spartanos amictu punicio, Nazamones, peplo albo & elegante utentes; quibus posterioribus pares ex parte Persæ, Ægyptii & Judæi: hinc c. 6. 7. 8. seqq. agit de sudario, quod fuerat super caput Christi, quod ipse credit esse Vesontinum: *cap.* 16. *seqq.* de sindone Taurinensi, qua ipse non fuisse involutum Christi corpus in sepulchro censet, sed tantum ante pollincturam, ex quo e cruce refixum est: *cap.* 26. de sindone Compendiensi, quam toti Christi corpori intra monumenti septa extrinsecus circumvolutam; supra institas ac sudarium Vesontinum opinatur: *cap.* 28. de sepulchralibus Christi fasciis; (quas ipsas esse expendit Pinto Ramirez *Spicil. l.* 1. *c.* 44. §. 22.) *cap.* 29. e quo lino quo texturæ modo sepulchralia Christi lintea sint texta: *cap.* 32. de velo circa coxas. Verum quam multa illic simplicem, imo vanam, postulent credulitatem, deprehendet facile, qui legerit. Pari labore circa Christi linteamina defunctus quoque est Quaresmius *lib.* 5. *eluc. ter. S. f.* 529. *seq.* De quibus tamen Salmasius apud Tho. Barthol. *de latere Christi aperto pag.* 377. *seqq.* mentem suam aperuit admittens sudarium, quo parvo linteo involutum caput, toto interim corpore fasciis religato a pedibus usque ad fauces, at instar infantis fasciis inclusi, adeoque *pag.* 383. emtum censet a Josepho grande linteum tegmen, quod est sindon, quam in multas postmodum scidit fascias, quibus Christi corpus vinxit & convolvit. De Lazaro item, cujus totum corpus linteo involutum, & fasciis una cum manibus & pedibus circumligatum, idem Quaresm. *lib.* 4. *f.* 326. De Christianorum habitu sepulchrali videri inter cætera possunt, quæ *t.* 1. *disput. acad.* Celeberrimi Dilherri referuntur *pag.* 448. 449. quibus addatur Durantus *lib.* 1. *rit. eccl. cap.* 23. *p.* 187. Onuphr. Panvin. *de ritu sepel.* & Chytr. *de vita & morte.* Judæos modernos alba vestiri tunica linea, & illa præcipue qua die Expiationis fuerant usi, atque ita in feretrum recondi, notatum Buxtorfio *Synag. Jud. c.* 35. *pag.* 431. Sic de Gentilibus, albis vestibus indutis, mentionem etiam fecit Plutarch. *in probl.* ob puritatem videlicet, & quia defunctus factus videtur quiddam simplex, &c. Vide sis Bonifac. *hist. Jud. lib.* 2. *c.* 49. Adscribo hic, quæ in fine *Minhagim* leguntur: Man soll sehen / daß ihm [dem Toden] nichts von den תכריכין [Sterb-Kleider oder Leinwandten Gezeug] in das Maul kommt / es ist sonst grosse סכנה [Gefahr:] En bellum inter superstitiosos quosdam ac Judæos consensum! nam & inter Christianos sunt, qui institas a cadaveribus cum sono quodam admorsas credunt, unde pestifera lues incrementum accipiat, in defuncti præsertim familia, de quo videri potest Scultetus *ad Jesa.* 47. *pag.* 664. Ludov. Dunte *cas. consc. de morte q.* 19. *p. m.* 1114. Hondorf. *theat. histor. præc.* 2. *pag.* 147. Schlusselb. *conc.* 12. *in Ps.* 91. *puncto* 3. Kornman. *p.* 7. *mir. mort. c.* 64. (ubi de numero & lapide, ori cadaveris tam apud Ethnicos quam Saxones hodieque indito, imo etiam de Judæorum capitibus effossis, in quorum ore nummus aureus, ante aliquot annorum centurias illuc positus repertus: cujus oboli, tanquam nauli pro Charonte, meminit quoque Lucian. *tom.* 1. *de luctu pag. m.* 766.) *nec* non Mart. Bohemi 3. Landplagen *pag.* 315.

315. *seqq.* ubi exempla hanc in rem afferuntur, una cum epicrisi. In eodem libri Minhagim tractu apponuntur & hæc: Wenn man findet einen Entleibten, so thut man ihn zu Kefura [Grab] wie man ihn findet ohne tachrichrin [Sterbkleider,] man läst ihm auch die Schuhan: Also auch eine Kindbetterin, oder der zu tod gefallen wäre: vide hic rursus superstitionem, etiam Christianis passim receptam de calceis puerperæ sepeliendæ induendis.) De R. Janai moribundo, nec candidas nec nigras, sed rubicundas a suis post mortem desiderante vestes ex *Sabbath. f.* 114. *&* *nidda f.* 20. vide si Gersonis Jüden Thalmuth. *pag.* 329.

XI. Quæ porro de *osculis* observantur, non opinarer, certum illa consuetumque constituisse ritum, perpetuæve fuisse observantiæ, quin potius pro ratione affectus erga defunctum fuisse illa vel adhibita vel intermissa. Atque sic de Josepho legitur Gen. 50., 1. *& ruit Joseph super faciem patris sui* (demortui), *& flevit super eo*, וישק לו *& osculatus est eum.* Ejusdem osculi meminit etiam Philo *de Joseph*, in oratione Jacobi, filium hunc suum dilectissimum tanquam dilaceratum deplorantis: *Non tam mortem tuam, fili mi, doleo, quam sepulchri jacturam; nam si tibi sepulchrum contigisset in terra propria, nec mihi deesset solatium, officiose assedissem morienti*, τελευταίων ἀσπασμάτων ἐκοινώνησα, *impendissem morienti extrema oscula*, vel ultimum tibi dixissem vale, ultimum amplexus & osculatus fuissem, *clausissem oculos, &c.* Atque sic Ethnici fugientem amicorum animam osculo quodammodo legere se putabant & excipere; quomodo apud *Euripidem in Medea* filiam mortuam osculabatur Creon, apud *Ovid. lib. 6. Metam.* filios occisos Niobe, & *lib.* 8. Meleagrum mortuum sorores, *& lib.* 4. *fastor.* Remi cæsi feretro oscula dabat Romulus frater. Quorsum & Cicero *in Verrem?* de matribus miseris ad ostium carceris pernoctantibus, *quæ nihil aliud orabant, nisi ut filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret.* Vide plura apud Rosinum *de antiq. Rom.* 988. item Chrysost. *hom.* 1. *de patient. Jobi.* Quod *Schikard.* מ״ה pag. 157. refert, dentibus obesse, si quis consanguineo cadaveri osculum figat, quod sua sibi experientia probasse videtur, suo relinquimus loco. Referri forte huc posset, quod de Mosis morte nonnulli comminiscuntur Rabbini ex *Deut.* 34. 5. mortuus est Mose על פי י״י *juxta os Domini*, id est, secundum Rab. Salomonem: מותח נשיקה השכליית מתעלה להדבק בשם הנבב: *morte osculi spiritualis, elevantis se ad adhærendum Deo*, & juxta Devar rabba: *Ea ipsa hora osculatus est eum Deus, & accepit animam ejus per deosculationem oris.* Idem legitur *in l. de vita & morte Mosis.* (edito ac verso per Gilb. Gaulmyn *Paris. An. 1629.*) *pag.* 169. *& in notis v.* 382. de osculi morte, inter 903. mortis genera, placidissima, sævissima vero angina; deque aliis hanc in rem Chaldæorum dogmatibus. Adeoque נשיקה est genus mortis placidissimæ suavissimæque, quæ est velut extractio pili ex lacte, id est lenissima, de qua noster Maim. *pag.* 3. *more nev. cap.* 51. Cui tamen interpretationi Rabbinicæ obverti potest paraphrasis tam *Onkelosi*, quam *Hierosol.* quarum utraque habet: *juxta sermonem*, vel decretum *Domini*. Refer huc, quæ habet Dion. Areopagita (de cujus tamen nunc non disquirimus autoritate) *cap. 7. hierar. Ecclesiast. pag.* 218. *edit. Paris. An.* 1562. qua ratione funus Christianorum in templum fuerit delatum, ubi ante sepulturam προσελθὼν ὁ θεῖος ἱεράρχης εὐχὴν ἱερωτάτην ἐπ' αὐτῷ ποιεῖται, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν αὐτὸς δὲ ὁ ἱεράρχης ἀσπάζεται τὸν κεκοιμημένον, καὶ μετ' αὐτὸν οἱ παρόντες ἅπαντες, *accedens sacer Pontifex sacram super ipso facit precem, & post precem ipsemet defunctum osculo salutat, postque ipsum cuncti præsentes cæteri.* Quod ipsum tamen seculo septimo improbavit Concilium Antisidor. *can.* 12. *Non licet mortuis nec Eucharistiam nec osculum tradi, nec velo aut palliis*, (ita legit Caranza, cum sermo tamen sit de *palliis* altaris seu opertoriis dominici corporis,) *corpora eorum involvi.* Quod dictum de *palliis*, planum est ex Concilii Avernensis *can.* 3. de opertorio dominici corporis seu palla altaris; nunquam sacerdotis corpus, dum ad tumulum evehitur, obtegatur, quia sacro velamine usibus suis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluuntur, [h.e. man soll auß Altar-Tüchern keine Leichen-Tücher machen, oder sie dar zu gebrauchen.]

XII. Reperiuntur autem præter commemorata, etiam compluscula alia, v.g. *compressio* singularisque *ligatura pollicis* in volam, ut pugno rugæ cognomentum Dei שד repræsentent; de quo artificio plenius disseruere Buxtorfius *syn. Jud. cap.* 35. *pag.* 430. nec non Schikardus מ״ה *pag.* 154. quos adi. Ubi etiam reperies de vultu cadaveris tecto, *ut ne pudefiant pauperes*, ceu supra ex nostro audivimus §. 6. *hujus cap.* vel juxta librum *Minhagim c. ult.* man sol den meth [Todten] nicht unter das panim [Angesicht] sehen, es ist קשה לשכחה (h.e. juxta *Schikardum* מ״ה *pag.* 157. *ne memoriæ superstitum officiat, cum intuitus ille cerebro tam sit noxius:* Verum putarim hanc esse mentem potius [schwer zu vergessen, darumb deckt man ihm das panim

[Ge-

[Gesicht] zu. De aqua omni, ex ædibus tum demortui tum contiguis etiam, in plateam effusa, eo quod venenatum suum cultrum inibi abluerit Angelus mortis (1. *Par.* 21. 16.) iidem referunt Autores laudati, *Schikard.* מ״ה *pag.* 172. nec non Fagius *ad Deut.* 14. 1. Gerson Jüden Talm *pag.* 1. *cap.* 36. *pag.* 328. Ant. Margar. Jüdengl. *p. m.* 59. *seqq.* ubi etiam de lucerna accensa in pavimento domus per septem noctes, quod credant, animam defuncti redire ad locum illum, ubi a corpore discessit, & deplorare dissolutionem suam. Cui geminum est illud, quod Mahummedani animas Defunctorum septem dies credunt versari circa sepulchra, apud *Pocok. not. miscell. pag.* 250. item, quod de Gentilibus refert Lactant. *lib.* 2. *divin. inst. cap.* 2. inquiens; *Vulgum existimare, mortuorum animas circa tumulos & corporum suorum reliquias oberrare.* Imo veniam etiam apud Judæos a demortuo petunt ii, qui deprecari in vita forte nequiverunt, prehenso sc. majori pedis defuncti digito, cum mortuos cuncta credant audire, videre, &c. teste Gersone *pag.* 1. Jüden-Talm *cap.* 36. *pag.* 329. 330.

XIII. Antequam vero solennis illa perageretur deductio, corpus exanime, prædicto modo lotum, unctum feralique ornatum amiculo *collocabatur* ad aliquot dies sive in vestibulo, sive ἐν ὑπερῴῳ (ut de Tabitha constat ex *Act.* 9. 37.) adventantibus spectandum, apud Gentiles quidem appositis armis, libris, &c. (imo loco cadaverum adhibebantur etiam illic imagines nonnunquam demortuis quam simillimæ, assidentibus a læva parte Patritiis, a dextra matronis atratis, si nobiles essent; si inferiores, præficæ conducebantur mercede, uti notatum Chytræo, *de vita & morte p.* 105. Vide etiam Cl. Dilherii *tom.* 1. *disput. philol. pag.* 449. ubi inter cætera ex Platone affertur, ad tertium usque diem collocatum h. m. corpus substitisse, ut interea de mortis certitudine evidenter constaret. Adi item Durantum *l.* 1. *rit. Eccl. cap.* 23. *pag.* 186. 187. Lorinum ad *Act.* 9. 37. & August. *l.* 9. *confess. c.* 10. Imo, ut Pancirollus, & ad eundem Salmuth. *l.* 1. *rer. memor. p.* 335. 338. observarunt, septem dies servabantur apud Romanos cadavera; & per intervalla quoque conclamabatur, eo quod, tradente Plinio, interdum spiritus vitalis exclusus putetur, & homines fallat; clamore autem ac voce sonora deliquium animi patientes velut animentur. Unde & illud Terentii: *Desine jam conclamatum est*: post ultimam namque conclamationem demum cadavera comburebantur, quam in rem vide sis Kornman. *p.* 7. *mirac. mortuorum c.* 56. itemque Sopranem *in Davide f.* 464. *seqq.* ubi de conclamatione, & *f.* 473. 474. de collocatione.

XIV. Succedat nunc III. *Funeris deductio*; de qua ita noster Maimonides cap. 4. Efel. §. 2. *portant mortuum super humeris usque ad locum sepulchrorum* §. 3. *portantesque* המטה *lectum* seu capulum *prohibentur calceari sandaliis, ne forte cujuspiam eorundem solvatur corrigia calceamenti, unde retardentur, &c.*

XV. Ut liquidiora hæc fiant, quæritur (a) de iis, quæ deductionem hanc antecedunt? horum referimus *populi* vel *concivium*, ad funus more medioque nobis non satis noto convocatorum, *adventum*, inque בית אבל (*Cohel.* 7. 3. *ædibus lugubribus* congregationem. Colligitur hæc ex *Matth.* 9. 23. ubi ὄχλον videmus, θορυβούμενον in Jairi Archisynagogi ædibus haud dubie funeris comitandi ergo jam præsentem. Non equidem me fugit, aliquibus per ὄχλον hunc intelligi præficas, pretio, ut luctui præessent, conduci solitas. At malim cum iis facere, qui de cognatis, familiaribus, vicinis aut oppidana turba, qualis haud dubie suum cohonestare sic voluit Archisynagogum, in cujus absentia (forte ob longiusculam in itinere moram,) jam jam apparatus ad exequias erat factus. Ita namque verbum θορυβεῖν nuspiam in sacris deprehendes de tali, qualis præficarum est, luctu usurpatum, quin potius de vehementiore multitudinis discursitantis aut commurmurantis strepitu; uti videre est ex *Act.* 17. 5. *Nahum.* 2. 3. *Jud.* 3. 26. quibus adde *Sap.* 18. 19. & *Sir.* 40. 8. ubi de interiori animi perturbatione & inquietudine. Unde & Beza exponit: *strepentem, & ad funeris pompam concurrentem.* Vide sis jam *Marcum, cap.* 5. 38. (& quæ de ejus verbo ἀλαλάζειν annotat Casaubon. *in notis ibid.* nec non *Luc.* 8. 52.

XVI. Subnectimus ex adducto loco etiam *Tibicinum* seu *Siticinum* operam. Ita namque Evangelista diserte meminit αὐλητῶν, qui scilicet rauco suo strepitu tum turbam conciebant, tum pompam præeundo cohonestabant, tum spectatores pompæ advocabant, (ferme ut alicubi in Italia mortuum elatum antecedunt pulsantes tintinnabula) qualium etiam meminit Johannes, alio licet fine, *Apoc.* 18. 22. quorsum & aliqui referunt illud *Matt.* 11. 17. *Luc.* 7. 32. ηὐλήσαμεν ὑμῖν *tibia cecinimus vobis, & noluistis saltare*, ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν *& noluistis flere.* De his ipsis vero Siticinibus adscribo verba Schikardi, מ״ה p. 161. *An eos adhibuerint veteres*

teres Hebræi equidem ignoro, inquisivi curiose, sed nondum reperi ullum ejus vestigium; nisi forte המק ננורה *lamentatrices fœminæ* (Jerem. 9. 17.) *huc referri debeant, quæ anus pretio conductæ ululatu suo lugentibus lachrymas eliciebant, ut ap. Romanos præficæ*. Hujusmodi lamentatricum non solum, sed & lamentatorum marium meminit Maimon. cap. XII. §. I. הפסד *planctus de mortuo est honorificus: quapropter adiguntur* (moribundi) *hæredes, ut mercedem solvant* המקוננים והמקוננות *lamentatoribus & lamentatricibus, plangantque ipsum. Et si præceperit, ne ipsum plangant, planctum quoque intermittunt. Verum si præceperit:* (moribundus,) *ne se sepeliant, non obediunt ipsi eo quod mandato injuncta sit sepultura:* (Deut. 21. 23.) *sepeliendo sepelias ipsum*. Addit tamen Schikardus loc. cit. voce hoc officii genus fuisse præstitum non organis adeoque auletas illos Matthæi opinatur ex gentilium, sub quorum dominio Judæi tunc vivebant, commercio ad Dei populum derivatos; qua sententia conformes sibi habet Tremellium, Bezam, *loc. cit. Matthæi*, item Scultetum, *lib.* 2. *Exer. Evangel. cap.* 55. Menochium *lib.* 8. *rep. Hebr. cap.* 5. *quæst.* 6. Montacutium *orig. Eccl. par. poster. f.* 106. Ravanellum *tom.* 2. *bibl.* [*tibia*] Prætorium, *Syntag. mus. part.* 1. *pag.* 304. nec non Barth. Mejerum, *pag.* 1. *Phil. S. pag.* 223. *seq.* & B. Chemnit. *pag.* 3. *Exam. C. T. f. m.* 88. Contrarium tamen placuit olim Chytræo, *de vit. & mort. pag.* 112. itemque nuperius Hugoni Grotio, *annot. ad Matth.* IX. a Judæis nimirum ipsum hoc musicæ genus ad gentes manasse. Verum Grotii fundamento [ex *Jer.* IX. 17.] præcipuo, debitum deesse robur satis perspici potest ex superioribus Schikardi verbis. Et quis, quæso, credet, Romanorum fastum a contemta Apellarum gente hoc funebris pompæ genus addidicisse? Interim si quis suppetias forte vellet ferre Grotio, aut Schikardo, vestigium tibicinum lugubrium ostendere, opinarer, non adeo absurde provocari posse ad *Jer.* XLVIII. 36. *Cor meum ob Moab qu. tibiæ* יהמה *obscurum murmur raucumve edit* sonum, *& cor meum ob incolas Kirheres quasi tibiæ* יהמה *perstrepit:* en חלילים *tibias*, ut *Sa* annotat, in luctu adhibitas, & juxta *Maldonatum*, lugubre carmen resonantes: quemadmodum etiam Belgæ: Als de Fluyten [Flöten] schol. daer man Klagh-Liedern obspeelde. Verum hæc mea non fecerim: num enim, quia tibiæ sit juxta ejulatum mentio, propterea statim est ea lugubris, quæ solenni ritu ad funera adhibita? nonne nudus attendi potest strepitus, non habito ad personas ullas, sive lugubres, sive hilares, respectu; en similem textum *Jes.* XVI. 11. *Idcirco intstina mea ob Moab* כבנור יהמו *quasi cythara strepunt*, an propterea etiam datur cythara lugubris? certo modo effigiata?

XVII. Quod ergo eosdem attinet *Tibicines*, fuit equidem αὐλὸς θρηνητικὸν ὄργανον, (uti notavit inter cæteros Casaubon. *in notis hoc loc.* nec non Scultetus, *exerc. Evang. lib.* 2. *cap.* 55. *& observ. in Matth. cap.* 29. *pag.* 36.) audiebaturque in demortuorum ædibus μοναυλία, unius tibiæ tristis concentus, & sicut tibia in luctu, ita lyra in rebus lætis utebantur. Distinctius *præter N. T. lib.* 1. *pag.* 25. de tibia notavit, *eandem in funere puerorum puellarumque adhibitam, tanquam instrumentum exile & angustæ vocis*. Unde Lactantius; *Jubet religio, ut majoribus mortuis tuba caneretur*. Confert cum hoc antiquo Nebrissensis nostratium morem, *ubi in funere virorum campanæ pulsantur majores, in puerorum vero, minores*. Hier. Magius tamen *misc. lib.* 1. *cap.* 13. tibicines quibuscunque funeribus adhibitos olim fuisse censet promiscue, idque aliquot comprobat autoribus; quem si opus est, vide, ut & Kirchman. *lib.* 2. *de funer. c.* 5. nec non Celeb. I. H. Ursini *lib.* 1. *anal. pag.* 9. ubi de tibiæ, & nuptialis & exequialis, tum materia, tum forma, tum sono &c. De origine sicinnistarum horum aut de intentione Gentilium, animas h. m. ad originem dulcedinis, cœlum puta, revocare conantium, &c. item de tubis latissimis, quæ ob materiam, ex qua constant, purum sonum reddere non possunt, & ob viæ, qua spiritus transit, latitudinem sonum efficiunt graviorem, videatur Celeber. Dilherrus *lib.* 2. *elect. cap.* 21. nec non Schikardus, B. Mejerus & Menochius nuper laudati, item Salmuth *ad Pancir. lib.* 1. *memor. cap.* 62. *pag.* 340. Demsterus *ad Rosin. A. R. lib.* 8. *pag.* 1251. Martinius *in Lex. Philos.* (*Siticen.*) B. Gerhard. *t.* 8. *LL. de morte* §. 84. Speciatim, quod Judæos spectavit, notavit jam Magnus Buxtorfius in *Lexico Talm.* de חליל tibia longiore [eine Schalmeye] ejus usum tam in gaudio fuisse, quam in luctu; (adeoque nil hic discriminis, quod aliquos posuisse vidimus inter tibiam & tubam,) unde in Talmud *Ketub. cap.* 4. *in Misna*, legitur; *Etiam pauperem inter Israelitas non adhibere pauciores, quam duas tibias, unamque fœminam lamentatricem*, in funere scil. uxoris suæ, in captivitate mortuæ.

XVIII. Ad hosce tibicines referre nunc etiam placet, tanquam sociennos quosdam ספרנים *lamentatores*, qui statum quasi publi-

blicumque habuere officium, iterum, notante Buxtorfio *lex. Talm. fol.* 1524. ita, ut celebriorum quorundam nomina etiam in Talmud conspiciantur assignata; quorum equidem mercede conductorum planctus non mero absolvebatur clamore aut ejulatu, sed præcipue cantionibus ac epicediis ad honorem defunctorum legentiumque solamen institutis; cujusmodi ibidem commemorantur exempla, v. g. in morte Rabbenu: *Commovete o palmæ caput super justo, qui similis erat palmæ; insumamus* (in luctu) *dies atque noctes.* Item: *Si cedros flamma corripuit, quid fiet de Hyssopo, prodeunte de pariete? si Leviathan hamo captus est, quid facient pisces in paludibus &c.* Exemplum si vis ex sacris hujusmodi lamentationum, (quanquam non emtarum pretio) en *Exechiel.* XXVII. 29. ubi de nautis ac remigibus Tyrum plangentibus, in cinere volutatis, &c. וקוננו *& lamentabuntur super te*, dicentes: *quæ fuit sicut Zor, & ut succisa in medio maris &c.* Sic etiam David מקונן *plangens* conficiebat קינה *epicedium*, 2. Sam. I. vers. 17. seq. itemque Jeremias ob Josiam, 2. *Par.* XXXV. 25. vide sis caput nostrum sequens §. 19. Item, quæ de certo hoc hominum lamentantium genere & veluti collegio, (sicut alias aromatariorum suorum, &c. notavit Sopranes *in Dav. f.* 479. Annectimus his Lucianum, *de luctu p. m.* 773. qui vociferanter ridet parentes, quod μεταστειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν *accersentes quempiam lamentorum artificem, qui multas antiquas calamitates in unum congerat, hoc certaminis adjutore & amentiæ chorago abutantur, ubicunque cœpit ille, ipsi ad melos ejulatu respondeant, &c.*

XIX. Pertinent quoque ad classem hanc המקוננות *lamentatrices seu præficæ*; quarum mentio satis diserta Jer. IX. 17. *vocate lamentatrices, ut veniant, & ad* החכמות *eruditas*, (quæ scite suo lamentandi defunguntur munere,) *mittite, ut veniant: ut festineant assumantque super nos planctum, ut deducant oculi nostri lachrymas, &c.* Ubi sane mulierum certa innuitur classis, quæ acciri poterat, atque etiam a non propinquis sanguine conduci mercede; quæ etiam peculiariter incumbere solebant in id, ut essent חכמות *sapientes*, vel solerter instructæ ad plangendis hunc actum; ferme sicut & *Amos* V. 16. similium fit mentio, sexus tamen masculei; *in omnibus plateis planctus, in omnibus vicis dicunt; Ho! Ho!* (væ! væ!) *vocantque agricolam ad* אבל *luctum & planctus est* אל--יודעי נהי apud (N. B.) *peritos lamenti*. En igitur, ut alias יודעי *scientes mare dicuntur ii*, qui navigationum marinarum sunt periti, 1. *Reg.* IX. *vers.* 27. ut יודעי עתים *scientes tempora* sunt periti rerum chronologicarum, *Esth.* I. 13. *ita scientes lamenti* sunt, qui consuetum vel appositum mortuos deflendi modum scite tenent. Ideoque *Drusius* refert ad *Sitícines, qui apud sitos*. h. e. *sepulchro conditos* (vel potius condendos) *canere soliti erant, honoris causa, cantus lamentabiles; & præficæ mulieres in funere conductæ ad hujusmodi cantum, qui alias nugæ dicebatur*; ita namque Scaliger in Varronem: *Nugæ erant proprie, quæ canebantur in mortuorum laudem.* Plautus asin. *Hæc sunt non nugæ: non enim mortualia. Etiam origo id declarat; nam Nugæ Hebraicum vocabulum est, id sonat mœrorem, &c.* Informationem etiam adhibitam hic fuisse, evidens fit ex *Jerem.* IX. 20. ubi Deus ad mulieres: *Docete filias vestras lamentum, & unaquaque amicam suam planctum:* Formulæ forsan inculcatæ loco esse possunt, quæ sequuntur: *Adscendit mors per fenestras nostras, &c.* Has a Davide compellari 2. *Sam.* I. 24. opinatur Sopranes, (*David. Digr.* 2. *f.* 480.) ubi hanc lamentatricum materiam pertractat. Idem Theocoitidem a Joabo conductam 2. *Samuel.* XIV. 2. existimat fuisse hujusmodi sapientem, quæ lugere docta esset, falsisque lachrymis sciret aliorum ciere veras. Pertinet huc, quod secundum *Kethuboth f.* 46. *col.* 1. lamentatricum ad minimum una ad hiberi debuerit, etiam a pauperrimo inter Judæos, in funere uxoris; idque de sententia R. Judæ. Quid tamen de his apud Christianos præficis sentiendum sit, legere potest apud Chrysostomum *homil.* 69. & 70. *ad pop. Antioch.* Vide sis etiam Kirchman *lib.* 2. *de funer. cap.* 6. de Clar. Reinesium *lib.* 1. *Var. Lect. cap.* 20. & 21. de præficis notantem, quod *tibias in funere non tractarint ipsæ, sed quod earum modulis intercinuerint, officiumque funere cum suo* ilicet *finierint, &c.* Nec non Rosinum *A. R. lib.* 3. *cap.* 31. & Salmuthum *ad Pancir. t.* 1. *memor. pag.* 340. qui conductas eas scribit ad decantandas mortui laudes ante domum, itemque ad planctum fictasque lachrymas, quibus peculiare fuit carmen commune omnibus funeribus, quod privatum facerent, mutatis nominibus defunctorum atque familiarum. Imo cum magnum simulabant luctum, suis quoque genis rasis eliciebant sanguinem, *ibid. pag.* 341. de Justiniano muliebrem lessum in funere in cantum convertente, & præficarum loco Psaltrias substituente, quæ feretrum præcedebant psallentes, ut est in *Novell.* 59. Quorsum etiam vigiliæ, quas nocte funus præcedente transigebant Veteres canendis Psal-

mis, notante Duranto *lib.* 1. *rit. Eccl. cap.* 23. *pag.* 193. Adde quoad cantum Christianorum Aringhum *Romæ* subt. *lib.* 1. *cap.* 19. de funerib. Christ. cantu & luminibus elatorum; sicuti de vigiliis ibidem agitur capite seq. 20. f. 64. Accenseri superioribus etiam possent *cantores illi ac cantatrices* השרים והשרות quorum fit mentio 2. *Par.* XXXV. 25. quod una cum Jeremia dixerint בקינותיהם *lamentationes suas super Josia;* adeoque vocis simul accessit in tali luctu modulatio, mera laudum recitatione unisona non contenta. In *Kethuboth. f.* 46. legitur, *col.* 1. lamentatricum ad minimum unam adhiberi debuisse, etiam a pauperrimo inter Judæos in funere uxoris ipsius, idque de sententia R. Judæ. De Turcarum præficis Sweiggerus refert *lib.* 2. *itin. cap.* 59. easdem pretio conductas noctu per plateas miserabiliter vociferari: hu, hu, hu. Ipsarum meminit quoque Joh. Wild. *lib.* 3. *itin. cap.* 13. adi sis annotata nostra ad *Cohel.* XII. 5.

XX. Peractis ergo his lamentis congregataque comitum funeralium turba sequebatur [β] ipsamet *deductio*: ubi attendimus [*a*] cadaver, [*b*] vespillones sc. bajulantes illud, [*c*] comitantes, [*d*] cadaveris receptaculum seu sandapilam, [*e*] adjunctos cereos, &c. [*f*] deductionis tempus.

XXI. De [*a*] corpore exanimi præter ea, quæ jam diximus de vestitu atque reliquis, illud adhuc inquirendum, an tectum vel apertum portatum fuerit idipsum? retectum & apertum, ita ut conspici posset ab omnibus, existimat Menochius *lib.* 8. *rep. Hebr. cap.* 5. *quæst.* 6. Verum nondum persuadet: provocat ad funus adolescentis Naimitici, *Luc.* VII. 15. quod illic statim resederit mortuus, cœperitque loqui, neque tamen fiat mentio reseratæ arcæ, aut veli, quo tegeretur, reducti, sicut in resuscitatione Lazari, *Joh.* XI. 44. Verum, quidni residere potuisset, etiam ligatus fasciis? (de ambulatione aliter forte habuisset;) quidni etiam sudarium cito a facie licuisset amoveri, idque vel a vespillone; & num omnia sigillatim expressere semper Evangelistæ, quo ad minutiores etiam circumstantias in loco uno velut in altero? credamne, ad sepulchrum demum fasciis ipsum fuisse involutum, ut similis fieret funeri Lazariano? Deinde quod Herodis Ascalonitæ ex Josepho spectat pompam funebrem, num si regi tale quid, certis de causis contigisset, an propterea privatis singulis; sed nec illud adeo planum est ex Josepho, retecta ipsum facie aut membris fuisse deportatum; ita namque sub finem plane libri 1. de B. J. *corpus ejus* πορφύρᾳ κεκαλυμμένον *purpura obvolutum* vel opertum, (aliud vero vestis purpurea vivo alias indui solita,) καὶ διάδημα μὲν ἐπέκειτο τῇ κεφαλῇ, *& Diadema quidem situm erat supra caput ejus*, στέφανος καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ χρυσοῦς *corona vero desuper argentea*, τὸ δὲ σκῆπτρον παρὰ τῇ δεξιᾷ *& sceptrum juxta dextram ejus*, *&c.* Judicet hinc, qui potest, num cadavera *nec arcæ inclusa* (de quo tamen priori non adeo contenderim jam,) *nec velo aliquo tecta* fuerint elata. Hoc equidem de Romanis alioqui constat, aliquando moris illic fuisse, ut cadavera instar viventium induta, singulis conspicua deportarentur ad rogum, imo facie etiam fucata, ut notat *Kornman. pag.* 7. *mirac. mort. cap.* 31. verum cum deformis non raro vultus cadaveris horrorem incuteret spectantibus, abolitus etiam rursus fuit idem mos aut ritus. Quapropter etiam Barthius *lib.* 2. *adverf. cap.* 2. observat, mortuorum lectos, cum ad rogum exportarentur, linteis bene longis iisque candidis obtectos. De cætero sicut Plinius autor est, *ritu natura hominem capite gignis mos est pedibus efferri;* adeoque haud dubie etiam Hebræorum funera sic & collocabantur, & postmodum quoque efferebantur, ut non capite prius, sed pedibus in publicum versis, mutarent vetus domicilium, atque sic domo sua velut exirent. Vide sis hanc in rem Kornmann. *lib.* 7. *mirac. mortuor. cap.* 58. de exitu infantis in mundum, & cadaveris e mundo.

XXII. Nunc (*b*) ad *Bajulantes*, humerosque feretro supponentes. Equidem Martyrum Christianorum corpora sævientibus adeo Tyrannis, clanculum & supra vehicula in ruralem usum ut plurimum facta deferebantur ad sepulchra, quæ ipsa vehicula vocitabantur *birota*, a duabus rotis, uti notavit, Casalius *de ritib. vet. Chr. cap.* 66. *f.* 265. Verum vecturæ hoc aliudve genus vix reperies Hebræis usitatum. Hinc βασταζόντων mentio fit *Luc.* VII. 14. & clare noster superius meminit portantium discalceatorum; de quibus & infra forte dicendum. An vero certum fuerit vespillonum, vel hominum feretro sufferendo destinatorum genus, quomodo forte inter Christianos olim κοπιάται *laborantes* aut lecticarii, (de quibus Dn. Dilherrus *tom.* 1. *disp. philol. pag.* 455. Meursius *in glos. Græcobarb.* Menoch. *de rep. Hebr. lib.* 8. *cap.* 5. *quæst.* 6. & copiosius adhuc Durantus *lib.* 1. *rit. Eccl. cap.* 23. *pag.* 188.) merito ambigitur. Apud Romanos annotante Rosino A. R. *lib.* 5. *c.* 39. *p.* 991. & Bal. Bonifacio *hist. Judic. lib.* 2. *c.* 53. deferendi feretrum munus dabatur

batur propinquioribus virilis ſexus, aut etiam ſervis libertate donatis, vel viris honoratioribus, ſi funus conſulare vel imperatorium. Si vero defunctus tenuioris fortunæ fuiſſet, a veſpis ſeu veſpillonibus portabatur. Simile quid videmus in funere Herodis, quem גדולי ישראל *magnates Iſraelis ferebant ſuis humeris, tarde ac graviter incedentes; quod nulli alii regum ita factum*; apud Schikard. מ״ה *pag.* 161. ex Joſippo, a quo inſigniter diſtat Munſteri editio *lib.* 5. *cap.* 41. Sic apud Chriſtianos quoque Gregorius Nyſſenus ſe Macrinæ virginis ſororis ſuæ feretrum ſubiiſſe, una cum Araxio Epiſcopo aliiſque duobus de Clero inſignibus viris, ſcribit, *de funere ejuſdem*, & ſimile quid de Paula Hieron. Verum, ut ut de Hebræis noſtris vel certi definite hic queamus, vero tamen ſimile, etiam hos naturalem illum ductus diverſitate funerum obſervaſſe, ut vel honoratos viros, vel bajulos ordinarios aut conductitios, labori illi admoverint. Juniores equidem ſeu νεώτεροι aut νεανίσκοι cadaver efferebant Ananiæ ac Saphiræ, *Act.* v. *verſ.* 6. verum, ut nec de ſpatio inter mortem & ſepulturam conſueto, ita nec de bajulis, certi quid inde poterit exſculpi. Pari ratione nec ex illo Amoſi, *cap.* VI. 10. tutum eſt de propinquorum in efferendis defunctis argumentari officio, quando Propheta inquit: *Et tollet quemque eorum* (domi demortuorum) *patruus ſuus, & avunculus ejus, ut efferat oſſa de domo, & dicet ei, qui in lateribus domus: an adhuc* ſunt *apud te* cadavera? nam de tempore contagioſæ luis ſermonem illic eſſe, ſatis eſt manifeſtum, ex quo factoque extraordinario ad ordinarium morem procedere aut inferre haud conſultum. Vide tamen de eodem hoc textu *cap. noſtr.* 6. §. 2. *ſeqq.* item quæ de ſandapilariis ac veſpillonibus tractat Sopranes *f.* 494. De Sodalitate Eligiana in Belgio, curam hanc ſibi vindicante propriam, ut nemo mortuus ſupremo funeris & ſepulchri honore careat, vide ſis Dilherri *tom.* I. *Diſp. Phil. pag.* 456. De conſimilibus etiam, vel paris cum Defuncto profeſſionis, labori huic admovendis, ita ut Diaconus a diaconis, ſacerdos a ſacerdotibus ſit efferendus, videri poteſt Durandus, *lib.* 7. *rat. cap.* 35. *num.* 37.

XXIII. Pergimus (*c*) ad funeris *Comites*. De his ita legitur in Gemara Sanh. (*ap. Cocc. tit. Sanh. p.* 174.) *ubi mos mulierum eſt, incedere poſt funus, incedunt; ante funus præeunt R. Jehuda: Perpetuo mulieres ante feretrum prodeunt. De Davide accepimus, poſt funus prodiiſſe*, (2. Sam. III. 31.) *factum hoc populi placandi gratia, quia tum demum perſuaſus eſt, quum Davide medio virorum ſe reciperet inter mulieres, & e medio mulierum rurſus ſe reciperet ad viros*. Clarius quodammodo Noſter *c.* 12. §. 11. *Quiſquis effertur in lecto*, (h. e. adultior, uti colligi poteſt ex dictis ſupra *c.* 3. §. 5.) מצהיבין רבים עליו *multi juxta illum cohoneſtant ſua præſentia: qui vero non effertur in lecto apud eum comparent nulli. Et quiſquis* ניכר *innotuerit* לרבים *multis, multi* מתעסקין בו *occupantur etiam circa ipſum: quiſquis vero multis non innotuit, ejus etiam cauſa multi haud tenentur occupari*: (quod nos Germ. diceremus Wer viel Bekante hat gehabt / mit dem haben auch viel müſſen mit zu Grabe gehen Hingegen wer wenig iſt bekant geweſen/ deſſen wegen haben ſich auch wenig düiffen bemühen) *& ubi conſuetum fuerit, mulieres feretrum antecedere, antecedunt illud, ubi vero poſt feretrum ſequuntur, etiam poſt illud incedunt*: h. e. pro ratione locorum diverſorum fœminæ funus vel antecedunt, vel præmittunt. Rationem aliqui dant ex *Hieroſ. Targum*; Antecedere fœminas, quia mortem in Orbem introduxerunt; Sequi autem, ne quis forte maſculorum aſpectu illarum incendatur. (Annon vero ſatis eædem obvolutæ aut velatæ;) Commodius eſt, quod Feliſacus *lib.* I. *ſelect. c.* 26. *p.* 288. monet, ordinem diſpoſitionemque funeris palam monſtrare, cum Defuncti corpus prælatum, cognati, affines ac amici proſequuntur, neceſſarios noſtros ſolum *præmitti non amitti*. Id quod ex aliquot Senecæ locis; ex Gregor. Nazianzeno, Ambroſio, Hieron. Aug. Cypriano ac Tertulliano eleganter illuſtrat. Taceo vero quæ de Turcis refert *Schvveigg. itin. T. S. pag.* 200. quorum Clerici quidem funus antecedunt, nulla tamen fœminarum illud comitante. Immo ex Maimonide noſtro, *cap.* 8. *Eſel.* §. 3. videmus, lugentem filium nudipedem nudoque brachio ac ſcapula incedere לפני המטה *ante*, non poſt *feretrum*. Id quod convenit cum verbis mox citandis de Joſua, funus matris Moſis antecedente. Facit vero ad comitatum hunc declarandum hiſtoria funeris Abneri, 2. *Sam.* III. 31. *ſeqq. Rex David ibat poſt feretrum; & ſepelierunt Abner in Hebron; tum extulit rex vocem ſuam ac flevit ſuper* (vel juxta) *ſepulchrum Abner, fleverunt & totus populus*. Unde ſane conſtat, cum pompa ac proceſſione, eaque haud dubie ordinata, deductum hoc eſſe funus, magna populi in id collecti copia præſente; eodem modo, ſicut & *Luc.* VII. 14. Juvenem Naimiticum *populus civitatis copioſus* una cum matre vidua dicitur profecutus. Quo ipſo ex loco & hoc colligere mihi poſſe

ſe videor, poſt feretrum non immediate inceſſiſſe ſemper viros, ut apud nos fieri conſuevit, ſed matrem proxime ſequutam eſſe, quippe quam alias eo modo non alloqui, aut cui filium reſuſcitatum tradere e veſtigio non potuiſſet Salvator. Similem præterea comitatum tradere e veſtigio non potuiſſet Salvator. Similem præterea comitatum amplum, more, ut videtur, Ægyptiaco habebat etiam funus patriarchale Jacobi, *Gen. L.* 10. 11. *ex l. de vita & mor. Moſ. per Gaulmynum p.* 154. notari poteſt, Moſen moriturum mandaſſe Joſuæ, ut cum matris ſuæ (Moſis) hora venerit, ipſe (Joſua) veſtem ſuam laceret, *& antecedat feretrum:* וילך לפני מטחח עד שתכנסיה לקבורה: Plura de propinquis, amicis, ſervis, beneficiariis, imo & principibus, funus quandoque comitantibus ſuggeret Sopranes *fol.* 488. *ſeq.* deque horum ordine inter procedendum *fol* 495. De Romanis ubi tibicine chorum ducente ſervi manumiſſi feretrum præcedebant, liberi autem, propinqui, affines atque alii amici lugentium habitu, capillo demiſſo, & in veſte palla ſequebantur, ac filii quidem velatis, filiæ vero nudis capitibus, paſſiſque crimibus uberius egit Roſinus *l.* 5. *A. R p.* 991. Apud *ſeq.* Perſas, uti refert Ad. Olearius *itin. Perſic. f.* 688. ſervi Nobilium humero brachioque (quod, ut & frontem laniant,) exerto comitantur funus, ſanguine ubertim profleunte. De Chriſtianis vero, ubi ſingulis mortuorum lectis aſſignatum erat unum aſceterium, hoc eſt, octo ſanctimoniales ante cadaver pſallentes, & tres acoluthi, ex inſtituto Anaſtaſii Imp. item de mulieribus pſallentibus in exequiis non Græcorum modo, ſed & veterum Francorum; ita ut illi, qui pſalmos non tenerent, excelſa voce, Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, viris inchoantibus mulieribuſque reſpondentibus, canerent, cognoſci poterit ex Fileſaci *loc. cit. p.* 202. *ſeq.* Ita Hieron. *in Ep. ad Euſtochium* de obitu Paulæ: *Tranſlata eſt*, ait, *Epiſcoporum manibus & cervicem feretro ſubjicientibus, cum alii Pontifices lampades ceteroſque præferrent, alii choros pſallentium ducerent, tota ad funus ejus Palæſtinatum urbium turba convenit, Hebræo, Græco, Latino, Syroque ſermone Pſalmi in ordine perſonabant.* Plura lectu haud injucunda ſuggeret de his Religioſorum in funere cantibus Durantus *l.* 1. *rit. Eccl. c.* 23. *p.* 191. *ſeq.* nec non Caſalius, *rit. Eccl. fol.* 269. De Turcis refert Georgieviz, *de moribus Turc. p.* 36. *ubi quis moritur ex Muſulmannis maſculus, maſculi funus curant; ſi fœmina, fœminæ. Abluunt cadaver, ac linteis nitidiſſimis induunt, poſtea efferunt extra urbem in locum aliquem: nefas enim eſt, in templis ſepelire. Præcedunt cero ferarii cum candelis Monachi eorum, ſubſequuntur ſacerdotes cantillantes interim, donec ad ſepulturæ locum perveniant, &c.*

XXIV. Præterea (*d*) ſoliciti etiam merito ſumus de cadaveris receptaculo; quod apud Romanos quidem, ſi tenuis fortunæ eſſent homines, capulus ſc. feretrum, apud potentiores autem erat Lectus; uti inter cæteros notavit etiam Salmuth *ad Pancir. tom.* 1. *mem. pag.* 343. nec non Roſinus *A. R. lib.* 5. *pag.* 991. Atque ſic diſerte etiam מטה *lecti* nomen occurrit in funere Abneri, 2. *Sam.* III. 31. quod alias nomen uſurpari communiter ſolet de lecto, in quo dormituriens vel cibum etiam ſumpturus ſe נטה *reclinat*; qualem v. g. lectum ponebant in conclavi Eliſæ, 2. *Reg.* 4. 10. in quali recumbebat Jacob ægrotans, *Gen.* 48. 2. 49. 33. *&c.* plura de hac voce allata ad *Prov.* 26. 14. ſicut *fores vertuntur in cardine ſuo*, ſic & *piger in* מטתו *lecto ſuo*. Ut proinde idem ſit nomen recubitorii noſtri, tum quando dormimus quotidie, tum quando dormituri ſumus ſomnum mortis diuturnum; de quo ſaluberrime cogitabimus ſemper lectum noſtrum adituri aut adſpectantes. De Herodis ſepeliendi lecto notavit Joſephus, ultimis *lib.* 1. *de B. I.* verbis: *κλίνη μὲν ὁλόχρυσος ἦν διάλιθος, ϛρωμνὴ δὲ ἁλουργὶς ποικίλη* &c. *lectus quidem totus erat gemmis auroque diſtinctus, torus autem* (ſive veſtis ſtragula aut culcitra, qua lectus ſolet inſterni) *purpura variatus, &c.* Ita Nazianz. *in oratione de funere Baſilii*, & Epiph. *lib.* 3. *tom.* 1. *hæreſ.* 71. mortuos ſcribunt *in lecticis vel lectulis ad locum ſepulturæ manibus ſanctorum exportatos, ac inter efferendum pſalmos lectu permixtos fuiſſe decantatos.* Duo autem in feretro imprimis obſervat Sopranes *fol.* 492. videlicet tum quod corpus defuncti rite locatum caperet, tum quod apre cum illo geſtaretur, unde & capulum, eo quod caperet & caperetur, vocatum; Vide illic plura.

XXV. At, quid (e.) dicemus de adjunctis funeris an etiam illic *cerei* accenſi, quales in Chriſtianorum portati funeribus, commemorante latius Duranto *lib.* 1. *rit. Eccl. cap.* 23. *pag.* 189. item Soprane *digr.* 2. *f.* 490. Caſalio *rit. vet. fol.* 269. Aringho *Rom. ſubt. lib.* 1. *cap.* 17. §. 19. *cap.* 18. & 19. & B. Gerhardo *tom.* 8. *LL. de mor.* §. 85. imo & in Ethnicorum, teſte Lipſio, *not. ad Tacit. p. m.* 138. Kornman. *pag.* 7. *mir. mort. cap.* 47. & *templ. natu. pag.* 61. 62. nec non Turcarum, referente Georgievizio, *Turc. mor. pag.* 36.

(qui-

(quibus tamen facibus omnibus parum favet Concil. Elibert. *can.* 34.) an prælata insignia? v. g. sicut apud Romanos fasces, secures, arma, dona militaria, coronæ omnis generis, vexilla, &c. (apud Rosinum *A. R. pag.* 991.) an auditus cantus? quomodo apud Christianos Psalmi, Halleluja, Kyrie eleyson, &c. testibus Augustino *lib. 9. conf. cap.* 12. Chrysost. *hom. de Beren. & Prosd.* Hieron. *de funere Paulæ ep.* 30. Baronio *ad ann.* 384. Casalio, *de rit. eccles. f.* 269. Hic sane, quid de Hebræis dicamus, vix reperire licet. Mutos eos incessisse post vel ante feretrum, cum alias affectuum essent adeo impatientes, haud verosimile; putarim potius, auditum loco cantus murmur quoddam aut ejulatum inconditum; ferme sicut 1. *Reg.* 13. 30. de sepultura prophetæ interfecti legitur, *positum esse cadaver in sepulcrum, & planxisse* demortuum præsentes: הוי אחי *væ*, vel *heu frater mi!* Sic *Jer.* 22. 18. de Jojakimo, *non plangent eum: heu frater mi! & heu soror! non plangent eum: heu Domine! & heu gloriæ ejus!* & de Zedekia cap. 34. 5. *in pace morieris, & heu Domine! plangent te.* De Herodis equidem funere refert *Josippus* supra laudatus, ad latus feretri quinquaginta incessisse ministros, totidem gestantes aurea thuribula, lignumque adolentes odoriferum, maxima copia, & myrrham purissimam continue injicientes. Verum cuncta illa splendoris erant extraordinarii, unde certus aliquis elici haud potest ordo. Cantum funeralem Hebræis quoque assignare audet Sopranes *David.* digr. 2. fol. 490. ex Tob. 13. 16. *cum gaudio sepelierunt eum*, & ex 2. Sam. 3. 31. *plangite ante exequias Abner* verum parum idonea hæc esse argumenta satis penitior docet inspectio; uti quoque id ostensum a Menochio l. c. Tutius provocasset ad Cantores & Cantatrices, quorum ex 2. *Par.* 35. 25. meminimus proxime §. 19.

XXVI. Superest (f) funerationis *tempus*. Et quidem Julianum diurna interdixisse funera, passim ostenditur ex Cl. Theodos. *tit. de sepult. violat.* ubi hæc inter cætera leguntur verba: *quoniam & dolor in exequiis secretum amat, & diem functis nihil interest, utrum per noctes an dies efferantur, liberari convenit populi totius aspectus, ut dolor esse in funeribus, non pompa exequiarum nec ostentatio videatur.* Quod statutum utrum luxui sumtuique nimio fuerit, oppositum, ut conjicit Sopranes, an vero ex odio Christianorum emanarit, secundum Grethserum *l.* 2. *c.* 2. haud disquiremus. Nec etiam afferimus, quæ de Christianorum nocturnis tumulationibus ob primos persecutionum æstus consignarunt alii, v.g. Casalius *rit. vet. cap. 66. f.* 262. item, quod ob compendifaciendos sumtus observarunt etiam pauperiores Romani, per *vespillones*, (a vespertino illo tempore nomen adeptos) funera sua exportari clanculum curantes, notante Rosino. *A. R. l.* 3. *c.* 30. *p.* 506. quibus nocturnis clandestinisque funeribus vehementer succenset Filesacus *lib.* 1. *select. cap.* 16. *per integrum;* pag. 284. scribens, *consentientem Græcorum Latinorumque esse ritum, non post vesperum, non intempesta nocte, sed mero die celebratas fidelium vita functorum exequias.* Atque hoc ipsum etiam Hebræis placuisse, ostendunt exempla funerum singulorum, v. g. Saræ, Abrahami, patriarcharumque cæterorum, item Regum nec non virorum ac mulierum celebrium, &c. An vero matutinum, medianum aut vespertinum semper selectum fuerit tempus, puto definiri haud posse ex sacris; ad minimum certæ hoc non fuit perpetuæve legis. Multum itaque miror, qui Sanctius *comm. in* 2. *Sam.* 3. 35. opinari potuerit, funus Abneri peractum esse noctu, & ad matutinam usque lucem productum. Cur? quia vulgata habet, venisse populum ad David cibum sumturum *clara adhuc die*, quod non significet, instare jam noctem, sed potius illam abiisse proxime. Verum ne minimam quidem hic conjecturæ adeo insolentis video ansam, præsertim habita fontium ratione. Nondum enim præfinitum aderat jejunii solvendi tempus, hinc rigido terminum præstolari voluit justum, solis sc. occasum. Melius Sopranes, *David. digr.* 2. *f.* 487. qui, *apud Judæos res mihi*, ait, *certa est, diurno tempore mortuos efferri consuevisse.* Quod aliqui (v.g. Keckerm. *syst. pol. lib.* 1. *cap.* 13. §. 9.) matutinum suadere volunt tempus, eo quod minus tum sit periculi ab halitibus, quos cadaver meridiano tempore tepefactum copiosiores & graviores emittit, suo relinquimus loco. Illud tamen adhuc quæri posset, an sepulturæ etiam institutæ *die Sabbathi aut festo?* id sane ut Romanis displicuit, ne sacra publica funestarentur religione privata, ita multo minus placere potuit Hebræis, quorum erga Sabbathum reverentia ac rigor satis sunt inconfesso. *Quoto* denique *post mortem die* cadaver fuerit deductum, an nono, ut apud Romanos aliquando, an vero tertio vel secundo, ut communiter ferme apud nostrates, id itidem arbitrio curatorum funeris censuerim relictum, ita quidem, ut nec nimis cito, nec nimis tarde terræ redderetur sua portio. Interea, quoad Persarum gentem modernam observavit Ad. Olearius αὐτόπτης, *itin. Pers. f.* 687.

f. 687. eosdem vix ultra horas mortuum relinquere insepultum, verum e vestigio ipsum abluere, faciemque versus occasum vertere, cum illinc expectandum censeant judicium supremum.

CAPUT VI.

Sepulturæ: an cadavera cremata, §. 2. *seq.* [1.] *Sepulturæ dignitas*, §. 8. [2.] *locus communior sepulturæ*, §. 9. [3.] *specialior, sepulcra*, §. 10. [4.] *defuncti illatio*, §. 13. *quæ cum eo simul sepulta*, §. 16. [5.] *consequentia graminis evulsio*, &c. §. 17. *florum sparsio*, §. 18. *funebris laudatio*, §. 19. *epulæ*, §. 20. *lugentium consolatio*, §. 23. *epitaphia*, §. 25. *sepulcri visitatio*, §. 26.

I. SUpponimus, quæ de aliarum Nationum circa cadavera de medio tollenda moribus diversis diversi consignarunt, dum aliqui vel devorarunt, ut Massagetæ & Derbitæ, vel suspenderunt, ut Colchi, Parthi, &c. Vel in mare projecerunt, ut Lotophagi & Ichtyophagi, vel canibus, ut Hircani, avibus, ut Persæ: feris, ut Magi, exposuerunt; quæ & alia consignarunt ii, qui de moribus gentium v. g. *Alex. Sardus lib.* 1. *cap.* 23. *seqq.* item Kornmann. *part.* 7. *mirac. mort. cap.* 21. *seqq.* Polyd. Vergilius *l.* 3. *de invent. rer. cap.* 10. & Lucianus *de luctu p. m.* 774. qui hæc habet: *Græcus* (cadavera) *exurit, Persa defodit, Indus adipe suillo oblinit, Scytha devorat,* ταριχεύει *mura condit Ægyptius. Atque hic quidem (rem a me visam narro) deficcatum cadaver convivam & compotorem adhibet*, &c. De modernis Persicæ urbis, Ispahan, quibusdam incolis, Kibber dictis, commemorat Adamus Olear. *itiner. f.* 562. *seqq.* eosdem cadavera in cœmeterium deportata sistere ad murum erecta; si a volucribus dexter his effodiatur oculus, habentur pro beatis, si sinister, pro damnatis: illos placide in foveam demittunt; hos in alios deturbant præcipites. Mittimus morem incolarum regionis הואלם quam *Zeilan* vulgo vocant, notante Aria Montano nec non L'Empereur *in notis ad itiner. Benj. Tud. pag.* 214. qui, ut in eodem traditur itinerario *pag.* 107. mortuos suos non sepeliunt, sed variis aromatibus condiunt, ac in scamnis secundum distinctas familias sepositos sindonibus obtegunt, ut exiccata carne & ossibus, hominibus vivis similes videantur; adeo ut hic illorum singuli suos parentes totamque familiam multis retro annis dignoscant. Simile quid de Ægyptiis leges apud *Diod. Siculum lib.* 1. *cap.* 8. nec non de Æthiopum cadaveribus vitro opertis ut integra spectentur, apud *Alex. ab Alex. l.* 3. *c.* 2. quibus adde, quæ de Indorum regibus cum cura diu asservatis, refert Ludov. Gottfrid. *navig. Indic. f.* 31. & ex Gyraldo Cambrensi Korman. *mirac. mortuor. part.* 3. *cap.* 4. de cadaveribus incorruptis in insulis Arran. qui idem Kornmannus *pag.* 7. *loc. cit.* 10. recenset sententias Philosophorum, cadavera vel igni, vel aquæ restituenda censentium, &c.

II. Id vero imprimis hic quæri potest, num etiam mos ille gentilium, cadavera comburendi ignibus, invaluerit inter Judæos? sunt, qui asserunt, moti *tum* (α) exemplis, v. g. Saulis & filiorum, quorum cadavera, ex muro Bethsan sublata, combusserunt Jabesitæ, auferentes postmodum ossa, eademque sepelientes 1. *Sam.* 31. 12. 13. Jorami, 2. *Paralip.* 21. 19. *mortuus est infirm. malis, & fecerunt* לו *ipsi populus ejus* שרפה *combustionem, secundum combustionem patrum ipsius:* Asæ, cap. 16. vers. 14. *& sepeliverunt eum in sepulchris suis,* וישכיבהו *& recumbere fecerunt* (vel reclinarunt) *eum in lecto, quem impleverant aromatibus & odoramentis omnimodis pigmentatis in pigmentario opere,* וישרפו לו *& combusserunt ei combustionem magnam usque valde:* nec non Zedekiæ, Jerem. 34. vers. 5. *in pace morieris,* ובמשרפות *& combustionibus patrum tuorum regum priorum: sic* ישרפו לך *comburent tibi, &, heu Domine, plangent te:* tum (β) dicto, Amos 6. 10. *& tollet eum* (domi mortuum) *patruus suus,* ומשרפו *& cremabit eum* (vel juxta alios, *& avunculus ejus,*) *ad educendum ossa de domo*. Unde Abulen. 1. *Reg.* 31. *quæst.* 18. combustionem censet tantum in funere regio receptam, ita ut non reges toti cremarentur, sed eatenus tantum, ut carnes diffluerent, servatis ossibus; vel ut solummodo amburerentur, ut diutius odorem conceptum cadavera suffitibus afflata retinerent.

III. Verum cuncta illa adducere me haud possunt, ut credam, Romanorum more ipsa regum, (ad quos nonnulli cautiores restringunt,) cadavera in cineres fuisse conversa; præsertim cum gens illa resurrectionem credens, morumque antiquorum, (atque sic patriarchalium etiam sepulturarum) non parum tenax, potius terræ; quam igni commendasse corporum destructionem (juxta verba ipsius Creatoris *Gen.* 3. 19.) credenda sit.

IV. Exempla si urges; dico, *Jabesitarum* illud, circa *Saulem* facinus esse prorsus peculiare, qui vel ideo cadavera igni dissolvere consultum opinati sunt, ne Palæstini, comperto illo facinore, effossique

que denuo cadaveribus, novam illis decernere aut inferre possent ignominiam, eademque palam rursus dehonestare, vel saltem Jabesitæ peculiare quid, gentibusque aliis conforme exequiarum genus, elegerunt circa primum huncce regem, qualem antehac neminem Israelis populus habuerat, cujus proinde tumulandi rationem genuinam videntur conjicere adhuc non satis potuisse; accedit, quod alias iidem hi Jabesitæ non parum a reliquis se alienos præbuerint Israelitis, adeo, ut cum urbes universæ atque singulæ ad expugnandos Benjaminitas convenerint, hi tamen cives soli se subduxerint, *Jud.* 21. 8. ut hac ratione non exiguam singularitatis aut cum gentilismo collusionis suspicionem de se præbuerint. Quid itaque mirum, si cum primo hoc Israelis rege inusitatum quoque, aut vicinis forte gentibus receptum sepulturæ genus, introducendum sunt arbitrati? Taceo, quod combustionis hujus in textu parallelo 1. *Par.* x. (*vel.* xi.) 11. nulla prorsus adjiciatur mentio, forte tanquam rei plane insolitæ, aut etiam memoria indignæ, præsertim ubi honorifice affectus atque honor erga regem debitus commemorari debuisset. Appono hic versionem Chaldaicam: וקלו עליהון כמא דקלך על חמך מלכיא: h. e. *& cremarunt super illis, sicut cremare solent super regibus illic loci*. Ubi *Kimchi* paraphrastem scribit respexisse ad morem a majoribus traditum, quo ob reges mortuos crematus fuit lectus eorum, nec non cætera eorum utensilia, vel etiam ad cremationem aromatum, &c. Quorsum facit, quod a Davide eadem Saulis atque Jonathanis ossa, longo satis tempore præterlapso denuo fuerint refossa ac sepulta, 2. *Sam.* 21. 12.

V. De Joramo, Asa & Zedekia res in fontibus est expedita; nimirum nullibi dicitur: *combusserunt* אותו *ipsum*, sicut in textu proximo אתם *illa* (Saulis ac filiorum cadavera,) sed *combusserunt* לו *ei*. Jam vellem ex centum illis, & quod excurrit, sacris textibus, (quos equidem concordantias consules illic cursorie inspexi,) ubi verbum hoc שרף occurrit videre locum unicum, ubi (ל) eidem verbo subjunctum designaret combustionis objectum, seu ut Grammatici efferunt, ubi esset accusativi nota. Hoc quidem video, nomina vel nude, vel præcedente את, isto venire casu; verum si (ל) sequatur, tunc idem est, ac combussit in honorem alicujus, v. g. *Deut.* 12. *vers.* 31. *filios suos & filias suas* comburebant באש לאלהיהם *igni diis suis, &c.* Quapropter non immerito Luth. reddidit: Sie machten über ihm einen Brand / Item / sie machten ein sehr groß Brennen / zc. wie man über deine Vätter gebrennet hat / so wird man auch über dich brennen.

VI. Denique Amosi dictum si attendimus, absurdum, opinor, non unum emerget, si cadaverum intelligamus cremationem Romanam. Supposito enim, præ funerum frequentia singulis non exhiberi potuisse sua justa, adeo ut caro interim demortui fuerit putrefacta & vix ossibus hæserit, quis credat, (NB.) *domi* (ut communiter habent Ribera, Castrensis, a Lapide, aliique,) carnes illas fuisse combustas, ut ossa saltem condi potuerint sepulchro? quis, quæso, hic fœtor, si per singulas, aut saltem plerasque ædes tale quid institutum? quis & quantus hinc, quæso, labor, congerendi tantam lignorum struem: quæ carnibus suffecerit absumendis? qui sumtus? quod lignorum cæduorum dispendia? quæ & quanta incendiorum illinc pericula? annon expeditiori labore parari potuisset una uni vel saltem pluribus capiendis fossa? Attendat modo quis, quam caute in campum Martium aut extra urbem, intervallo bis mille passuum aut 60. passuum a quavis casula ob flammæ periculum, cremationis istiusmodi remiserint Romani, ne etiam fœtor molestiam crearet viciniæ, uti legere est *apud Schikardum* מ"ח *pag.* 165. quid vero putas factum, si in ædibus privatis, & simul quidem pluribus, talia arsissent busta graveolentissima? Viderunt hæc & alia incongrua, haud dubie Interpretes; qua de causa etiam R. Nathan. *in capit. Concord.* vocem hanc מסרף quæ nuspiam alias in S. occurrit Codice, exposuit per אחי אמו *fratrem matris*, forte, quia antecedens דוד ex ejusdem interpretatione est אח האב *frater patris*. Unde etiam Luth. Sein Vetter und sein Ohme. Idem etiam placuit Schindlero *in Lex.* post. R. Jehudam F. Karjas, [vel F. Kadisch, ut legere videtur Abarbinel,] Kimchium *in libr. rad.* Vatablum & Pagninum. Verum, ne quid dissimulem, insolens quodammodo videtur talem asserere significatum, qui nullum alias vel in Hebræa vel cognatis Chaldæa, Syra aut Talmudica linguis habeat fundamentum; quanquam talia non desint vocabula, quæ fratrem non habent, loquuntur, nec sororem, adeoque & hanc excusare valeant interpretationem. Esto igitur, dicamus hocce מסרף idem esse cum משרף [per Sin] *comburens*, ob cognationem alternationemque earundem literarum, [quamvis שרף in piel legatur nunquam,] anne ergo sequetur illinc cadaveris combustio? nego, ob rationes prædictas, præsertim cum, fatente Drusio, in-

interpretationi huic adverſetur mos Hebræorum, quibus condere, non cremare corpora ſolitum. Id quod etiam in comment. adduxit Coccejus, adjiciens, *etiam circa ἅλωσιν cadavera potius in valles præcipitata, quam combuſta: item ignominioſum fuiſſe, quod Joſias oſſa hominum ſepultorum in altari Bethel cremavit*. Vid. 1. Reg. 13. 2. & 2. Reg. 23. 16. 20. Quid ergo erit? מסרפו an juxta Chaldæum & R. Sal. *ex incendio eripiens eum*, & oſſa poſt conflagrationem reſidua ſepulturus [qui contrariam in piel ſignificationem ſtatuunt ei, quæ fuerat in Kal, ut affert h. l. Mercerus;] Reſp. *meſarepho* idem eſt ac, משרף לו *cremans illi*, vel in honorem ejus pro more adolens thymiamata inter ſepeliendum aut efferendum, [ut ſupra vidimus in funere Herodis,] ne peſtilenti odore inceſtarentur, ut loquitur Coccejus, præſentes; vel qui de ſuppellectile ejus, ut ſequetur, aliquod pro more recepto comburit. Reſpexit huc haud dubie Elias *in obſerv. ad Kimchii lib. rad.* ſecundum nonnullos dicens intelligendum הגדול והחשוב שבקרובים הראוי לעשות לו שרפה: *inſigniorem æſtimatioremque inter propinquos, cui competeret facere illi* [defuncto] *uſtionem* כדרך ששורפים מלכים *pro ratione vel conſuetudine, qua urunt regibus*. Atque h. m. participium indueret ſubſtantivi naturam; *cremator ejus*, vel affixum reſolvendum eſt in particulam לו ceu *Ezech.* 29. 3. עשיתיני *feci mihi*: 1. *Reg.* 19. *verſ.* 21. בשלם *pro, coxit* להם *eis*, &c.

VII. Ut igitur quod res eſt, dicatur tandem, adhibitus equidem in funeribus regiis omnino fuit ignis & per ignem combuſtio, verum non cadaverum, ſed regiæ ſupellectilis, adeo ut nulli parceretur ſindoni, nullis periſtromatis vel auleis, utut pretioſis, nullis crevicalibus, imo nec ipſi regali ſellæ, quippe ut Noſter habet Maimonides ultimo totius tituli Ebel [cap. 14. §. 26.] paragrapho: *ſi rex aut princeps moritur, comburendus eſt ejus lectus omniſque ſupellex qua miniſtratum fuit ipſi*, [vel cuncta ejus utenſilia:] neque eſt [vel non tamen ſit] *hic conſuetudo Amorrhæorum*, [gentilium aut Romanorum quos anagrammatice non raro ſic deſignant,] *neque etiam perdendi ſolum fiat animo; dicitur namque* [Jer. 34. 5. *in pace morieris, & pro ratione combuſtionum majoribus tuis factarum comburent etiam tibi.*] Rationem autem inſtituti alibi prodit idem noſter Hal melachim cap. 2. §. 1. *non utuntur ulla ſupellectili regali*, [ob majeſtatem ſc. decenter h. m. conſervandam,) *ſed cum ille moritur, comburunt univerſam coram ipſo*. Aromata vero inſimul non pauca eidem injecta fuiſſe igni, facile admittet is, qui tum graveolentiam combuſtæ ſupellectilis attenderit, tum qui Herodis etiam funebrem pompam contulerit. Plura de Romanorum Hebræorumque buſtorum diſcrimine, de lignorum apud Romanos ſtrue, forma ejus quadrangulari, de repoſito illic una cum mortuo ferali lectulo, in quo animam exhalarat, &c. ſuggeret *Schikardus* מ"ה *pag.* 165. de lapidea item arca, cui inditum cadaver, ut commodius legi poſſent oſſa, vide ſis Schedium *de Diis Germ. pag.* 453. de oſſilegio, *Bal. Boniſac. hiſt. Jud. lib.* 2. *cap.* 48. de lignis rogi impolitis &c. Pancir. *cum notis Salmut. tom.* 1. *pag.* 339. (ubi ſimul pag. 340. de conjectis etiam in ignem, quæcunque defunctus in deliciis habuerat, etiamſi pretioſiſſima forent, ferme ut apud Hebræorum reges:) & Menochium *lib.* 8. *rep. Hebr. cap.* 5. *quæſt.* 8. Atque hunc non cremandi ſed humandi defunctos morem ſemper etiam obſervaſſe Chriſtianos, conſtat ex Arnobii *lib.* 8. ubi Cæcilio objicienti, *inde videlicet*, (quia Chriſtiani futuram credunt reſurrectionem) *& execrantur rogos, & damnant ignium ſepulturas*, ſic reſpondet Octavius: *non, ut creditis, ullum damnum ſepulturæ timemus, ſed veram & meliorem humandi conſuetudinem* (quæ nimirum etiam ipſis olim probata gentilibus;) *frequentamus*. Id quod ad 1. *Sam.* 31. 13. obſervavit etiam Martyr, *eam comburendi, inquiens, rationem a Chriſtianis quidem nunquam receptam eſſe*. Atque h. m. etiam Sanctius *in lib.* 1. *Reg.* 31. *f.* 526. nobiſcum contra Abulenſem ſentit, (quanquam ea, quæ ſimul affert, mea non fecerim,) diſerte concludens: *quare non cremantur Judæorum cadavera, ſed in eorum exequiis thura cremantur & ſuffimenta alia*. Eadem ferme habet *ad* 4. *Reg.* 8. 24. Ejuſdem nobiſcum ſententiæ eſt etiam Quareſm. *lib.* 4. *eluc. terræ S. cap.* 6. *f.* 126. nec non Villalpand. *pag.* 1. *app. lib.* 3. 16. & Sopranes *David. f.* 479. *ſeqq.* Sic quoque P. Martyr. *ad* 1. *Reg.* 15. 24. *arbitror.* ait, *combuſtionem aromatum tantummodo hic* (in funere Aſæ) *fuiſſe factam, incolumi cadavere*, quorſum citat illud Svetonii de Nerone, qui in hujus exequiis tantum aromatum & rerum odoratarum abſumtum fuiſſe tradit, quantum ex aliquod proventibus felicis Arabiæ vix poſſet ſuppetere. Ita Kimchi *ad* 2. *Par.* 16. 14. annotavit, tradidiſſe Judæorum Rabbinos, *quod moris fuerit, ea hora qua reges fuere mortui, comburere linum ipſorum*, i. e. cuncta utenſilia materiamque linteam. R. Salomo autem hæc habet ibidem: *combuſſerunt ipſi aromata optima in cineremque eundem ſparſerunt ſu-*

super ipsum: qui ipse tamen simul meminit combustionis alterius modo dictæ. De martyribus, cur cremati ipsi fuerint, consul poterit Atting *Romæ subterr. lib.* I. *f.* 19. deque modernis Indis, in Persia habitantibus, qui cadavera comburunt, adhibito ligno Apricos [von Morellen] &c. Olear. *itin. Pers. f.* 559. Sic de Tartaris orientalibus recenset Martinius, *Atl. Sinen. f.* 21. 23. illos, ut & Indianos, hodieque cremare cadavera: imo fœminam Cambajensem ultro flammis se committentem vidit Mandelslo: *itin. f.* 80. Gentiles supellectilem quinque defunctorum simul abolevisse, constat ex Luciano de luctu pag. 769. ubi commemorat, quo *vestem* καὶ τὸν ἄλλον κόσμον *& reliquum mundum rogo injectum exusserint, aut una cum cadavere sepeliverint; perinde ac si illic sit usurus, & apud inferos fruiturus.*

VIII. Manet proinde hoc, cadavera non igni, sed terræ fuisse apud Hebræos commissa. Quapropter ad eandem nunc proprius convertimur *Sepeliendi rationem*; ubi (1) præsupponimus, quanta ejus apud fideles semper habita fuerit dignitas, quantamque ipsi censuerint infelicitatem, privari sepultura: adeat, qui cupit, Filesacum *lib.* I. *select. pag.* 272. *seqq.* & Karnman. *part.* 7. *mirac. mort. cap.* XI. ut taceamus alios, ex professo materiam hanc de sepultura tractantes.

IX. Id potius (2.) disquirimus, *quorsum* cadavera sua sepelierint Hebræi? & quidem num intra, vel extra urbem? De Romanis equidem notavit Salmuth ad Pancir. *lib.* I. *tit.* 62. *pag.* 339. lege fuisse cautum, ne quis in urbe sepeliretur, unde & mos invaluit, ut in continentibus urbis humatio fieret; ac cum S. Consultum illud penitus antiquatum esset, restituit tamen illud ipsum Hadrianus, nec non successor ejus Antoninus Pius: & cum leges illæ conculcarentur denuo, omnesque inter ecclesias ac urbes sepeliri vellent, vetuerunt etiam Imperatores Christiani: verum refixit postea Leo Sapiens *novell.* 53. permittens cuique, tam intra civitatem, quam extra, mortuos sepelire. Plura hanc in rem reperies apud Joh. Steph. Durantum, *de rit. eccl. lib.* I. *cap.* 23. §. 3. *seqq.* ubi de cœmeteriis, quomodo primitus illic institutæ synodi, canti psalmi, fusæ orationes, dispensata sacramenta, &c. item apud Casalium, *rit. Christ. vet. f.* 270. & nostrum Gerhardum *tom.* 8. *LL. de mor.* §. 85. (ubi de non captando lucro ex venditis sepulturis in templo, secundum canones antiquos:) nec non Magnif. Dn. Ben. Carpzovium *lib.* 2. *jurispr. eccl. tit.* 24. *def.* 389. & Joh. Hier. Sopranem. *David. Digr.* 2. *fol.* 500. *seqq.* Argutum alioquin exhibuit se circa hunc sepeliendi in templis morem R. Joseph Albo *lib.* 3. *Ikkarim cap.* 8. ubi ethnicos ait dormivisse in sepulcris, ut super eos resideret spiritus immundus mortuorum, unde etiam sepelivisse censet mortuos in templis, ubi convenerunt una viri & fœminæ, steteruntque super sepulcris orantes, atque sic resedit super eos spiritus immundus mortuorum aut super sacerdotes eorum, prædicebantque eis futura. *Hinc*, pergit, *remansit apud Christianos mos sepeliendi mortuos in oratoriis suis, ita ut viri fœminæque orent* מקשקשים בקשקוש *tinnientes tinnitu in hora sepulturæ*, vel eo ipso dum sepeliunt *mortuos suos Ethnici enim legem Christi amplectentes tradiderunt Christianis ritus Patrum suorum &c.* Nostros quod spectat Hebræos, manifestum est, in *agri* spelunca Abrahamum condidisse Saram, *Genes.* 23. 16. quod ipsum contigit post etiam patriarchis cæteris *cap.* 25. 9. 47. 30. 49. 29. *seq.* 50. 13. *Jos.* 24. 32. sic hospites ac peregrini peculiarem ad sepulturam nanciscebantur agrum, *Matth.* 27. 7. Hinc extra urbem ferebantur mortui sepeliendi, *Luc.* 7. 12. extra urbem erat Lazari sepulcrum, *Joh.* XI. 30. 31. nec non Elisæi, 2. *Reg.* 13. 21. extra urbem in sepulcris degebant obsessi *Matth.* 8. 28. extra urbem aperiebantur monumenta e quibus in urbem procedebant resuscitati, *Matth.* 27. 52. 53. Corn. Jansenii *conc. Evang. cap.* 31. Drusii *lib.* I. *prætor. ad Matth.* 27. 7. Præter agros etiam *in montibus seu collibus* reperire licet sepulcra, v. g. Eleazari, qui sepultus est in colle Pinchas filii sui, qui datus fuit illi in monte Ephrain, *Jos.* 24. 33. nec non civium Bethel, 2. *Reg.* 13. 16. Imo & horti, qui tamen refectionis ut plurimum causa instrui solent, apud nonnullos perpetua hæc in se continebant mortalitatis monumenta, uti constat de Josepho, Salvatoris nostri pollinctore, *Matth.* 27. 60. qui sibi in horto suo tale curaverat excidi monumentum in petra; quod haud dubie nec ipse primus, nec solus instituit. Imo sub quercu umbrosa, & ob magnitudinem forte celebri aut alioquin insigni (ut innuere videtur ה emph.) sepeliebatur Debora *Genes.* 35. 8. quod ipsum sepulcrum etiamnum hodie ostendi scribit Adrich. *thea. ter. S. f.* 16. *num.* 42. nec non Saulis & filiorum ossa, 1. *Sam.* 31. 13. De sepulcris juxta vias publicas qualia censentur describi *Genes.* 35. 8. 19. & *Jos.* 24. 30. consulatur Sopranes *loc. cit. f.* 503. Atque hæc hactenus extra urbes: nunc etiam de sepultis intra urbes. Et quidem de

de sepultis in horto domui regiæ contiguo, Manasse & Ammone evidens est locus 2. *Reg.* 21. 18. 26. ubi Sanctius existimat, *in horto illo illustre aliquod mausolæum dignum regio cadavere, constructum fuisse ab ipsomet rege adhuc vivo*, &c. Horsum forte pertinet quoque Samuelis sepultura, de qua 1. *Sam.* 25. 1. & sepeliverunt eum בביתו ברמה *in domo sua in Rama;* item Joabi; 1. Reg. 2. 34. & *sepultus est* בביתו *in domo sua in deserto*: an sub domus tecto? an in area? quomodo apud Romanos quisque in domo sua olim sepeliebatur, teste *Taubm. ad prolog. Casin. pag.* 313. non existimaverim, ob immunditiem etiam sepulcris suo modo competentem: *Num.* 19. 16. 18. quapropter synecdochice per *domum* intelligi potest omne id, quod ad domum pertinet, eidem cohæret, ac proinde etiam hortus, in cujus forte angulo exteriori tale quoddam extruxerunt monumentum, quam ipsam in horto sepeliendi rationem observasse etiam nonnullos Romanorum, docet Sopranes *proxime laudato loco*. Probo, quod dixi, sepultura Manassis, quam, ut modo vidimus, in horto domus regiæ instituerunt: at 2. *Par.* 3. 20. ita hoc effertur: *obdormivitque Manasse cum patribus suis, & sepeliverunt ipsum* בביתו *in domo sua; & regnavit Amon* &c. Sic de regibus etiam cæteris manifestum satis, eosdem in civitate David fuisse tumulatos; 1. *Reg.* 1. 10. XI. 43. 14. 31. 15. 8. 24. 22. 51. 2. *Reg.* 8. 24. 9. 28. 12. 21. 14. 20. 15. 7. 38. 16. 20. 2. *Chron.* 9. 31. 12. 11. 14. 1. 21. 1. 32. 33. 35. 24. De hoc ipso autem Davidis sepulcro, quod in civitate David (vel juxta Quaresf. *lib.* 4. *eluc. terr. S. peregr. cap.* 6. in pomœrio civitatis David.) magnifice in sublimi collocatum erat, (& quidem ut videre illic est) in extremitate montis Zion seu prope mœnia, in quod Salom. maximas intulisse dicitur divitias, consuli potest Adrichomius *theat. ter. S. fol.* 152. *num.* 22. & Quaræsmius, tanquam oculatus testis, qui tamen id extare adhuc negat) *loc. cit.* &c. 8. item *Villalp. tom.* 2. *Eze. lib.* 5. *dis.* 4. *cap.* 65. nec non Pineda *lib.* 8. *rer. Salom. cap.* 3. Quæ *Beniamin Tudel. itiner. pag* 45. 46. (edit. L'Emper.) effert de duobus viris ætate sua ostium speluncæ reperientibus, tandemque ad magnum quodam palatium pervenientibus, columnis marmoreis inædificatum, argento auroque obductum, in cujus conspectu mensa erat & sceptrum aureum, una cum aurea corona, quod ipse ait fuisse sepulcrum Davidis; ad cujus sinistram aliud Salomonis, similiterque omnium regum e stirpe Judaica &c. hæc, cum fabellam spirent Judaicam, merito relinquimus autori. Potius inspici poterit Josephus *lib.* 8. *Ant. cap.* XII. & *lib.* 16. *cap.* XI. item quæ de duratione sepulchri hujus deque occultatione cadaverum regiorum conjicit Villalp. *appar. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 17. *f.* 195. qui ipse fol. 196. ex Joh. Zuallardi *hodœp. Hierosol.* lingua Italica conscripto refert, sepulchra Regum Juda partim in Sion, partim prope portam Ephraim extra civitatem reperiri, quorum ingressus difficilis est: intra quandam enim vineam foramen quoddam est, quo patet introitus, vix hominem capiens. Intrinsecus autem extat satis magnum sumtuosumque ædificium, quadrato schemate, monachorum peristiliis, quæ vocant claustra, persimile. Octo & quadraginta cellulæ in eo visuntur, in quibus totidem sunt pulcherrima sepulchra, variis scripturis ornata, testudinatum opus, excisumque candido multoque saxo, alabastro persimili. Valvæ autem cellarum singulæ dimidii pedis & eo amplius crassitudine, ex eodem perpetuo saxo, non aliunde adducto excisæ, prout ex cardinibus, quibus volvuntur, conjicere licet. Opus vero singulare, magna industria, admirabile visu dignumque regiis sepulchris. Neque vero crediderim huic simile aut vetustius toto orbe terrarum reperiri posse. Hæc ille. Miror autem, cur Quaresmius *loc. cit. tom.* 2. *fol.* 130. Villalpandi hanc eandem de sepulchro Davidis relationem ex Serlio repudians, ne verbulo meminerit alterius hujus ex Zuallardo adductæ commemorationis de sepulchris cæteris regiis, cum tamen proxime cohæreant in Villalpando; adeoque verisimile est, Quaresmium arcana hæc vel nondum expiscatum fuisse in terra S. vel Zuallardum non adeo bona commemorasse fide: quanquam neque hoc posterius facile videatur asserendum, cum eadem ferme referat etiam αὐτόπτης testis alius, Joh. Cotovicus Ultraject. J.U.D. & miles Hierosf. *in Itiner. suo Hier. lib.* 2. *cap.* 14. *pag.* 304. *seqq.* qui easdem subterraneas structuras lustravit Anno 1598. 16. Calend. Novembr. ordineque cuncta recensuit loc. cit. Cui lubitum fuerit, poterit de iisdem Davidis atque Salomonis his structuris conferre *Sinæ & Europæ admiranda*, nuper ab Anonymo prodita, *pag.* 240. ubi simul de speciosis magnificisque Sinensium Mausolæis *pag.* 237. *seqq.*

X. Sed propius adhuc (3.) accedendum est ad Sepulchreta. Et quidem quæ Gentiles observarint circa sepulchra vel singularia, unique solum personæ parata, quæ scrobes plerumque erant in terra cavatæ, quibus infodiebantur potius, quam sepelie-

liebantur, vel communiora, pro integra familia; quæ posteriora rursus vel hæreditaria, aut Majorum, vel familiaria; item de distinctione monumentorum in duas, tresve aut plures partes, de areis ante monumentum communibus, de polyandriis pro peregrinis aut in clade cæsis, de modo subterranea illa extruendi ædificia opere arcuato, pavimentis sternendi, murisque sepiendi, in quæ per gradus descendebatur, ubi quandoque duplex concameratio, adeo ut ex superiori in inferius sepulchrum esset descensus, deque aliis huc pertinentibus legi poterunt Cl. Kirchmannus *lib. 3. fun. Rom. cap. 13. seqq.* Marlianus *lib. 4. copog. urbis Romæ cap. 19.* Taubman. *ad prolog. Casin. pag. 313. & in Culice pag. 395. 396.* Cœl. Rhodiginus *lib. 17. Ant. lect. cap. 19. seq.* Boissar. *pag. 4. antiqu. Rom.* Lil. Gyraldus *de sepult.* Rosinus *lib. 5. Ant. Rom. cap. 39. cum paralip. Demsteri*, Airinghi *Roma subt. tom. 2. f. 217. &c.* Quæ etiam Christiani circa sua observaverint cœmeteria, peti similiter poterunt ex Duranti *lil. 1. rit. eccl. cap. 23.* nec non ex Arringho *tom. 1. f. 1. seqq.* Nos hic Hebræos nostros attendimus, qui sepulchreta sua vocant בירת החיים domum *seu locum viventium*; De quo titulo sic loquitur liber *Minhagim, c. ultim.* Man seit es billich בית המתים (domum seu locum mortuorum) heissen; Aber di Zaddikim [Gerechten] die drauff seyn / wann sie schon tod seyn / noch leben sie; und die Reschaim [Gottlosen] wann sie schon leben / da seyn sie tod. Et quidem *communia* Hebræis fuisse sepulchra seu *publica*, in quibus cuilibet jus erat tumulari, probare nonnulli nituntur, (ut Menochius *lib. 8. reipub. Heb. cap. 4. qu. 3.* & Sanctius *ad Act. 1. 9.*) ex *2. Reg. 23. vers. 6.* ubi Josias pulverem combusti luci dicitur projecisse *super sepulchra* בני ארם *filiorum populi*: h. e. secundum Sanctium, *ubi vulgares homines tumulari soliti*, qui *locus sepulchra vulgi* dicebatur. Verum non incongrue Kimchi complenda hæcce monet ex 2. *Par.* 34. 4. ubi dicitur sparsisse super sepulchra, זבחים עליו *sacrificantium in iis*, i. e. juxta eundem Rabbinum: *super sep. istius populi, qui servierat illis, dum viveret, & quidem in ignominiam ipsorum, q. d. videte, quid colueritis in vita vestra! item ut corriperentur h. m. viventes.* Hinc etiam in loco Paralip. substantivum prius *sepulchra* in fontibus habet præfixum ה emph. contra morem, nim. quia inter hæc duo substantiva supplendum ex textu l. Regum קברי בני א *sepulchra filiorum populi, sacrificantium, &c.* Chaldæus reddit: *in sepulchra filiorum* גליא quod Kimchi ait esse nomen *idololatricum*, *quomodo in Rabbinorum scriptis* ביתגליא *vocetur* ביתכריא *i. e. Ecclesia vel Templum*; de quo ipso prolixius agentem consule Buxtorfium. *Lex. Talmud, fol. 1086. seq.* Quis vero opinabitur, solos plebejos in locis illis idololatricis olim sacrificasse, & non una etiam Magnates? adeoque pro sepulchris publicis vix faciet aliquid citatus textus. An majoris roboris textus alter *Jerem.* 19. 11. itidem subdubito: num enim Thopheth, illustris ille idololatrarum locus, propterea, polyandrium fuit vel communia sepulchra, quia ob loci sepulchralis defectum in extraordinaria clade, occupabitur etiam ex severo DEI judicio, tam venerabile idololatris spatium? Alia res est, quæ *Matth.* 27. 7. de peregrinorum traditur sepulchreto. Si omnino communia vel vulgaria videre volumus sepulchra, putarim commodius ea probari ex *Jerem.* 26. 23. ubi Uriæ, gladio interfecti cadaver dicitur projectum *ad sepulchra filiorum populi*, ut sc. h. m. cum ignobili obscuraque plebe ejus simul periret nomen, nihilque honoris alias consueti Prophetæ huic obtingeret post mortem. Pertinent huc, quæ in Talmud leguntur *tit. Sanh. c. 6. §. 5.* *Lapidatus non sepelitur in sepulchris majorum suorum. Duo autem sepulchreta a Domo Judieii* vel Senatu *constituta fuerunt; unum lapidatis & ustis, alterum gladio & laqueo interemtis.* Respicit huc Seldenus *l. 2. de Synedr. p.* 537. Quomodo vero conjecturam suam probare queat Sam. Petitus *l. 1. Var. lect. c.* 5. ubi *omnino insepultos* scribit *abjectos fuisse illos, in quos sævitum ire vellent judices*, ego quidem pro tenuitate mea non perspicio. Id negari haud debet, Jehojakimo *sepulturam asini prædictam*. Jer. 23. 19. (h. e. ex mente Sanctii ad 4. Reg. 24. *sordidum aliquem & apertum locum, qui neque tegat cadaveris horribilem & obscœnam speciem, neque canes aut volucres a laceratione prohibeat;*) Verum non ex sententia judicum Hebræorum hæc ei competebat sepultura insepulta, ut vocat Cicero *Philipp.* 1.) sed ut Josephus refert *l. X. A. J. c.* 8. rex Babiloniæ *ἄταφον ἐκέλευσε ῥιφῆναι πρὸ τῶν τειχῶν*, *insepultum extra mœnia jussit projici*, ita ut juxta vaticinium. *Jer.* 36. 30. ad æstum per diem & ad gelu per noctem expositus jaceret. Quam sane vim majorem, utut terræ hinc immundities quædam aut pollutio emergeret, Judæi infringere tunc nequiverunt. Eodem quoque modo, comparatum cum cadaveribus occisorum in clade aliis; item cum cadavere Peraitæ Nigri, (ap. Joseph. *l. 5. B. Jud. c.* 1.) ad quod exemplum provocat idem Petitus, cum tamen hic ab ini-

iniquissimis occisus fuerit Zelotis in confusione rerum maxima. Pergit suspicari laudatus Autor e verbis Kimchii ad Ps. 27. (*Gehenna contigua est Hierosolymæ, locusque est reprobatus*, (נמאס) *quorsum abjiciunt impura æque & cadavera fuitque illic ignis perennis ad absumendum impura atque ossa* :) Verum quomodo probat, נבלות fuisse hominum cadavera, judicialiter interfectorum? annon enim asinorum, equorum, brutorumque aliorum sic vocantur morticina? Melius provocasset ad cadavera filiorum Saulis, 2. *Sam.* 21. 10. Verum responsum audiat ex Menochio suo, *l.* 8. *reip. Hebr. c.* 2. *qu.* 14. id factum ex peculiari Dei dispensatione. Taceo, quæ prolixius l. c. prosequitur Sanctius, de more Gabaonitico, qui diversis a Judaico, &c. Specialius autem de sepulchro ipso noster scribit Maim. c. 4. §. 4. *fodiunt in pulvere speluncas, faciuntque foveam* (כוך) *in latere ejusdem speluncæ, in qua sepeliunt mortuum, posita ejusdem facie sursum versus, rejectaque super ipsum rursus terra ac lapidibus. Sepeliunt vero mortuum in arca lignea, & comitantes ipsum dicunt : Vade in pace, eo quod dictum est*, (Gen. 15. 15.) *& venies ad patres tuos in pace.* ומציינין *& signant omnem sepulchrorum locum*, (eo scil. ut cognoscatur, illic locum esset immundum, ut sacerdotes ab eo recedant, &c.) *ædificantque* נפש *monumentum sepulchrale super sepulchro, super justorum vero sepulchris tale non extruunt, eo quod verba eorum sint memoriale* vel monumentum *ipsorum; neque respicit quisquam ad inquirendum sepulchra*, vel, paucissimi omnino talia visitant aut requirunt monumenta (ultimo hoc de præstantioribus Bonorum mausolæis, legitur etiam in *Bereschith rabba sect.* 82. *f.* 92. 1. & in Talm. Hieros. *Gemara Schekalim cap.* 2.) Plura hanc in rem suggeret Cl. Pocockius in *not. misc. ad Portam Mosis c.* 5. *p.* 73. *seqq.* ubi conciliat, μνημεῖα κεκονιαμένα atque ἄδηλα, addens de immunditie sepulchrorum ex *Num.* 19. 16. de discrimine נפש & ציון, quorum hoc (*zyun*) censet latius, designans quippe signum quodlibet sepulchro appositum, illud vero (nephesch) speciatim pro cippo eidem imposito, tum ad immunditiei cautelam, tum ad asservandam mortui memoriam; ubi etiam de erymi utriusque ratione, quomodo נפש sit demortuo instar *animæ*, vitam famamque illi prolongans, nisi potius a contrario, *cadaveris* est indicium, &c. item de Senatu, diebus festorum profestis seu intermediis prodeunte e domo judicii ad signanda sepulchra, & quidem affusa calce, quam aqua maceratam illic effundebant, eo quod ipsa alba sit instar ossium, (vide Maim. *H. tumath meth. c.* 8.) &c. De ultimo *Vale* mirari quis posset, cur dicant : לך בשלום cum improbetur a Talmudicis in fine Cod. Berachoth, eo quod ita David dixerit Absolomo, 2. *Samuel.* 15. 9. qui tamen suspensus fuit; quare malunt potius לך שלום *abi ad pacem*, ceu Mosi dixit Jethro *Exod.* 4. 18. vide sis Buxt. *instit. epist. ad epist.* 2. *p.* 9.

XI. Ulterius idem Noster c. 14. §. 13. hæc de sepulchris annotat : *Loca sepulchrorum illicita sunt* בהנאה *ad commodum*, lucrum vel usum illinc petendum. *Quomodo ? non edunt in illis, nec bibunt in illis, nec faciunt in iis negotium, nec legunt in istis, nec discunt in ipsis, &c. Imo nec consueverunt in iis elato incedere capite*, (ex levitate, fastu aut lascivia,) *nec transit homo juxta sepulchrum intra quatuor ulnarum spatium, ita ut Tephillin* (oratoriæ illæ phaleræ seu phylacteria) *sint in manu ejus, legisque liber sub brachio ejus, neque orat quis illic ; quod si vero distet illinc cubitis quatuor* (vel si extra ulnas illas quatuor proximas sit constitutus,) *licet.* §. 14. *Deportans ossa de loco in locum, non reponere ipsa poterit* בדיסקיא *in bisaccum*, [i. e. ut glossa *in Berach. f.* 18. 1. exponit in saccum coriaceum utrinque dependentem, quali pecuniæ in equis ferri solent,] *ita ut tergo asini sic injiciantur, insideatque istis deferens, eo quod hoc præ se ferat ignominiam : quod si tamen idem ille extimescat fures aut prædones, facere licebit.* §. 15. *Non deportant mortuum ex sepulchro uno ad aliud, etiam despecto ad honoratius : quod si tamen fuerit in medio agri alicujus, deportare illum licebit, etiam ex honoratiori ad vilius.* §. 16. *Non sepeliunt mortuum unum supra alterum, neque mortuos binos in sepulchro uno, eo quod hoc ignominiosum. Fœtus tamen cum matre elatus sepelitur una cum ipsa* §. 17. *Pulvere sepulchri uti illicitum non est, eo quo nullum mundi solum sit prohibitum. Verum structura vel ædificio sepulchrali uti est interdictum.* §. 18. *Extruens sepulchrum pro mortuo non prohibetur ab ejus usu, antequam eo mortuum retulerit. Si tamen abortivum eo projecerit, prohibetur statim.* Referimus huc merito, quæ noster habet p. 4. H. mechsra, c. 21. §. 6. f. 84. *vendens alteri locum ad faciendum illic sepulchrum, aut suscipiens ab alio locum sine isto, facit speluncam, inque medio ejus,* פותח *aperit vel fodit octo sepulchra ; tria hinc, tria illinc & duo e regione intrantis speluncam, Mensura speluncæ quatuor ulnarum* עד שש *supra sex ; & cujuvis se-*

ſepulchri longitudo ulnarum quatuor, & latitudo ſex palmorum, & altitudo ſeptem Interſtitium vero ſepulchrorum lateralium eſt cubitus cum dimidio: at inter duo mediana (e regione oſtii ſc. *cubiti duo*. Hæc ipſa ſcrupuloſius ſupputata qui videre geſtit, conſulere poterit *Maggidh miſchne ad h. l.* eadem ferme leguntur etiam in Bava batra c. 6. §. 8. niſi quod addatur, *ex ſententia R. Simeonis medium ſpeluncæ fieri ſex cubitorum* על שמונה *ſuper* (vel *cum atque*) *octo pararique tredecim foveas* ſeu ſepulchra *quatuor ab hoc totidem ab illo latere, tria e regione oſtii, unum denique ex latere oſtii dextro, & alterum a latere ſiniſtro*. Item *ante ſpeluncam conſtrui*, etiam vel fieri *atrium*, &c. Hanc in rem nonnulla etiam congeſſit Joh. Ligtfoot *cent. chorogr. c.* 100. *p.* 176. quomodo per ſepulchreta non derivari potuerit canalis aquarum, nec ducenda via publica, non paſcenda illic pecora, nec colligenda illinc ligna, &c. Item de cavernis Sepulchrorum, de media in iis area, de numero fovearum in utroque latere, &c. Pertinet huc theſaurarii Sebnæ ſepulchrum in petra exciſum, *Jeſa.* 22. 16.

XII. Pauca his lubet ſubjicere ex autoribus aliis. Et quidem, quantum αὐτόπτης teſtatur Quareſmius, in opere ſuo aliquoties citato, & ſuperiori Anno 1639. Antvverpiæ evulgato, *l.* 4. *pereg.* 4. *cap.* 7. *qui quæ diligenter oculis ſuis non ſemel ſed pluries aliquot per annos obſervavit, quibus in Terra S. manſit, & ex aliis illic verſatiſſimis accepit, literis conſignavit*, [ut ipſemet *in præfat. ad lect. f.* 37. profitetur] duo imprimis in ſepulchris Hebræorum animadverti poſſunt, unum quod a natura, & alterum, quod ab arte acceperunt. *Illud*, quod ſpeluncæ eſſent nativæ in rupibus, ad quarum imitationem aliæ fodiebantur: *hoc* vero, quod poſtea arte & labore perficerentur. Evidens enim eſt, montanam iſtam regionem nativis & artificioſis ſpeluncis abundare, in quibus Hebræi ſuorum corpora ſepeliebant, &c. Idem *l.* 4. *peregr. X. t.* 4. de ſepulchris, quæ in iſtis partibus in montibus & rupibus exciſa cernuntur, annotat, eadem habere oſtia erecta, ut oſtia domorum, per quæ referuntur defunctorum cadavera; monumenti autem oſtium, in quo ſitus olim Lazarus, eſſe in ipſo terræ pavimento; ex oſtio illo deſcendi in ſepulchrum ipſum, quod eſt figuræ quadratæ ſatis altum & cellæ perſimile; in quo non ſunt loca prominentia vel arcæ marmoreæ, vel quid ſimile, ubi ſeorſim collocarentur corpora defunctorum, ut ſunt in pleriſque earum partium ſepulchris, &c. Sic de Salvatoris noſtri ſepulchro operoſe item agit *l.* 5. *peregr.* 2. *cap.* 8. *ſeqq.* & peculiariter f. 501. aſſerit in eodem tria diſtincta fuiſſe loca in unica ſolida rupe exciſa; *prior* locus ante capellulam erat, in qua poſitum fuit velut in arca corpus Jeſu, & veſtibulum quoddam erat in rupe exciſum, ex quo in capellulam erat ingreſſus ab oſtio orientali, & hoc eſt *alter* locus: *tertius* erat arca in eadem capellula exciſa e ſolo prominente in aquilonari latere, ubi poſitum fuit corpus Jeſu. Reliqua haud proſequar. Qui plura de Salvatoris expetit ſepulchro, conſulat Gerhardi noſtri *hiſt. paſ. cap.* 19. *pag.* 918. item Cotov. *l.* 2. *itin. Hier. c.* 4. *f.* 154. *ſeqq.* Caſaub. *exerc.* 16. *ad ann. Bar. n.* 79. *ſeqq.* nec non *n.* 122. ubi Baronio aſſentitur, primam ſpeluncæ formam plane eſſe immutatam; atque id ante plurima ſecula. Ubi etiam duas fuiſſe ſpeluncas duoſque lapides impugnat. Atque hanc in rem etiam Villalp. *appar. p.* 1. *l.* 3. *cap.* 16. obſervat, ſolenne Hebræis fuiſſe, in ſpeluncis cadavera deponere, tum quod eædem viderentur aptiſſimæ & quaſi defoſſa mortuorum habitacula, ſicut viventium ſuper terram erecta deſuper domicilia, (unde &, *domus ſepulchri*;) cum quod montana illa regionativis ac arte factis ſpeluncis abundaret. Annectimus his, quæ de Ægyptiorum ſepulchris refert Furerus. *itin. Terræ S. p.* 25. eadem ſcil. ſingula lapidibus eſſe extructa, inſtar putei cum foramine quadrato, profunditate, haſtæ longitudinem exæquante, in quæ non difficilis ſit deſcenſus; in imo foramen aliud eſſe minus, per quod difficulter tranſiri poſſit ubi anguſta ſit caverna plena cadaveribus, eleganti tamen ordine diſpoſitis, juxta quam aliæ continuæ eadem forma, ita ut ab una ad aliam tranſiri poſſit. Huc etiam pertinet, quod de ſepulchris Judæorum conſignavit Scultetus *l.* 2. *exerc. evang. cap.* 48. eadem fuiſſe ſubterranea arcuato opere extructa, pavimentis ſtrata, ac pavimentis circumſepta in quæ tanquam in cellas quaſdam per gradus aliquot deſcendebatur, foribus conditorii clauſis vel apertis. Quam eandem quoque rationem dicit fuiſſe Græcorum atque Romanorum. Verum ſi univerſaliter cuncta cenſuit ſubterranea, ita ut per gradus deſcendendum, non equidem ipſi acceſſerim, præcipue ob Salvatoris aliorumque nobilium ſepulchra, quæ in collibus rupibuſque inſtar ſpeluncarum recto intrare licebat pede. Interim ſpatioſa ſatis erant, adeo ut viventibus etiam liceret quodammodo illic degere, ex metu forte, necromantiæ ſtudio,

dio, aliisve de causis: vid. *Jes.* 65. 4. *Matth.* 8. 28. *Mar.* 5. 3. 5. *Luc.* 8. 27. & Joseph. *l.* 7. *Belli Iud. c.* 17. Tandem de privilegiis sepulchrorum, quam sacra ea, &c. vide sis Sopranem *digr.* 2. *f.* 505. *seq.* item de sepulchris domi extructis, præsertim apud Ægyptios, And. Pinto Ramirez *spicil. tr.* 1. *c.* 49. §. 3. *f.* 929.

XIII. Spectatis hactenus sepulchris pergimus jam (4) ad ipsam defuncti illationem. Et quidem ex Maimonide nuper vidimus, §. 10. collocari ipsum non in latere, non pronum, sed facie sursum versus spectante, non tamen, ut opinor, certa mundi plaga observata, quomodo de Christianis scribit Casal. *de vet. Chr. ritib. cap.* 66. *f.* 266. condebantur corpora in cœmeteriis supina, respicientia etiam orientem, sicuti Redemtorem nostrum fuisse sepultum, refert Beda, itemque Pauli atque Petri cadavera Isidorus Hispalensis: qua etiam ratione Durandus *l.* 7. *rat. c.* 35. *n.* 39. *Debet*, inquit, *quis sic sepeliri, ut capite ad occidentem posito pedes dirigat ad orientem, in quo qv. ipsa positione orat & innuit, quod promtus est, ut de occasu festinet ad ortum, de mundo ad seculum*. Ita Adrichomius *descr. Jerus. n.* 239. Christum ait honorifice sepultum capite occidentem versus sito; *unde etiam mos nobis Christianis inolevit simili corporis dispositione in locis sacris mortuos sepeliendi*. Atque hoc inter Russos hodieque observari, consignavit *in itin suo Persico* Olearius *f.* 315. Adde Arringhi *Romam subt. f.* 88. 90. Hoc, inquam, Hebræis usitatum haud opinor, si æstimemus situm sepulchralium foraminum in spelunca una, quando v. g. in latere utroque fuerunt v. gr. terna, e regione autem ostii bina &c. sapienti sat. Alia hanc in rem spectantia, quomodo v. g. Ægyptii defunctos suos posuerint stantes in pedes, Phœnices supinos sepeliverint ad occasum conversos, (tanquam anima ac corpore occiduos,) Athenienses versus orientem, Nasamones in sellis sedentes, &c. suggeret Brussonius *lib.* 4. *cap.* 10. *de monte*, p. m. 517. & ex eo Henr. Kornman. *part.* 7. *de mirac. mortuor. c.* 18.

XIV. Audivimus & hoc superius ex Nostro, *non sepeliri mortuum unum super alterum*, eo quod hoc non careat ignominia. Consentit cum hoc penitus canon 15. *Concil. Antisiod.* (seculo septimo,) *non licet mortuum super mortuum mitti* nec multum abest canon. 10. conc. Matiscon. secundi: *comperimus multos nec dum marcidatis mortuorum membris sepulchra reserare, & mortuos suos super imponere, & aliorum, (quod nefas est,) pro mortuis suis religiosa loca usurpare sine voluntate Domini sepulchrorum: ideoque statuimus, ut nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legem superimposita corpora de iisdem tumulis rejectentur*. Adde Arringhi *Romam subt. tit.* 1. *f.* 89. Verum si fiat id ob sepulturæ patriæ angustiam, adeo ut *quos conjunxit unum conjugium, conjungat etiam sepulchrum*, fovea tanto altius in terram penetrante, non opinor id ignominiosum, quin arctioris potius dilectionis, in morte etiam individuæ; evidens quoddam signum; ut apud nos etiam id usu receptum. Vide, quæ hanc in rem leguntur in Jure Canon. *Caus.* 13. *qu.* 2. *c.* 2. *Hebron.* & apud Lorinum *ad Act. V.* 10. *f.* 216.

XV. At quid dicemus de reis supplicium passis, an & illis concessa sepultura? audi Maimonid. H. Sanhedrin c. 14. §. 9. *Interfecti a domo judicii* vel synhedrio, *haud quaquam sepeliuntur in majorum suorum monumentis, verum duo sepulchra a domo judicii ordinata sunt pro iisdem, unum pro lapidatis & combustis* (seu ignis supplicium passis, de quibus alibi,) *alterum pro decapitatis atque strangulatis, id quod institutum*, vel quæ consuetudo *per traditionem ad nos devenit. Consumta* maleficorum istorum *carne, colligunt demum ossa, eademque in Majorum reponunt sepulchris; spectatque ad propinquos, ut comparent arcam linteaque sepulchralia*. Atque hinc profectum forte est, quod pius ille Christi sectator Josephus iniquissimum ratus tantum DEI virum communi nebulonum sepulchro inferri, abiverit ad Pilatum; ibidemque ambiverit indultum, quo sanctum hoc cadaver suo liceret sibi inferre monumento; *Matth.* 27. 58. Addendum & hoc, quod in eodem legitur tractatu Sanhed. cap. 15. §. 9. *Non suspendunt aliquem de arbore, radicibus suis solo adhuc infixa, sed de arbore jam succisa;* כדי שלא יהא מחוסר קאיצה *idque ne forte parcatur isti arbori quo minus succidatur, cum tamen arbor, qua suspensus quis fuit, una cum suspenso sit defodienda, ne remaneat ipsi infausta hæc memoria, dicantque de ea; en hæc ipsa arbor, de qua N. N. suspensus est! Atque sic pari modo defoditur quoque lapis, quo quis fuit lapidatus; itemque gladius, quo quis decollatus, nec non sudarium, quo quis strangulatus. Cuncta illi sepeliuntur:* (בתפישה vide sis Buxt. *Lex. Talmud. f.* 2622.) *ob interfecti contactum non tamen N. B. in ipsiusmet interfecti sepulchro*. Notandum hoc Romano-Catholicis Crucis sanctissimæ refossionem tanto conatu propugnantibus, peculiaremque ob id Sanctum, *Quiriacum* scilicet, (a *quæsita* cruce sic dictum,) deprædicantibus: de quo disquirant

rant alii pluribus. Quam incongrua autem sint Quaresmii responsa, cum *lib.* 5. *peregr.* 2. *c.* 14. satisfacere vult objectioni ex Maimonide, & peritissimo Hebræorum Misnolot, [qui qualis aut quis fuerit, ipse haud dubie ignoravit una mecum; modo non legere debuit Misnaioth] productæ, dum meminit clavorum ibi reconditorum, item, bene omnino Josephi sepulchrum judicio damnatis potuisse accommodari, &c. id cuivis ea inspicienti saltem cumque allatis h. l. conferenti, facile est obvium. Non majoris momenti sunt, quæ ex Gretsero affert Menochius *lib.* 8. *reip. Hebr. c.* 2. *quæst.* 15. Quomodo vero cum Martyribus Christianis defossa nonnunquam una fuerint supplicii instrumenta, v. gr. anchora, qua in mare demersus fuit S. Clemens, item crux & clavi, quibus interfectus S. Agricola, &c. refert quidem Casalius *rit. vet. cap.* 66. *fol.* 267. nec non Arringh *Roma. subt. lib.* 1. *c.* 29. *fol.* 97. verum quomodo hæc a carnificibus ethnicis impetrari absque periculo potuerint, dubitare forte quis posset non sine ratione. Mitto, quæ idem ille *f.* 266. commemorat de priscis fidelibus, defunctum aqua benedicta aspergentibus, imo aquam ipsam benedictam in monumentis apponentibus, cujus rei causam dat Durandus *f.* 7. *ration. c.* 35. *n.* 37. cur aqua sc. benedicta & prunæ cum thure sepulchro inferantur, nimirum ne dæmones, qui multum aquam benedictam timent, [imo vero vehementissime!] ad corpus accedant. Thus vero propter fœtorem corporis removendum, &c. Probabilius vero est, quod Casalius loco supra memorato affert de frondibus viridibus, præsertim laureis, quas defunctorum capitibus supponebant; ad significandum sc. [ut habet Durandus *l. c. n.* 38.] quod qui moriuntur in Christo, vivere non desinant, quomodo hedera, & laurus & hujusmodi virorem semper in sarcophago servant corpori substrata: cum e diverso Gentiles cupressos adhibuerint, quæ arbos, cum semel cæsa est, non surculescit iterum, sed tota moritur. Addi his potest, quod Arringhus, *Rom. subt. fol.* 202. refert de nonnullis sarcophagis, in Vaticano erutis, qui purissima aqua omni ex parte redundabant, ex qua defunctorum ossa mihi recondita quovis solidiora marmore evaserant, &c.

XVI. Notatu vero dignum, quod noster habet Maimonides de iis, quæ una cum defuncto licite queunt sepeliri, *c.* 14. *Ebel.* §. 21. *prohibitum est, ulla re ex demortuo* (vel ulla ejus parte) *uti*, h. e. ad usus suos, sive medicinales, sive domesticos alios, adhibere, *exceptis solis capillis, his siquidem uti licet;* (supra namque eosdem demortuo demi videmus,) *cum defuncti corporis non fuerint* portio integralis. *Atque sic loculo etiam cunctisque linteis sepulchralibus illicitum est uti. Interim tamen materialia, ad lintea sepulchralia præparata* vel destinata, *usurpare est concessum, etiam texturam vestimenti pro mortuo, modo non contigerit* במטה *lectum* sepulchralem *cum ipso* (defuncto) *sepeliendum: præparatio enim illicitam rem haud facit:* §. 22. *cuncta* כלים *vasa* vel utensilia, *quæ ad mortuum projiciuntur in lectum* vel loculum *cum ipso sepeliendum, illicita fiunt ad usum, adeo ut cum ullis linteis* (vilioribus) *commutare ipsa integrum non sit.* §. 23. *Adeoque cum defuncti parens aut mater in fervore vel perturbatione ista projecturi sunt talia super mortuum, præceptum est aliis, ut eadem ipsis eripiant; verum ubi sarcophagum attigerunt semel, eripere ipsa amplius fas non est.* §. 24. *Instruuntur vero homines, ne quisquam sit* חבלן *corruptor* vel dissipator, *nec jacturam faciat utensilium projiciendo eadem ad corruptionem, cum præstet dare pauperibus, nec ita vermibus ac tineis objicere. Adeoque quisquis multus est in utensilibus mortuo adjiciendis, transgreditur mandatum de non perdendo,* (Deut. 20. 19. Num vero hoc extendendum sit ad pulvinaria etiam, linteamina, vascula, & quibus aliis defunctis fuit usus in ægritudine, ac si indecens putaverint, ut illis post possessoris obitum utatur alius, proindeque cum defuncto eadem sepeliverint, (ut nonnemo conjicit,) id equidem non satis capio; præsertim cum pulvinaria spatiosum nimis postulaverint ambitum, si ea cuncta, quæ successive etiam usurpavit æger, defodere simul voluissent. De cæteris minoribus, ut sunt annuli, pocula, cochlearia, &c. haud invitus concederem. De supellectile regia repetatur §. 7. *hujus capitis*. Quid de auro thesaurisque cum rege defossis sentiendum sit, quærit Menochius *l.* 8. *teip. Hebr. c.* 5. *quæst.* 9. quem vide; ut & Arringhi *Rom. subt. l.* 1. *f.* 92. qui solicitus est de sepultis una cum cadavere crucibus, iisdemque nonnunquam aureis, item frondibus, aqua lustrali, actis Martyrum, &c. f. 94. 102. Et quanquam ingentem pecuniæ summam Villalpandus *tom.* 2. *lib. disp.* 4. *cap.* 61. cum Davide repositam computet plus quam centum millionum, magis tamen eidem adstipulor, quando *par.* 1. *appar. l.* 3. *c.* 16. *f.* 195. fidem illorum penes Josephum exquirere jubet prudentem Lectorem; *Nobis enim*, pergit, *nulla adhuc occurrere potuit suffi-*

ciens ratio, quæ sapientissimum Salomonem inducere posset ad sepelienda tot talentorum millia cum mundo pretioso & aureis ornamentis.

XVII. Pergimus nunc ad ea, quæ (5) sepulturam consequuntur. Et quidem liber *Minhagim* refert loc. cit. man wäschet die Hände / wenn man das meth (Verstorbene) niederstellt auff das beth hakkefuroth [Begr. bnis) und wenn man es Kabber hat gewesen / [h. e. wenn man es begraben hat /] da wäscht man sie wieder. Man wirfft all die Erde / die man auß dem Kefer [Grab] gethan hat / wieder in das Kefer, sonst scheinet es seyn / daß die Erde sagt: Ich will nicht / daß du solt dich begraben hinein; gehe wo du wirst worden beschaffen, Denn da der Bore jith borach [hochgelobte Schöpffer] hat den ersten Menschen beschaffen / da hat Er die Erde genommen von allen vier Ecken / und hat ihn darauß geschaffen / darumb daß die Erde nicht soll sagen: Ich will dich nicht annehmen / geh wo du bist worden beschaffen. En egregium creationis mysterium, ob sepolturæ facilitatem in integitatis etiam statu a Creatore observatam! Sed pergat tamen Magister ceremoniarum egregius. Man sagt: Zaddik haddin, est certa precum formula, cujus epitomen dat Schikardus pag. מ"ה 163. haussen für dem beth hachayim [Verstorbene] zu Grab / und reisset Graß auß / und wirffts hinder sich / ein Zeichen der Aufferstehung der Todten / da sie werden sprossen / als Kraut von der Erden; [*Psal.* 72. 16.] Etliche sagen / es ist ein Zeichen / zu metaher seyn die tumath, [h. e. zu reinigen die Unreinigkeit] vom Todten mit Wasser und Asche der rothen Kuh und Jsop / &c. In *Sidd. Thephill. pag.* 54. & apud Margaritam. Jüdengl. p. m. 61. dicitur quosdam acclamare: זכור *recordatur, nos esse pulverem*, (ex Psalm. 103. 14.) desumtis verbis, ubi infinitum ejusdem cum præcedente præterito ידע *novit*, est significationis) lotisque manibus proferre verba (*Jes.* 25. 8.) *Absorbebit mortem in sempiternum, & delebit Dominus lachrymam de super omnibus faciebus, & opprobrium populi sui auferet desuper universa terra, quia Dominus locutus est.* Vide sis Chytræum *de vita & mort. pag.* 101. 122. item Anton. Margaritam loc. cit. qui refert, scissione vestimenti super sepulchro facta, cunctos magno cum strepitu ac vociferatione e cœmeterio diffugere, ne letiferum defuncti audiant clamorem, quem terra obrutus atque a mure nares admorsus edere creditur, & quo audito intra trigesimum diem mori itidem cogatur animadvertens. A quibus deliriis non multum Mahomedani distant, qui duos angelos nigros atque lividos, *Moncar & Nacir*, dicunt cadaveri adesse post sepulturam, ut defunctum in sepulchro erectum sedere jussum interrogent, quid crediderit, quid de Mahummede senserit? si recte responderit, suaviter obdormire jubeant; sin minus gravibus crucient malleorum ferreorum ictibus inter aures impressis; adeo ut clamorem audiant, quotquot inter Orientem sunt & Occidentem, præter homines & Genios, &c. uti hæc refert Edm. Pocokius *not. misc. pag.* 241. *seq.* & Ad. Olearius *itin. Pers. f.* 687. itemque fusius adhuc Joh. Cotovicus *itin. Hieros. pag.* 460. *seq.* Porro de XCIX. serpentibus, quorum unicuique VII. sunt capita, immissis unicuique infideli in sepulchrum, eundemque illic mordentibus, *ibid. pag.* 2441. Vide sis etiam Buxtorfium, *in Lexic. Talmud. vers.* חבוט, de isthoc Judæorum nugamento supra memorato. Quid vero de Romano-Catholicis pro defuncto orationibus censendum sit, quas Judæis etiam receptas probare nititur Menochius *lib.* 8. *rep. Hebr. cap.* 5. *quæst.* 15. ex 2. *Macc.* 13. 42. id loci hujus non est disquirere. Adeat, qui cupit nostrum Chemnitium *pag.* 2. *Exam. C. T. f. m.* 99. *seqq.* Meisnerum *de purgat. pag.* 280. *seqq.* Ægid. Hunicum *tom.* 1. *oper. fol.* 1538. & *tom.* 2. *fol.* 102. Menzerum *contra Pistor. pag.* 599-605. Balduinum *phosph. pag.* 1213. Gerhard. *tom.* 8. *LL. de morte* §. 224. & *tom.* 3. *conf. cath. pag.* 1221. Dorscheum, *mysf. miss. pag.* 329. Quales vero precationes pro defunctis fundere soleant Judæi, sepulchra visitantes, videre licet in Pocokii *notis modo alleg. miscel. pag.* 224.

XVIII. Occasione graminis evulsi quæri posset, num *Flores* etiam Hebræi sparserint super tumbas? quomodo de Christianis id memorat Prudentius in Hymno exequiali: *Nos tecta vovebimus ossa, violis & fronde frequenti, titulumque & frigida saxa liquido spargemus odore:* & Ambros. in orat. fun. de obitu Valentiniani: *Non ego floribus tumulum ejus adspergam, sed spiritum ejus Christi odore perfundam, &c.* item Hieron. Ep. ad Pammachium de obitu uxoris: *Cæteri mariti super tumulos conjugum spargunt violas, rosas, lilia floresque purpureos, &c.* videatur Sopranes *in Davide fol.* 528. Vel, si flores non injecerunt tumulis, quæritur, an mortuo eos addiderint in loco jam jacenti, aut num eundem coronarint? quomodo Clem. Alex. lib. 2. στρωμ. cap. 8. ait: *a turba & negotio remotæ securitatis signum est corona; quare ea & mortuos coronant:* quem tamen morem vehementer improbat Tertul. *de corona milit.* Minut. Felix *in Octavio*, aliique. Assertum hoc de Hebræis it. Menochius *lib.* 8. *reip. Hebr.*

Hebr. cap. 5. *quæst.* 7. & quidem ex textu *Jerem.* 48. 9. *date* ציץ *florem Moabo, quia* נצא תצא *florens egredietur, & civitates ejus desertæ erunt, &c.* h.e. secundum a Castro, Cornelium a Lap. & Menochium: *Coronis floridis & odoribus, o Moab, te instrue, & tuum funus adorna, quia, in Caldæa captivus morieris & sepelieris.* Verum quam elumbis hæc sit interpretatio, tyroni etiam linguæ S. quodammodo constare potest. Non diffiteor, nomen ציץ designare *florem*, v.g. *Jes.* 40. 7. 8. *Psal.* 103. 15. &c. qua de causa etiam *Abarbinel*, significatur huic insistendum censens, ita declarat: *Quia Moabitæ fugitivi in desertum abituri erant.* vers. 6. *Ideoque illudens quasi Propheta inquit: Date ipsis herbas, ut inde comedant instar bestiarum; ecce enim cuncta sua amittent,* &c. Nec dissimulo etiam; de *corona* idem hoc Hebræum *Ziz* accipere Chaldæum, tam duro tamen sensu, ut ipsimet improbent Judæi, ut apud citatum videre est Abarbinelen *Amovete* כתר *coronam a Moabo, & aliis date,* uti R. Salomo declarat paraphrastæ mentem. Veruntatem cum contextus satis ostendat, sermonem esse de captivitate subita ac velocissima, deque fuga celeri, si vitare quis eam velit summe necessaria, (נצא תצא *volando exibit*, vel *avolabit*,) idcirco etiam *Ziz* simili in significatu accipiendum reor, ita ut juxta Salomonem designet omne illud, quod sive ab homine, sive a jumento prominet aut pendulum est, quomodo (*Num.* 15. 39.) de filo hyacinthino legitur, *Et erit vobis* לציצת *in fimbrias* vel peniculamentum; & (*Ezech.* 8. *vers.* 3.) *Accepit me* לציצת *cincinnis capitis mei.* Atque h. m. de *ala* accipit idem R. Salomo, Kimchi, Vatablus, Pagninus, Junius, Piscator, Belgæ, Lutherus; ut hac ratione nil omnino adsit de floribus, cadaveri tumulove aspersis, quod tamen intendebat Menochius prædictus.

XIX. Sed quid dicemus de *funebri laudatione*? de Christianis in confesso est, priusquam corpus injecta humo contegeretur, defunctum solenni oratione funebri fuisse commandatum, quomodo de Melitio ab omnibus sapientibus cum præconiis maximis sepulto meminit Theodoretus *Hist. Eccl. l.* 2. *c.* 14. & *hist. tripl. l.* 9. *cap.* 13. præcipue vero eundem a Gregorio Nyssenæ Ecclesiæ luce λόγοις ἐπιταφίοις ἀνευφημέμενον, *sermonibus funebribus concelebratum* scribit Nicephorus *lib.* 12. *cap.* IX. Ita extant Veterum quoque funebres conciones, v. g. Eusebii in funere Constantini, Nazianzeni in funere Basilii & Cæsarii, Ambrosii in exequiis Valentiniani, Theodosii & Satyri, &c. Non dicam de *Libycis* hymnos læta voce cantantibus in laudem eorum, qui in venationibus contra elephantos aut præliis occubuerant, (apud Ælian. *lib.* 12. *var. hist.*) non de *Ægyptiis*, ubi rege defuncto, per Sacerdotem omnis vitæ series, dicta atque facta ex alto recensebantur suggestu, in maximo subditorum confluxu, ubi si vitia prævalebant, cadaver abjiciebatur insepultum; si virtutes, tumulabatur honore summo; ubi etiam homines alii, fortis cujuscunque, commendabantur ita, ut nulla opum aut fortunæ, omnis autem ratio haberetur pietatis, justitiæ, &c. (*apud Diod. Siculum lib.* 1. & *Herod l.* 2. quibus addi potest Ath. Kircherus *tom.* 1. *Oeodipi* Æg. f. 124. de *judicibus*, ante sepulturam de quocunque mortuo audientibus prius accusationes, defensiones, & sic demum sepulturam vel decernentibus, vel denegantibus.) Non dicam de *Platonis monito*, (lib. 10. de LL.) dum in qualibet Republ. tam viris quam fœminis permitti vult publicas parentationes. Salse Lucianus (*de luctu pag.* 774.) da his laudationibus: *Sunt, qui* λόγȣς ἐπιταφίȣς *funebres orationes habeant, perinde quasi patrocinentur ac testimonium perhibeant defuncto apud inferos judices, &c.* ad quæ verba Gilbertus Cognatus: *Mos erat apud Athenienses, ut qui in prælio cecidissent, publicitus oratione laudarentur, quam illi vocant Epitaphium. In hac magno artificio amplificabantur & civitas Atheniensis & populus, postremo peculiariter hi, qui fortiter in bello mortem oppetiisset.* At num *Hebræi* etiam nostri tale quid instituerunt? ita arbitror, habita ratione grandiloquæ illius orationis vel *threni Davidici*, quem non funeri equidem præsens (concessum hoc namque ipsi tum non erat) sed absens tamen fudit 2. *Sam.* 1. 17. *seqq.* de insignibus ac strenuis Saulis Jonathæque factis; præsens vero in funere *Abneri*, ubi post feretrum incedebat ipse, cap. 3. 33. seqq. *Nequaquam, ut mori solent ignavi, mortuus est Abner: manus tuæ ligatæ non sunt, &c.* Ubi quantum ad Saulem, mereri equidem videbantur tale præconium facta illa præclara, quæ sub regni initia gesserat; imo vero laudandus erat Jonathan filius, cui non poterat non jungi parens; verum de Abnero id mirandum magis, cujus sane virtutes (fortitudinem exceperis forte bellicam) haud erant tantæ. Quicquid tamen ut, eo videamus viros sancto ingenio, ut in hominibus improbis, qui de Republ. melius sunt forte meriti, bona imprimis spectent, præteritis malis; cum mors posteriora hæc finivisse simul credatur, relictis institutis eorum aut bene-

ficiis utilibus: imo dona etiam Dei sua privari non debent laude, utut a maculis nonnullis quandam contraxisse videantur obscuritatem. Nonnulli, ut *Sanctius*, opinantur, Regem David in funebri illa Abneri deductione lugubrem levasse vocem, ac ferale cecinisse canticum, quod ipsum turba sequens iteraverit, præcinentem hunc magnum psaltem imitata pro viribus. Hoc quam commode fieri potuerit, vix liquet; ad minimum diversissima illa omnia fuere a moribus nostratium. Textus ait, flevisse illum אל קבר *ad* seu *juxta* aut *prope sepulchrum*, ita ut universus simul fleverit populus, auditoque dein regis lamento *vers.* 33. flevisse adhuc eundem largius *vers.* 34. ideo, ut videtur, quod tantas ex tanto rege voces haud sibi fuerat pollicitus. Clare proinde id omne palam tunc fuit enunciatum. Audi Josephum *lib.* 7. A. J. *cap.* 1. ipse David Abnerum *magnifice sepultum*, *ac epitaphio a se composito honoratum*, [ἐπιγραφὰς τε συγγραψάμενος θρήνους, αὐτὸς ἐπὶ τοῦ τάφου στὰς πρῶτος ἀνεκλαύσατο, καὶ παρέδωκε τοῖς ἄλλοις,] *ipsemet stans super monumentum primus deploravit*, *cæterisque tradidit*, vel ad idem faciendum exemplo suo provocavit. Huc ex nonnullorum etiam sententia pertinent Jesaiæ verba cap. 57. 1. *Ecce perit* הצדיק *insignis ille justus*, h. e. Hiskias, cujus obitum immensa atque plurima sub Manasse exceperunt mala. Clarius vero funebrem Josiæ laudationem habemus, 2. *Paralip.* 35. 25. ויקונן *& lamentatus est Jeremia Josiam*, *dixerunt cantores ac cantatrices threnos suos super Josiam*, *in hunc usque diem*, *& constituerunt eos* לחק *in statutum super Israelem*: h. e. anniversaria tanti regis servata fuit memoria, cum dulcis adeo penes populum esset pientissimi hujus regis memoria, de qua Sir. 49. vers. 1. *Memoria Josiæ est quasi mixtura quædam odoramenti artificio unguentarii confecta*, *omni ori mellis in modum dulcis est*, *& ut in convivio vini Musica*. Vide sis Sopranem *Dav. digr.* 2. *fol.* 477. *seqq.* 481. *seqq.* Quid hic iterum Christiani observarint circa anniversarios Sanctorum natales [non ad hanc, sed illam vitam] h. e. circa diei emortualis memoriam, colligere poteris ex Chemnitii *pag.* 3. *Exam.* C. *T.* *fol.* *m.* 102. Addo hic *ex pag. ult.* Minhagim de annua mortis charorum memoria: Man fastet Jahrzeit am Tage / da sein Vatter oder Mutter gestorben ist / und nicht am Tage der Begräbnuß / die Nacht dafür sollier auff keine Gasterey seyn; ubi postmodum scrupulosius de diei justa computatione disquirit, si forte mensis intercesserit intercalaris, &c. Addo adhuc unum e Gersonis *pag.* 1. *Talm.* *Jud. cap.* 36. Judæos post tumulationem domum repetentes septies in processione ista, secundum *Basa Bathr. f.* 110. considere, ut Dæmones funus ante hac prosecuti, rursus discedant. O miseros spiritus, tam levi medio abactos! Opinor, huc spectare, quæ de septem stationibus sessionibusque refert Maimon. cap. 12. §. 4. *Non pauciores faciunt* מעמדות *stationes nec* מושבות *sessiones septenis*, *propter mortuum*; *nec stationem sessionemque faciunt infra decem* (puto personas ad id requisitas.) *Neque faciunt*, *nisi propter propinquos*. *Neque instituunt etiam*, *nisi die primo*, *& quidem in loco sepulchri*, *illic ubi consuetudine receptum*. *Quomodo vero faciunt? illic*, *ubi moris est*, מעבירין *constituunt* vel stare faciunt *residuos propinquorum aut ad familiam pertinentes*, *qui non* בני אבל *luctui vacant*, *proferuntque in præsentia ipsorum verba lugubria* seu threnos, *aut quæ illis sunt similia*. *Postea vero dicitur illis*: *Sedete* יקרים *chari sedete! quo facto profert alloquens alia verba ipsis præsentibus*, *& rursus inquit*: *state chari*, *state! quibus stantibus*, *repetit atque rursus talia*, *idque* VII. *vicibus*. §. 5. *Sicut vero stationem sessionemque faciunt ob viros*, *illic ubi receptum*, *ita quoque ob mulieres*, *planguntque easdem ut viros*; *verumtamen non* מניחין *quiescere faciunt* vel deponunt *libitinam in platea in æternum* [ullatenus] *cum fœminæ id sit probrosum*, אלא סמוך למיתתה קבורתה: *sed morti contigua statim est sepultura*.

XX. Revertimur nunc e cœmeterio ad ferales ædes, soliciti de *epulis*. Et si Romanos quidem adeamus, videmus, peractis ad sepulchrum justis, convivia interim domui fuisse apparata, ad quæ amici atque cognati convocabantur: senibus enim cœna funebris exhiberi solebat, dicta *Silicernium*, qua de re Rosinus *lib.* 5. *Ant. Rom. cap.* 39. *pag. m.* 997. Kirchmannus *lib.* 4. *fun. Rom. cap.* 45. Stukius *antiq. conviv. lib.* 1. *cap.* 25. Gutherius *lib.* 2. *de jure manium cap.* 9. *&* 12. *& lib.* 1. *cap.* 26. Kornmannus *pag.* 7. *mirac. mort. cap.* 34. *&* 36. Bisciola *tom.* 1. *horar. subcis. lib.* XI. *cap.* 4. Lipsius *ad* 6. *Ann. Taciti num* 18. Serarius *in Tob.* 4. *f. m.* 53. 54. Sic & Græci partim ante tumulationem, & quidem prope monumentum, partim domi post sepulturam, talia agitabant convivia, ut inter cæteros etiam annotavit Dan. Fesselius *lib. adversar. sacr. cap.* 12. §. 3. De superstitiosa Christianorum imitatione hujus moris, deque compotationibus ad sepulchra, consuli potest noster Gerhardus *tom.* 8. *LL. de morte* §. 85. Chemnit. *pag.* 3. *Exam. Conc. Trident. f. m.* 100. Casalius *ritib. vet. cap.* 66. *f.* 270. 271.

271. Villalp. *in Ezech.* 24. *f.* 513. Quid igitur hic Hebræi nostri? etiam his sua erat inter amicos refectio, cum durum valde sit, elato ex ædibus charo corpore, solitarium ad mensam assidere. Et cum parum inter se conveniant, sollicitum esse de luctu funerisque decente cura, & simul etiam de epulis ad vesperam in convivio exhibendis, ideoque non ipsi funeris curatores, sed necessarii potius eorundem hoc in se suspiciebant muneris, ut fercula in ædes luctuosas inferri curarent vespertino tempore, imo ut tristem quoque severitatem, quæ cibos aversatur, h. m. corrigerent, aliudque velut agendo mœrentes ad vescendum invitarent. Locus hanc in rem idoneus extat *Jer.* XVI. 5. 7. 8. ubi Deus Prophetæ interdicit: *Ne ingrediaris domum* מרנה *epuli feralis*, (vide sis Fesselium loc. cit.) *nec abeas ad plangendum neque condoleas eis... morientur enim magni & parvi in terra hac, nec sepelientur, nec plangent eos, nec se incident, neque se propter eos decalvabunt. Et non* יפרסו *frangent* vel impartientur *eis* panem, puta feralem, confer Jesa. LVII. 7.) *super luctum, ad consolandum eos super mortuo, nec bibendum iis præbebunt calicem consolationum super patre, &c.* Bene vero annotavit hic Hieronymus, *moris esse, lugentibus ferre cibos, & præparare convivium, quæ Græci περίδειπνα vocant; & a nostris vulgo appellantur parentalia, eo quo parentibus justa celebrantur*. Sic *Ezec.* 24. 17. Propheta, demortua conjuge, jubetur tacere; *mortuorum luctum ne facias, tiaram tuam liga super te, calceamenta tua pone in pedibus tuis, nec operias labrum superius, & panem* אנשים *hominum miserorum* (seu lugentium) *ne comedas*, id quod repetitur vers. 22. *& panem hominum miserorum* (id est, cibum feralem) *non comedetis*, Pari modo לחם אונים *panis lugentium* fit mentio *Hos.* 9. 4. qui nimirum immundus est, uti constat ex *Deut.* 26. 14. ubi decimarum oblator inquit: *Non comedi ex eis* באוני *in luctu meo:* quippe qui mortuum tetigerant, aut in eodem conclavi cum mortuo fuerant, habebantur polluti, & cibus eorum, & comedentes cum eis, uti ad Hoseæ locum assignavit rerum harum vel maxime gnarus I. *Coccejus*. Accommodatur insuper ad materiam hanc textus Salomoneus Proverb. 31. 6. *Date siceram mœrentibus, & vinum bis, qui amaro sunt animo, &c* Si non commode satis, haud tamen adeo incommode sicut factum ab iis, qui potionem maleficis jam interimendis præbendam hic commendari opinati sunt. Historiam si cupis, en 2. *Sam.* 3. 35. Davidem, ad quem Abnero solenniter modo defuncto, venit populus universus, להכרות את דוד לחם ubi Chaldæus vertit לאוכלא דוד *ad cibantem Davidem;* ita & David Kimchi, præmissa nonnullorum lectione variante, ponentium להכרות contra Codd. tamen masoræque fidem, exponit vero per להאכיל *ad cibandum*; ita ut designetur אכירה מועטת *cibatio parca*, vel tenuis, ad instar 2. *Sam.* 13. 5. ubi de ægri Ammonis modica per sororem refectione desiderata; quocum facit etiam *Rabbenu Jeschaja;* item R. Salomo per סערוה *refectionem* declarans. Sunt, qui ejusdem quoque census existimant esse Jacobi ferculum vel pulmentum lentis, *Gen.* 25. 29. ac si Abrahami eodem illo die demortui lugubris observata h. m. fuisset memoria, cum secundum Hieron. *epist. ad Paulam de Blesillæ obitu*, Judæi lente fuerint vesci soliti in luctu, tanquam lugubri ac melancholico cibo, ex sententia Galeni & Dioscordis, (*ap. Rhodig. lib.* 23. *A. L. cap.* 23.) quo in animis vescentium æquanimitas quædam & quasi lentitudo concitetur, ut vult Plinius *lib.* 18. *cap.* 31. item, quia lens rotunda est, sicut luctus in orbem redit, cunctisque est communis, &c. audi Zenorennam h. l. Darum kocht man Linsen, wenn einer stirbet, gleich als eine Lins, die ist keulicht (kugelich) also ist auch der Tod, geht herum, und welgert sich von einem Menschen zum andern Menschen. Adde his, quæ affert Buxtorff. *Synag. cap.* 25. *pag.* 389. de lentibus ovisque, lineola nigra, instar oris cujusdam in ipsis fabis atque aliis conspicua, carentibus, adeoque homini mœsto silentique similibus, &c. Verum fabulosa hæc esse, & anilia, nemini non obvium. Alia quædam de cibo, ἐνταφίῳ Celeberrimus Dn. Johann. Henr. Ursinus *tom.* 1. *analect. pag.* 2. Quæ leguntur, Tob. 4. 18. ἔκχεον *effunde panes tuos* ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων *super sepulturam justorum, & ne des peccatoribus;* & Baruch 6. 31. *Rugiebant* (sacrificuli) *in conspectu Deorum suorum, sicut quidam* ἐν περιδείπνῳ νεκροῦ, *in epulo ferali;* nec non Sir. 30. 19. *Bona abscondita in ore clauso* sicut θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ, *appositiones epularum circumpositæ sepulchro;* tanti non sunt, cur pluribus iis immoremur; vide interea Cl. Joh. Cun. Dieterici *pag.* 2. *ant. bibl. pag. ult. &* Sopranis *digr.* 2. *f.* 521. 522. 524. *seqq.* item quæ J. L. de la Cerda annot. *ad Tert. testim. animæ cap.* 4. *f.* 236. 238. ubi de obsoniis & mattyis extra portam ad busta, quando parentabatur.

XXI. At, inquis, qui lugentem cibare voluit Davidem populus, cum de Archelao referat Josephus *lib.* 17. *Antiq. Jud. cap.* 10. *f. m.* 600. ipsummet post funebrem

He-

Herodis pompam excepisse populum convivio? (ἑςιάσας τὰς ὁμίλες, καὶ καταλύσας τὸ πένθος ἄνεισιν εἰς τὸ ἱερόν. Et clarius adhuc *lib. 2. de Bello Jud. cap.* 1. *diebus septem in luctu patris consumtis*, καὶ τὴν ἐπιτάφιον ἑςίασιν πολυτελῆ τῷ πλήθει παρβχὼν, (ἔθος δὲ παρὰ ἰεδαίοις πολλοῖς πενίας αἴτιον, διὰ τὸ πλῆθος ἑςιᾷν, ὐκ ἄνεο ἀνάγκης· ἐι γὰρ παραλίποι τις, ὐχ ὅσιος,) *epulasque ferales prolixe populo exhibens, (hic autem mos apud Judæos, cibandi tantam multitudinem multos ad inopiam redegit; nam qui eum neglexerat, non æstimabatur pius,) candida veste indutus procedit ad templum.* Resp. Increbuerat tunc in populo hoc perversa illa Gentilium κακοζηλία, qua Romanorum plurima, adeoque *Viscerationes* etiam seu epulæ ferales, populo exhibitæ, in imitationem venerant; de quibus ipsis prolixius Autores supra citati; diversum plane observabatur tempore Davidis.

XXII. Quid vero de epulis noster Maimonides? en caput *Esel* quartum §. 9. *Lugenti die saltem primo interdictum est* להניח *deponere Tephillin & comedere de suo teneturque insidere lecto inverso; diebus autem luctus subsequis permissum ipsi, edere de suo, & insidere* על גבי מפץ *mattæ* sc. storeæ *aut pavimento, & apponit* Tephillin, (phylacteria) *Eliciunt autem hoc ipsum ex interdicto* [Ezech. 24. 17.] *ubi Prophetæ injungitur tiaræ ornamenti alligatio; adeoque hæc primo luctus die reliquis fuit inhibita; & porro inhibitus ipsi fuit cibus lugentium, eo quod omnis populus primo die edat de alieno, veteturque edere de proprio.* Audiamus eundem porro cap. 13. §. 7. *Non deferunt ad domum luctus cibum, quo* [lugentes] *reficiant in vase argenteo, nec in vase* שערה puto legendum שהם *onygis, aut simili, sed in vase* נסרים של ערבה קלופה *asserum ex salice decorticata, aut ejus generis alio, idque ideo, ne pudefaciant eum, qui pretiosiora non habet. Neque etiam propinant potum in vitro* לבנה *albo* [hoc est crystallino, vel pellucido] *sed in* vitro *colorato* [v.g. rubro, purpureo, cæruleo, viridi, &c.] *ut ne pudefaciant pauperes, quorum vina generosa non sunt* §. 8. *Non bibunt in ædibus luctuosis ultra decem pocula; tria ante cibum, totidem inter cibandum, & quatur post cibum; neque ultra quis aliquid adjicit, ne subsequatur inebriatio.* De Judæis modernis audi Margaritam, *fid. Jud.* lit. L. 3. Wenn der [Leydtragende] also hingeführet wird / schicken sie ihm harte Eyer zu essen / dasselbig bedeutet einen Trost. Denn gleich wie die Eyer kuglicht und rotund seyn / auch hin und her lauffen / also der Todt auch / läufft hin und her / sey niemand für ihm sicher / zc. Ita in lib. Minhagim *pag. penult.* Es darff der afel [Leidtragende] nicht essen das erste mahl von den seinen / darum schick man ihm. Man pflegt ihm Eyer zu schicken / zum Zeichen des Traurens: und auch Wein / ihn [da] mit menachem zu seyn / [ihn zu trösten] Wenn der afel [Leidtragende] nicht wolt essen bey Tag / mag er wol von seinem essen; auch deßgleichen / wenn es sich hät verzogen biß gegen Nacht / möcht er wol essen von dem seinen / zc. Ludum denique hic dat Sopranes *in Dav. f.* 27. quando ludos ferales præter tripudia & saltationes erant Gymnici, gladiatorii ac Circenses, Judæis etiam usitatos probare vult ex voce *Ludentium*, *Jer.* 15. 17. 30. 19. 31. 4. cum tamen inspicienti solum textum mox patefiat somnium.

XXIII. Succedat *Lugentium consolatio*, quomodo hæc aliis peracta. Hæc uti a natura injungi videtur necessariis ac familiaribus, ut tum silendo, tum collacrymando, tum blande tempestiveque compellando, partem doloris a suis velut auferant, bonisque verbis erigant depressorum mentes, ita monumenta etiam illius deprehendimus in sacris. Prodeat Jacob Patriarcha, quo Josephum acerbius lugente, surrexerunt omnes filii ejus, & omnes filiæ ejus, ut consolarentur eum, *Gen.* 37. 35. Succedat Ephraim, ad quem, ex filiorum a Gathæis interfectorum morte dolentem, *venerunt fratres* לנחמו *ad consolandum ipsum*. 1. *Paral.* 7. 22. Sic audito Jobi ob liberos præsertim luctu gravi, advenerunt tres amici, *ad condolendum ei* ולנחמו *& ad consolandum eum*, *Job.* II. 11. Similis officii fit mentio *Joh.* XI. 31. adfuisse scil. etiam aliquod post sepulturam diebus, apud Mariam atque Martam, fratris Lazari fata plorantes, Judæos ἐν τῇ οἰκίᾳ παραμυθεμένες αὐτὴν. Imo per Legatos etiam expeditum hoc quandoque fuisse, docet factum Davidis, Ammonitarum Regem patrium funum lugentem hoc modo consolantis, 2. *Sam.* 10. 2.

XXIV. Audiamus jam de charitatis hoc opere Maimonidem c. 13. §. 1. seqq. *Quomodo consolantur lugentes? postquam sepeliverunt demortuum, congregantur lugentes, atque stant ad latus sepulchreti & cuncti funus comitati circumstant, series ante seriem, & nulla series infra numerum denarium, nec etiam lugentes infra hunc numerum.* §. 2. *Lugentes stant ad latus consolantium sinistrum, cunctique consolantes sigillatim adeunt lugentes, h. m. alloquentes ipsos:* תנוחמו מן השמים solatium obtingat vobis coelitus, vel e coelo! *Postea lugens vadit domum suam, toroque luctus septiduo accedunt ipsum* בני אדם *filii hominum, ad consolandum ipsum; veniuntque tam* פנים חדשות *personæ novæ* (quæ an-

antea nondum visitarunt) *quam quæ adfuere antehac* §. 3. *Lugens discumbit* בראש *initio, nec concessum est consolantibus considere nisi in pavimento, juxta illud* [Job. II. 3.] *sederunt cum eo in terra; neque etiam concessum est ipsis proferre verbum, antequam os suum aperuerit lugens, juxta dictum:* [loc. cit.] *nec erat, qui loqueretur verbum. Hinc scriptum est* (Job. III. 1.) *postea aperuit Job os suum, &c. & respondit Eliphaz &c. Neque etiam concessum est consolantibus assidere prope lugentem, ne molestiam ipsi creent plus æquo.* §. 4. *Cum defuncto non sint qui lugeant, veniunt 7. homines integri seu honesti, sedentque in loco isto septem integris diebus luctus, & populus reliquus gregatim accedit illos, &* Addo ex lib. Minhagim pag. ult. Es ist eine grosse mizva [Gebott] menachem afelim sein [d. i. Leydragende zu trésten] denn er machet / daß er sich die Sache nicht also sehr zu Hertzen nimmt. Wenn einer menachem afelim ist / so gehet dieselbe mizva vor ihm wenn er stirbt; und sagen die Engel: er hat die gutte midda [Sitt oder Gewohnheit] an sich gehabt / daher getröst hat / welcher sich mizaer habt gewesen / [i.e. gegrämet oder gehermet] darum ist billig / doß man ihn auch jkunder trésten soll / daß er nicht soll Angst haben. An etlichen Orten [oder Gemeinen] an Sabbath nach der Schul sektet sich der Kahal [Gemein] mit den Leidtrogenden nider / zc.

XXV. Supersunt *Epitaphia*, tanquam honoris supremi perennisque memoriæ monumenta. Hæc in populo Dei insuper haud fuisse habita, docet Patriarchæ Jacobi factum *Gen.* 35. 20. statuam erigentis super Rachelis sepulcro, ut insignis matronæ hujus vegeta semper, etiam apud posteros, servaretur memoria, conspecto ad sepulturæ locum tam nobili cippo. Describitur vero a Benj. Tudel. *itin. p.* 47. [*per l' Emper.*] quod e 12. lapidibus pro numero filiorum Jacob fuerit extructus, & testitudine quadam, quæ columnis quatuor innititur, tectus, cippi lapidibus omnes Judæi quotquot prætereunt, nomina sua exarant. Consentit quodammodo Brocardus *p.* 1. *c.* 7. §. 56. pyramidem pulcram valde referens illic conspici, in cujus basi XII. dispositi lapides grandes: item Breidenbachius apud Adrich. *Th. T. S.* 5. *f.* 19. *n.* 101. Ex recentissimis ita describit Quaresminus *l.* 6. *peregr.* 1. *cap. XI.* quod sit sepulchrum magnum capella inclusum. Et licet sacellum fuerit aliquando collapsum & demolitum, fuit continuo restauratum, &c. In facie sacelli versus viam sunt quædam literæ in lapide incisæ, sed cujusnam idiomatis ex Orientalibus, ait se non potuisse dijudicare. Picturam sepulchri hujus dat Catovicus *l.* 2. *itin. c.* 10. *p.* 245. non tamen recitatis modo relationibus adeo convenientem. Imitari forte hoc factum voluit Absolom, qui destitutus liberis, (quorum ope perpetuari alias potuisset nomen,) subsidium famæ quæsivit in lapidibus, erecto sibi cum etiamnum viveret, tali titulo seu מצבת 2. *Sam.* 22. 18. de quo sic Adrichomius, *theatr. ter. S. fol.* 147. *n.* 227. *columna erat & statua marmorea, cum inscriptione, duobus ab Hierosol. stadiis distans, ubi etiamnum turris, & lapidum extat acervus, qui quotidie magis augetur. Nam pagani & peregrini illac transeuntes, pro more habent, ut quisque lapidem in eum projiciat, vindictæ velut loco, &c.* Vide sis Josephi *l.* 7. *Antiq. cap.* 9. And. Pindo Ramirez *spicil. f.* 134. & Cotov. *l. c. p.* 295. Spectant huc ornamenta sepulchrorum, quorum meminit Salvator, *Matth.* 23. 29. *Luc.* 11. 47. 48. cujusmodi monumentum haud dubie etiam fuit erectum Prophetæ, contra altare Bethel vaticinanti. 2. *Reg.* 23. 17. quod in oculos incurrebat, tanquam præ aliis forte conspicuum, Regi Josiæ visitanti; qui propterea interrogabat: *Quid titulus iste, quem video?* cui civitatis incolæ respondebant: *Sepulchrum viri Dei est, qui venerat de Juda, &c.* Adeoque Titulus, uti ad h. l. annotat Sanctius, inter alios usus etiam hunc habet præcipuum, & fortasse proprium, ut memoriam tueatur atque conservet eorum, quibus alioqui ætas oblivionem obduceret, qualia sunt monumenta, scripturæ, imagines, in quibus quodammodo vivunt, qui jam pridem e vivis excesserunt. Fabulosus hic est suo more *S. Jarchi*, (quanquam ex Midrasch eadem recitet etiam Kimchi h. l.) regi occasionem sciscitandi enatam inde, quod ad tumuli istius Prophetici latus unum creverint urticæ atque cardui, ad latus vero alterum myrti atque odorifera; videlicet qua illic servati simul Propheta verax atque falsus, &c. Vide sis Kimchium ipsum. In nobilioribus autem sepulchris statuæ alias erigebantur, aut aliquod insigne, quod ostenderet aliis, quid ibi lateret; Sicut apud Virg. *lib.* 6. *Æneid.* in Miseni sepulchro Æneas remum posuit & tubam; & sicut Tullius in Archimedis sepulchro se Spheram invenisse dicit insignis hujusmodi monumenti fit mentio *l.* 1. *Maccab.* 13. *vers.* 27. quod Simon Patri fratribusque suis extruxit *ex præalto expolito lapide*, (Joseph. *l.* 3. *Antiq. c.* 11. ait; e marmore polito & candido,) *a fronte & a tergo spectandum, septemque pyramides singulis adversas; singulas patri ac matri & quatuor fratribus*

suis

suis insuper imposuit, *tum has artificiosa columnarum ingentium structura circumdedit*, *& columnis omnem armorum apparatum ad memoriam sempiternam superaddidit ; navibus juxta arma in columnis insculptis*, *quæ essent navigantibus conspicuæ*. Adde Joseph. l. c. qui vocat μνημεῖον μέγιστον, θαυμαστόν τε ἰδεῖν, *&c.* εἰς ἔκπληξιν μεγέθους τε ἕνεκα καὶ κάλλους. Ubi meminit etiam porticuum, & columnarum singularum e lapidibus singulis: item Menochium *l.* 8. *reip. Hebr. cap.* 4. *quæst.* 6. Pinto *spic. f.* 236. & Sopranem *David. digr.* 2. *f.* 519. *seq.* 513. 515. Plura qui cupit de sepulchrorum apud Gentiles ornamentis, simulachris, emblematibus, inscriptionibus, &c. adire poterit Kirchmannum *de funer. l.* 3. *c.* 18. *seq.* de venerabilitate etiam sepulchrorum & quæ iis semel dicata fuere, legi potest Filesacus *l.* 1. *select. p.* 275. *seqq.* & si seriis vana licet addere, legi poterit Kornmannus *p.* 7. *mirac. mort. cap.* 14. de epitaphiis, quæ caballis, canibus, pavoni, corvo, columbæ, &c. erigi curarunt amatores. Qua ratione autem Hebræi consueverint sua signare sepulchra, certis sc. lapidibus vel inscriptionibus, adductum jam ex Maimonide nostro superius §. 10. *hujus c.* Meminit Schickardus מו״ה p. 174. inscriptionibus, interpretandi causa sibi oblatæ, quæ talis: *Iste cippus erectus est ad caput honorabilis*, *piæ ac integerrimæ* Rebeccæ *filio S. R. Samuelis Levitæ*, [nam hosce solos adhuc dum hodie in cæterorum tribuum confusione internoscunt] *quæ obiit fama bona*, *d.* 4. *Mensis Tebeth* [qui nostro fere Decembri congruit] 135. קל [h. e. A. C. 1375.] *Anima ejus collecta sit in horto voluptatis. Amen. Amen. Amen. Sela.* Similem tum virilis tum fœmineæ inscriptionem reperies in Buxtorf. *lex. Talm. fol.* 971. refertque Cl. Hottingerus *l.* 3. *hist. Eccl. p.* 539. Tiguri hodieque aliquot Judaicorum epitaphiorum extare monumenta. Confer inscriptionem monumenti, quod Duci Amaziæ regis Judæ erectum vidit R. Mose Schem Tof, apud Cl. Buxtorfium jun. *differt. de Lit. Hebr.* θ. 27. itemque inscriptionem sepulchrorum patriarchalium זה קבר אברהם אבנו עא *hoc est sepulchrum Abraham patris nostri*, *p. m. &c.* apud Benj. Tudel. *itin. p.* 49. Ita B. noster Gerhardus *t.* 8. *LL. de morte* §. 84. Judæos sepulchrali lapidi inscribere ait: *Sit anima ejus in paradiso Eden! Amen.* Vel *sit anima ejus colligata in fasciculo viventium! Amen.*

XXVI. Unum adhuc adjicio de *sepulchri visitatione* cujus fit mentio *Joh.* 11. 31. ubi Judæi aliquot post tumulationem diebus Mariam visitantes, viso hanc celerius exsurgere atque exire, existimabant, ipsammet *abire ad monumentum*, *ut illic fleret*, inde comitantes eandem flebant & ipsi, *v.* 33. Hic sane, nisi tale quid alias in gente hac receptum, vix in tales tunc devenissent cogitationes Judæi. Lucem vero capient hæc ipsa ex more illo, cujus meminit Furerus *itiner. p.* 32. nimirum *die Veneris* (qui Turcis festus est, ut nobis Dominicus) *mulieres Turcarum ante Solis ortum ad sepulchra defunctorum*, *quæ extra urbem sunt*, *abeunt*, *ubi mortem amicorum lugent*, *monumentaque floribus & aqua conspergunt*. Quo cum paria refert Wildius *l.* 2. *itin. c.* 14. & Schweiggerus *l.* 2. *itin. c.* 59. fœminas, quæ funeris deductioni non intersunt, post aliquot dies accedere monumentum, lamenta sua illic proferentes, mortuumque de causa discessus compellantes & cum illo velut expostulantes, quibus lamentis addunt etiam oblationes panum, caseorum, ovorum, carnium, quas juxta sepulchrum positas relinquunt avibus, feris ac formicis. Formulam præterea precationis, quam sepulchra visitantes Judæi adhibent ex præscrito *Salomonis Bar. R. Nathan*, assignavit Pocockius *in notis misc. ad Portam Mosis*, *pag.* 224. *seq.* 227. & Hottingerus *de cippis Hebr. pag.* 4. duplex visitationis sepulchrorum constituit genus, tum *œconomicum*, cum amici vel cognati exierunt mortuam defletum; tum *religiosum*, cum Prophetarum aut Doctorum sepulchra invisunt, & quisque precibus, vultu ad urbem S. verso, defunctum DEO commendat, felicemque ei resurrectionem optat. Ita ibidem p. 70. Judæus iste, quem Latinitate donavit Hottingerus, de sepulchro Mardochæi commemorat in Susan, quod *toto illo tractu congregentur Judæi die Purim ad illud ipsum*, *cantica dicentes & encomia cum tympanis & choris*, *lætantes & gaudentes ob miraculum*, *quod ibi contigit*. De Moscovitarum mulieribus, defunctorum memoriam recolentibus in vigiliis Pentecostalibus in cœmeterio, legi poterit Ad. Olearius, *itin. Pers. fol.* 11. 12. quæ ipsæ quomodo post expirationem statim expostulent cum cadavere, qua de causa obierit &c. refertur *ibid. fol.* 313. æque ut de gentilibus aliis sermocinantem audire licet *Lucianum*, adductum *cap.* 12. §. 8. Ita Persarum quoque fœminæ d. 25. Aprilis in cœmeteriis solennem ob mortuos solent celebrare fletum, quo die Abrahamum nugantur immolare voluisse Ismaelem suum &c. *ap. Olearium l. c. f.* 455.

CA-

CAPUT VII.

De Luctu ipso.

I. **E**Xpeditis hactenus illis, quæ ad funus curandum spectant, progredimur nunc recte בשש ad *Luctum ipsum* qui juxta Lau. Vallam *est mœror. qui proditur vultu & aspectu;* juxta Cicer. in quæstion. Tusc. *ægritudo, ex ejus qui nobis charus erat, acerbo interitu;* & juxta P. Martyrem*: comment. in 2. Sam. 3. f. 199. b.*) *mœror & squalor, qui suscipitur non obscure, sed aperto & palam propter calamitatem vel reipublicæ vel ejus, qui nobis privatim charus erat*, additque, mœrorem referri ad animam, squalorem ad corpus. Pari fere modo iisdemque pene verbis Aretius *pag. 1. problem. 52. p. m. 643. luctus*, ait, *ægritudo* (animi) *& squalor* (quoad externa doloris indicia, qualis est mutare vestem, incessu, voce, gestu etiam significare dolorem) *susceptus ex ejus, qui nobis charus fuit, morte*. Hinc subjungit luctus species, distinguendo in *privatum*, & in *publicum* qui a toto suscipitur cœtu; & quidem, quod addi potest, vel sponte, ut 1. *Sam.* 4. 13. vel ex jussu magistratus, ut in Abneri funere, 2. *Sam.* 3.) item in *serium* & in *simulatum*, quibus subjicitur postmodum decisio quæstionis: *an luctus piis sit concessus?* quod affirmat, provocans ad divina mandata, exempla utriusque Testamenti, ad genus pœnæ, quod est luctus carentia, ad rei honestatem: recta postmodum ἀπαθεία Stoicorum, nec non excessu præ luctu fere insanientium. Alias adhuc luctus divisiones affert Ravanellus *bibl. tom. 1. f. 956. seq.* v. g. ex *objecto vel causa*, ubi alius oboritur ob miseriam vel propriam, vel proximorum nostrorum, ut quando illic sunt mortui: alius ob peccata aliorum, alius ob defectum necessariorum ad *Dei* cultum: item ex *subjecto*, ubi rursus datur luctus vel piorum, vel impiorum: & denique ex *qualitate*, cum alius est laudandus, alius vituperandus. Vide etiam Sopran. *Dav. digr. 2. f.* 475. ubi luctum ait, *alium privatum*, qualem exprimebat verus animi vulnerati dolor; & alium *publicum*, qui palam certa ratione temperatus, & ad certam normam exactus, consuetudini serviens &c. Alio tamen modo *publicum* pertractat luctum fol. 549. videlicet qui a toto cœtu expressus capitum obvelatione, ejulatu aliaque vociferatione, planctu palmarumque inter se & ad alias corporis partes allisione, domorum in publico luctu occlusione, (*Jesa.* 24. 10.) forum desertione, justitiæ vel juris dicendi statione. *Jesa.* 3. 26. 14. 2. *&c.* quorum nonnulla haud dubie etiam a piis *Christi* discipulis observata post mortem Stephani, quando ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ. רברבאיה ואחאבלו *luxerunt vehementer*, *Act.* 8. 2. quod quomodo intelligendum, abunde docebunt sequentia quæ posthac tractabimus.

II. Quantum vero ad Luctus spectat modum, non immerito mediocritatem etiam hic observandam monet noster Maimon. *cap.* 13. *Esel.* §. 11. ne יתקשה *obrigescat*, vel ne durum se exhibeat sibi ipsi homo *ob defunctum suum plus æquo, eo quod dicitur:* (Jerem. 22. 10.) *Ne defleatis mortuum, & ne condoleatis ei; q. d. plus quam satis est, cum iste sit mos seculi; & qui se angit juxta morem seculi, ipse est fatuus. Quomodo igitur se geret? triduo fleat, septiduo plangat, triginta dies tribuat reliquis luctus signis, ut sunt tonsionis intermissio, &c.*

III. Ut vero ad Lugentium tandem deveniamus mores sive *Ritus*, eosdemque distinctius quodammodo pernoscamus, numeratim equidem recenseri eosdem videamus a nostro Maimonide cap. 5. Esel. §. 1. ubi sic loquitur: *Illæ sunt res, quæ lugenti prohibentur, die quidem primo, ex sententia Legis, diebus autem reliquis ex traditione majorum, nimirum 1. tonderi, 2. lavare vestes, 3. balneare corpus, 4. ungi oleo, 5. maritaliter cohabitare, 6. calceos induere, 7. facere negotium, 8. legere in libro legis, 9.* זקיף *erigere* (vel ventilare) *lectum*, 10. *nudare caput suum*, 11. *salutare. Summa rerum undecim:* Verum placet paulo aliter, (observatis tamen una cunctis a Maimonide memoratis) hac vice, secundum corporis membra diversa progredi, ita ut spectemus I. *Caput*: ubi [1.] capilli tonsi, evulsi, &c. [2.] cinere consperſi; [3.] faciei deformatio per incisionem, &c. [4.] ejusdem obvelatio, demissio; [5.] fletus, ejulatio, item salutationis omissio, silentium. II. *Manus*: ubi complosio, impatiens circumjectio, unguium intermissa resectio, III. *Pedes*: qui discalceati; IV. *Pectus & Femora*: percussa atque laniata. V. *Corpus totum* seu persona ipsa: ubi absconsio, tectorum conscensio, in plateis divagatio, incessus lentus, operum opificii, imo & pietatis, omissio. In terram procubitus aut consessus, jejunium, vigiliæ, proscriptio munditiei voluptatumque omnium, & denique. VI. *Vestes*: quæ mutatæ, scissæ, prorsus abjectæ, &c.

CAPUT VIII.

De Capillis ornatis, §. 1. *solutis & passis*, §. 2. *laceratis & evulsis*, §. 3. *detonsis*, §. 4. *& quidem ex mœrore*, §. 5. *apud Hebræos*, §. 6. *quomodo*. §. 7. *an licite*. §. 8.

I. Quantus humano capiti decor conciliet a capillis, id vel ipse Spiritus S. comprobat, utpote qui Absalomum temporis sui pulcherrimum commendaturus, capillitii meminit fere præprimis 2. *Sam.* 14. 25. Neque tamen ornatu hoc nativo contentum esse potest irrequietum genus mulierum, quin varia insuper comminiscitur πλέγματα, aurum, margaritas, pulveres odoratos, & quæ plures sunt vanitates ceteræ; quas propterea peculiarius commonefaciendas duxit & Paulus, 1. *Tim.* 2. 9. & *Petr.* 1. *Epist. cap.* 3. 3. dum muliebrem ornatum nequaquam voluere admittere, qui sit ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν ϗ περιθέσεως χρυσίων, ita scil. ut curæ eo tendantur primæ parum habito vel temporis vel loci vel personarum respectu; cum tamen interea non vituperetur Judith, quæ ornatura se διέταξε τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, ϗ ἐπέθετο μίτραν ἐπ᾽ αὐτῆς *Judith*. 10. 3. 16. 10. Sic in mystico etiam Sponsæ mysticæ apparatu *Cantic.* 4. 1. 3. & 6. 7. mentio fit צמה *comæ*, per quam vocem Recentiores unanimiter fere, exceptis uno atque altero (ut habet Delrio *in Comment. Can. fol.* 175.) censent significari cincinnos seu cirrhos oculis supervolitantes, inter quos oculi, quasi per cancellos, tremulos splendidioris lucis radios emittant. Ita & *Piscator* de crinibus implicatis seu plexis & utrinque ad tempora juxta oculos alligatis, German. Zöpffe. Ad illum ipsum vero Gentilium ornatum, ab Apostolis prohibitum, aliquanto melius pernoscendum, facit, quod alias legitur de *senis crinibus nubentium*, i. e. sex sertis crinium, vitta & crinibus ipsis implexis, quas vulgus *trecias* vocavit, (v. Taubm. *ad Mostell. a.* 1. *sc.* 3.) item de *cicædis aureis*, quas crinium cincinnis seu tortulis implectebant, *de congestu crinium in conum*, qui in viris κρωβύλος ϗ κορδύλη, in mulieribus κόρυμβος, in pueris σκορπίος, a Romanorum autem mulieribus *Tutulus* vocabatur, (de quibus iterum Taubm. *ad Cirin.* 127. ut & de turrito vertice seu spiris in modum serpentum convolutis in *prologo Amphitr.*) De crinibus porro *virorum* calido vibratis ferro myrrhaque madentibus, i. e. calamistro crispatis, vide sis Vig. 12. *Æneid. vers.* 100. de comis etiam Persarum adscititiis, quas κόμας προθέτους nominat Xenophon *lib.* 1. *pæd.* consulatur Brissonius *lib.* 2. *de regno Persar. pag.* 255. quibus etiam crebro nimis uti jam didicerunt Germani nostri, ex luxu mero, præter omnem sæpe necessitatem; ut propterea competat etiam in nos, quæ habet Tertullianus *de velan. virg. cap.* 7. inquiens: *Affigitis præterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quasi vaginam capitis & operculum verticis, nunc in cervicem retro aggestum*; Et paulo post: *Pudeat inquinamenti, ne exuvias alieni capitis, forsitan immundi, forsan nocentis & gehennæ destinati, capiti Christiano suppares*. Qui velit, poterit adire notas Joh. Lud. de la Cerda in locum hunc Tertull. *tom.* 1. *f.* 589. Sic idem, Pater Africanus cap. 6. præcedente: *video quosdam & capillum croco vertere. Pudet eas etiam nationis suæ, quod non Germanæ aut Gallæ sunt procreatæ, ita patriam capillo transferunt*: qua ratione etiam Ovidius:

> *Jam tibi captivos mittet Germania crines.*

Plura de crinibus modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis, &c. declamat Tertullianus loc. cit. itemque Clemens Alex. *lib.* 3. *pædag. cap.* 2. *f. m.* 220. ut & de capillorum tinctura *lib.* 2. *pædag. cap.* 10. *f.* 198. *seqq.* Addere superioribus etiam poteris notata Demsteri *ad Rosin. antiq. lib.* 5. *cap.* 37. de crinibus NB. meretricum adulterinis e Germania (tanquam albis flavisque crinibus abundante) petitis: item Cœl. Rodig. *lib.* 15. *lect. antiq. cap.* 8. de comatulis, de Lycurgi instituto quo cives nutrire comam voluit, de Germanorum coma rufa & in nodum coacta, de regibus Francorum, Hispanis, Curetibus, &c. nec non *Alexand. ab Alex. lib.* 5. *gen. dier. cap.* 18. item Salmas. *de coma pag.* 587. de Salomonis aulicis, ramenta auri, ut refert Josephus, comis innectentibus, *pag.* 592. de populis barbatis, imberbibus, *pag.* 707. de Christo ac Apostolis cæsariatis, *p.* 18. de Americanis & australibus populis, qui plerique fœminas suas radunt, viris comam intonsam relinquentibus, quam ad talos effluam variis vinciunt tæniis, & in multiplices sertas cum decore colligunt, &c. nec non Salmuth *ad Pancir. tom.* 1. *mem. tit.* 44. *m.* 189. de capillorum colore &c. quem ipsum, qualis sc. apud Hebræos in pretio, an ater, an flavus pertractat quoque latius Sopranes *in Davide, digr.* 1. *cap.* 3. §. 2. *f.* 332. *seqq.*

II. Ut vero fieri solet, ea, quæ tempore

pore sereno atque prospero colimus vel maxime, econtra detestamur tanto magis & abjicimus in serio luctu; loco amictus splendidi assumitur obscurus, milites inversa gestant arma, magistratus fasces aut demissos aut nullos, vexilliferi solum vertunt vexillis: sic etiam Comarum accidisse videamus culturæ. Quisquis enim speciem corporis sui, (verba sunt Gregorii *lib.* 2. *moral. cap.* 17.) capillos nutriendo servabat, eos tempore afflictionis abscidit; & rursus, qui tranquillitatis tempore capillos abscidit, eos in ostensione afflictionis nutrivit. Quapropter in fœminis mœrentibus licet observare *crines solutos*, ac circum colla fluitantes, quomodo Ovidius *lib.* 2. *fastor.* de Lucretia loquitur: *Passis sedet illa capillis, ut solet ad nati mater itura rogum:* quam in rem plura congessit ex Plutarcho, Livio, Ovidio, Tibullo, Catullo, Petronio, Cæsare ac Herodiano, Cl. Kirchmannus *lib.* 2. *de fun. Rom. cap.* 12. Ita Caji principis, barbam & capillum, audita sororis morte submittentis, ut & Ulpiani, luctus indicium agentis barbam demissam, vel capillum summissum, meminit Salmuth *ad Pancir. tom.* 1. *memor. tit.* 44. *p. m.* 185. Pari modo Mephiboseth non ornaverat barbam suam, quamdiu absentem desideraverat regem suum propitium, 2. *Sam.* 19. *vers.* 24. nimirum, ut & hæc horrida apparens atque hispida internam mentis testaretur consternationem. Ita hodierni etiam Judæi, cognatorum lugentes mortem, intra 30. dies, neque lavantur, neque tondentur, &c. teste Schindlero, in Lexic. v. פרע & Buxt. *Syn. Jud. cap.* 35. imo homicidæ perpetuus hic injungitur luctus, ut barbæ capitisque pilos alat, vestes vero indusiumque non lavet, &c. Possemus huc referre capillos peccatricis, *Luc.* 7. 38. 44. quos ad fastum proterve ante hac ornatos, solvebat illa mœrens, extergendisque Christi pedibus adhibebat: id quod factum etiam a Maria Lazari sorore, *Joh.* 11. 2. & 12. 3. Nec opinor absurdum fore, ex dictis illustrare locum *Jesa.* 47. 2. de Babele deturbanda: *Retege capillum tuum:* Ad quem ita Kimchi: *Zamma est capillus, quem ornatura se mulier* מתקנת *adaptat* vel disponit *circa faciei tempora, operiens postmodum peplo vel vitta; qui ipse est ejus splendor. Verum fœminæ in captivitatem abeuntis splendor iste* vel decus ירד *descendit, neque vittam etiam imponit; quin potius capillus ille retectus propendet supra faciem, instar fœminæ despectæ.* Eadem pene verba habet etiam h. l. *Abarbinel.*

III. Neque vero contenti fuerunt vere lugentes, crines curiose hactenus compositos nunc absque ordine circumfluere ac errare, verum manibus insuper immitibus evellebant ipsos carptim præ impatientia; uti ob mortem matris *prima manu, flavos Lavinia crines & roseas laniata genas* conspicitur apud Virgilium *lib.* 12. *Æn. v.* 605. & quomodo mater Darii, audita Alexandri morte, abscissa veste, qua induta erat, lugubrem sumsit, *laceratisque crinibus* humi corpus abjecit, apud Curt. *lib.* 10. *pag. m.* 43. Sic milites, propinquorum amicorumque morte cognita, *comas discerpsisse* & vestimenta lacerasse, legitur apud *Dion. lib.* 48. Exempla profana alia, v. g. Achillis, Priami, Hecubæ, ex Homero, Jocastæ & Ajacis, ex Sophocle, item Alcyonis ex Ovidio, &c. profert longa serie Ravanellus, *voc. capillus, f.* 230. Quibus jam subjungimus Estheram, de qua *in addit. cap.* 14. 2. ita refertur: *Pro superbis unguentis caput suum pulvere & stercore opplevit, omniaque loca, in quibus antea lætari consueverat, laceratis suis crinibus replevit.* Paria ferme de se commemorat Esra cap. 9. 3. *cum audivissem hoc* (de exterarum connubiis,) *laceravi vestem meam & pallium meum, & evulsi de capillis capitis mei barbæque meæ, ac consedi stupens.* Vide sis plura de isthac Estheræ in capillos inclementia apud Menochium *lib.* 8. *resp. Hebr. cap.* 6. *quæst.* 8. ubi ex Soprane affert conjecturas, exemplo Didonis, Achillis aut Andromachæ munitas, ipsi tamen haud adeo placentes. v. Sopranem ipsum, si lubet, *fol.* 543. *seqq.*

IV. Præter hanc vero crinium vulsuram reperire etiam licet totalem aliquando *Tonsuram* ac *rasionem*, cujus tamen aliæ etiam diversæque omnino esse poterant occasiones. Siquidem nonnulli capillos tondebant [α] studio *munditiei*, quomodo apud nos certis temporibus nostros tonsoribus committere solemus crines atque barbas; quem barbam radendi morem, primus apud Græcos introduxisse fertur Alexander M. probante Demstero *ad Rosin. lib.* 10. *antiquit. cap.* 29. *pag.* 1709. qui ipse etiam *pag.* 1706. tonsores anno demum 454. U. C. ex Sicilia venisse Romam commemorat. Ita Joseph ad Pharaonem e carcere ducendus, prius יגלח radebatur, acceptis simul vestimentis aliis, *Gen.* 41. 14. idemque facere etiam Mephibosethum consuevisse certis temporibus, colligitur aperte satis ex 2. *Sam.* 19. *v.* 24. Summus Sacerdos, ut habet Seldenus *lib.* 2. *success. Pont. cap.* 5. *fol.* 237. qualibet Sabbathi vespera tondendus erat, ita, ut forpice circumquaque crines æquarentur, capite tantum non raso. Sic de Rege meminit Maimon. H. *Melachim. cap.* 2. §. 5. quod

quod ipse מסתפר *tondeatur quovis die*, *ornetque seipsum & pulchrum se faciat*, vel exhibeat *in vestimentis pulchris atque splendidis*, *eo quod dicatur* (Jes. 33. 17.) *regem in pulchritudine sua intuebantur oculi tui*. In quo tamen tonsionis negotio occupatum regem intueri non licuisse, ibidem refertur §. 3. ut & quando nudus, aut in balneo, aut quando abstergebatur, &c. Alii [β] *expeditioris pugnæ* causa; quomodo Abantes apud *Jul. Polluc. lib. 2. cap.* 3. crines tondebant anteriores nutriebant, ne ab hoste prehenderentur illis. Vide sis plura apud *Alexan. ab Alex. lib. 3. gen. Dier. cap. 7. & lib. 5. cap.* 18. Alii [γ] capillos ponebant *ex religione*, v. g. Nazaræi, voto completo, igni sacrificiali detonsam committebant comam, *Num. 6.* 18. quorsum a nonnullis refertur factum Pauli, Cenchreis comam deponentis, *Actor.* 18. 18. quanquam alia plane fuerit ejusdem intentio, nimirum ut Sam. Petitus adducit *lib. 1. Var. Lect. c. 3. pag.* 18. quia hactenus Corinthi comam aluerat pro Corinthiorum more, nunc vero Hierosolymam profecturus, eandem deponebat, caputque strictim ad Judæorum consuetudinem tondebat, siquidem sibi cum Judæis nunc rem fore non poterat dubitare. Vide, quæ hanc in rem affert plura Autor laudatus de loco & tempore tonsionis Nazaræorum, &c. Eandem quoque materiam ex *Act.* 21. 24. enucleatam dedit idem *Petitus lib. 1. V. L. cap.* 2. non scilicet Paulum, sed quatuor alios viros comam, quam aluerant e Nazaræatus voto, deposuisse, Paulum vero in hanc rem fecisse sumtus. Addere eidem poteris Fernand. *didasc. mult. cap.* 22. Ad hoc tonsuræ genus pertinebit & illa rasio, quæ adhibebatur, si quis vel de lepra suspectus, vel ex eadem jam sanatus ac mundandus erat. *Levit.* 13. 33. & 14. 8. 9. item quando Levitæ Deo consecrandi primum conspergebantur, aqua consecrationis, ducentes postmodum novaculam super totam carnem suam lavantes vestimenta sua, &c. *Num.* 8. 7. Sic formosæ etiam mulieris captivæ, si Israelitæ fieri deberet uxor radendum prius erat caput, *Deut.* 21. *v.* 12. Annumerandi his erunt Monachi, qui ut libertatem videantur adepti, aut secularibus negotiis haud quaquam amplius implexi gentilium imitandos quodammodo sibi ducunt sacerdotes, quos toto rasos capite idolis sacrificare meminit *Baruch. cap.* 6. 30. quod ipsum faciebant Sabæi, teste Muhammed. ben. Isaac, *pag.* 20. [ap. Cl. Hottin. *hist. orient. lib.* 1. *cap.* 8. *pag.* 197.] quibus opposita creditur Lex. *Lev.* 21. 5. *non decalvabunt calvitium, &c.* quomodo Isidis quoque & Serapis sacerdotes capita rasisse testatur Hieron. *in cap.* 44. *Ezech.* & Ambrosius, *Epist.* 36. Sic qui Mahumedanorum inspexerunt mores, perhibent eosdem in urbe Mecca cultum facturos certo desidere loco, caput, vel saltem super dextra capitis tempora orbem, radi sibi curantes. Ingentia tamen tonsuræ hujus mysteria, qui pluribus cupit pervidere, adire poterit Baronii epitomatorem Schultingum, *thes. antiqu. eccl. tom. 1. cap.* 82. 108. 259. 260. 269. Casalium, *ritib. eccl. f.* 213. *seqq.* Six. Sinensem *lib. 5. bibl. ann.* 244. Demsterum *ad Rosin. Ant. pag.* 1710. & Bellarminum *tom. 2. de monach. cap.* 40. *f.* 198. & ut sciat, quid de apparatu isto sentiendum, addere simul juvabit Riveti *cath. orthod. trat.* 2. *qu.* 26. nec non Sutlivium *de monach. cap.* 30. *p. m.* 729. & Cl. Hottingerum, *qui lib. 1. hist. eccl. pag.* 436. hodiernam tonsuram olim tanquam hæreticorum fuisse prohibitam in Hispania in conc. Tolet. scribit. Aliis (δ) demebantur capilli *ignominiæ* ergo, quomodo Davidis legati dimidia redeunt resecta barba, 2. *Sam.* 10. 4. 1. *Par.* 19. 4. quomodo itidem ethnicarum maritos puniebat Nehemia, *Neh.* 13. 25. percutiendo eos, capillosque illis evellendo; nimirum ut Bar. Majerus *p.* 2. *Phil. S. pag.* 120. annotat, quod hostes illi honestatis ac linguæ vernaculæ omnibus innotescerent, publico infamiæ & turpitudinis dedecore notati, cujus ipsius supplicii, ad coercitionem corporis secundum JCtos referendi, tres assignavit causas Wolphius *in comm. istius loci:* nimirum ut sic *primo* adesset symbolum amissæ libertatis conspicuum, ut *secundo* suum testarentur puniri mœrorem atque luctum: *tertio*, ut contractæ immunditiæi quoddam quasi adhiberetur purgamentum, ad instar leprosorum, captivarum, &c. Illustrari hoc posset Longobardorum instituto, qui comam alias, barbamque alentes, in damnatos animadvertebant *forcipe & scopis*, h. e. tonsos cædebant virgis; qua ratione etiam Jus Saxon. furem minorem puniebat *in cute & crinibus*, i. e. virgis cæsum tonderi jubebat, simile quid contingebat etiam fœminis adulteris adducente Salmutho, *ad Pancir. t.* 1. *mem. tit.* 44. *pag.* 193. imo, secundum jus feudale, quod idem habet Autor, pro majori æstimandum injuria, si quis alteri crines aut barbam expilasset, quam si pugno vel manu eum percussisset. Vide sis etiam Schedii *de Diis Germ. cap.* 50. *pag.* 465. item Cl. V. Joh. Cun. Dieter. *pag. 2. ant. bibl. pag.* 82. Ad depilationem hanc videtur quodammodo referri posse illud *Jesa.* 50. 6. de Messia, genas suas, barbatas puta, exponente למירטים *evellentibus* aut

aut depilantibus, ut proprie vox ea solet usurpari. Ad eandem quoque ignominiam relegamus tonsuram *servorum*, cum alias apud Gallos, Gothos, Græcos pluresque populos alios comam alere signum esset libertatis: vide rursus Demsterum loc. cit. pag. 1704. 1707. 1709. item D. Finkii *qu. illust. quæst.* 54. *p.* 314. (ex Chr. de Castro *comm. in Jer.* 7. *f.* 77. 78.)

V. Omissis vero illis allisque ponendorum capillorum causis, nunc solam attendimus *mœstitiam insigniorem*; ob quam Assyrios detondisse barbam, capitis vero crines demisisse, Ægyptios item, Macedones atque plures alios simili luxisse habitu, longa serie referunt Demsterus *loc. cit. pag.* 1720. 1711. Alex. ab Alex. *lib.* 3. *gen. dier. cap.* 7. *p. m.* 128. *seqq.* Aret. *pag.* 1. *probl. lib.* 52. *p. m.* 652. Pierius *in hierogl. f.* 230. Junius *de coma cap.* 2. *&* 5. nec non Kirchman. *lib.* 2. *de fun. cap.* 14. *seqq.* ita ita Græcorum fœminas in luctu comas detondisse, viros aluisse, &c. meminit Salmas. *de coma pag.* 540. *seq.* Et Julius Firmicus quidem *lib. de error. profan. relig.* sub initium ferme, refert de Ægyptiis, Osiridem annuis luctibus plangentibus; *radunt capita, ut miserandum casum regis sui turpitudine dehonestati defleant capitis, tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum referant cicatrices &c.* Imo Persæ non solum ipsis conjugibus & liberis in luctu tondebant comas, sed insuper etiam jumenta atque equos simili deturpabant modo, uti constat ex Curtii *l.* 10. ex Plutar. *in Aristide*, ex Herod. *lib.* 9. ubi de Persis, ob Masistrii cædem præ luctu & seipsos & equos & jumenta tondentibus; id quod circa mulos atque equos factum quoque ab Alex. M. post obitum Hephæstionis, teste Plutarcho in ejus vita. Vide sis etiam Drusii *lib.* 12. *obs. cap.* 1. & Brisson, *lib.* 2. *de regno Pers. pag.* 257. Ant. Pinto Ramirez *spicil. f.* 141. *seq.* ubi caussas comarum positarum affert, tum qui ornatus h. m. tollendus, tum qui comæ inferis consecrandæ, &c. nec non Bonfrer. ad *Deut.* 21. 12. qui ex Sveton. *Caligula cap.* 5. affert, Barbarorum regulos quosdam Germanicum luxisse ponendo barbam, uxorumque radendo capita; quin & Romanorum matres, filiis, & sorores, fratribus amissis, deposuisse comas cadaveri, [cujus faciem sæpe h. m. operiebant,] rogo vel sepulchro imponendas: de qua ipsa in rogo combustione prolixus iterum est Kirchman. *lib.* 2. *fun. cap.* 15. & post eum Schedius *de diis Germ. cap.* 50. *pag.* 461. cui non adeo absimilis est ea, quæ capillitio Nazaræorum destinabatur, *Num.* 6. 18. de qua ipsa materia legitur *cod. middoth. cap.* 2. *sect.* 5. in atrio muliebri fuisse inter cætera conclave seu exedram, ubi Nazaræi tonsi capillos submittebant ollæ vel lebeti continenti sacrificium eucharisticum, ut sic completum jam esse Nazaræatum testarentur, comamque ex illis Nazaræorum institutis alendam nullam superesse. Vide sis Const. L'Emper. *ad eundem cod. mid. pag.* 64. Neque tamen ex profanis solum Scriptoribus talia licet cognoscere, verum ex ipso etiam Codice sacro, dum meminit v. g. *nautarum*, ob Tyri excidium alta voce ululantium, caput cinere conspergentium, & qui הקריחו קרחה *calvitium* quoque *sibi* induxerunt, *Ezech.* 27. 31. quod ipsum nautarum factum qualemcunque habet convenientiam cum rasione naufragorum, vel etiam ex magno morbo convalescentium, qui h. m. periculi testabantur magnitudinem, Deosque forte nitebantur flectere, referente Artemidoro *lib.* 1. *oneirocr, cap.* 23. *p. m.* 23. (v. etiam, quæ hanc in rem ex Petronio & Lucilliano *in notis ad Artem.* affert Nic. Rigaltius, *pag.* 9. nec non quæ ex Luciano, Hermotimo, Juvenale, Nonio adducit Schedius *de Dis: Germ. cap.* 50. 464.) Verum per omnia ad prophetæ mentem non quadrat illud ipsum posterius. Ita *Moabo* etiam, gravem habituro luctum, prædicitur calvitium super omni capite, omnisque barba גרועה *succisa* vel diminuta, *Jes.* 15. 7. (2.) *Jer.* 48. 37. idem Philistæis infortunium per ejusmodi calvitium denunciatur, *Jer.* 47. 5.

VI. Tempus est, ut ad nostros etiam deveniamus Hebræos in luctu tonsos, Chorum hic ducat servus Dei integerrimus Jobus, qui post terrores angustiasque maximas surgit tandem, vestes lacerat, ויגז *suumque caput tondet*, c. 1. 20. vel secundum Coccejum, *& vellit capillum capitis sui*, non enim tonsionem, sed vulsuram existimat adhibitam, ob sub tum Jobi πάθος, quomodo R. Salomo *Mich.* 1. 16. verbum גזי dicit habere לשון חלישה שער *significatum evulsiones crinium*. Imo & hoc ipso in textu, quod Coccejum miror non adduxisse, idem Rasche, ויגז exponit per חלש *evulsiis*, adducto simul textu (*Jer.* 7. 29.) גזי *tonde comam tuam*, quem dicit exponi per evulsionem; qua ratione etiam (*Psal.* 71. 6.) legatur: *e visceribus matris tu* גוזי *evulsor meus &c.* Verum ut hæc ipsa evulsio, tanquam per impatientiæ leges communes imperata, negari vix potest, ita eandem ad *calvitium* inducendum; cujus alibi in simili materia fit mentio, sufficere potuisse vix opinarer. Proindeque Chaldæus etiam reddit h. l. והפר *& forpice vel novacula, abscidit*: atque sic etiam

etiam de tonsione Drusius aliique plures (De vulsura dictum §. 3. *hujus capit.*) Jobum vero non peccasse quicquam contra Mosis leges positivas, inde patet, quod iisdem haud fuerit, tanquam longe senior, subjectus. Progredimur proinde ad Israelis populum, quem Græcorum, veterum Romanorum, Gallorum aut Germanorum more comatum haud quaquam fuisse, vel inde colligi potest, quod comam alere proprium esset Nazaræorum, adeo ut hi ipsi ab aliis popularibus facile internoscerentur ex coma. Et quod de Absalomo refertur 2. *Sam.* 14. 26. & 28. 9. comam ipsum ob formositatem crinium peculiarem aluisse, peculiare etiam censendum est merito, aliisque haud receptum aut commune. Hi igitur & ipsi, ut vehementissimam animi proderent alterationem, capillos quoque suos atque barbas mutare consueverunt insigniter easdem (contra Dei licet mandatum, sibi demendo. Textus sunt evidentes: *Jes.* 22. 12. *& vocabit Dominus exercituum in die illo ad fletum & ad planctum* ולקרחה *& ad calvitium & cincturam sacci:* Jerem. VII. 29. גזי *tonde* (o synagoga prava) *comam tuam & projice, & tolle super loca edita lamentum, &c.* & C. 16. 6. *& morientur magni & parvi in terra hac, non sepelientur, neque plangent eos, neque incidetur, neque* יקרח *decalvabitur ob eos*. cap. 41. 5. *venerunt viri de Sichem, de Silo & de Somron, octoginta nempe viri, rasa barba* (מלחי זקן) *& scissis vestibus, &c.* Ezech. 7. 18. *& accingent se saccis* (ob immensas belli, pestis, famisque plagas, vers. 15.) *& operiet eos formido, & ad omnes facies pudor, & in omnibus eorum capitibus* קרחה *calvitium.* Amos 8. 10. *& convertam festivitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in lamentum, & ascendere faciam* (vel inducam) *super omnes lumbos saccum, & super omne caput* קרחה *calvitium.* Mich. 1. 16. קרחי *decalva teipsum* וגזי *& tonde temetipsam* (o Samaria, vel o Synagoga infelix!) *ob filios deliciarum tuarum: dilata* קרחתך *calvitium tuum sicut aquila:* ubi prius verbum *Korchi* Tarnovius post Kimchium refert discriminis causa ad lacerationem evulsionemque manibus factam, alterum vero *vagossi* ad novaculæ tonsuram: Rasche *Korchi* capitis, *gossi* pilorum causa censet positum; aliter Drusius, qui verbum קרח ait esse *novacula pilorum germina penitus succidere lævigata cute, quod* ξυρᾶσθαι *Græci dicunt* גזז *autem est tondere, i. e. superfluos capillos resecare forficula.* Coccejus meram urget evulsionem. Verum, cum addatur, *sicut aquila,* non immerito *Ribera* censet describi h. m. totius capitis decalvationem, adinstar aquilæ, quæ certo tempore amittit plumas, & tota manet implumis, donec postea novas habeat: (fabellam aquilæ ad sphæram ignis evolantis, quam h. l. adducit Kimchi, relinquimus autori.) Nonnulli hanc in rem etiam citant illud. Jes. 3. 16. *Decalvavit Dominus verticem filiarum Sion:* v. 23. *Pro crispanti crine calvitium.* Item *Deut.* 32. 42. ubi *captivitas & nudatio capitis,* tanquam mutuo se explicantia, copulantur. Nota quod de Judæis sui temporis memorat Hieron. ad Jerem. 16. *Mos hic fuit apud veteres, & in quibusdam permanet Judæorum usque hodie, ut in luctibus incidant lacertos & calvitium faciant.*

VII. At instas porro: *Anne strictim ad vivam cutem fuere tonsi, an per pectinem?* hæc enim duo genera colliguntur alias ex scriptorum profanorum locis non paucis; (V. Plauti Capt. *act.* 2. *v.* 8.) quorum illud vocabatur Græcis σκάφιον hoc vero κῆπος, docente Turnebo, *l.* 14. *c.* 7. confert etiam de discrimine τοῦ κείρεσθαι & ξυρᾶσθαι Gruter. *t.* 4. *thes. Crit.* & Jun. *de coma c.* 1. Hoc sane curiosum nimis investigare. Quod si tamen ex voce קרחה inferre quid licet, opinarer, τὸ ξυρᾶν habuisse locum adeo ut homini per naturam calvo aut depilato similis fuerit factus hujusmodi enormiter deformatus luctuosus. Notum namque קרחה calvitiem esse naturalem aut fortuitam, & קרח Aben Esræ *in schol ad Lev.* 13. esse eum, qui toto declavatus est capite, sicute נכח est cujus summus capitis vertex destitutus est pilis. Quare *Korcha* seu calvitium lugenti inductum omnimodam designabit pilorum in capite aut barba absentiam, novacula, ut videtur inductam. Interim tamen haud quaquam existimabimus, universalem aut unius modi semper hanc fuisse apud tetricum istud hominum genus tondendi radendive regulam; sufficiat, inusitatam plane ac deformem vel maxime, conciliari debuisse formam, Paul. Fagius *ad Deut.* 14. 1. observat, calvitium fuisse factum vel resecando capillos, vel manu extrahendo, vel veneno corradendo. Maimonides *asoda sara c.* 12. §. 4. hæc habet: *Extremitatis illius, quam relinquunt in temporibus, certum terminum non definiverunt Sapientes. Audivimus tamen a Senioribus nostris, non reliquendos esse pilos pauciores quadragenis. Licet vero auferre extremitates* בנספרים *forpicibus nec alia prohibetur corruptio, quæ fit* חער *novacula* (quæ ut David de Pomis habet in ספר unnm habet crus, cum priores מספרים *forpices*

crura

crura habeant bina) Ita in tit. *Maccoth cap.* 3. §. 5. legitur: *Non tenetur quis* [facti sic calvitii rasæque barbæ,], עד שיטלני בתער *nisi abstulerit eam novacula R. Eliesar tamen ait: etiamsi demat eam* במלקט או בהיטני *forpice vel ascia*, *teneri tamen*. Ubi Maimon. vocem מלקט exponit de *instrumento ferreo eradicante pilos atque evellente ab radice*, uti adducit Cocc. *tit. macc. p.* 125. Hoc ipsum vero pilos demetendi officium, non per tonsores, sed propria lugentium manu fuisse a gentilibus expeditum, probat Cl. Kirchman. *de funer. l.* 2. *c.* 14. Atque sic de Nazaræis ac leprosis verum legitur reciprocum הגלח *totondit semetipsum*, Levit. XIII. 33. & Num. VI. 19. verum ignotum non est, etiam passive non raro verba hujus formæ usurpari: Vide sis *Psal.* 107. 17. *Coh.* 8. 10. *Prov.* 24. 3. 31. 30. taceo Rabbinorum circa hæc ipsa usum frequentiorem.

VIII. At majoris adhuc momenti est, disquirere, quomodo textus supra citati conveniant cum divinis interdictis de non tondendis in luctu crinibus? Loci sunt [1] Lev. 19. 27. לא תקפו פארת ראשכם ולא תחית את פאת זקנך *non circumdabitis* [in circuitu attondebitis] *angulum capitis vestri*, *& non corrumpes angulum tuæ barbæ; & incisionem ob animam* [demortuum] *non dabitis*, *&c.* Aquila: ὀ περικυκλώσετε τὸ κλίμα τῆς κεφαλῆς σου. Theodotion, ὀ κυκλώσετε. Symmachus: ὀ περιξυρήσατε κύκλῳ, LXX. ὀ ποιήσετε σισόην ἐκ τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς ὑμῶν; ubi *Sisoen* viri docti ipsum intelligunt ציצית Hebræorum, hoc est, cincinnum, qui solus in occipitio supererat, reliqua capillitie in orbem circumtonsa; quomodo Arabes se totondisse Bacchi æmulos autor est Herodotus in Thalia: qua etiam ratione Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ cæterique Arabiæ desertæ incolæ appellantur עצוצי פארת *circumcisi seu circumtonsi angulis*, Jer. 9. 26. 25. 23. Vide sis de epitheto, Judæis ex mente Fl. Josephi a Chœrilo tributo, (τροχοκάριδες, in orbem circumtonsi) differentem Cunæum *l.* 2. *reip. Hebr. cap.* 18. & Theolog. ac Polyhist. Celeberr. Dn. D. Dorscheum, *p.* 1. *theol. Zach. c.* 4. §. 27. *p.* 20. Sam. Bocharti *Canaan fol.* 379. & Heinsii *aristar. c.* 4. *f.* 249. ubi de coma seu tonsura περιτροχηλάτη; de Abantibus ὀπισθοκόμοις, de gentibus Orientis, Soli plerumque crinem promittentibus, σφαιρηδὸν tonsis, de æquatione angulorum, ut coronam seu περιφέρειαν inducant, solis in occipitio crinibus relictis, &c. Confer etiam *Bonfr. h. l.* σισόην accipit vel de crinibus non calamistrandis in circuitu, vel non detondendis ad offerendam dæmoniis, &c. Item *Lorinum*, *Jansenium*, (ubi tum de sacerdotibus Isidis Ægyptiacis, Cananæisque h. m. tonsis, tum de Græcis Hieropolitanisque crines eo modo tonsos dæmoniis consecrantibus,) cæterosque commentatores. Gemara *ad c.* 3. *mekkoth* §. 5. declarat: *qui tempora sua depilat*, *ita ut similia sint fronti*, *& ei*, *quod est post auriculas glabro*, vel ut Rabbini declarant: *ut pilorum sit continua in orbem extremitas: nam radices pilorum pone aures altiores sunt*, *quam in temporibus*. Eadem habet R. Salomo ad Levit. 19. 27. Maimonides noster *Afoda sara cap. XI.* §. 2. sic effert; *Nemo instar gentilium capillis erit promissis; non utrinque tondebitur relictis in medio capillis*, *sicut illi* (gentiles) *faciunt; quæ ipsa coma vocatur* בלורית (forte quomodo de Magis refert Herodotus *in Melpom. c.* 175. λόφους κείρονται, cristas tondendo efficiunt. Nam in medio capillos sinentes crescere, utrinque in cute raduntur:) *nec radet capillos fronti imminentes inter utramque aurem*, *relicta in occipite cæsarie*. Et porro cap. 12. §. 1. *non tondent extremitates capitis*, *sicuti faciunt idololatra ipsorumque sacrificuli*, *cum dictum sit* (Lev. 19. 27.) ne circumtondeatis &c. *Reus autem aliquis fit ob unamquamque extremitatem; adeoque tondens ambo tempora*, *utut simul unaque vica*, *si semel fuerit admonitus*, *bis tamen vapulat*. *Perinde etiam est*, *sive quis tondeat extremitates tantum*, *relinquens pilos capitis universos; pariter enim vapulat uterque*, *cum totonderit* [uterque] *extremitates*. Huc nati Davidis CCCC. ex fœminis captivis suscepti, qui *c.* 2. *Sanhed.* §. 8. dicuntur aluisse בלורית comam, i. e. ut R. Salomo exponit, *qui tonsis fuere primoribus capillis*, *cæsariem in cervice dependulam alentes*; qui mos erat Ammonitarum, ad incutiendum in acie terrorem, &c. Adire poteris Cl. Coccejum *ad tit. Sanh. & Mac. p.* 117. 124. [*v. sis add. illuc*] 182. 265. item Dion. Vossii *de idolol. p.* 144. ubi de Hectorea tonsura, quando circa frontem præcidebatur quidem coma, ac posterior per cervicem diffluebat. Glossa Kimchi ad laudatum Levitici textum sic habet: *Non tondendos esse capillos more gentilium*, *ut* [Israelitæ] *sint ab iisdem separati; & quandoquidem pilus capitis barbæque ad ornamentum creatus est*, *iniquum omnino eundem deperdere*. *Quantum vero spectat ad barbam*, en iterum R. Salomonis annotationem: *Peath* barbæ est *terminus*, *seu extremitas ejusdem; & harum quidem sunt quinque*, *nimirum binæ in utravis genarum*, *tam superiori quam inferiori*, *& insuper*

super

ſuper una inferius בסנטרו *in mento ejus, ubi duæ ſimul genæ mutuo ſibi copulantur.* Paulo aliter Maimonides hæc deſcribit *cap.* 12. *Afoda Sara* §. 5. ſacerdotes, inquiens, *idololatrici ſolebant barbam* התחתונה *corrumpere, eaque de cauſa lex interdixit, ne corrumpamus* vel deperdamus *barbam. Quinque verò ſunt* השפה *extremitates ejus, ſiquidem adeſt gena* vel maxilla *ſuperior & inferior, tam a dextro quam ſiniſtro latere* ושבולת *& præterea cuſpis barbæ. Atque ob harum quamlibet infliguntur verbera, quod ſi quis omnes ſimul deſtruxerit, vapulat quinques. Neque tamen reus eſt, niſi cum novacula abraſerit, cum dicatur: nec* תשחית *deſtruas extremitatem barbæ tuæ* [Lev. XIX. 27.] *puta per* גילוח *raſuram. Quare ſi quis barbam ſibi abſtulerit forpicibus, liber eſt. Neque etiam vapulat attonſus, niſi cum adjuverit radentem:* (hoc eſt, aſſenſum præbuerit, caputve ſponte obtulerit radendum, inſtrumenta ſubminiſtrarit, urſerit, &c. §. 6. *Licitum eſt novacula radere* השפה *labrum; qui ipſe eſt pilus, labro adnatus ſuperiori. Par etiam ratio pili* הסרולדל מן השפה התחתונה *ex labio inferiore penduli. Quanquam vero hoc permiſſum, non tamen moris eſt apud Iſraelitas eos auferre, ſed partem tandummodo radunt,* עד שלא יעכב *ut ne impedimento ſit comeſtioni vel bibitioni.* Sicut proinde פאה *angulus* vel *extremitas* agrorum non demetebatur (in uſum pauperum ſcil. ut libertate ditiorum aliquid reperirent & ipſi,) *Lev.* XIX. 9. XXIII. 22. ita extremitates etiam capitis barbæque tale h. l. privilegium nanciſcuntur, ne & illæ tonſoria velut falce מקיף *circumeunte* demetantur gentilium more, ad deturpandam viri partem nobiliſſimam, puta caput. *Alter* porro locus eſt *Lev.* XXI. 5. de ſacerdotum, Aaronis poſterorum immunitate a luctu: *non decalvabunt calvitium in capite ſuo, & extremitatem barbæ ſuæ non radent;* ſecundum conſuetudinem ſcilicet locorum quorundam in Chaldæa, uti annotat *Aben-Eſra.* Quantum vero ad barbam attinet, R. Salomo id obſervatum voluit, quod de Iſraelitis dictum ſit: *Non corrumpes,* [Levit. XIX. 27.] *fortaſſe id fecerunt,* ait במלקט ורהיטני *forpice aut inſtrumento alio levigante: idcirco hic dicitur;* non radent, *quandoquidem non obligatur niſi ſuper re, quæ* גלוח *raſio, vocatur, & qua fit corruptio; quæ ipſa eſt* תער *novacula.* Succedat interdictum tertium *Deut.* 14. *v.* 1. *non incidetis vos; nec ponetis* קרחה בין עיניכם *calvitium inter oculos veſtros:* Ad quæ verba hæc annotavit Lutherus *in coment. h. l.* (tom. 3. Jen. Lat. f. 114.) *Inciſio hic intelligitur non illa impreſſio ſtigmatum, de qua infra dicet, ſed ritus quidam funebris, quo forte Ægyptii & aliæ gentes faciem ſecuerunt & prociderunt, dum ſupercilia deraſerunt in ſignum triſtitiæ &c.* Atque de *Superciliorum* quidem raſione in luctu ſolita, apte monet Theodor. quæſt. in Deut. cap. ιγ. τινὲς μὲν γὰρ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν τῆς κεφαλῆς ἀπεκείροντο τρίχας, καὶ ταύτας περιέφερον τοῖς νεκροῖς τινὲς δὲ τὰς τῶν γενείων, ἄλλοι τὰς τῶν ὀφρύων. De Ægyptiis ſpeciatim hoc factitatum docet Ambroſius *lib.* 6. *epiſt.* 36. Audire hic rurſus juvabit Maimonidem noſtrum; c. 12. §. 14. Afodæ Sara *Calvitium inducens ſibi ob defunctum vapulat, cum dictum ſit: non ponetis &c.* [Deut. XIV. 1.] *Par hic ratio Iſraelitæ atque Sacerdotis,* שקרח *qui calvitium induxit* (unum ſeu uno in loco ſolum) *ob demortuum, vapulat non niſi ſemel.* הקורח *calvitium inducens ſibi quadruplex aut quintuplex ob defunctum unicum, vapulat pro numero* קרחות *locorum decalvatorum. Quod tamen locum habet ſi de unoquoque præmonitus fuerit calvitio.* §. 15. *Perinde autem eſt, ſive quis calvitium inducat ſibi manu ſua, ſive* בסם *pharmaco* [qua voce etiam auripigmentum alias venire ſolet;] *ut ſi quinque digitos eo inunxerit eoſdemque quinque capitis ſui locis ſimul immiſerit, atque ſic quinque ſibi calvitia* [vel locos depilles] *conciliarit. Utcunque ſemel ſolum fuerit præmonitus, quinquies tamen vapulat, cum quinque illa evenerit ſimul vice una. Et reus eſt aliquis tam ob caput totum quam* (ob ſpatium) *inter oculos, cum dicatur:* non calvitium inducant capiti ſuo. *Quæ vero eſt menſura* (vel quantitas) *calvitii,* nimirum *ſi appareat de capite alicujus* (ſeu de cute) *ſpatium glabrum piliſve deſtitutum* כגריס *magnitudine fabæ.* Per illud, בין עינים *inter oculos,* deſignatur ea capillorum pars, quæ imminet intercilio ſeu ſpacio oculis interjecto; R. Salomo ait: *quæ eſt prope tempora;* Bonfrerius: *eſt hoc frontem ſeu anteriorem capitis partem depilare ac decalvare.* Janſenius addit: *vel etiam reſpicit raſionem ciliorum aut ſuperciliorum, ut ita eos arceret a moribus impiarum gentium, &c.*

IX. Ad hæc divina, quæ commemoravimus, interdicta cum factis Iſraelitarum contrariis concilianda, viam monſtravit inter cæteros quoque noſter Chemnitius, *quip.* 3. *Exam. Concil. Trident. de purgator. cap.* 2. *fol. m.* 88. increbuiſſe pravos hos ait mores pedetentim ex converſatione cum gentibus peſtifera, quomodo tibicines etiam in curatione funerum, &c. Adeoque cum tandem adeo invaluiſſet præpoſtera hæc lugendi ratio, ut

ut instar diluvii totam operuisset regionem sanctam ejusque incolas, legisque velut vires obtinuisset, inde tandem factum, est, ut Prophetæ illinc crebras petierint loquendi formulas, adhibitis non raro etiam imperativis, ob rem scil. infallibiliter eventuram, usque adeo, ut nisi quis instituta *Dei* immotæ meminerit firmitatis, existimare possit Prophetarum istis locutionibus posterioribus, priora quodammodo fuisse abrogata. Illustrari hoc posset Hebraismo illo, quo futurum primum seu imperativus ponitur nonnunquam pro futuro secundo, sicut in illo *Jesa.* VI. 10. *impingua cor*, id est, impinguabis, &c. nisi res satis jam esset cognita: vide interim Div. Glassii *lib.* 3. *philol. S. trat.* 3. *can.* 43.

X. Quandoquidem ergo, de mente ac instituto Dei Hebræi in luctu a tonsione capillorum aberciti fuere, quæritur non immerito, quid tali in casu de jure facere licuerit? Resp. capillos *nutriverunt*, uti jam ex Maimonide nonnihil accepimus supra *cap.* VII. §. 3. Subjiciemus tamen quæ illic §. 2. a Rabbino dicto adjiciuntur. *Unde est, quod lugenti interdicta* חכפורה *tonsio*? Resp. *quia* [Deus] *admonuit Aharonis posteros* [Levit. X. 6. subita nimirum morte interemtis Nadabo & Abihu:) *capita ne* הרפעו *nudetis*. *Prorsus igitur lugenti cuilibet interdictum tondere capillum suum, quin potius comam* [פרע] *nutrit. Et pari ratione, sicut illicitum tondere pilos capitis, ita quoque barbæ, & universum pilos alios, qui in ipso* [lugente] *reperiuntur*. Progredimur ad *cap.* 6. §. 2. *seq.* ubi de rebus, ex Scribarum sententia lugenti vitandis per mensem integrum sc. dies 30. quarum quinque sunt: tonsio, levigatio (linteorum lapide vitreo) desponsatio, gaudium de socia, & denique iter negotiatorium a civitate vel provincia una ad alteram. §. 3. *Et quidem quantum ad tonsionem, quomodo prohibitum tondere pilos corporis in universum, aut mystacem radere, aut ungues instrumento demere toto septiduo, ita* (ex Scribarum instituto) *per universos dies* 30...... *Ob patrem matremve tenetur quis nutrire capillum, donec promissa fuerit facta* פרע *cæsaries s. coma, aut usque dum increpent ipsum socii ipsius*. §. 13. *Is, quem obruunt luctus ejus*, (id est, cui necessarii simul plures abripiuntur morte, *unus post alterum*, sicut additur *Taanit fol.* 13. *col.* 1.) *is aggravat capillum*, מיקל בתער *minuens* [vel parum radens] *novacula*, *non autem* במספרים *forpicibus*, *lavatque indumentum suum aqua, non autem nitro adhibito, nec* בחול *arena* (vel aceto:) *lavatque totum corpus suum* בצונן *frigida*, *non vero calidæ*, &c.

CAPUT IX.

Cineris inspersio, quare, §. 2.
a quibus, §. 3.

I. SUccedit nunc alia capitis deformandi ratio; quando sc. idipsum conspergebatur *cinere*, vel terræ etiam pulvere tenuiore. Sed quidni potius farina aut pulverulentum quid aliud adhibitum? certe non aliam ob causam, quam ut extremam h. m. miseriam testarentur istiusmodi lugentes. Sicut enim rebus prospere succedentibus delicatuli undecunque consultum cupiunt voluptatibus lubricis, usque adeo, ut odoratis etiam pulveribus inficiant crines; ita e diverso mœrentes, sicunt cuncta intus in pectore sentiunt inversa & adversa, ita foris etiam immutatum eunt omnia, quæ paulo prius exornaverant. Adeoque sicut cineres reliquiæ sunt materiæ nobilioris, combusti v. g. ligni, panni aut alterius rei crassioris; ita mœrentes ex felicibus testari volunt se nunc factos infelicissimos, umbramque gloriæ prioris vix gerentes; profitentur ipso facto, (ut verbis olim Abraham, *Gen.* XVIII. 27.) se nil esse, nisi *pulverem ac cinerem*, de pulvere formatos, pulveris instar sordidos ac solubiles, in pulverem mox reversuros; quæ sane omnia, cum sors arridet prospera, vel non perpendimus, vel etiamsi ore efferamus, vera tamen vix opinamur, nil nisi alta, splendida ac gloriosa spirantes aut corde volutantes. Imo sordida hæc in capite gestantes innuebant, se sub aliorum pedibus nunc pulveris instar calcari aut calcandos esse, *Malach.* IV. 3. *Job.* XIII. 12. XXX. 19. *Thren.* III. 16. Alia adhuc plura eandem in rem suggeret Cl. Coccejus in *Job.* II. 8.

II. *Cinis* autem quem inspergebant, ex foco forte vel angulo domus, ubi is reponebatur, petitus fuit; sicut etiam *Pulvis* esse poterat ubivis obvius, in terra præsertim illa raro lutosa aut imbribus madente, sed sicca ut plurimum ac pulverulenta. Vide, si opus, Lexicographos de discrimine ארמה *terræ*, tanquam humore suo compactæ adhuc aut succulentæ, & עפר *pulveris*, tanquam terræ, prorsus arefactæ, raræ, tenuis, minutissimæ, a vento facile difflabilis; confer, si lubet *Gen.* III. 19. *Deut.* XXVIII. 24. IX. 21. 2. *Reg.* XXIII. 6. *Levit.* XIV. 41. *Num.* V. 17.

III. Ut vero per naturam quodammodo talis a mœrore imperatur deformatio,

tio, ita apud gentes quoque manifesta omnino moris hujus deprehendimus vestigia. De Laerte siquidem Ulyssis patre meminit Homerus, Odyss. ω. ἀμφοτέρῃσι τε χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν χεύατο κακ κεφαλῆς πολιῆς ἀδινὸν στεναχίζων. *Ambabus manibus sumens cinerem fuliginosum fudit in capite cano, graviter suspirans*, quod ipsum, ne mutato quoque verbo, habet etiam de Achille Patroclum lugente, *Iliad* Σ. *vers.* 30. 31. Ita matres, lugentes interfectos filios, apud *Eurip. in supplicibus* dicunt: ἀμφὶ δὲ σποδὸν κάρα κεχύμεθα, i. e. *cinerem vero circa caput fudimus*. Eodem modo *Virgilius* describit Lausi patrem, aspergine cinerum pulverisque crines sordidantem, lib. 10. Æn. vers. 844. *canitiem immundo deformat pulvere:* & lib. 22. Æn. vers. *609. it. scissa veste Latinus, Conjugis attonitus fatis, canitiem immundo perfusam cinere turpans*. Item in Ciri. v. 284. *intonsus multos deturpat cinere crines*. Sic Hecuba in Troatibus vers. 85. *Solvite crinem, per colla fluant mœsta capilli tepido Trojæ pulvere turpes paret exertos Turba lacertos*, & mox. 98. *Solvimus omnes lacerum multo Funere crinem, coma demisso est Libera nodo; sparsitque cinis fervidus ora*. Hec. *complete manus: hoc ex Troja sumsisse licet*. Salse hunc ipsum morem pro suo more describit Lucianus, *de luctu p. m. 767.* κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσσεται, *pulvis capiti inspergitur, adeo ut viventes miserabiliores sint mortuis. Nam illi humi volutantur sæpe numero, & capita solo allidunt: his v. decorus & formosus ac diligentissime coronatus sublimis propositus est & excelsus, velut ad pompam adornatus*. Plura desiderantem juvabit Kirchman. *lib. 2. fun. cap.* 12. Refer huc Ægyptiorum fœminas, de quibus *in Euterpe* refert Herodotus f. m. 53. quod omnes ex defuncti insignioris familia caput sibi & vultum oblinant πηλῷ *luto*, eadem habet etiam Diodorus, citante Drusio *cap.* 81. *ad loca Num.*

IV. Idem jam, quod in gentilibus spectavimus, videre est porro in historia sacra. Præter nautas enim excisa Tyro amare admodum ululantes, pulveremque in littore forsan, ubi consistebant, obvium, capitibus inspergentes, *Ezech.* 27. 30. magnum insuper conspicimus Heroem Josuam, vestimentis ob cladem laceratis super faciem procidentem, atque una cum Senioribus populi cinerem capiti inferentem, (יעלו *adscendere faciebant*, plenos nempe pugillos de terra sursum versus super caput jactantes,) *Jos.* VII. *6.* Sic fugitivus ille infaustusque cladis Israeliticæ nuncius laceris veniebat vestibus, ואדמה *& terra* (madida forte aut lutosa) in capite ejus, 1. *Sam.* IV. 12. Ita Thamar ob grandem sibi ignominiam illatam תקח *assumit* cinerem super caput, 2. *Sam.* XIII 19. *Sic sederunt in terra, conticuerunt Seniores filiæ Zion*, העלו עפר *adscendere fecerunt* [LXX. ἀνεβίβασαν vel intulerunt] *pulverem super caput suum:* deque Israelitis jejunium celebrantibus refertur 1. *Macc.* 3. 47. quod *induti fuerint ciliciis, capite cineribus consperso, scissisque vestimentis*. Imo conclusæ quoque thalamis virgines cum puerperis procurrebant ob periculi magnitudinem, *capitibus pulvere cinereque conspersis*, 3. Maccab. lib. 25. Ad nautas ex Ezechiele superius memoratos respexisse videtur Johannes in *Apoc. cap.* 18. 19. Antiquiora adhuc exempla si quis petierit, provocamus ad Jobi amicos, *Job* 2. 12. [jobum autem vel Jacobi vel Mosis σύγχρονον existimant non pauci;] qui visitanti viri infortuniis plane immensis יזרקו *inspergunt pulverem super capita* השמימה *cœlum versus;* quæ ipsa pulveris jactatio, ut commentatur h. l. Pineda, *fiebat sursum cœlum versus & aerem capiti imminentem, tum ut cadente caput aspergeretur, tum ut significaretur, cœlum tunc minime serenum esse, sed turbulenta & nubila omnia, & quasi vehementi aliqua tempestate exorta pulverem excitatum*.

V. Patet hinc quid sibi velint Scripturæ phrases; *Cinerem manducare tanquam panem, & potum miscere cum fletu*, Psal. CII. 10. Item *cibavit me cinere*, Thren. III. *16.* nimirum quia hi lugentes cinerem non modo capitibus injiciebant, sed in cinere etiam volutabantur, ut audiemus infra pluribus, adeoque cinerem & vestitui & manibus, quas gerebant illotas, ubivis adhærentem habebant, ideoque vix aliter fieri poterat, quin large etiam cinerem una cum pane ingererent ori; uti hoc inter cæteros annotavit Menochius *lib. 8. reip. Heb. cap. 6. quæst.* 10. cui addere etiam licebit Delrium *tom. 2. adag.* 108. Ob eundem forte cinerem deciduum est illud *Esth.* 4. 1. 3. de Mardochæo induente *saccum & cinerem*, id est, vestem lugubrem cinere sordidatam, vel, ut Drusius *lib. 12. obs. cap.* 1. declarat: induit saccum cinere conspersum, aut induit saccum, & sese cinere adspersit.

VI. De Judæis hodiernis, cœmeterio egredientibus, dictum supra *cap. 6.* §. 17. eosdem pulverem, evulso gramini vel herbæ adhærescentem, post se spargere, his verbis; *pulvis es, & in pulverem reverteris*.

CA-

CAPUT X.

Facies deformata per incisionem genarum, &c.

I. NEc dum vero satis deturpatum fuit caput; incidendæ etiam insuper fuerunt *genæ* ac lacerandæ. Quæ ipsa impatientiæ solennis contestatio profanis etiam gentibus inusitata haud fuit, siquidem, ut Rosinus docet *lib.* 5. *antiq. cap.* 39. in funeribus receptum erat, ut nisi captivorum aut gladiatorum esset copia, (de quibus prolixe Lipsius *in Saturnal.*) lugentes ipsi suum laniatis genis effunderent cruorem, quo sic demum satisfieret Inferis sanguinis conspectu. Imo ritus hujus feralis causam adhuc aliam affert Josephus Medus *de apostas. nov. temp. pag.* 18. quod tales cæsuræ in istorum contigerint exequiis, quos post obitum in Deorum receptos credebant numerum, adeoque tali honoratum ibant obsequii genere aspero ac insueto. Quod tamen *lege* XII. *tabul.* fuit interdictum; quæ hæc habebat: *Mulieres genas non radunto*. Quam ipsam legem latius exponit prædictus Autor *lib.* 8. *cap.* 6. *pag.* 1259. contra Adr. Junium *de coma cap.* 2. opinantem, rasionem muliebrium genarum prohiberi eam, ex cujus usu diutino crebriores subnati fuissent pili, quo ementito virilis oris honore fallere postmodum potuissent fœminæ. Sed eandem viri docti aberrationem perstrinxit etiam Kirchman. *lib.* 2. *funer. cap.* XI. qui ex Festo τὸ *Radere* exponit *unguibus scindere vel cruentare*. Meminit etiam Petronius Arbit. *in Satyr.* matronæ Ephesinæ, cujus facies unguibus secta; nec non Quintilianus *declam.* x. fœminæ alterius, quæ filium lugens sanguinantes ad judices porrigit lacertos, quæ scisso laniatoque vultu, quæ lividis uberibus, &c. Non meliori habitu apud Virgilium *lib.* 4. *Æneid. vers.* 673. prodit Anna, Sororem plorans Didonem, quæ *trepido exterrita cursu unguibus ora fœdans & pectora pugnis per medios ruit &c.* & lib. 12. Æn. *quam cladem miseræ postquam accepere Latinæ, Filia prima manu flavos Lavinia crines & roseas laniata genas, &c.* quam ipsam faciei laniationem Eurip. *in Androma.* vocat ὀνύχων μύγματα. Paria de Scythis commemorat Herodot. *lib.* 4. *f. m.* 108. quod in regum funeribus *aurem* (vel ut Hen. Stephan. *in marg.* ponit, *auris partem*, græc. τῦ ὠτὸς ἀποτάμνοντα) *decidant*, *crinem circumtondeant*, *brachia* περιτάμνοντα *circumcidant*, *frontem nasumque consaucient*, *sinistram manum sagittis trajiciant*. De Gallis Cybeles Sacerdotibus adducit Bonfrerius, *quod cultris faciem & alia corporis membra dissecuerint*, *vel dentibus*, *quasi furore correpti*, *momorderint*. Parum mitiores hodierni sunt Tartari Circassi, quos *in itin. Pers.* Cl. Adamus Olearius f. 745. & 523. scribit in luctu dilaniare frontem, pectora ac brachia, ut large defluat sanguis, quo vulnere durante durat etiam luctus, sed sanato sanatus est & ipse. Atque sic de Assyriis meminit Lucianus *de Dea Syria*, quod omnes sint compuncti notis [στίζοντα,] alii in vola, alii in cervice, atque inde est, quod omnes Assyrii στιγματηφορέουσι: *stigmata gerunt*.

II. Perspectis his facilior jam erit Codicis nostri sacri intellectus, quem in luctus hujusmodi descriptione duo potissimum videmus vocabula adhibuisse, quorum prius est גדד *turmatim convenit*, *depopulatus est*; & in hithpael התגודד tum *turmatim se coagmentavit*, ut *Jerem.* 5. 7. *Mich.* 4. 14. tum *incidit semetipsum*, irruptionem quasi crebram, violentam sævamque fecit in semetipsum, sive unguibus sive cultellis instrumentisve aliis. [Conferunt nonnulli hocce גדד cum גזז *totondit*, ob literarum ד & ז facilem inter se permutationem.] Posterius est שרט, quod Schindlerus exponit *incidere ad sanguinem usque*, *lacerare scalpello*, *aperire*, *scarificare*, [unde Arabibus שראט *scarificator*,] item *concidere*, Zach. XII. 3. Age igitur inspiciamus textus sacros, Levit. XXI. vers. 5. *non decalvabunt* [sacerdotes] *calvitium in capite suo*, *& extremitatem barbæ non radent*, *& in carne sua non* ישרטו שרטת *incident incisuram*: porro cap. 19. 28. ושרט *incisionem autem* ob mortuum *non ponetis in carne vestra*, וכתבת קעקע *& scripturam stigmatis non ponetis in vobis*. Deut. XIV. I. *non* תתגדדו *incidetis vos*, *nec ponetis calvitium inter oculos vestros super mortuum*. His tamen interdictis facta contraria colliguntur ex Jerem. 16. 6. *morientur magni & parvi*.... *nec plangent eos*, *neque* יתגודד *se incidet quis*, *nec decalvabunt se propter eos*, (more scil. alias in gente hac recepto ac pervulgato, quem suo etiamnum seculo inter Judæos viguisse scribit h. l. Hieronymus) cap. 41. 5. *venerunt viri de Sichem*, *Silo & Samaria*,... *rasi barbis*, *laceri vestimentis* ומתגודדים *& seipsos incidentes* vel incisi. cap. 47. 5. *venit calvitium ad Gasa succisa est Askalon & residuum vallis earum*; *usque quo* תתגודדי *incides te?* cap. 48. 37. *omne caput* (Moabitarum) *calvitium* (seu calvum factum est,) *& omnis barba succisa*, *super omnes manus* גדדות *incisiones*, *& super omnes lumbos saccus*. Philistæos ergo Moabitas gentilesque cæteros

teros Iſraeli conterminos interdictum ſuperius ſine dubio intendit, quibus aſſimilari ſuum populum nolebat Dominus; ſicut ejuſdem tamen ſe cum gentilibus farinæ profitebantur ſacrificuli Baalitæ 1. *Reg.* 18. 28. eo ipſo, dum ob ſilentium ſui Numinis conſternati extrema quaſi doloris ſerii indicia arripiebant, dum יתגודדו *incidebant ſe*, incurſione velut in propriam carnem facta בחרבות *cultellis* וברמחים & *lanceolis* (mit Meſſern und Pfriemen/ ſecundum Luth. ut & Dietenbergerum ac Belgas) *uſque dum effunderetur ſanguis*. Quo ipſo ex textu non abſurde forſan colligemus, etiam alibi, ubi inciſionis hujuſmodi luctuoſæ fit mentio, adhibita fuiſſe præter ungues denteſve proprios, ſæva ejus generis inſtrumenta. Eundem Baalitarum textum Cl. Dietericus *pag.* 2. *antiqu. bibl. pag.* 54. ut & Dion. Voſſius *de idol. pag.* 172. illuſtrant exemplo ſacerdotum Bellonæ, ex *Acrone*, [non, Accone] commentatore Horatii antiquo, referente, eos lacertos humeroſque concidiſſe, ſanguine ſuo Bellonæ ſacrificantes. Quod ipſum de ſacerdotibus Bellonæ notaverunt etiam Tertull. *apol. cap.* 9. Lactant. *lib.* 1. *cap.* 21. aliique. R. Salomo ad *Lev.* 19. 28. peculiariter hoc factum ait ab Amorreis in mortuorum luctu: quod denuo repetit ad *Deut.* 14. 1. *gentes*, ait, *quaſdam corporis partes acu vulnerabant, vel alias incidebant, atramentumque ſupponebant, quod in cultum dæmonum ſuorum fiebat. Præcipitur ergo, ne ullo pacto ſicut gentes ferirent carnes ſuas quemadmodum ſacerdotes Cybeles.* De Deæ Siriæ cultoribus phanaticis, ancipiti ferro, quod gerebant ſua quoque brachia diſſecantibus, teſtari poterit Apulejus *ſub lib.* 8. *metam finem*: itemque de Oſiridem plangentibus lacertis laceratis, veterumque vulnerum cicatricibus reſectis, Jul. Firmicus *de myſt. profa. relig. cap.* 2. Sic Theodor. in Levit. *quæſt.* 28. *conſueverant*, ait, *Græci radere barbam, cum aliquem lugerent, & genas incidere in honorem defunctorum; nec non aliquas corporis partes acu perforabant, & nigro veſtiebantur in reverentiam dæmonum.*

III. Verum audire hic rurſus juvabit Maimonidem noſtrum, *cap.* 21. *Afoda Sara* §. 10. *qu.* כתובת קעקע (*Lev.* 19. 28.) ſcripturam ſtigmatis eſſe ait, *quando quis in carne ſua inciditur, ita, ut locus inciſionis repleatur* בחול *ſucco*, (in talm. tit. maccoth. cap. 3. §. 6. edit. men. B. Iſr. legitur בכול at ſecundum Coccejum בכחול qui *ſtibium* vertit) בדיו *atramento, aliiſve coloribus quibus pingitur. Atque hic mos fuit gentium, ſeipſas conſignantium ob ſervitium idololatricum, ut h. m. ſignificent, ſe ſervos eſſe ad idololatriam venundatos atque hunc in finem etiam ſtigmate notatos.* §. XI. Si quis כתב *inſcripſerit* (ſtigmata vel notas) *nec tamen colore infecerit, vel qui colore infecerit, nec tamen inciderit, is liber eſt, uſque dum & inciderit. Is vero cujus carmen alii inſcripſerunt incideruntque, reus non eſt, niſi cum ipſe* סייע *adjuverit* (conſenſum ad minimum præbendo, ut ſupra, monitum, vel inſtrumenta ſuppeditando &c.) §. 12. השורט שריטה *lanians ſe laniatu uno ob mortuum, vapulat;* (juxta Lev. 19. 28.) *Par ratio ſacerdotis atque Iſraelitæ alterius. Si laniarit ſe laniatu uno ob mortuos quinque, vel lanitatibus quinque ob mortuum unum, vapulat quinquies. Et quidem tum demum, ſi unaquaque vice fuerit præmonitus.* Eadem ferme leguntur *tit. maccoth. cap.* 3. §. 5. quæ Coccejus ita vertit והשורט שריטה אחת *qui ſe ſecat una cæſura ob defunctum, tenetur, ſi una ſecuerit ſe cæſura ob quinos demortuos, aut quinis cæſuris ob unum, ob quamlibet tenetur.* Verum carpitur a Dion. Voſſio *de Idol. pag.* 171. cum juxta Rabbinos שרט *ſit lacerare ſeſe unguibus*, quomodo tranſtulerunt: ἐπὶ τὰς σάρκας αὐτῶν οὐ κατατεμοῦσιν ἐντομίδας, *Levit.* 21. 5. & ἐντομίδας οὐ ποιήσετε ἐπὶ ψυχῇ &c. *cap.* 19. 28. ubi Voſſio ἐντομὶς laniatio eſt, non inciſura, (quæ ex ejus mente cultro fiebat aut alio quovis ferro, deſignata verbo התגודד *Deut.* 14. 1.) adeoque quintuplex laniatus totidem digitorum ipſa exprimit numerum. Verum num hic ipſe laniatus unguium quintuplex in quinis barbæ extremitatibus, (quarum mentio fit in textu *tit. maccoth.* citato) locum reperiat adeo commodum, ita quidem, ut cuivis digito ſua in quinis hiſce partibus obtigerit portio, (vide ſis verba *R. Salom. Lev.* 19. 27. & *Maimonidæ* ſuperius adducta, *cap.* 8. §. 8.) ego quidem pro tenuitate mea nondum ſatis perſpicio. Imo diſerte Maimonides hocce *cap.* x. 1. *Afoda Sara* §. 13. diſtinguit inter שרט *laniatum*, qui fit manu alicujus h. e. unguibus, & inter שרט בכלי *laniatum*, qui fit certo inſtrumento, quomodo igitur שרט ſolam deſignat unguium lacerationem? audiamus verba. §. 13. וגדידה *inciſio* ושריטה & *laceratio pro eodem habentur. Et quemadmodum Gentiles fuerunt* שורטים *lacerantes* [Voſſius ſui oblitus vertit: *incidebant*] *carnem ſuam propter demortuos ex anxietate, ſic etiam fuerunt* חובלין *lædentes* [læſerunt] *ſeipſos in idolorum honorem, juxta illud:* [1. Reg. 18. 28.] & *incidebant ſe pro more ſuo. Verum etiam hoc prohibuit Lex* (Deut. 14. 1.) *non* תתגודדו *incidatis vos ipſos. Qui ergo contra hoc* deliquerit *ob mortuum* בין

שרטביהו

שרטביהו *sive* (NB.) *laceratione*, *quæ fit manu* שרט בכליבין *sive laceratione*, *quæ fit instrumento*, *vapulat: qui vero ob idololatriam*, *si instrumento*, *meritus est verbera; sin manu*, *liber est*. Audiamus porro etiam Aben Esram sapientem, ad *Lev.* 19. 28. ubi sic inquit: *est aliquis*, *qui signat corpus suum figura aliqua certa per ignem*, & *sunt hodieque qui virgines suas signant in vultibus ipsarum*, *ut sint cognitæ*. Unde colligendum relinquit, quorsum respexit Legislator, nimirum ad perennem conspicuamque populi sui sancti a gentilibus aliis discriminationem, & denuo *ad Deut.* 14. 1. diserte verbum תתגודדו declarat per שרט, ut proinde subtilius illud vocabulorum discrimen haud approbarit. Addimus hic ex Hieron. *quæst. Hebr. in* 1. *Paral.* de Joachimo, quod inter cætera mala fecerit etiam in corpore suo stigmata, quæ postquam mortuus est, demum in ipso inventa sunt.

CAPUT XI.

Capitis velatio: ob verecundiam §. 1. *devotionem*, §. 2. *ignominiam*, §. 3. *Luctum*, §. 4. *seqq. Ejusdem demissio*. §. 8.

I. SIcuti caput in homine regni totius arx velut est ac propugnaculum, ita mirum quoque non est, pleraque in eodem tam gaudii quam mœroris conspici monumenta. Adeoque præter ea, quæ jam commemoravimus, occurrit etiam *Obvelatio*: quanquam hæc ob unam eam luctus mœrorisque causam non adhibita fuerit. Tectum namque reperimus vultum *ob Verecundiam* quando v. g. Rebecca comperta sponsi præsentia, peplo se obvolvit pudibunda: *Gen.* 24. 65. (*verecunda namque*, uti Luth. ait comm. h. l. *veretur aspicere masculos*, *imo sponsum suum*: adde huic quæ Tertull. habet *de coron. milit. cap.* 4. Huc forsan referes sponsas gentilium, flammeo velatas luteo caput genasque cum deducerentur ad maritum; unde *Nuptiarum* hodieque manet nomen a *Nubendo* scil. vel operiendo habens originem. Causam inter cætera dat *L. Florus lib.* 4. *cap.* 2. ne pudicitia pollueretur aspectu. Adi, si lubet Tertull. *de virg. velandis*, itemque Brissonium *de nupt. p.m.* 57. *seqq.* Extra nuptias tamen, non minus quoque fœminas velata in publicum processisse facie, colligas e Tacito, *lib.* 13. ubi de Poppæa, alioquin impudica satis, commemorat, *rarum ejus in publicum fuisse egressum*, *idque velata parte oris*, *ne satiaret aspectum*, *vel qui sic decebat*. Inde C. Sulp. Gallus uxorem suam dimittit, eo quod aperto capite foris cognoverat versatam; teste *Val. M. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 16. Quadrat huc, quod scribit Luth. *in Genes.* 38. 16. *audio*, *etiam apud Turcas usitatum esse*, *ut mulieres* & *capite* & *toto corpore velentur*; & *extat narratio cujusdam qui fuit captivus in Turcia*, *in qua affirmat*, *nunquam a se matrem familiam nudo capite aut facie visam cum marito colloqui*. Ita Arabiæ etiam fœminæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, *ut uno oculo liberato contentæ sint dimidia frui luce*, *quam totam faciem prostituere*: quæ verba habet Tertull. *de velan. virgin. cap.* 17. quem morem hodieque ab iisdem servari, observavit illic *Joh. Lud. de la Carda ex Leon. Africi lib.* 1. quibus, addit etiam mulieres Lacœnas nec non Caledonias. Et quidem Lacedæmoniorum virgines facie prodibant aperta, nuptæ vero velata; illæ quidem, ut quæ viros quærere necesse habebant; hæ vero, ut iis, quos compararant, solis se servarent, secundum *Plutarch. in Lacon.* Conformia recensitis dicit Paulus, ubi de ἐξουσίᾳ in capitibus mulierum gestanda 1. *Cor.* XI. 10. *seqq.* quam materiam operosius inter cæteros pertractavit JCtus Jac. Gothofredus. Accenseri huic exusiæ volunt nonnulli tegumentum illud oculorum, quod Saræ decernebat rex Abimelech, *Gen.* 20. 16. de quo tamen ipso pallio sollicitus jam fuit præ cæteris Mart. de Roa *P.* 2. *singul. l.* 3. *cap.* 4. *p.* 300. *seqq.* Consuli etiam poterit Pradus *ad Ezech.* 16. ubi de universis Hebræorum fœminis probat, easdem incessisse velatas, non maritatas solum, sed & virgines.

II. Ex eodem reverentiæ fonte haud dubie manavit quoque, quod Moses tegit faciem coram rubo, ne conspiceret Dominum, *Exod.* 3. 6. id quod imitabatur etiam Elias, faciem suam adoperiens באדרתו *pallio suo* prophetico piloso [quod excussum explicatumque videbis apud Fullerum *l.* 4. *miscell. c.* 7.] 1. Reg. 19. 13. Huc referre forsan poterimus ecclesiarum nostrarum consuetudinem, qua precaturi viri pileo suam contegere solent faciem fœminæ autem in templis assidentes, eandem ad genua declinare; ubi tamen & hoc accedit, quod ea ratione minus turbari debeat devotio per occursantia sensibus objecta externa, quod etiam gestus inter orandum in vultu suborti minus & videri & rideri queant a profanis. Quomodo vero Hebræi adoraverint olim prono in terram vultu, [quod proprie vult השתחוה] quare etiam Judæi moderni, quotidie ad vesperam in synagoga oratum venientes, velent faciem capite in sinistrum latus propendentes, nimirum ne alter alterius audiat forte confessionem, &c. re-

recenset Cl. Buxt. *c.* 8. *synag. Jud. p. m.* 204. Imo severe etiam pueri eorundem adiguntur, a septimo ad XIII. ætatis annum incedere capite operto : post hunc vero annum interdictum est penitus, capite nudo ambulare, idque propter *Schechina*, i. e. majestatem Domini ubivis præsentem ubivis etiam reverendam ; *ib. c.* 3. *p.* 107. Neque tamen Ethnicis insolitam in sacris hanc fuisse capitis velationem, discimus inter cætera ex Virgilio, *l.* 3. *Æne. v.* 405. *Purpureo velare comas adopertus amictu*, *Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum*, *Hostilis facies occurrat*, *&* *omnia* [omnia] *turbet*. Ubi consuli simul poterit Taubmannus *in notis*, nec non Rosinil. 3. *ant. Rom. c.* 33. Ita Beierlink *theat. hum. lit. S. fol.* 68. affert Romanos operto Deos, aperto autem ac detecto capite homines salutare consuevisse.

III. Propius scopum nostrum accedit velata facies *ob ignominiam*, quando pudibundi nec aliorum sustinere possunt intuitum, nec alios intueri ipsimet, ferme ut pueris a natura hoc inditum videmus, ut arte qua possunt, vultum abscondant, cum plorant, eundem demittendo, avertendo, palmis tegendo, &c. Ea ratione magnates Judæorum ne aquam quidem pro levanda siti nanciscentes obvelant vultum, *Jer.* 14. 3. [nisi dixeris, hocce חפו *operuerunt*, pertinere ad pueros, frustra a se missos ac cum pudore se redire, h. m. significantes : eadem quoque agricolarum, idem illic factitantium, conditio *v.* 4. ita David exul ac fugitivus incedit חפוי *tectus capite*, [mit verhülletem Haupt/ Luth.] *ac flens*; quocum paria facit populus Absalomi tyrannidem evasurus, 2. *Sam.* 15. 30. Atque huic opposita phrasis est, *ire capite aperto*, quomodo Chaldæus loco ejus quod *Exod.* 14. 8. dicitur ; Israelem exiisse manu excelsa, ponit בריש גלי *capite aperto*. Confer etiam regem captivandum, quem propheta repræsentare tenebatur, *Ezech.* 12. 6. 12. vultu suo tecto : ferme sicut eundem de Crasso in maximas angustias a Parthis redacto commemorat Plutarchus, ut & de Anaxagora in summam inopiam detruso *in vita Periclis*. Ejusmodi ignominiam sibi quoque ob Mardocheum illatam testabatur Haman חפוי ראש *opertus capite Esther.* 6. 12. quanquam h. m. vates velut extiterit sibimetipsi, quantum ad secuturam sc. obvelationem capitis penitus ignominiosam atque pessimam, cum ejusdem in patibulum jam sufferendi obtegeretur facies, tanquam indigni, quem rex intueretur ulterius; aut ne iram magis acueret tanti monarchæ, &c. *Ester.* 7. 8. ubi A. Esra hæc annotat: *Ita moris erat apud Persarum reges, ut ministri regii obtegerent vultum istius, cui rex succensebat, ne eundem rex ulterius intueretur: Id quod notum atque obvium in scriptis Persarum*. Vide etiam Drusium *l.* 12. *observ. c.* 18. Recordamur hic Susannæ, quæ κατακεκαλυμμένη comparet coram judicibus ; quod tamen peplum lascivi illi hirci jubebant detrahi, ut pulchritudine ejusdem adhuc satiarentur, *Fragm. Dan. c.* 1. 32. Proprie vero ad ignominiam spectabat, quando reis in foro Romano jam capitis damnatis, idem mox caput velabatur, prævia solenni formula : *I lictor, colligato manus, verberato, caput obnubito, arbori infelici suspendito*. Speciatim hoc obtigisse parricidis, antequam includerentur culeo, testis est *Festus lib.* 15. voc. *obvolvere*, (apud Demsterum *ad Ros. A. R. l.* 8. *p.* 1317.) ubi sic inquit : *Obvolvere, quod antiqui obnubere vocarunt ; ob quam causam legem quoque parentem jubere caput ejus obnubere, qui parentem necavisset*. Rationem facti suppeditat Quintil. declam. 298. *cujus statim ora oculosque a judicio lex jussit abduci, ne hunc jucundum cœli aspectum polluerent tetri oculi*. Et quanquam Salvatori etiam nostro caput seu faciem legamus obvelatam, *Marc.* 14. 65. *Luc.* 22. 64. non tamen id adeo tunc temporis ob ignominiam, quam ob ludicrum prophetiæ experimentum conjicimus usurpatum.

IV. Nunc demum ad velationem *ex luctu*. At inquies; quomodo hoc signum potuit esse luctus, cum tamen capitis opertio diserte injungatur iis, quibus lugere prohibitum? quippe *Lev.* 10. 6. sacerdotibus mandatum legimus, *capita vestra* אל תפרעו *nolite nudare*, ut reddit Vulgatus: item c. 21. 10. sacerdos summus *caput suum non* יפרע *discooperiet*. Si igitur nudanda non fuerunt, ergo operienda, ergo h. m. luctus indicia exhibenda ? Diversimode hic satisfacere conantur Interpretes, Targum vertit: (n) *capitibus vestris* לא תרבון פירוע *non nutriatis capillum, quandoquidem lugenti prohibita est tonsio, vos vero ne perturbetis gaudium loci* : q. d. sicuti alias lugentes a tonsione abstinentes capillum producunt, ita vos pro more vestro recepto tonsionem pergatis usurpare, ne hispido in vobis crine aut barbitio conspecto tabernaculi sancti solennem continuamque turbetis festivitatem. Eandem sententiam, ex mente tamen aliorum, commemorat etiam *Aben Esra*, de suo nihil addens. Verum insolens est ea verbi פרע acceptio ; siquidem consulenti Concordantias patebit, eodem generatim designari *re-*

mo-

motionem vel alienationem a ſe v. g. conſilii *Prov.* I. 25. caſtigationis, *cap.* XIII. 18. XV. 32. cum capite vero conſtructum reperitur *Num.* 5. 18. de fœmina adulterii ſuſpecta, quam coram Domino ſtatuebat ſacerdos ופרעכרה ראש *nudabatque caput ejus*, h. e. ſecundum Aben Eſram, יגלה *revelabat*, & *prout ego judico, protrahebat cæſariem capitis ipſius quæ fuerat operta*: aut ſecundum Jarchium; כותר *diſſolvit plicaturas capillorum ejus ut contemtibilem poſthac reddat inter filias Iſrael ſiquidem* גלוי הראש *retectio capitis probroſa æſtimatur*. Alius textus eſt de Leproſis *Lev.* XIII. 45. quorum veſtes laceræ, *caputque ejus* פרוע *nudatum*. Sicut itaque tam de fœmina ſuſpecta, quam de leproſis, non capillorum nutritio, ſed capitis potius denudatio tegminumque ſubtractio per hanc phraſin effertur; Ita & ſupra de perſonis ſacris eandem intelligimus merito tegminum ſublationem interdictam, ne ſcil. conſuetum tiararum ornamenuum (*Exod.* 28. 40. 29. 9.) ex impatientia detraherent, caputque h. m. nudum more lugentium aliorum vel tonderent, vel cineribus inſpergerent.

V. Utut ergo lugentes eo, quo diximus, modo caput ſub initium forte luctus, privarint priore ſuo ornatu, galero aut tegumento, non tamen ita nudum illud ſemper reſervarunt impoſterum, verum lugubri alio involverunt mox peplo vel tegmine, ut colligere licet ex 2. *Sam.* XIX. 5. ubi David, filium lugens Abſalomum, לאט *operuit* (Chaldæus: כריך unde הכריכים *involucra mortuorum*,) *faciem ſuam, clamavitque voce magna*. Ita R. Levi exponit per כסה *texit, præ pudore nimirum* &c. Kimchi diſerte addit כיכן דרך האבלים להחטף *quia ſic moris erat lugentium, operire ſemetipſum*. Idem habet quoque *Rabbenu Jechaja ad h. l.* & R. Sal. Jarchi declarat ex facto Eliæ pallio ſuo ſe involventis (quamquam alia plane de cauſa, I. *Reg.* 19. 13. Subjungimus locum alium *Ezech.* 24. 16. *ſeq.* ubi propheta viduo interdicitur ritus lugentium his verbis: *non planges, nec flebis, nec veniet lacryma tua* (in genas tuas;) *ingemiſce tacens, mortuorum luctum non facies* פארך חבוש עליך *corona tua circumligatata ſit tibi*, (vel juxta alium: *ornamentum tuum circumliga tibi*) & *calceamenta tua erunt in pedibus tuis*, &c. Coronam hanc de tæniis vittiſve tenuibus, quæ tempora ligabant, in modum coronæ capillos cingentes, cum ſine pileis incederent, Hebræi, intelligit Sopranes *in Davide Digr.* I. *f.* 361. 362. quam ipſam porro coronam in luctu putat depoſitam, ita ut vel coma tonderetur, vel pulvere adſperſa libere flueret. Quanquam vero ex eodem loco hoc Piſcator aliique eliciant, lugentes incedere conſueviſſe capite aperto & pulvere conſperſo, quorſum etiam adducuntur textus *Lev.* 10. 6. 21. 10. I. *Sam.* 4. 12. 2. *Sam.* 15. 32. *Thren.* 2. 10. opinor tamen, diſcrimen omnino ſtatuendum ratione temporum, ita, ut qui ſub initium luctus caput violenter denudavit, ſucceſſu aliquo id aliter altiuſque involverit; item ratione locorum, quippe qui domi forte ſedit nudus, peplis eo magis ſe obtexit, quando exeundum ad alios, aut quando alii lugentem acceſſere; præcipue vero obſervandum, vocem פאר non quamlibet promiſcue *tiaram* deſignare, ſed exornantem præcipue, ſicut tum origo tum clara oppoſitio oſtendit *Jeſa* 61. 3. unde etiam *Cornel. a Lapid.* per *Coronam* intelligit *faſciam, qua ſacerdotes pileum ipſum rotundum, qui inſtar coronæ caput coronat* & *circumdat, quales erant mitræ* & *tiaræ ſacerdotum, ac nunc ſunt Turbandi Turcarum: hæ enim vocantur* פאר *i. e. decor* & *gloria capitis* &c. Quis vero aſſereret, tiaram ejuſmodi honorificam lugenti arridere amplius potuiſſe? vide hic, ſi lubet, Lexicon *Pagnini cum Merc. notis*. Proindeque ſicut remoto alias galero tiarave, Lugentes de novo ſoliciti erant capitis involucro, ita ſimul *barbam* etiam velaminis ejus factam eſſe participem docemur eodem Ezechielis textu; adjicitur ſiquidem: ולא תעטה על שפם *neque obvelles barbam*. Ubi שפם ſecundum R. Salom. A. Eſram, R. Leviac Kimchium idem eſt ac *myſtax*, i. e. pilus, qui ſupra labium ſub naſo, adducente Druſio *ad loca Lev. C.* 42. nec non *l.* I. *anim. C.* 17. Idem placet etiam Marco Marino *in arca*. Verum magis ſe probat Merceri nota ad Pagn. Lex. *juxta alios*, inquientis, *eſt totum labritium, i. e. quicquid infra naſum continetur, etiam cum mento, non tamen, ut alii addunt, mandibula, meo judicio. Totum tamen barbæ locum complecti videtur*. Expende textus; II. Sam. XIX. 28. *Mephiboſeth non fecerat* (exornaverat שפם an vero ſolum myſtacem non curavit, bene habita interim ornataque barba inferiori? Sic *Lev.* 13. 45. leproſo injungitur, *ut obtegat*, שפם an ſolum myſtacem, ita ut mentum libere fuerit conſpectum? *Mich.* 3. 7. & pudore ſuffundentur vates, erubeſcentque divini, & *operient* על שפם *labrum univerſi ipſi*: & denique Ezech. 24. 22. *facietis, ſicut ego feci* על שפם לא תעטו *barbam non operietis, panemque miſerorum non comedetis*. (præterea vocabulum *Sapham* non legitur in Sacris)

Qua

Qua propter totum barbæ ſpatium ſeu oris partes omnes intelligimus in luctu opertas; Id quod notavit etiam Flacius in Clave voce Panis: *in funebri*, ajens, *luctu os tegebant panno lineo*, *&* *caput involvebant præſertim in publicum prodeuntes*: Et C. a Lap. *ad Ez.* 24. *f.* 1106. ſcribit: *velabant os*, *qu. vocem & reſpirationem ſibi interciperent in luctu ejus*, *qui utrumque in morte amiſerat*. Atque ex hoc ipſo ritu commode etiam vaticinium *Jeſ.* 25. 7. poterit declarari, ubi Meſſias dicitur amoturus פני הלוט *facies veli* (vel facies ex mœrore velatas) הלוט *velum illud*, *quod operit omnes populos*: quo ipſo Luth. *in comm.* nec non Forſt. aliique cenſuerunt deſcribi remotionem mortis, ſiquidem hæc velum inducebat tum mortuis ipſis, (uti docet pictura Lazari *Joh.* XI. 44.) tum vivis, mortuos lugentibus.

VI. Audiendus nunc erit etiam Maimonides noſter, C. 5. *Eſel.* §. 19. ſic inquiens: *unde eſt quod lugenti probibita capitis nudatio? nimirum*, *quia Ezechieli dictum: non operias barbam*, *prorſus itaque lugentes reliqui tenebantur operire caput*. *Et quidem* הסנדר *ſudarium ſeu linteum*, *illud quo operiebant caput ſuum*, *operiebat etiam ex parte labium lugentis* (על ניו) *juxta quod dicitur:* על שפם *barbam* (NB. non miſtacem ſed פה os ipſum) *operies*; *ubi Onkelos declarat*: *ſicut lugens ſeſe operit*.

VII. Subjungere jam dictis poſſumus mores quoque aliorum; ſiquidem Romanorum filii velatis, filiæ vero nudis capitibus paſſoque crine in funeribus incedebant; cujus inſtituti cauſas ſuggeret Plutarchus *quæſt. Rom. probl.* 14. Conf. Lipſ. *de amphit. c.* 19. *ſeq.* item, quæ de Romanis, in urbe intecto quidem capite incedentibus, nullumque pilei, petaſi, cauſiæ & alicujus tegminis uſum; niſi extra urbem in peregrinatione adhibentibus, aſſerit Octavius *Ferrarius de re veſtiaria*, *lib.* I. *c.* 10. cumque eo Sopranes *in Davide digr.* I. *f.* 359. ubi etiam Judæos communiter intecto cenſet inceſſiſſe capite, quod tamen pro ratione temporis aut loci pallio aut toga obtexerint, explicato & ad caput adducto eo quod cervicibus adhærebat aggeſtum & implicatum. Elias Schedius *de Dis Ger. c.* 47. *p.* 444. probaturus capitibus velatis proceſſiſſe lugentes, adducit illud Lucan. *ubi vidit cominus enſes*, *involvit vultus*, *atque indignatus apertum fortunæ præbere caput*: & Horat. l. 2. ſat. 3. *nam male re geſta cum vellem mittere operto me capite in flumen*; nec non illud Svetonii de Julio C. qui undique ſe ſtrictis pugionibus peti animadvertens, *toga caput obvolvit*. Verum quid loci hi cum lugentibus mortuos commune habeant, nondum potui penetrare. Videat, qui cupit, de eadem & Julii Caeſ. & Pompeii obvolutione, *Ferrarium l. c.* De Dario, mortuam deflente uxorem, clarum eſt Curtii l. 4. teſtimonium, dum *diu ipſum capite obvelato fleviſſe* ſcribit. Parum ab illis moribus differunt moderni Germanorum, dum non ſolum fœminæ, ſuis peplis linteiſque candidis, ſed & viri, nigris pellucidiſque faciem velati tegminibus, comitantur funus honoratum, haud dubie, ne lugubres faciei geſtus, virum gravem non adeo decentes & contra voluntatem ſæpius prorumpentes, animadvertantur a vulgo ſpectante. Nam *Liripipia* vel *Cleripepla* ut vocant alii, reſpectum huc olim habuerint, quæ etiamnum hodie in funeribus Eruditorum indictivis conſpiciuntur hic Lipſiæ, diſquirendum damus aliis. Subjicimus hic ritum ejiciendi apud Halberſtadienſes antiquos Adamum perſonatum, ex Chemn. *p.* 4. *Exam. Conc. T. in fine* ubi ſic ait: *eligunt facinoroſum aliquem ſordidatum &* (NB) *operto capite templo ejiciunt*. *Is die noctuque diſcalceatus urbem templaque ſalutando perambulat*, *tantum poſt mediam noctem in plateis aliquantulum quieſcit*; *neminem alloquitur*, *quicquid apponunt*, *taciturnus veſcitur &c. uſque dum die dominicæ cœnæ recipiatur*.

VIII. Dicendum etiam aliquid de Capite ob mœrorem *pendulo* vel incurvato, cujus meminit Jeſaias cap. 58. v. 5. *an hujuſmodi eſſet jejunium*, *quod eligo*, *dies quo affligit homo animam ſuam? an incurvare ut juncum caput ſuum?* Ubi Vulgatam ſuis relinquimus amaſiis; (*nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum?*) contenti, ipſoſmet Romano-Catholicos diffiteri haud poſſe, כפף תּוֹ eſſe *incurvari*, & אגמון deſignare *juncum*; unde etiam ipſum hunc ſenſum elicit Corn. a Lapide: *jejunantes partim ex debilitate*, *partim ex pœnitentia demittebant caput*, *& curvi incedebant*, *&c.* Proinde ſicut *Caput attollere* ſignum erat fortunæ proſperæ animique ob eam elati, quando putat ſe quis nubes ipſas jam contingere, *Job.* XX. 6. ita e diverſo *Caput non attollere* competit humiliatis ac depreſſis. v. g. Jud. VIII. 24. *& humiliatus eſt Midian coram filiis Iſrael*, *nec addiderunt elevare caput ſuum*, *&c.* Confer Job. 10. 15. Zach. 1. 21. Ita filiæ Zion *caput ſuum dicuntur demittere in terram*, Thr. 2. 10. & Achab auditis gravibus Dei minis, ſcidit veſtimenta, &c. ambulavitque אט id eſt, ſecundum nonnullos, *capite obſtipo*, inſtar valde mœrentis; quanquam Chaldæus ibi ponat יחיף *diſcalceatus*; Kimchi

chi autem: *ambulabat in domo sua* לאט *lente, cum silentio.*

CAPUT XII.

Fletus, §. 2. *an virum deceat*, §. 3. *a populo simul fusæ lacrymæ*, §. 4. *eæ quandoque consepultæ*, §. 5. *lacrymarum terminus*, §. 6. *Lessus*, §. 7.

I. NE prætermittamus aliquid, ad luctum spectans capitis, juvabit, paucula etiam proferre de fletu: in re enim tam obvia prolixos esse haud convenit. Præcipua autem in Fletu fuerunt tum *Lacrymæ*, tum *Lessus*.

II. Atque Lacrymæ quidem, quomodo formentur a cerebro, tanquam tenue coctionis residuum excrementum, quomodo mittantur ad oculorum glandulas, indeque per constrictionem propellantur foras, prolixius ostendunt Physici, imo non pœnitebit operæ, si consulueris hac de re etiam Basilium *t. 1. ser. de gr. animis D. agen. f. m.* 437. Nos jam de causis easdem prolicientibus, quæ ordinarie & ut plurimum sunt omnes res doloriferæ, inque iis præcipue peccata, secundum legis rigorem decenter expensa, *Psal. 6. 7. Joel.* 2. 12. &c. item peccatorum pœnæ vel infortunia, v. g. clades, fames, amicorum amissio &c. 1. *Sam.* 20. 41. 2. *Sam.* 3. 16. *Ruth.* 1. 10. *Actor.* 20. 37. quorsum referri forsan posset fletus Thammuz, *Ezech.* 8. 14. de quo plura suggeret eruditissimus Seldeni liber *de Dis Syris Synt.* 2. *cap.* 11. Nonnunquam tamen & gaudium insperatum nimiumque *Lacrymas* provocasse cernimus, ut quando Tobias atque conjux filium, amplexati reducem, flent ambo præ gaudio, *Tob.* 11. 11. Ita quoqne *Josephi cor* (verba sunt Lutheri in Genes. commentar.) *suavissimo igni* φιλοσοργίας *& humore dulcissimo, qui per lacrymas & singultus exundavit liquefactum est, quando scil. se fratribus nunc revelabat*, Gen. 45. 2. er kan nicht langer halten / *emittebat vocem cum fletu, & audiverunt Ægyptii, qui tamen ante conclave secesserant*. Conferre etiam poteris, quæ de Lacrymis, ex pœnitentia imprimis, congessit P. Martyr *in Jud. cap.* 2. *fol.* 38.

III. Sed annon fœmineum est, *virum* mittere lacrymas? nonne Lycii veteres, si quis publice lugere vellet, jubebant, ut tantisper muliebri uteretur veste quo intelligerent, se facere muliebriter? Nonne Cleomenem Spartanorum regem a lacrymis dehortatur uxor, ne quid Sparta indignum admitterent? [ap. Plutarch. *in vita Cleom.*] nonne etiam fœminarum aut effœminatorum lacrymas esse produnt Physici, imo Stoici plane proscribunt? Aliter nos instruit hic Sacer Codex. Probe siquidem notandos monet Lutherus *in Gen.* 43. 30. ejusmodi Locos, ubi sancti affectibus ita moventur, ut molliores videantur, quam homines profani & ethnici, &c. *nimirum quanto melior est natura & integrior tanto excellentiores atque ardentiores* στοργὰς *habet, nec collit eam aut corrumpit gratia & Spiritus Sanctus, ut Monachi somniarunt, sed corruptam sanat & restituit in integrum*. Atque hoc modo optimum legimus flevisse Josephum, cum pristinæ ipsi fortunæ refricaretur memoria, *Gen.* 42. 24. (ferme ut Æneas in pictura sortem cernens anteriorem, ruebat in lacrymas, quæ juxta *Pimpontium* continebant lætitiam dolore mixtam, adeoque juxta Comicum *lacrymabatur gaudia* l. 1. Ænei v. 463.) Plures a στοργῇ lætante lacrymas expressas deprehendimus, *Gen.* 29. 11. 33. 4. 46. 29. 50. 1. Sic pœnitentium, etiam virorum, lacrymas copiosas exhibent Psalmi pœnitentiales, post quem demissum imbrem, ut loquitur *Basilius M.* supra laudatus, concavi cerebri cœlum fit serenum. Hinc est, quod lacrymæ potus vocentur hujusmodi ægrorum quotidianus, *Ps.* 42. 4. quibus quasi trientale potati sunt. *Psal.* 80. 6. quas potioni miscuerunt, *Psalm.* 102. 10. siquidem salsus iste humor tam large per genas destillabat, ut non possent non eædem guttæ illabi calici labiis admoto. Quin quod stratum quoque vel cervical his ipsis madefactum fuerit adeo, ut natare in lacrymis quodammodo videretur, *Psal.* 6. 7. Verum quis propter fletum huncce largum auderet Davidi heroicum derogare animum, qui cum leone, urso, gigante tantisque exercitibus congredi non fuit veritus? Vide sis etiam Jobum cujus facies præ fletu fœdata est tanquam luto, *Job.* 16. 16. nec non Jeremiam *cap.* 9. 1. Paulum *Act.* 20. 31. 2. *Corinth.* 11. 4. Imo Christum ipsum, *Luc.* 19. 41. *Joh.* 11. 35. Addo, quæ de Lacrymarum funebrium dignitate habet Noster, cap. 12. §. 1. *quicunque segnis est,* בהספר *ad plangendum consanguineum, dignus est, qui sepeliatur vivus: & quisquis lacrymas profundit super consanguineo, merces ejus ob idipsum asservatur penes Sanctum Benedictum.*

IV. Neque vero una aut altera solum persona flevit seorsim, verum tota nonnunquam concio, ex viris fœminisque constans pluribus, quod ipsum erat haustam coram Domino aquam effundere, 1. Sam. 7. 6. (de qua phrasi, textuque legi præter commentatores possunt Del-

Rio *lib.* 4. *disque mag. cap.* 4. *quæst.* 4. *sect.* 4. Const., L' Emper. *cod. Middoth. p.* 69. Scheringham. *tit. loma*, *p.* 39. & ex nostris Dn. D. Glassius, *l.* 5. *philol. S. p.* 471. & Magnus Chemnitius *p.* 4. *Exam. Concil. Trid. f. m.* 95.) Sic ante portam tabernaculi totus plorabat populus. *Num.* 25. 26. *Jud.* 20. 23. 26. 21. 2. 1. *Sam.* 11. 4. 5. *cap.* 30. 4. (ubi David una cum militaribus turmis flent, usque dum nequeant,) 2. *Sam.* 1. 12. 3. 32. 13. 36. 15. 23. 30. Quæ omnia in eum imprimis finem allegamus, ut diversa illinc patescat nationis illius ratio a nostra Germanorum; quis enim unquam apud nos vidit totam aliquando turbam adeo in lacrymas effusam? & quamvis inter fœminas forte, si grandis urgeat communisque dolor, plorantes cernere liceat plerasque, non tamen una & viros. Observatu itaque dignum, quod hanc in rem notavit Flacius, vir sane in ejusmodi rebus perspicacissimus; *part.* 1. *clav. fol.* 526. ubi *solent*, ait, illæ *orientales & meridionales gentes magis, tum res lætas & cantionibus, musica, jubilis & tripudiis, aliisque externis signis gaudii celebrare, tum & res adversas contra externo luctu deplorare ac lamentari, quam hæ septentrionales, ut etiam ex funerum pompis liquet*. Paria his affert part. 2. Cl. f. 590. *Omnes meridionales ac simul orientaliores magis affectibus ardent, magis etiam eos foris producunt, quam septentrionales; sive læti sive etiam tristes affectus sint; magis amant, magis irascuntur, &c. præterea suos tristes affectus, ut sunt dolor de aliquo magno malo, &c. majoribus luctibus, lamentationibus & aliis externis indiciis tristantis animi, (ut sunt inedia, sordidus vestitus, laceratio crinium & vestium, percussio pectoris, jacere humi in cinere & cilicio, atque alia) produnt, quam hi in frigidioribus locis siti.*

V. Illud adhuc de lacrymis subjungere visum est, quod Argentinæ in technophylacio monstrari memini, effossas scil. e sepulcro gentili duas cinere repletas ollas sive urnas, quibus additæ duæ lampades, una orichalcea, altera fictilis & præter eas etiam vitrum, in figura longioris crassiorisque digiti, hoc ipsum in se liquorem continet aqueum, superiore tamen sui parte, qua oculorum angulis applicari apte potest, arcte vitro alio agglutinato occlusum. Hunc liquorem existimant esse cognatorum lacrymas, una cum defuncto sepultas; quod sane si verum est, mirum utique, tanto temporis intervallo humorem eum absumtum non fuisse. Simile quid huic ipsi reperio apud Cotovicum *in itin. Hierosol. l.* 1. *c.* 10. *p.* 50. qui meminit, in insula Zacyntho Anno 1544. Cal. Decemb. erutum fuisse sepulcrum, hac præditum inscriptione: *M. Tulli Cicero have. Et Tu tertia Antonia*. Intus repertæ urnæ seu ampullæ vitreæ duæ, major cineribus, minor aqua, refertæ, hinc existimatum, illam Ciceronis cineres, hanc amicorum lacrymas continere, *hæc ille*, qui simul accuratam urnularum harum exhibet picturam p. 51. Ita Olaus Wormius *l.* 4. *rer. rar. c.* 1. scribit, ex Italia sibi allatam urnam lacrymalem terream, vasculum sc. oblongum, colli angustioris, pyriforme, ventre ampliore, longitudine quinque unciarum colore ex rubicundo albescente. In ejusmodi, pergit, vasculis lacrymas pro defunctis fusas olim colligebant Romani, easque cum reliquis inferiis, tumulis mandabant. Idem *cap.* 7. *seq.* præter urnas ex terra figulina factas commemorat etiam alias ex vitro, cujus generis duas sibi esse asserit, quarum una integra, altitudine unciarum quatuor cum semisse, ex basi plana & lata; collum adscendit crassitie minoris digiti, quod demum in latius terminatur labrum. Colore opalino longa sub terra mota acquisito, quibusdam in locis gypsea materia obducta, sive a lachrymis sive aliunde mutuata. Alteram ejusdem refert esse figuræ, majorem tamen & crassiorem, coloris ejusdem, &c. Ita Aringhus *Rom. subter. f.* 298. aliquot depicta dat vascula lachrymatoria; quæ tamen aqua lustrali repleta conjicit idem autor. Sic. f. 295. meminit quoque vasculorum vitreorum vel figulinorum, cruorem martyrum continentium, cumque iisdem sepultorum. Illustrari autem ex his, quæ retulimus, non incommode poterit textus, *Ps.* 56. 9. *lacrymas meas collige in utre tuo; annon essent in numerato tibi?*

VI. Sed num lacrymis certus etiam præfixus erat terminus? mirum hoc alicui videri posset sciscitari, quis enim imperare suis potest oculis, ut ad clepsydram veluti aut plorent, aut plorare desinant; sed audi tamen, quæ ad hæc respondet noster Maimonides cap. 13. §. 10. *non deflent mortuum ultra triduum, neque plangunt ultra septiduum* (reliqua jam adduximus supra cap. 2. §. 3.) Intelligendi proinde sunt certi tristitiæ signorumve externorum gradus, quod vid. lacrymis palam & in conspectu aliorum, indulserint dies tres; postmodum vero eas ipsas pro viribus aut penitus represserint, aut saltem in occulto fluere permiserint: (forte, ut Joseph, lacrymas reprimere non valens amplius, secedebat in aliud con-

cla-

clave, *Gen.* 43. 30.) Adeoque sicut Mosen atque Aharonem populus flebat diebus triginta *Num.* 20. 29. *Deut.* 34. 8. non quod continuo e cunctis singulorum Israelitarum oculis eo tempore nil nisi lacrymæ manaverint, nec, quod post trigesimum nullus porro in oculis alicujus mador fuerit deprehensus, sed quod eo tempore palam ejusmodi conventus, sermones vel exercitia instituerint, inter quæ libere, copiose, imo cum laude, lacrymæ excitarentur, ita tribus etiam diebus fleverunt alios, largius puta, libere & in conspectu aliorum. Quod si vero mœror alius, v. g. ex contritione ob delicta metuve plagarum imminentium, lacrymis præberet ansam, durabant istæ ad vesperam, quamdiu scil. durabat jejunium; ceu patet *ex Jud.* 20. 23. 26. 2. 2. *Sam.* I. 12. *&c.* Nonnunquam tamen in saccis & luctu quoque pernoctabant, de quo *Joel.* I. 13. Adscribam adhuc, quæ Drusius affert cap. 81. ad loca diff. Num. *fleverunt*, i. e. *luxerunt. Non enim in fletu erant toto tempore* (30. *dierum*) *sed in luctu. Lugebant autem tam fœminæ quam viri; ideo dicit: tota domus Israel: nam in domo Israel etiam mulieres, quas viris conciliare solitus erat* (*Aharon*) Subtilitas hæc est Salomonis Jarchii, quod Aharonem fleverit כל בית *tota domus Israelis*. Mosen autem כל בני *omnes filii Israel* nimirum quia Aharon adhuc familiarior &c. Vide sis eundem in textu Num. & Deut. citatos.

VII. Vidimus Lacrymas, audiamus etiam *Lessum*, hoc est, vocem sonore ejulantem; quæ & ipsa nobis occidentalioribus æque inusitata, atque largi illi Lacrumarum imbres. Hebræi enim tam alte exclamabant, ut templum etiam, plateæ atque alia lessu adimplerentur ac reboarent; ita namque *Jud.* XXI. 2. legimus, *populum levavisse vocem suam* (ob integram videlicet deletam tribum Beniam.) *ac flevisse fletu magno*: ita extructo noviter templo *vox fletus populi* tam alta erat atque vehemens, ut una cum vociferatione jubilantium mire confusa *exaudiretur procul. Esræ* III. 13. & cum Esra oraret ac confiteretur flens coram domo Dei, congregavit sese ad eum cœtus valde multus virorum & mulierum & parvulorum *flevitque populus fletu multo*. Ita tota civitas Silo ululavit, percepto tristis cladis nuntio, I. *Sam.* IV. 12. imo rex David in funere Abneri *extollebat vocem suam, ac flebat super sepulcrum Abner; fleverunt & totus populus*, 2. Sam. III. 32. confer 3. *Maccab.* I. 23. 25. 4. 2. *& Judith.* 7. 18. *Jes.* XV. 3. Ita Amos V. 16. *in omnibus plateis clamarunt* הו הו *ach, ach.* Hinc etiam adeo consueta vox in Prophetis הילילו *ululate, ejulate*, (heulet / ὀλολύζετε,) itemque phrasis, ante *Flendi* verbum ferme solemnis ac perpetua: *efferre vocem*, ut *Genes.* XXI. 16. *&c.* Ita Joseph tam clara voce plorat, ut singultus ejus vocesque fractæ, ante fores etiam ab aulicis perciperentur expresse, *Genes.* 45. 2. 14. 15. Lamentandi formulas suggerit Jeremias, cap. 22. 18. *væ frater! væ soror! væ Domine! væ inclyte!* a quibus non multum abest luctus ob Prophetam a leone interfectum, I. Reg. 13. 30. *heu, heu, mi frater!* sic iterum *Jer.* 34. 5. legitur! *væ Domine, plangent te.* Has vero & alias hujusmodi formulas cum gemitu & ululatu, contenta voce, ut ii faciunt, quorum pectora vehemens aliquis fodit dolor, usurpabant.

VIII. Conveniunt ferme cum his, quæ diximus, Moscovitarum mores, in quorum funeribus parvi solent adhiberi pueri, qui post cadaver cursitando vociferandoque honorem defuncto eunt conciliatum, referente Tectandro *in itin. Pers. pag.* 55. & apud Persas moriente aliquo, mox eadem hora, sive dies sit sive nox, excurrunt in plateas demortui familiares, liberi, domesticique alii, vociferantes adeo per bihorium, ut tumultum opineris; *ibid. pag.* 205. Convenit hoc cum illo Curtii lib. 3. n. 12. *tam repente e proximo tabernaculo lugubris clamor, barbaro ululatu planctuque permixtus, epulantes conterruit.... Causa subiti pavoris fuit, quod mater uxorque Darii cum captivis nobilibus, regem quem interfectum esse credebant, ingente gemitu ejulatuque deflebant.* Vide porro, si lubet, Drusii *lib.* 12. *observ. cap.* I. de Persarum in luctu ululatu; itemque Serarium *in comment. Est. f.* 330. Idem opinor referri etiam a Cl. Dn. Adamo Oleario *in hodæp.* Stultus parentum voces, ad quas mortuus ipse responsurus sit, si contingat vocem recipere commemorat Lucian. *de luctu p. m.* 768. h. m. *ait pater, flebili quadam voce verbum unumquodque producens in longum: fili jucundissime, periisti mihi, mortuus es, ante diem præreptus es, me super hoc misero solo relicto. Non duxisti uxorem, non parasti liberos, non militasti, non coluisti agros, non ad senectam pervenisti. Non comessaberis posthac, non amabis fili, neque cum æqualibus in compotatione inebriaberis, &c.* His ipsis querelis satisfacientem, paulo post inducit filium defunctum, h. m. *homo infelix, quid clamas? cur mihi convitium facis, ac miserum appellas & infortunatum qui jam sim te multo tum melior, tum felicior? aut quia acerbe mihi putas accidisse; an quia non sim factus senex talis,* qua-

qualis es tu, capite calvo facie rugosa &c. Non cogitas autem longe bellius esse, non sitire, quam bibere? non esurire, quam edere? &c. De Ægyptiis modernis paria commemorant istarum rerum gnari. Et quid quæso volunt crebræ illæ apud Homerum voces, κλαίειν, δάκρυα χέειν, οἰμώζειν, &c. nisi lugubres publice ejulantium aut complorantium voces? Achilles sane *Iliad.* ψ, luget publice militesque ad idem hortatur: πάτροκλον κλαίωμεν, & mox: οἱ δὲ ὤμωξαν ἀολλέες ἦρχε δὲ Ἀχιλλεύς. Taceo gentium aliarum mores, subjungens Ciceronis hac de re mentem in quæst. Tuscul. *sed hoc quidem in dolore*, ait, *maxime est providendum, ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter muliebriter ve faciamus. Imprimisque refutetur ac rejiciatur Philoctetis ille clamor. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro, ejulatus ne mulieri quidem &c.* Idem Cicero legem XII. Tabul. *de lessu funeris non habendo* exponit *lib. 2. de legibus* una cum Ælio, de lugubri ejulatione. Addo & Platonem lib. 12. de lege *fleri mortuum, jubere aut vetare absurdum est, plangere vero & voces ac lamenta extra ædes mittere vetandum.* De quibus tamen ἐπικηδείων vide Lutheri superius tactam. Itemque Salmuthi *Schol. ad Pancir. tom. 1. memor. lit. 62. pag.* 341.

CAPUT XIII.

Silentium, Salutatio intermissa.

I. NEminem moveat, qui conveniant invicem ejulatus, de quo modo dictum *& Silentium*, cui jam nos accingimus. Distinguantur modo personæ atque tempora, mœrorisque gradus, item vox incondita & articulata, & res erit in vado. Non vero hic loquimur de silentio, quod virtutis est, & quod stulto etiam reconditæ nonnunquam doctrinæ opinionem conciliat, *Prov.* 17. 28. Verum de eo mœroris acerbi effecto, quod linguæ velut vincula injiciuntur, adeo ut præ stupore, aut vehementissimo tædio, ne verbulum faciat; sicut Ovid. *lib.* 13. *metam.* describit: *obmutuit illa dolore, & pariter vocem lacrymasque introrsus obortas devorat ipse dolor*, & Phædra apud Senecam: *curæ leves loquuntur, ingentes stupent.*

II. Sicut itaque loquendi tempus est, ita & silendi, *Cohel.* 3. 7. adeoque sicut in gaudio garrula nimis atque alacris solet esse lingua; ita e diverso cum dolor gravis ingruit, inhibentur velut spiritus, ne eam moveant; imo mens, quid prius vel posterius dictitet, haud invenit aut impetrare potest. Ita apud Homerum Antilochus, nuncio Patrocli interfecti attonitus, describitur *Iliad.* ρ. *non procul a fine:* Δὴν δὲ μὶν ἀμφασίη ἐπέων λάβε· τὼ δὲ οἱ ὄσσε Δακρυόφιν πλῆσθεν, θαλεροὶ δὲ οἱ ἔσχετο φωνὴ, *diu autem ipsum obmutescentia verborum corripuit, eique oculi lacrymis impleti sunt; florida autem ejus hæsit vox.* Et Belisarius, Isaacem Portuensi urbi præfectum ab hoste captum audiens, adeo percellebatur, ut nihil ultra percontatus, quia loqui non valebat, classem ad militem cursim reduxerit, &c. teste Fulgoso *lib. 9. cap. 9.*

III. Prodeant nunc amici Jobi, qui visa ejus miseria, *sedebant cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum; videbant enim dolorem esse vehementem*, Job. 2. 13. Nimirum & ipsis præ mœrore deficiebant fere verba, in casibus his plane insuetatis, & amico simul afflictissimo se eo modo attemperabant; siquidem ut habet Chrysostomus, *animus semel mœrore affectus nihil potest commode audire*, & secundum Thomam, iis, qui sunt in ægritudine, nulla in principio aptior est medicina, quam quies & silentium. Qua etiam ratione Pineda existimat. (*comment. a Job.* 2. 13.) Angelum, qui confortabat agonizantem Salvatorem, ullis verbis usum haud fuisse, sed quadam assistentia solum & societate consolandi explevisse partes, ut & ponderatione eorum, quibus *Christi* premebatur anima, nec non habitu gestuque simili assumto, ita ut *Christo* flectente genua, flecteret & ipse, &c. Hinc in *Capitulis Patrum cap.* 4. §. 8. hæc traditur sententia: *ne places socium tuum, cum irascitur:* ואל תנחמנו בשעת שבתו *nec consoleris eum, cum stupet.* Quid vero de sessione censeant Interpretes, quomodo per integros septem dies atque noctes hoc fieri potuerit, citra cibi, potus somnive usum, id nostrum hic non est discutere; sufficiat, eosdem, quoties cum Jobo per septiduum hoc sederunt, sedisse humi lugendi forte funeris liberorum causa, ut annotat Coccejus. Amicis Jobi annumerari forsan poterit *Jobus* ipse, qui elapso illo septiduo *aperuit os suum & maledixit diei suo*, Job. 3. 1. Sane seniores filiæ Zion in clade illa maxima sedebant in terra ac *silebant*, Thren. 2. 10. & de impiis in hymno suo concinit Hanna 1. *Sam.* 2. 9. quod in tenebris *conticescant*, præ mœroris videlicet irruentis magnitudine. Ita *Jesai.* 23. 2. denunciato Tyri excidio subjicitur: דמו *silete habitatores Insulæ negotiatores Zidon &c.* ubi Cornelii a Lap. hæc est glossa: *Tacete, o Ty-*

o Tyrii, ex dolore, pudore & metu... silentium enim signum est servitutis, æque ac pavoris ac stupori. Abarbinel vero ita commentatur: *significatio hæc* שתיקה *silentii, pro ratione* vel (consuetudine) *luctus; sicut:* (Thren. 3. 28.) *manebit* (jugi bajulus) *solitarius & tacebit, &c. Adeoque sensus est; incolæ uniuscujusque insulæ silebunt ac lugebunt.* Eadem ferme habent etiam Kimchi & R. Salomo. Referre etiam horsum nonnulli volunt illud Zephan. 1. 7. *tace a facie Domini, quia prope est dies Domini*, item Jer. 8. 14. *ingrediamur civitates munitas,* ונדמה *& silebimus illic, quia Dominus Deus noster* הדמנו *silere nos fecit, potavitque nos aqua fellis.* Ubi rursus Corn. a Lapide: *silentium hoc significat ingentem pavorem & consternationem; sic enim silent pavidi mures coram fele.* Verum an adeo commode hæc ad lugentium reduci possint mores compressaque labia, præsertim prius illud Zephaniæ, in dubium forte vocari posset haud absque ratione. Vide sis etiam *Psal.* 31. *vers.* 18. 19.

IV. Audiamus jam Maimonidem de eadem hac materia. Sic vero idem ille cap. 5. Efel. §. 20. *unde est, quod lugenti interdicta* שאלת שלום *salutatio?* Resp. *eo quod dicitur:* (Ezech. 24. 17.) *ingemisce, sile. Totos ergo tres dies primos, cum quis salutem impertit* lugenti, *non reponit ille paria, verum subinnuit, se versari in luctu. A tertio autem die usque ad septimum salutanti reprecatur; & a septimo usque ad trigesimum salutat quidem alios ipsemet, verum* אחרים שואלין בשלומו עד לאחר שלשים: *alii non salutant ipsum nisi post tricesimum. Imo si patrem matremve quis lugeat, non salutant eum nisi post 12. Quandoquidem ergo lugenti inhibita est salutatio, quanto magis inhibita erit sermonum multiplicatio aut risus, cum dictum sit* דום *sile. Qua de causa etiam non licet manu sua tenere* תינוק *puellum* (quo nomine idem noster Maimon. tit. אשה cap. 2. venire ait omnem puerum usque ad annum 13.) *ne ab eodem ad risum inducatur, neque etiam visitare locum gaudii*, v. g. *domos conviviorum aliaque his similia.*

V. Inserimus hic ex ejusdem cap. 7. §. 6. qualis compellatio fuerit usurpata ab iis, qui sacerdotem magnum visitarunt in luctu; *nimirum consolaturi cum ajebat:* אנו כפרתך *simus nos expiatio tua!* (h. e. secundum glossam Sanhedr. fol. 18. 1. in nobis fiat expiatio tua, vel tu expieris per nos, nosque subeamus tuo loco, quicquid tibi evenire debet) *ipse autem respondebat ipsis,* התברכו מן השמים *benedicamini* vel benedicti sitis *cœlitus! Et si ipse consolari voluerit alios* המסונה ממצע *vice sacerdos medium eum sistit* (vel medius procedit ipse) בתוך העם *in medium populi, dicitque ipsis:* תנוחמו *consolationem accipiatis!* vel consolatione beemini?

VI. Non alienum atiam ab eo, quod agimus, erit, si afferamus cap. 13. §. 9. *in domo lugubri non referunt* שמועה והגדה *rumorem vel relationem historicam*, h. e. novellas, nisi malis interpretari discursus theologicos. Traditioni conformes,) *verum assident* דוין *mœrentes* vel miserabiles. *Sic in præsentia defuncti non commemorant nisi res defunctum attinentes. Occupari autem in verbis legis, mortuo præsente, vel in sepulcreto etiam, interdictum penitus.*

VII. Idem noster Moses *tit.* תענית *c.* 5. §. 11. de jejunio ob destructum templum d. 9. Julii refert sequentia: *Sapientum discipuli non salutant se invicem eo die, verum sedent* דוים *miserabiles ac suspirantes, tanquam lugentes; & si eosdem quis de plebe salutet, referunt quidem, sed labio submisso capiteque pendulo.*

CAPUT XIV.

Manus elevatæ, §. 2. complosæ. §. 3. Ungues non resecti, §. 5.

I. Vidimus huc usque, ut opinamur, pleraque, quibus animi dolor in *Capite* præprimis fuit declaratus, deveniendum nunc ad membra alia. Atque *Manus* quidem quod spectat, prout cæsuris illæ consueverint notari, spectavimus jam supra *cap.* 10. Nunc itaque, quomodo eædem vel elevatæ fuerint, vel etiam complosæ, dispiciendum erit paucis.

II. Non vero multi sumus in recensendis etiam aliis *Elavatarum manuum* causis, uti quidem eandem observamus *in Precantibus, Exod.* 9. 21. 33. *cap.* 17. 11. *seq. Psal.* 28. 2. 1. *Reg.* 8. 54. quomodo Æneas quoque, natura compulsus ad id magistra, *Ingemit & duplices tendens ad sidera palmas*, opem implorabat suborta tempestate gravi, *Æneid.* 2. *vers.* 97. qua de re vide sis Rittershus. *schol. ad Salvian. pag.* 27. Item in *Jurantibus*; siquidem non raro Manum elevare, ad Deum puta, tanquam supremum in cœlis testem, apud Hebræos idem est ac Jurare, *Gen.* 14. 22. *&c.* quo etiam modo Latinus *suspiciens cœlum, tenditque ad sidera dextram; Hæc eadem Ænea, terram, mare, sidera, juro, &c.* apud Virgilium lib. 12. Æneid. vers. 195. Item in *se submittentibus*; quomodo de Æthiopia *Psal.* 68. *vers.* 32. vaticinium habet: תריץ *currere faciet* (vel secundum Joh. Campensem: *festinabit porrigere*) *manus suas Deo*; nimirum protensio

sio ista, ut annotat Mollerus, signum est subjectionis, si id fiat animo placandi iratum aut offerendi munus; qua ferme ratione Turnus, cum victum se cerneret, *oculos dextramque petentem Protendit, & victum tendere palmas Ausonii videre;* apud Virgil. *lib.* 12. *Æneid. vers.* 936. prætereo occasiones causasque gestus hujus alias. Sufficiat, ob *Luctum* non raro manus fuisse etiam cœlum versus extensas, quomodo id hodieque videre est in immoderato fœminarum quarundam dolore, dum præ impatientia supra caput manus projiciunt, mox retrahunt, complicant in crines etiam involant, atque quorsum eas reponant, vix inveniunt. Atque h.m. regiam videmus filiam Thamarem, post grandem sibi illatam ignominiam, capiti cinere consperso miseras imponere manus, ejulantemque incedere, 2. *Sam.* 13. 19. nimirum quia, qui alio modo non potest, (verba sunt *Gasp. Sanctii,*) operit in dolore caput saltem manibus, quo signo ostendit se aut grave aliquod subiisse incommodum aut passum aliquid, cujus ipsum pudere debeat. Quod credo, ait, naturale esse signum; nam & qui ætate sunt tenella & rudi, quique a natura potius, quam a consilio & ratione ducuntur, quando dolent & lugent, manus gestare solent supra caput; quod non semel observavimus. Addit, Hispanum, cum adversum aliquod ostendere vult, hoc ferme modo in speciem proverbiali significare; *volvio colas manos en la cabeca*. Cui nos adjungimus phrasin Germanorum: die Hände übern Kopffe zusammen schlagen. Item gestus pudefactæ etiam tribuitur virgini Zion. *Jerem.* 2. *vers.* 37. *etiam hinc.* (ab Assur) *egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum*, ubi *Abarbinel* declarat; *sicut mulier, quæ vociferatur ob infortunium suum, & nemo est, qui ipsam eripiat:* quæ ipsa etiam affluit R. David. Kimchi, Hieronymus & Theodoretus: *regredieris super caput tuum manibus, in signum pudoris & doloris.* Conforme superiori est illud Thren. 1. 17. פרשה *expandit* (*Pagn. & Vatabl.* frangit) *Zion* בידיה *manus suas, & non est ei consolator:* ubi nonnulli referunt ad defectum spirituum vitalium, ex quo animi sequitur deliquium, adeo ut moribundi, quibus comparetur Zion, manus suas amplius nequeant continere aut regere, verum labi easdem sinant, simulque *explicent* aut *expandant:* veruntamen non male Theodoretus: *ipsius lugentis habitum describit; illæ enim quæ lugent, consueverunt & extendere & contrahere manus suas*. Et Tarnovius noster: *hoc gestu & dolentis summa ægritudo, & precantis intentio indicatur, quam ex ipso cœlo auxilium cupiat detrahere.* Latius adhuc Del-Rio, gestus mulieris vehementer afflictæ depingi censens, *quæ modo manus complicat & complodit, modo super caput suum ponit, modo supra pectus stringit, modo genua sedens complectitur, modo exclamans sicut natans ad natandum brachia expandit, &c.* Eodem modo *Jerem.* 4. 31. legimus: *vocem tanquam parturientis audivi*, vocem inquam *angustiæ ut primogenitum parientis; vox filiæ Zion, lamentatur*, תפרש *expandit manus suas, &c.* Confer locutionem metaphoricam *Hab.* 3. *vers.* 10. de abysso manus suas *elevante*, Luth. die Höhe hub die Hände auff: (Psal. 98. vers. 8.)

III. Hæc de manibus protensis ac elevatis: nunc etiam de iisdem *Complosis*. Haud vero dissimulandum, etiam in *gaudio* eandem manuum concussionem usurpari consuevisse, apud gentes fere omnes, ita scilicet ut non suppetente mox tympano aut instrumento alio, vel manibus saltem concitari mox debuerit sonus gaudii qualiscunque apud alios index; qua ratione *Job.* 27. *vers.* 23. legitur: ישפר *complodet* (unusquisque) *super ipsis* (pereuntibus improbis) *manus suas, & sibilabunt super ipso ex loco suo*, cap. 34. vers. 37. *inter nos* יספק *plaudit & multiplicat sermones suos contra Deum* Psal. 47. vers. 1. *omnes populi* תקעו כף *plaudite manu, clangite Deo voce jubili:* Psal. 98. v. 8. *flumina* ימחאו כף *complodent manus, pariterque montes cantabunt:* Sic Jesa. 55. vers. 12. *montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnes arbores agri* ימחאו כף *plaudent manu.* 2. Reg. 11. 12. ubi creato unctoque rege Joaso dicitur de subditis: ויכו כף *& percusserunt* vel plauserunt *manu, dixeruntque: vivat Rex!* Quorsum pertinet & illa manuum complosio, quæ ab ἐπιχαιρεκάκοις adhibebatur in derisionem aliorum, uti præter adductum *Job.* 27. 23. locum constat ex *Thren.* 2. *vers.* 15. ספעו *plauserunt super te manibus omnes transeuntes, sibilaverunt & moverunt caput suum:* Zeph. 2. 15. *quicunque transierit juxta ipsam, sibilabit,* יניע *& agitabit manus suas:* Nah. 3. 19. *quicunque audierunt famam tuam,* תקעו כף *plaudent manu super te:* Ezech. 21. vers. 17. *etiam ego* אכה כפי אל כפי *percutiam manum meam ad manum meam, & requiescere faciam iram meam, &c.* C. 25. 6. יעז מחאך יד *eo quod plausisti manu, & percussisti pede, gavisus es in omni contemtu tuo ex animo super terram Israel idcirco &c.*

IV. Utut ergo sonora hæc manuum concussio de interna animi oblectatione fuerit haud raro testata, non tamen hinc negandum, etiam *luctui exprimendo* gestum

ſtum hunc inſerviiſſe; id quod in *Jeremia* ſuo, ut vocat, ſive *de Actione* obſervavit Ar. Montanus *antiqu. Jud. pag. m.* 157. his verbis: *Manuum concuſſio, complosio miserorum & plangentium eſt; Manuum plauſus approbationis & laudis ſignificationem fert*. Exempla ſunto ſequentia. *Ezech.* 6. 11. prophetæ ob ingentem populi ſtragem luctus indicitur his verbis: הכה בכפך *percute vola tua* (una ad alteram,) & *pulſa pede tuo & dicito, Ach! propter omnes abominationes malas domus Iſrael*: ubi Abarbinel hæc annotat: *præcipit Deus prophetæ, ut percutiat* כף בכף *manu ad manum, ſicut facere ſolent* המקוננות *lamentatrices; vel ut percutiat manu ſua femur, juxta illud:* (Jerem. 31. 18.) ספקתי *percuſſi femur*, eadem rurſus habet & Kimchi. Sic cap. 21. 14. (19.) *tu ergo fili hominis vaticinare* והך כף אל כף & *percute manu ad manum, dupliceturque gladius tertio, &c.* & cap. 22. 13. *ecce* הכיתי כפי *percuſſi manum meam ob avaritiam tuam*, ubi Kimchi parabolicum dicit loquendi genus, petitum ab homine afflicto, ſicut & illud cap. 21. 17. (22.) *percutiam manum meam ad manum meam*. Pertinet huc ex mente Lutheri etiam locus Jerem. 48. 26. *inebriate eum* (Moabum,) *quoniam contra Dominum magnificavit* os ſuum, (vel juxta Vatablum *magnifice ſe extulit*) וספק *ut complodat* manus ſuas *Moab in vomitu ſuo, & ludibrio ſit ipſe quoque:* Luth. daß ſie ſpeyen und die Hände ringen müſſen / conſentit Schindlerus *in lex.* ספק Egregie vero germanicum, Hände ringen convenit cum Hebræo מחא quod notat alias *abſtergere, abradere;* nimirum ſicut ii, qui patinas, ollas manuſve ſordidas abſtergunt, crebram adhibent attritionem; ita mœrentium quoque manus ſubito fortiterque colliſæ, luctari velut videntur invicem, dum una alteram ſtricte complectitur, dum digitis innectuntur digiti, haud aliter ac ſi ſordes quædam eſſent deterendæ.

V. Ad manus merito etiam manuum referimus extrema excrementa ſive *Ungues*: de quibus ipſis reſegminibus, quomodo maligni aliquid intra ſe contineant, adeo ut intra corpus aſſumta vomitus dejectioneſque cieant periculoſas; noſtrum hic non eſt diſquirere; adeat, qui velit Sennertum *lib. 6. medic. pract. pag. 8. cap. 36. p. 363.* (adeo ſcilicet ipſi nos in nobis noſtra circumferimus venena!) Id ſolummodo impræſentiarum obſervandum, quod habet Maimonides cap. 5. Eſel. §. 2. *prohibitum eſt, auferre ungues ſuos inſtrumento aliquo; verum ſi quis præſcindat eos dentibus ſuis, aut* צפורן בצפורן *unguem ungue*, (quod quomodo poſſibile, ego nondum capio,) *permiſſum eſto*. Sine dubio vero petitum eſt hoc ipſum ex lege *Deut.* 21. 12. ubi fœminæ captivæ radendum dicitur caput, item ועשתה את צפרניה & *faciet ungues ſuos*, hoc eſt, ſecundum Chaldæum ותרבי *creſcere* vel magnos fieri *ſinet ungues ſuos*, qua etiam ratione in Thalmud. *maſſech, Jebumoth. cap.* 4. exponit R. Akiba per תגדל *creſcere faciet*, nimirum ad deformitatem captivæ h. m. inducendam, quocum ſentiunt etiam R. Salomo, Aben Eſra, Bechai atque alii; item Junius ac Piſcator, quanquam contrarium plane in citato Talmudis titulo velit R. Eliezer, exponens per תרוץ *præcidet*, ita ut ſicut capilli, ſic & ungues utrobique jubeantur demi; quorſum citatur illud Mephiboſethi, 2. Sam. 19. 25. *non fecerat pedes ſuos, neque fecerat barbam ſuam;* hoc eſt non aptaverat, curaverat vel concinnaverat, vel juxta Menoch. *reip. Epr. f.* 784. *creſcere immodice ſiverat ungues pedum & pilos barbæ &c.* Eandem in ſententiam eunt etiam cum Vulgato plerique Romano-Catholici, itemque Vatablus, Oleaſter, Tigurini & verſio Belgarum. Verum ſicut עשה pro diverſitate circumſtantiarum Textus varias etiam ſuſcipit ſignificationes, adeoque de arbore uſurpatum valet *proferre*, &c. ita & hic convenientiſſimum videtur, accipere de unguium nutritione; quorſum etiam inclinat Schikardus *de jure reg. cap.* 5. *pag.* 134. *ſeq.* Quæ Bonfrerius *ad loc. cit. Deut.* affert de Chinenſibus, ungues prolixos ingenuitatis nobilitatiſque indicium amantibus, quibus forte vicinæ Iſraelitis gentes eo in luctu ungues reſecarint, &c. petat ex eodem, qui cupit, nos properamus ad alia. Notandum adhuc. LXX. in hiſtoria Mephiboſethi modo citata addidiſſe; οὐδὲ ὠνυχήσατο, *nec præſecuit ungues*, nempe ut alias munditiæ cauſa fieri conſueverat; vide ſis Sanctium ad loc. cit.

CAPUT XV.

Pedes diſcalceati.

I. VIſis manibus, pergimus nunc ad *Pedes* quoque. Atque de horum quidem indumentis ornamentiſque apud Gentiles variis, quomodo Principum v. g. calcei fuerint gemmati, matronarum albi tenues ac altiores, meretricum rubri, militum clavis crebris atque acutis inferius præditi, quibus in terram defixis ſtarent in veſtigio eodem immoti atque ad fugam inepti, &c. quomodo nonnulli parati fuerint e corio bubulo crudo, alii ex aluta coccinea ſeu verſicolore, alii ex pelle hœdina, ſubere, ære, ligno, arborum

rum corticibus, papyro, rebusque aliis, latius egerunt Turn. *lib.* 28. *adv. cap.* 21. Lipsius, *Elect. lib.* 1. *cap.* 13. Rosinus *Ant. Rom. lib.* 5. *cap.* 36. Demsterus *in paralipom. ad idem caput* Bened. Balduinus *in calceo antiquo:* Pancirollus *pag.* 1. *memor. tit.* 44. *p.m.* 162. & Salmuth *ad eundem*, quibus cum conferri potest Julii Nigroni Genuensis *differ. de caliga veterum*, ubi prolixus est in probanda præcipue caligæ calceamentique identitate, sive caligam non crurum seu tibiarum, sed pedum fuisse tegumentum; Id quod doctissime ab ipso assertum pronunciat Seldenus *de uxor. Heb. pag.* 103. cui tamen sententiæ opposuit se jam olim Cl. Dilherrus *lib.* 2. *elect. cap.* 16. Vide sis porro D. Joh. Tob. Majorem *ad Act.* 12. 8. ubi sententiæ superioris assertores profert etiam Castalionem, Sanctium & Salmasium. Quæstionem, an Hebræi incesserint nudipedes negative decisam, videbis apud Sopranem *in Dav. Digr.* 1. *f.* 377. qui ipse etiam de caligis & sandaliis solicitus est *f.* 383. *seqq.* Luxum vero circa calceamenta non exiguum, etiam in Dei populo, invaluisse, colligere pronum est ex *Jesa.* 3. 16. 18. ubi de mulieribus dicitur, quod in pedibus תעכסנה *monilia circumposuerint tinnitum facientia:* siquidem עכס exponente Kimchio, *est ornamentum tinniens seu strepitum edens, h. e. crepitaculorum, quæ in eo sunt, strepitu resonans.* Vide sis Pagnini Lexicon. Quo ipso in loco etiam *Abarbinel* existimat, filias Sion altis usas fuisse calceis, ad magnitudinem staturæ corporis conciliandam, (quod solenne apud Venetos aliosque,) eo quod (גבהו) *eminuisse* dicantur, item quod pedibus suis induxerint עכסים *compedes*, quarum agitatione tanto audirentur melius; aut quod portaverint חנשיטין *mundum pretiosum* (e gemmis margaritisve,) in pedibus suis, inque motu suo pedem pedi alliserint, ut h. m. monilium illorum sonantium perciperetur strepitus. Imo ex Rabbi Iischak etiam addit, quod *calceamentis suis indiderint myrrham & balsamum* ובועטות בקרקע *& conculcaverint in pavimento* (nobilia illa odoramenta;) forte cum illinc deciderent aut destillarent. De calceis taxi vel janthinis, quos e corio molli, tenero ac elegante in usum virginum matronarumque delicatarum paratos censet Osiander *in paraph.* consule Interpretes ad *Ezech.* 16. 10. item ad *Cantic.* 7. 1. Sic Sandalia Judithæ rapuisse dicuntur oculos Holofernis, *Judith.* 16. 11. & 10. 4. (forte etiam pro pretiosis ejusmodi calceis vendiderunt pauperem, *Amos.* 2. 6. & 8. 6. qua ratione hactenus agri alicujus proventus in ocrearum par a nobilibus impendi quandoque audivimus.) Num vero Hebræorum hæc calceamenta *soleæ* solum fuerint, quibus plantarum calces tantum infimæ tegerentur, cæteris prope nudis, & quæ teretibus vinctæ essent habenis, (ut *soleas* alicubi describit *Agellius*) an vero totum operuerint pedem, id equidem e sacris textibus vix opinor irrefragabiliter probari posse; imo ut apud nos Germanos, etiam pro civitatum regionumque discrimine, aliæ calceorum formæ sunt viris, aliæ fœminis præsertim virginibus, aliæ personis honoratis, aliæ colonis, aurigis, tabellionibus, &c. Ita haud dubie similis etiam in populo *Dei* diversitas deprehensa fuit quoad ipsa hæc pedum involucra. Qui tamen curiosior hic erit, adeat Sopranem *in David. digr.* 1. *cap.* 6. *f.* 380. *seqq.* itemque de Christianorum, præcipue mulierum, calceamentis pretiosis, Clementem Alex. *lib.* 2. *pædag. cap.* XI. *f.m.* 205. Quæ de *corrigiis* calceamentorum, h. e. ligulis, quæ aliquoties calceum circuirent, (uti שרוך describitur a Schindlero, notatu digna occurrunt apud Lutherum *in Comment. Genes.* 14. 23. quæ quisque illinc potest petere; de phrasi, *calceamentum solvere*, vid. Martini Delrii, *tom.* 1. *adag.* 173. *pag.* 185. Confer etiam *Jesa.* 5. *v.* 27. *Matth.* 3. *v.* 11. *Marc.* 1. *v.* 7. *Luc.* 3. 16. *Johan.* 1. 27. *Actor.* 13. 25. Quæstionis *utrum calceatus in his terris incesserit Salvator? an discalceatus?* ventilatæ cum cura, ita ut prius asseruerit inter cæteros Chrysostomus ac Augustinus, posterius autem Abulensis, Dionysius Carthusianus, Bonaventura ac Lyranus, meminit Heinsius *aristar. cap.* 3. *f. m.* 744. ubi simul asserit, Judæos tibiatim calceasse; ita ut caligam in cruce ambiret lorum seu corrigia, &c. Eandem quæstionem tractat etiam Sopranes *in Davide, digr.* 1. *f.* 378. ubi calceatum incessisse Christum dubitari non debere ait, utut non constet de tegumenti genere.

II. Sed accedendum ad rem est propius. Calceos aptabant sibi illi, qui prodituri erant in publicum, vel iter etiam facturi, in terra præcipue arenosa; æstu solis tantopere fervefacta, ubi nudo vix licuit pede incedere: Confer *Exod.* 12. 11. *Matth.* 10. 10. *Marc.* 6. 9. *Actor.* 12. 8. Quanquam enim multi Græcorum Romanorumque commemorentur, qui excalceati etiam in publicum processerint, quomodo de Nerone refert Suetonius, *ejus vitæ c.* 51. item de Catone & seniore & Photione Plutarchus *in vita eorundem;* vide sis de Spartanorum & Atheniensium hoc instituto *Nigronium de caliga c.* 2. §. 11. *pag.* 24. attamen Hebræis ejusmodi ἀνυποδοσία extra certum religionis

nis aliumve casum in usu haud fuit, cum versarentur in publico: quid enim domi factum, non attinet disquirere; novimus ex nobis ipsis, calceos præcipue sumi, cum procedendum nobis extra domum, cum domi vel crepidis utimur, vel incedamus forte nudipedes. Paupertatis siquidem indicium fuerunt calcei vel laceri, vel nulli; ut *Jes.* 20. 2. 4. 2. *Par.* 28. 15. *Luc.* 15. 22.

III. Quantum igitur ad calcei detractionem, causæ ejus esse poterant plures ac diversæ. De *leviro* ob viduam fratris defuncti neglectam discalceato, agitur *Deuter.* 25. v. 9. 10. *Ruth.* 4. *v.* 7. 8. quo ipso de instituto consuli potest *Delrio* §. I. citatus modo, item Schindlerus *in voce* נעל, Buxtorfius *synag. Jud. cap.* 30. & præcipue Seldenus *de uxore Hebr. lib.* I. *cap.* 14. *pag.* 96. De sanctitate loci, nudos requirente adstantium pedes, consule *Exod.* 3. 5. & *Jos.* 5. 15. Petitum inde, quod hodieque præ synagogæ foribus Judæi ferrum habent muro impactum, qua singuli calceos suos, si lutum contraxerint, repurgare debent, vel crepidas, si eas gestent inquinatas, omnino exuunt, referente Buxtorfio, *syn. c.* 5. *p. m.* 147. imo sacerdotes stante templo, non nisi nudipedes versari poterant in eodem; unde etiam peculiare habebant conclave, in quo hyberno præsertim tempore, calefieri poterant citius, pavimento nimirum calefacto inambulantes. Vide sis Cod. Middoth. c. I. §. 6. cum *notis Constant. L' Empereur. p.* 22. Quorsum etiam pertinet, quod de Berenice refert Josephus *l.* 2. *Bell. Jud. c.* 15. his verbis, *his, qui morbo vel aliis necessitatibus implicantur, mos est orare per* 30. *dies, antequam immolent hostias; abstinere quoque vino & capillos radere, quem morem Berenice regina illis exercent diebus* γυμνόπυς τε *nudipes etiam ante tribunal stetit, deprecans Florum.* Similia his reperimus etiam inter gentes, teste Tertulliano *Apol. c.* 40. *cum ab imbribus æstiva hyberna suspendunt, & annus in cura est, vos quidem . . . . nudipedalia populo denunciatis:* item de jejun. adver. Psychicos cap. 16. *quum stupet cœlum, & aret annus, nudipedalia denunciantur, magistratus purpuras ponunt, &c.* plura hanc in rem ex Aristide, Juvenale, Ovidio, Floro, Seneca tragico, Suetonio, nec non Prudentio adducit La Cerda *ad Tertull. t.* I. *f.* 200. Cui addi potest Pitagoras, ἀνυπόδητος θύε καὶ προσκύνει imperans. Huc Heraclius, crucem Domini Jerosolymis inferens pedibus nudis, apud *Zonaram l.* 3. & *Paul. Diac. l.* 18. Imo Origenes *apud Euseb. l.* 6. *c.* 3. illud Salvatoris de tunicis duabus calceamentisque non gerendis, intempestive sibi dictum ratus, *multis annis frigus & nuditatem toleravit, & nullo usus est calceamento, sed nudis pedibus incessit.* Quem inter nudipedales, recensitos ab Augustino *hæres.* 68. haud immerito referet rigidior judex, ut & Cordigeros ac Franciscanos Romano-Catholicos hodiernos, de quibus Danæus ad citatum Augustini locum. De libidine etiam, nudipedes faciente, textum *Jer.* 2. *v.* 15. *probibe pedem tuum* מיחף *ne sit discalceatus*, interpretatur Pineda *ad Job.* 31. 10. *n.* 8. nec non Piscator *in comm. Jerem.*

IV. Nunc ergo tandem ad lineam, nimirum discalceatum prodire in publicum signum etiam erat mœroris aut luctus ingentis; id quod inter cæteros etiam Flacius *p.* I. *Clav. fol.* 838. elicit ex illo *Ezech.* 24. 17. 23. ita scribens: *in funebri luctu soliti sunt non uti coriaceis calceamentis diebus* 30. *nudis pedibus efferre & comitari; flebantque & lamentabantur, suam miseriam deplorantes, & mortuum celebrantes clara voce, os tegebant panno lineo, & caput involvebant, præsertim in publicum prodeuntes.* Vides hinc, cur David exul incedat יחף *sine calceis*, 2. Sam. 15. *vers.* 30. itemque Achab metu perculsus ac pœnitens, ex mente Chaldæi paraphrastæ, qui I. *Reg.* 21. *v.* 27. Hebræum אט reddit יחיף *discalceatus*, quocum facit etiam Josephus l. 8. *Antiquit. cap.* 7. γυμνὸς τοῖς ποσὶ διῆγεν, haud dubie ad morem hunc mœrentium respectu habito; id quod etiam Chemnitio non improbatur *p.* 4. *Exam. C. T. f. m.* 92. quem vide. Referunt huc nonnulli prophetam ex mandato Dei discalceatum, *Jesa.* 20. 2. 3. Verum id egestatem potius præfigurare debuit, quam mœrorem; quanquam si conjunxeris utrumque, fortasse non aberraveris. Referri huc posset Carol. Borromæus, qui cum pestis Mediolani grassaretur non ante multos annos, indicta sæpe pubblica supplicatione, nudis ipse pedibus incedebat, pluresque alii ad ejus exemplum.

V. Prodeat nunc Moses noster Ægyptius, qui ritus hujus meminit *c.* 4. *Esel.* §. 3. his verbis: *portantes feretrum* אסרין בנעילות הסנדל *arcentur ab induitione sandaliorum, ne forte corrigia sandaliorum alicujus ex eorum numero solvatur* ונמצא מתעכב מן המצוה. *fiatque cunctabundus* vel impediatur *a bono opere*; (alius vertit: *& processionem impediat.*) Porro *c.* 5. §. 6. sic inquit: *unde est, quod lugenti prohibita sandaliorum assumtio? eo quod Ezechieli* (ad dissimulandum luctum) *dictum fuit: calceum tuum appones pedi tuo, unde generatim cuivis* (calceos in luctu) *pro-hi-*

bibitos fuisse elicitur. Si iter quis faciat, calceos induit ac abit; at cum in urbem se recipit, eosdem rursus deponit. Vide paragraphum ipsius capitis hujus primum, superius a nobis cap. 7. §. 3. adductum. De hodiernis Judæis ita Buxtorfius *synag. c.* 35. *qui principis funus deducunt, sive filii, sive proximi agnati, per 7. dies humi nudis pedibus sedere debent, &c.* ita & P. Fagius ad Deut. 14. 1. *nudis pedibus sequuntur funus, &c.* nec non Minhagim cap. ult. Wenn das meth (Verstorbene) noch nicht zu kefura (Grab) ist kommen/ darff der asel [Leidtragende] nicht die Schuh außthun/ postmodum inchoato semel luctu muß er die Schuh außthun/ und sol seyn Weib stehen lassen/ &c.

VI. Neque vero in solo ob mortuos luctu hunc observant morem, verum in solenni etiam illa atque annua criminum deploratione in expiationis festo idem præcipitur observandum tit. *Joma, cap.* 8. §. 1. *in die expiationis interdicitur manducatio, bibitio, unctio, sandalii induitio, debitum conjugale. Rex tamen & Sponsa lavant facies suas, & Puerpera Sandalia vel* calceos *induit, secundum sententiam R. Elizier; quanquam Sapientes prohibeant.* Ubi quantum ad calceos Robertus Sheringham *super eod. titulo* p. 193. observat, intelligendum hoc de coriaceis; poterant enim באנפלאות *impiliis* (qua de voce prolixus est Cl. Seldenus, *uxor Hebr. lib.* 1. *cap.* 14. *p.* 102. *seq.*) vel soccis ex panno aut quavis alia materia confectis uti, cum perinde hoc sit, ac si aliquis discalceatus incederet: id quod ex *Arba turim & Men B. Israel* comprobat. Calceis vero coriaceis uti poterant ægrotantes, pedem vulneratum habentes, senes, aut gravi aliqua necessitate pressi. Puerperæ idem indulgebatur 30. diebus post partum, ne a frigore læderetur; imo ubi periculum a scorpionibus vel serpentibus, singuli iisdem poterant uti. Eadem, quæ in Misna leguntur, habet ferme & Jonathan paraphrastes ad Levit. 16. v. 29. *affligetis animas vestras, abstinendo a cibo & potu, item a procreatione liberorum, & ab abstersionibus, & a calceamentis &c.* itemque Hiskuni apud Drusium *cap.* 56. *ad loca Lev. diffic.* Eadem *in synag. sua. c.* 21. refert Buxtorfius, *p. m.* 68.

CAPUT XVI.

Percussio pectoris ac femorum.

I. **N**On alienum fuisse, gentibus quoque unguibus ora *fœdare & pectora pugnis*, vidimus ex parte supra capit. 10. Nunc de eadem corporis parte, pectore puta, paulo distinctius. Præterimus autem, quæ ex profanis longa serie commemorat Kirchmannus *de funer. Rom. l.* 2. *cap.* 11. *p.* 192. *seqq.* itemque prolixius adhuc Ravanellus *t.* 2. *bibl. tit. Pectus num.* 4. nec non, *Percutere num.* 1. & Menochius *lib.* 8. *Reip. Hebr. cap.* 6. *quæst.* 9. Mammarum percussarum meminit inter cæteros etiam Artemid. ὀνειροκρ. l. 1. cap. 43. ubi luctum, præsertim mulieribus, ait per easdem in somniis eo modo tractatas significari; *hæ enim in luctu* καὶ τοὺς μαζοὺς λωβῶνται, *etiam mammas dilaniant*. Usitatum id & Præficis, de quib. actum supra *c.* 5. §. 19. idemque fœminis Ægyptiacis, de quibus ita Herodotus in Euterpe fol. m. 53. *luctus eorum ac sepulturæ tales sunt: quibuscunque aliquis decessit homo alicujus momenti, ibi omnes fœminæ illius familiæ caput sibi & vultum oblinunt luto, deinde relicto domi cadavere, ipsæ per urbem vagantes* τύπτονται ἐπεζωσμέναι, καὶ φαίνουσαι τοὺς μαζοὺς *se plangunt succinctæ, nudatis mammillis, & cum eis proximæ quæque, Altera ex parte viri* τύπτονται, ἐπεζωσμένοι καὶ οὗτοι, *& ipsi expectorati se verberant.*

II. Ad sacram nunc devenimus Paginam; & quidem *Nah.* 2. 7. (8) cum mentio esset facta *reginæ Ninives*, (ita חצב exponitur a Chaldæo, R. Salomone, R. Samuele in Kimchii scholiis adducto, a Vatablo, Drusio, Tarnovio, Luthero aliisque, in captivitatem abductæ, subjiciuntur mox ancillæ מנהגות כקול יונים *deducentes* eam, vel se invicem, *tanquam* cum *voce columborum*, id est, gementes ut columbi, vel secundum Bibliandrum: *imitantur vocem turturum*, Chaldæus מנהמן *mussitantes secundum vocem columborum*, (Jes. 39. vers. 14. 59. v. 11.) מתופפות על לבביהן *pulsantes pro tympanis pectora sua*, hoc est secundum Aberbinelem: *illæ, quæ tempore prospero pulsarant tympana ac cytharas cum cura magna nunc* ינהמו *rugient* vel ingemiscent *more columborum de pectoribus suis*, pulsatis puta forinsecus, intus vero acerbe singultientibus; vel ut habet Coccejus: *adsueverant choris ductandis cum cantu suavi ac tympanis; nunc aliter, ductant choros, sc. dum abeunt in exilium sed tanquam cum voce columbarum, & pro tympanis pulsant pectora.* Ita Bibliander: *proprie* תוף *Hebræis usurpat metaphorice, significans fore, ut plangant, seque affligentes pectora velut tympana pertundant.* Semel adhuc, alia licet forma, occurrit vox hæc *Ps.* 68. 26. de virginibus תופפות *tympanizantibus*: nomen autem תוף *tympanum*, in gaudiis alias pulsari consuetum, reperies *Jesa.* 5. *v.* 12.

v. 12. 1. *Sam.* 10. verſ. 5. *Jud.* 11. 44. *Exod.* 15. 2. *Gen.* 31. 27. Atque eodem tendit etiam Chaldæus, adhibens vocem מטרפן *contundentes*, a Rad. טרף quæ Syris Chaldæiſque etiam eſt *concutere*, uti idem patet ex Novo Teſtamento Syro, quod ipſum hoc verbum adhibet in eadem materia, *Luc.* 18. *v.* 13. & 23. 48. Non abſentit Rab. Salomo; מקישות *pulſantes manibus ſuis ſuper pectus ſuum* כהיקש *ſecundum pulſari tympana:* nec Rab. David: *Methophephoth: ſicut homo* מכה *pulſans tympanum, ſic ipſæ* מרוח *pulſant ſuper pectora ſua, pro more mulierum plangentium ac lamentantium.* De vulgata verſione *murmurantes in cordibus ſuis*, conſulantur Interpretes Romano-Catholici; ſufficiat, verum nos indicaſſe ſenſum ac probaſſe.

III. Nunc ad exempla novi etiam inſtrumenti. En itaque Publicanum, inſigne illud viri pænitentis ſpeculum, qui præ dolore ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ. Luc. 18. verſ. 13. *verum ſcilicet fontem peccatorum oſtendens cor corruptum, ex quo omnes malæ cogitationes, dicta & facta proveniunt; cogitat enim: o maledictum cor, quid feciſti, &c.* quæ verba ſunt Eminentiſſimi olim Theologi, Pol. Lyſeri, *harm. cap.* 128. Sic Auguſtinus in Pſalm. 146. *quid aliud ſignificat pectorum tunſio, niſi forte putamus, oſſa noſtra aliquid peccaſſe, cum cædimus & tundimus pectus? ſed ſignificamus, nos cor conterere, ut a Domino dirigatur.* Idem cum Publicano factitatum etiam videmus coram Chriſto crucifixo, *Luc.* 23. *v.* 48. ubi πάντες οἱ παραγενόμενοι ὄχλοι, videntes, quæ fiebant, portenta, τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη ὑπέστρεφον. Ingentem circa στερνοτυπίαν Catolico-Romanam, qui deſiderat ſubtilitatem, adeat Durandum *l.* 4. *ration. cap.* 7. *n.* 3. ubi in tunſione tria dat obſervanda; *ictum, ſonum & tactum*, nimirum ut ſic deſignetur cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatisfactio.

IV. Non vero ſoli hoc faciunt, Romano-Catholici, verum modernis etiam Verpis idem receptum eſſe hodieque oſtendit Burxtorfius *ſyn. Jud. c.* 20. *p. m.* 364. ubi confitentem peccata ſua in peculiari quodam ſcholæ loco, feſto expiationis, alter loro ſcorteo vel cingulo 39. ictibus in dorſo caſtigat, is vero, qui inter flagellandum confitetur, *ſibi ipſi ad ſingulas voces pectus plangit, &c.* Imo de Turcarum religioſis paria ferme recenſet D. Leonh. Rauwolf. *itin. part.* 2. *pag.* 151. quod ad ſingula quæque precum verba fortem pugno ictum inferant pectori ſuo, ſono peculiari, ac ſi intus omnia fuiſſent vacua, &c.

V. A pectore deſcendimus ad *Lumbos*, id eſt, carnem illam craſſiorem circa ſpinam dorſi & renes, vel quinque inferiores ſpinæ vertebras; uti vocem hanc Latinam declarat *Iſidorus*. Dicitur hæc corporis pars Hebræis חלצים a Rad. חלץ *accinxit ſe*, eo quod antiqui circa lumbos latiore ſe cingulo conſtringerent, (ferme ut laborantes lavanteſque apud nos fœminæ,) ut expeditius fortiuſque ſua peragerent, minuſque a fluidis laxiſque impedirentur veſtimentis. Vide ſis Jeſ. 5. v. 27. c. 11. v. 5. Job. 38. v. 3. c. 40. v. 2. 1. Reg. 18. v. 46. item quæ notavimus Prov. 31. verſ. 17. & quæ de *Lumbis* ut & phraſi, *eſſe in lumbis, exire e lumbis*, profert Cl. Feſſelius *lib.* 2. *adverſ. ſac. cap.* 3. Ejuſdem cum *chalazajim* ſignificatus eſt etiam מתנים nimirum deſignat & illud *Lumbos*, ſuper, vel ad quos olim geſtabatur gladius, 2. *Sam.* 20. 8. Nehem. 4. v. 18. &c. Prout igitur in hac corporis parte ſedes ſtatuitur Libidinis, exponente inter cæteros Dn. Franzio *de interpr. Scr. S. p. m.* 859. (unde etiam a *Lubidine Lumbos* opinatur dictos *Iſidorus*,) ſicut etiam Lumbis aſſignatur vis procreandi, uti conſtat ex phraſi; *exire de lumbis, &c. Gen.* 35. 11. 1. *Reg.* 8. 19. 2. *Par.* 6. 9. ita e diverſo lumbis etiam inſunt parturientium præcipue tormina, adeo ut in puerperio mire iidem convellantur, ac plane luxari diſtrahique videantur, uti conſtat ex Nah. 2. 10. ubi de Ninive in forma mulieris dicitur: *cor liquefactum erit, & colliſio genuum, & dolor in omnibus* מתנים *lumbis, &c.* ad quem mulierum dolorem alludi etiam videtur *Jeſ.* 21. *v.* 3. *propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, anguſtiæ apprehenderunt me, &c.*

VI. Illinc ergo eſt, quod graviter dolentes ambas lateribus applicare ſoleant manus, corpus veluti fulcire annitentes, & loca ſimul dolentia contrectantes, (juxta tritum illud: *ubi dolor, ibi manus*,) vel etiam dolorem hypochondriorum, ex atra bile effuſa oriundum, (ut conjicit *Flacius pag.* 1. *Clav. f.* 632. *l.* 61.) minuere ſtudentes, &c. Quam in rem facit textus *Jerem.* 30. *v.* 6. ubi ſic inquit Dominus: *videte, an pariat maſculus? quare ego vidi omnem virum habentem manus ſuper lumbos ſuos, inſtar parturientis, & verſæ ſunt omnes facies in pallorem?* ad quæ *Kimchi* annotat, propter tormina parturientis vehementia, quæ dolores antecellunt alios, comparari milites fœminis ejuſmodi anxiis, ad indicandam anguſtiæ copiam, &c. Huc & illud Ezech. 21. 6. *ingemiſce* בשברון מתנים *in* (præ vel cum) *contritione lumborum*, hoc eſt,

ut pertundas lumbos, ac ferme confringas. Non tamen desunt huic loco etiam expositiones aliæ, quas lubens prætermitto.

VII. Eadem, quæ modo audivimus de Lumbis, deprehendere quoque licet in *Femore*, ex luctu percusso; quamvis hæcce duo, lumbi scilicet & femora, in Sacris promiscue ferme adhibeantur, ut constat ex Exod. 1. v. 5. Jud. 8. vers. 30. ubi *exire e femore* coincidit cum superiore illo: *exire e lumbis*. Alias equidem *Femur* ab Auson. Popma *de differ. voc. p. 126.* describitur, quod sit ea corporis pars, quæ est a coxa ad flexum pedis; quantum ad partes puta exteriores, interiores enim mollesque illæ vocantur *Femen*: plura suggeret Martinius *in lex.* eadem voce *Femen*. Interim tamen non omnis ubique sublata existimari debet discrepantia *Femorum* ac *Lumborum*; de femoralibus enim Exod. 28. 42. sancitur, eadem incipere debere ממתנים *a lumbis*, & pertingere usque ad ירכים *femora*, distincta igitur hic designari etiam pueri sentiunt. Ut ergo lumbos, ita & Femora in luctu legimus percussa, etiam apud profanos; sic namque Ovid. *lib.* 11. *metam. vers.* 82. femur mœrenti plangere dextra; & Plautus anxie meditabundum describens, milit. a. 2. sc. 2. v. 47. *pectus digitis pultat, cor credo evocaturus est foras; Ecce autem avertit, nisus læva; in femine habet lævam manum, dextera digitis rationem computat, feriens femur dextrum ita vehementer, &c.* Ita Homerus Ulyssem valde perturbatum depingit ὀδυσσ. N. v. 198. *flevitque postea* καὶ ὤ πέπλήγετο μηρὼ χερσὶ καταπρήνεσσ. ὀλοφυρόμενος δὲ ἔπος ηὔδα *& sua percussit femora manibus dejectis; lugens autem locutus est, &c.* Itemquem Achillem, qui Patroclum, igne jam naves corripiente, allocutus est μηρὼ πληξάμενος, femora percutiens (*Iliad.* 11. *v.* 124.) Talem ergo gestum in animo etiam habuit Jeremias, in persona Ephraimi, ita scribens cap. 31. 19. *postquam conversus sum, pœnituit me, & postquam ostensum est mihi* ספקתי על ירך *percussi femur*: nimirum, ut Kimchi, addit: כמצטער ומתאבל *instar valde anxii ac lugentis*, Abarb. כאדם מתחרט *sicut homo resipiscens*; ita Piscator quoque ait esse *metonymiam effecti, cum ille sit gestus lugentium*. Sic etiam Ezechieli dicitur cap. 21. 12. (17) *clama atque ulula*, ... ספק אל ירך *plaude super femur*, nimirum juxta Jarchium: לנהי ולקינה *ob planctum ac lamentum*. Quæ Fullerus disquirit *l.* 5. *misc. c.* 1. de quinione costarum, haud abs re afferri possunt ad ea, quæ jam sunt dicta.

CAPUT XVII.

Absconsio. Tectorum conscensio. Divagatio per plateas. Incessus lentus.

I. UT supra ex Seneca Tragœdo audivimus; *curæ leves loquuntur, ingentes stupent*, ita dispari quoque modo videmus comparatos lugentium pedes, quorum aliqui corpus deferunt ad latebras, alii circumferunt per plateas, compita ac vicos; puta pro ratione casuum, vel ingentium vel leviorum; prout iidem vel recentes, vel quodammodo remittentes, pro conditione temperamenti, vel melancholici, vel cholerici, &c. Atque sic de Ægyptiis, Syris ac Lydis refert Plutarchus *ad Apollon. f. m. 69.* quod in luctu sese penitus abdiderint in scrobes, & in tenebris egerint, quasi indigni, qui voluptatem aliquam caperent ex luce & aspectu solis. Quorsum fenestræ omnesque lucis aditus occlusi apud alios, quod intendere videtur Nazianzenus *in orat. de Maccab. quæst.* 22. non tenebras concludam, ut ipse quoque aer mecum lugeat, non consolatores expectabo, &c.

II. Ratio autem instituti hujus divinatu facilis: nimirum omnis, qui dolet serio, simul etiam *pudore* affectum se sentit, ob subtractum, in quo tantopere antehac sibi placebat, bonum; quem vero pudet sui status miseri speive decollantis, is non subit facile aliorum conspectum, quin latebras potius amat, ut tanto suis speculationibus indulgeat liberius. Imo, qui ob bonum mœret amissum malumve immissum, is *metu* non vacat, de ulterioribus, forte ærumnarum impetibus secuturis: is *odia* intra se concipit tacita adversus eos, qui prosperiore fruuntur sorte, vel quos non dolere secum, sed clam potius sibi gratulari suspicatur, ac proinde eosdem cupit a se remotissimos. Proclive illinc *tædium*, conversationem aliorum omnem aversans, eo quod similis simili gaudeat, dissimilemque fugiat, quales sane sunt mœrenti omnes, qui habent melius. Taceo alia, quæ melancholicis per se sunt notiora, quomodo nil magis eosdem deliniat, quam solitudo.

III. Hinc itaque est, quod pro ratione temporis aut casuum aliqui petierint eremos, alii remotiora sepulcrorum loca, alii speluncas, alii secretiores domuum recessus, inibique se continuerint, alieni ab omni celebritate, conventibus publicis, conviviis, nuptiis, ludis, donec paulisper sedati fierent animorum sæviores motus atque turbæ. Exempla & præcesse-

ſerunt, & ſequentur. Unum modo intueamur jam Davidem, qui percepto mortis Abſalomi nuntio infauſto, aſcendit in cœnaculum portæ, ibidemque flevit, 2. Sam. 18. v. 33. adeo ut ſubditorum nemo præſentiæ ejuſdem redderetur compos; unde & Joab egreſſum alloquiumque populi quodammodo imperat, *cap. 19. v. 7. nunc ergo ſurge, egredere, &c.* cum quo facto confer illud 2. *Sam.* 12. *verſ.* 20. *ſeqq.* de mœrore ob moribundum filiolum agitato intra conclave; ſiquidem ut Sanctius hic ſcribit: *abjecit ſe in terram, ſeceſſit in locum ſeparatum a turba aulicoque ſtrepitu, &c.* Ad quem ipſum morem alluditur, Ezech. 31. 15. ubi Abyſſo, Libano arboribuſque agri per proſopopœjam lugubria hujuſmodi tribuuntur: *Lugere feci, operui concluſæ NB. ſunt aquæ ejus, atrum induxit habitum, &c.* Sic ſimilem eſſe paſſeri ſolitario, Pſal. 102. v. 8. item ſedere ſolitarium ac tacere, Thren. 3. v. 28. & 1. v. 1. Ita Nah. 3. v. 11. urbi Ninive prædicitur: *etiam tu inebriaberis, eris* נעלמה *abſcondita, &c.* videlicet tum ex pudore, tum metu, tum luctu. Referimus huc, quæ noster habet Maimonides c. 7. Efel. §. 5. *lugens diebus tribus primis non procedit, neque ad domum lugubrem aliam. Elapſis vero illis procedit quidem, ſed non ſedet loco conſolantium, verum ſolamina ſuſcipientium. Neque etiam prodit ad locum ullum alium e foribus domus ſuæ totó ſabbatho primo, altero prodit quidem, ſed non ſedet loco ſuo; tertio ſedet quidem in loco ſuo ſed non loquitur pro more ſuo; quarto demum ſimilis fit cunctis reliquis.*

IV. Quandoquidem vero non eadem lugentium quorumvis temperies, idcirco mirum videri non debet, ſi quoſdam ipſorum ſub dio reperimus, in loco quadantenus publico, nimirum in *Tectis*, in quibus quæ gerebantur, palam geri cenſebantur, 2. *Samuel* 16. *verſ.* 22. *Matth.* 10. *verſ.* 27. *Luc.* 12. *verſ.* 3. quanquam, ſi forte ædificium contiguis domibus cæteris eſſet eminentius, tecta etiam præbuerint orantibus optatam ſolitudinem aut ſeceſſum ſecretiorem; *Actor.* 10. *verſ.* 9. imo & latibulum, *Joſu.* 2. *verſ.* 6. 8.

V. Quantum itaque ad luctum in locis nominatis, en textum *Jeſa.* 15. *verſ.* 3. ubi de Moabo, calvitium in cunctis gerente capitibus nec non ſucciſam barbam; *in plateis ejus accinget ſe ſacco,* על גגותיה *in tectis ejus, & in plateis ejus tota ipſa* (natio) *ululabit deſcendens in fletum.* Parallelus eidem eſt ille Jerem. 48. verſ. 38. *Super omnibus tectis Moab & in plateis ejus nil niſi planctus.* Ubi Kimchi annotat, *manifeſtum ſeu publicum b. m. indicari planctum, ubi tam in tectis quam in plateis conſpici poſſunt a quibuſvis aliis iidem plangentes.* Injuriam proinde facit Kimchio Maldonatus, ac ſi על accipiat non pro *Super*, tanquam de loco, ſed pro *Propter*, tanquam de luctus materia: quod ſane cum allegatis Judæi verbis non quadrat. Interim ea non improbamus, quæ Jeſuita affert de tectis in Judæa ſuperne complanatis (nec inſtar noſtrorum faſtigiatis,) quæ ſtrata erant lateribus, & lita cœmento; qualia hodie, ait, in Boetica noſtra & in Italia ſunt multa, ut etiam Hieronymus adnotavit *in epiſt. ad Suniam & Fretell.* quæ ipſa tecta Romæ *Solaria* vel *Meniana* vocabantur, quo verbo Svetonius *in Calig. cap.* 18. uſus eſt: in quibus tectis in hyeme apricabantur, in æſtate noctu cœnabant, & ſub dio dormiebant, & ſæpe ad confabulandum conveniebant. Vide, ſi lubet, hac de tectorum ſtructura Schweigg. *itin. pag.* 263. Rauwolfii *itin. lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 25. (ubi germanice deſcribit: Die Behauſungend gemeiniglich in Morzenländern oben gank flach / welche für die Tächer mit einem Oeſterich bedecket / daſs man darauff / ſo weit die Behauſung / kan umbgehen: alſo begibts ſichs täglich / daſs die Nachbarn auff ihren Häuſern von einem auff daſs ander gehen und einander heimſuchen / auch die Nächte / ſonderlich zu Sommers zeiten in der Kühle darauff ſchlaffen. Item *lib.* 3. *cap.* 4. *pag.* 334. Scultet. *lib.* 2. *exerc. cap.* 56. Druſ. *Proverb. cl.* 2. *lib.* 3. *num.* 66. Cocceji. *tit. maccoth. pag.* 111. Conſt. L'Emper. *cod. middoth. pag.* 160. *ſeq.* Montacut. *par. poſt. orig. eccl. f.* 84. Menoch. *lib.* 7. *reip. Hebr. cap.* 5. *quæſt.* 11. J. C. Dieter. *pag.* 2. *antiqu. bibl. pag.* 50. *ad Deut.* 22. 8.

VI. Et ne Moabitis forte ſolis hunc in tecto lugendi morem tribuamus, en textum etiam de ipſa adeo urbe ſancta Jeſa. 22. verſ. 1. *quid eſt tibi nunc, quod adſcenderis univerſa tu in tecta? tumultibus plena urbs tumultuans, &c.* Quem ipſum quidem adſcenſum *Kimchi & Rab. Salomo* cenſent factum ex metu irrumpentis hoſtis, ut in tectis atque turribus vel aliquandiu tuti eſſent, vel illinc depugnarent; id quod in oriente alias inſolens non eſt, uſque adeo, ut hoſtes etiam quandoque urbem jam occupatam coacti ſint rurſus deſerere, ob civium e tectis miſſilium lapidumque imbre belligerantium animoſitatem. *Aberbinel* conſuetudinem mulierum opinatur tangi, quæ adventantes exercitus luſtraturæ conſcendunt tecta, quanquam aliud quoque ex mente Sapientum proferat de Sacerdotibus, in templi tecta claves deportantibus, &c. Verum non opinamur nos aberraturos, ſi & hic cum Chriſtianis interpretibus

non

non paucis aſſeramus, luctus agitandi cauſa tecta fuiſſe hominibus oppleta, quomodo *Jerem. 7. verſ. 29.* dicitur: *tonde cæſariem tuam, & projice, & ſume,* על שפיים *ſuper locis editis lamentum;* ut ſcil. tanto latius ejulatus tuus audiatur, alioſque ad ſimile officium invitet.

VII. Quæ de tectis modo dicta ſunt, eadem quoque præ foribus & in plateis publicis geſta deprehendimus ex iiſdem locis, Jeſa. 15. verſ. 3. *in plateis accingunt ſe ſacco:* cap. 22. 6. 1. *tumultibus plena urbs tumultuans:* cap. 24. verſ. 11. *clamor ob vinum in plateis: obtenebrata eſt omnis lætitia, migravit gaudium terræ,* Jerem. 48. verſ. 38. *in plateis ejus totus erit planctus.* Quibus adde *Cob. 11. verſ. 5. in plateis circumibunt lugentes,* & Pſal. 144. verſ. 14. *nullus clamor in plateis noſtris.* E quibus locis omnibus colligitur, in mœrore, præſertim communi aut publico, non intra ædes ſemper continere ſe potuiſſe incolas afflictos, verum promiſcue per vicos atque compita, non citra ejulatum, eoſdem fuiſſe divagatos, ſocioſque velut mœroris ſui h. m. conquiſiviſſe.

VIII. Incompoſitæ huic oberrationi aliud ſubjicimus ambulandi genus, *Inceſſum,* puta *lentum,* ubi ægre ob virium ex mœrore decrementum promovebatur corpus, arctique plane fiebant greſſus, non ſuperbientium more, *Jeſa. 3. 16.* ſed ſecundum regulas debilium vel exhauſtorum. Exemplum eſto Achab, 1. *Reg. 21. verſ. 27.* qui ex mœſtitia *ſcindebat veſtimenta, circumcingebat ſaccum, in ſacco cubabat, incedebatque* אט *lente* vel ſenſim. An hoc ſecundum Vulgatum ſit proprie *demiſſo capite* incedere, doceat locorum voculæ אט (quam R. Nathan declarat per כנחת *cum quiete, tranquille ſenſim,*) inductio. Ter ſiquidem ea occurrit adhuc; Geneſ. 33. verſ. 14. *ego incedam* לאטי *ad quietem meam,* vel pro ratione inceſſus mihi competentis *ad pedem gregis, qui eſt ante te, &c.* dein 2. *Sam. 18. verſ. 5.* ubi David ad Joabum: לאט *leniter propter me tractate puerum Abſolom:* & denique *Jeſ. 8. verſ. 6.* de aquis Siloah, quæ incedunt לאט *lente pedetentim,* ſine ſtrepitu graviore. Hinc Kimchi de eodem hoc Achabo: *ambulabat in domo ſua* לאט *quaſi homo* דואג *ſolicitus* vel anxie meditabundus. Eodemque ſenſu R. Levi B. Gerſon: *incedebat* בנחת *cum quiete* vel ſenſim, *inſtar lugentis* וכמנודה *& inſtar excommunicati; vel indicare vult, ipſum ambulaſſe* בסתר *clam, ne alii ipſum conſpicerent homines tanquam lugentem & excommunicatum.* Quid Chaldæus, & cum eo R. Salomo, hic ſentiat, tactum ſupra cap. 15. §. 4.

CAPUT XVIII.

Humicubatio.

I. QUi in terram projecti oſculabantur pulverem, demonſtrabant eo modo, ſe imperia eorum, coram quibus id fiebat, pronos capeſſere, imo ſe iiſdem velut proculcandos ad lubitum exponere ſua corpora; quem Orientalium morem ſatis expreſſe eruimus inter cætera ex illo Curtii *lib. 6.* ubi Alexander M. Macedones ſuos, uti cæteros Orientales venerabundos, vult *humi jacere.* Et Valerius M. lib. 8. cap. 1. meminit Piſonis, qui humi jacens proſtratus, adeo ut os ejus repleretur cœno, totam quæſtionem a ſeveritate ad clementiam tranſtulit. Pertinent illuc Scripturæ phraſes; *Ad terram incurvari, lingere pulverem terræ vel pedum alicujus, proſternere ſe, de pulvere erigere aliquem, &c. Pſal. 72. 9. 113. 7. Mich. 7. 17. Jeſa. 49. 23. Thren. 3. 29.* atque alibi: item quod oraturi fuerint quandoque πεσόντες ἐπὶ κοιλίαν, 2. *Maccab. 10. 29.* quod obſervatum etiam ab ipſo noſtro Salvatore, *Matth. 26. 39. Marc. 14. 35. &c.* Imo ob gaudium tale quid ab Abrahamo factum cenſet Lutherus ad *Gen. 17. 17.* ubi tamen honor non excluditur, ſed præſupponitur.

II. Lugentium tamen & hanc fuiſſe humicubationem, ita ut præ dolore animi vix pedes amplius ſuſtinere poſſent corpus; quin imo in pavimentum quaſi demitterent, docent monumenta non pauca. Nautæ equidem lugentes Tyrum, ſparſo jam ſuper capitibus pulvere, in cinere ſe volutant; *Ezech. 27. verſ. 30.* Ubi Propheta adhibet verbum התפלש, quod Rab. Nathan *in capit. conc.* ait habere ſignificationem בסיי כעפר ואפר *opertionis, pulvere vel cinere* factæ; & Mar. Marinus *in Arcâ* reddit, *volutant ſe.* Unde quodammodo elicimus cauſam ipſiuſmet hujus moris; videlicet idcirco in terram procidunt iſtiuſmodi dolentes, quia viribus defecti nec ſtare amplius nec ſedere poſſunt, ſed præ tædio ſimul miſeræ adeo vitæ, toti corruunt, terræ ſe tanquam matri commiſeranti committentes, ut ab hac occultentur, quam propterea manibus veluti digitiſque perfodere nituntur, cinerem, ſibi pulveremque, ut ſupra vidimus, inſperſuri. Quorſum facit, quod ipſum hoc פרש Syris Chaldæiſque eſt *ſcrutari, fodere, effodere.*

III. Pari modo paſtoribus *Jer. 25. verſ. 34.* dicitur: *ululate, clamate,* התפלשו *volutate vos;* ubi Chaldæus: *operite capita veſtra cinere.* Itemque Synagogæ Judaicæ

cæ cap. 6. verf. 26. *filia populi mei accinge te facco*, והתפלשי באפר *& voluta te in cinere, luctum unici fac tibi, &c.* Denique fupereft locus Mich. I. 10. *in Gath ne indicetis, flendo ne fleatis*, בבית לעפרה *in domo Aphea* (vel, *propter domum Aphra*, quæ urbs erat tribus Beniamin, fecundum Pagninum, Schindlerum, Munfterum, Pifcatorem, Drufium, Tarnovium aliofque) עפר התפלשתי *pulvere confperge te*, vel fecundum alteram lectionem, *confperfi me* vel volutavi me: Lutherus: gehet in die Trauer kammer / und ſitzet in die Aſchen / quo fere modo etiam Forfterus exponit appellative de *Pulverario*, videlicet ut Vulgatus acceperat: *in domo pulveris pulvere vos confpergite*. Ne quid tamen diffimulem, ipfemet Lutherus hanc fuam Vulgati imitationem correxiffe videtur in comment. *tom. 4. Jen. Lat. f.* 545. ubi de nomine proprio urbis Beniamin interpretatur, cujus fit mentio *Jef.* 18. *verf.* 23. Quicquid fit, remanet interea hoc, quod in ærumnis grandibus in cinere (five incenfurum urbium, five ex foco aut aliunde collecto,) fe volutarint pronos, vivofque fe fic veluti fepelire fuerint conati. Hinc & Aberbinel, Kimchi & Rabbi Salomo Mich. loc. cit. declarant per התגלגלי *voluta te in pulvere*. Kimchi fuperaddit התעטפי *& obrue temetipfum*, lugentium videlicet more modoque. Vide fis eundem de עפר & אפר *pulvere & cinere*, quæ non raro fynonymæ item de paronomafia in lamento hocce prophetico, &c.

IV. Præter adductum vero verbum *Hitphallefch* occurrit etiam aliud, & quidem monadicum, vel cui frater non eft, fecundum Aben Efræ notam, in eadem hac materia *Thren. 3. verf.* 16. confregit lapillis dentes meos, הכפישני *operuit me pulvere*, fubagitando velut me aut fubjiciendo violenter, (refpectu fcilicet habito ad verbum foni elementorumque pene eorundem כבש *fubegit, fubjecit*,) vel Rabbi Salomo declarat; *fubvertit me in cinerem* ככלי הכפוי *ficut vas inverfum* על פיו *fuper orificio fuo*. Hinc Chaldæus: בנע *humiliavit me in cinere*. Del Rio equidem in *comm. hoc loco* fuum omnino Vulgatum, *cibavit me cinere*, vult fequendum. Verum æquior ipfo Cornel. a Lapide, h. m. concilians cum fontibus vulgatam: *Proftravit me, ut humi fedens in cinere, cum eo panem meum mifcere debeam, Pfal.* 102. *verf.* 10.

V. Progredimur ad loca alia: Job. I. verf. 20. *Scidit pallium fuum* (Job) *& totondit caput fuum, & cecidit in terram* וישתחו *& incurvavit fe*: Cap. 2. verf. 8. *& ipfe* (ulcerofus) *fedebat in medio cineris*, cap. 42. 6. *refipifco* nunc על עפר ואפר *in pulvere & cinere*, in quo videlicet hactenus confedi præ miferiæ magnitudine, &c. Jobum quadantenus imitabantur etiam Amici, qui confpecta ipfius forte confident una cum ipfo dies atque noctes feptem, nec ob plagæ immenfitatem alloqui eundem audent, *cap.* 2. 13. Et quod magis mireris, etiam regibus videmus tale quid obfervatum; Achab fiquidem in facco cubat, I. *Reg.* 21. 27. Rex Ninive, fepofito regali pallio, & affumto in ejus locum facco, *defidet* על *fuper cinerem*, Joh. 3. verf. 5. David ob ægrorantem fobolem contriftatus, jejunat, pernoctat, *& in terra cubat*, 2. Sam. 12. 16. 20. & non multo poft, cum fama interfecti advolaret feminis regii, furrexit idem David, (de folio fcil. regali,) fciffifque veftimentis *jacuit inter terra*, cap. 13. verf. 31. De Jofua poft cladem prope Atfactam, paria referuntur Jof. 7. verf. 6. *fcidit veftimenta fua, cecidit in faciem fuam in terram coram arca Domini ufque ad vefperam, ipfe & fenes Ifrael, & pofuerunt pulverem fuper caput fuum.* Unde eidem inquit Dominus verf. 10. *Surge, ut quid tu cadis fuper faciem tuam?* De Senioribus filiæ Zion commemorat Jeremias Thren. 2. 10. *federunt in terra, conticuerunt, impofuerunt pulverem fuper caput fuum, &c.* Et in principibus maris vaticinatur Ezechiel, cap. 26. verf. 16. audito Tyri excidio, *defcendent de foliis fuis, & removebunt pallia fua, & veftimenta fua difcoloria exuent, ftuporibus induentur, fuper terram fedebunt &c.* Quibufcum confentit oraculum Jeremiæ, XIII. 18. *dic regi & Reginæ: humiliate vos, fedete humi, quoniam defcendit de capitibus noftris corona gloriæ veftræ.* Atque ad hos mores allufum etiam videbis *Jef.* III. 26. XXIX. 4. XLVII. I. 5. LII. 2. *Jer.* XIV. 2. *Thr.* III. 29. *Pfal.* XLIV. 26. CXIX. 25.

VI. Sic igitur humi vel fedebant, vel proftrati jacebant; quidam *ad vefperam ufque* ut de Jofua modo audivimus, *Jof.* VII. 6. quidam *per noctem* in facco commorabantur, *Joel.* I. 13. *conf. Jof.* LVIII. 5. nunquid hoc jejunium, quod elegi, ... *ut faccum & cilicum* יציע *fternat* quis? hoc eft, fecundum Chaldæum, ut in facco & cinere באת *pernoctans* fit, (a בות pernoctare.) quidam *per integrum feptiduum*; ficut feciffe Davidem colligimus ex 2. *Sam.* XII. 16. *feqq.* ubi humi cubaffe, neque cum fenioribus aulæ fuæ cibum capere voluiffe fcribitur, menfa fcil. folenniter pofita & instructa, ex mente B. Chemnitii *lib.* 4. *exam. Conc. Trid. fol. m.* 92. Id quod feptiduum obfervarunt etiam amici Jobi, *cap.* II. *verf.* 13.

VII.

VII. Tranſit autem hæc ipſa Hebræorum conſuetudo, ad gentem Dei ſanctam ſub fœdere Novo, ſiquidem ex mœrore ob peccata procidebant Chriſtiani in faciem, terramque velut deoſculabantur, uti de Natalio, ſacco induto, cineribus conſperſo, ad epiſcopi pedes provoluto, deque aliis pluribus commemorat noſter Chemnitius P. 4. *exam. C. T. de ritib. publ. pœn. ſ. m. 62. ſeqq.* Si lubet, ſubtilitatem octuplicem circa proſtrationes orantium matutinas cognoſcere, adi Durandi *ration. lib. 5. cap. 5. num. 14. & 15.* Verum id noſtri non eſt inſtituti: ſubnectimus ſolum Hebræos modernos, qui feſto præſertim Expiationis, tapetibus pavimentum ſternunt vel etiam gramine, ne lugubri die, quo multum proſternere ſe debent & omnino humi procumbere, prætioſas ſuas veſtes collutulent, &c. ut eſt in Buxtorfii *ſynag. cap. 21. p. m.* 368. ita confitentes etiam peccata ſua, proſternunt ſe humi vultu ad ſeptentrionem verſo, *cap.* 10. *pag.* 364. & celebrantes jejunium die 9. Julii nudis incedunt pedibus, *humi ſedent*, triſtes tantum hiſtorias, Jobum & Threnos legunt, &c. *ibid. cap. 25. pag.* 388. Sic denique de lugentibus refert *cap. 35. pag.* 452. eoſdem a ſepultura reverſos, inque ſcholam pergentes, *humi ſedere*, mox de loco in locum ſubſilire, & ſepties ad minimum ſedem mutare. Et quidem, qui principes deduxerunt funus, ſive filii, ſive agnati proximi, per VII. dies *humi nudis pedibus ſedere debent, nullas carnes comedentes, &c.* Idipſum tangit etiam Cl. Coccejus *tit. Sanhed. pag.* 51. ubi inter cætera & hoc habet de lugente: *in toro ſublimi non ſedet niſi ſabbatho aut feſtis diebus.*

VIII. Audiemus jam Maimonidem noſtrum cap. v. Efel §. 17. & 18. unde eſt, *quod nemo lugentium ſedet* על המטה *ſuper lectos, quia dicitur* (2. Sam. 13. 31.) *& ſurrexit rex, ſciditque veſtimenta ſua, & procubuit in terra. Tenetur vero* לכפות *invertere* (Elias in Thisbi reddit שפורצן ſtürtzen) *lectum integro ſeptiduo, neque lectum tantum ſuum ipſe invertit, ſed & lectos ſimul omnes, quos in ſua habet domo. Etſi decem habeat lecto in decem diſtinctis domibus aut in decem* עיירו' *urbibus tenetur tamen invertere ſingulos; & etiamſi quinque ſint fratres moriaturque ex iis unus, ſinguli tamen ſuperſtites ſuos* כופתין *conſtringunt* (vel poſito hoc, pro cognato, quo toties uſus erat, כופין) *invertunt lectos.* ‌חמטה המיוחדת לכלים או למעות: *Lectus vero deſtinatus ſuppellectili aut pecuniæ* (illic ſc. recondendis aut reponendis, adeoque ad decubitum non uſurpatus,) *non opus habet ſubverſione:* דרגש *lectum minorem*, (qui ſcil. poni ſolebat ante lectum majorem, & ex quo veluti per ſcalam adſcendebant in illum, ita Buxtorfius *in lex. Talm.* vel juxta *Keſeph miſne ad h. l. Maim.* Dargaſch eſt lectus, qui non internectitur funibus diſtenſis ſed qui ex pelle eſt, quam colligant ברצועו בארובוי ligulis vel loris in ſponda illa; ſolvens proinde lora, quibus ligata pellis, facit ut in terram ruat,) *non tenentur invertere; ſolummodo ſolvunt* קרביטיו *laqueolos ejuſdem & ſponte ſua concidit Lectus, cujus* נקליטיה *poſtes oblongi* (vide Buxt. lex. Talm. f. 1389.) *procedunt, relinquitur; & ſi* זוקפה *levavit ipſum, num ſubvertit queat, ſatis eſt. Si quis ſubverterit lectos ſuos omnes, dormieritque ſuper lectis aliorum, vel ſuper* כסה *ſolio, vel ſuper* ארון קרקע *area in pavimento parata:* לא יצא ידי חובתו אלא ישן ענ המטה הכפויה: *non ſatisfecit officio ſuo niſi dormiverit ſuper lecto inverſo.* Si quæras, num hodieque receptum id recutitis?] en reſponſum ex Schulchan Aruch *part. 2. pag.* 111. (quem locum debeo Clariſſimo Viro mihique Amiciſſimo, Dn. Johanni Friſchmuthio, Profeſſori Jenenſium Celebratiſſimo:) עכשיו לא נהגו בכפית המטה מפני שואמרו הכיתים שהוא מכשפות ועוד שאין המטות שלנו עשויות כמטות שלהן כדי שיהא נכר בהם כפייה: *h. e. hodie non ſolent lectulum invertere, propterea quod Cuthæi* (ſeu gentiles vel religionis noſtræ hoſtes) *dicunt; illam habere rationem præſtigiarum. Huc accedit, quod lecti noſtri non ita formentur ut illorum, nec inverſio ibi cognoſci queat*, vel, ut inverſio ad eoſdem non quadret. De gentilium volutatione, capitumque ad ſolum alliſione, audivimus jam ſupra Lucianum, *cap. 9. §. 3.*

CAPUT XIX.

Ceſſatio a labore, nec non operibus pietatis.

I. Qui in pavimento deſidebat, ſive mechanicus eſſet, ſive mercator, ſive aliud vitæ genus tractans; parum ſane quantumvis voluiſſet, expedire potuiſſet laborum ad ſe pertinentium. Unde in proclivi eſt colligere, otium hac ratione ipſi injunctum fuiſſe; id quod clarius adhuc determinavit noſter Moſes *c. 5. Efel. §. 7. ſeq.* ubi expeditionem negotii in luctu prohibitam illinc probat, quod dictum ſit: (Amoſ. 8. 10. *convertam feſtam veſtra in luctum. Sicut proinde in feſtis prohibita negotiorum expeditio, ita etiam in luctu. Et ſicut lugenti interdictum facere negotium, ita quo*que

que accipere & dare in mercimoniis, nec *non iter facere de urbe ad urbem* mercimoniorum cauſa. §. 8. „ Toto luctus „ inchoantis triduo abſtinendum a nego- „ tiis expediundis, etiam ſi quis egenus „ fuerit ex aliorum victitans eleemoſy- „ nis. Hinc & ulterius, ſi fuerit ege- „ nus, laborans clam intra ſuam do- „ mum, aut mulier fila ducens de colo „ intra ædes ſuas, prohibetur tamen pa- „ riter ab iſthoc ſuo labore. §. 9. Si duo „ fratres vel ſocii fuerint בחנות in ta- „ berna (aut officina mercatoria numu- „ lariave,) eadem, obtingatque alteri „ ipſorum luctus, claudunt tabernam ſe- „ ptiduo. §. 10. Etiam illæ res quæ pro- feſto ſolennitatis (quales ſunt inter primum ſeptimumque Paſchatos, inter primum item & octavum feſti Tabernaculorum,) ſunt licitæ, prohibitæ tamen ſunt in luctu, ſi quis ſcil. ſua manu ve- „ lit eas expedire; alii tamen expedire „ poſſunt eas in ipſius commodum. Si „ v. gr. vertendæ fuerint olivæ, occlu- „ denda lintea, &c. conducuntur alii „ mercede, qui idem expediant, ne da- „ mnum oriatur ex laborum illorum in- „ termiſſione. §. 11. *Hortulani* שכירין שלו והקבלניהם *& quos illi haben conductores* (h. e. qui ab iiſdem conduxerunt hortum, vineam, olivetum & ſimilia pro certa fructuum ſumma,) *faciunt ſecundum ſuam conſuetudinem. Verum agaſones & camelarii cum jumentis ſuis, nec non nautæ cum navibus ſuis, talia non poterunt facere, niſi conducti fuerint aut pretio antehac ad certum tempus coemti; tunc ſiquidem laborare ipſis eſt conceſſum*. Plura de his conductitiis §. 12. & 13. Porro de cauſis forenſibus ſic pergit §. 14. *Si cui litigium* vel cauſa forenſis *fuerit cum aliquo, non vocat eum in jus toto luctus ſeptiduo. Verum ſi cauſa patiatur detrimentum, ordinat mandatarium*. Eampſe a fori negotiis ceſſationem e portarum vel curiarum occluſione in anguſtiis gravioribus, probare nititur Menochius *l.* 8. *reip. Hebr. c.* 7. *quæſt.* 1. adductis textibus *Jeſ.* 24. 10. III. 26. *& Jerem.* 14. 2. De ſuperiori autem mercimoniorum materia plura adhuc ſubjicit Noſter c. 6. §. 9. *ob quoſvis mortuos integrum eſt proficiſci mercaturæ cauſa, elapſo triceſimo; ob patrem vero matremve defunctos non licet, niſi cum increpuerint lugentem ſocii ejuſdem, atque ad eundem ſecum fuerint cohortati.* §. 9. *Eſto funus quodcunque fuerit, in poteſtate eſt lugentis, ſi velit, negotia diminuere, vel etiam ſecus, ſi nolit; quod ſi pater obierit aut mater, omnino negotia diminuere tenetur*. Adjicio jam ex ultimo Minhagim cap. ein Afel [traurender] maggleich ſchreiben wie am Chul hammoed, [de quo proxime,] wann es bonnöthen wär: paulo poſt: ein Leidtragender darff kein Mlacha [Werck] thun; muß die Schu außthun / und ſoll ſein Weib ſtehen laſſen / und darff ſich nicht baden / noch ſchmieren mit wolſchmeckenden Oel. Den erſten Tag iſt er frey von Thephillim, und muß 7. Tag ſitzen auff de Erden / aber den Tag iſts gnug / wann er nur eine Stund iſt geſeſſen; und am Sabbath darff er kein afeluth [trauren] offenbärlich / &c.

II. Hæc de negotiis ſecularibus, nunc etiam de iis, quæ ſunt ſpiritualia, ubi mire in mortuos religioſi volunt videri Judæi, adeo ut interim inreligioſi fiant in Deum ipſum. Lugens ſiquidem ante omnia deponit phylacteria, tanti alias ab ipſis in cultu divino æſtimata, uti fuſius docuere Druſius *tribær. p.* 102. 256. *ſuq.* Fullerus *l.* 6. *miſc. p.* 38. Buxtorfius *ſynag. p.* 176. Petitus *Var. lect. p.* 109. Six. Senenſis *bibl. p.* 119. Hottingerus *hiſtor. orient. p.* 199. aliique plurimi. Hæc, inquam, deponit, neque legi dat operam, niſi (ut Coccejus *tit. Sanhed. p.* 51. refert, in publicis cœtibus ejus requiratur ſcientia; atque tum aſſidenti proxime ſubmiſſa voce ſenſa ſua aperit, qui dictet interpreti, per quem populo explicentur: ipſe enim interpretem tum non adhibet. Audiamus Maimonidem ipſum c. 5. Efel. §. 15. *unde eſt, quod lugenti interdicta legis tranſactio? quia dictum Ezechiel.* (c. XXIV. 17.) *clamare deſiſte*. §. 16. *Prohibitum legere in Lege, in prophetis, & in hagiographis; nec non* לשנות *diſcere in Miſna*, textu talmudico,) *& in Medraſch* (commentariis vagis vel allegoricis, *& in* הלכות *traditionibus. Et ſi plures ejus* (doctoris lugentis ope) *indigeant, conceſſum quidem eſt* (docere,) *modo ne conſtituat Interpretem, verum clam alteri ad latus inſuſurret dicenda; & iſte, qui ad latus eſt, communicare poterit interpreti, interpres autem promulgat cœtui*. Præterea cap. 13. §. 9. ſic loquitur: non referunt שמועה והגדה traditionem vel hiſtoriam jucundam in domo lugubri, verum ſedent ſilentes. Neque aliquid „ præſente mortuo proferunt, præterquam „ verba vel res mortui, (aut mortuum „ attinentia;) circa verba autem legis „ occupatum eſſe in ipſiuſmet præſentia, „ vel in ſepulchreto, plane interdictum, „ &c. 4. §. 10. lugentem ſcribit non benedicere cibis, liberumque ipſum eſſe a recitatione שמע (audi Iſr. &c.) & ab oratione & a Thephillin, a præceptis in lege dictis. En pietatem egregiam, ubi vel maxime Scripturæ ſolatiis intentum eſſe oporteret! Concinit his liber Minhag. *cap. ult.* [der Leidtragende] darff nicht brachoth ma-

machen / Danck sagen / [und benschen / benedeyen] und oren / [beten] aber am Sabbath und jom tof [Feyertag /] mag er Fleisch essen / &c. paulo post ; wenn einem wer gestorven jemand am Sabbath / .... so darff er nicht oren [beten /] biß das meth ist zu Kefura kommen / inferius: den ersten Tag ist er frey von Tfillin, und muß sieben Tag siken auff der Erden. Subnecto ex *tit.* תענית *cap.* 3. §. XI. ubi Maimon tractans de Jejunio 9. Julii ob destructum templum, dicit, discipulos Sapientum non se invicem salutare &c. *probibitumque legere in Lege, prophetis, hagiographis, in Misna', in Halichoth, in Gemara, in Haggadoth, nec concedi nisi Jobum, Threnos, infaustaque cætera in Jeremia.*

III. Quæ alias de removendo a morituris libro legis ex Rabbinis notavit Cl. Schikardus מ״ח p. 154. item quomodo synagoga cesset mortuo rectore, *ib. p.* 168. nolo huc referre. Id solum adjicio, quod *tit. middoth. c.* 2. §. 2. legitur de sacri templi frequentatione facta a lugentibus: *omnes accedentes; qui secundum templi consuetudinem intrant, ingrediuntur via dextra ac circumeunt; egrediuntur autem via sinistra; eo excepto, cui accidit aliquid, qui circumambulat ad sinistram & interroganti, quid tibi, quod ad sinistram circum eas? dicit, quia ego lugeo: aliis respondentibus:* השוכן בבית הזה ינחמך *habitans in domo hac soletur te.*

CAPUT XX.

Jejunium a quibus susceptum §. 6. *quare.* §. 7. *a quibus abstinuerint.* §. 9. *quando & quamdiu* §. 10. *quomodo.* §. 13.

I. CUm tristitia nonnunquam a ciborum potusque sumtione revocaverit sibi mancipatos, pauca historiam spectantia, (methodicam namque Jejunii tractationem aliis hac vice committimus,) producemus jam in medium, quæ ad altiora forte viam sternant aliis.

II. Possemus hic disquirere, *quando & quoties* in die comestum? siquidem Romani Veteres, ut inter cæteros docuit Rosinus *Ant. Rom. l.* 5. *c.* 26. & 27. quater sumebant cibum. 1. in matutina jentatione, 2. prandio, 3. cœna, 4. comessatione ; quibus aliqui interponunt *Merendam*, quæ scilicet post prandium dabatur, præcipue pueris, servis, viatoribus, &c. Vide sis etiam Mercur. *l.* 4. *Var. cap.* 17. Bisciol. *l.* 9. *horar. succis. a c.* 10. *ad* 16. Turneb. *l.* 6. *advers. c.* 15. C. Rhodig. *l.* 27. *lect. ant. cap.* 24. Al Manut. *quæst. per epist.* 4. Her. Barbarum *ad Suet. Vitell. cap.* 13. Nonnulli *prandia* eliminabant prorsus; id quod Josepho tamen in more positum haud fuisse, cognoscimus ex Genes. 43. 15. ubi fratres dicit comesturos secum בצהרים *in meridie* ; qui ipse quoque *in meridie* redibat domum a negotiis publicis. v. 24. De Benhadado, cum regulis suis bibente *in meridie* & jamjam ebrio, nil jam dicemus, ex 1. Reg. 20. 16. Elegans eam in rem habetur etiam locus in Paraphraste Chaldæo ad *Coh.* 10. 16. væ tibi &c. „ principes tu, antequam offerunt juge sacrificium matutinum, comedunt „ panem & v. 17. postquam obtulissent „ juge sacrificium, in tempore edebant „ panem, quatuor horas post labores ma„ nuum ipsorum. Ad eundem locum Drusius hæc habet : *tempus sumendi cibi est hora sexta, aut secundum quosdam quarta; aut septima; vid. appendix Fulv. Ursini p.* 78. *&c. De sexta hora, quæ in meridiem incidit, testatur alibi Josephus.* Alias ex fragmentis *Daniel. cap.* 1. 13. idem quoque fit manifestum, certam destinatamque exulibus in Babylonia Israelitis fuisse horam prandii, circa quam senibus illis nequam lascivisque hircis erat abeundum. In Novo fœdere evidens omnino inter ἄριστον & δεῖπνον distinctio, *Luc.* 14. 12. unde Salvator etiam cum Pharisæo prandet, c. 11. 37. & Petrus circa meridiem esuriens cibum vult capere, *Act.* x. 9. 10. Vide sis Menochium *l.* 6. *reip. Hebr. c.* 3. *quæst.* 1. ubi bis in die Hebræos comedisse decidit, circa meridiem sc. & vesperi: quamvis jentaculum merendamque non deneget pueris aut opificibus laboriosis, *ibid. quæst.* 2. Huic Menochio adjungi quoque poterit Sanctius *ad Jesai.* v. 11. §. 31. ubi sic scribit : *Judaica disciplina maxime videtur fuisse ad sobrietatem quæ matutino & antemeridiano tempore tenui cibo contenta, famem ad vesperam usque ; i. e. ad cœnæ tempus sustentabat. Mane autem cibum sumere quasi aliquid insuetum & rarum reprehenditur Coh.* x. *Quota hora largiorem illum cibum sumserint Judæi, definite nihil invenio. Fuisse vero ad sextam usque, i. e. usque meridiem frugalem & sobrium, ad sustentandam potius quam ad explendam famem, gravis conjectura est ex Actor.* 2. *quia hora erat diei tertia. Et hora sexta Petrus Act.* 10. *cibum gustare voluit : &c. De somno* post prandium usurpato, quod Profani vocabant *Meridiare*, textum habemus 2. *Sam.* 4. 5. addunt alii *Cant.* 1. 7. itemque 2. *Sam.* 11. 2. nec non *Job.* 24. 11. verum quam congrue ad ultimum hunc locum provocet Jesuita Demsterus, *paral. ad Rosin. p.* 802. etiam tirones palpare queunt facile. Lusui vero tributum quan-

do-

doque idem illud fuisse tempus, h. e. cantionibus choreisque, constat ex *Exod.* 32. *vers.* 6. 18. 19.

III. De ratione etiam *Accumbendi*, cum capiendus cibus, possemus aliqua afferre, quomodo scilicet in lectis discubitoriis accubuerint comesturi, reclinata superiore corporis parte in cubitum sinistrum, inferiore autem in longum porrecta & jacente, capite leviter erecto, dorso vero pulvillis modice suffulto; quod de profanis eleganter ostendit Cœl. Rhodig. *l.* 27. *ant. lect. cap.* 26. Stukius *l.* 2. *conviv. c.* 34. Rosinus *l.* 5. *antiquit. c.* 28. *p.* 804. *seq.* Lipsius *l.* 3. *ant. lect.* de Hebræorum autem gente, Baronius *ad Ann.* 34. *n.* 36. Casaubonus *exer.* 26. *cap.* 22. Drusius *ad Genes.* 37. 25. Villalpandus *ad Ezech.* 23. 41. Arias Montan. *Antiq. Jud. p.* 163. Schindlerus *lexic. fol.* 1112. *&* 1190. Dietericus *p.* 2. *antiq. pag.* 66. Menochius *l.* 3. *reip. Hebr. c.* 3. *quæst.* 3. Flacius *part.* 1. *Clav. fol.* 1174. Andreæ Pinto Ramirez si credimus, (*spicil. tr.* 1. *c.* 9. *f.* 21.) hanc ipsam discumbendi rationem Scholiastum primus felici calamo invenit Salmero, *t.* 1. *prolog.* XI. *can.* 46. Christum sc. cum discipulis discubuisse in lectis tricliniaribus; post quem fusissime rem eandem explicuerit Mercurialis, secutis exinde Ciaconio, Ursino, Lipsio, Cerda, aliis. Textus sacros si desideras, adi *Amos* 2. 8. *cap.* 6. 4. *Ezech.* 23. 41. *Prov.* 7. 14. 16. *Esth.* 1. 6. 7. 7. 1. *Sam.* 28. 23. *Judith.* 12. 15. *Matth.* 14. 19. (ubi ἀνακλίνειν, instar jacentis in præsepio infantis, *Luc.* 2. 7.) *Luc.* 7. 36. (ἀνακεῖσθαι, instar demortuæ puellæ *Marc.* 5. 40.) *Matth.* 15. 35. ubi ἀναπίπτειν. Hinc inter πρωτοκαθεδρίαν, quæ erat sessio in scholis, & πρωτοκλισίαν, qualis in convivio recepta, manifestum omnino discrimen deprehenditur. *Marc.* 12. 39. De dispari etiam discumbentium dignitate observatoque illic ordine aliqua habet Maimonid. noster *Hibrachoth. cap.* 7. §. 1. plura v. Pinto l. c. nec non *Menochius l. c. fol.* 501. qui *quæst.* 6. *ibid.* disquirit, *num mulieres cum viris, & famuli cum heris sumserint cibum?*

IV. Esset etiam hic locus, de *Ciborum* diversis tractare speciebus, v. g. de fructibus arborum, ut sunt ficus, vel recentes, quales quærebat Salvator, *Marc.* 11. 13. vel in massam compressæ, &, ut quibusdam placet, in lateris formam figuratæ exilibus fortasse oblongisque taleolis insertæ, ut aliqua alia ratione compactæ, uti describit Menochius *l.* 6. *reip. Hebr. cap.* 1. *quæst.* 5. qua etiam ratione דבלה exponit Kimchi *in lib. radic.* nec non R. Salomo *ad* 1. *Sam.* 25. 18. Item uvæ; vel succulentæ adhuc, vel arefactæ, quas עמוקים vocabant, *ibid.* qualium passularum ligaturas centum Abigail ferebat Davidi 1. *Sam.* 25. 18. ut & Ziba, 2. *Sam.* 16. 1. & quarum binas comedere poterat una vice lassatus ille puer, 1. *Sam.* 30. 12. quorsum arefacti quoque fructus alii, quos Kimchi per קיץ intelligit, 1. *Sam.* 16. 1. siquidem *generaliter* ait indicari *fructus æstivos exuccos*; cui consentit *R. Levi B. Gerson ibid.* Item legumina, fabæ, lentes, pisa, oriza, & id genus alia, qualia per מזון designata censet Abenesra *Gen.* 45. 23. & R. Saadia per זרעים *Dan.* 1. 12. Vide quæ de Polenta habet Menochius *loc. c. quæst.* 1. nec non Fagius, *ad Lev.* 23. 11. de speciebus Panis, Sam. Petitus *lib.* 2. *observ. cap.* XI. de quinque frumenti generibus Maimonides *H. Brachoth c.* 3. §. 1. *seq.* de pane subcinericio Menoch. *proxime citat. l. f.* 486. ubi etiam de farinæ apud Hebræos confectione, fol. 487. de pulte ac pulmentis, fol. 488. de locustis salitis & infumatis, fol. 490. de ptisanis, fol. 491. Porro de salis in mensa necessitate Schikardus מה *p.* 151. Buxtorfius *synag. cap.* 7. *p.* 188. Corn. a Lap. *ad Act.* 1. 4. de esu carnis, Vossius *l.* 3. *de idolol. p.* 1073. 1078. de avibus, *ibidem p.* 1221. de carne suilla, adipe, &c. Maimon. *p.* 3. *more nev. c.* 48. de cibis immundis. *idem H. maachaloth asuroth c.* 1. *seqq.* de lacte Vossius *l.* 3. *idol. c.* 64. de melle *idem pag.* 1577. de certa cibi portione ac demenso, in peculiari scutella apposito, secundum *Gen.* 43. 32. 34. 1. *Sam.* 9. 23. passim meminit Drusius *in comm. coheleth* nec non Menochius *l.* 6. *reip. Hebr. c.* 3. *quæst.* 7. *f.* 503. de lentibus, *supra cap.* 6. §. 20. de discrimine circa carnes, pisces, cibosque lactarios, seu coquendos, seu comedendos, Buxtorfius *synag. cap.* 26. *pag.* 395.

V. De his inquam, pluribusque aliis occasio forsan esset excurrendi; verum sufficiat, conturbatos insigniore luctu cunctis enumeratis aliisque abstinuisse alimentis, dictaque accumbendi ratione, ad seram usque vesperam, quandoquidem cor languidum anxietatibusque variis compressum atque maceratum fastidit cibos omnes, oblivisscitur panem comedere, *Psal.* 102. 5. unde tabes & pallor, (de quo Basilius in asceticis; *sicut sagina athletam, ita pallor & macies militem Christi demonstrat.* Ita Achab contristatus respuebat cibum; 1. *Reg.* 21. 4. ita Jacob, *Gen.* 37. 34. ita David, 2. *Sam.* 1. 12. 12. 16. ita alii innumeri.

VI. Ut tamen distinctius paulo hanc jejunii percurramus materiam, & quidem ex

ex nostri imprimis Maimonidæ *H. Taanich joth*, quæ habetur *p.* 1. *Jadchasaka fol.* 304. *seq.* age intueamur personas jejunio tali vacantes, atque ad illud aptas. De his, quantum ad præsens facit institutum, dictum modo, quod fuerint singuli mœrore aliquo peculiari consternati. Excipit tamen ab isthoc onere noster Moses titulo laudato, c. 1. §. 8. tum gravidas, tum lactantes, tum parvulos. Verum mox cap. 3. §. 5. meminit septem jejunorum publice a בר Domo synedrii intimatorum, in quibus solis gravidæ lactantesque jejunant; & quamvis eædem non jejunent diebus cæteris, abstinent tamen iisdem a cunctis delicatis, & solummodo edunt bibuntque, quantum ad sustentationem sobolis est opus.

VII. Si porro inquiras de jejunii causis, fuerunt eædem vel infortunia publica vel privata, vel jam jam prementia, vel mox tamen pressura. Et quidem de prioribus sic noster Maimonides cap. 1. Taan. §. 1. *præceptum affirmativum est vigore Legis* לזעוק *vociferari ac clangere buccinis ob omne infortunium, quod imminet cœtui, cum dictum sit* (Num. X. 9.) *ob hostem affligentem vos clangetis buccinis; quasi diceret: omnis res, quæ angustabit vos, v. g.* בצורת *siccitas* vel annonæ caritas, *pestis, locustæ, aut illis similia adiget vos ad vociferandum, clangendumque.* §. 2. *Atque hoc ipsum est de pœnitentiæ ritibus; siquidem cum vociferantur clanguntque ob ingruens infortunium, agnoscunt universi, quod sibi male fiat ob sua mala opera, sicut scriptum est:* (Jer. V. 25.) *iniquitates vestræ declinare fecerunt hæc, & peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis.* §. 3. *Verum si non vociferantur neque clangunt, sed dicunt, præsentia evenire de more seculi, aut casu obtingere, sane produnt* אכזריות *atrocitatem* vel animum profanum, *qui ipse retinet eosdem in operibus pravis; adeoque infortunium præsens infortunia alia attrabit plura, juxta id, quod dicitur in lege* (Levit. 26. v. 23.) *si ambulaveritis mecum* בקרי *in casu, ambulabo etiam ego vobiscum* בקרי *in casu; hoc est, cum induxero super vos anxietatem, ideo ut convertamini, vos vero dixeritis, quod ea sit* קרי *accidens,* אוסיף לכם חמת אותו קרי: *adjiciam & ego indignationem ejusdem illius accidentis.* §. 4. *Et traditione Scribarum est, jejunare ob quodvis adventurum communitati infortunium, usque dum cœlitus consequantur misericordiam. In quibus ipsis jejunii diebus* זועקין *clamant per preces* ומתחננין *atque deprecantur, clanguntque buccinis tantum. Sique fuerint in Sanctuario, clangunt buccinis ac tuba* (seu cornu;) השופר *tuba* sc. cornu *abbreviat,* והחצוצרות *buccinæ autem prolongant* (tonum:) *nullibi vero buccinis tubaque clangunt, præterquam in Sanctuario, cum dictum sit:* (Psal. 98. 6.) *buccinis ac voce tubæ clangite coram rege Jehova.* §. 5. *In jejuniis, toti communitati per decretum impositis propter anxietates, non decernunt dies contiguos, cum tota multitudo non valeat persistere in tali negotio: neque etiam jejunium decernunt initio* (hebdomadæ,) *verum secunda quintaque die hebdomadæ, & rursus secunda; atque sic secundum ordinem hunc, secunda, quinta, secunda, usque dum consequantur misericordiam.* Specialius v. causæ jejunii publici commemorantur *cap.* 2. §. 1. & quidem primo *angustia inimicorum Israeliticorum*, quæ §. 3. sic declaratur; si gentiles venerint, instructuri adversus Israelitas bellum, aut extorturi tributum, aut erepturi iisdem regionem, aut, si decretum super iisdem decernere velint, etiam circa præceptum tenue, &c. deinde *gladius*, hinc *pestis*, *fera bestia*, *locuta*, *bruchus*, *uredo segetum*, *rubigo* מפולת *ruina*, h. e. cum passim in urbe corruunt, parietes integri, v. g. ob terræ motum, ventos procellosos &c. §. 12. *morbi* מזונות *alimenta*, (h. e. cum detrimentum patiuntur merces, unde tamen civium plerorumque sustentatur vita, ut sunt linum in Babel, vinum atque oleum in Palæstina, &c. §. 14.) & denique *pluvia*. Hasce causas singulas fusius postmodum pertractat capite eodem; & quidem ita, ut §. 2. vicinarum etiam meminerit urbium; siquidem non tantum ea ipsa urbs, in qua aliquod enumeratorum sentitur malum, seipsam jejunio affligit, clangoribusque fractis excitat, donec malum transeat, verum cunctæ circum vicinæ etiam jejunio se macerant, quamquam clangoribus abstineant; adeoque misericordiam solum pro afflictis consequi laborent. Nulibi tamen clamant, clangoresve adhibent, si fuerit sabbatum, excepta calamitate המזונות *alimentorum*, ob quam clamant, etiamsi fuerit sabbatum, verum non simul ob eandem buccinis tunc clangunt.

VIII. Quantum ad personas causasque attinet privatas, meminit & harum Noster *Cap.* 1. *taan.* §. 9. his verbis: *pari ratione ut communitas jejunio se macerat ob angustias suas, etiam* היחיד *privatus macerare se solet ob suam. Ut cum alicui ingruat morbus, aut in deserto errarit, aut in carcere detineatur vinctus, est cur seipsum jejunio affligat, misericordiamque suis quærat præcibus, dicens:* עננו *exaudi nos &c. neque tamen id facit in Sabbathis, vel Festis, vel noviluniis, vel dedicatione* (templi) *vel F. Purim*

rim. Hinc §. 10. pergit recensere modum vovendi jejunium hujusmodi privatum *unumquodque jejunium, quod privatus non in se suscipit dum adhuc dies est pro jejunio non reputatur. Nimirum suscipit illud, dum preces recitat vespertinas, dicens iisdem absolutis: cras jejunio vacabo. Quod ipsum etiam in corde suo plene in crastinum decernit. Quanquam vero noctu edat, non tamen quicquam eo ipso dictis derogat. Atque sic si in corde plenarie de jejunio trium quatuorve dierum continuorum suscipiendo decreverit, quanquam singulis edat noctibus, nihil tamen hoc ipso derogat jejunio suo, neque etiam opus habet proposito novo per singulos illos dies.* Sic §. XI. casum recitat de eo, qui præcedente die propositum fecerat jejunandi diem sequentem solum, istudque etiam servaverat; si tamen eadem post jejunium nocte deliberavit altero etiam jejunare die, utut in jejunio pernoctaverit, non tamen, ait, id habere jejunii rationem; cum non susceptum fuerit durante adhuc die præcedente. §. 12. *Si quis infaustum viderit somnium, opus habet jejunare die crastina* (vel subsequente;) *& quidem ideo, ut convertatur, & in suis expergiscatur operibus, eademque excutiat, atque sic per pœnitentiam recedat, adeoque jejunat etiam in sabbatho, oratque* עננו *exaudi nos, in omni sua precatione, quantumvis in se tale quid non susceperit durante adhuc die.* Ejusdem infausti somnii meminit etiam Buxtorfius *syn. cap.* 25. *pag.* 391. Qui vult, Dallæum hic poterit consulere *de jejun. pag.* 442. ubi docet, Christianorum veterum jejunia fere omnia fuisse privata, rara publica item, quæ de jejuniis sponte sibi indictis pro devotione profert Broch. *tom.* 2. *LL. de jejun. cap.* 3. *casu* 1.

IX. A jejunii impulsivis progredimur ad cibos jejunanti cavendos, ubi sane varia miraque pro gentium varietate deprehendimus recepta. *Armeni*, referente Brerevvodo *scrutin. relig. p. m.* 118. in jejunio quadragesf. nil de ovis, lacticiniis, carne, oleo vinoque gustant, solis contenti radicibus, fructibus ac pulte. *Russi* carnibus, ovis, caseo, & butyro prorsus abstinent; multi cunctis abstinent animatis, adeoque & piscibus, imo & vino ac potu omni, uti commemorat B. D. *de relig. Moscov. p.* 179. Monachi Græci Calogerii in quadragesima & reliquis jejuniis ne piscibus quidem vescuntur, aut re aliqua, quæ sanguinem nutriat, solis hortensibus herbis & leguminibus, etiam absque olei condimento, & piscibus salitis vel siccatis contenti; apud Cotovicum *itin. Hierosol. pag.* 197. De butyro Gallis prohibito, de intestinis ac pedibus in Hispania permissis, de carnibus concessis sabbatho, si ecclesia episcopalis dicata sit B. Virgini, &c. vid. Gerhardus noster t. 1. 4. *conf. cathol. p.* 963. adde insuper Rivetum *t.* 1. *cathol. orth. tr.* 2. *quæst.* XI. Dallæum *de jejun. p.* 222. *seqq.* cæterosque, qui Jejunii materiam contra Papp. pertractarunt. Nos impræsentiarum de Hebræis sumus soliciti, qui sane circa cibos delectum instituere nullum, verum esuriales sibi indixerunt ferias meras, haud aliter ac de *Syris Damascenis* refert Fullerus *itin. p.* 100. quod jejunii tempore, die toto ne tantillum gustent, sed vesperi, ad quod usque tempus cultui divino vacant, cibi aliquid assumant totoque jejunii tempore carne omni piscibusque abstineant. Idem de *Turcis* paria bene refert. p. 32. quod mense Martio, spatio 30. dierum, ne minimum quidem gustent per totum diem usque ad vesperam (quamdiu etiam omnes cauponæ clausæ,) ubi e templis redeunt. Addit tamen, quod iidem totam noctem lautissime vivendo insumant, & quod mane etiam, antequam oriatur Sol, vesci sit liberum, ubi tales plerumque sumant cibos, qui toto die sitim nullam excitent. De hoc annuo totius mensis Ramadani jejunio vide sis Elmacin. *l.* 1. *hist. sarac. c.* 1. nec non Cl. Hukspani *Dial. de pass. domin. sub init.* item Hornbec *controv. relig. pag.* 58. Idem de Judæis Christianis probat etiam Drusius, *quæsit. per epist. Ep.* 43. *pag.* 85. quod nec quicquam ante vesperam gustare fuerit permissum. Interim hoc non dissimulandum, Judæos modernos, cum mensis labitur Julius, iisdem nimiopere semper infaustus, a primo die ad decimum usque, nullam comedere carnem, nullum bibere vinum, balneis non foveri, capillos non resecari &c. verum illud ciborum discrimen non pertinet ad jejunium proprie dictum. Unde veritatem diserte satis hoc in passu professus est Jesuita Menochius *l.* 3. *reip. Hebr. c.* 12. *q.* 3. his verbis: *ex dictis apparet, tunc potissimum jejunare solitos Judæos, cum in mœrore essent, & cum aliquid a Domino vellent impetrare; tunc enim orationi jungebant jejunium. Hoc autem multo majori cum rigore apud ipsos servabatur; nam cum jejunabant, cibo & potu plane abstinebant usque ad noctem; quare non est locus quæstioni, an in jejunio Hebræorum abstinerent a carnibus, & piscibus vescerentur? nam cum exacte jejunabant, impasti & sine cibo usque ad noctem perseverabant.* Vide sis etiam Casaubon, *exerc.* 16. *n.* 106. nec non Chemnit. *p.* 4. *Exam. C. T. f. m.* 92.

X.

X. Nunc porro etiam ad tempus. Et quidem de inedia mensium aliquot vel annorum etiam, plane singulari nostrum hic non est agere, exempla qui cupit conjecturasque physicas, consulere poterit Kornmannum *de mirac. vivor. p. m.* III. nec non Senertum *lib.* 3. *medic. pract. p.* I. *sect.* 2. *cap.* 2. Agimus enim hic nos de inedia a mœrore indicta, cujus tempus vel annum ac statum, vel pro ratione anxietatis insperato subortæ sponte arreptum. *Quoad prius*: habuerunt equidem Hebræi habentque adhuc hodie jejunia sua stata, tam per septimanam quam annum, quæ ipsa ex Calendario recensent Genebrardus, (tr. præmisso *comment. in Psalmos*,) Ribera *l.* 5. *de templo c.* 21. Menochius *l.* 3. *reip. Hebr. c.* 12. *q.* 3. *&* 4. Christmannus *in Calend. Palæst. R. Ori F. Simeonis;* Buxtorfius *synag. cap.* 25. Drusius *quæsit. per epist. Ep.* 55. *p.* 206. *nec non epist.* 60. *p.* 117. itemque Maimonides noster cap. 5. *Taani joth.* §. 2. *seqq.* Huc jejunium in Hebdomada feriæ secundæ & quintæ, hoc est, diei ☽ & ♃. (de quo *Luc.* XVIII. II.) secundum Drusium *quæsit. per epist. num.* 35. *p.* 66. *& l. misc. c.* 76. Petitum *l.* 3. *V. L. p.* 80. aliosque quibus Christiani surrogarunt feriam quartam & sextam, uti videre est apud Dallæum *pseudep. apost. pag.* 339. *seqq.* 561. 664. D. Danh. *act.* I. *dram. p.* 171. *&c.* Imo etiam privati sua habent jejunia anniversaria, v. g. die parentum emortuali, uti ex *Minhagim* meminimus supra cap. 6. §. 19. quod ipsum habet etiam Buxt. *synag. pag.* 391. nec non Schikardus מ״ה pag. 170. De Christianorum statis jejuniis consuli inter cæteros possunt noster Gerhardus *t.* I. *Disp. Acad. p. m.* 1065. & Dallæus *de jejun. p.* 163. & speciatim de Æthiopibus Christianis, quovis die ☿ & ♀ in memoriam tum consilii sanguinarii tum mortis Christi jejunantibus ad occasum usque Solis; item quadraginta diebus pane & aqua jejunantibus per tempus quadragesim. videatur Damianus a Goes *in Pet. Martyris Ocean. p.* 493. De stationibus etiam, jejuniis & semijejuniis inspici poterit Sam. Petitus *l.* 3. *var. lect. p.* 79. *seqq.* Quoad *posterius* vero: Repeti possunt modo dicta de anxietate, vel pluribus, vel singulis seorsim obtingente, quæ legem utique non tam accipiebat, quam dabat.

XI. Ut vero apud Christianos dies Dominica privilegium semper fere habuit a jejuniis, ita apud Hebræos Sabbathum; id quod docet Maimon. *c.* I. *Taan.* §. 6. his verbis: *Non decernunt jejunium publicum diebus Sabbathi, nec diebus festis; sic neque in iisdem clangunt sive tuba sive buccinis, neque vociferantur, neque supplices deprecantur, nisi cum urbem obsederint gentiles, vel etiam fluvius, vel si navis patiatur in mari naufragium, &c.* §. 7. *Atque sic jejunium quoque non decernunt in noviluniis, nec in dedicatione, nec F. Purim, nec in die profesto solennitatis,* (quales sunt quatuor inter primum & septimum F. Paschatos, & quinque inter primum & octavum F. tabernac.) &c. Exceptiones tamen hic occurrunt, quarum etiam, nisi fallor, ex parte meminimus.

XII. De terminis jejunii a quo & ad quem si quæras adhuc, proferimus præter superiora quædam ulterius ex *C.* I. *Taan.* §. 8. ubi permissum ait fuisse comedere proxima, quæ jejunii diem antecessit, nocte, exceptis solummodo jejuniis pro pluvia institutis. Adeoque *in jejuniis, sive publicis sive privatis, si concessum fuerit noctu comedere, edere ac bibere aliquis potuit, donec aurora illusceret. Quod tamen intelligendum de eo, qui non dormivit; siquidem is, qui somnum cepit, nequaquam ad cibum se potuit applicare;* haud dubie, quia per somnum vires non mediocriter fuere jam reparatæ quæ vigilanti decesserant, adeoque per cibos instaurari quodammodo debuissent. Sic de intervallo certo, esurialibus diebus interponendo, mentionem jam fecimus *hoc ipso cap.* §. 7. Ex qua ipsa doctrina videri posset, lucem accipere textum *Dan.* X. 2. de jejunio trium septimanarum; itemque *Judit.* 8. 5. *seqq.* de jejunio per totum viduitatis tempus. Verum prior locus semetipsum satis declarat, siquidem non de totali ciborum abstinentia jejunioque proprie dicto is agit, verum Daniel inquit: *de* מתאבל *lugentem non comedisse cibum desiderabilem, & carnem atque vinum non introivisse in os ipsius, omnique se caruisse unctione, usque dum complerentur tres septimanæ dierum;* hoc est, abstinuit a delicatiore vivendi genere, ipsi tanquam aulico alias non insveto, idque eum in finem, ut edomata carne mens tanto liberius agere posset cum Deo suo, eundemque precibus devotis ad gratiam populo suo conferendam permovere. Videsis *Josephi Jacchiadæ* notas in hunc ipsum textum. Adeoque cum Jejunii ne verbulo fiat mentio, verisimile est, & prandio & cœna usum fuisse Danielem, ita tamen, ut præter legumina panemque furfuraceum vix aliud quid apponeretur in mensa per totum illud tempus. Vel si omnino concesserimus, jejunium a Daniele tunc fuisse observatum, dicendum erit pro ratione legum jejunii in populo Dei receptarum,

rum, cum Meisnero (*p. 2. Philos. sobr. p. m.* 281.) Danielem usque ad vesperam nihil quicquam de cibo aut potu tunc usurpasse ; veniente autem cœnæ tempore, ubi corpus reficiendum erat, abstinuisse & a pane desiderabili & ab omnibus lautitiis, &c. Danielem vero hunc ipsum quodammodo imitari videntur Hebræi etiam alii, mortuos lugentes, de quibus Maimon. c. 4. Esel. §. 9. *Is coram quo situm adhuc est ipsius mortuum* cadaver, *edit in domo socii sui. Si non suppetat domus alia, facit* מחיצה *interstitium* (inter se & cadaver) *ac edit. Si non adsit, unde interstitium tale parare queat,* מחזיר *avertit vultum suum, atque edit. Sive vero hoc, sive alio modo fiat, non discumbit cibum sumturus, neque etiam carnem edit aut vinum bibit, neque benedicit &c. In Sabbatho autem discumbit, carnemque edit ac vinum bibit, &c. sepulto denique mortuo, permissum ipsi rursus est edere carnem, ac vinum bibere, sed modice,* לשרות ברי *ad humectandum solummodo cibum, qui jam est visceribus, non vero* לרוות *ad eundem large perfundendum.* Quæ ipsa leguntur quoque in *Minhagim cap. ult.* & apud Fagium *ad Deut.* 141. Quoad alterum de Juditha locum, absurditas forte non magna foret dicere, eandem per totum viduitatis tempus jejunasse ita, ut secundum semper quintamque cujusvis septimanæ observaverit diem; verum esto, eandem omni extra dies festos caruisse jentaculo, prandio ac merenda, impossibile equidem id non fuit illi, cujus consuetudo facta est tandem altera natura. Magis mirum, quod de Esthera ac Judæis refertur *Esth.* 4. 16. quod *neque ederint, neque biberint tribus diebus, noctu & interdiu;* quod ita proprie accipit Chemnitius *p. 4. Exam. Conc. Trid. fol. m.* 92. Drusius tamen *in comm.* de eodem dubitat, cum tertio die Esther ad regem adierit; unde duas tantum noctes, unum diem plenum, & duos non plenos durasse illud opinatur, ut *Matth.* 12. 40. & Lyranus putat, licuisse tamen Judæis eo triduo aliquid, modo perparcum, quod quasi nihil videri posset, gustare. Pro Chemnitii sententia facit, quod Lucianus *de luctu* tradit, Græcos in funeribus totum triduum cibi nihil omnino cepisse. Et Turnebus de Angliæ Regina post extortum Anglis Calorum scribit : *Tres illam perhibent secretam ex ordine luces, & totidem noctes potu caruisse ciboque, Jejunii quarta vix faucibus admo vet escas luce.* Ita Augusl. *de morib. eccl. cathol. c.* 33. ait, se didicisse, Catholicorum multos *Jejunia prorsus incredibilia exercere, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est usque quaque usitatissimum, sed continuum triduum vel amplius sæpissime sine cibo ac potu ducere.* Et *Philo* de Essæis refert, ipsorum multos per totum triduum non cogitare de cibo, nonnullos expletis sex diebus vix alimentum necessarium degustare. De rege Dario, ob fidi sui Danielis sortem perturbatissimo, qui in cœnatus permansit, insomnemque duxit noctem, legi potest *Dan.* 6. 18. Sed revertamur ad Maimonidem, qui de jejunio שעות *horarum*, quod integrum scilic. diem non exacte duravit, meminit, *cap.* 1. *Taan.* §. 13. his verbis : *Qui occupatus fuit in negotiis suis, incubuitve necessitatibus suis, neque manducavit* עד חצות *usque ad dimidium* (diei, vel ad meridiem,) *aut ad horam usque nonam, consiliumque tunc init de jejunio per horas diei adhuc residuas continuando, is jejunabit per easdem horas, orabitque in iis:* עננו *exaudi nos, quandoquidem suscepit in se jejunium ante horas jejunii. Parique modo, si quis ederit biberitque, ac postea jejunare inceperit diem reliquum, ecce is* jejunat *jejunium* שעות *horarum* vel horarim. De interruptione *jejunii*, quando vel licita vel illicita, ibidem agit §. 15. & 16. Et prius quidem de homine privato, *si quis afflixerit semetipsum ob morbum, sanatusque fuerit ab eo malo transeunte, ecce is jejunium suum absolvit. Profectus de loco, in quo jejunant, ad locum ubi non jejunant, absolvit & illic jejunium suum. Profectus de loco, ubi non jejunant, ad locum ubi jejunant jejunat pariter cum his ipsis. Oblitus vero comedensque aut bibens, non comparere debet coram ipsis, neque etiam deliciis propriis indulgere.* Aliter vero actum cum Communitate in jejunio publico siquidem §. 16. *si communitas jejunaverit ob pluvias, eodemque descenderint ante* חצות *dimidium* (diei vel jejunii,) *non absolvunt* jejunium, *verum edunt bibuntque conveniuntque* postmodum, *recitantes* הלל Halleluja seu *hymnum magnum* (qui scil. complectitur Psalmos 113. 114. 115. 116. 117. 118.) *non enim dicunt Halleluja magnum, nisi* שבעה בנפש *anima* vel desiderio *satiato* וכרם מלאה *ac ventre pleno. Quod si vero post* חצות *dimidium* (diei vel jejunii) pluere *inceperit, transierintque major diei pars in sanctitate, absolvunt jejunium suum. Atque sic in anxietatibus etiam cæteris, ante vel post dimidium dies prætereuntibus.* De modernis Judæis ita Buxt. in synagoga sua cap. 25. pag. 391. *Jejunantem omni cibo & potu prorsus abstinere oportet ad stellarum usque accessum.* Qua de re etiam Philo *in vita Mosis*, & Hieron. *l.* 2. *contra Jovin.*

XIII.

XIII. Paucula adhuc ſubjicio de jejunii connexis, vel quomodo ſe gerere tunc conſueverint Hebræi. Ita vero Maim. *c.* I. *Tann.* §. 14. בל השרוי *principale* vel præcipuum *in jejunio, ſive quod quis ſuſcipit ob anguſtiam propriam aut ob ſomnium ſuum, ſive quod cum cœtu ſervat ob anguſtiam communem, eſt, ne quis indulgeat deliciis circa ſemetipſum*, יקל *ex levitate*, faſtu aut protervia *moveat caput ſuum*, (cum demiſſe potius id ſit eo tempore gerendum,) *neque ſit hilaris lætoque corde, ſed ut mœſtus ſit ac gemens, ſecundum id quod dictum eſt:* (Thren. III. 39. *cur* יתאונן *dolet homo vivus? vir ſuper peccato ſuo.* Porro *cap.* 3. §. 4. ubi de tribus ob pluviam decretis agit jejuniis, ita loquitur: *Omnis tunc populus prohibetur a negotii* vel operis alicujus *expeditione per diem illum, nocte vero conceſſa eſt iſta, prohibentur etiam a lotione corporis, quæ fit calida: permittitur vero lotio faciei, manuum pedumque: hac de cauſa etiam occluduntur balnea. Dein prohibentur ab unctione; niſi iſthæc adhibeatur ad removendas ſordes, quo in caſu eſt permiſſa. Prohibentur inſuper a miniſterio lecti* (id eſt maritali officio.) *ab induitione ſandaliorum in civitate, in itinere enim iſthæc eſt permiſſa. Orantque in ſynagogis, clamant ac deprecantur, &c.* Vide illic plura §. 8. de imminuendis negotiationibus, ſi nondum fuerint exauditi, de intermittendis ædificiis voluptuariis plantationibus, ſponſalibus, &c. Porro *cap.* 5. §. 6. de ſeptimana, in quam incidit dies ille notabilis, IX. Julii, ſcribit; *prohibitum nunc eſſe tonderi, lavare,* (veſtimenta,) *induere levigata, etiamſi fuerint linea, idque donec tranſierit jejunium; imo etiam lavare* (indumenta) *ac reponere, donec tranſierit jejunium eſt interdictum. Et jamjam adſueverunt Iſraëlitæ, ne edant carnem in ſeptimana illa, nec adeant balneum.* Ita de gravidis lactantibuſque ſubjicit ibidem §. 10. quod die dicto jejunium ſuum plene obſervent; *prohibitaque eſt lotio, ſive frigida fiat ſive calida, adeo, ut ne digitum aquis liceat intingere, item unctio voluptuaria, induitio ſandalii, officium conjugale, ſicut in die Kippurim. Ubi receptum eſt, negotium expedire & labore expediunt, ubi non receptum, intermittunt. Ubivis tamen locorum diſcipuli ſapientum feriantur.* Qua ipſa de re videre etiam poteris Sam. Petitum *lib.* 2. *V. L. cap.* 2. *pag.* 105. De coronis in ſponſorum capitibus non tolerandis *Maimon loc. cit.* §. 15. Si tamen quærendo inſtes, quid in iſthoc factum fuerit otio; en reſponſum ex cap. I. Taan. §. 17. *in omni jejunio ob anguſtias cœtui injuncto domus judicii & Senatores in Synagoga ſedent, explorantes civium opera, poſt preces matutinas ad diei uſque medium; inſimul etiam removent offendicula tranſgreſſionum, adhortantur, inveſtigant, inquirunt in* בעלי חמס *violentos* ſeu iniquos *ac tranſgreſſores alios, quos ſegregant, item* על בעלי זרוע in *faſtuoſos* vel violentos, *quos humiliant; & quæ his ſunt ſimilia. A medio autem die ad veſperam quarta diei parte recitant benedictiones, quæ ſunt in lege, eo quod dictum eſt: correptionem Domini ne deſpicias,* (Prov. 3. 11.) ומפטירין *dimittuntque populum recitatis e propheta correptionibus, præſenti anguſtiæ accommodatis; quarta autem diei parte reliqua preces orant veſpertinas, deprecantur, clamant ac confitentur ex cunctis ſuis viribus.* Porro in ſeptemplice iſto ob pluviam jejunio, cujus meminit cap. 3. §. 7. hoc recitat peculiare, quod *per eoſdem dies clangant orentque in civitatis platea*, h. e. ſub dio, *Senioremque conſtituant, qui reprehendat populum, ut convertantur a viis ſuis*, & cap. 4. §. I. de eodem pergit, quod *quovis ſeptem illorum eſurialium die orent eo modo: proferunt arcam* (legis) *in plateam civitatis, omniſque illuc congregatur populus, operiens ſe ſaccis, cineremque tenuem imponens tum arcæ tum libro legis, ideo ut augmentetur fletus, humilieturque cor ipſorum. Et unus de populo auffert ex cinere, imponitque capiti Hannaſi* principis *itemque capiti Aſberhdin*, qui principi eſt proximus, *& quidem eo in loco, ubi requieſcere ſolent Tphillin, ideo ut pudefiant ac convertantur: pariter unuſquiſque reliquorum auffert capitique ſuo indit* de cinere dicto. (Referri huc poteſt, quod nonnulli *Sponſum* e cubili provocatum intelligunt de arca, *Sponſam* vero de libro legis, apud Abarbin. ad *Joel.* II. 16.) pergit autem noſter §. 2. *Poſtea ſtatuunt in medio ſui Senem ſapientem, ipſique ſedent, ſi deſit Senex ſapiens, ſiſtunt Sapientem alium, ſi neque ſenex adſit, neque Sapiens, conſtituunt hominem* של צורה *formæ*, hoc eſt, conſpicuum, vel exemplarem, *qui ediſſerat coram ipſis ſermones* בכנשין *ſubjugationis: o fratres noſtri, neque ſaccus, neque jejunium ſufficiunt, verum pœnitentia & opera bona! ſic enim deprehendimus in Ninevitis, quandoquidem non dicitur: intuitus eſt Deus ſaccos ipſorum & jejunium ipſorum, verum, vidit Deus opera ipſorum. Hinc porro dicitur: Scindite corda veſtra; & quæ preterea in rem eam profert pro cunctis ſuis viribus, uſque dum cor ipſorum deprimat, ut convertantur pœnitentia perfecta.* Prolixum autem foret recitare ſingula, quæ de precibus, de præeunte in precibus ſcholæ miniſtro, deque requiſitis aliis ibidem commemorantur:

tur: quæ tandem §. 18. h. m. claudit, *postquam oraverunt, exit universus populus in cœmeterium, flentes ac deprecantes ibidem:* כלומר *q. d.* vel *quo ipso acclamatur quo ipsis: ecce vos moriemini, sicut hi, nisi conversi fueritis a viis vestris.*

CAPUT XXI.

Vigiliæ, Abstinentia a Lotione §. 3. *Unctione* §. 9. *musica* §. 12. *debito conjugali.* §. 14. *convivio* §. 15.

I. UT alimenta sustentando corpori, ita non minus somnus reparandis per quietem viribus, a Creatore sapientissimo est destinatus. Verum ut mœror fastidium infert ciborum atque potus, ita curæ quoque mœroris comites somnum longissime repellunt, ut cuivis in propatulo. Darii insomnem ducentis noctem meminimus modo ex *Dan.* 6. 19. Salvatorem tum ex mœrore gravissimo, tum ex devotione singulari, caruisse somno, constat ex *Matth.* XXVI. 38. Sic *Psal.* 77. 5. conqueritur Asaph: *tenuisti* (in) *vigiliis oculos meos*, h. e. insomnes me noctes transigere fecisti, apertas velut ac diductas tenendo mihi palpebras, ne iis collabentibus reficeret forte somno; vel secundum Kimchium: *tenes vigilias oculorum*, h. e. facis, ut iidem vigilent, propter mœroris scil. a te immissi vehementiam. Et Psal. CII. 8. *vigilo, & factus sum sicut passer solitarius super tecto.* Absurdi forte non erimus, si ex dolore curisque multiplicibus Paulum quoque dixerimus sæpiuscule vigiliis maceratum, 2. *Cor.* VI. 6. & XI. 27. Verum quid opus est, commorari in iis, quæ non Hebræos solos aut præcipue, sed in universum omnes omnino homines afficiunt, adeo ut vix quisquam doleat serio, qui non somnum quoque vel eripi, vel saltem imminui sibi sentiat ac conqueratur? Adde solum ex Buxt. *synag. cap.* 25. *pag.* 389. Judæos in quarti mensis jejunio tam molli lectulo non cubare, ac soliti sunt; qui duobus pulvillis antea usus est, unico tantum tunc utitur; cui unicus antea tantum fuit, illo nunc abstinet, in tenuiorem locum crassa substituunt, & omnia immutata & deteriora esse debent. De pulvinis alias lecticisque lautioribus quid sentiendum inter Christianos, legi poterit apud Clementem Alex. *lib.* 2. *pædag. cap.* 9. *fol. mihi* 184. *seqq.*

II. A somno ad refectiones deliciasque properamus alias. De quibus in genere præmittimus, quod sicut homo gaudens, cujusque cor lætis dilatatur affectibus, (quorsum etiam Superbia pertinet, quæ in sinu suo ex falsa excellentiæ propriæ opinione semper gaudet sibique gratulatur,) prospicere sibi solet de vestibus egregiis, alimento suavis atque singulari, deque apparatu cætero splendido ac jucundo; ita e diverso, ingruente magno luctu, ubi ipsius ferme tædet nos vitæ, incipit talis homo universa, quæ antehac tantopere curaverat, despicere; non amplius studet munditiei corporis, qua placeat aut magnificat aliis, displicet enim jam sibi ipsi; non comitur, non lavatur, non canit aut canentes audit, &c. quin imo opposita jam magis probatur immundities, squalor cæteraque, quæ mœrori congruunt eundumve augent.

III. *Lotionem* igitur quod attinet, non attendimus nunc eam, quæ magnum ceremoniarum Leviticarum absolvebat partem v. g. circa puerperas, seminifluos, morticina contingentes, &c. (vide sis de sacerdotum & sacra facturorum lustrationibus Rob. Sheringhami *Joma cap.* 3. *pag.* 46. *seqq.* Seldenum, *lib.* 1. *syned. cap.* 3. *pag.* 24. *seqq.* & *c.* X. *pag.* 399. *seqq.* itemque de immundis aliis ipsorumque purificationibus, Becani *amal. V. & N. T. cap.* 15. *quæst.* 5. *seqq.*) neque etiam lotionem mortuorum, cujus supra ex parte meminimus; neque eam, quæ testificandæ inserviebat innocentiæ, *Deuter.* XX. 6. *Psal.* XXVI. 6. LXXIII. 13. *Matth.* XXVI. 24. de qua Casaubonus *exerc.* 16. *num.* 75. aliique. Has, inquam, aliasque lotiones jam lubentes mittimus, intenti solum iis, quæ munditiei causa observabantur tam circa corpus, quam corporis indumenta.

IV. Et quod corporis quidem spectat membra, ipsumque totum, requirebat equidem regionis tum pulverulentæ nimis, conditio, ut pedes ad minimum, qui plerumque nudi (ut Nigronius *in Caliga* ostendit passim,) itemque manus ante cibum purgarentur. Hinc commune adeo hospitalitatis officium, neque gentibus etiam insuetum, peregre venientibus lavare pedes: uti Scaliger ait l. 6. de emend. temp. *lotio non solum Judæis, sed & gentibus ipsis usitata; quia enim in lectis discumbentes epulabantur, propterea depositis prius soleis lavabant, ne sc. pulverosis pedibus strata inquinarent. Judæi vero superstitiosiores non pedes tantum, sed & corpus totum intingebant: hinc ἡμεροβαπτισταὶ dicti &c.* Et Gerhardus *pag.* 1. *harm. contin. p. m.* 115. subscribit his verbis: *cum regio Judæorum æstuosa, unde sudor illis frequens, præsertim in pedibus; &c. ideo frequentes ipsis lotiones, præsertim ante convivia solenniorum.* Ita Sanctius ad 2. Reg. XIX. 24. *Ideo lavari solent Hebræorum pedes perquam frequenter, quia illis naturalis*

iis est quædam graveolentia, sicut etiam nunc grave aliquid habent Arabes, & hircino simile. Sane Judæis naturalis est quidam fœtor, tam communis & notus, ut ab eo nomen vulgare traxerint dicti Fœtentes, &c. Confer jam *Genes.* XVIII. 4. XIX. 2. XXIV. 32. XLIII. 24. *Jud.* XIX. 21. 1. *Sam.* XXV. 41. *Cant.* V. 3. *Tob.* VI. 2. *Luc.* VII. 44. *Joh.* XIII. 5. *Matt.* XV. 2. 20. *Mar.* VII. 8. *Luc.* XI. 38. Quæris cuinam hoc lavandorum pedum officium commissum? respondere licet, ex Abigaelis sermone (1. Sam. 25. 41. *Ecce famula tua sit in ancillam, quæ lavet pedes servorum Domini mei*,) colligi, fœminarum has fuisse partes; sic namque inferre vult Abigail: puellæ nobilis ac decoræ tuos, ego, tanquam ancilla, servorum tuorum lavandos posthac curabo pedes. Sic de viduis, Sanctorum pedes lavantibus, expressus est textus 1. *Tim.* V. 10. Apud gentes v. idem hoc quoque negotium fœminis incubuisse, probavit An. Pinto *Spicil. f.* 23. ex Homero, Athenæo aliisque.

V. De *Manuum lotione* Gilb. Gaulmyn. *in not. ad lib. de vita & mor. Mosis lib.* 2. *cap.* 6. observat, eandem distinctam fuisse in מים ראשונים *aquas priores*, & מים אחרונים *aquas posteriores*, h. e. ante & post cibum. In prioribus, pergit, oportet manus elevare sursum, in posterioribus oportet deprimere. Ad priores Josua non tenebatur, quia in castris erat; hoc enim privilegio milites gaudebant, eaque liberi erant; uti annotat Rab. Jacob. Baal. Turim *cap.* 181. *semit. vit.* ubi totam περιεργίαν ἀκριβολογεῖ quem vide. Marcus cap. VII. 3. vocat πυγμῇ lavare manus, i. e. ἀκριβέστατα, ex mente Scaligeri in trihær., & quidem *optime*, uti loc. cit. censet Gaulmyn. Hoc ipso de loco pluribus egere Drusius *de proverb. Hebr. pag.* 339. & *de tr. sectis loc. cit. pag.* 96. Scaliger. *elen. tribær. ibid. pag.* 253. *seq.* Camero operum *f.* 175. Menochius *lib.* 6. *reip. Hebr. cap.* 3. *quæst.* 3. Buxtorf. *Lexic. Talm.* נטל *f.* 1335. Lud. Capellus *spicil. LL. N. T. pag.* 40. 41. *nec non in diatr. de Hebr. lit. p.* 207. 208. de quo ipso scripto, vide epicrisin Cl. Buxtorfii Jun. *in vindic. hist. instit. Cœn. Dom.* §. 51. *seqq.* ibidemque sub finem *diatriben de ritu lotionis man. ante & post cœnam* luculentissimam; lege, non pœnitebit vix enim quicquam desiderabis de hac lotionis manuum materia, quæ non sint illic congesta. Recentissime lotionis hanc materiam fusius etiam pertractavit Edm. Pocockius *in suis notis misc. cap.* 9. *a pag.* 350. *ad* 410. ubi non parum quoque famem suam poterit explere animus harum rerum avidus. Lege etiam, si vacat, Schikardum מ״ה *cap.* 5. *th.* 18. *p.* 150. *seq.* itemque de discrimine lotionis manuum apud Persas atque Turcas, Adamum Olearium *itin. pers. f.* 680. De pedilavio nonnulla profert Gretserus *lib.* 1. *de festis cap.* 17. itemque Hoornbec. *controv. relig. pag.* 388.

VI. Non autem particulari membrorum quorundam lotione contentas fuisse mulieres, verum nonnullas totum etiam corpus munditiei causa lavare consuevisse fere quotidie, colligere licet non solum ex Pharaonis filia, quam Thermuthin vocat Josephus, ut quæ pro more suo Nilum eo fine solebat visitare, *Exod.* II. 5. verum Bathsabam idem fecisse legimus tempore vespertino, 2. *Sam.* XI. 2. & Susanna idem quotidie factitabat in pomario circa meridiei horas, *Fragm. Dan.* I. 15. Judith vero solum post jejunium *Judith.* X. 3. XII. 7. Neque defuit illic σμῆγμα, siquidem id una & oleum Susanna postulabat loc. cit. observatque Drusius *lib.* 13. *obs. cap.* 8. ex Athan. *lib. de virg.* nitrum inservisse lotioni corporis; (confer *Jerem.* II. 22. *Malac.* III. 2.) ita namque Athanasius: *cum laveris faciem tuam, non lavabis ambabus manibus, non expoliveris genas vultus tui, neque pharmaco aut nitro utere*, & Isidorus lib. 16. orig. cap. 2. *ex nitro & medicinæ fiunt, & sordes corporum vestesque lavantur*. De crebris porro Orientalium lotionibus egit Heinsius *cap.* 3. *Aristar. ferme sub finem*. De Mahumedanorum vero lotionibus videatur Hoornbec. *sum. controv. pag.* 149.

VII. Tandem & vestimentis sua fuit lotio, uti constat ex *Exod.* XIX. 10. 14. ubi ob legem jamjam promulgandam Israeli talis injungitur mundatio, per quam ipsius quoque corporis totius simul baptismum indicatum fuisse concludunt Rabbini, latius id deducente Seldeno *lib.* 1. *de syned. cap.* 3. *pag.* 24. *seqq.* vide porro *Lev.* XI. 25. 28. 40. XIII. 6. 34. 58. XIV. 8. 47. XV. 5. 6. *Num.* VIII. 7. 21. XIX. 10. 21. XXXI. 24. & quæ tum de aspersione, tum de fricatione vestium affert Lorinus ad *Lev.* XI. 25. Haud dubie vero vestes illæ, quæ lavantium subierunt manus, non fuerunt coriaceæ aut særice, verum laneæ, aut potius lineæ, ut alias communior hic solet esse habitus in regionibus æstuosioribus; nam alias lavare vestes sericas aut coriaceas, ferme idem est, ac easdem corrumpere: vel saltem per vestes intelligendæ erunt illæ, quæ ut corpori vicinissimæ, ita corporis etiam infectæ sunt sordibus, ac proinde lotioni per se accommodæ; cujusmodi apud nos sunt præcipue indusia, collaria, tibialia linea, &c. Plura de vestium colore in communi apud Hebræos albo, ita, ut ve-

vestes laneæ lineæque lotionibus essent aptiores, disserit Sopranes, *in Davide digr. 1. fol. 334. seqq.*

VIII. Lotionem itaque tam corporis quam tegumentorum ejus consuetam inhibuit luctus; id quod luculenter satis evincit exemplum. „ Mephibosethi, qui „ in occursum regis descendit illotis pe„ dibus intonsaque barba, vestesque suas „ non laverat a die, qua egressus fuerat „ rex, &c. 2. *Sam.* 19. 24. ubi Sanctius „ hæc annotat: illotos apparere pedes „ aliorum oculis difficile non fuit, cum „ Hebræis nullus esset tibialium usus; & „ sandalia, quæ illis pro calceis sunt, „ quæque non omnino pedes contegunt, „ non subducunt oculis, si quid est in „ pedibus illotum aut lautum. " Et porro sub fin. vers. huj. n. 17. *vestes non laverat, intellige interulas & lineas; nam quæ ex lana fiunt, quæque carni adhærere non consuevere, lavari non solent. Hoc etiam in luctu familiare est, hodieque multis in locis quasi solenne.* Ita David quoque soluto demum jejunio lavat suum corpus, ac se se ungit, *cap.* 12. 20. nimirum ut a squalore, in quo tamdiu jacuerat, a situ, scabritieque cutis emundaretur, tantoque decentius coram Deo suo comparere posset in sacro Tabernaculo. Unde simul cognoscis, qua de causa Salvator *Matth.* 6. 17. faciem præcipiat lavari inungique caput, nimirum ut veri fideles, lætitiam vultu præ se ferentes externo, distarent ab hypocritis, quorum cor distabat plane ab externo simulato luctu. Atque horsum tendunt etiam Mosis nostri verba *cap.* 5. *Ffel.* §. 3. *unde est, quod lugens probibetur lavare vestimenta sua, suumque lavare corpus atque ungere? quia dictum est,* (2. Samuel. 14. v. 2.) התאבלי *lugentem te exhibe, & indue vestimenta luctus, nec unge te oleo. Ubi lotio comprehenditur sub unctione, siquidem lotio unctionem antecedit, sicuti dicitur* (Ruth. 33.) *lavabis te atque unges. Adeoque sicut lugenti interdicta vestium lotio, ita quoque* כלים לבנים *indumentorum candidorum, recentium aut levigatorum induitio:* [weiß / geglättet oder gerollet Geräthe.] Paria refert Coccejus tit. Sanhed. pag. 51. *primis* VII. *diebus* (lugens) *vestes non eluit, neque lotas induit, neque candidas & nitidas; præter faciem & manus non lavat, nisi ad detergendam spurcitiem, &c.* itemque Fagius *ad Deut.* 14. 1. nec non Buxtorfius *synag. cap.* 45. *pag.* 432. *principes funeris sive filii sint, seu proximi agnati, per* XXX. *dies balneis abstinent, non tondentur, oleis nec unguntur nec lavantur; ungues non subsecant, &c.* imo homicidæ, in perpetui mœroris signum, interdicta omnis lotio, tam corporis, quam indusii aut vestium, ibid. *cap.* 34. *p.* 426. Alia de lotionibus plura vide sis in eadem synagoga *cap.* 4. 2. 6. Neque iteramus hic, quæ de lotionis intermissione jam recitavimus *cap.* XX. §. 13.

IX. Nunc ad *Unctionem*. Hæc verum nobis occidentalibus non tam nota aut frequens, quam populis loca sicciora atque ferventia incolentibus; hi quippe ob multum sudorem ac graveolentiam, unguentis odoriferis carere vix posse poterant videri. De luxu autem circa hanc rem consuli poterit Casaubonus *exerc.* 14. *n.* 12. ubi de Græcis refert, quod adeo fuerint unguentorum studiosi, ut exploratum haberent, eo quod unguentum cuique membro humani corporis esset accommodatum; ibidem plura etiam de inunctione pedum inter accubitum, quam alias Demsterus (*ad Rosin. antiq. p.* 946.) Meursium putat ostendisse primum *p.* 2. *critic. exerc. cap.* 16. & *ad Lycoph. pag.* 230. De liquoribus porro duobus, humano corpori gratissimis, intus Vini, foris Olei, deque hujus potestate tepefaciendi ac contra algores muniendi, consulatur Cœl. Rhodiginus *l.* 6. *lect. ant. cap.* 6. Prædictus Casaubonus *ad Theophr. cap.* 19. annotat, in balneo se unguentis perfudisse non modo divites, sed etiam infimæ sortis homines ac pauperes, quin & ipsas aquas unguentis odoratis perfudisse. Unde locus in balneo *Unctarium & unctaria cella* de qua Demsterus *paral. ad Rosin. A. R. l.* 1. *cap.* 14. *p.* 139. De Syris refert Posidonius Philosophus *l.* 28. *hist.* in conviviis solennioribus coronas fuisse præbitas conviviis, hinc ingressos Babylonios, unguentorum utres parvos habentes, e quibus accumbentium coronas circumeundo adsperserint unguentisque irrorarint prætereaque nihil aliud externum. Ita Balth. Bonifacius *hist. Judic. l.* 1. *c.* 15. refert ex Athenæo de Alexi, quod columbas quatuor dimiserit, suavissimis ac inter se variis unguentis perfusas, quæ hanc in rem probe institutæ, alas volitando concutientes, convivarum vestes strataque conspergebant. Græci veteres, pergit, liniebant unguento Ægyptio pedes & crura, Phœnicio maxillas & mammas, Sisymbrino lævum brachium, nardino dextrum, amaracino cilia & cæsariem, serpyllino collum & genua, &c. Ita Mollerus ad Psal. 23. 5. *quoties*, ait, *Judæi excipiebant convivas honoratiores, quos splendide tractare volebant, eos perfundebant vel balsamo, vel aliis unguentis fragrantibus, ut ita exhilararentur; nam cerebrum & spiritus suavi odore mirabiliter reficiuntur & excitantur.* Adde huic D. Brochmanni *t.* 2. *LL. de B. O. quæst.*

O. quæſt. 5. *p.* 610. item quæ Camero *in myroth.* annotat *ad Matt.* 26. 7. *p.* 111. 112. Plura de unguentorum odoriferorum inventoribus, amatoribus, oſoribus, item de eorum uſu atque aliis, congeſſit Th. Gerzonus Italus, *piazza univerſ. diſcurſu* 78. de unguentorum etiam ſpeciebus, delitioſo cultu, atque aliis, tractat Clemens Alex. *l.* 2. *pædag. cap.* 8. *f.* 175. *ſeqq.* & de Turcis, univerſam faciem ac corpus diligentiſſime inungentibus, videri inter cæteros poterit Bellonius 3. *obſer.* 34. Confer etiam Prov. 27. 9. *unguentum & ſuffimentum lætificat cor*, c. 21. 18. *qui diligit* שמן *oleum, non ditabitur*. Pſal. 104. 15. *ut niteat facies magis quam ab oleo*, (adde hic Druſium *lib.* 3. *obſerv. cap.* 10. nec non Cl. Buxtorfium *anticr. Capell. p.* 737.) Cohel. 7. 1. *melius eſt nomen bonum quam unguentum bonum*.

X. Hac itaque ratione Chriſto diſcumbenti unguntur pedes, *Luc.* 7. 38. ubi ſimul ex *verſ.* 46. manifeſto ſatis elicitur, etiam caput inungi conſueviſſe convivis, quod Romanis alias per quam familiare, docente Lipſio *l.* 3. *antiq. lect.* & Demſtero *ad Roſin. antiq. p.* 867. *ſeq.* imo Æneæ *crines* tribuuntur *vibrati calido ferro myrrhaque madentes*, Æneid. *l.* 12. v. 100. & Plautus *Moſtell. a.* 1. *ſc.* 3. *v.* 115. *mulier*, ait, *recte olet, ubi nihil olet; & iſthæc vetulæ, ubi ſeſe ſudor cum unguentis corporis ſociavit, illico itidem olent, quaſi cum una multa jura confundit cocus* apud eund. *Caſin. a.* 2. *ſc.* 3. ſenex amans introducitur his verbis: *myropolas omnes ſolicito, ubicunque eſt lepidum unguentum, ungor, ut illi placeam*. Cum quibus quodammodo meretricia conveniunt verba. Prov. 7. 17. *ſuffivi cubile meum myrrha, aloe & cinnamomo:* vide illic annotata. Confer etiam Coh. 9. 8. *oleum ſuper caput tuum non deficiat:* ubi Druſius oleum exponit per unguentum boni odoris, quo utebantur, cum ſe ad venuſtatem componerent. Qui ipſe *ad Pentat. loca p.* 156. & *l.* x. *obſervat. cap.* 24. Balſamum idem eſſe docet ac בעל שמן *dominum olei* ſeu oleum præcipuum, aut בעל סמים *dominum aromatum*, adde illi Martinium *in lexic. philol.* Sic. *Cob.* x. 1. mentio etiam fit *olei pigmentarii*, h. e. quod artificioſe ex variis aromatum liquorumve ſpeciebus eſt compoſitum. Porro de unctionibus adhibitis teſtatur Amos 6. 6. *bibunt in phialis vinum & electis unguentis ungunt ſe:* Mich. 6. 15. *calcabis olivas, ſed non unges te oleo*, (ex *Deut.* 28. 40.) Ezech. 16. 9. *lavi te, unxi oleo*, Eſth. II. 12. *præparantur virgines regiæ ſex menſibus, cum oleo myrrbino & ſex menſibus* בבשמים *cum aromatibus*, (conſonat ferme german. Biſem) Ruth. III. 3. *lavabis te, ungeſque te*, videlicet ut Targum addit: ביסמנין *unguentis aromaticis;* & Abeneſra: *oleo, cui eſt odor bonus, quondam ſic conſuetudo frequens in Iſrael viris atque fœminis*. Adde his *Fragm. Daniel.* I. 17. *Judith.* x. 3. (ubi de μύρῳ παχεῖ, unguento ſpiſſo aut pingui,) & *Sap.* II. 7. item *Matth.* VI. 17. ubi Hieronymus, *juxta ritum*, ait, *Palæſtinæ loquitur, ubi diebus feſtis aut lætis ſolent ungere capita*.

XI. Quemadmodum igitur in luctu recepta corporis cura omnis intermiſſa, ita non minus quoque Unctio: patet hoc rurſus ab exemplo Davidis, 2. *Sam.* 12. 20. qui ſurrexit de terra, & *lotus unctusque eſt*, mutatiſque veſtibus ingreſſus eſt domum Domini: mulieris Thecuiticæ, luctum ſimulantis cap. 14. 2. cui Joab inquit: *lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne ungaris oleo, ut ſis quod mulier jam plurimo tempore lugens mortuum*, & Danielis, qu. *cap.* 10. 2. *ſeqq.* lugens tribus hebdomadibus dierum nec panem comedit deſiderabilem carnemve, nec vinum bibit, *nec ungendo unctus eſt*. Inde eſt, quod captivi ab Iſraelitis non modo cibati potatique fuerint, ſed & pro more regionis *uncti*, 2. Par. XXVIII. 15. „ Audiamus nunc Maimonidem cap. 5. „ Eſel §. 4. prohibitum eſt ungere ſive „ particulatim corporis membra, ſive to- „ taliter corpus ipſum; ſi tamen fiat ad „ abſtergendum הזוהמה *ſordes*, (uti nos „ ſmegmate ſolemus facere,) permitti- „ tur. Ita quoque prohibita lotio mem- „ brorum corporis particularis, ſi fiat ca- „ lida; ſi tamen lavet faciem; manus pe- „ deſque, modo non totum corpus, (per- „ mittitur in frigida.) Porro c. 13. §. 6. „ aqua conſpergunt everruntque in domo „ lugubri, eluunt etiam ſcutellas & po- „ cula, & urceos, & patinas, incendunt „ etiam lucernas; at non inferunt illuc „ quicquam ſuffimentorum, neque etiam „ הבשמים aromata. Ita L. *Minhagim* „ ſub finem tradit: (der Leidtragende) darff nich baden noch ſchmieren mit wolſchmeckenden Oel. Videatur etiam Buxtor. *c.* 21. & 35. & quæ adducta ſunt proxime c. 20. §. 13. Anneſtimus, quæ Menochius *l.* 8. *reip. Hebr. c.* 6. *quæſt.* 10. affert ex nonnullorum, quos tamen haud nominat, ſententia, antiquos ad teſtandum dolorem exaſperandumque in luctu & funere carorum, *ſulphuris tetros ſuffitus* in domo excitaſſe, ex illo Job. 18. 15. *adſpergatur in tabernaculo ejus ſulphur;* item *Ezech.* 8. 17. ubi mulieres Adonim lamentantes, ramum ſeu fœtorem dicuntur ad nares ſuas applicare. Verum quam commode hæc aut dicantur, aut probentur, non diſquiremus, cum bre-

brevi labore id expedire queat quilibet. Properamus jam ad alia.

XII. Musicam inter epulandum apud Gentes frequentatam, probandum adeo non est. Adi modo Lipsium *lib. 2. satur. cap. 2.* videbisque, quoties allata nova fercula, toties hydraulica insonuisse instrumenta, organa item, tibias, aliaque inter carpendum cibos otiosa non fuisse, quibus adde Demsteri *paral. ad Ros. A. R. lib. 5. c. 29. p. 825. seqq.* Easdem sibi cantorum cantatricumque delicias paravit quoque Salomo, *Coh.* 2. 8. imo privatorum quoque civiumque gaudiis aderant musici cum suis cytharis, nabliis, tympanis, tibiis, &c. *Jesa.* 5. 12. 24. 8. *Amos* 6. 5. Confer *Jer.* 25. 10. de voce gaudii, lætitiæ, sponsi sponsæque: quorsum alluditur *Apoc.* 18. 21. 23. item *Sirach.* 32. 7. *seqq.* ubi de musica conviviali comparata gemmulæ carbunculi in auro, &c. & *Luc.* 15. 25. de symphonia & choreis post reditum filii pro deperdito habiti.

XIII. Quo gratiora autem hæc omnia lætantibus, eo exosiora afflictis. Imo absurda plane fit in luctu musica, *Sir.* 22. 6. suspenduntur cytharæ &c. *Psalm.* 137. 2. Unde Hierosolymæ etiam desolatio eo describitur modo, 1. *Macc.* 3. 45. quod ibi nec tibiæ nec cytharæ amplius auditæ. Et Darius, ob Danielem perturbatus, in conclave se recipit; incœnatus pernoctans, neque ante se afferri permittens exhilarantia, *Dan.* 6. 19. puta, instrumenta musica ludosve histrionicos, siquidem ut Brisson. tradit *in Persicis p.* 67. conviviales ludi tota Perside regibus purpuratisque erant cordi, secundum *Curtii lib.* 5. & conclave, ubi rex epulabatur, mulierum vocibus cantuque symphoniæ personabat; plurimæ ibi tibicinæ, fidicinæ, psaltriæ, &c. Cuncta igitur hujusmodi hilaria in luctu penitus cessabant, ut inter cætera id indicat etiam Jesaias, c. 24. 8. Quorsum referimus, quæ Maimon *cap.* 5. *Taan.* §. 14. affert, de observandis in jejunio ad conservandam Hierosolymæ destructæ memoriam: *decreverunt*, inquiens Majores, *non pulsanda esse instrumenta musica, cujuscunque fuerint speciei, neque etiam lætandum esse ex iis, qui modulationes aut cantilenas apte fundunt, imo non audiendos esse illos, propter vastitatem* sc. tunc recolendam. *Etiam musica vocalis apud vinum probibita, cum dictum sit,* (Jes. 24. 9.) *cum cantico non bibent vinum. Et jam jam adsueverunt Israelitæ, proferre verba laudum aut cantilenas confessionum ad Deum similesve, quando vinum potant.*

XIV. Superest, ut a lugentibus removeatur etiam, si conjugati sint, illibata alioqui voluptas mutuumque debitum. Sic namque multoties in *l. Minhagim* reperi videmus: Wann das meth (Todte noch nicht zu Kefura (Grab) ist kommen / darff der afel (Leidtragende /) nicht die Schuh aufsthun / muß aber deß Weibs müssig gehen. item, am Sabbath und Festag magier Fleisch essen und Wein trincken / und soll aber deß Weibs müssig gehen paulo post: Ein Afel darff kein mlacha (Geschäfft) thun / muss die Schuh aufsthun / und soll sein Weib stehn lassen iterum die luctus septimo & sabbatho, utut ab aliis luctus absolvatur vinculis nihilominus soll er das Weib stehen lassen. Idem annotavit etiam Fagius *ad Deut.* 14. 1. *lectum sternunt in pavimento, & a venere abstinent.* Clare autem hoc de negotio agit Maimon. cap. 5. Efel. §. 5. *unde est, quod lugenti probibitum maritale debitum? quia dictum est,* (2. Sam. XII. 24.) *& consolatus est David Bathsabam uxorem suam, venitque ad eam, & cubavit cum ea: omnino, quia prius fuerat illicitum. Atque h. m. mulier nubit, quantumvis etiam non concumbant. Permissum tamen est* להתייחד *associare se uxori suæ, ut ut concubitus sit interdictus.* Facit huc Jonathan paraphrastes, qui illud *Lev.* 16. 29. *affligatis animas vestras,* ita declarat: *a cibo & a potu, & ab* הויית בני *procreatione liberorum, & absterstone, & a calceis,* וחשמיש ערסא *& a ministerio lecti* abstinebitis. Sic & Hasskuni; *ut vetitum est edere & bibere, ita & lavare, ungere, induere sandalia, & coire in lecto.* Et Sheringham. *ad cap.* 8. *Joma* §. 1. annotat ex Men. B. Israel, peccatum esse, in die expiationis tangere mulierem, haud aliter ac si esset menstruata, nec in eodem lecto dormire possunt, ut fugiant occasionem peccati. Idem statuisse ecclesiam Græcam, ut scilicet in diebus jejunii sacrisque aliis conjuges a mutuo congressu abstinerent, probat ex Balsam. *ad canon.* 3. *Dionys. Alexan. & Leunclav. lib.* 5. *respons.* Id quod Latinæ etiam placuit ecclesiæ, ceu docet decretum Gratiani *par.* 2. *can.* 33. *quæst.* 4. imo gentiles etiam tale quid observasse colligitur ex Juven. sat. 6. *ille petit veniam quoties non abstinet uxor Concubite, sacris observandisque diebus.* Præcipue autem huc pertinet illud Joel 2. 16. *egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.* 1. Cor. 7. 5. *ne fraudetis mutuo, nisi ex consensu, ad tempus, ut vacetis jejunio & orationi.* Fortasse huc referri etiam potest Uriæ continentia, 2. *Sam.* 11. 11. qui religioni ducit, jucundiori sorte frui præ duce suo bellico cæterisque commilitonibus. Canticorum, in conviviis Christianis frequentatorum meminit Tertullianus *in apol. c.* 39. & Cyprianus *ep. ad Donatum.*

XV.

XV. Pertinet huc *Conviviorum* etiam vitatio, de qua Mose noster Ægyptius c. *6*. Efel. §. *6*. שמחת סעודה *gaudium conviviale, quod quis tenebatur* אותה מיד לפרוע *exsolvere e vestigio, permissum est instituere e vestigio post diem septimum; verum si non obligatus fuit idem exsolvere, illicitum fuit* להכנס לה *interesse illi usque ad trigesimum*. Ad quæ verba hæc annotantur in Keseph Mischne: *ob quoslibet mortuos* נכנס לבית המשתה *adire licet convivii locum elapsis diebus XXX. ob patrem vero matremve mortuos post XII. demum menses*.

CAPUT XXII.

Vestes illotæ. §. 2. *mutatæ*. §. 3. *lugubres*. §. 4. *saccus*. §. 6. *vestes scissæ*. §. 9.

I. EXterno habitu lugubri ac insueto latentem intus mœrorem prodere, ut naturale, ita omnibus quoque gentibus commune semper fuit ac receptum, adeo ut vestes *vel* in squalore retinerent, *vel* cum lugubribus, aut ut Nævius alicubi vocat, mortualibus, mutarent *vel* etiam scinderent.

II. *Retentas* itaque videmus, & quidem in squalore, nimirum illas, quæ non festivæ erant aut pretiosæ. Siquidem ut Buxtorfius refert *synag. c.* 35. *pag.* 433. Judæi moderni *pullis vestibus in luctu non utuntur, sed vestes illas, qui obitus tempore quis indutus fuit, nec ullas alias, toto luctus tempore, per integrum, scil. annum gestare tenetur*. Dixi autem retentas in *squalore;* quo ipso removeo lotionem alioqui vestibus debitam, cujus jam mentio facta cap. 21. §. 7. Notatu autem digna sunt, quæ Sopranes affert *digr.* 1. *de re vestiar. fol.* 335. necessarium fuisse Judæis, iis indui vestibus, 1. quæ quam minimo detrimento capaces essent assiduæ lotionis, 2. quod illo colore essent, qui ex crebra lotione non flaccesceret, sed accenderetur. Id quod utrumque in laneas lineasque competit omnium optime: unde etiam porro colligit, tam crebrum apud illos fuisse usum fullonum, rarum tinctorum, fullonum inquam, qui vestes eluerent, & sordibus abstersis candefacerent, uti nunc de nostra subucula aliisque linteis fieri consuevit. Præterea & hoc elicit, (quod ad præsentem etiam facit nostrum scopum) cur qui in luctu erant, in sordibus esse dicerentur? nimirum abstinebant lugentes a lotione. Sic Lutherus *ad Coh.* 9. 8. sint vestimenta tua candida, *pro ritu*, ait, *illius regionis loquitur; Romani & Græci purpuram, orientales, & maxime Judæi, candidam vestem commedant, propter lotiones & munditiem; sicut & Turcæ lineis vestibus pro splendidissimis utuntur, & nos in summis festis, albis sub Papatu usi sumus*. Adde his, si placet, Clementem Alex. *l.* 2. *pædag. cap.* 10. *fol.* 200. *seq.* ubi coloratas vestes improbant in Christianis; revocans haud dubie ad mundam simplicitatem, in populo olim Dei observatam. Adeoque cum lugentes cineribus pulveribusque seipsos conspergerent, inque illis etiam se quandoque volutarent, quid mirum, solo hoc squalore vestium illotarum servato, luctum fuisse indicatum? Ita Menochius *l.* 8. *reip. Hebr. c.* 6. *quæst.* 4. paria affert; si vestes in luctu non mutabantur assumto cilicio, illotas illas relinquebant. Qui enim hoc pacto sordidati incedebant, satis ostendebant hoc corporis & munditiarum neglectu, se in luctu versari. Id quod Mephibosеth probat vestibus illotis, 2. *Sam.* 19. 24. Illustrari hoc posset Ægyptiorum more, qui, referente Herodoto *in Euterpe f. m.* 45. linea ferunt vestimenta semper recens abluta, huic rei præcipue vacantes. Audiamus nunc etiam Maimonidem, qui *c.* 6. *Efel.* §. 4. sic infit. *vetitum est induere* כלים *indumenta alba recentia* ומגוחצין *& levigata per totos* XXX. *dies, eadem hic ratio viri, quæ mulieris. Si fuerint* (vestimenta) *colore tincta ac levigata, permittuntur. Si modo non sint recentia, etiamsi fuerint alba ac levigata, permittuntur. Non tamen in his comprehenditur* כלי פשתן *indumentum lineum, propter* ניחוץ *levigationem. Post* XXX. *autem dies eadem* גיחוץ *levigatio rursus permittitur, etiam ubi quis patrem matremveluxerit*.

III. Nunc ad *mutatas*. Et quidem de Lyciis refert Valerius Maximus l. 2. c. *6*. nec non Plutarchus *ad Appollon. f. m.* 69. quod incidente luctu viri induerint vestem muliebrem, quo deformitate cultus commoti maturius projicerent stultum mœrorem. De fœminis Romanis tradit Nobilis ille criticus Justus Lipsius *ad l.* 2. *Taciti p. m.* 124. quod florente prisca republica usæ fuerint in luctu *nigris* vestibus, *albis* vero, sub Imperatoribus republ. extincta, Confer Plutarchum, *Rom. q.* 16. qui præter vestes albas albarum quoque meminit vittarum; forte ut fœmellæ nostrates albis in luctu peplis vittisque involvuntur, Vide plura de colore albo, Argis, Græcis, Japoniis aliisque in luctu usitato, apud Stuckium, *l.* 2. *antiq. conv. cap.* 26. *f.* 235. & de eodem lætitiæ causa adhibito apud Ferrarium *l.* 1. *de re vestiar. c.* 22. Pinedam *comm. ad* Cobel. 9. 8. Sopranem *de re vest. Jud. f.* 339. sicut de colore *pullo atroque* luctui ut plurimum inser-

serviente cap. 23. quem ipsum nigri coloris habitum lugubrem persequitur etiam Kirchman, *de fun. Rom. l. 2. cap.* 17. *pag.* 232. Schedius *de Diis Germ. p.* 444. Kornmann. *de mirac. mortuor. p. 7. c.* 33. Pol. Virgil. *l. 6. inv. rer. c. 9.*

IV. Quantum ad Dei gentem; mutatas illic jam in ima antiquitate ob luctum fuisse vestes, cognoscimus ex viduali Thamaris habitu, *Gen.* XXXVIII. 14. 19. qui qualis fuerit vix aliquis nobis poterit liquido exponere. Vide sis Augustinus *quæst.* 129. *in Genesin. t.* 4. *f.* 114. Sic Judith gerit, ἱμάτια, τῆς χηρεύσεως, c. 8. 5. 10. 2. sine dubio plena pudoris, modestiæ, gravitatis, ubi omnis ornatus omnisque aberat luxus ac elegantia ubi cuncta operta, atque ad mœrorem exprimendum composita. Vide sis, quæ ex Hieronym. Tertulliano, Augustino ac Fulgentio de viduarum habitu profert Serarius *in comment. Judith.* 8. *f.* 202. 203. Ita astuta isthæc Thecoensis fœmina vestes assumit luctus 2. *Sam.* 14. 3.

V. Hæc de fœminis: nunc etiam de viris. Sane David se dicit incedere קודר *pullatum*, qu. qui lugeret matrem, *Psal.* 35. 14. ubi Hebræa vox *Kadar* non nisi tenebricosum obscurumque designare potest colorem, siquidem de die obtenebrescente eadem usurpatur *Mich.* 3. 6. de Sole Lunaque caligine obductis, *Joel.* 2. 10. 4. 15. de cœlo, nigris obscurisque nubibus operto *Jes.* 50. 3. *Jerem.* 4. 28. 1. *Reg.* 18. 45. unde *Kedareni*, homines illi Arabiæ fusci atque nigri. Verbo hoc utitur etiam Jeremias c. 8. 21. *propter contritionem filiæ populi mei* . . . קדרתי *obtenebratus sum stupor arripuit me*. Ita *Job.* 5. 11. dicitur: *ut ponat humiles in celso*, וקודרים *& atrati sublimentur salute*, hoc est, secundum Coccejum, *supplices afflicti, qui atrati incedebant in sacco scil. qui erat pannus & crassi textus, & sordidi coloris, ut unde sacci fiunt;* quorsum faceret illud Josephi *lib.* 14. *Antiq. Jud. cap.* 17. (18) de reis in judicium procedentibus, κόμην τε ἐπιτέρψασι, καὶ ἐσθῆτι μελαίνῳ ἐνδεδυμένοις *capillis prolixis, veste nigra indutis*. Rursus Job. cap. 30. 28. inquit: קודר *ater incedo sine sole*. h. e. secundum Coccejum modo laudatum, *non est denigrata cutis mea æstu externo, sed interno, viscerum incendio*. Paribus fere verbis David utitur Psal. 38. 7. *Inclinatus sum vehementissime, omni die* קודר *atratus incedo propter oppressionem inimici*. Huc illud *Mal.* III. 14. ubi Judæi conqueruntur, se frustra ambulasse קדרנית *atrate* vel *obscure*, more sc. lugentium, atra veste indutorum, uti tum hic, tum in superioribus adductis textibus annotat Piscator. Vide sis Lorinum ad *Psalm.* 34. (35.) 14. Mart. de Roa *part. 2. singul. l. 2. c. 2. p.* 152. *seqq.* Menochium *lib.* 8. *reip. Hebr. c. 6. quæst.* 5. qui omnes in colore nigro, lugentibus Hebræis usitato, consentiunt. Et Sopranes, *Dav. dig.* 3. *f.* 541. colorem nigrum, aut qui ad nigrum vergeret, pullum atque fuscum, certo Hebræis in luctu receptum pronunciat, cum saccus, ex quo indumenta lugubria constabant, niger fuerit secundum *Apoc.* 6. 2. *Jes.* 50. 3. Sic niger etiam color placet Drusio *in Coh.* 9. 8. nec non *l.* 1. *qu.* 47. Verum ne quid dissimulem, nondum absurdam adeo Bonfrerii deprehendere potui sententiam, qui *ad Deut.* 21. 12. dubitat, an certus ei rei color fuerit dedicatus, quin imo solis vestium sordibus luctum fuisse indicatum. Non dicam tamen de Josepho historiographo, an nulli illinc produci queant pro colore pullo nigrove textus. Certe ex Scripturis nigredinem non deprehendo infallibiliter: obscuritas est in voce קדר, sed qualis opposita est serenitati astrorum aut candori splendescenti, adeoque *atratum incedere* est vel vultu obscuro atque tristi, ut solent σκυθρωποί, incedere, vel cutem habere squalidam, scabram, æstuque velut solis adustam. Vide *Job.* 30. 28. imo expende adductos locos singulos: de vestibus sane vix reperies quicquam solide convincens. De sacci colore quam solide argumentetur Sopranes, & ante eum Jac. Matthias in comm. ad Joel. 1. 8. itidem dignosci potest facile: solem operire sacco est splendorem radiosve ejus intercipere; sed num propterea sacci color est niger? candelæ splendor impediri potest obtentu panni etiam albissimi. Hæc tamen eum in finem profero, non quod vestium nigredinem in luctu Hebræis negare velim usurpatam, sed quod textus sacri firmiora petam testimonia. Persis cœruleum in luctu colorem frequentari, æque ut a nostratibus atrum, annotavit Olearius *itin. fol.* 935.

VI. Ad vestes autem in luctu mutatas præcipue pertinet *Saccus;* (cujus sane vocis mira in omnibus ferme linguis identitas, teste Martino in lexico,) in quo describendo prolixos admodum videas Papistas, ut illinc sua monachorum eliciant cilicia. Ita Lorinus *ad Psalm.* 34. (35.) 13. saccum exponit de cilicio, de pilis vel setis hircorum & caprarum, vel etiam equorum, camelorum, porcorum, vel etiam aliorum hujusmodi animalium, interdum etiam ex raro vimine, vel sparto neto contextoque, &c. quanquam ipse tamen fateatur tandem, non posse definite satis se asserere, loquaturne David de

tali

tali cilicio, an de viliori sacco, qui totus ambiret corpus, etiam supra vestes alias, carni ipsi non immediate ad eam compungendam applicatus. Addo tamen, quæ *in Itin. Orient. part. 2. cap. 1. pag.* 133. consignavit D. Leonh. Rauwolffius, medicus, de habitu in oriente a se sociisque gestato: Zu dem zogen wir noch ein Uberkeid an/ von einem groben gewürck Meska auff ihre Sprach genennet/ welches unter den Mohren sehr gebräuchlich/ meistentheils von Geissen/ etwann auch von Eselshaaren gewürcket/ das ist zimlich eng/ ohne Ermel/ und kurtz/ nicht gar biß zum Kniebiegen hinab reichend. Nachdem aber eins dem andern ungleich/ wird davon das zärtere/ [sonderlich aber dessen mit weissen und schwartzen Strichen] mihr zu solchen Kleidern genommen; das gröber aber zum gezelten und Waidsacken/ darinnen sie ihr Proviant führen/ &c. quibus ipse tandem subjungit, vestitu hoc in memoriam sibi revocata esse angusta illa viliaque indumenta quibus in luctu usi veteres Israelitæ, quæque *Saccos* tum dixere. Sic de sacco & cilicio scribit Menochius *lib.* 8. *reip. Hebr. cap.* 6. *quæst.* 4. *fol.* 785. hæc duo vel idem fuisse, vel certe inter se affinia, & ejusdem materiæ ac rationis. Et quidem saccus, pergit, ex tela crassiores durioreque conficitur, & ad frumentum & alia hujusmodi, de loco in locum alium transportanda adhibetur. Cilicinæ autem vestes, & ex cilicio sacci, primam sui originem in *Cilicia* habuisse videntur, ubi hirci & capræ longos habent villos, & tondentur, & ex hac lana sacci fiunt vestesque cilicinæ, quarum usus in castris & navigii. Aliam tamen cilicii originem in Aristarcho suo *cap.* 5. *f. m.* 766. profert Heinsius, nempe קלק, unde קלקי, quem, qui cupit, adire potest, ut & Meursium *in gloss. græcob.* ubi de sacco, certo patriarcharum Græcorum habitu. Casaubonus, *exerc.* 13. *n.* 6. nec ex sacra pagina, nec ullo alio firmo argumento demonstrari posse opinatur, saccum fuisse vestem, e villis hircorum & caprarum contextam. Schindlerus *in lexico* putat fuisse *vestem laneam aut cannabideam*, (Pagninus addit, *aut ex pelle*,) *quam quis induit super carnem suam; exutis enim aut laceratis vestibus splendidioribus loco interulæ sacco, veste vilissima, densa & dura, corpus operiebant, aut lumbos constringebant.* Chemnitius pag. 4. Exam. Concil. Trid. f. m. 92. *opponit*, ait, *saccus indumentis mollioribus & laxioribus, ac significat vestes viliores, puriores*, (vel simpliciores, omnique artificio destitutas,) *crassiores, sordidiores & constrictiores; & quia sacci ad recipiendum frumenta & res alias* (vid. Gen. 42. 27. seq. Levit. 11. 32. Jos. 9. 4.) *ex pilis vel ex crassiore lino conficiebantur, inde Latini per Cilicium aliquando reddiderunt*, Luth. *in gloss. marg. ad Jesa.* XX. 2. saccum exponit den groben Rock/ Werckeltagskeid. Vide sis præter citatos etiam Sopranem *de re vestiar. Jud. f.* 316. *seqq.*

VII. Hic itaque Saccus aliquando dicitur *accingi supra lumbos;* fortasse instar castulæ, aut sordidi cujusdam ventralis supra togam illam Israelitarum talarem atque laxam seu striatam, lumbis adstringendam; quomodo nonnunquam peregrinantes vestibus suis honoratioribus, ne pulvere vel adsperginibus fœdentur, superinduere solent alias linteas, aliave ex materia confectas. Ita Saccus construitur cum verbo חגר *accinxit*, 2. *Sam.* 3. 31. ubi David ad Joabum omnemque populum: scindite vestes vestras, וחגרו *& accingite saccum, & plangite.* 1. *Reg.* 20. 32. ubi servi Benhadadi יחגרו *accingebant* saccos lumbis suis, funesque capitibus suis. *Jes.* 15. 3. (Moabitæ) *in plateis suis* חגרו *accingent se sacco.* cap. 22. 12. *vocabit Dominus ad fletum & ad planctum & ad calvitium* ולחגור *& ad accingendum saccum:* cap. 32. 11. *exue te & nuda te,* וחגורה *& accinge te super lumbos*, (nota, sacci vocabulum expresse hic non haberi.) Jer. 4. vers. 8. *propterea* חגרי *accingite saccos, plangite;* cap. 6. 26. *o filia populi mei* חגרי *accinge te sacco, & volve te in cinere* Jer. 49. 3. חגורנה *accingite vos saccis, plangite.* Thren. 2. 10. *Seniores ascendere fecerunt pulverem super caput suum,* חגרו *accinxerunt de saccis.* Ezech. 7. 18. וחגרו *& accingunt se saccis, & operiet eos formido.* cap. 27. 31. nautæ *decalvabunt super te calvitium.* וחגרו *& flebunt.* Ita Jes. 3. 24. pro pectorali fascia מחגורת שק *cingulum sacci.* Quorsum etiam referimus phrases de lumbis sacco vestitis alias, v. g. Jer. 48. 37. *super omnibus manibus incisiones & super omnibus lumbis saccus.* Amos 8. 10. העליתי *adscendere faciam* vel *superinjiciam super omnes lumbos saccum, & super omne caput calvitium.* Gen. 37. 34. *scidit Jacob vestimenta sua* וישם *posuitque saccum super lumbis, & luxit.* Sic & Judith. 4. 8. 8. 5. (ubi, quæ de libidine, quod in fœminis sit in lumbis & fœminibus, apud viros in umbilico, unde etiam saccus illic applicandus &c. affert Serarius, indagator sane curiosus, nolim mea facere.) Cinctioni huic opposita respondet phrasis, qua deponentes lugubria dicuntur saccum *aperire*, nec scilic. amplius cingat constringatve: Jesai. XX. 3. *Vade o Propheta,* ופתחת *& aperi saccum* מעל *desuper lumbis tuis*, hoc est, ut ne iis superincumbat ulterius. Psal. XXX. 12. פתחת

ape-

aperuisti saccum meum, & accinxisti me lætitia.

VIII. Aliquando saccus etiam assumebatur *supra carnem* immediate, laceratis depositisque vestibus consuetis, quomodo *Job.* 16. 15. legitur: *saccum*, תפרתי *assui* עלי גלדי *super cutem meam*, hoc est, secundum Talmudicos, super crustam ulceris aut pus concretum. Ita Achab gravibus auditis minis, *scidit vestimenta sua, posuitque saccum* על בשרו *super carnem suam, & jejunavit, & jacuit in sacco:* 1. Reg. XXI. 27. Pari modo Joram in obsidione. 2. Reg. 6. 30. *scidit vestimenta sua; & eo transeunte super murum vidit populus, & ecce saccus* על בשרו מבית *super carnem ejus intrinsecus:* unde satis constat, indusii loco gestatum illic fuisse hispidum illud mœstumque indumenti genus, quod conspici ab aliis non potuit, nisi lacerata demum veste superiori. Quandoque de Sacco usurpatur etiam verbum כסה *texit*, & in hithpael *texit operuitve semetipsum*, h. e., potiora corporis membra sive prius nuda, sive indumentis jamjam aliis operta, v. g. 2. Reg. 19. 1. & Jes. 37. 1. *cum audiret hæc rex Hiskia, scidit vestimenta sua* ויתכס *& operuit se sacco, ingressusque est domum Domini:* sic seniores ablegati ad Prophetam itidem erant מתכסים *operientes semetipsos saccis*, v. 2. Porro 1. Par. 21. 16. *cecidit David, ac seniores* (viso percutiente Angelo.) מכסים בשלים על פניהם: *operti saccis super facies suas*, hoc est, pallia illa rudia atque sordida, in luctu superinjecta, expanderunt ultra capita ac facies, quomodo Romani forte ob pluviam radiosve solis facere solebant cum togis palliisque suis, (apud Oct. Ferrar. *lib.* 1. *rei vest. cap.* 10.) atque sic velati in terram prociderunt supplicaturi. Jon. 3. 6. *& surrexit Rex Ninive de solio suo, & transire fecit vestem suam magnificam a se,* ויכס *& operuit se sacco, & sedit super cinerem v.* 8. ויתכסו *& operiantur saccis homines & jumenta, & clament ad Deum &c.* quem ipsum in locum observat Drusius *lib.* 12. *obsc. cap.* 1. & 7. Persas in luctu totondisse etiam mulos & jumenta, (quod ante Drusium jam scripserat quoque Brissonius *lib.* 2. *de reb. Persic. pag.* 257.) item, loco pretiosorum tegminum aut stragulorum imposuisse ipsis tegmina vilia seu saccos. Chrysostomus *hom.* 3. *ad pop.* declarat ex pompa funebri, *sicut divite aliquo mortuo non servos solos & ancillas, sed & equos domestici sacco vestientes & agasonibus tradentes ad sepulchrum sequi jubent, calamitatis magnitudinem ostentantes, &c.* qua ipsa cum pompa convenit hodieque mos nostratium principum nobiliumque, equos nigro undique panno vestitos in funere deduci curantium. De *Addereth* seu veste regis Ninive purpurea, ad talos demissa multo auro gemmisque resplendente, docere te poterit Brissonius *lib.* 1. *Pers. p.* 35. De sacco insuper, si opus est inspicere poteris *Psalm.* 30. 12. 35. 13. 69. 12. *Joel.* 1. 8. *Dan.* 9. 3. *Neh.* 9. 1. 1. *Macc.* 3. 47. it. Sigonium *lib.* 4. *de rep. Hebr. c.* 18. Dilherrum *dial.* 1. *philol.* 46. De Cilicio, an hodieque sit necessarium in pœnitentia, videatur Brockm. *tom.* 2. *LL. de pœnit. quæst.* 29. *p. m.* 372. *seqq.* Dn. D. Danhav. *hodom. pap. t.* 2. *pag.* 748. *seqq.* & 844. *seqq.* cæterique, qui articulum de Pœnit. tractarunt latius.

IX. Nunc denique de *vestium scissione*; quando videlicet ob impatientiam doloris; undecunque etiam is ortus esset, violento modo dirumpebatur vestis, laceris partibus aliquamdiu relictis pendulis, ut hac ratione etiam aliis constaret de interno dolentis animi affectu. Scissio siquidem scissi velut pectoris dolorem testabatur subitum: Scissorum autem gestatio dolorem cum referebat serium ac diuturnum. Unde & Drusius *ad loca Num. cap.* 58. ait, priscos illos homines cor suum dolore lacerari testificatos esse, quem ipsum ritum omnibus fere priscis populis communem fuisse, ex Homero, Virgilio ac Herodoto ibidem pronunciat. Id quod dilucidius ostendunt Kirchman. *l.* 2. *de fun. Rom. c.* 17. Dilhert. *dial.* 1. *philol. pag.* 41. *seqq.* D. Forster *ad Jes.* 37. *p.* 544. Serarius *cot. m. ad. Esth. fol.* 330. Drusius *l.* 12. *observ. c.* 1. Brissonius *l.* 2. *regn. Persar. p.* 256. P. Faber *l.* 2. *semest. c.* 10. *pag.* 109. *seq.* Titus Popma *in not. ad Curt. l.* 10. Sopranes *in Davide digr.* 8. *f.* 540.

X. Fiebat autem isthæc scissio ob subitam animi passionem, *sive* (α) propter blasphemias contra Deum aut sacra fusas, quarum causa forte vellent blasphemum ipsum laceratum, haud aliter ac sua vestimenta; *Num.* 14. 6. 2. *Reg.* 19. 1. *Matth.* 26. 65. *Mar.* 14. 63. (de quo Caiphæ facto adiri potest Cunæus *l.* 2. *de rep. Hebr. c.* 3. Casaubonus *exerc.* 16. *num.* 68. & Seldenus *l.* 2. *de jure N. & G. c.* 12.) *Act.* 14. 14. 22. 23. vide sis Drusii *præter. ad Matt.* 26. 65. & Coccejum *ad Sanhed.* 7. *p.* 62. de laceratione vestium ob blasphemiam, non a gentili sed Israelita profectam. Sive (β) propter iniquitates proprias, indignissime adversus Deum admissas, ejusdemque minas ac vindictam promeritas, 2. *Reg.* 22. 11. 19. 1. *Reg.* 21. 27. *Jer.* 36. 24. Sive (γ) propter iniqua aliorum adversus nos dicta aut facta, ut cum rex Syriæ ab Israelitico curationem lepræ postulaverat, 2. *Reg.* 5. 7. aut cum Athalia a regno pulsam se fre-

fremebat, *cap.* XI. 14. Sive (δ) propter infortunium ingens, sive nostrum, sive nostratium, v. g. cum Jephta filiam sibi habet obviam, adeoque brevi immolandam, *Jud.* 11. 13. cum Mardochæus paratam sibi suæque genti videt stragem, *Esth.* 4. 1. cum fratres Josephi servitutem metuunt perpetuam, *Gen.* 44. 13. cum amici Jobum extreme conspiciunt miserum *Job.* 2. 12. videm item *Jos.* 7. 6. 1. *Sam.* 4. 12. 2. *Sam.* 1. 2. 13. 19. 15. 30. 32. *Jer.* 41. 5. Quorsum pertinent omnino funera charorum; v. g. Josephi, *Genes.* 37. 29. 40. filiorum simul plurium. *Job.* 1. 20. regis charissimique Jonathanis, 2. *Sam.* 1. 11. ducis bellici Abneri, *cap.* 3. 31. filiorum regiorum, *cap.* 13. 31. amissio item prophetæ doctorisque optimi. 2. *Reg.* 2. 12.

II. At quæris porro, *quid* ruperint? Resp. duplex præcipue apud Antiquos fuisse vestimentum, interius unum, alterum exterius: illud vocabatur כתונת χιτὼν, *tunica;* hoc מעיל *pallium*, *toga*, ἱμάτιον, ita Gerhardus *harmon. pass. c.* 14. *p. m.* 684. At ubi מכנסים *feminalia?* hoc est panni & linteamina tegendis partibus verendis, quæ dualem habent formam in Hebræo, ob duas, ut *Kimchi* censet, eorumdem alas aut oras, quæque veniebant ad genua & poplites usque, superiori parte sub umbilico vehementer adstrictæ; uti ex *Hieron. epist. ad Fabiol.* describit Casaubonus *exerc.* 16. *num.* 84. ubi Brissonium *de reb. Pers. p.* 41. Hæc equidem proscribere nititur Nigronius *de caliga p.* 47. verum deseritur a socienno Soprane, qui *de re vest.* 365. omnino aliquod afferit fuisse velamentum, partibus verendis proprie destinatum, nullum tamen in quotidiano usu, quod nostris femoralibus tibialibusve per omnia simile. Non enim pedibus prius immissis attrahebantur ad lumbos, sed circumligabantur, cingebantur, &c. vide sis etiam Lutheri *comm. ad Genes.* 32. *in octav. p.* 32.

XII. Internum itaque vestimentum, quo solo contenta erat frugalis vetustas a Luthero *ad Gen.* 37. describitur, quod fuerit *camisia linea, stricta, arcta, tegens omnia membra corporis usque ad talos, non fluentibus manicis sed strictis, absque plicis, ut sacerdotes essent expediti ad operas sacrificiorum & mactationes, perinde ut nostri lanii.* Hæc ipsa vero tunica multiplicari postmodum cœpit, quarum una facta ex lino, adhærebat cuti, altera e mollibus lanis quæ intimæ vesti superinduebatur. Vide sis Casaubonum *exer.* 16. *num.* 84. *pag.* 452. Plura de tunicis gentilium qui cupit, consulat Octavii Ferraii *l.* 3. *de re vestiar. cap.* 1.

XIII. Externum vero tegumentum, dictum מעיל (a rad. *maal*, prævaricatus fuit, eo quod tam hoc, quam בגר *vestis*, a rad. *Baghadh*, rebellis fuit, perenne sit rebellionis in paradiso pestilentissimæ monumentum, haud aliter ac funis in collo furciferi dimissi;) a Schindlero dicitur fuisse *vestis summa, longior, sine manicis, ornatior, sacerdotibus quippe, regibus & prophetis attributa*, quam Græci peculiariter vocabant ἱμάτιον, ut rursus id pluribus declarat e profanis Ferrarius *part.* 2. *rei vest. l.* 4. *cap.* 2. Constabat autem hujusmodi pallium quatuor pannis, certo modo inter se junctis; unde græce τετράγωνον dictum, qua de causa etiam pallium Christi tanto commodius a militibus in IV. partes distribui potuit; docente B. Gerhardo, l. c. Expendi tamen possunt, quæ protulit nuper Ferrarius *l.* 1. *de re vest. c.* 4. de vestibus non equidem Romanorum, sed Græcorum, quadratis, quas ipse censet *ex duabus plagulis confectas, quarum utraque quadrata erat, hoc est, quatuor angulos habebat, fibula autem in humeris nectebatur, atque ita hinc inde a lateribus aperta quales diaconorum sacris operantium vestes visuntur.* Conjecturam hanc suam probat, quod Judæorum quoque pallia quatuor in imo habeant angulos, sicut Serarius id docet. Sed dilucidius longe illustrare potuisset per *Arba canpos & ziZis*, (ut Judæi quidem appellitant,) quæ depinxit Buxtorfius *cap.* 4. *synag. p.* 1. 128. *seq.* qua cum descriptione egregie conveniunt, quæ penes me adservo, a Judæo olim converso una cum phylacteriis reliquis tradita palliola. Verum idem ille Ferrarius expedire se satis non potest, quomodo ex quatuor angulis pallii Christi quatuor partes facere potuerint milites. Quapropter adhuc, donec meliora doceamur, ex quatuor pannis pallium Christi consutum fuisse opinabimur.

XIV. Quando itaque in luctu vestimentorum fiebat scissio, experiebantur eam modo pallium, modo tunica, modo utraque. De *pallio* vel veste externa textus est Job. 1. vers. 20. *& surrexit Job*, audita liberorum clade simultanea, *& scidit* את מעילו *pallium suum, & totondit caput suum.* Hic Coccejus equidem מעיל putat vestimentum interius, prope idem quod כתונת. verum contra se habet Aquilam, vertentem ἐφεστρίδα, Theodot. qui, ἐπενδύτην. LXX. τὰ ἱμάτια, quos postremos sine causa pronunciat melius vertere potuisse χιτῶνα, & quid, quæso, opus, a genuino recedere significatu? an propter modernorum Apellarum mores? non putarim. Melius proinde Drusius de veste superiore, quam in luctu, qua publico

blico qua privato Hebræi ſcindebant. Eadem vox repetitur Job. 2. 12. *levaveruntque* amici Jobi *vocem ſuam & fleverunt, & ſciderunt quiſque* מעילו *pallium ſuum*. Referimus huc illud *Gen.* 37. 34. de Jacobo, nuntio Joſephi miſere interfecti audito: *& ſcidit* שמלותיו *veſtimenta ſua poſuitque ſaccum in lumbis ſuis*: ubi vocem מלורה Forſterus ac Pagninus accipiunt de veſtibus proprie externis, quibus operitur, & quarum dextra pars לשמאל *in ſiniſtram* forte injecta. Ita veſtes eaſdem ſuperiores voce בגדים indicari *Joſu.* 7. 6. & 2. *Reg.* 6. 30. ubi de Joſua ac Joramo ſermo eſt, abſurdum forte haud erit, aſſerere. Sane ſummus pontifex rumpit τὰ ἱμάτια. *Matth.* 26. 64. h. e. veſtimenta externa; & quamquam Marcus meminerit etiam τῶν χιτώνων cap. 14. 63. hoc eſt tunicæ interioris; attamen conciliari poterunt, ita, ut propter indignationis vehementiam plane ſingularem, utraque veſtium ſanctiſſimas tanti zelotæ manus fuerit experta. Et ne hoc abſurdum cenſeas, provoco ad locum. *Eſr.* 9. 4. ubi utraque conjunctim deprehendes: *ſurrexi de afflictione mea, & cum ſcidiſſem* בגדי *veſtem meam* ומעילי *& pallium meum, incurvavi me ſuper genua mea, &c.* Cave tamen, per externas illas internaſque Pontificis ſummi veſtes intelligas forte ſacras ſacerdotales; non enim licuit eaſdem uſurpare extra locum tempuſque ſacrum, imo, ut alibi oſtenditur, extra templum Sacerdotes uſi ſunt veſtimentis, a ſecularium aliorum habitu haud diſcrepantibus. Videatur Cl. Seld. *l.* 2. *de jure N. & G. cap.* 12. *f.* 266. & *l.* 3. *ſyned. p.* 137. 168. 181. Ad exteriora hæc veſtimenta rupta referimus etiam cubicularium Holofernis, qui conſpecto domini ſui excidio ſcidit τὰ ἱμάτια αὐτȣ̃, *Judit.* XIV. 13. ſicut poſtmodum principes exercitus eandem ob cauſam ſtatim ſciderunt τὰς χιτῶνας αὐτῶν, *v.* 15. Supereſt, ut de rupta etiam tunica interiore producamus exemplum. en v. illud 2. *Sam.* 13. 19. ubi de Thamare per vim vitiata, quod cinerem receperit ſuper caput ſuum, ſcideritque כתונת הפסים *tunicam diverſicolorem, quæ ſuper ipſa*. Et clarius adhuc aliud c. 15. 32. de Chuſai Archita, qui venit ſciſſus כתנתו *tunica ſua, humuſque ſuper caput ipſius*, ob miſeram videlicet regis ſui Davidis ſortem. Sine dubio caruit hic pallio laxiore externo fugæ præſentis conditione, ſicut capitis etiam terra conſperſi carebat tegmine; adeoque tunicam, carni adhærentem proprius, dilaceravit interea, mœrorem ſuum expreſſurus.

XV. Quomodo vero ruptio hæc fuerit facta, non ſatis liquido forte aliquis definiet, quippe ſicut, dolor, ſi ſerius ſit, leges non recipit, admittit tamen attenditque, ſi fuerit mediocris aut fucatus; ita ruptionem quoque veſtium putaverim diſpari modo exercitam ab Hebræis antiquis zeloque ſacro plenis, aliter a modernis, a cultu cordis interna magis declivibus ad externas ceremonias ac geſtus. Interim tamen iſtud certo ſatis colligi videtur poſſe ex ſacris, ſciſſionem olim non factam fuiſſe forfice vel cultro, ſed manu; ſicut Regis Latini conjux *purpureos moritura manu diſcindit amictus*, Æn. XII. verſ. 602. ita namque de Davide refertur 2. *Sam.* 1. 11. ויחזק *& fortiter firmiterque apprehendit veſtimenta ſua,* ויקרעם *& diſrupit ea*, ea ipſa ſc. apprehenſione forti; utrinque veſtibus rumpendis adhibita, unde in ſimili loco additur: *diſrupit in duas partes*. Talem violentam diſtractionem exigit inſuper vis verbi קרע *laceravit*, quod in paſſivo eſt ita *fieri lacerum*, ut filum unum poſt aliud e textura promineat, ſolvatur, dependeat, (wann ſich etwas faſet oder auſſtrobelt/) id quod colligitur ex *Exod.* 28. 32. & 39. 23. ubi pallio ſacerdotali jubetur fieri fimbria circa collum, ne יקרע *lacerum fiat*, daſs ſichs nicht auſſaſe. Ita pallii quoque Samuelis fimbria, *manu* Saulis arrepta fortius, יקרע *lacerabatur*, 1. Sam. XV. 27. Eodem modo Græcum quoque διαῤῥήγνυμι & διαῤῥήσσω violentam hujuſmodi rupturam exprimit, v. gr. retis, *Luc.* 5. 6. vinculorum, *c.* 8. 29. *&c.* Diſrumpebatur proinde veſtis, ſive exterior, ſive interior, ſive utraque, prout ferebat occaſio, vel animi perturbati fervor, ruptura ſatis longa ac notabili, uſque adeo, ut per laceratas veſtium ſuperiorum partes, intimior cuti adhærens ſaccus conſpici potuerit ſat evidenter, etiam a remotioribus, 2. *Reg.* 6. 30. quæ ipſæ partes laceræ ad tempus aliquod in terram pendulæ relinquebantur, ut rurſus cognoſci poteſt ex nuntio, ſciſſa veſte advolante, & inſtar ejus, qui incendium ſignificat, per totam urbem vociferante, 1. *Sam.* 4. 12. ex legatis Hiskiæ ad prophetam, 2. *Reg.* 18. 37. ex fratribus Joſephi, *Gen.* 44. 13. vide etiam 1. *Sam.* 15. 32. 13. 31. 1. 2. *Eſth.* 4. 3. *Jer.* 41. 5. quaſi habitu ferme regem introducit Virgilius Æne. 12. v. 609. *it. ſciſſa veſte Latinus*.

XVI. Patet hinc, quid ſentiendum de Sopranis ex expoſitione, qui *in Davide digr.* 1. *c.* 2. §. 12. *f.* 330. ſciſſuram veſtium, utpote denſarum ſæpius beneque compactarum, non ſemper de diſſectione in partes, ſed de violenta detractione, pro-

jectione, diffibulatione, aut diloricatione, accipiendam opinatur, ita ut noduli, vel ansulæ, vel sutura, quibus vestis jungitur, violenter abjungantur, &c. Verum merito quoad hoc deseritur a socienno Menochio, *c.* 8. *reip. Hebr. c. 6. quæst.* 8. cum verbum קרע ut jam probavimus, talem non admittat sensum.

XVII. Hæc hactenus de textibus sacris, audiemus nunc etiam Maimonidem nostrum, qui *c.* 8. *Esel.* §. 1. sic suorum effert placita: *Lugens tenetur scindere ob mortuum suum, cum dictum sit:* (Levit. 10. 6.) *& vestimenta vestra ne dissuatis, ne moriamini; ecce igitur,* (quia sacerdoti solum hoc interdicitur,) *alius dissuere tenetur. Neque vero scissio fit, nisi a stante; siquidem dictum est* (1. Sam. 13. 31.) *& surrexit rex, & scidit vestimenta sua. Unde autem lacerare incipit?* מלפניו *a parte anteriori; lacerans namque a posteriori vel in lateribus, vel inferius, non immunis est a reatu lacerationis* (male administratæ.) *nisi excepto solo summo Pontifice, qui lacerat inferius.* §. 2. *Quænam est mensura rupturæ?* טפח *palmus*, seu quatuor digiti; *nec opus est* להבדיל שפה *sejungere oram* seu fimbriam *vestimenti*, ita scilicet ut per oras illas detur introspicere. *Permissum vero est, scindere etiam* בכלי *instrumento aliquo*, (ut est culter, forfex, &c.) *vel etiam scindere antrorsum*, שלא בפני אדם *ut non tamen sit in conspectu hominum. Idcirco potest manum suam* לחכנים intromittere anterius, ac scindere „ occulte; neque tamen tenetur scindere, „ re, nisi vestem solummodo superiorem. „ (hæc quomodo cum Codice sacro con- „ veniant, docebit §. 14. *hujus nostri cap.*) §. 3. *Omnibus VII. diebus luctus scissura in conspectu; & si omnino acci-* „ *dat* ללחליף *ut mutanda sit vestis*, מחליף mutat; neque tamen scindit scissionem „ novam, cum scissio, quæ non fuit in „ hora fervoris, non habeatur scissio. „ Dicitur autem hoc de mortuis omnibus, excepto patre atque matre; ob parentum namque mortem lugens lacerat, donec pectus suum nudaverit, ומבדיל se- „ paraveritque oras vestimenti, (ita ut „ conspectui exponatur, quod intus la- „ tuerat.) Non tamen scindere licet in- „ strumento, verum manu propria, pa- „ lam in conspectu omnis populi; imo lacerat talis vestimenta sua omnia, quæ „ supra se habet, adeo ut vestem הזיעה sudoris cuti adhærescentem (h. e. interulam) *non patiatur sibi* (scindenti) *obsistere, & si mutaverit vestem* cum veste *alia, tenetur tamen toto septiduo scissionem iterare. Sic itaque propter parentes suos exerit* (lugens) *humerum suum, educitque* „ brachium suum מן החלוק per indusium „ vel per fissuram, adeo ut scapularum „ brachiique nuditas conspiciatur, atque „ eo modo incedit ante feretrum: post- „ quam vero sepultus est parens aut ma- „ ter non tenetur amplius exerere. §. 4. „ Scindunt etiam ob parvulos, & qui- „ dem ob anxietatem animi; h. e. non „ ex lege aut consuetudine, sed si quis „ afficiatur vehementius. *Ægrotanti si aliquis moriatur, non scindunt* לו *ipsi*, h. e. ipsius vestimenta, aut ejus loco; *neque etiam denuntiant ei, ne propter eundem disturbetur mens ejus; imo silentium injungunt mulieribus propter ipsum.* §. 5. *Scindunt etiam viri ob socerum & socrum, & quidem in honorem uxoris: ita rursus scindit mulier ob eosdem, in honorem mariti.* §. 6. *Ei, cui non est* חלוק *indusium; quod scindat, parant aliquod. Intra septiduum* priorem *scindunt, elapso eo, nequaquam. Ob patrem tamen matremve scindunt etiam post septiduum*, puta, si tardius compererint, *quamdiu trigesimus non effluxerit.* Hinc pergit commemorare §. 7. de mutuante indusium, cum visitaturus est patrem moribundum, quod ipse laceratum eo moriente resuit, restituitque domino una cum pretio rupturæ, &c. de scindente ex rumore mortis falso allato; de eo, cui plures simul mortui, ob quos omnes unam solum facit scissionem. Si tamen inter plures istos fuerit etiam pater aut mater, facit quidem ob plures illos scissionem unam, propter matrem autem, patremve scissionem insuper addit aliam. §. 9. sic de scissuris etiam pluribus, ob plures successive mortuos. §. 10. adeo ut scissuræ vestis pertingant ad umbilicum usque; quem si attigerint, spatium relinquitur trium digitorum, ibidemque perficitur scissura; si vestis antrorsum scissuris repleta sit, invertitur, si superne vertitur deorsum, &c. pergimus ad C. 9. §. 1. *omnem rupturam, quam fecit quivis ob cognatos suos,* שולל *consuit crasse* (lugens) *post septiduum* ומאחה *recte autem resarcit post diem demum trigesimam. Eam vero quæ facta est ob parentes, crasse tantum consuit post trigesimum, nec unquam recte resarcit in perpetuum. Mulier scissuram faciens, e vestigio crasse consuit, etiam ob parentes, idque ob verecundiam.* (quam recte hæc versa sint a Schikardo מ"ה p. 156. disquirat, qui cupit) §. 2. *Eo modo, quo quis lacerat ob parentes, tenetur etiam lacerare ob Rabbinum suum, qui Legem ipsam docuit; itemque ob Nasi,* principem *& ob Absethdin,* patrem Synedrii (de quibus Cunæus *de republic. Hebr. c.* 12. Coccejus *tit. sanb. p.* 37. Seldenus *lib.* 2. *Syned. p.* 249. aliique;)

que;) *itemque ob populi stragem insigniorem, ob blasphemiam Numinis, ob librum legis combustum, ut & propter civitates Juda, & propter Jerusalem, & propter sanctuarium.* §. 3. *cunctas eas rupturas faciunt, donec nudetur lugentis pectus, nec easdem recte resarciunt in æternum. Quanquam vero nunquam recte eas liceat resarcire, permissum tamen est, crasse consuere,* למללן *complicare,* וללקטן *& colligere, aut componere ad modum* סולמות *scalarum; solummodo namque prohibita est* באיחוי אלכסנדרי *sutura Alexandrina,* (quæ referente Buxtorfio in lexico, artificiosa fuit, extrinsecus plana, intrinsecus autem nonnihil prominens; vel supra & infra æqualis, instar texturæ.) Videri hic potest Coccejus *ad Sanh. p. 62.* qui τὸ שולל exponit de *sutura raptim* & sparsis acus punctibus, instar caninorum dentium facta; ac τὸ מלל est ipsi *suere solutius*, atque distantibus labris, ut filum intercurrens referat cirros aut peniculamentum istud, quod in ora telæ e staminis filis trama destitutis relinqui solet; לקט *suere non continue sed spisse & crasse, ut scalæ formam exprimat.* Porro §. 3. & 4. subjicit de scindente partem jam consutam, item de vendente vestem ejusmodi scissam sub conditione, ne recte resarciatur, &c. §. 5. Luctum resumit *ob præceptorem*, quem ideo ait æquiparari luctui ob parentes, quod Elisæus 2. Reg. 2. 12. *clamaverit ob Eliam: pater mi! pater mi! sciderit que vestimenta sua in duas partes*, (editio mea vitiose legit לשנים עשר in duodecim;) *unde colligitur, teneri lugentem separare* השפה *oram vestimenti scissi.* Porro §. 6. scissio ob Principem, Patremque Synedrii, magnamve editam stragem, probatur exemplo Davidis ut & eorum, qui cum ipso, scissis vestibus plangentium, flentium ac jejunantium usque ad vesperam *ob Saulem, qui Nasi, & ob Jonathanem, qui Pater Synedrii, & ob populum interfectum, &c.* 2. Sam. 1. 11. Sic consequenter §. 7. de scissione ob auditam blasphemiam, 2. *Reg.* 18. 37. Item ob combustum Legis librum, & quidem ex pervicacia, §. 9. secundum illud *Jerem.* 36. 24. ubi simul adjicit, duas hic requiri rupturas, unam propter pergamenum, alteram propter scripturam, cum dictum illic sit: postquam combussisset rex *volumen & verba illa.* Denique §. 10. ruptura ob civitates Judæ, Jerusalem & sanctuarium desolata, probatur ex *Jerem.* 41. 5. ubi viri Sichemitæ aliique veniunt, rasis barbis lacerisque vestibus. His expeditis §. 11. pergit ita: *Quisquis adstat morienti, eo ipso dum exhalat animam, quanquam propinquus ejus non sit, tenetur tamen lacerare. Si vero moriatur* ארם כשר *cognatus, cuncti* (cognati reliqui) *lacerare tenentur ob eundem, utut non fuerit Sapiens* vel literatus: lacerant autem longitudine palmi, sicut lugentes reliqui. „ Si vero mortuus fuerit Sapiens, universi non modo cognati ejus, sed & „ cæteri, qui ejus gratia lacerant, faciant illud, donec nudetur pectus, exeruntque dextrum latus: ejusdemque „ schola quiescit toto septiduo. Et jam „ jam consueverunt Sapientum discipuli „ ubivis locorum lacerare unus ob alterum (condiscipulum) palmi longitudine, quanquam invicem fuerint æquales, nec ullus alterum docuerit. Ulterius §. 14. de Patre synedrii mortuo pronunciat, quod ob eundem *universi lacerent, exerantque* non ut antea dextram, sed *sinistram, omnesque* בתי מדרשות *scholæ civitatis illius otiosæ sunt; filii vero* הכנסת *synagogæ* h. e. qui ad eam pertinent, *congregantur in eadem, mutantque* „ *sessionem suam, ita ut qui sederat in australi plaga*, sedeat nunc in septentrionali, & vice versa §. 15. Mortuo Nasi, „ principe, omnes quidem ob eum lacerant, sed exerunt solum utramque manum, unam hinc, & alteram illinc, „ omnesque scholæ otiantur filii, vero „ synagogæ ad eandem se recipiunt in „ sabbato ac legunt שבעה septiduo, neque deambulant per plateas, verum „ confident משפחות משפחות *secundum familias, silentes toto die.* Vide jam, si lubet, Gaulmynum *de vita & mort. Mos. lib. 3. c. 5. p. 373.* Coccejum *tit. Sanhed. p. 51.* Buxtorfium *synag. cap. 35. pag. 430.* Menochium *lib. 8. reip. Hebr. cap. 6. q. 7.* Schindlerum *R.* קרע, Fagium *ad Num.* 14. 5. Flacium, *p. 2. Clav. fol.* 535. Pinedam *ad Coh. 3. f. 336.* cæterosque, & vix aliud deprehendes, quam quod ex nostro jam retulimus. Addo ex Minhagim H. afelut: wer da steht bey einem / wann ihw die neschama [Seele] außgehet / so muß er Keria reissen / wann er ihm schon nichts zugehöret. Aber er mag die Keria unten am Kleid machen. Item post aliqua interjecta: Auff allen [Sohn / Tochter / Brüder / Schwest / Weib] macht man Keria auff der lincken Seiten / und Vatter und Mutter macht man auff rechten Seiten / und mach die Keria drey Finger weit vom Saum. Huc pertinet illud Joseph. *lib. 2. de Bello Jud. cap. 15.* (*al* 27.) de ipsis sacerdotum principibus, ob grave seditionis periculum, sparsis cinere capitibus conspectis, *γυμνοῖς τέ τὰ στέρνα τῶν ἐσθήτων περιερρηγμένων, nudatisque pectora post vestes laceratas.* Itemque illud Maimonidæ nostri H. Taan. c. 5. §. 17. de visitantibus loca Judææ desolata, atque ob

„ ea-

„ eadem lacerantibus veſtimenta : Uni-
„ verſas illas rupturas manu ſua perficit
„ ſtans, laceratque unumquodque tegu-
„ mentum, quod ſupra ſe habet, donec
„ nudum ejus conſpiciatur pectus; nec in
„ perpetuum reſarcire recte poteſt ruptu-
„ ras illas, quanquam liceat quodammo-
„ do conſuere, &c. Sed ſatis de his;
meliora pluraque proferat, qui poteſt,
mihique ſicubi lapſus ſum, det veniam,
ſi bonus eſt Chriſti diſcipulus. Ego hic
Deum ſupplex veneror, ut ex his, quæ
hactenus allata ſunt, genuinam addiſca-
mus textuum Scripturæ intelligentiam,
ſeriam peccata deplorandi induſtriam, de-
bitam circa lugendos noſtrates mode-
ſtiam: ut ſic a nobis abſit omnis pla-
ga aut calamitas, lugendi rationem ni-
mis rigide imperans exacteque docens,
imo vero ut a luctu noxio immu-
nes æternis perfruamur gaudiis, omni-
bus ab oculis noſtris lacrymis abſterſis.
Ita facias Domine propter Dominum!
Amen.





JOHANNIS SPENCERI
RITUS FUNEBRES ET SEPULCRALES
Veterum Hebræorum.

CAPUT PRIMUM.

Ritus funebres & sepulchrales.



ITUS funebres, quibus defuncti corpus honeste effertur, & prout decet hospitis olim immortalis domicilium; apud omnes bene moratas gentes obtinuerunt, eosque non tam humanitatis quam religionis operibus annumerarunt. Apud Romanos, officia mortuis impensa *Justorum solutio* vulgo dicebatur: apud Græcos, exequiarum ritus (1) ἐναγισμός, quasi res sacra habebatur: & veteres Judæi גמילות חסרים *retributionem* vel (*exhibitionem*) *misericordiarum*, *ad hoc munus*, funeris scil. curationem, *præ omnibus aliis charitatis indiciis*, (2) *appropriarunt*. Nec ambiguum esse possit, quin verba Davidis huic vulgari loquendi formulæ occasionem fecerint: sic enim viros Jabes Galaad alloquitur, quod Saulem honestæ sepulchro tradidissent; *benedicti estis Jehovæ*, *qui exercuistis* החסר *misericordiam hanc erga Dominum vestrum*, *erga Saulem*, *quod sepelivistis eum*. 2. *Sam*. 2. 5.

Hæc in antecessum manere consultum habui, ne quis ἀμεθοδίας crimen impingat mihi, qui de ritibus Judæorum funebribus inter ritus eorum religiosos sermonem habeam: cum tamen certum sit (3) gentes omnes, humanitatis alicujus sensu tactas, exequiarum ritus inter res sacras & in religionis confinio positas, habuisse. Quantum autem per creperam vetustatis lucem percipere licet, septem ritus sepulchrales numerari possunt, qui e Gentium usu in mores tandem Judæorum transierunt: viz. 1. *Tibicinum usus*. 2. *Defuncti lotio*. 3. *Linteis cum aromatibus involutio*. 4. *Epulum funebre*. 5. *Luctus funebris ceremoniæ*. 6. *Sepulchrum circumeundi ceremonia*. 7. *Pyramidum erectio*. De iis ordine & sigillatim disseremus.

NOTÆ IN CAPUT PRIMUM.

(1) Εὐαγές ἐστι ποιεῖσθαι ἐναγισμὸς τοῖς τεθνηκόσι. *V. Steph. Thesaur. Gr. L.* & *Scapul.* in voc. ἐναγισμός

(2) *Lightfoot. Hor. Hebr.* in *S. Mat.* c. 9. 23.

(3) V. *Spond* de *Cœmeter. Sacr.* L. 1. P. 1. c. 7. 8. 9.

SECTIO PRIMA.

Tibicinium usus in Exequiis.

CUM Christi fides nondum mundo illuxisset, in eo fastus puerilis & animi immenso vitæ desiderio vitiati documentum nimis apertum dedit Judæorum & Gentilium natio, quod exequias ambitiosas & lugubres tam impense peterent. Illud Poetæ primis in votis habuisse videtur integra pene mortalium turba,

Mors mea ne careat lacrymis, —

Ita enim ferebat temporum illorum consuetudo, ut tristes illos moriones, (Tibicines & Præficas) accerserent, qui artem lugendi professi, luctuosæ domus funestæ scenæ, jussis suspiriis & lacrymis venalibus inservirent. Horum illi tibiam feralem inflare solebant, quæ gravi & lugubri sono luctuosæ rerum scenæ apprime conveniret: Præficæ mulierculæ erant mercede (1) conductæ, quæ ad tibias ferales carmen inconditum in defuncti laudes compositum, non sine ululatu, lacrymis, vulsis crinibus, & hujusmodi luctus testimoniis, recitabant.

Græcos & Romanos hujusmodi Tibicines advocare solitos, qui mortuis suis lugubre canerent, multi autores probatum dederunt, quos ad studiosorum gratiam promerendam, & consuetudinis hujusce veritatem firmandam, nominatim recensebo. Sunt autem *Hier. Magius*, in *Miscel.* l. 1. c. 13. *Petr. Morestellus*, in *Pomp. feral.* l. 2. c. 14. 15. 16. *Mayer*, in *Philolog. sac.* Part. 1. pag. 226. *Scultet.* in *Exercit. Evang.* l. 2. c. 55. *Jo. Questend.* de *Sepult. Vet.* c. 6. *Hammondus* in *Not.* ad cap. 9. *S. Mat.* verf. 23. *Joh. Dought.* in *Analect. sac.* Part. 2. Excurs. 8. *Meursius* de *funere:* c. 18. & *Kirchmann.* de *funerib. Roman.* l. 2. c. 4. & 5. E quibus omnibus sitim suam explere possit, qui mores hujusce cognoscendi desiderio vel maxime flagrat.

Neque Græcorum & Romanorum solummodo, sed & Judæorum funeribus importuna tibicinium turba obstrepuerunt. Hoc e *S. Matt.* 9. v. 23. colligamus: ibi enim in ædibus *Jairi Archisynagogi*, cujus filia modo inter vivos esse desiit, αὐλητὰς καὶ τὸν ὄχλον θορυβούμενον, fuisse legimus. Αὐληταὶ autem fuerunt, qui alias τυμβαῦλαι, i. e. *Siticines* & *Sicinnistæ*, apud τοὺς ἔξω vulgo dicebantur: per ὄχλον θορυβούμενον docti viri Præficas intelligunt, quæ ut luctui præessent, mercede pro more conducebantur. Moris ejusdem vestigia (ut (2) *Sculteto* placet) in proverbio illo sacro ηὐλήσαμεν (3) *cantavimus vobis tibiis*, & *non saltastis: lamentavimus* (*iisdem nempe tibiis*) & *non plorastis*, deprehendi possint. Huic consuetudini testimonium perhibent *Josephi* verba: cum enim Hierosolymis, Joppe capta, *Josephum* occisum esse in vulgus crederetur; scribit idem (4) *Josephus*, πλείστους μισθοῦσθαι τοὺς αὐλητὰς, οἳ θρήνων ἐξῆρχον αὐτοῖς. plurimos magna mercede tibicines conduxisse, qui næniarum principia ducerent. Huc faciunt Magistrorum verba in *Chethubboth*, Cap. 4. §. 6. *Etiam pauperrimus in Israele*, uxore mortua, לא יפחות משני חלילים ומקוננת *non præbebit ei minus quam duas tibias*, & *unam lamentatricem*.

Hic autem haud immerito quæri possit, unde mos ille Judaicus initium traxerit; vel, qui factum sit ut Judæi, nulla lege jussi, ad familiam funestam Tibicines semper advocarent? Resp. verisimile habeo, moris hujusce originem ad Græcos autores referendam esse, eumque a Græcis ad Judæos, sub Macedonici imperii tempora, devenisse. In hanc autem sententiam tribus potissimum rationibus adductus sum.

I. In toto Vet. Testamenti codice ne minimam moris hujusce mentionem inveniamus. Aliæ quidem ceremoniæ funebres Vet. Testam. Tabulas perlegentibus se passim offerent, *viz.* (5) luctus septemdialis, (6) comestio panis hominum vel miserorum, (7) conventus in domo luctus, scissio carnis, missio calicis consolationum, (8) cantica lugubria, & consimiles aliæ: de istis autem, quos dixi, *Sicinnistis* ne verbum in Vet. Testamento percipiamus. Nullum itaque dubium, Judæos corrupto illo seculo, quo Græcorum artes atque arma passim invaluerunt, morem illum a Græcis accepisse. Cum enim Scriptura ritus alios funebres non raro memoret, credere par est sacrum Codicem Tibicines, modo tunc temporis in usu fuissent, silentio præterire noluisse. Frequens autem hujusmodi Tibicinum in Græcorum monumentis occurrit mentio: & verisimile est eos, a prima rerum suarum origine, in solennitatibus Græcorum funebribus locum habuisse. Certe, cum cadaver He-

ctoris

ctoris in urbem allatum esset, & lectis pensilibus impositum; (9) *Homerus* ἀοιδοὺς, θρήνων ἐξάρχους, *cantores*, *luctus principes*, adfuisse refert: isti autem θρήνων ἔξαρχοι in jam citatis *Josephi* verbis αὐληταὶ appellantur.

II. Rationes cur veteres mortuos suos Tibiarum cantu prosequerentur, Gentilium solummodo ruditatem & superstitionem sapiunt. Si enim oculos nostros ad moris hujus originem paulo proprius admoveamus, eam ex hac triplici radice pullulasse percipiamus: Primo. Rudi & indocta quadam sententia de cœlorum musica & defunctorum statu. Id enim in opinione habebant Gentilium mystæ, omnes scil. defunctorum animos ad dulcedinis Musicæ originem, nempe cœlum, redire, eoque non nisi cantu quodam Musico deducendas. Ita nos docet *Macrobius* lib. 2. in *Som. Scipionis*, c. 3. ad quem curiosos amandamus. Secundo. Ex ingenti & affectata quadam flendi voluptate, qua Gentiles in amicorum suorum funeribus agebantur. Illi scilicet vitæ futuræ cognitione & resurrectionis fide destituti, necessarios suos vita hac mortali defunctos tanquam penitus amissos, dolore immenso & fræni alicujus impatiente non raro prosequebantur. Atque inde venit ut Tibicines & Præficas advocarent, qui lamentis, ejulatibus, & sonis lugubribus complerent omnia; ut luctu illo personato naturam, sub ingente doloris onere pene fatiscentem ad novum dolorem provocarent. Ad effusos & quæsitos illos Gentilium luctus respicere videtur Apostolus, 1. ad *Thess.* 4. 13. *ne contristemini de dormientibus*, i. e. defunctis, *sicut cæteri qui non habent spem.* i. e. Sicut Gentiles, quos ἐλπίδα μὴ ἔχοντας (10) alibi appellavit. Tertius. Hic ritus ortus videtur e virtute Sicinnistis & Præficis illis falso tributa, qui strepitu & cantu suo spectra & malos genios, defuncto vel familiæ funestæ inimicos, abigere posse credebantur. Huic rationi ritus hujusce funebris exordium adscribendum censuit (11) *Schickardus*. Cum itaque moris illius radices merum ethnicismum oleant, pronum est credere Gentiles Tibicinum usum funebrem primos instituisse, & Judæos ritum illum (utpote gentium pene (12) omnium usu cohonestatum) suis etiam moribus adjunxisse.

III. Si luctus funebris circumstantias omnes apud Ethnicos & Hebræos usitatas conferamus, eos in eosdem plane mores congruere, & quasi conspirare, reperiamus. Nam Primo. Judæi non cithara, lyra vel Psalterio, sed tibia ferali, cum pompa funebri duceretur, uti solebant: nam in ædibus Jairi, luctus communis ministri, αὐληταὶ *Tibicines* vocantur. Ethnicos etiam ad Tibiam solummodo mortuos deflere solitos, nos docent (13) *Luciani* verba: *quid ejulatus iste vester mihi jam defuncto conferat*, καὶ ἡ πρὸς τὴν αὐλὴν αὐτὴ στερνοτυπία, *& quid ista pectorum ad tibiæ modos percussio?* Nec tibia usum alium, nisi tristem & lugubrem, antiquitus novit, si (14) *Plutarcho* credimus: ὁ αὐλὸς, inquit ille, ὀψὲ καὶ πρώτην ἐτόλμησε φωνὴν ἐφ' ἱμερτοῖσιν ἀφιέναι τὸν δὲ πρῶτον χρόνον ἕλκε πρὸς τὰ πένθη. Tibia nuper admodum ausus est vocem in lætis & amatoriis emittere: nam tempore priore *ad luctum* solummodo *vocavit homines*. Lyra nempe in rebus lætis, tibia in funeribus utebantur. Secundo. Judæi Tibiicinibus istis, Præficas, i. e. fœminas lamentatrices, ceu comites individuos, adjunxisse videntur. Hoc e verbis (15) *Maimonidis* innotescat: *mortuam uxorem tenetur maritus sepelire, & lamenta & luctus ei facere, secundum morem omnium regionum. Atque etiam pauperrimus inter Israelitas præbebit ei non minus quam duas tibias &* unam *lamentatricem. Si autem dives sit, fiant omnia secundum ejus dignitatem:* i. e. honesto Tibicinum & Præficarum agmine stipata ad sepulturam deducatur. Eundem & Christi tempore morem invaluisse, nonnulli e *Matth.* 9. 23. colligendum arbitrantur: ibi enim, ad *Jairi* domum, utpote viri opibus & autoritate conspicui, αὐλητὰς & ὄχλον θορυβούμενον, ad filiam sc. deflendam confluxisse legimus. Ubi per ὄχλον θορυβούμενον nonnulli intelligunt Præficas vel mulieres lamentatrices, quæ nænias ad excitandum mœrorem accommodatas, ad tibiarum sonum ex more decantabant. Neque hæc interpretatio violenta videri possit, cum *S. Lucas*, eandem historiam referens, turbam illam puellæ obitum (16) lachrymis & ejulatibus, Præficarum ritu, excepisse asserat. Ethnicos etiam Tibicines & Præficas in funeribus suis adhibere solitos, nemo adeo in literis humanioribus tyro est ut ignoret: nil opus est itaque ut rei tam confessæ & exploratæ impendam operam. Tertio. Verisimile est Judæos, in privatis & minoribus popularium funeribus; tibias; in majoribus autem nobiliorum exequiis celebrandis, tubas usurpasse. Cum enim mortua esset adolescentula illa, cujus jam sæpius memini, Christus in ædibus (17) *Tibicines vidisse* legitur. In quem locum sic annotavit (18) *Hieronymus Magius: vides*, inquit, *licet puella primatis esset filia, tamen tibicines, non tubicines funeri fuisse adbibitos; nimirum*, quan-

quantum conjectura assequi licet, *ratione ætatis defunctæ*, quæ scil. in claritatem aliquam nondum adoleverat. Sic apud Ethnicos etiam ferebat consuetudo: nam tibiam in funeribus privatis & vulgaribus, tubam autem in nobilibus & indictivis, cecinisse asserunt, (19) qui de gentium ritibus funebribus ex instituto disseruerunt. Cum itaque Judæi plane moribus ritibusque funebribus, quibus & Ethnici, uterentur; huic conjecturæ non temere indulgeamus, Judæos scil. Gentium exempla ante oculos posuisse; & exequiarum ritus, (Tibiatum cantus inprimis) a Græcis, artium aliarum Magistros didicisse.

IV. Inter Antiquos convenit, tibiæ feralis usum prima a Lydiis aut Phrygibus originem accepisse. (20) *Plutarchus*, aut quisquis est autor libri de *Musica*, Lydios tibiis funebribus primo cecinisse arbitratur. Ait enim *Platonem*, lib. 3. de *Rep. Lydiam harmoniam repudiare*, ἐπειδὰν ὀξεῖα καὶ ἐπιτήδειος πρὸς θρῆνον *eo quod stridula sit & lamentis accommodata*. Quibus statim subjungit, *Aristoxenus* scribit, in primo de Musica libro, Ὀλυμπον πρῶτον ἐπὶ τῷ Πύθωνι ἐπικήδειον αὐλῆσαι Λυδιστί. Olympum primum de morte Pythonis lugubre carmen tibiis cecinisse, *Lydio modo*. Alii Phrygibus tibiarum funebrium inventionem tribuunt: atque hæc sententia (21) *Statio* placuit, Archemori exequias in hunc modum referenti;

> *Cum signum luctus cornu grave mugit adunco*
> *Tibia, cui teneros suetum producere manes,*
> *Lege Phrygum mœsta: Pelopem monstrasse ferebant*
> *Exequiale sacrum*, ——

Statio adstipulatur & ipse *Pollux*, a Phrygibus hisce tibiarum funebrium usum etiam Cares accepisse asserens, Lib. 4. c. 10. *Segm.* 75. ubi ait, λέγεται δὲ καὶ Φρύγας εὑρεῖν αὐλὸν θρηνητικὸν, ᾧ κεχρῆσθαι τοὺς Κάρας, παρ᾽ ἐκείνων λαβόντας. θρηνῶδες γὰρ τὸ αὔλημα τὸ Καρικόν. Hisce veri speciem conciliat, quod idem (22) auctor & næniam (indivisum tibiæ feralis comitem) vocem Phrygiam pronunciaverit. Nemo itaque primum tibiæ funebris usum & originem Judæis vindicare possit, nisi sententiam, a toto Antiquorum senatu explosam, tueri velit.

Quo sententia nostra fidem firmiorem inveniat, eas quibus maxime urgetur, Objectiones proxime diluemus. Harum prima nititur *Jeremiæ* verbis, quæ Judæorum tibiæ ferali usum & originem, Græcorum imperio multo vetustiorem, tribuunt. Verba autem sic se habent, cap. 48. 36. *propterea cor meum ad Moab quasi tibiæ resonabit, & cor meum pro viris Chir-cheres dabit sonitum tibiarum*. Quibus verbis inquit (23) *Drusius*, proculdubio intelligit Propheta *tibias* . . . *quibus carmen lugubre in funeribus canebatur: de quibus Ovidius in 6. Fastor. versic. 660.*

> *Cantabat mœstis tibia funeribus.*

Hunc sensum firmare videtur *Targum Jonathæ*, qui Christi ævo floruisse dicitur, & sic textum explicat, *cor eorum* ... *sicut cantus tibiarum triste erit*. Ad has etiam tibias Interpretes Græci digitum intendunt, dum verbis utuntur instrumentis hisce funebribus apprime consentaneis: sic enim textum reddunt, καρδία τοῦ Μωαβ, ὥσπερ αὐλοὶ βομβήσουσι, καρδία μου ἐπ᾽ ἀνθρώπους κεραδας ὥσπερ αὐλὸς βομβήσει. Hæc verba tibiis hisce optime convenire, *Galenus* indicat, lib. 3. de *Symptomatum causis*, ubi in hunc modum flatus explicat in ventre inferiore nasci solitos: βομβώδεις δέ εἰσιν ἕτεροι. τοῖς ἐξ εὐρυτάτων αὐλῶν ἐοικότες, ὁποίους ἔχουσιν οἱ τύμβαυλοι καλούμενοι. *porro sunt alii bombosi, bombis latissimarum tibiarum non absimiles, quales habere solent ii qui* τύλβαυλοι, hoc est, Siticines *nominantur*, *quæ sonum efficiunt graviorem*.

At hæc omnia, speciosa licet in superficie, intus & quasi in cute soliditate omni destituta reperiemus. Nullo enim argumento satis firmo probari potest, Prophetam hoc in loco tibiam, multo minus tibiam funebrem, intellexisse. Quamvis enim Propheta vocem חלילים quæ αὐλὸν vel tibiam frequentius notat, usurpaverit; videtur tamen hoc in loco, non tam tibiam, quam (in genere) quodvis instrumentum musicum vividum & sonorum indicare. Ideoque *Jonathan* ipse vocem illam, in prima commatis illius parte, per כנורא (24) *Citharam*; *Syriaca* etiam versio per כנרא *lyram*, interpretatur. Quod autem Propheta tibiam in luctu funebri usurpatam, intelligat, multo magis a vari specie abesse videtur. Nam moris hujusce vestigium, per omnes Vet. Test. paginas, ne minimum percipiamus. Imo vero veteres Hebræi, Musicam omnem in luctu funebri præsertim, plane importunam & ingratam habuisse credantur: nam (25) *Sirachides* organa musica in luctu, inter ἄκαιρα numeravit. Nec immerito: dolor enim verus sonos lætos ferre non potuit; nec sonos tristes; ad novum scil. mœrorem provocandum,

dum, unquam desideravit. Verisimile est itaque Judæos (quandiu rebus integris & florentibus gauderent) a Tibicinum in funeribus usu, tanquam Naturæ dictatis disono, prorsus abstinuisse: quum autem res suæ Græcorum armis fractæ essent, & ipsi frequenti cum Græcis commercio uterentur; tum primum illos θρήνου σοφιστὰς lamentorum artifices (ita Tibicines appellat (26) *Lucianus*) ad funera sua advocasse: forsan, ut dum Græcorum institutis se morigeros præberent, notos illos dominos eo mitiores & faciliores experirentur.

Secunda Objectio hujusmodi est: inde ostendi possit tibias funebres non novitium inventum fuisse, sed multis ante Christum seculis usitatas apud Judæos, quod a viris doctis *demonstratum* sit, *exstare in antiquissimis Hebræorum Scriptis ejus moris vestigia; sicut & præficarum mentio est apud Jeremiam, 9. 17. neque vero in Lege ulla ejus rei interdictio invenitur.* His telis contra sententiam nostram pugnavit *Grotius*, in *S. Mat. c. 9. 23.*

Sed horum telorum impetum verbis viri in antiquissimis Hebræorum Scriptis versatissimi facile retundamus: *Schikardum* intelligo, qui de variis Hebræorum veterum ritibus funebribus verba habens, sic sensum suum libere (27) profitetur: *an etiam Siticines adhibuerint veteres Hebræi, equidem ignoro: inquisivi curiose, sed nondum reperi ullum ejus vestigium; nisi forte* המקוננות *lamentatrices fœminæ*, Jer. *9. 17. huc referri debeant, quæ anus precio conductæ, ululatu suo lachrymas lugentibus eliciebant; ut apud Romanos Præficæ. At hoc voce præstabant, non organis. Quid ergo sibi vult ille tumultus Auletarum in historia Evangelica* Mat. *9. 23. apud filiolam primatis exanimen? videntur hoc agentibus, quarum sub potestate fuerant, didicisse. Romani enim tubicines & tibicines adhibebant, qui quod apud Sitos* h. e. *vita functos canere solerent, proprio vocabulo* Siticines *dicti sunt.*

Tertia Objectio ex ipsa *Grotii*, nobis licet adversantis, auctoritate petitur. Ille enim de Tibicinum turba, quorum jam sæpius memini, verba habiturus; (28) *Tibias*, inquit, *in luctu usitatas apud Judæos Josephus nos docet: puto etiam falli eos, qui a profanis gentibus morem hunc ad Hebræos putant deductum.*

Resp. in promptu: *Grotio* cathedram quidem in doctorum consessu, sed neutiquam infallibilem decernamus. Et si testimoniis res agatur, multi sunt a partibus nostris clari nominis viri (*Schickardus*, *Scultetus*, *Mayerus*, *Hammondus*, aliique,) quorum suffragia singulari *Grotii* testimonio præponderare possint. *Schikardum* nobiscum clare suffragantem jam nunc accepimus. *Mayerus* etiam, postquam Judæos multa e literis & moribus Græcorum hausisse tradidisset, αὐλητὰς in historia Evangelica memoratos, in exemplum (29) affert; & statim subjungit: *nullum dubium est, Judæos Tibicinum in funeribus usum a Græcis accepisse.* Et postea, *ritus hic funebris*, inquit, *originem suam e scholis Philosophorum duxit, qui de concento Musico sphærarum cælestium mira commenti sunt.* *Mayero* succinit *Scultetus*, *Exercit. Evang.* l. 2. c. 55. ubi, de Tibiarum usu in funeribus loquens, hæc habet: *ut alia plura, ita & hunc morem ex Gentilium tam Latinorum quam Græcorum consuetudine hauserunt Judæi.* Huc etiam calculum adjecit (30) *Hammondus* noster, cujus verba Latinitate donata sic sonant: *mos ille instrumenta musica in funeribus adhibendi, ad posteriores Judæos devenit*, e ritibus & moribus *Gentilium*. Et statim postea, *cantus organorum in funeribus, mos erat origine ethnicus, & nuper admodum inter Judæos receptus.* Si itaque sententia nostra a vero aberraverit, nobis doctorum errorem errasse contigit.

NOTÆ IN SECTIO PRIMA.

(1) *Mercede quæ . . . conductæ flent alieno in funere Præficæ.* Lucil. Sat. 22.
(2) *Exercit. Evang. l. 2. c. 55.*
(3) *Matth. 11. 17.*
(4) *De Bell. Jud. l. 3. c. 8. p. 1149. 15.*
(5) *Gen. 50. 10.*
(6) *Ezech. 24. 17.*
(7) *Eccles. 7. 2. Jer. 16. 5. 6. 7.*
(8) *Jer. 22. 18.*
(9) *Homer. Iliad. ω v. 720.*
(10) *Epih. 2. 12.*
(11) *De jur. Regio. cap. 6. pag. 162.*
(12) *Mortuos ad sepulturam prosequi oportere cum cantu plurimarum gentium vel regionum instituta sanxerunt.* Macrob. Ub. supr.
(13) Lib. περὶ πένθ, p. 812. A.
(14) *In περὶ τῦ Ει. p. 394.* C.
(15) *In* אישות *cap. 14. §. 23.*
(16) Εκλαιον καὶ ἐκόπτοντο, *S. Luc. 8. 52.*
(17) *S. Mat. 9. 23.*
(18) *Miscel. l. 1. c. 13.*
(19) *Kirchman. de Fun. Roman. l. 2. c. 5. & Morestell. Pomp. Feral.*
(20) *Pag. 1136.* B.
(21) *Theb. lib. 6. v. 120.*
(22) Τὸ δέ Νηνίωτον, ἔςι μὲν Φρύγιον. *Jull. Poll. L. 4. c. 10. Seg. 99.*
(23) In not. ad Cap. 9. *S. Mat.*
(24) כניר κινύρα, *apud Græcos instrumentum lugubre*: Hammond. in *Psal.* 43. 4. Et ea ipsa voce utitur *Esaias* in loco parallello, cap. 16. 11.
(25) *Sap. 22. 6.*
(26) Lib. περὶ πένθ. p. 812. C.
(27) De *Jur. Reg. Hebræorum c. 6. p. 262.*
(28) Not. ad *S. Mat. c. 9. 23.*
(29) *Philol. sacr. P. 1. p. 226.*
(30) *Annot. ad S. Mat. 9. 23.*

SECTIO SECUNDA.

Defuncti lotio.

INter ritus funebres locum primum Auletarum cantui haud immerito assignavimus. Cumprimum enim quispiam animum exhalasset. Tibicines, tanquam aves infaustæ, domum funestam circumvolarunt. Hoc e Jairi historiam conjectari licet: quamvis enim illius filia, cum (*Marc.* 5. 35.) jam Christus ad ædes suas pergeret, egisset animam; Tibicinum turba in ædibus convenerant, & (quod suarum esse partium credebant) lugubri strepitu compleraut omnia.

Dum hæc aguntur, moris erat, ut corpus defuncti solenniter lavaretur. Ita morem tenuisse, inde satis intelligitur, quod Judæi, cum Tabithæ funus adornarent, corpus ejus lavarunt, priusquam sepelirent. Hoc e *S. Lucæ* verbis manifestum: *Act.* 9. 37. quam (Tabitham) *cum lavissent, posuerunt eam in cœnaculo*. Huic mori testimonium perhibent *Maimonidis* verba, *Hal. Ebbel.* cap. 4. §. 1. *Mos Israelitarum cum mortuis sic se habet: oculos demortui claudunt; si os ejus biet, ligant maxillas, foramina ejus* (quæ scilicet excrementa emittunt) *obthurant* אחר שמריחין אותו *postquam ipsum laverint*. Ex eo more factum est quod ipse Dominus noster, nonnisi lotus, Sepulturæ manderetur. Hoc (*S. Chrysostomi Homil.* 84. *in Sancto Johanne pagin.* 435.) verbis memoriæ proditum est ἐπειδὴ δὲ ὑπὸ τȣ͂ καιρȣ͂ συνείχοντο, *Cum autem tempore urgerentur* (*nona enim hora mortuus erat*) *& dum peterent eum a Pilato, & lavarent, jam vesper adventaret*, &c. Rei ejusdem se testem præbet *Epiphanius*, Oratione sua in *Christi Sepulturam*, ubi Josephum ab Arimathæa in hæc (pag. 226. A.) verba affatur: Αρα δὲ καὶ ὕδασι καταπλύνεις σῶμα Θεȣ͂ &c. *num vero & aquis abluis corpus Dei, qui omnes abluit, & a labe purgationem præstitit?* Evangelistæ quidem Domini corpus lotionem feralem subiisse, nullibi literis consignarunt: referunt tamen Domini nostri servos ei officium funebre (*Jo.* 19. 40.) *sicut mos est Judæis sepelire*, peregisse.

Judæos hunc sepulturæ ritum, non proprio ingenio excogitasse, sed e Gentium moribus, inter alia non pauca recepisse, ratione non levi motus me persuasum habeo: Nam

I. In aperto est, gentes illas florentissimas, Ægyptios, Græcos, Romanos defunctorum corpora, de more abluisse. Ægyptios hunc ritum in funeribus observasse, testatur *Herodotus*, lib. 2. cap. 86. ubi ait, ἐπεὰν δὲ παρέλθωσι αἱ ἑβδομήκοντα (ἡμέραι) λύσαντες τὸν νεκρὸν. — *exactis septuaginta* diebus *cadaver ubi abluerunt* (Ægyptii) capulo seu pheretro *includunt*. Ritum eundem, ut plerosque alios, Græcis cum Ægyptiis communem fuisse, ex (*Euripide in Phœniss. v.* 1339.) intelligamus. Apud eum enim *Creon Jocasten* accersit, ut filium suum jam defunctum lavet,

— Εγὼ δ' ἥκω μετα
Γέρων ἀδελφὴν Ιοκάςην, ὅπως
Λέσῃ πρόθηταί τ' ἐκέτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν.

— *Ego vero venio accersitum*
Senex Sororem anus Jocasten ut
Lavet filium meum atque componat.

Romanos etiam cadaveribus lotionem impertire solitos, e trito illo *Ennii* carmine manifestum est,

Tarquinii corpus bona femina lavit & unxit.

Quis autem se inducere potest, ut sentiat, insolens gentium illarum fastidium hunc ritum funebrem a vili & contempta Judæorum gente petere voluisse? Nec minus fidem omnem excedit, ritum illum in tam dissitos locis studisque populos propagari potuisse; modo e parvula illa, & haud ita pridem cognita, Judæorum gente originem derivasset.

II. Gentes & Hebrei, extremæ lotionis officium peracturi, moribus simillimis utebantur. Nam Primo. Apud Hebræos lotio illa fœminarum ministerio (quæ erat seculi illius simplicitas) vita functis adhiberi solebat. Hoc inde colligamus, quod fœminæ unctionem extremam, indivisam lotionis comitem, defunctis administrarent. Nam docente (*Marc.* 16. 1.) Evangelista, mulieres quædam, amantes Christi discipulæ, *cum transiisset Sabbatum, emerunt aramota, ut venientes ungerent* Jesum. Atque ea de causa, *valde mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum, portantes quæ paraverant aromata*, teste *S. Luca*, cap. 24. 1. Quemadmodum autem Hebræi, ita & aliæ nationes corpora lavandi & ungendi officium mulieribus tribuebant. Ita morem apud

apud Romanos habuiſſe, ex *Enii* carmine jam citato intelligamus. Apud Græcos etiam hoc ipſum lotionis & unctionis munus plerunque obibant fœminæ: nam Achilles Hectoris corpus ancillis lavandum & ungendum tradidit, priuſquam ſepulchro traderetur. Hoc probant (*Homeri Illiad.* Ω. v. 582.) verba:

> Δμωὰς δ' ἐκκαλέσας λοῦσαι κέλετ', ἀμφί τ' ἀλεῖψαι.

> *Ancillas autem evocans, lavare juſſit, circumque ungere.*

Secundo. Hæbræi, corpus (1) *ultimis lavacris* purgaturi, aquis tepeſcentibus præcipuæ utebantur. Hoc apud Judæos hodiernos in more eſſe, e *Buxtorfio* diſcimus, de *Synag. Judaic.* cap. 49. ubi de Judæorum ſepultura loquens, *Aqua calida*, inquit, *ſtudioſe abluitur mortuus, ut purus & mundus ſit, quum peccatorum ratio reddenda erit*. Nec dubio locus eſt quin Judæi hunc ſepulturæ ritum, more gentis antiquo a ſeculis ante Chriſtum deducto, obſervarint. Id moris & Ethnicos habuiſſe, ex *Homero* diſcimus *Odyſ.* Ω. ubi ait, v. 44.

> Κάτθεμεν ἐν λεχέεσσι, καθήραντες χρόα καλόν,
> Ὕδατί τε λιαρῷ καὶ ἀλείφατι —

> *Depoſuimus in lecto* Achillem, *purgato corpore pulchro*
> *Aqua calida & unguento*, —

Hiſce concinunt *Virgilii* carmina, *Æneid.* 6. verſ. 218.

> *Pars calidos latices, & abena undantia flammis*
> *Expediunt, corpuſqae lavant frigentis, & ungunt.*

Tertio Judæi, non perfunctorie, ſed *ſtudioſe mortuos abluebant*: hoc e jam citatis elucet *Buxtorfii* verbis: eandem & Ethnicos curam & diligentiam in mortuis abluendis adhuibuiſſe, opinandi cauſam præbent *Apuleji* verba, lib. 8. *Metam. pag.* 246. *Tunc propere familiares, miſeræ Charites* accuratiſſime *corpus ablutum, unita ſepultura ibidem marito perpetuam conjugem reddidere*. Quod autem Judæi atque Ethnici tanta morum funebrium vicinitate ſociati fuerunt, inde ſolum veniſſe videtur, quod Judæi mortuos lavandi ritum a Gentilibus derivarent, ideoque (dum munus illud extremum exercerent) eorum mores ad amuſſim ſequerentur. Vero enim ſimile nulla ratione videri poteſt, tot clari nominis gentes tanto cum ſtudio Judæorum ritus funebres imitari voluiſſe; a quorum perſonis & ceremoniis, odiis inveteratis adeo diſſiderent.

III. Ipſe aquæ calidæ uſus, & accuratiſſima illa (quam dixi) mortuorum lotio, merum Ethniciſmum olent, & ſuſpicandi cauſam præbent, ritum illum funebrem e ſuperſtitioſis Ethnicorum dogmatis pullulaſſe. Cum enim Gentiliſmus ubique obtineret, recepta erat in vulgus opinio corporis baptiſmum ad animi ſordes tollendas valere, & animam in corpore, defuncto licet, deliteſcere, atque inde impuritatem haurire ſolenni lotione abluendam. Atque inde factum videtur, quod in mortuis abluendis eam ἀκρίβειαν adhiberent, & aqua calida (quæ ſcil. frigidæ, purgandi virtute præſtat) plerunque uterentur. Non me latet, *Celſum*, *Plinium*, *Servium*, alioſque, cauſam longe aliam reddere cur Etnici aquas tepeſcentes ad hoc munus uſurparent; nempe, ut incluſos ſi forte & pene conſopitos ſpiritus, aquarum calidarum aſperſione, veluti apto quodam fomento, excitarent & evocarent. Hanc autem ablutionis feralis rationem, Scriptor nuperus *riſu digniſſimam*, non immerito pronunciavit; cum Ethnici lavarent corpora, non tantum ſuo fato, ſed ſenio aut vulnere pereuntia; ubi ſpes nulla ſpiritus fugientes revocandi relinquebatur. Multo itaque probabilius eſt, Veteres aquam calidam, tanquam inſtrumentum ad puritatem ſuam imaginariam acquirendam magis accommodatum, in lotione ſua funebri frigidæ prætuliſſe. Si itaque re bene penſitata, de lotionis hujus origine conjecturam faciamus, rationi conſonum videatur, ut primos ritus hujus autores, Ethnicos potius quam Judæos faciamus: nam quis credat Judæos, populum illum θεοδίδακτον, a veri vicinia tam turpiter aberrare potuiſſe, ut lotionem illam feralem, ad puritatem quandam poſthumam ſibi conciliandam excogitarent; & aquam calidam ad animæ ſordes eluendas valere ſomniarent. Nec proculdubio Judæi, divino lumine illuſtrati, ſomnia unquam tam ridicula ſomniaſſent; niſi lotiones illæ funebres, a gentibus receptæ & longo uſu commendatæ, eorum animos ſenſim corrupiſſent, & erroribus tam craſſis occaſionem præbuiſſent.

Hic forſan objiciet non-nemo, Judæos non a vicinis gentibus, ſed gentis ſuæ patribus, mortuos abluendi ritum, uſu & traditione perpetua propagatum, accepiſſe. Nam *Emir Cond* autor Perſicus, de

de Josepho loquens, (2) *posuerunt*, inquit, *sacrum ejus corpus, postquam lavissent, in capulum vitreum, & in Nili canali sepeliverunt*. Cui auctori fidem eo promtiorem habeamus, quod e (Lib. de *Joseph. p.* 529.) *Philone* constet morem illum mortuos abluendi, *Josephi* tempore obtinuisse: ille enim Jacobum peracerbum Josephi fatum (quem bestiis abreptum credidit) hisce verbis exaggerantem inducit: *si tibi sepultura contigisset in terra propria, nec mihi defuisset solatium: ægrotanti ante mortem officiose assedissem: oscula extrema morienti impendissem: clausissem oculos, mortuum lavissem lachrymis*, &c. Quibus verbis clare allusum est ad lotionem feralem, Patriarcharum temporibus usitatam. *Spondanus* (de *Cœmeteriis Sacr.* lib. 1. Part. 3. cap. 2.) aquas hasce funebres a fonte altiore, primæva scil. origine mundi, ad posteros dimanasse censuit. Defunctorum lotionem, inquit ille, *Græcis pariter ac Latinis Gentilibus communem fuissa alii adnotarunt. - Nec difficile erit persuadere, fuisse æque in usu ab usque eo tempore, quo mors cœpit in homines duro imperio sævire: siquidem videtur hæc sordium externarum abstersio munditiam animæ significare, qua cœlo adsciscí sperarunt homines*, &c.

Respondeo: nonnulli quidem, speciosis hisce testimoniis & argumentis persuasi, lotioni funebri summam antiquitatem tribuere non dubitarunt. Me quod attinet, opinionem tam lubrice fundatam amplecti nescio: nam Autor ille Persicus (ad instar Gibeonitarum) falsam tantum & inductam antiquitatis faciem gestat, nec testimonio suo, in tam remotæ antiquitatis negotio, temere innitendum est. *Philonis* testimonium, magnum quidem in hac causa momentum haud immerito habuisset, nisi autores (quorum nomini & pudori jam consulo) in verbis suis transferendis se nullius fidei vel diligentiæ viros præbuissent. Sic enim se habent *Philonis* verba, εἰ ἐπὶ γῆς ἐτάφης τῆς σῆς, &c. *si tibi sepulchrum in terra propria contigisset*, &c. τοὺς ὀφθαλμοὺς συνέκλεισα, ἐπεδάκρυσα κειμένῳ τῷ νεκρῷ, πολυτελῶς ἐκήδευσα, &c. *clausissem, oculos, mortuo illachrymassem, magnifice extulissem*, &c. Artem autem plusquam chymicam postulat, e Jacobi lacrymis in Josephum defunctum effusis, aquas ferales elicere; de quibus *Philo* proculdubio, cum hæc scripsit, ne per somnium cogitavit. Neque vero probabile est lotionem funebrem in usu fuisse, cum Jacobus in terris ageret; quum Veteris Testamenti paginæ nullam ritus illius mentionem ingerant. Judæorum Legislator ritus plerosque alios (quod alibi observamus) qui Patriarcharum seculis obtinuere, non mentione tantum sed & sanctione cohonestavit: omni itaque veri specie caret, Mosem & Prophetas hunc ritum feralem (modo Patrum praxi cohonestatum) ne mentione quidem dignari voluisse; si præsertim Sacramenti cujusdam locum habuisset, & *animæ munditiam* ad cœlum adipiscendum requisitam significasset.

Hisce omnibus rite æstimatis, rationi magis consentaneum videtur, lotionem funebrem a Græcis aut Ægyptiis recentioribus (puritatis externæ ad superstitionem studiosis) excogitatam fuisse; eamque in Judæorum mores; una cum tibiis feralibus, sub imperii Græci tempora, transiisse.

NOTÆ IN SECTIO SECUNDA.

(1) *Eum* (exanimem) *summis plangoribus --- atque ultimo lavacro procurant*. Apul. Mat. l. 9. p. 298.

(2) Ipsa ejus verba vide apud *Joh. Greaves* in *Pyramidogr. p.* 57.

SECTIO TERTIA.

Compositio mortui.

POstquam Veteres corpori lavando sedulam impendissent operam, ita ferebat funeris consuetudo, ut cadaver aromatibus & unguentis pretiosis ubertim perfunderetur; deinde linteis fascia bene longa circumligatis involveretur. Ægyptios id moris in re funerea tenuisse, constet ex *Herodoti l. 2. c.* 81. testimonio; de ritus suos funebres in hunc modum referentis: λούσαντες τὸν, νεκρὸν κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνης βυσσίνης ὑποχρίοντες τῷ κόμμι, *cadaver ubi abluerunt, syndone byssina totum involvunt, gummi illinentes* —— Priscam etiam Græciam eundem sepeliendi morem, tum quoad unctionem, tum quoad convestituram habuisse,

buisse, ex *Homeri Iliad.* Σ. v. 350. verbis de *Patroclo* dictis conjiciamus.

Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε, καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ.
Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν
Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ.

Et tunc quidem lavarunt & unxerunt pingui oleo,
In lectis vero componentes linteo subtili texerunt
Ad pedes a capite, desuper autem alba palla.

Hæc vero consona esse, multis aliis testimoniis confirmari posset, nisi omnem mihi ansam præripiant plurimi illi, qui de ceremoniis & religionibus ad funeris morem spectantibus ex professo disseruere. Id unum Sectionis hujusce titulus monere jubet, Veteres nempe, ad defuncti *unctionem* & *convestituram* denotandam, *compositionem*; tanquam vocem propriam & plane funeream, adhibere solitos. Hoc *Casaubonus* cum primis observavit, (pag. 305.) *Comment.* ad 3 *Persii Satyram*, ubi ait, περιστέλλειν *Græci, Latini componere mortuum dicebant, cum ejus cadaver, probe lotum atque unctum linteis involvebant.*

Ab eo, quem dixi, Græcorum & Ægyptiorum ritu funebri, non multum recessit Judæorum consuetudo: eos enim unctionem & involucra lintea, consueto sepeliendi ritu, defunctis imposuisse, satis e verbis Evangelistæ constare arbitror: viz. *S. Joh.* c. 19. 40. *acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire*: vel, uti *Nonnus* hunc locum explicat,

Ὡς ἔθος Ἑβραίοις ἐπιτύμβια θεσμὰ φυλάσσειν.

S. etiam *Matthæus*, cap. 26. Judæorum unctioni funebri testimonium non minus luculentum præbuit; cum enim nonnulli Mariam Magdalenam, quasi nimis profusam arguerent, quod pretii eximii unguento Dominum perfudisset: *quid molesti estis huic mulieri?* inquit Dominus: *opus enim bonum operata est in me*, &c. *nam mittens unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.* Quibus clare innuit corpora aromatibus condita de more fuisse, priusquam sepulturæ traderentur. Lintea sepulchralia quòd attinet, quibus Judæi cadaver delibutum involvebant, ea vir doctus *præcepto* illo (cap. 38. 16.) *Ecclesiastici contineri* non temere arbitratur: *fili mi, in mortuum effunde lacrymas*, &c. *& secundum judicium contege corpus ejus*: i. e. (1) eo explicante, defunctum *juxta morem funebrem obvolve linteis.*

Judæos hunc funera curandi modum, ab Ægyptiis accepisse, tria cum primis me persuasum faciunt.

I. Doctorum pene omnium consensus. Inter eos chorum ducat *Tacitus*, qui de Judæis & eorum moribus sermonem faciens, (*hist.* 5.) asserit eos, *corpora condere*, non *cremare*, *e more Ægyptio*. Cujus verba optime emendare & explicare videtur *Baronius*, ad *An.* 34. n. 164. ubi ait, *condire aromatibus corpora defunctorum, ab Ægyptiis Judæos esse mutuatos, auctor. est Tacitus*. Nam Taciti verba temporis injuriam passa videntur, & in ea *condere* pro *condire*, scribæ alicujus lapsu, irrepsisse: satis enim nos docent exempla Saræ, Abrahæ, & aliorum, sacris literis consignata, Hebræos corpora *condere*, vel sepulchro inferre solitos, priusquam in Ægyptum descendissent. A vero itaque non abit, Tacitum *condire*, non *condere*, scripsisse olim: quo scilicet corporum conservationem per unctionem vel condituram apud Hebræos usitatam, Romanorum destructioni per ignem, ex adverso sisteret: ut (*Annal.* 16.) alibi, Neronis Poppæam *conditam* dixit, non *igni abolitam*. *Taciti* verba probat (*Pomp. feral.* l. 1. c. 12.) *P. Morestellus*, de Unctione ferali sic loquens: *recte autem Tacitus instituti hujus originem ad Ægyptios* refert, *ex quorum ritu Josephus præcipit Pollinctoribus ut Patrem* Jacob *vita functum aromatibus condirent*. Cum eo & *Kirchmannus* judicat, l. 1. de *funer. Rom.* cap. 8. ubi historici illius verba referens, *nec in eo*, inquit, *fallit Tacitus, quamvis alias rerum Judaicarum imperitus*. Eo etiam inclinat (*Menochii de republ. Hebr.* l. 8. c. 6. p. 766.) (*Montacutii orig. Eccles.* T. 1. P. poster. p. 437.) (*Dilheri disp. Philolog.* T. 1. p. 121.) (*Quenstedii de Sepult. Vet.* cap. 5.) & aliorum de re funerea scribentium sententiæ, quibus verbatim recensendis immorari non juvat.

II. Horum rituum funeralium usus apud Ægyptios longe antiquissimus. Nam e sacris monumentis elucescit, Ægyptios, Jacobi Patriarchæ tempore, artem cadavera condiendi apprime calluisse; & suos (LXX. *in Gen.* 50. 2.) ἐνταφιαστὰς habuisse, qui curaneis & medicandis funeribus (2) ex professo præfuerunt. Legimus enim, *Gen.* 50. 2. 3. *Josephum præcipisse servis suis Medicis, ut aromatibus condirent patrem suum*. Quibus, inquit textus, jussa explentibus, *transierunt quadraginta dies:*

dies: iste quippe mos erat cadaverum conditorum. Et si temporum omnium memorias replicemus, facile reperiamus Ægyptios vix quicquam prius aut antiquius habuisse, quam ut mortuorum corpora unguentis & aromatis a putredinis injuria vindicarent: eosque vix ulla re magis, quam arte cadavera condiendi, apud antiquos claruisse. Nemo itaque, cui sani aliquid, sibi persuadere potest, Ægyptios cadavera curandi morem a Judæis didicisse: cum certum sit cadaverum unctionem apud Ægyptios in more fuisse, cum Judæorum natio nomen aut locum in temporum monumentis nondum habuisset.

III. In hanc etiam opinionem me ducit summa illa morum similitudo, quibus Ethnici & Judæi in accurandis funeribus utebantur. Multis enim exemplis ostendi possit, vix ovum ovo similius, quam Ægyptiorum & Judæorum ritus in cadaveribus ungendis & convestiendis usitatos. Nam,

Primo Ægyptii unctionem funebrem, non simul & semel, sed multis diebus & repetitis vicibus peragebant. Cadaver e manibus suis, non nisi saturatum & quasi ebrium unguentis & aromatibus deponebant. Sedulam illam defunctos condiendi rationem apud Ægyptios obtinuisse, satis confirmant *Herodoti* & *Diodori Siculi* testimonia. Hanc autem consuetudinem eos ex vetustate retinuisse, e verbis Historici sacri colligamus: *Genes.* 50. 2. 3. *& præcepit Joseph servis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem suum*:-- *& completi sunt ei quadraginta dies, quia sic complentur* (3) *dies* החנטים *eorum qui aromatibus condiuntur*. Ungebant scil. æternitati: ideoque operi suo multum temporis & negotii impendendum esse, non temere crediderunt. Eandem & Hebræos in defunctis perungendis operam & sollicitudinem adhibere solitos, e Salvatoris nostri defuncti historia conjectare licet. Nam corpus suum unguentis delibutum fuisse, priusquam sepulchro mandaretur, *S. Johannis* testimonio confirmatur: cap. 19. 38. 39. *venit ergo* Joseph &c. *& tulit corpus Jesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jesum noctu, ferens myxturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus*, &c. Quin & *S. Marcus* 16. 1. 2. testatum reliquit, Mariam Magdalenam, & alias pietate conspicuas mulieres ad monumentum se contulisse, Dominum jam sepultum denuo perunctúras. Idem & *S. Lucas* verbis apertis tradidit: cap. 23. 55. 56. & 24. 1. (4) Autor nuperus, postquam Judæos tot vicibus unctionis extremæ munus præstitisse observasset; *inde*, inquit, *palam fit*, *hunc morem ... corpora aromatibus condiendi*, *Judæos ab Ægyptiis mutuatos fuisse; quippe qui haud semel duntaxat*, *sed iterum atque iterum id*, *dum pios se exhibere cupiunt*, *insana permoti prodigalitate præstabant*.

Secundo Ægyptii, alique e Gentilium grege, veste candida plurimum cadavera unguentis perfusa involvebant. Hoc Ægyptiis in more fuisse, jam citati *Herodoti* verbis convincamus; *Mortuum* ubi abluerunt, *κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνης βυσσίνης*, *syndone byssina cadaver integrum involvunt*. Mos idem apud alios receptus *Artemidori* (*Oneirocer.* l. 2. c. 3.) verbis occasionem præbuit, *ἀνδρὶ νοσοῦντι λευκὰ ἔχειν ἱμάτια, θάνατον προαγορεύει· διὰ τὸ τοὺς ἀποθανόντας ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι·* i. e. *viro ægrotanti albas habere vestes*, *mortem denotat; propterea quod mortui in albis vestibus efferantur*. Hebræi etiam antiqui cadavera, amictu candente exornata, tumulo inferebant. Huic opinioni locum faciunt *Buxtorfii Synag. Judaic.* cap. 49. verba, mortuo *lineam tunicam induunt* Judæi. Antiquissimæ enim hoc apud ipsos est consuetudinis, לקבור בבגדים לבנים *in vestibus albis tumulo* mortuos *mandare*. Ita ferebat Hebræorum institutum Domini tempore, qui (*Matth.* 27. 59.) *σινδόνι καθαρᾷ* involutus sepulturæ tradebatur. Mos ille defunctorum corpora vestibus albis involvendi, a Judæis ad Christianos antiquos transiisse videtur. Inde enim causa data *Prudentii* verbis, *Cathemer.* Hymn. 10.

Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos est.

Tertio. Moris Ægyptii erat cadavera peruncta perpetuis fasciarum lintearum involucris tegere, ut ab aeris aut humoris alicujus injuria eo magis secura redderentur. Ægyptios, cum defunctos ad sepulturam componerent, hujusmodi vincula lintea usurpasse, scripsit *Herodotus;* & eorum omnium oculata fide comprobatum est, qui cadavera condita ex Ægypti sepulchretis in Europam allata viderunt, infantis tæniis aut fasciis circumligati imaginem referentia. Fascias illas extremas, cum homo ad sua quasi initia reditet usurpatas, *Hesychius* *ἐπιθανάτια ἐντετυλιγμένα* appellavit. Judæos etiam hujusmodi fascias sepulchrales in usu habuisse, satis e Lazari suscitati historia innotescat: nam *prodiit*, inquit, *S. Johannes* *δεδεμένος κειρίαις*, *ligatus manus & pedes fasciis* mortuariis, voce illa (si

Gram-

Grammaticos audiamus) a *κὴρ mors* originem derivante. Inde *Baſilius Seleuciæ Epiſcopus* (*Orat. in Public. & Phariſ.* p.81.B.) de *Lazaro* redivivo loquens, ἐφίςατο, inquit, ταῖς κειρίαις ὡς ἐκ τάφȣ τεχθὲς, καὶ μετὰ τόκον φέρων τὰ σπάργανα· *adſtabat cum faſciis mortuariis, tanquam e ſepulchro natus, & poſt partum ferens infantiæ faſcias.* Cum itaque Dominus Lazarum vidit ligamentis impeditum, quo minus ambularet; ait, *ſolvite eum, & abire ſinite.* Chriſti etiam ſepulti corpus non linteis ſolummodo, ſed & faſciis, more infantium involutum & conſtrictum fuiſſe, ex eodem Evangeliſta intelligamus: Cap. 19. 40. Alibi expreſſe dicit Joſephum Arimathenſem & Nicodemum, *accepiſſe corpus Jeſu, & ligaſſe illud* ἐν ὀθονίοις *faſciis linteis*: Sic enim *Nonnus* eleganter & ex vero locum illum interpretatur:

> Λεπταλέαις ὀθόνῃσιν ἐμιτρώσαντο θανόντος,
> Σῶμα, πολυπλέκτῳ ἑλίκων εὐώδεϊ δεσμῷ·
>
> *Tenuibus linteis circumdederunt mortui corpus,*
> *Multiplici circumvolutionem fragranti vinculo.*

Hunc loci ſenſum firmat etiam *Heſychius*: apud quem, ὀθονη idem eſt quod σινδὼν, ζώνη, τελαμὼν, & τελαμὼν per δεσμὸς & φασκία redditur.

Quarto. Ægyptii ſudario, aut velamine quodam linteo, a reliquis defuncti linteis diſtincto, ad illius caput obtegendum plerunque utebantur. Ita ducor, ut credam conjectura ab (5) iconibus Ægypti ducta: earum enim non paucæ mortuorum corpora repræſentant, linteis a cervice ad imos pedes pertingentibus involuta: eorum autem ſuprema capita velo tecta, hinc inde in medium pectus propendente, & inter ſcapulas deſinente. Hoc autem velamine (ſi quid Iconum illarum fidei tribuamus) quandoque faciem integram, nonnunquam poſticam ſolummodo capitis partem obducebant. Judæi etiam conſimilem ſepulturæ ritum coluere: nam non tantum ταφίας ὀθόνας, & λινέας χιτῶνας, (uti vocat (in cap. 20. *S. Johan.*) Nonnus) *faſcias ſepulchrales*, & *lineas tunicas*, ſed ſudarium defunctorum capiti proprium uſurpabant. Hoc e Domini noſtris & Lazari ſepulti (*Jo.* 19. & *c.* 11.) hiſtoria conſtare poſſit, quos Evangeliſtæ σȣδάριον capitibus ſuperinductum habuiſſe referunt. Eſt autem σȣδάριον, ſi ad communiorem vocis ſenſum attendamus, linteum capitis tegumentum. Nam in libro *Ruth c.* 13. 15. ubi Hebræus habet, הבי המטפחת *dato mihi linteum* aut *velum*; Chaldæus dicit, הבי סודרא Appellatur etiam a *S. Johanne* σȣδάριον επὶ τῆς κεφαλῆς αὐτȣ̃· *Job.* 20. 7. Hiſce pondus addunt (*in Act.* 19. 12.) *Theophylacti* & *Oecumenii* teſtimonia, qui σιμικίνθια *lintea manibus*, σȣδάρια vero *capitibus propria* faciunt. Neque hic tacenda (*Philolog. Sac. P.* 1. *pag.* 286.) *Mayeri* verba, *ſepultus fuit Soter noſter more Judæorum recepto, qui . . . . linteis minime pretioſis corpus defuncti involvebant, involucrum autem capitis* סודרא *appellabant, quo etiamnum hodie utuntur.* Hinc factum videtur, quod σȣδάριον (uti docet *Pollux in Onomaſtico l.* 7. *c.* 16. *Segm.* 71.) priſcis ἡμιτύβιον dictum ſit, quaſi dicas (ſi vocem finxeris) *Semiſepulchralem*; quod ſcilicet ſupremæ tantum cadaveris parti in ſepulchro obtegendæ inſerviret.

Quinto. Ethnici, unctionis ultimæ munus obituri, defuncti crines in anteceſſum diſſecabant. Hoc e *Virgilio* diſcimus. *Æn.* 4. *v.* 698. ubi ſic canit:

> (6) *Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem*
> *Abſtulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.*

Hiſce concinunt & *Statii* illa:

> *Septima lux, & jam frigentia lumina torpent,*
> *Jam complexa manu crinem tenet infera Juno.*

Idem in Judeorum ritus funebres olim tranſiiſſe, ex *Maimonide Ebbel. c.* 4. §. 1. intelligamus: Ille enim funeris morem apud Judæos receptum referens, inter alia inquit, גיזזין שערו ומלבישין אותן וגו *Abradunt pilos* corporis, *mox veſtiunt* involucris, *candido filo lineo conſutis, &c.* Hoc tamen honore damnatos minime dignabantur, qui capite (*Gejer. de Hebr. luctu cap.* 5. §. 9.) intonſo ſepulturæ tradebantur.

E jam dictis compertiſſimum eſt, Judæos, unctionis & conveſtituræ feralis munia obituros, mores & ritus Ægyptiis plane ſimiles & conjunctos uſurpaſſe. Si quis autem ſimilitudinis hujuſce rationem accuratius inveſtigaverit, haud facile aliam ſolidiorem reperire queat, quam quod Judæorum ritus funebres ad Ægypti exemplar, tanquam ad amuſſim, dirigerentur. Nam luce clarius eſt, Ægyptios, e ritibus quos dixi funeralibus nonnullos ſaltem, diu ante natum Moſem, in uſu habuiſſe. Nec procul dubio Ægypti faſtus & invidia ferre potuit, ut ſacros ſepulturæ ritus a Judæis deriva-

rent, a quorum nomine & religione, odiis antiquis & inveteratis dissiderent. Cum itaque vero simillimum sit, mortuos ungendi & convestiendi modum ritumque ex Ægypto in Judæam traductum fuisse; inde facili atque obvia conjectura colligamus, Judæos ipsum unctionis & lintei sepulchralis usum e moribus Ægypti desumsisse.

Nil jam superest, nisi ut argumentis quæ nobis maxime adversantur, breviter respondeamus.

Obj. I. Horum primum hujusmodi est: inde pateat sententiam nostram longe abesse a vero, quod certum sit Judæos raro aut nunquam unctionem inter ritus suos funerales recepisse: altum enim de Lazari unctione in Scripturis silentium, licet de linteis constet quibus erat involutus: neque tam cito fætuisset (quod fatetur Martha) si corpus suum myrrha & aloe conditum sepulchro intulissent. Si ad Regum Veterum tempora oculos nostros attollamus, satis pateat Judæos multo longius ab ungendi ceremonia abfuisse. In cujus rei fidem verba prophetæ audiamus, de *Zedekia* dicta, *Jer.* 34. 5. *non morieris in gladio, sed in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum, Regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent tibi*, &c. Quasi Regum seculo Judæi (contra quam sentit *Tacitus*) non tam *condire* quam *cremare* cadavera didicissent.

Sol. Hisce exemplis non multum urgetur sententia nostra: nam ad Lazari instantiam mutuatis *Montacutii* verbis facile respondeamus: ille enim de Jacobo Patriarcha, Christo, aliisque conditura præmissa, sepultis differens; *qui tamen mos*, (7) inquit, *non erat vulgaris, aut perpetuus, sed ad libitum observabatur*. Combustiones Regum quod attinet, eæ non erant cadaverum (quæ unguentis delibuta Sepulchris inferebant) sed supellectilis totius & vasorum regiorum, quibus multa aromata commista, quæ supellectilis comburentis odorem male gratum corrigerent & superarent. Hujusmodi itaque combustiones, non Regum erant, sed eorum gratia, in ipsorum exequiis factæ. Opinionis hujusce se patronos præbuere, *Maimonides Hal. Ebbel.* c. 4. *Sanctius* in lib. 1. *Reg.* c. 31. 12. *Hieronymus Magius* in *Miscel.* l. 3. c. 11. *Geierus* de *luct. Hebr.* c. 6. §. 2. 3. 4. 5. *Spondan.* de *Cœmeter. Sac.* l. 1. P. 2. c. 1. §. 6. *Schickard.* de *jur. Reg. Hebr.* c. 6. aliique.

Obj. II. Ad sententiam nostram refellendam dici possit, plane dissimilem cadavera condiendi modum apud Judæos & Ægyptios obtinuisse. Solebant enim Ægyptii cadavera intrinsecus condire, corpore exenterato, & cerebro per nares extracto; ut exemtis illis sordium & humorum receptaculis, ab omni putredine eo securiora redderentur. Apud Hebræos autem mortui, aromata corpori extrinsecus applicando, deinde fasciis involvendo, nulla sectione facta, curabantur. Unde Ægyptii (8) ταριχεύειν, Hebræi autem (*Jo.* 19. 40.) ἐνταφιάζειν, aut etiam (*Marc.* 16. 1.) ἀλείφειν dicebantur.

Sol. Ut difficultatis hujusce nodum dissolvamus, negandum non est Judæos & Ægyptios, in cadavera condiendi modo, paululum ab invicem discrepasse. At nil opus est ut discriminis hujusce levioris gratia, Judæos cadavera unguentis perfundendi ritum ex Ægypto in Cananæam secum transtulisse denegemus, & a sententia tot argumentis & testimoniis communita recedamus.

Obj. III. A veritate alienum videtur, sanctam Deo gentem tot ritus Ægyptios, quibus superstitio causam præbuit, observare voluisse. Ideoque *Calvinus* ipsum *Josephum* in crimen vocat, quod patrem suum, aromatibus condire, luctu septiduano deflere, in sarcophago reponere, ejusque funera ritu plane Ægyptio celebrare vellet. *Nam*, (9) inquit ille, *quod Joseph Ægyptiis se conformat, quorum superflua curiositas ludibrio non caruit, metu potius quam Judicio vel approbatione fecisse credibile est. Et forte perperam æmulatus est Ægyptios*, &c. Et statim postea, *Joseph se magis ad perversos Ægyptiorum mores inflexit quam par erat*.

Sol. Sat scio eas esse non paucorum delicias & fastidium, quod ritus quilibet e Gentium usu derivatus iis nauseam moveat: quasi Christiani non minus ab omni Gentium more quam societate & communione abhorrere teneantur. Quis autem gemmam minoris æstimaverit, quod in medio sterquilinio reperta, aut porci naribus affixa fuerit? *Calvini* verba me ad stuporem potius quam assensum cogerent, nisi quod hominis morem & ingenium præfervidum perspectum haberem. Quis enim nisi calore & fastu præcipiti abreptus, candidum *Josephi* nomen conspurcaret adeo, tantum quod innocuis Ægypti moribus se conformarit, & Patri suo jam defuncto ceremoniis (uti mores tunc erant) honorificis reverentiam exhibuerit? Multo magis ad sobrietatem sapuit (10) *Sanctus Augustinus*, cum dixit, *quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum, & propter eorum inter quos vivitur societatem servandum est*. Et proculdubio nonnulli e *Calvini* asse-

clis

clis sibi hominum affectus multo magis conciliassent, si ad verba illa pacem & generosam indolem spirantia magis attendissent; & ab Ecclesiarum moribus plane indifferentibus haud adeo morose recessissent.

NOTÆ IN SECTIO TERTIA.

(1) *Jo. Chifflet. de linteis Christi sepulchr. c.* 4.
(2) Εἰσὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατίαται, καὶ τέχνην ἔχουσι ταύτην· *Herodot. l.* 2. *c.* 86.
(3) LXX. αἱ ἡμέραι τῆς ταφῆς·
(4) *Paul. Aringh. Rom. subter.* T. 1. l. 1. cap. 23. §. 8.
(5) V. *Chifflet.* lib. laud. c. 3.
(6) Vid. *De la Cerda* in loc.
(7) *Orig. Eccles.* T. 1. P. 2. p. 436.
(8) Ταριχεύει ὁ Αἰγύπτιος· Lucian. περὶ πένθ· pag. 812. D.
(9) *Comment.* in *Genes.* 50. 2. 3.
(10) In *Ep.* ad *Inquisit. Januarii.* L. 1. Ep. 54. Tom. 2.

SECTIO QUARTA.

Epulum Funebre.

SI ad Ethnicorum ritus funebres perscrutandos sedulo incumbamus, facile comperiamus eos varii generis & nominis epula funebria instituisse. De iis autem singulatim perscribere longum esset, & a præsenti instituto alienum. Id tantum cum negotio & instituto nostro conjunctum existimamus, ut de variis Hebræorum Epulis feralibus, & eorum origine, paucis disseramus. In hoc autem Argumento, id ante alia curandum videtur, ut distincte loquamur, & Epula illa varia suas quasi in classes distribuamus. Errant enim autores plerique, & erroribus ansam præbent, qui de Judæorum Epulis exequialibus sermonem habituri, miscere solent omnia; epula nova & antiquitus usitata, superstitionis & humanitatis solius causa instituta, eodem nomine appellantes, & de iis, nullo habito discrimine differentes.

Ne & eadem culpa nosmetipsos redarguat, caute distinguendum est inter varia illa Judæorum Epula, quæ uno eodemque generali *funebrium* nomine appellari solent. Monendum itaque duplex Epulum funebre: *sepulchrale* scil. & *domesticum*, apud antiquos Judæos in more positum fuisse. Epulum sepulchrale erat, quod mortuorum sepulchris & tumulis inferebatur: domesticum, quod in ipsis defuncti ædibus agitari solebat, ad eos præcipue exhilarandos qui proximi ex eadem stirpe tanto mœrori superessent. Judæos Epulum utrumque in more habuisse, vel inde conjiciamus, quod & Ethnici (quibus magna rituum funebrium affinitate jungebantur) duplicem etiam cœnam funebrem celebrarint; *unam, quam domi amici defuncti comedebant: alteram quæ ad sepulchrum ferebatur, a pauperima plebe diripienda*; uti e veterum monumentis nos docet *Meursius l. de fun.* c. 35.

Hujusce conjecturæ eo minus pœnitendum censeo, quod *Tobiæ* cap. 4. 17. verba hortatoria ad filium haud obscure indicent: epulas ad sepulchrum ferendi morem apud gentem Judaicam antiquitus invaluisse; ἔκχεον *effunde panes tuos* & vinum tuum ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων. Ex *quo* loco, inquit, *Villalpandus in Ezech.* 24. 17. sat *paret moris fuisse, ut in ipsis sepulchris mortuorum epulæ ponerentur*. Nec sine ratione hæc dixit *Villalpandus*, cum locus ille nullum alium sensum ferre possit; nisi voces a sensu suo genuino, interpretationibus ad placitum fictis detorqueantur. Contendit equidem Grotius, (*Annot.* ad *Tob.* 4. 17.) *super sepulturam*, hoc in loco, esse, *propter sepulturam*; quasi sensus esset, *sepulto aliquo viro bono, proximos ejus solare, missis cibis & vino optimo*. Sed loci totius circumstantiæ rationem hac in re *Grotium* fugisse probant. Si enim Grammaticorum Concilium cogeretur, proculdubio, ἐπὶ τὸν τάφον, *super sepulchrum*, (non *super* aut *propter sepulturam*) denotare, junctis suffragiis comprobarent. Nec proculdubio Tobias filio suo præcipere voluisset, ne de pane & vino suo ἐπὶ τάφον effusis manducaret, nisi hujusmodi panes sepulchrales intelligeret; de quibus, utpote donis devotis & solenniter consecratis, comedere apud gentes etiam exteras pro religione habebatur. Neque ad *Grotii* sensum confirmandum quicquam momenti habet ratio quam ille assignavit, *nam apud sepulchra epulari & facere δοχὰς ἐπιταφίους, mos non fuit Hebræorum, sed aliarum gentium, cujus reliquias in Africa mansisse nos docet Augustinus ad sua usque tempora*: at *Tobias* hoc in loco, aperte & sine ulla ambage testatur, Judæos, justorum sepulchra vino perfundere, non tantum in more, sed pietatis parte po-

posuisse. Et eo credibilius est id moris, sub extrema Judaismi secula, inter Judæos invaluisse; quod (1) Christiani veteres (quorum mores non pauci a Judæis hausti) Martyrum & Sanctorum busta & sepulchra Epulis instruere, pium & religiosum existimarint. Ut hisce omnibus fidem paulo firmiorem faciam, luculentum illud *Sirachidis* (*Eccl.* 30. 18.) subjungam testimonium; *Bona clausa* in ore clauso, θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ, sunt veluti fercula ciborum ad *sepulchrum posita*: quibus clare indicat veteres Judæos, consuetudinem convivia apud ipsa sepulchrorum loca agitandi, & tantum non in ora defunctorum ingerendi, satis familiarem & cognitam habuisse. Neque enim rationi congruum est, Sirachidem epula illa sepulchralia, ad sensum suum illustrandum, nisi in medio Vulgi usu posita fuissent, adhibere voluisse: Non capit enim hominum vulgus sapientum dicta, nisi similitudine a rebus vulgaribus & usu communi tritis petita illustrentur.

Judæorum epula funebria, quæ discriminis gratia Domestica appellavimus, *publica* erant vel *privata*.

Publica censenbantur, cum non tantum defunctorum domestici & necessarii, sed ingens præterea multitudo convivio funebri exciperentur. Hujusmodi convivia in Judæorum mores olim irrepsisse, e *Josepho* (2) discimus, lib. 17. *Antiq. Jud.* cap. 8. ibi enim Archelai, Herodis exequias celebrantis, historiam referens, ait eum *per septem dies patris sui luctum celebrasse, & luctu finito epulum* funebre *multitudini præbuisse*. Eandem historiam recoquit, l. 2. de *bell. Jud.* cap. dicens, *diebus septem in patris luctu consumtis*, καὶ τὴν ἐπιτάφιον ἑστίασιν πολυτελῆ τῷ πλήθει παρασχών, &c. *Epulisque feralibus prolixe populo exhibitis*, — *ad templum processit* Archelaus. Neque epula illa publica in Regum solummodo, sed & plebeiorum funeribus, (si *Josepho* credamus) ex more parabantur: cum enim narrasset Archelaum patris sui funus convivio splendide apparato cohonestasse, statim (Pag. 1047. 5.) addit, ἔθος δὲ τοῦτο παρὰ Ἰουδαίοις πολλοῖς πενίας αἴτιον, διὰ τὸ πλῆθος ἑστιᾷν, οὐκ ἄνευ ἀνάγκης, εἰ γὰρ παραλίποι τις οὐκ ὅσιος· *Hæc autem consuetudo multos e Judæis ad inopiam redegit, quod* scil. *convivium multitudini, non sine necessitate exhiberent: si quis enim neglexerat, impius habebatur*.

Epula privata, fercula erant in ædes luctuosas a vicinis inferri solita, e quibus una cum defuncti proximis convivabantur; ut hoc modo tristem eorum severitatem corrigerent, eosque ad cibum capiendum invitarent. De hoc (3) convivio exequiali frequens sermo est in Vet. Testamenti scriptis: nam appellatur *Hos.* 9. 4. לחם אונים *panis lugentium*: Ezech. 24. 17. לחם אנשים *panis* (4) *hominum*, scil. miserorum: לחם מרחק Targ. *Hos.* 9. 4. *panis abominabilis*, eo quod lugentes, & eorum omnia, (vestes, cibus, sacrificia) pollutionem a mortuis contraxissent: potus lugentibus, dari solitus כוס תנחומים *calix consolationum* Jer. 16. 7. dicitur; & domus ubi convivium illud agebant, בית מרזח *domus convivii feralis*, Jer. 16. 5.

Hisce de Judæorum epulis funebribus in antecessum positis, litem totam de horum epulorum origine tribus hisce thesibus facile dirimamus.

Harum prima sit hæc: Epulæ quas dixi sepulchrales e ritu ethnico ad Judæos emanasse censeantur. Huic opinioni subscribere non dubitarem, si animus meus sola illius probabilitate duceretur. Cum etiam Argumentum præ manibus habeam tanta vetustatis caligine circumseptum, nemo levitatis aut temeritatis dicam mihi scribere debeat, si sententiæ maxima veri specie commendatæ apponam calculum. Annon enim (Lectorem æquum appello) multo similius est vero, Epulum sepulchrale (quo nostris moribus nihil absurdius videri potest) primam ab ethnicis δεισιδαιμονεστέροις originem derivasse, quam a Judæis qui Mose & Prophetis Sapientiæ Magistris utebantur? Alias autem gravioris momenti rationes in promtu habeo, quæ animum meum huic opinioni devinctum tenent. Sunt autem hujuscemodi:

I. Quantum per veterum monimenta percipere licet, mos ille epulas mortuorum sepulchris inferendi a remotissimæ memoriæ seculis apud Ethnicos inolevit. Veteres Ægyptios hujusmodi ferales epulas in more habuisse, e verbis *Apuleii* (*Florid.* 19. *p.* 820.) colligamus; *exclamavit, vivere hominem; procul ignes amolirentur*, —— *cœnam feralem a tumulo ad mensam referrent*. Apud Græcos antiquiores convivii feralis frequentem mentionem reperiamus: *Homerus*, *Iliad.* ψ. V. 29. de Patrocli funere verba faciens, inter alia, inquit,

— Αὐτὰρ ὁ τοῖσι τάφον μενοεικέα δαίνυ·

At hic, Achilles, *epulum ferale lautum illis instruxit*,

Ubi *Eustathius* distinguit inter Epulum quod in sepulchro, & quod post sepulchrum vel sepulturam agebatur: illud

τάφον

τάφον, a nomine ſepulchri; hoc autem περίδειπνον appellari aſſerit. Idem apud veteres Trojanos in conſuetudine fuiſſe, e *Virgilii Æneid.* 3. *v.* 301. verbis non temere concludamus:

> *Solemnes tum forte dapes, & triſtia dona,*
> *Ante urbem in luco, falſi Simoentis ad undam,*
> *Libabat cineri Andromache,* —

Gaudentius Brixianus rem altius repetendam arbitratur, cum Epulum ſepulchrale primam idololatriæ & mortuorum cultui occaſionem feciſſe aſſerit. Sed ipſum Auctorem (*Tract.* 4. *de lection. Exod.*) audiamus: *Parentalia, unde malum idololatriæ extulit caput erroris: nam gulæ ſuæ cauſa primum cœperunt homines prandia mortuis præparare, quæ ipſi comederent; poſt hoc auſi ſunt ſacrificia eis ſacrilega celebrare*, &c. Si itaque *Gaudentii* verbis quid veri inſit, minime dubitandum eſt Epula illa ſepulchralia (utpote mortuorum cultui coæva) ipſam Judæorum gentem antiquitate ſuperare. Utcunque id unum pro certo habeamus, ritum illum defunctis parentandi, apud gentes omnes antiquiores obtinuiſſe; nec poſſibile eſſe ritus illius fontem aut originem invenire: ideoque nullam modeſtiæ, nec forſan veritati, injuriam facturi ſimus, ſi morem illum convivia defunctis inſtruendi, inter ritus Ethnicos temporibus Judaicis antiquiores numeremus.

II. Convivia illa ſepulchralia, (ſi recte judicemus) multo majorem cum religionis Ethnicæ quam Judaicæ principiis affinitatem coluere. Nam Epula illa e duobus potiſſimum principiis, ſuperſtitioni gentilitiæ conjunctiſſimis, fluxiſſe videantur: Primo. Quod hujuſcemodi Epula mortuorum animis, circa corporum ſuorum tumulos & buſta oberrantibus, refrigerio eſſent & oblectamento. Secundo. Quod hujuſcemodi dona & dapes Diis Manibus gratæ accederent, & ab eorum furore amicos ſuos defunctos *Securos* (5) redderent. Duas illas cœnæ feralis cauſas, duplici diſticho complexus eſt *Ovidius*, *Faſtor.* 2. *v.* 265.

> *Nunc animæ tenues, & corpora functa ſepulchris*
> *Errant: nunc poſito paſcitur umbra cibo.*
> *Hanc, quia juſta ferunt, dixere Feralia lucem.*
> *Ultima placandis Manibus illa dies.*

Ea autem dogmata a Judæorum lege cultuque plane aliena eſſe, cum Gentilium autem ſuperſtitione & fide intime cohærere; quis ita tyro eſt in literis ſacris aut profanis ut ignoret? Cum itaque dogmata illa Gentiliſmi propria eſſent, & Epulis hiſce feralibus conjunctiſſima; ſua det ratio ut eorum originem ad Ethnicos potius quam Judæos referendam cenſeamus.

III. Certum eſt Mortuorum cultum & ſacrificia, Epulis hiſce feralibus cognata, originem e ſuperſtitione gentilitia derivaſſe. Nam Syri, Chaldæi, aliique a Rep. Iſraelis alieni, numina illa Baalim nomine indigitata, ſacrificiis aliiſque divinis ceremoniis primi coluere. Erant autem Baalim, clari nominis Viri, jam fato functi, quos credulum vulgus in Deorum numerum adoptarat. Atque inde proceſſit, quod gentes antiquæ (*Baruc.* 6. 31.) ritibus plurimum lugubribus & funeri propriis [veſtium laceratione, raſione capitis, lamentis, & hujuſmodi] in Deorum illorum cultu uterentur. Inde factum etiam quod Ethnicorum Sacra, *Mortuorum ſacrificia* appellentur: non quod idolis aut ſtatuis, ſed quod hominibus, vita carentibus, ea immolarent. Cum itaque Epula tumulis appoſita, in mortuorum honorem & refrigerium eſſent comparata; cum etiam convivia illa ſacrificia eſſent ad Deos Manes, i. e. Mortuos placandos inſtituta, ex hac proxima affinitate non temere colligamus, Mortuorum cultum, ſacrificia, & convivia, ex eodem ſuperſtitionis Ethnicæ utero primitus prodiiſſe.

IV. Si Gentilium & Judæorum Epula ſepulchralia conferamus, ea proxima ſimilitudine conjuncta reperiamus. Nam Primo. In eadem materia generali conveniebant. Ethnici convivia defunctis inſtruebant, panem præcipue & vinum tumulis inferentes. Panem in Epulis feralibus locum habuiſſe, e verbis *Catulli* [*Epigr.* 60.] intelligamus,

> *Cum devolutum ex igne proſequens panem,*
> *A ſemiraſo tonderetur uſtore.*

Nec vinum defuiſſe, indicio ſunt *Feſti* verba; *Reſperſum vinum ſignificat apud antiquos: quia in ſacris novendialibus vino mortui ſepulchrum ſpargebatur*. Judæos etiam panem & vinum ſepulchris appoſuiſſe, e jam citatis *Tobiæ* verbis innoteſcat, *effunde panem tuum* & vinum tuum *ſuper ſepulchrum juſtorum*. Secundo. In eadem etiam generali forma: Ethnici enim ſatis habebant Deos Manes ad convivium ſobrium admodum & tenue

tenue convocare. Hoc elicere licet ex *Ovidii Fast.* 2. v. 533.

> *Est honor & tumulis animas placare paternas:*
> *Parvaque in extructas munera ferre pyras.*
> *Parva petunt Manes, pietas pro divite grata est*
> *Munere: non avidos Styx habet ima Deos.*

Et Tobias filium suum ad panem tantum & vinum super Justorum sepulchra effundendum hortatus est, nec mensam feralem dapibus aut vario ferculorum apparatu instructam postulavit. Tertio. In scopo etiam & fine præcipuo congruebant: Ethnici enim panem & vinum suum, muneris & (6) libaminis vice, sepulchris afferebant, ut Diis Manibus placatis & facilibus uterentur. Hoc ex *Ovidii* & *Tertulliani* jam adductis testimoniis convinci potest. Judæi etiam panem & vinum suum ad Justorum tumulos, tanquam ad aras sepulchrales, attulisse; & utrumque veluti mincham libamen, non Diis Manibus, sed Deo animarum, *effudisse* videantur. Quid enim Tobias, panis & vini effusionem, tanquam præcipuum charitatis officium defunctis præstandum, filio suo commendatum vellet; nisi quod hujusmodi panis & vinum, tanquam oblatio & libamen, gratiam divinam justorum saltem animabus, impetrare posse crederetur? Eo autem credibilius est, opinionem illam apud veteres Judæos increbuisse, quod & (Vid. *Serar.* in *Machab.* p. 456. 457.) Christiani Veteres (morum & dogmatum Judaicorum plus æquo studiosi) Epulas ad Martyrum busta & memorias agerent; dona illa Defunctis prodesse & ad peccatorum expiationem vale existimantes. Ita Veterum fidem & morem habuisse fuse confirmant *Spondanus*, De Cæmet. *Sacr.* l. 1. P. 3. c. 17. 18. *Kirchmannus*, *de Funer. Rom.* l. 4. cap. 6. aliique. E circumstantiis hisce simillimis quas nec Lex nec ratio Judæis præscripsit, haud absurde colligo, Judæos ad mortuorum tumulos se ritu Ethnico gessisse; & convivia illa sepulchris apponi solita (mutatis quibusdam necessario mutaudis) e vetusto Gentilium usu in mores proprios transtulisse. Sed vereor ne Epulæ illæ sepulchrales Lectoris nauseam jam moveant: alio itaque sermo transferendus est.

Thesis secunda hujusmodi est: verisimile est convivia illa funebria, quæ publica appellavi, e luxu & vanitate Romanorum in mores Judæorum transiisse. Ita enim (quod dixi) Herodis tempore, ferebant Judæorum mores, ut turpe atque impium haberetur, Patris, Uxoris, aut necessarii alicujus funus, nisi convivio publice instituto, celebrare. Romanos autem, novos illos Judæorum Dominos, mores hosce novos invexisse, me persuasum habeo.

Primo. Quod per omnes Vet. Test. paginas, ne leviusculam convivii alicujus funebris tanta cum pompa & luxu agitati mentionem reperiamus. Contrarium potius in more fuisse videtur, quod scil. cibis, æque ac vestibus vilibus, neglectis, & ad luctus funebris severitatem compositis uterentur. Nam, Abnero jam defuncto, populus universus ad Davidem venisse dicitur להכרנת (2. *Sam.* 3. 35.) *ad comedendum panem cum Davide*. Nam *David Kimchi* vocem illam per להאכיל *ad cibandum* exponit; ita ut אכילה מועטת *cibatio parva*, tenuis, *& quæ luctum deceat*, intelligatur. Sed si sacra historia siluisset, ipsum Naturæ dictatum, & Veterum Judæorum simplicitas, abunde docerent, eos non dapibus aut ferculis ad luxum quæsitis, sed pane & vino tenui, funeris mœstitiam excepisse: & mores suos (cum res suæ statu integro essent, & incorrupto) a conviviis illis ad luxum & ostentationem paratis longe abfuisse.

Secundo. Hujusmodi convivia publica in Romanorum præcipue funeribus usitata fuisse, facile constare possit eorum monumenta haud otiose percensenti. Sub prima equidem Populi Romani tempora, convivium funebre quod luctui conveniebat, convocatis tantum Defuncti necessariis, parabatur. Nam *Cicero l.* 2. *de Legib.* de ritibus exequiarum antiquitus usitatis disserens, *sequebantur*, inquit, *epulæ quas inibant parentes coronati*. Syros etiam morem eundem in Epulis exequialibus observasse, e *Luciani* verbis statim adducendis intelligamus. (*Joh. Meurs. de funere* cap. 35.) *Postea, crescente magnitudine Romana, & simul luxu, non jam amicis tantum & propinquis, sed toti populo* convivium *dabant, qui magnificentiores haberi volebant*. Neque hoc *in virorum tantum funere, sed & mulierum factum est*. Moris hujusce primus autor *Julius Cæsar* a *Suetonio* dicitur: Cap. 26. ubi ait, *munus populo epulumque pronuntiavit in filiæ memoriam, quod ante eum nemo*. In funere Syllæ, filius ejus Faustus (V. *Diodor. Hist.* l. 37. p. 60. A.) *ludos gladiatores in honorem patris sui exhibuit*, καὶ τὸν δῆμον λαμπρῶς εἱστίασε, *& populum lauto convivio excepit*. Ad hanc classem vocari possint Viscerationes, id est, largitio-

gitiones illæ, quibus multorum animalium caro populo distribuebatur. Ita morem funeris apud Romanos habuisse, viri docti (*Kirchman.* de *Fun. Roman.* l. 4. cap. 5. *Guther.* de *Jur. Manium* lib. 2. cap. 10.) variis exemplis e *Livio* petitis jam dudum comprobarunt. Cum itaque Judæi publicis illis & sumptuosis conviviis amicorum suorum funera cohonestarint, se & mores suos Romanis, rerum suarum Dominis, accommodasse, non immerito censeantur.

Tertio Judæi omnes, Romanorum jugo soluti, amicorum funera epulo tantum privato & proximorum sumtibus comparato semper celebrarunt. Ita veterum Judæorum mores habuisse, e *S. Hieronymi Comment. in Jerem. c.* 16. verbis innotescat; *moris est lugentibus ferre cibos, & præparare convivium: quæ Græci* περίδειπνα *vocant; & a nostris vulgo appellantur parentalia*. Sic etiam mos tenuit Mosis Ægyptii tempore, (*Ebbel. c.* 4. §. 9.) qui ea de causa, *cibum lugentium prophetæ inhibitum* fuisse dicit, *eo quod omnis populus primo* luctus *die edat de alieno, veteturque edere de proprio*. Morem illum cibum & potum ad domum luctus deferendi, apud Judæos etiamnum obtinere, testantur *Buxtorfius*, (*Synag. Jud. c.* 49.) *Leo Modena de rit. Jud. P.* 5. *c.* 9. & alii, qui mores Judaicos literis consignarunt. Et proculdubio Judæi morem illum a seculis tempora Romana longe præcedentibus, sancte observarunt. De more itaque, Herodis tempore invalescente, funera epulo, tam publico & magnifico celebrandi, sententiam feramus mutuatis verbis: *Gejeri de Hebr. luct. cap.* 6. §. 21. *Increbuerat tunc in populo* Judaico *perversa illa Gentilium* κακοζηλία, *qua Romanorum plurima, adeoque Visccrationes etiam seu epulæ ferales, populo exhibitæ, in imitationem venerant*.

Thesis tertia est hæc: credibile est Judæos epula sua privata e funebribus Gentium vicinarum moribus antiquitus accepisse. Ut hæc sententia credibilis evadat, nonnulla Lectori consulto bene pensitanda proponenda sunt.

Primo LXX. Epulo illi quo Israelitæ Davidem lugentem acceperunt, nomen gentilitium (περίδειπνον) imposuerunt. Sic enim locum reddunt, quo cœnæ funebris, Abneri causa institutæ, occurrit mentio, 2. *Sam.* 3. 35. καὶ ἦλθε πᾶς ὁ λαὸς περιδειπνῆσαι τὸν Δαυὶδ ἄρτοις, ἔτι οὔσης ἡμέρας. Quid autem interpretes Græci voce illa Gentilium (Περίδειπνον, τῶν νεκρῶν καὶ τοῦτο ἐδείπνουν τὸ Ἀττικὸν περίδειπνον. *Suid*) cœnis feralibus propria, ad Hebræorum cibos funebres denotandos uterentur; nisi quod Hebræi ritum illum in funeribus convivandi a gentibus circumvicinis traxerint, æquum autem duxerint Interpretes illi, ut originis Ethnicæ convivium nomine Ethnico designarent?

Secundo Mos ille Epulum instituendi, apud gentes antiquiores amicis suis exequiarum justa solventes inolevit. Apud Chaldæos id moris servatum, e verbis Scriptoris non obscure colligendum est. Ille nempe, de sacerdotibus Babyloniis loquens, (*Baruc.* 6. 31.) *Rugiunt*, inquit, *clamantes* contra Deos, ὥσπερ ἐν περιδείπνῳ νεκροῦ· *sicut in cœna funebri*. Græcos etiam antiquos hujusmodi epulas inter exequiarum ritus numerasse, ex *Homero Iliad.* Ω *v.* 801. discimus, qui in Hectoris funere convivii funebris his verbis meminit:

> Χεύαντες δὲ τὸ σῆμα, πάλιν κίον αὐτὰρ ἔπειτα
> Εὖ συναγειρόμενοι, δαίνυντ' ἐρικυδέα, δαῖτα,
> Δώμασιν ἐν Πριάμοιο. ——

> *Aggesto autem tumulo redibant: atque deinde*
> *Bene collecti convivabantur splendidum convivium.*
> *Ædibus in Priami* ——

Apud Romanos etiam Epularum hujusmodi funebrium frequentem multiplicemque usum fuisse, multis testimoniis probavit *Villalpandus*, In *Ez. c.* 24. *p.* 315. ad cujus eruditas paginas studiosos amandamus. Apud Syros hunc morem increbuisse, arguunt verba *Luciani*, (Lib. περὶ πένθ. *p.* 813. A) natione Syri: postquam enim luctus funebris ritus varios enumerasset, subjungit, ἐπὶ πᾶσι τούτοις, τὸ περίδειπνον· *post hæc omnia, superest cœna exequialis*. Eodem denique ritu Arabes antiquos exequias reddidisse, inde conjiciamus, quod Turcæ, ab Arabibus propagati, postquam defunctum sepeliverint, sacerdotes aliosque e vicinia (*Gabr. Sionit.* de *Urb. Oriental. c.* 16.) *ad prandium convocare* solent. Multo autem probabilius est Judæos a tot gentibus, quam tot gentes a parvula & contemta Judæorum natione, epularum funebrium usum accepisse.

Tertio Judæorum & Gentilium epulæ funebres *in fine* & *materia* principali conveniebant. *In fine* quidem: ideo enim hujusmodi epulæ institutæ sunt, & lugentibus consolationi foret cibus potusque præditus, cum ipsi forsan aut præ dolore non possent, aut honestum non ducerent in tristi illo rerum articulo de epulis

lis cogitare. Epulas illas e fine Judæis in usu fuisse e *Jeremia* propheta intelligatur: nam apud eum Dominus, de mortuorum planctu & sepultura agens, (Cap. 16. 7.) *ne ingrediaris*, inquit, *domum convivii*, *neque consoleris eos*, *& non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo*, *& non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & super matre*. Cœnas exequiales eundem apud Ethnicos usum locumque habuisse, satis testantur *Luciani* illa, loc. cit. *post hæc omnia superest exequialis cœna*, *καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τοὺς γονέας παραμυθοῦνται τοῦ τετελευτηκότος, καὶ πεῖθουσι γεύσασθαι*, &c. *Jamque adsunt necessarii*, *ut defuncti parentes consolentur*, *suadentque uti cibum capiant*. Nec minus *in materia* quam fine principali congruebant. Cum enim Judæi cœnam feralem agerent, panis, vinum, faba, lens & ova solummodo mensis apponebantur: Ethnicos etiam eodem cibo viliori mensam funebrem instruxisse, apertis testimoniis Sectione sequenti probaturi sumus. Unde factum autem quod Judæorum & Gentilium cœnæ funebres circumstantiis tam similibus conjungerentur, nisi quod Judæi simias agerent, & cœnam exequialem, prout & alios ritus funebres, ad morem apud Ethnicos receptum adornarent?

NOTÆ IN SECTIO QUARTA.

(1) Vid. *Spondan.* de *Cœmet. sacr.* lib. 1. pag. 3. cap. 17.

(2) Pag. 771. 35. Ἐσιάσας δὲ αὐς.

(3) *Humanum sacrificium dicebant*, *quod mortui causa fiebant*. Fest. in voc. *Humanum*.

(4) לחם אבלין panis lugentium: *Targ.* in loc.

(5) *Vocas securos* mortuos, *si quando extra portam cum obsoniis & matteis ---- parentans ad busta recedis*. Tertul. de *Testimon. Animæ: cap.* 4.

(6) *Post istum* sermonem *poculis aureis memoriæ defunctorum commilitonum vino mero libant.* Apul. l. 4. *Metam. p.* 124.

SECTIO QUINTA.

Luctus funebris ceremoniæ.

CUM id mihi negotii jam datum sit, ut Judæorum ritus funebres e Vetustatis tenebris in apricum proferam; muneri meo plurimum deessem, si tristes eorum ceremonias in luctu funebri usitatas, earumque rationes & origines, intactas præterirem. Ad eas itaque jam stylum convertamus.

Inter eas autem ceremonias, prima & in usu frequenti posita, erat comæ & carnis scissio aut laceratio. Antiquos Judæos (cum amici fato cederent) tristibus hisce ceremoniis, animos doloris impatientissimos prodidisse, e nonnullis Scripturæ locis satis innotescat. In hanc rem apprime accommodatus est locus ille, *Jerem. 16. 6. morientur magni & parvi in terra hac, non sepelientur, neque plangent eos, neque incidetur, neque decalvabitur ob eos*. Huic adtexam locum geminum germanum ex ejusdem Prophetæ cap. 41. 5. *venerunt viri de Sichem de Silo & de Samaria*, *octoginta* nempe *viri*, *rasi barba*, *scissi vestibus*, *& lacerati*, vel incisi, *carne;* quo scil. habitus ille lugubris dolori suo ob occisum Gedaliam aliosque Judæos concepto conveniret. Hisce tertium subjungam ex eodem propheta non minus luculentum testimonium, nempe cap. 48. 37. ubi propheta, immensas Dei plagas prædicens, inquit, *super omne caput erit calvitium*, *& omnis barba diminuta: super omnes manus incisiones*, *& super lumbos saccus*. Aliter equidem Judæorum recentiorum moribus comparatum esse testatur *Leo Modena* de *Rit. Jud.* P. 5. c. 8. §. 5. nam hodie, inquit, *qui mortui causa crinem aut faciem scindit*, in legis violatæ crimen incidisse creditur (*Deut.* 14. 1.) At sane e locis jam citatis perspicuum est, Judæos antiquiores luctum suum, in amicorum funeribus, crine & carne lacerata testari solitos: & *S. Hieronymus Comm.* in *Jerem.* 16. fidem facit Judæos ritum illum funebrem, consuetudine ab antiquis ad sua usque tempora ducta seculis, observasse. Nam ut lucem faceret jam laudatis *Jeremiæ* verbis, *nec incident*, *nec calvicium facient; mos*, inquit, *hic fuit apud Veteres*, *& usque hodie in quibusdam permanet Judæorum*, *ut in luctibus incidant lacertos*, *& calvicium faciant*.

Inde autem constare posset, Judæos hunc ritum funebrem ab Ægyptiis aut aliis in vicinia gentibus habuisse, quod eum, statim post exitum ex Ægypto, inter alios ritus idololatricos, Judæis interdictum reperiamus: nempe loco illo jam nunc laudato, *Deut.* 14. 1. *filii vos Domini Dei vestri: non incidetis vos: neque ponetis calvitium inter oculos vestros*

ob

ob mortuum. Sed si Scriptura siluisset, ipsi Gentium pene omnium mores summam ritus hujusce antiquitatem aperte loquerentur, eumque a primo usque surgentis idololatriæ exordio obtinuisse indicarent. Scythas in luctu funebri comam & ora sua scissione pro more deturpasse, affirmate tradit *Herodotus* l. 4. cap. 71. ἐπεάν σφι ἀποθάνῃ ὁ βασιλεὺς —— τῶ ὠτὸς ἀποτάμνονται τρίχας περικείρονται, βραχίονας περιτάμνονται, μέτωπον καὶ ῥῖνα καταμύσσονται, &c. *Quum Rex eorum decesserit*, —— *aurem decidunt, crinem circumtondent, brachia circumcidunt, frontem nasumque sauciant, sinistram manum sagittis trajiciunt*, &c. Romanos eandem insaniam in funeribus insanire solitos ex *Ovidii* lib. 3. *Trist. Eleg.* 3. *v.* 51. versibus colligamus:

Parce tamen lacerare genas: nec scinde capillos.

Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.

Quibus consonum *Virgilii* illud, *Æneid.* 12. v. 605.

—— *Flavos Lavinia crines*,
Et roseas laniata genas, ——

Carthaginenses etiam lugentes eandem in genis & brachiis suis lanienam exercuisse docet *Alex.* ab *Alexandro*, *Gen. Dier.* lib. 3. c. 7. Græcos non minus inepte de proprio suo corio ludere consuevisse colligamus, quod Solon morem illum funebrem Atheniensibus suis interdixerit. Hoc enim *Plutarchus* de *Solone* (*in Vit. p.* 90. B.) literis consignavit, ἐπέστησε --- καὶ τοῖς πένθεσι --- νόμον, ἀπείργοντα τὸ ἄτακτον καὶ ἀκόλαστον· & statim, ἀμυχὰς κοπτομένων καὶ τὸ θρηνεῖν πεποιημένα, καὶ τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφεῖλεν· At mos ille, vetustatis autoritate confirmatus, radices nimis altas egerat, quam ut Solonis unius manibus evelli posset: hunc enim mortuos deflendi morem, a majoribus suis acceptum, Græcia etiamnum retinet. In hujus rei fidem *Petr. Bellon.* de *medicat. fun.* l. 2. c. 14. testis oculati verba audiamus: *cum quispiam e familia, sive maritus sive affinis*, — *moritur, detecto capite & facie in publicum prodeuntes mulieres, urbem circumlustrant, capillis passis, sinuque denudato, ingentes ejulatus & ululatus emittentes. Comas quoque & genas lacerantes.* --- *Dextra autem manu partem sinistram, sinistra vero dextram unguibus dilaniant. Comam quoque eodem modo, ita ut dextra manus sinistrum latus, sinistra dextrum trahendo dilaceret. Et nunc genas per vices scarificando, nunc pectus percutiendo, nunc crines trahendo luctum peragunt. Hunc eundem morem mulieres quoque* Bulgaricas *in hunc usque diem* servare afferit: nam in funere, inquit, *lacertos lacerant, vultum conscindunt laniantque*. Consimiles funebres ceremonias, cum Sitiæ ageret, se vidisse ait *Peregrin. Jerosolym. p.* 237. Princeps Radzivilus, *maritum*, inquit, *defunctum uxor sepeliebat, quæ facie unguibus conscissa, capillos evellens, vestem in pectore dilacerans, caput muro allidens, non absque sanguinis effusione orbitatem suam miserabiliter deplorabat*. Cum itaque carnis & crinis laceratio, in funeribus facta, apud gentes plerasque antiquiores in usu fuerit; inde conjecturæ locus est, morem illum Judæorum gente antiquiorem fuisse, eumque ab antiquissima & diffusissima Zabiorum gente originem deduxisse.

Secunda Veterum Judæorum ceremonia lugubris, a gentium usu hausta, erat cibi cujusdam vilioris & proprie feralis participatio. Hic autem cibus feralis e quatuor imprimis partibus aut ferculis (pane, ovis ad duritiem coctis, lente & legumine) constitisse credatur, Antiquos Judæos, cum in luctibus essent, pane præcipue & ovis durioribus vesci solitos, opinari suadent Judæorum mores; quos proculdubio a Majoribus suis propagatos etiamnum retinent. Panem autem & ova duriora locum partemque principem in Judæorum cœnis feralibus hodie obtinere, fidem faciunt *Buxtorfius Synag. Jud. c.* 49. *Leo Modena* de *rit. Jud.* P. 5. *c.* 9. §. 1. aliique, rerum Judaicarum consultissimi. Veteres etiam Judæi lugentium mensis, more perpetuo, admovebant: mihi in hanc rem testimonium perhibet *S. Hieronimus*, *Epist.* ad *Paulam* de *Blesillæ obitu*, ubi hæc habentur; *flent usque hodie Judæi, & nudatis pedibus in cinere volutati sacco incubant*, ---- *ex* superstitione *Pharisæorum primum cibum lentis accipiunt*. Sed & Leguminis esum lugentium cœtibus pene proprium fuisse arguunt *R. Eliezeri* verba in *Pirke*, c. 35. הערשים מאכל צרה הם ואבל וגו׳: *legumen cibus luctus ac doloris est*, &c. Atque ideo summus Judæorum sacerdos, *cui inter lugentes versari nefas erat, legumine abstinuisse* (Vid. *Windet.* de *Mort. Stat. p.* 35.) creditur; quod sc. cibus ille ad lugentes & quasi ad mortuos pertinere putabatur.

Nemo autem cui cordis aliquid, dubitare potest quin Judæorum mores, hac in re, ad Gentium exemplum dirigerentur. In eam mentem variis de causis me adduci patior.

Nam, Primo. Certum est Ethnicos, eos præcipue quos dixi cibos *βρώματα πένθιμα* habuisse. Eos *ova* in hac classe posuisse, inde constet, quod locum haud infimum in cœnæ feralis apparatu obtinerent: hoc discimus e *Juvenalis* verbis, *Sat.* 5. v. 48.

> —— *Dimidio constrictus cammarus ovo*
> *Ponitur, exigua feralis cœna patella.*

Lentem cum *sale* mortuorum cœnis assignat *Plutarchus* in *Crasso*, p. 555. cum ait, φακὸς καὶ ἅλας, ἃ νομίζουσι Ῥωμαῖοι πένθιμα, καὶ προτίθενται τοῖς νέκυσιν· Idem confirmat *Oneirocrit.* lib. 1. cap. 70. *Artemidori* verba, φακὴ δὲ πένθος προσαγορεύει· *Lens luctum prædicit*. In Epulis autem funebribus maximus erat leguminum usus, si quid fidei habeant *Quæst. Roman.* pag. 286. E. *Plutarchi* verba; πρὸς τὰ περίδειπνα καὶ τὰς προκλήσεις τῶν νεκρῶν μάλιστα χρῶνται τοῖς ὀσπρίοις· *ad silicernia & advocationes mortuorum maxime utuntur leguminibus*. Hæc autem omnia superstitionem mere Ethnicam & Pythagoricam redolere, nemo nasi paulo emunctioris dubitare queat; notum enim omnibus quali cum religione Gentium philosophi Pythagoræ placitis addicti, a legumine, fabaceo præsertim, abstinuerint. Legumina scilicet cibos mortuis, & eorum epulis proprios existimarunt; ab iis itaque, quasi pollutis, abstinendum censuerunt, ne funestarentur.

Secundo. Nulla ratio, præter Gentium morem, assignari potest, cur veteres Judæi cibos jam dictos cœnæ suæ mortuali proprios fecerint. Nihil enim in Legis aut Naturæ dictatis occurrit, quod hujuscemodi institutioni causam aut colorem præbere potuisset. Quid enim ova durata, quid lentes aut legumina meruere, ut cibi funesti haberentur, & ad mensas lugentium damnarentur? Et ubinam Deus præcepto cavit, ne summus Judæorum sacerdos semetipsum leguminis esu contaminaret? Vel anne credibile est veteres Judæos, pro mero arbitrio, & nulla certa ratione inductos, cibos illos lugentium epulis assignasse? Hic forsan reponet nonnemo, Judæos hodiernos ova lugentibus edenda, ob rationem mysticam, præbere solitos, (*Buxtorf. Syn. Jud.* loc. sup. cit.) *quemadmodum enim ova rotunda sunt & sphærica, ita quoque mors volubilis est; hodie hunc, cras illum petit*. Nec a vero abludit, eos rationem non minus gravem in promptu habere, cur *lentibus tantum* in jejuniis quibusdam solennibus vesci soleant *Idem ibidem*. Respondeo: non me latet, Judæos hodiernos morum πατροπαραδότων tenacissimos, eorum autem originem plane nescientes, quidlibet excogitare, ut cum ratione aliqua ineptire videantur. Absit autem ut eorum Majores tam hebetes, & genio tam adverso natos existimemus, ut ob rationem tam exilem, insulsam, nullam, hujusmodi tantum cibis, in luctibus suis, se astringi paterentur. Unicum itaque dicendum restat, nempe cibos hosce funebres originem & institutionem suam insulsis Gentilium dogmatis & moribus debuisse. Judæos autem antiquos mensam suam funebrem instruendi modum, a Gentilibus (quibuscum plurimum commercii habuerunt) accepisse, & ad seros suos nepotes propagasse.

Tertio. Certum est antiquos Gentium mystas legumina pleraque, fabas cumprimis, cibum cœnæ ferali & mortuorum sacris proprium existimasse. Inde autem assertionis hujusce veritas elucescat, quod a legumenis, fabæ præsertim esu, ipsis Ægyptiorum veterum temporibus, abhorrerent. Nam *Plutarchus* lib. de *Isid.* & *Osir.* p. 352. F. testatum reliquit; Isidis sacrificulos, περιττώματα caventes, παραιτεῖσθαι τῶν ὀσπρίων τὰ πολλὰ, *legumina pleraque aversari* solitos. Inter legumina vero, eos animum a fabis alienissimum habuisse, claris illis *Herodoti*, in *Euterp.* cap. 37. verbis confirmari potest; κυάμους δὲ οὔτε τι μάλα σπείρουσι Αἰγύπτιοι ἐν τῇ χώρῃ, τοὺς τε γενομένους οὔτε τρώγουσι οὔτε ἕψοντες πατέονται· &c. *fabas Ægyptii in terra sua nec admodum serunt, nec sponte provenientes comedunt, aut coctas in escam distribuunt: quinimo sacerdotes ne adspicere quidem eas sustinent, arbitrantes haud mundum illud legumen esse*. Pythagoram etiam ejusque discipulos a legumine, fabaceo præsertim genere, religiose abstinuisse, res pueris nota est, nec testimoniis indiget. Quid autem Pythagoras, ejusque præceptores, Ægypti mystæ, adeo leguminum, fabarum inprimis, esum & aspectum fugerent; nisi quod cibi mortuorum cœnis & exequiis proprii, adeoque polluti & abominandi, haberentur? Ideo enim *Flamini Diali*, τοῦ Διὸς famulo, *fabam nec tangere nec nominare* licuit, *quod* nempe *ad mortuos pertinere* crederetur: *nam & Lemuralibus* jaciebatur *larvis*, *& Parentalibus* adhibebatur *sacrificiis*, uti *Varro* & *Festus* referunt. Cum itaque fabæ aliaque legumina, illis remotissimæ memoriæ seculis, ad mortuos eorumque sacra pertinere crederentur; rationi consentaneum existit, Judæos ab Ægyptiis aut Pythagoreis edoctos, lentes & legumina mortuorum exequiis

quiis

quiis & lugentium epulis peculiariter addixisse.

Quo promtius & facilius in hanc sententiam descendat Lector, necesse est ut duarum objectionum obstacula de medio tollam.

Obj. I. Harum prima est hæc: Lentium & Leguminum in funeribus usus, superstitionem Ægyptiacam multis seculis antevertisse censeatur. Dicitur enim in *Pirke*, Cap. 35. ר' אליעזר אמר *R. Eleezer* dicit *patres in morte Abelis; in vivicomburio Haranis, in morte Abrahami, in Captivitate, legumina comedisse*. Hoc autem refert proculdubio *Eleezer*, e recepta veterum Judæorum fide.

Sol. At non est quod scrupulus ille nos multum urgeat: prout enim Christianis seculo tertio aut quarto viventibus in more erat, ritum quemlibet cujus certam originem ignorabant, ad Apostolos autores referre, eumque *Apostolicum* appellare; sic & solent Judæi ritus suos omnes, nimia vetustate obscuros, primis gentis suæ Patribus, aut Mosi in Sinai lege orali instituenti attribuere. Ideoque, me Judice, (1) *S. Hieronymi* sententia potior est, & rationi magis consentanea, Judæos scilicet lentem & legumen in luctu comedendi morem, *e superstitione & ritu vanissimo Pharisæorum* petiisse: nec a vero abludit morem illum, una cum multis aliis a ritu vanissimo Gentilium ad Pharisæos pervenisse.

Obj. II. Objici potest, doctorum partem potiorem mihi in hac causa prorsus adversari. Nam si quando mores aliquos Judæis & Gentibus communes observarint, statim clamant Gentiles (ex immenso quo rerum Judaicarum studio ducebantur) Judæorum ritibus manus furtivas injecisse; eosque in rem suam convertisse. E supina dogmatis hujusce fide venisse arbitror, quod (2) autor ille, literis secretioribus excultissimus, postquam observasset summum Judæorum sacerdotem legumine abstinuisse; continuo addit, *atque inde fortassis ad gentes transiit mos iste silicernia legumine (fabaceo præsertim) instituendi; a quo tamen eorum quoque summus Pontifex abstinebat, ne funestaretur*.

Sol. Sententiam hanc receptam esse, & plures habere consectaneos minime diffitendum est. Nam Judæorum famæ & honori consultum existimant, si in ritibus omnibus religionem spectantibus, *ducere* potius quam *sequi* videantur. Absit autem ut Judæorum gratia mentiamur, & eorum honori magis quam veritati aut rationi studeamus. Nostram autem sententiam veritati & rationi magis convenire, opinandi causam præbent Judæorum studia moresque in Sacris literis memorati. Nam e quolibet pene Veteris Testamenti libro elucescat, ritus plurimos a gentibus circumvicinis traxisse illud imitatorum genus, & in pejus semper proclivem Judæorum gentem; nec quicquam prius in desideriis habuisse, quam ut gentibus proxima rituum morumque conformitate conjungerentur. Ex adverso, si animos nostros ad Veterum Ethnicorum scripta paulo attentius advertamus, facile percipiamus, eos Judæorum personas moresque insuper habuisse, nec quicquam Gentilibus bilem aut risum citius, quam anomala Judæorum instituta, movere potuisse. Sed ut paulo propius ad rem præsentem accedamus; non minus rationi convenit existimare, Judæos eorumque sacerdotem summum, tantam curam (ne dicam religionem) circa pultes & legumina exercentes, superstitionis suæ causam & exemplar a Gentibus accepisse. Ubinam enim in lege divina sacerdos summus a leguminum esu arcebatur? & quid ratio, quid religio, Judæis dictat, ut lentes & pultes epulis præcipue mortualibus assignarent? Ut paucis compingam omnia: verisimile est, Christianis antiquis, ad Sepulchra Martyrum, (3) pultes, panem vinumque deferentibus, nonnihil fermenti Judaici adhæsisse: nec minus ad veri similitudinem accedit, Judæos (tam solicite circa lentes & legumina occupatos) Gentilium mores & dogmata imbibisse.

Aliæ supersunt Judæorum ceremoniæ in luctu funebri usitatæ, quas tamen, ne in infinitum excurrat sermo, taciti præteribimus.

NOTÆ IN SECTIONEM QUINTAM.

(1) *Flent usque hodie Judæi, --- Sacco incubant. Ac ne quid desit superstitioni, ex ritu vanissimo Pharisæorum, primum cibum lentis accipiunt*. Epist. 22. ad Paulam. T. 4. P. 2. col. 57.

(2) *Windet.* de *vit. functor. stat.* p. 35.

(3) Vid. *S. August.* de *Civ. Dei*. L. 8. c. 27. & lib. 6. *Confes. cap.* 2. Tom. 1.

SECTIO SEXTA.

Sepulchrum circumeundi ceremonia.

JUdæis antiquis exequiarum justa solventibus solenne erat, defuncti Sepulchrum semel aut sæpius circuire. Judæos hoc in institutis funebribus antiquitus habuisse; e moribus suis hodiernis, a majoribus proculdubio propagatis, non temere colligamus. Judæos autem hoc in moribus hodieque receptis retinere, ut circa defuncti sepulchrum aut feretrum orbem solenniter conficiant, e *Buxtorfio* discimus: *Synag. Judic. cap.* 49. postquam enim varias Judæorum ceremonias circa defunctos & eorum sepulturam usitatas fuse recensuisset, *ubi*, inquit, *ad sepulchretum pervenerunt*, — *pheretrum humi deponunt*, *sepulchrum* — *circumeunt*, *& longam admodum precem recitant*, &c. *Buxtorfii* fidem astruit *Leo Modena*, de *rit. Jud.* P. 5. c. 8. §. 4. in gentis suæ moribus proculdubio minime peregrinus: Illius autem verba Latio donata sic sonant: *nonnullis in locis in more habent*, *ut cum primum loculum juxta sepulchrum collocarint*, —— *decem personæ septies pheretrum circumeant*, *certas preces pro anima fratris defuncti concipientes*. Hunc ritum Judæos orientales, ex more antiquissimo retinere, conjicere licet e *Manuscripto Hebraico* apud *Hottingerum* citato, lib. de *Cippis Hebraic.* in *præfat.* *in quo* — *prolixe enarrantur preces*, *conciones*, *circuitiones*, — *quibus ad Zachariæ* prophetæ *sepulchrum fungebantur* &c.

Judæos autem hunc etiam ritum funebrem e paganismo in mores suos admisisse, me persuasum habeo.

Nam, Primo. Verisimile est ritum illum antiquissimum fuisse, & diu ante tempora Trojana inter Ethnicos increbuisse. Nam *Cointus Smyrnæus*, morem Græcorum Achillis exequias agentium referens, pedites mistos equitibus illius pyram circuivisse asserit. Sic enim ceremoniam illam descriptam (l. 3. v. 691.) dedit:

> Αλλ᾽ ὅτε δὴ περὶ πάγχυ πυρὴν διεκοσμήσαντο
> Πεζοί ἅμ᾽ ἱππήεσσι σὺν ἔντεσιν, ἐρρώσαντο
> Αμφὶ πυρὴν πολὺ δάκρυ·

> *Cum itaque rogum satis superque adornassent*,
> *Pedites cum equitibus armati circuierunt*
> *Pyram lacrymosam.*

Testatur etiam multis seculis antiquior *Homerus*, *Iliad.* ψ. v. 12. Achillem aliosque ex equitibus Græcis, Patroclo exequiarum justa solventes, circa cadaver se tribus vicibus convertisse: sic enim scribit Poeta:

> — Οἱ δ᾽ ᾤμωξαν ἀολλέες ἦρχε δ᾽ Αχιλλεύς·
> Οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρὸν εὔτριχας ἤλασαν ἵππους
> Μυρόμενοι· —

> — *Hi autem plorabant frequentes; præibat vero Achilles:*
> *Illi autem ter circa cadaver pulchre crinitos egerunt equos*
> *Lugentes.* —

Non est autem rationi consentaneum, Gentes illas antiquissimas hunc ritum a Judæis, tunc temporis vix forsan de nomine notis, accepisse. Nec minus rationi dissonum est, Judæos seculis illis antiquissimis ritum illum in usu habuisse; nisi forsan ab Ægyptiis mutuati fuissent, eumque una cum aliis notæ pejoris moribus, in terram promissam attulissent.

Secundo. Si Gentium annales replicemus, mortuos circumeundi ceremoniam longe frequentius usurpatam & sanctius habitam apud Ethnicos quam apud Hebræos reperiamus. Ritum illum celeberrimum fuisse & in usu frequenti positum, ut conjiciam me adducit ipsa tumuli appellatio: nam *Pindarus* de Pelopis exequiis agens, (*Od.* 1. *Olymp.*) ejus τύμβον vel *tumulum* ἀμφίπολον vocat, nempe *quod circumambiatur*: Et *Novarinus* Eustathium (*Elect. Sac.* l. 2. c. 12.) sic τάφον ἀμφίπολον alicubi explicasse asserit. Gentes etiam ritum illum sanctum & religiosum habuisse, inde discere liceat, quod in funere Augusti primum circumeundi locum *sacerdotibus*, alterum *equitibus* assignarent: uti Autor est *Dio* l. 56. p. 685. Idem confirmat quod Ethnici eodem plane modo circa mortuorum tumulos & Deorum aras aut templa verterentur. Hoc e *Statii* verbis innotescat,

> —— *Lustrantque*, *ex more*, *sinistro*
> *Orbe rogum*, ——

Ethnicos autem, cum Deos salutarent, aut templis arisve honorem exhiberent, orbes suos (a sinistra incipientes) dextram versus peregisse, (V. l. 4. c. 8.) alibi mani-

manifestum fecimus. Interea loci, Judæos antiquos, ambitus illos sepulchrales tam frequenter aut tam sancte observasse nullis idoneis testimoniis ostendi potest. Et sane cum dicat *Leo Modena morem illum pheretrum* aut sepulchrum *circumeundi*, *locis* tantum *nonnullis* invaluisse; inde colligere promtum est, Judæorum Majores more illo leviter tantum imbutos fuisse, neque circuitos illos inter νομιζόμενα τῆς ταφῆς, nullatenus omittenda, posuisse.

Tertio Judæi, in illa funerum circuitione, illas ipsas circumstantias, quas & olim Gentiles, studiose observarunt. Nam primo: Gentiles raro aut nunquam fœminæ alicujus sepulchrum ritu tam solenni cohonestarunt. In funere quidem Drusillæ, *equites circa tumulum ejus* solenniter (1) *obequitasse*, non diffitendum est: at Drusilla, Drusilla erat, id est, loci & sortis nobilioris fœmina, adeoque prærogativa plane singulari cohonestata: nam *Gutherius* De *jur. Man.* l. 2. c. 2. se περιδρομὴν *illam* funebrem *in fœminæ unius*, *Drusillæ scilicet funere observasse* dicit. Idem Judæis antiquis in legem abiisse, dubitare non sinunt posterorum suorum mores, quos *Leo Modena* Loc. supra laudat. in hæc verba tradidit; *cum primum feretrum juxta sepulchrum collocarint*, *modo defunctus vir sit*, *decem personæ cadaver circumeunt*, &c. Quibus innuit, in usu esse, ut ceremonia illa in sexus tantum virilis funeribus usurpetur. Secundo: Ethnici non semel tantum (cum nempe mortuum efferrent) sed quotannis, quandoque sæpius, περιδρομὰς hasce funebres, circa sepulchra præsertim clariora habuere. Hunc morem tangit *Svetonius* in *Claudio*, Cap. I. ubi ait, *cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit: circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret*. Idem Judæis etiam in morem abiisse, satis indicant circuitiones illæ repetitæ, supra memoratæ, quibus Judæi orientales ad Zachariæ sepulchrum defungebantur.

Quarto. Variæ rationes, ex intimis Paganismi principiis deductæ, assignari possunt, cur Ethnici; nulla autem, (præter moris recepti studium) cur Judæi circuitione illa funebri uterentur. Nam Ethnici triplici de causa circa mortuorum rogos & tumulos in circuitum ivisse censeantur. 1. Lustrationis & nescio quæ mala phantastica a mortuis aut vivis depellendi causa. Ethnicos ea mente mortuorum rogos circuire solitos, satis testantur quæ (2) *Virgil.* in funere Pallantis tradit:

> *Ter circum accensos, cincti fulgentibus armis,*
> *Decurrere rogos: ter mœstum funeris ignem*
> *Lustravere in equis*, &c.

Inde Dioni Lib. 56. p. 685. *lustrare* est περιέρχεσθαι, *circumire*. 2. Cultus causa, & ut ritu illo Diis Manibus cultum aliquem religiosum exhiberent. Satis enim quæ Cap. 8. diximus manifestum faciunt, circuitionem in ceremonias sacras receptam fuisse, & gentes ad Deorum imagines, aras, templa, & loca alia religiosiori observatione culta circuitus peregisse. Eodem etiam Capite rationem e Paganismi mysteriis depromtam assignavimus, cur Ethnici motum illum orbicularem in rituum sacrorum numerum cooptarint. 3. Honoris causa, & ut ea ceremonia supremum observantiæ debitum defuncto solverent. Ideoque filii imprimis, ad sepulchrum circumeundi officium præstandum, in parentum funeribus, astricti credebantur. Nam *Xiphilinus* de *Severo* defuncto loquens, καὶ τῇ τῶν παίδων, inquit, περιδρομῇ ἐτιμήθη. i. e. *& filiorum suorum circumversione honoratus est*. E quibus omnibus satis eluscescit. Ethnicos, cum gyros tam frequentes circa mortuorum tumulos agerent, nihil aliud fecisse quam quod superstitionis suæ ratio (vel insania) postularet, eique apprime conveniret. At vero nihil Judæorum legibus ac institutis inerat, quod ullam hujusmodi gyris sepulchralibus causam aut prætextum administrare posset: nam Judæorum fides & religio a Gentilium Lustratione, cultu Diis Manibus præstito, & superstitiosa mortuorum veneratione, tota abhorrebat. Nemo itaque vel conjectura assequi potest, cur Judæi mortuorum tumulos ambitu tam frequenti cohonestarent, nisi quod ritus ille apud gentes exteras (quas sibi imitandas proponere solebant) in morem simul & religionem abiisset. Hic forsan dicet non nemo, Judæos, Sepulchra circuire solitos, ut eadem ceremonia Sanctis, qua Ethnici Heroibus suis, honorem exhiberent. At unde factum quod sepulchra in honoris testimonium circuirent, nisi quod Gentilium exemplis edocti essent, qui, ob rationes religioni suæ proprias, ritu illo ad honorem, Diis primo, & dein hominibus, deferendum utebantur?

NOTÆ IN SECTIONEM SEXTAM.

(1) Οἱ ἱππεῖς --- περὶ τὸν τάφον αὐτῆς περιῆππευσαν. *Dio* de *Drusilla* l. 59. p. 744.

(2) *Æneid.* l. 11. v. 188. *Dum universus denique populus lustret atque ambiat rogum*. Quinct. Dec. 329.

SE-

SECTIO SEPTIMA.

Pyramidum erectio.

POstquam Judæi ritibus quos dixi funebribus pietatem suam erga defunctum testati fuissent, proximum erat ut monumento aliquo, defuncti conditioni consentaneo, memoriam ejus posteritati consecrarent. Si quis loco regio aut nobili oriundus e vivis emigrasset, in more fuit ut pyramidibus, columnis, aut utrisque, tumulum suum exornarent. Ita morem habuisse, cognoscere licet e duobus exemplis apud *Josephum* memoratis. Horum primum extat *Antiquit. Judaic.* l. 20. c. 2. ubi memoriæ reliquit Helenam, Adiabenorum Reginam, tumulo conditam, tribus Pyramidibus a Semetipsa extructis decorato, & tertio ab urbe Hierosolymitana stadio dissitis. Quæ quidem Pyramides στῆλαι διαφανεῖς, *cippi* vel *columnæ illustres*, jure meritoque ab *Eusebio* appellantur *Histor. Eccles.* lib. 2. c. 12. Hanc autem Helenam Hebræam fuisse, quamvis Regi extero matrimonio junctam, conjicere licet e *Pausaniæ* verbis in *Arcad.* c. 16. pag. 633. postquam enim tumulos varios, θαύματος ἀξίους, a se visos affirmasset, duorum duntaxat, tanquam solertioris artificii operum, mentionem facit, *Mausoli* scil. in *Caria*, & *Helenæ* in *Judæa*; dicens, Ἑβραίοις δὲ Ἑλένης γυναικὸς ἐπιχωρίας τάφος ἐστὶν ἐν πόλει Σολύμοις, &c. *apud Hebræos in Solymorum urbe; Helenæ indigenæ mulieris*, operis mirandi *sepulcrum* visendum prostat: hic autem *Valesius Annot.* in Lib. 2. *Hist. Eccl. Euseb.* c. 12. erroris arguit Pausaniam, *quod Helenam patria Judæam fuisse existimavit*. Nec opus est ut ipse Helenæ hujusce vindicandæ causa cum *Valesio* pugnem: cum *Josephus* aperte dicat eam cum filio (1) *se ad religionem Judæorum transtulisse*, adeoque si minus sanguine, fide tamen cultuque Judæam fuisse. Absurdum est autem opinari, Helenam illam, Judæis affectu cultuque conjunctissimam, sepulcrum tot pyramidibus insigne sibi extruere voluisse; modo conscia fuisset se opus insolitum moliri, & a gentis illius moribus alienum.

Alterum exemplum cujus etiam *Josephus* meminit *Antiq.* lib. 13. cap. 6. pag. 578. quo ostendi possit Judæos pyramidibus nobilium funera cohonestare solitos, in historia Maccabæorum memoratum reperiamus: nempe libr. 1. capit. 13. vers. 23. &c. ubi autor monumentum quod Simon Maccabæus parentibus & fratribus vita functis, sibique ipsi posuit, hisce verbis descriptum dedit: *& ædificavit Simon super sepulcrum patris sui & fratrum suorum monumentum altum visu, lapide polito retro & ante: & statuit septem pyramides alteram e regione alterius, patri & matri & quatuor fratribus.* Nisi autem Judæis veteris instituti fuisset, virorum illustrium monumenta pyramidibus exornare; Simon hujusmodi monumentum extruendo, arrogantiæ proculdubio & animi in Gentium mores propensi notam non effugisset.

Simonem autem & populares suos pyramidum sepulchralium usum ex Ægyptiis aliisve e Gentilium grege didicisse, rationes multæ gravesque mihi penitus persuadent. Ex iis quatuor solummodo in medium feram, brevitati studens.

Harum prima sit hæc: quantum per vetustissimas Gentium memorias percipere fas est, pyramidum sepulchralium usus gentis Judaicæ initia antiquitate superavit. Nam Historici omnes de Pyramidum origine, tanquam de re e memoria hominum sublata, vel potius abolita, loqui solent. Ipse *Herodotus*, Nehemiæ forsan σύγχρονος, Pyramidis unius originem ad regem Ægypti refert, qui diu ante tempora Mosaica vixisse creditur. Qui Pyramidas Ægypti seculis multo recentioribus extructas asserunt, iis tamen originem mille annis a Christi natalibus remotam tribuendam arbitrantur. Est itaque rationi & Veterum fidei consentaneum, ut credamus Judæos hac in re Ægypti discipulos fuisse; nec eos sepulcra sua pyramidibus cœlum minantibus ornare voluisse, nisi Ægyptii aut alii ab Ægyptiis edocti tanti fastus & magnificentiæ exemplar iis præbuissent.

II. mos ille tumulos pyramidibus exornandi, apud gentes plerasque non plane rudes & incultas obtinuisse videtur. Eas Ægyptiis in usu fuisse, palam est & extra controversiam positum. Ab eodem usu nec Græcos abfuisse, e *Luciano* discimus, cum lib. περὶ πένθ. pag. 812. ait, πυραμίδες, καὶ στῆλαι, καὶ ἐπιγράμματα, πρὸς ὀλίγον διαρκοῦντα πῶς οὐ περιττὰ, καὶ παιδιαῖς προσεοικότα; *Pyramides, columnæ, tituli, ad breve tempus duratura, annon supervacanea & ludicris simillima?* Græcos aliis etiam e vicinia gentibus hunc morem tradidisse, inde conjiciamus, quod eum apud antiquos Britannos invaluisse constet.

ſtet. Nam Britannorum Princeps, *Arthurus*, (referente in *Reliq. Epitaph. Camdeno*) ſepultus repertus eſt in *inſula Avalonia*, *ſub lapide grandiuſculo inter duas pyramides collocato*. Et ſub an. 1241. *Robertus* de *Courtney ſub pyramide magnifica ſepulturam habuit*, quod & idem l. c. *Camdenus* memoriæ tradidit. Aliis teſtimoniis ad moris hujuſce frequentiam & antiquitatem firmandam, nil opus eſſe arbitror, cum illud e *Servii* verbis in ea *Virgilii* carmina abunde confirmetur, *Æn.* 11. v. 849.

> — *Fuit ingens monte ſub alto*
> *Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum.*

Apud majores, inquit ille, *nobiles aut ſub montibus, aut in domibus ſepeliebantur: unde natum eſt ut ſuper cadavera, aut pyramides fierent, aut ingentes locarentur columnæ*. Cum itaque manifeſtum ſit gentes pleraſque morem illum Ægyptium tumulos pyramidibus decorandi tenuiſſe, veriſimile eſt eas omnes morem illum ab Ægyptiis, temporis decurſu, propagatum accepiſſe. Nam fidei aut rationi convenire nequit, tot magni nomini gentes, cœlo terraque a Judæorum gente ſeparatas, morem illum a Judæis (quorum ne nomen forſitan auribus hauſiſſent) derivare potuiſſe. Multo magis conſentaneum eſt exiſtimare, Ægyptiam illam ſepeliendi rationem gentium antiquarum moribus comprobatam fuiſſe; & Judæos (qua erant in mores exteros propenſitate) huic etiam Gentilium inſtituto, ſub tempora Maccabaica, ſe conformes præbuiſſe.

III. Hujuſmodi pyramides ſepulchrales Cultui & Philoſophiæ Gentilium veterum, Ægyptiorum inprimis, conſentire videntur. Erant equidem Gentilium cultui antiquiſſimo apprime conſentaneæ: cum enim ſeculis antiquioribus nondum eo elegantiæ & peritiæ proceſſiſſent homines, ut ſtatuas & imagines fabricare poſſent; in more erat columnis quibuſdam Numini ſacratis cultum exhibere. Nam (2) Callithoe, Junonis ſacerdotiſſa, coronis & ſertis Divæ columnam ornaſſe dicitur: i. e. *Divæ imaginem, eo enim tempore*, inquit Scaliger, in *Euſeb. Chronic.* pag. 24. *Deorum ſimulacra erant* κίονες πυραμοειδεῖς, *columnæ pyramidales*. Et referente (3) *Suida*, Απόλλων Αγυιεὺς nihil aliud erat niſi κίων εἰς ὀξὺ λήγων, *pyramis*, vel *columna in acutum deſinens*. Ex eo autem columnarum genere, *Suidas*, nonnullas Apollini, alias Baccho, alias utriſque proprias & ſacras feciſſe aſſerit. *Pauſanias* in *Corinthiac.* c. 9. p. 132. etiam de ſacris reliquiis Corinthi repertis loquens, ἔςι δὲ Ζεὺ Μειλίχιος, inquit, καὶ Αρτεμις ὀνομαζομένη Πατρῶα, σὺν τέχνῃ πεποιημένα ὐδεμιᾷ· Πυραμίδι δὲ ὁ Μειλίχιος, ἡ δὲ κίων ἐςὶν εἰκασμένη· *ſunt idem Milichi Jovis & Dianæ, cui Patroæ cognomentum*, rudia *& ſine arte ulla facta ſigna. Milichius Pyramidis, Patroa columnæ figuram habet*. Atque inde factum forſan quod Ægyptii columnas in pyramidem faſtigiatas ſepulchrorum religioni magis conſentaneas, & Diis manibus gratiores judicaverint. Nec minus Ægyptii Philoſophiæ conſentaneus erat Pyramidum ſepulchralium uſus: nam apud Ægypti philoſophos axiomatis vicem tenuit, *durante corpore, durare & animam*, eique (veteris habitaculi oblíviſci neſciam) tanquam genium tutelarem & quaſi comitem a latere perpetuo adhærere. Fidem illam Ægypti Philoſophos occupaſſe, nos docet *Servius* in ea *Virgilii* verba de *Polydoro* defuncto dicta, *Æn.* 3. v. 67.

> — *Animamque ſepulcro*
> *Condimus* ——

Ægyptii, inquit, *periti ſapientiæ condita diutius reſervant cadavera, ſcilicet ut anima multo tempore perduret, & corpori ſit obnoxia, nec cito ad aliud tranſeat*. Quo itaque diutius corpus ſuo quaſi fato ſupereſſet, illud non tantum unguentis & aromatibus contra humoris & putredinis alicujus injuriam munitum reddiderunt; ſed ſepulchro mandarunt altiuſculo, & figura pyramidali extructo, qua nulla firmior aut a cœli injuriis ſecurior excogitari potuit. Ideoque non eſt vana opinio, peculiarem cultus & philoſophiæ Ægyptiacæ conditionem (non Judæorum exemplum) frequentem illum pyramidum ſepulchralium uſum inter Ægyptios invexiſſe. Cum autem Judæi, cœlitus edocti, cultum & philoſophiam plane diverſam profiterentur, cur illi eandem cum Ægyptiis ſepulturæ formam obſervarent, nulla ratio vel fingi poteſt; niſi quod ingenio eſſent in mores exteros, Ægyptios inprimis, propenſiſſimo.

IV. In hanc ſententiam quadrat, quod, ſi monumenti circumſtantias omnes diligenter attendamus, facile percipiamus Simonem celebriora Gentilium ſepulchra ante oculos habuiſſe, & omnia ad eorum exemplum & uſum ſtudioſe direxiſſe. Nam, Primo, Gentiles, Ægyptii præſertim, de domorum ſuarum artificio parum ſolliciti, monumenta plurimum magnifica & ad æternitatem affabre facta conſtruebant. Conſtabant enim coloſſis, obeliſcis, labyrinthis, palatiis, mauſoleis,

ſoleis, ſphyngibus, pyramidibus, ac cæteris ejuſmodi ædificiis, ſuperbiſſimis ſane & ad ſtuporem factis. Et monimentum Simone autore factum ejuſmodi fuiſſe e *Joſepho* diſcimus, *Antiq.* l. 13. c. 6. p. 578. 35. qui vocat *μνημεῖον μέγιστον, — θαυμαστὸν ἰδεῖν,* &c. *εἰς ἔκπληξιν μεγέθους τε ἕνεκα καὶ κάλλους·* Secundo. Gentiles columnis & pyramidibus in ſtupendam altitudinem adeo conſpicuas quod inter mundi miracula cenſeantur: & *Porſenæ Regis Hetruriæ* ſepulchrum pyramidibus decoratum eſt, *quarum altitudinem*, inquit Plinius, *hiſt. nat.* l. 36. c. 13. *Varronem puduit adjicere*, ne forſan verba ſua plus admirationis quam fidei apud Lectores conſultos invenirent. Et eo tandem proceſſit vanitas illa, quod (4) *Demetrius Phaleræus* neceſſum duxerit, *lege lata, altitudini* nimis exorbitanti modum ponere. Simon etiam monumentum e (1. *Mac.* 13. 27. 29.) *lapide prævalto* extruxiſſe dicitur, & columnis ea altitudine conſpicuis exornaſſe, quod naves iis inſculptæ nautis e longinquo ſpectantibus viſendæ eſſent. Tertio. Gentilium monumenta non raro e ſecto & albo lapide ſtruebantur. Lapidum ſectorum meminit *Prudentius*, cont. *Symmachum*, lib. 1. ubi ait, v. 403.

—— Dis Manibus illic
Marmora ſecta lego, quacumque Latina vetuſtos
Cuſtodit cineres, ——

Ethnicos etiam lapides albos ad ſepulchra conficienda plurimum elegiſſe, teſtis eſt (*Georg. Fabric. αὐτοπτ·* in lib. de *Roma* c. 20.) *Auguſti tumulus ex niveo marmore ferreis cancellis incluſus*, quem temporis vetuſtas nondum penitus abolevit. Et teſtatur l. c. p. 578. *Joſephus* Simonem ſepulchrum *ἐκ λίθου λευκοῦ καὶ ἀνεξεσμένου*, *ex lapide albo & ſecto* vel *polito* extruxiſſe. Quarto. Apud Ethnicos, Græcos imprimis, uſu receptum eſt, ut monumenta ſua variis emblematibus & ſignis, *τὰ ἐπιτηδεύματα* & vitam defuncti docentibus, inſignirent. Interdum & arma atque inſtrumenta, quibus quis in vita uſus fuerat, ſepulchrorum columnis aut pyramidibus affigebantur. Moris hujuſce fidem confirmant varia Veterum teſtimonia, quæ *Kirchman.* de *fun. Rom.* l. 3. c. 18. *Joh. Doughť. Analect. Sac.* P. 1. *Excurſ.* 174. V. & *De la Cerda in* 6. *Æneid.* p. 635. Scriptores de re funebri curioſis abunde ſuppeditabunt. Cum etiam Simon monumentum ſtrueret viris, qui non terra ſolum, ſed & mari fortaſſe fortiter & feliciter geſtis inclaruerunt; ſuper eorum *columnas ſepulchrales arma, & juxta arma naves ſculptas* poſuiſſe dicitur, 1. *Mac.* 13. 29. E ſuperioribus ſat liquet Simonem pleraſque monumenti ſui circumſtantias ab Ethnico exemplari petiiſſe: ideoque rationi convenit, columnas & pyramidas ſuas ſepulchrales ex eadem fodina, Ethnicorum uſu antiquiſſimo, prodiiſſe.

Hoc jam videmur conjecturis non contemnendis aſſecuti, nempe Judæos hunc etiam ritum funebrem (Pyramidum ſupra defunctos erectionem) a vicinis gentibus accepiſſe: nec quicquam jam ſupereſt, quam ut duo ſubjungam (quæ inſtar Epilogi erunt,) virorum doctorum teſtimonia. Primum erit *Montacutii* noſtri *Orig. Ecclеſ.* T. 1. P. 2. p. 437. qui aperte aſſerit *Judæos ab Ægyptiis pleroſque ſuos ritus ſepulchrales* mutuatos fuiſſe. Alterum *Johan. Chifflet* de *Lint. Chriſt. Sepulchral.* c. 7. p. 21. qui poſtquam nonnulla ex *Herodoto* de ceremoniis Ægypti funebribus attuliſſet, addit, *Hæc ille de Ægyptiis, ex quibus pleroſque ritus ſuos funebres hauſere Judæi.*

NOTÆ IN SECTIONEM SEPTIMAM.

(1) Εἰς τὰ Ἰουδαίων ἔθη τὸν βίον μετέβαλλον· *Joſeph. Antiq.* l. 20. c. 2.

(2) *Phoronis* apud *Cl. Alex. Strom.* l. 1. p. 418.

(3) Ἀγυιεὺς δέ ἐστι, κίων εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν· ἰδίως δέ φασιν αὐτοὺς εἶναι Ἀπόλλωνος οἱ δὲ Διονύσου οἱ δὲ, ἀμφοῖν· in Ἀγυιεύς·

(4) *Super terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus cubitis non altiorem.* Cic. l. 2. p. 21.

JOHAN-



JOHANNIS NICOLAI
LIBRI QUATUOR
DE
SEPULCHRIS HEBRÆORUM.

PRÆFATIO.

CUM sæpissime in Sacra Scriptura Sepulchrorum Hebræorum mentio fiat, & non omnibus constet, qualis & quænam illorum forma, & situs fuerit; hinc in illorum gratiam nobiscum constituimus, paulo uberius hanc materiam tractare, ut certitudo illorum eo melius pateat. Non dubitamus ergo quin Tractatus hic rei literariæ magno usui futurus. Descripsimus quantum fieri potuit ex Sacra Scriptura & Rabbinorum scriptis horum formam aliasque ceremonias, quæ ad ornatum horum requirebantur. Accipe serena fronte, Benevole Lector, hunc Tractatum, & perlegere dignare. Habebis certe non ubivis obvia. Vale & me ulterius favore & amore persequere.

Viro Nobilissimo ac Excellentissimo,

DN. JOHANNI NICOLAI,

Professori in perantiqua universitate Tubingensi Antiquitatum P. quam Celeberrimo, Fautori Suo Honoratissimo,

S. P. D.

JOH. CHRISTOPH. PFAFF, Th. D. & P. P.

ac Theologici ibidem Stipendii Superattendens.

SEpulturæ quæ causa subsit atque ratio, frequens inter vivos quæstio est. Pluribus suadere eam τὸ πρέπον videtur, quod indigna res foret, si corpora, quæ tam honeste habita, præsertim ad Patris cœlestis imaginem renovata, membra viva Christi, Sanctique Spiritus fuerant templa, stercorum ad instar negligerentur. Funeribus quidem, humo tegi & a vermibus terræ potius quam volucribus cœli consumi, haud adeo gloriosum censebant Gentiles, quibus illustrior rogus videbatur quam tumulus. Quin canes in Hircania, quibus objecta cadavera, alebantur, dicti inde sepulchrales. Scythæ inter epulas mortuorum carnes deglutiebant. Massagetæ ac Derbices propinquos, cum senuissent, devorabant jugulatos, honestius intra se condi, quam a vermibus comedi, putantes. Plures tamen cadavera cremabant, Romani quippe, Græci, Galli, & apud Tacitum, ipsi quoque Germani. Tanta vero tot Gentium stultitia indicio est, *ipsas spem non habuisse*, quæ præcipuum sepulturæ fundamentum. *Stulte tu*, inquit Paulus, *quod seminas, non reviviscit, nisi prius computruerit*. Et Deus ipse ad hominem lapsum: *Terra es*, præsertim in tumulo, *& in terram*, in resurrectione sc. juxta Isidorum, *reverteris*. Quo spectat & illud Prudentii:

Quæ pigra cadavera quondam
Tumulis patefacta jacebant,
Volucres rapientur in auras,
Animas comitata priores.

Hinc maxima cura sepulcris
Impenditur, hinc resolutos
Honor ultimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.

Quidnam sibi saxa cavata
Quid pulchra volunt monumenta,
Nisi quod res creditur illis
Non mortua sed data somno?

Sapienter itaque, Vir Excellentissime, non tam Gentilium, quibus Ἀνάστασις fabula ac irrisio, Mausolea, quam Hebræorum eruis dormitoria. Sic enim ex media mortis caligine studiis facem affers sanctioribus, vivis delicias, Tuique Nominis celeberrimi memoriam clarissimis consecrans monumentis. VALE & bono publico VIVE.

TRA-

TRACTATUS DE SEPULCHRIS HEBRÆORUM

ET IIS, QUÆ AD SEPULCHRA PERTINENT

PROLOGUS.

De Sepulchris illorumque formis apud Hebræos usitatis quædam tradere nobiscum constituimus, materia sane utilissima, quæ sæpe in Scriptura Veteris & Novi Testamenti occurrit. Cum autem pauci formas Hebræorum veterum Sepulcrorum intelligunt, quia a nostris plane diversæ erant; hinc in subsidium illorum, qui non solum sacra Biblia legunt, sed & ad intelligendum Scripturæ sensum gestiunt, quædam de his eorumque ornamentis & quæ alia ad illa pertinentia in medium proferre voluimus, minime dubitantes, quin rei literariæ maximo usui futura sint. Argumentum est nobilissimum & maxime necessarium, quod nocte dieque mente revolvere debemus, quia nostrum ultimum domicilium, in quo usque ad extremum judicium morari nos oportet. Accipite hæc Lectores B. serenis frontibus, Deumque Ter Optimum Maximum præcibus flagitate, ut nos omnes Spiritu suo regat, quo Sepulcra nobis semper ante oculos ponamus & mortalitatem & pietatem discamus.

LIBRI PRIMI.

CAPUT PRIMUM.

De Nomenclatura Hebræorum.

I. IN Nomenclatura Hebræorum, quæ de Sepulcris & rebus ad Sepulcra pertinentibus agit, varia nomina examinanda veniunt, quæ si accuratius evolvantur, magnam lucem accendunt iis, quæ in sequentibus tractanda erunt. Inter hæc primo loco se offert *Theca* seu *vas* Hebræis voce ארון dicta est *Genes.* L. 26. Quamvis autem hoc in loco sit casus extraordinarius; reperimus tamen eandem vocem apud Rabbinos de ordinario loculo pronunciari: vid. *Comment. in Bava Batra* 6. 8. quam sententiam etiam retinet Angl. Interpres, qui interpretatus est: *And he was put in an arke*, quod *Henricus Ainsworth. Commentar. in h. l. fol. m.* 172. *edit. Lond.* ita explicat; *an arke or chist, coffin: to be ready at their removall out of Ægypt.* vid. cl. *Buxtorff. Lexic. Rabbino-Talmudic. fol. m.* 224. Retinet etiam nomen hoc *Paraphras. Chaldaic.* quæ per *arcam* exponit: vid. *Paul. Pag.* Calculum addit *Schindler. in Lexic. Pentaglott. fol. m.* 122. qui ארון significare dicit *arcam*, *cistam*, *scrinium*, *thecam ligneam* ad res inanimatas conservandas paratam *Targum* in hoc loco ponit בארונא Targum Hierosolymitanum בגלוסקמא, quod est Græcum γλωσσόκομον, *loculus*, *feretrum*, *capulus* qui & Latinis arca.

II. Multa de hac arca referunt Rabbini, dicentes: *Josephum* sibi ipsi de hac ante mortem prospexisse, fabricata in hunc finem arca, uti *Aben-Ezra* ad h. l. per ה Emphaticum in voce בארון præfixo ב Kametzato inclusum innui hariolatur: וטעם בקמצות הבית היא שהכין לנפשו: *Ratio cur in* בארון *litera* ב *habeat Kametz* (*quasi* δεικτικῶς *Moses dixerit: positus est in arcam illam*) *hæc est, quia eam sibi ipsi præparaverat*. Aliam vero punctationis causam adfert *Chassekuni*: בארון חב"ית בקמץ ללמדך שבחיי בחרוהו לו והבינוהו בכל שאר אבות לא הוזכר ארון: *Litera* ב *in voce* בארון *cum Kametz scripta est, ut docearis, quod vivente adhuc Josepho eam sibi elegerint & fabricarint: de nullo cæterorum Patriarcharum mentio fit alicujus arcæ*. Nemo itaque erit, qui non fateri cogatur per ארון arcam feralem, aut capulum, vel loculum, sive sarcophagum intelligi. *Jonathan Ben Uziel in Targum Hierosolymitan.* uti paulo ante diximus, transtulit גלוסקמא quod ipsum Græcum γλωσσόκομον *lib.* II. *Anthol. c.* XLVII. *carm.* I. *vers.* de loculo funebri usurpatum. Ex his

his ſatis patet per ארון *thecam* ſeu loculum funeralem indicari, cui incluſus fuerit *Joſephus*.

III. B. *Sebaſtianus Schmidius* in recentiſſima Bibliorum verſione reddit *Urnam*. Quod materiam communiter tradunt fuiſſe צרון של מתכת fuſilem, h. e. metallicam, vel æneam, vel ferream; nam vox מתכת quodcunque fuſile notat, & de quovis metallorum genere poteſt accipi. Imo ex plumbo conflatam fuiſſe quidam arbitrantur. Ita in *Pthirath Moſche fol.* XVI. *col.* 2. ארונא של יוסף של עופרת הוה: *capulus Joſephi fuit plumbeus*. At *Arabs Patricides*, cujus verba cl. *Johan. Henric. Hottinger. lib.* I. *Smegmat. Oriental. cap.* VIII. *pag.* 379. excerpſit, *Joſephum capulo marmoreo incluſum* ſcribit. Non ſolum autem *Joſephi* cadaver loculo incluſum aſſerit cl. *Heidegger. in Patriarch. hiſtor. Exercit.* III. §. *60. pag. m.* 113. ſed etiam fratrum & aliorum Patriarcharum, qui in *Ægypto* obiiſſent, probatque opinionem ex *cap.* VII. *Act. verſ.* 16. & *Joſeph. Antiquit. Judaic. lib.* II. 4. Quæ ſententia non adeo improbabilis videtur. Antiquiſſimus etenim eſt ritus defunctorum corpora *thecis* vel *loculis* includere.

IV. Quod ad quantitatem attinet; ex Rabbinorum Scriptis colligitur, quod longitudo IV. cubit. latitudo VI. palm. totidemque profunditas fuerit. *Pthirath Moſche* l. c. ſtatuit quinque cubitorum fuiſſe: conf. *Præcell. Joh. Benedict. Carpzov. diſſert. Philolog. de Sepultur. Joſeph. Patriarch. edit. Lipſ.* 1697. de quibus in ſequent. cum de forma Sepulchrorum acturi ſumus, pluribus agetur. Modo hic monuiſſe juvat, quod ארון loculus, *theca* vel *capulus* fuerit, cui cadavera includerentur, & in quo conſervarentur. Qui mos in hunc uſque diem retentur fuit.

V. Huc referimus etiam illud משכב, 2. *Paralip.* XVI. 14. quod a radice שכב deſcendit, ſignificatque *cubuit*, *jacuit*. Dicitur: 1. De habitantibus, *Levit.* XXVI. 1. *Sam.* XXVI. 2. De *dormientibus*, qui jacent, *Pſalm.* LVII. *Job.* XXVII. 3. De *mortuis*, qui dormientibus haud abſimiles ſunt, 2. *Samuel.* VII. 12. *Eſai.* XLIII. 17. & aliis in locis plurimis. Unde משכב *lectus funeris*, 2. *Paral.* XVI. confer. *Schindler. Lexic. Pentaglott. fol. m.* 1851. Vid. clar. *Buxtorff. Lexic. Rabbino-Talmudic. fol. m.* 2386. Et bene hoc vocabulum Sepulcris ſeu feretris vel lectulis funebribus convenit, quia corpora in illis recondita jacent, ac ſi in cubilibus dormirent; hinc non incommode *dormitoria* dici poſſent.

VI. Inſtrumenti index videtur eſſe מטה *lectica*, de qua 2. *Sam.* III. 31. & *in Bava Batra*. Deſcendit a radice נטה *reclinavit*, unde מטה lectus reclinatorius: vid. fol. 1333. *Lexic. Rabbino-Talmud.* Lectus in quo reclinat, decumbit, ſe extendit & jacet ſomnum capiens, ægrotus, aut mortuus: lectus dormientium, cibum capientium, ægrotantium & cadaverum: confer. *Schindler. Lexic. Pentaglott. fol. m.* 1111. ubi plura. Ejuſmodi lectica occurrit in funere Abneri l. c. quod alias nomen communiter uſurpari ſolet de lecto, in quo dormimus, ſeu cibum capimus, qualem lectum locabant in conclavi *Eliæ*, 2. *Reg.* IV. 10. in quali recumbebat *Jacob* ægrotans, *Gen.* XLVIII. 2. XLIX. 33. ubi Anglus ſemper legit *Bed*. Plura de hac voce attulit *B. Gejer. in Comment. ad Proverb. Salom. cap.* XXVI. 14. ut proinde idem ſit nomen recubitorii noſtri, tum quando dormimus quotidie, tum quando dormituri ſumus ſomnium mortis diuturnum, de quo ſaluberrime cogitabimus ſemper lectum noſtrum adituri aut aſpectantes, revocanteſque in memoriam illud a *lecto* ad *lethum*.

VII. Locus conſiderandus venit, qui vel (1) a *forma* dicitur מערה *ſpelunca*, *caverna*, *Geneſ.* XIX. & habitabat *Lot* in *ſpelunca*. Angl. *And he dwelt in a cave*. *Gen.* XXIII. & dedit mihi מערת המכפלה *ſpeluncam duplicitatis*. Eſt enim *ſpelunca ſeu ſpecus cavitas petræ*, *aut terræ*, *tanquam os in labia deductum*. *Iſidor. lib.* 14. 9. Specus eſt foſſa ſub terra, qua proſſpici poteſt. *Anglus Thomas de S. Quercu* ita deſcribit ſpeluncam; *a den or cave in the earth*, *or hole in the rock*. Ita vocatur ſepulchrum Patriarcharum מערה & paſſim *Lazari* σπήλαιον *Joh.* XI. 38. Chriſti σπήλαιον & ἄντρον a Scriptoribus Eccleſiaſtic. apud D. *Quenſted. de ſepultur. veter. pag.* 247. *ſeq.* Talmudici obſervante *Buxtorffio in Lexic. Rabbino-Talmudic. fol. m.* 2343. diſtinguunt inter hæc vocabula, & iis eſt בור *Ciſterna rotunda*, שוח *foſſa longa* & *anguſta*, מערה ſpelunca quadrata tecta tabulato, cui tamen ineſt orificium. Ex his ſane conſtat, qualem formam מערה habuerit. Non enim de qualibet ſpelunca, ſed tantum quadrata orificium habente dicitur; cum alias alia quoque dentur vocabula, quæ ſpeluncam ſignificent, quæ tamen quoad formam ab hac diſtinguuntur. Vel (2) *a fine* קבר *Gen.* XXXV. 20. קברה appellatur. Nomen קבר *ſepulchrum* deſcendit a radice קבר *operuit terra*, *ſepelivit*, *tumulavit*. Unde קבר ſepulcrum in hunc finem factum, ut cadavera in illud conjiciantur. Ita etiam notat actionem & locum ubi quis jacet: vid. *Schindler. Lexic. Pentaglott. f. m.* 1582. *Buxtorff. Lexic. Rabbino-Talmudic. fol. m.* 1963. (2) notat etiam apud Rabbinos ute-

uterum mulierum, quia aliquando est sepulcrum infantis, cum in utero moritur. *Henricus Ainsworth. Comment. in Genes.* XXXVII. 35. *fol. m.* 135. *edit. Londin.* vocabulum קבר exponit sepulchrum, quod manibus cavatum & confectum, quando ita differit, discrimen faciens inter hoc & שאל *grave, the word meaneth not the grave digged or made with hands named in Hebrew* קבר *but the common place or state of death, here called in Hebrew Scheol.*

VIII. Clar. Fridericus *Mullerus* Professor quondam Gissens. statuit, vocabulum שאל in Sacris aliquando significare *Sepulchrum*, quando ita differit: Non dubium est, quin aliquando שאל in Sacris significet sepulchrum. Constat hoc ex *Genes.* XXXVII. 35. & *Psalm.* XVI. 10. Ad probandam hanc suam opinionem *Rivetum* adducit, *Exerc.* 151. *f.* 576. *in Gen.* 37. Verum huic opponimus verba *B. Johannis Eberhardi Busmanni Præceptoris quondam mei fidelissimi in Academia Helmstad.* quæ leguntur in *dissertatione Philolog. de Scheol. Hebr. edit.* 1682. Postquam enim ille omnia loca Scripturæ accurata diligentia perpendisset §. XV. in hæc erumpit verba: Hæc sunt loca illa (non plura nec pauciora) in quibus vocabulum שאל in Codice Hebræo usurpatum reperies. Quibus omnibus & singulis probe consideratis, cuivis, ni fallor, ad oculum patebit, nullum eorum (excepto forsan uno vel altero, de quo tamen adhuc dubitari potest) de Sepulchro necessario esse intelligendum (Dico necessario, non pauca enim, si primo intuitu rem consideres, non incommode de eodem, dummodo cætera forent paria, intelligi & accipi posse non negarim) multa tamen contra ita esse comparata, ut de Sepulcro nullo modo intelligi possint, nec debeant. Loquuntur illa omnia vel *in genere* de obscuro, abscondito & omni hominum viventium consortio ordinarie remoto quodam loco (qualis Græcis est vel erat ᾅδης) eoque omnium infimo (qualis est profunditas maris, vel potius venter ceti in profundo maris, inferiores partes terræ, abyssus seu vorago quædam subterranea, & similia) vel *in specie*, & quidem magis, ut videtur, proprie, de loco illo, vel potius statu, qui hominem excipit post mortem. Quam sententiam firmis argumentis in citata dissertatione probat, quæ evolvatur.

IX. Consentiunt his non pauci e Theologis & Philologis, quorum testimonia e *Luthero*, *Matthia Flacio*, *Davide Chytræo*, *Jacobo Heerbrando*, *Salomone Gesnero*, *Balthasar. Meisnero*, *D. Johann. Gerhardo*, *Daniele Cramero*, *Johanne Tarnovio*, ut & (quantum ad Reformatos) e *Paulo Fagio*, *Matthia Martinio*, *Petro Ravanell.* aliisque collegit *D. Grabius*. Nos ut dictis fidem faciamus, unum vel alterum inprimis integrum Lutheri locum, prolixiorem quidem, verum sententiam nostram egregie illustrantem, hic adscribemus, & quæ a *Dn. Grabio* omissa sunt, addemus. Ita ergo *Lutherus* in enarrationibus seu Commentario in Genes. ad c. XLII. *v.* 38. Necesse est, ait, aliud esse קבר & aliud שאול. Sicut autem Sepulcrum קבר commune est tam piis, quam impiis; ita & שאולה. Hæc certa res est, & petita ex usu sacrarum Literarum, nisi quod hæc est differentia. Sepulcrum קבר proprie terra est, quæ effoditur, & in qua conditur corpus mortuum, multi enim moriuntur, qui non humantur, ut qui laniantur a bestiis, aut in crucem aguntur, aut cremantur, illis non conceditur sepultura, & tamen omnes dicuntur descendere ad infernum ex hac vita. Recte ergo hæc distinguuntur, ita ut sepulchrum sit locus, in quo corpus, ossaque demortuorum reconduntur certo tempore, certa persona & loco: שאולה autem commune quoddam receptaculum, non corporum tantum, sed & animarum, ubi omnes mortui congregantur. *Augustinus* vocat abdita receptacula animarum in *Enchiridio ad Laurentium cap.* 109.

X. Est igitur Chaos illud nobis quidem incognitum, in quo non est differentia locorum, temporum, personarum, quo descendunt etiam hi, qui carent sepulchris. Est locus communis, si modo locus dici debet, non pro corpore, sed pro anima. Proprie igitur & definitive שאולה locus vel receptaculum est animarum. Qualis autem ille locus sit, infinitis quæstionibus a veteribus disputatum & quæsitum est. Nobis hæc differentia sufficiat, quod sicut corpus servatur in terra, ita anima resoluta venit in suum שאולה scheolah. Nec traduntur diversa scheolah piorum & impiorum. Alii acute sane disputant, & sunt varia argumenta in utramque partem, quæ me parum movent. In parabola de *divite* & *Lazaro* dicitur dives sepultus esse in inferno, non corporis, sed animæ sepulcro, & tamen de piis aliter sentiendum est, quam de impiis in eadem שאולה existentibus. Sicut hic inquit Jacob, & supra etiam (*cap.* XXXVII. 35.) Descendam lugens ad filium meum in infernum, & (*c.* XLIV. 29.) Deducetis canos meos in infernum. Et de morte piorum certus & clarissimus locus est apud *Esaiam*, cum inquit: Intrant pii in pacem requiescunt in cubicu-

biculis ſuis. Item *Gen.* xv. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, & ſepelieris in ſenectute bona. Et *cap.* xxv. Abraham collectus eſt ad populos ſuos. Hic eſt ſcheolah, i. e. locus quidam, in quem colliguntur pii, quem appellat *Eſaias pacem cap.* LVII. Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo, qui ambulavit in directione ſua; ibi ſane loquitur de mortuis. Sic ad *Joſiam* dicitur 2. *Paral.* XXXIV. Jam enim colligam te ad patres tuos, & infereris in ſepulcrum tuum in pace: nec videbunt oculi tui malum omne, quod inducturus ſum ſuper locum iſtum. Hæc omnia ex Scriptura Sacra manifeſta ſunt & certa, quod Sancti ſecundum corpus vadunt in קבר ſicut *Abraham* in agro *Ephron* e regione Mambre ſepelitur: ſecundum animam vero ingrediuntur cubicula ſua, in ſcheola, ubi congregantur cum Patribus ſuis. Ac habent quidem pii infernum, in quem deſcendunt, ſed ut requieſcant in eo. Et quanquam cum mœrore deſcendunt, tamen ad quietem & pacem tranſeunt.

XI. Atque adeo nihil aliud eſt deſcenſus ille piorum, quam mutatio hujus vitæ in alium ſtatum, ubi amplius non vivitur ſub Sole & ſuper terram, ſed relicta vita hac intrant in cubiculum ſive ſtratum ſuum, in quo dormiunt & requieſcunt, donec corpus & anima rurſus copulentur in futura & æterna vita. Itaque Scriptura ait, Sanctos & juſtos tranſire in ſuum *Scheolah*, ubi ſuaviſſima pace & quiete fruuntur. Juſtus autem eſt, qui licet ſit peccator, tamen ſi credit in Filium Dei & accipit abſolutionem a peccatis per miniſterium verbi, baptizatus eſt, & Sacramento altaris participavit, vero abſolutus & juſtus eſt. Huic vero eſt paratum ſepulchrum animæ, *Scheolah* piorum pax & quies in cubili ſuo. Ante Chriſtum dictus eſt ſinus Abrahæ, & eadem appellatione ipſe quoque utitur, quam haud dubie ex ſermonibus piorum & patrum mutuatus eſt, cum dicit *Lazarum* translatum eſſe in ſinum *Abrahæ*. Scheolah autem divitis erant flammæ, atque is ſtatus & conditio impiorum ſoli Deo cognitus eſt, qui a nobis comprehendi non poteſt. Corpus vero Divitis repoſitum fuit in קבר Hæc mea ſententia eſt de hiſce appellationibus.

XII. Pergit Lutherus: Ac tantum quidem nos de receptaculis corporum & animarum cognitum habemus, קבר eſſe locum pro corpore: *Scheolah* vero pro anima dormiente (quieſcente a laboribus ſuis *Apocal.* XIV. 13.) ſive piorum, ſive impiorum, ſed diverſa conditione, & qualis ea quies ſit, nos neſcimus. Idem operationibus in *Pſalm.* XVI. *Tom.* 2. *Jenenſ. Lat. f.* 171. b. Videmus Scripturam duo loca tribuere mortuis, foveam corpori, & infernum animæ. Rurſus in additionibus in locum *Hoſe.* XIII. *Tom.* IV. *Latin. Jen. fol.* 687. b. Hieronymus dicit, inter mortem & inferos hoc intereſt, Mors eſt, qua anima ſeparatur a corpore, Infernus locus, in quo recluduntur animæ, ſive in refrigerio, ſive in pœnis, pro qualitate meritorum. Quod dicit propter Patriarchas, qui in infernum ſeſe deſcendere fatentur. Sed qualis ille ſit locus, & quid aut qualiter in eo ſint, agant, habeant animæ, neſcimus, quia Scriptura non dicit. Exiſtimatur ſane poſt reſurrectionem Chriſti nullum eſſe piorum infernum. Sed qui intelligunt, quid ſit peccatum per legem excitatum, & diſperationem adducens, ipſi intelligunt, quid ſit mors & infernus. Et in antecedentibus: Ut mors corpus occidit, ita infernus animam rapit. Inde in Scripturis duo iſta loca diſtribuuntur, ut קבר Sepulchrum corpori, שאול infernus animæ deputetur. *Pſalm.* VI. Non eſt in morte, qui memor ſit tui, in inferno quis confitebitur tibi? *Pſalm.* CXV. Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum, (Hebr. ולא כל- ירדי דומה nec omnes deſcendentes in ſilentium, vel locum ſilentii) *David Chytræus Comment. in Geneſ.* XXV. *num.* 2. diligentiſſime expendenda eſt forma verborum, quæ Moſes de Abrahamo mortuo uſurpat: Congregatus eſt ad populum ſuum. Docet enim animas piorum non diſſipari, ut pecudum animæ evaneſcunt, ſed congregari & colligi ad populum ſuum, hoc eſt, in cœtum beatæ Eccleſiæ. Hinc verba *Eſaiæ cap.* LVI. ſumta ſunt: Viri ſancti colliguntur, & nemo eſt, qui conſiderat. Antequam veniat calamitas colliguntur juſti & veniunt in pacem & requieſcunt in cubilibus ſuis, quia recte ambulaverunt. *Sap.* III. Juſtorum animæ in manu Dei ſunt. Cum enim animæ piorum vivant poſt mortem & colligantur ad populum ſuum, neceſſe eſt, aliquod receptaculum eſſe, in quo expertes omnium malorum & beatæ verſentur, donec ſtatuto tempore in vetus domicilium corporis renovati redeant. Id hoſpitium excipiens animas poſt mortem variis nominibus in Scriptura appellatur. *Luc.* XVI. *ſinus Abrahæ*, h. e. congregatio ſeu cœtus omnium piorum, qui fide promiſſionis traditæ *Abraham* ſalvati ſunt. *Luc.* XXIII. *Paradiſus*. *Sap.* III. *manus Dei*.

XIII. Johannes *Tarnovius Comment. in Pſalm.*

Pſalm. IX. שאול ſignificat proprie commune animarum poſt hanc vitam receptaculum, ut קבר corporum. *Theodoric. Hackpſan. part.* 2. *notar. Philolog. Theologic. in varia & difficiliora loca Scriptura pag.* 976. Contra eos, qui שאול de ſepulchro accipiunt (*Hoſ.* XIII. 14.) urgendum, quod recte notavit *Lutherus*, שאול & מות ita conjungi in Scripturis, ut illud animam, hoc vero corpus ſpectet, quem videſis exemplis rem illuſtrantem: vid. *D. Abraham Calov. in Bibl. illuſtrat. Tom.* 2. *p.* 758. & *Joh. Quiſtorp. in annot. Bibl. ad Pſ.* LXXXIX. 49. Sunt & alii viri doctiſſimi, qui vocabulum שאול hoc modo explicant, quorum authoritate & conſenſu ſententiam noſtram roborabimus. D. *Calixtus* vir Hebraicæ linguæ peritus in lucubrat. V. T. ad *Geneſ.* XXXVII. 35. שאול plus quam ſexagies in Sacris occurrit, & alias infernum, alias ſepulcrum, ſtatum defunctorum, mortem, pernitiem & exitium ſignificat. Græcis ubique (excipe *Ezech.* XXXII. 21. & ſi quis forte adhuc alius locus poſſit obſervari) redditur ᾅδης in dialecto Helleniſtica --- Quænam vero ſingulis locis obtinere debeat ſignificatio phraſis & res, de qua verba fiunt & cohærentia textus indicio erunt. Et mox in reſponſ. ad Object. Adverſ. Reſpondeo, deſcendere ad mortuos Scheolah ſive in ſepulchrum, eſſe periphraſin mortis, atque adeo nihil aliud, quam in cenſum mortuorum venire, ſive ſimpliciter mori. Ita ſane non raro ſumitur, ut patet ex locis ſupra allatis. B. *D. Titius Theologus pius in diſp. de ſtatu animarum ſeparat.* §. 9. Certum eſt deſcendere Scheolah ad mortuos ſive in ſepulchrum Hebræis phraſin eſſe notantem nil aliud, quam in cenſum mortuorum venire, ſive ſimpliciter mori, etiamſi non omnes mortui ſepulcrum ſemper inveniant. *Excell.* D. *Noldius Theolog. Hafnienſ. in annot. & vindic. ad Concordant. particular. Hebr. Chald. pag.* 823. שאול in genere notat ſtatum mortuorum, in quo homines nihil ſciunt eorum, quæ geruntur in hoc mundo, *Eccl.* IX. 5. *Schmidius in Job.* XIV. 3. & VII. 9. & XVII. 16. addit: Non dari locum Scripturæ perſpicuum, in quo vox שאול notet ſepulchrum vel locum ſubterraneum. Anglus *Henr. Ainſworth. Comment. in Geneſ.* XXXVII. *fol. m.* 136. *edit. Londin.* ſcribit: *By this Hell* שאול *therefore in Scripture is not meant the place of the damned onely, but of all that goe out of this world. D. Auguſtus Pfeiffer in Dub. vexat. Script. Sacr. pag.* 198. Phraſis Jacobæa (deſcendere ad Scheol) notat ſtatum mortis in genere ſine illatione neceſſaria vel ſepulcri vel inferni. Et in probatione *num.* 1. deſcendere ad שאול eſt devenire ad eum ſtatum, quem ordinarie, ut ut non ſemper inſequi ſolet ſepultura i. e. mortis. --- Plura de ſignificatione שאול attulit *Jacobus Windet* Anglus de ſtatu vita functorum, non ſemper probanda, erudite tamen. *Sect.* 2. probat שאול deſignare ſtatum communem vita functorum, quod præſertim quatenus vox toti phraſi immerſa eſt, verum eſt. Videatur cl. *Samuel Bochart. in Hierozoic. part.* 2. *l.* V. *c.* XIX. *Joh. Lightfoot in Hor. Hebr. Talmud. ad Luc.* XVI. 26. qui ex Rabbinorum Scriptis varia teſtimonia in probationem harum rerum producunt. Item *in cap.* XXIII. 45. *Luc.*

XIV. Addimus adhuc cl. deque Orientalium literatura bene meritum Philologum *Chriſtophorum Crineſium Academiæ Altorfinæ* quondam Profeſſorem, cujus in חומש ſive exercit. Hebraic. πενταμερῶν *part.* 1. *Exercit.* 1. *quæſt.* 2. & 9. & *ſeqq.* hæc ſunt verba, ſententiæ Lutheri planæ ὁμόψηφα: Cum nuſpiam adhibeatur (vocabulum שאול) neque etiam in ſolemnioribus pompis exequialibus, quando corpora vita ſua functorum, terræ redduntur, ſed ſemper ibi ſerviat proprium ἐνταφιασμȣ̃ קבר vel קבורה ex rad. קבר *terra operuit*, humavit, unde & *Chaldæi* ſuum ſepulchrum קבר & Syri ܩܒܪܐ & Arabes قبر denominant, proinde neceſſe eſt, aliud eſſe שאול, & aliud קבר, ſicut *Luther. in annot. ad* 42. *Geneſ.* concludit. Quid igitur tandem שאול? Ecce illud tibi Lutheri verbis: Scheol, dicentis, eſt commune quoddam receptaculum &c. Communem dicit tam piis, quam impiis ex uſu Scripturæ, licet rariſſime de iis, de his vero frequenter in eadem prædicetur. Et §. 12. Sed ais: in uno Scheol ſimul exiſtentibus piis & impiis, una etiam & eadem erit eorundem conditio? Abſit: illud quidem S. Scriptura edocti affirmamus; hoc vero ex eadem pernegamus. Deſcendunt ſane pii in שאול, non ut crucientur, ſed ut quieſcant in eodem. Et quanquam cum mœrore quandoque deſcendant, tamen ad quietem & pacem tranſeunt, *Gen.* XV. 15. *Eſa.* LVII. 2. Denique §. 16. Proinde concludimus propriam hujus vocis Scheol ſignificationem eſſe, quod denotat receptaculum generale animarum omnium omnino hominum, ex corporibus egredientium, in quo bonis bene, malis vero male eſt --- Et commodius uno verbo nominari poſſe alio nullo, quam infernus, conſentiente *Forſtero* in Lexico ſuo.

XV. Ex

XV. Ex his conſtat falſam eorum eſſe ſententiam, qui Hebræum שאול fere ſemper per Sepulcrum vertunt, idemque cum קבר eſſe exiſtimant. Equidem שאול metonym. interdum vel improprie & metaphorice pro Sepulchro (quemadmodum & pro ipſa morte, & adjunctis doloribus infernalibus) uſurpari, non negabimus (quamvis ᾅδης e *Crineſii* ſententia Græcis nuſpiam Sepulchrum notet) proprie interim & accurate loquendo, aliud Hebræis videtur eſſe קבר ſepulchrum, aliud מות mors, aliud שאול infernus. Id quod vel ex ipſius vocabuli etymo in ipſa Scriptura manifeſte patet, quod eſt שאל i. e. *poſtulavit* (vid. *Schindler Lex. Pentaglott. fol.* 1782.) quia ſatiari nec illud animarum receptaculum nec infernus poteſt, ſed ſemper plura poſtulat: cum contra ſepulchrum aut locus corporum vel terra egeſta, vel cadaveribus, vel denique ipſo aere, ſive alio corpore facile ſatiari vel repleri queat, ut verba celeb. *Theolog. & Philolog. Joh. Tarnovii Comment. in Pſalm.* IX. *pag.* 235. ſonant, ubi eorum ſententiam, qui שאול cum קבר confundunt, refellit.

XVI. Sat diu in explicanda ſignificatione vocis שאול morati ſumus, tempus nunc poſtulat, ut ad alias nos conferamus voces. Inter quas occurrit שוחה & שיחה *fovea, foſſa longa & anguſta*: vid. *Buxtorff. Lexic. Rabbino-Talmudic. fol. m.* 2343. Radix eſt שחת corrupit, vel שוח incurvari deorſum, unde שחת fovea, quæ in genere quamvis foveam lacumve profundiorem excavatum notat. Interdum pro *Sepulcro* accipitur, ut *Pſalm.* XXX. 10. Cum deſcendero ad שחת foveam: Targum reddit בית קבורתא domum ſepulturæ, quæ nulla alia, quam Sepulchrum. Et nihil aliud *David* his verbis indicare voluit: quando ex tua conniventia morti traditus per hoſtes, deturbabor in Sepulchrum, ubi redigar in cinerem. Unde Anglus reddit, *unto corruption the grave or place where the body rotteth.* conf. *Pſalm.* XVI. 10. *Lorinus Comment. in Pſ. fol. m.* 514. de Sepulchro accipit, quando ita: Hebræa dicitur שחת ſignificat *foveam, foſſamve* & commune damnatorum Sepulchrum (2) Talmudici Sepulcra quoque חריצין vocant, quæ ſunt foveæ quadratæ & latæ: conf. *Buxtorff. Lexic. Rabbino-Talmud. fol. m.* 833. *Schindler. Lexic. Pentaglott. fol. m.* 661. (3) בור ciſterna rotunda: vid. de hac voce *Scheidii hydograph. edit. Argentorat.* 1664.

XVII. Porro *locus*, quem cadaver in ſepulcro occupat, a Rabbinis vocatur כוך *Kok*, quæ vox multoties occurrit. *Berach.* 37. 2. אין חופרין כוכין וקברות במועד *non fodiunt foſſas aut ſepulchra in die feſto*, in *Bava Batra fol.* 100. 2. iterum occurrit, & fodiebant & educebant primogenita מתוך כוכיהן ex foveis ſeu ſepulcris ſuis. *Jalkut fol.* 62. *col.* 4. Sed quæ facies ſit hujus *Kok* non omnibus liquet. Ex *Comment. in Bava Batra* diſcimus *Kok* eſſe cavitatem in Sepulchri pariete, quæ inſtar canalis quadrati recta abſque ulla declivie aut deflexione alia quacunque tendat in parietis ulteriora, longitudine IV. cubitorum, ubique patens æqualiter, in latum; ſenis palmis, in altum ſeptenis palmis, cujus figuram hanc fuiſſe deprehendimus.



In hujuſmodi cavitatem eſſe intrudendum cum ſuo cadavere loculum cenſet dictus Commentator. Non abſurdum hoc eſſe putamus, nec opinionem hanc rejicimus, quia *Kok* ſapit terminum technicum, cujus ſignificatum non felicius, quam ex traditionibus diſcimus. Quamvis videamus, comparere aliquid in Sacris contra hujuſmodi *Kok*, de qua re alio loco pluribus agendum erit.

XVIII. Denique locus etiam communis ſeu Cœmiterium nominatus ארץ חיים: vid. *Hottinger. de cippis Hebr.* conf. Scripturæ loca *Eſai.* LIII. 8. *Ezech.* XXVI. 20. Teſtatur hoc *Schickard. in* משפט המלך *cap.* VI. *theor.* XIX. *pag. m.* 428. *edit. Lipſ.* his verbis de Judæis differens: ideo Sepulchreta non vocant בית מתים *loca mortuorum*, ſed בית חיים *loca viventium vel vivorum* fiducia reſurrectionis: vid. cl. *Godofred. Thilo. diſſ. de Sepulchro Chriſti.* §. 3. Bene *B. Gejer. in libell. elegantiſſ. de luctu Hebr. cap.* VI. VI. §. 10. *pag. m.* 123. *edit. Lipſ.* 1656. quando ita literis tradit: Nos hic Hebræos noſtros attendimus, qui Sepulchreta ſua vocant בית החיים domum ſeu locum viventium; de quo titulo ſic loquitur *liber Minhagim c. ultim.* Mann ſolt es billig בית המותים (domum ſeu locum mortuorum) Heiſſen: aber wie Zaddikim (gerechten) die der auſſeyn/ wen ſie ſchon todt ſeyn/ noch leben ſie. Hebræi etiam Cœmiterium קברניט vocant. In *Aruch* ſcribitur teſte *Buxtorffio fol.* 1664. בקברנטי cum affixo, & exponitur בית קברות *locus Sepulchrorum*. *Gloſſat. Talmudic.* ſcribit eſſe linguæ Grecæ. Legitur & in *Jalkut. Exod. fol.* 66. 4. Et hæc de Nomenclatura Hebræorum de Sepulcris & ad illa pertinentibus ſufficiant.

CA.

CAPUT II.

De Nomenclatura Græcorum.

I. AD Græcos progredimur, illorumque varia nomina in medium producimus, quæ Sepulcra vel res ad Sepulcra pertinentes significant. Inter hæc vas ipsum offendimus voce σορȣ̃ expressum. Σορὸς autem est *loculus*, *capulum*, in quo defuncti geruntur. A qua voce Græca non multum abest German. Sarck. De σορῷ videatur *Plutarch. Num. f.* 25. LXX. Interp. *Gen.* L. 26. *Luc.* VII. 14. *Herodot.* 2.78. conf. *Dieter. Antiq. N.T. fol.* 175. & doct. *Johann. Faes in animadverf.* ad Gyrald. *pag. m.* 327. *edit. Helmst.* Angl. *Francisc. Rous in Archæolog. Attic.* ritum hunc Græcis usitatum describens ita disserit: *Then they took him ad put him into a couch or bed*, ex more inter opulentiores recepto, uti bene ex Syro explicat *Grotius ad Luc.* VII. confer. *Balduin. Walæ. pag. m.* 622. vid. doct. *Joh. Faes in animadverf.* ad Gyrald. de vario sepeliendi ritu *pag.m.* 184. *edit. Helmstad.* Quem lectulum etiam Græci vocabant λέκτρον, de qua re *Martin. in Lexic. Etymolog.* videndum. Sic *Homerus* de *Achillis* cadavere *Odyss.* 24. *verf.* 44. *Deposuimus in lectis expurgato corpore pulcro.* Te sc. o *Achilles*. Et *Iliad.* 24. *verf.* 707. Hectoris cadaver dicitur jacuisse ἐν λεχέεσσι *in lectis*: vid. *Tr. nostr. de luctu Græc. edit. Tilen.*

II. Succedit κλίνη, cujus mentionem facit *Thucyd. lib.* 2. *de bello Peloponef.* quæ mortuorum *theca* erat, teste cl. *Salmasio in Exercit. Plin. fol. m.* 849. *edit. Traject. ad Rhen.* 1689. *Joseph.* XVII. *Antiq.* 10. *f.* 600. conf. *Tr. nostr. de luctu Græcor. pag.* 83. Κλίνη autem lectus proprie erat, in quo reclinabantur & recumbebant, ita *Luc.* V. 18. de Paralytico usurpatur jacente in lecto, ad quem locum *Hieronym. Epist.* 46. *ad Ruffin.* Jacebat quondam Paralyticus in lectulo, & sic erat cunctis artubus dissolutus, ut nec pedes ad ingrediendum nec manus movere posset ad precandum, & tamen profertur ab aliis, & restituitur pristinæ sanitati, ut portaret lectulum, qui dudum portabatur a lectulo. Unde etiam illi *Clinici* vocabantur, qui ob morbum in lecto baptizabantur. Hoc indicat *Cyprian. lib.* IV. *Epist.* VII. quæ ad *Magnum pag.* 210. vide de his pluribus differentem *Suicerum in Observat. Sacr. pag. m.* 69. *cap.* 3. Deinde κλίνη etiam erat lectus, cui defunctus imponebatur: vid. *Kirchman. de funer. lib.* 2. *pag.* 159.

III. De λάρνακι quoque apud Autores testimonia exhibentur, *Thucyd.* 2. *f.* 120. *B.* De πυέλῳ *Schild. in Sveton.* 6. 50. *pag.* 633. Nonnunquam etiam πύελον veteres *sarcophagum* vel *arcam* appellarunt, teste *Juvenale*, qui de *Alexandro* ita:

Qui figulo postquam munitam intraverit urbem
Sarcophago contentus erit.

Πύελον intelligit. Nam Græci, qui corpora defunctorum non cremabant, condere ea soliti erant πυέλοις ex lapide ut plurimum factis, cui natura est corpora cito absumere. Talis *Assius* fuit lapis, quem σαρκόφαγον propterea nuncuparunt. *Plin. lib.* 36. *cap.* 16. In *Asso Troadis* Sarcophagus lapis fissili vena scinditur: vid. cl. *Salmas. Exercit. Plin. fol. m.* 847. Postea σαρκόφαγοι absolute dicti sunt quilibet mortuorum loculi, etiam si ex alia materia fierent: vid. *Tr. nostr. de luctu Græc. cap.* VII. *pag.* 86. ubi etiam de aliis nominibus Græcis fuse agitur, quæ huc transscribere supervacaneum esse duximus. Plura qui legere desiderat de *Sarcophago*, evolvat *animadverf. in Gyrald. de vario sepeliendi ritu doct. Johann. Faes pag. m.* 327. 328.

IV. Ad *instrumenta*, quæ ἅμαξαι vocantur, quarum meminit *Thucyd.* 2. *fol.* 100. has recenset doctissimus *Kirchmannus in Tract. de funerib. Roman. lib.* 2. *cap.* 9. *pag. m.* 173. Varia enim erant instrumenta, quorum subsidio cadavera efferebantur. Inter quæ recensentur *Pheretra*. Feretrum autem dicitur Græcis φέρετρον καὶ φέρετρον. *Isidor. Hispal. lib.* 20. *Origin. c.* 11. & vocatur instrumentum illud, quo mortui deferuntur. Nam φέρετρον dicitur ἀπὸ τȣ̃ φέρειν i. e. *ferendo*: vid. *Martin. Lexic.* in voce *feretrum*. *Thomas de S. Quercu* φέρετρον *a bier or coffin: also that whereon spoils were carried in triumph:* ut spolia Ducis suspensa, fabricato ad id feretro, gerens. Liv. Dicta vox a ferendo, quia in ea cadaver defunctum fertur, ut sepeliatur. Vel feretrum, quasi ferens atrum: Cl. *Salmas. in Exercit. Plin. fol. m.* 859. & Latine *capulus* appellatur, quod super capita hominum feratur: Cl. *Gisbert. Cuper. observat. lib.* 2. *cap.* 9. *pag. m.* 204. *edit. Ultraject.* 1670. ita: *Kapulum, in quo mortui deferuntur*. At vero *Non. Marcel. de propriet. ferm. c.* 1. §. 13. Capulum dicitur, quod aliquam rem in se capit. Nam *Sarcophagum* i. e Sepulchrum veteres dici voluerunt, quod corpora capiat. Verum Cl. *Salmasius fol. m.* 848. asserit, male prorsus dixisse *Nonium*. Melius glossarum veterum consarcinatores,

res, qui *Kapulum* afferunt esse, in quo mortui deferuntur, & cum *Kappa* scribi, ut distinguatur a *capulo* ensis, qui a capiendo dictus est, quod capiatur; at capulus mortuorum ex Græco κάπαλος quæ præsepem & φάτνην significat.

V. *Feretra*, quibus plebejorum cadavera deportabantur, *Sandapilæ* appellabantur. *Fulgent. libell. de prisc. serm. ad Chalcidium Grammat.* refert, quod *Sandapilam* antiqui appellari voluerint *feretrum mortuorum* i. e. *loculum*, non in quo nobiliorum corpora, sed in quo plebejorum & damnatorum cadavera portabantur, sicut *Stesimbrotus Thasius* de morte *Polycratis Samiorum* Regis scripsit: postquam de cruce depositus, *Sandapila* etiam deportatus est. *Thomas de S. Quercu* Anglus hoc confirmat ita scribens: Sandapila *a bier or coffin to bear the dead bodies of the poorer sort, or such as were executed*, dicta vel a *Sandalio* i. e. panno, quo operiebantur cadavera mortuorum. Martin. refert ad Arab. סנד *sanad*, *fulcrum* & דפן *dapan*, *sepelire*. Potius vero inquit a σανίδι & πυέλῳ quasi Sanidapala. Hinc *Sandapila* est σανιδοπύελος ex tabulis vel asseribus compacta arca, in qua pauperum cadavera ad sepeliendum ejiciuntur sine ditiori apparatu. Græci σόρους vocant, quas ligneas fuisse constat, probatur hoc ex Lexicographo vetustissimo *Hesychio in Lexico Græco fol.* 421. inquiente: Κιβωτὸς, λάρναξ ξυλίνη ἢ σόρος. Hebræi hujusmodi *arcis* quoque usos esse vel unus locus *Genes.* 50. 28. demonstrare satis est: *Mortuus est itaque Joseph --- & positus est* בארון *in arca in Misraim*. Hic sane Hebræi multa fabulantur de arca Josephi, de qua fuse egit Cl. *Carpzov. in dissert. de sepultura Joseph.* §. 16. Cajetanus Scripturæ interpres egregius *thecam* marmoream interpretatur. Huic tamen contradicit *Pererius Comment. in h. l.* ligneam defendendo, quo scil. cum opus esset, minori labore majorique facilitate, quocunque libitum esset, transportari posset. Et hæc sententia probabilior videtur illorum sententia, qui aut marmoream, aut ferream, aut plumbeam vel alius metalli fuisse fingunt. Patet hoc ex Evang. Dom. XVI. post Trinitatis ubi hæc extant: Καὶ προσελθὼν ἥψατο τῆς σορῦ. Luther. Er trat hin zu / und grif den Sarchan / scil. arcam ligneam. Unde σοροπηγοὶ dicti Sandapilarii, qui arcas illas ligneas & sandapilas compingebant: vid. *Nicorch. l. 2. Anthol.*

VI. Locus dicitur τάφος *Matth.* 23. 29. ubi Christus ad *Pharisæos*: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis* τὰς τάφους τῶν προφητῶν, *Sepulchra Prophetarum*. Nomen autem τάφος, quod a θάπτειν derivari est notissimum, proprie Sepulchrum redditur, in quo significatu nihil frequentius apud Scriptores. Θάπτω est *sepelio*, *humo*; proprie *in terram recondo mortuum*: vid. *Dieterici Antiq. Bibl. fol. m.* 367. Alias ambigua vox est & πολύσημος, cum propter verbi, a quo originem ducit, multiplices usus ac potestates, tum alias etiam causas. *Geographis* enim eo nominet venit insula quædam in mari Jonio sita. Unde ita *Phavorinus in Lexic. Græc. p.* 1736. Τάφος ἡ νῆσος μία τῶν Ἐχινάδων νήσων ἔχει ὁμωνυμίαν πρὸς τὸ θάμβος, ὅτι καὶ αὐτὸ Τάφος λέγεται· Celebrantur in Scriptis veterum, qui eandem inhabitarunt, λῃσαὶ Τάφιοι, de quibus idem l. c. τὰς Ταφίους πρότερον Τηλεβόας φασὶ καλεῖσθαι (confer. etiam *Hesychius* in Lexic.) κληθῆναι δὲ αὐτὰς Ταφίους ἀπὸ Τάφου τινὸς βασιλέως. Meminit eorundem quoque *Strabo Geograph. l.* 10. Insulam Τάφον postea πόλεων *fol.* 642. *Ed. nov.* cujus vero num præter eum & alii meminerint, non constare sibi scribit in notis *Thomas de Pinedo*.

VII. Porro τάφος, quod e θάπος Ἰωνικῇ τῶν σοιχείων factum docet *Eustathius ad Homeri Odyss.* ω. idem est, quod ἔκπληξις, quam *Aristoteles* per ὑπερβάλλουσαν θαυμασιότητα definivit, quo de videatur *Pricæus in Matth. illustr. fol.* 81. Ita *Homerus Odyss.* ω. Τάφος δὲ ἕλεν ἄνδρα ἕκασον, qui & primitivo θάπτειν frequenter pro ἐκπλήττεσθαι usus est. *Suidas in Lexic. pag.* 874. Τάφος καὶ παρὰ τοῖς θύταις σημεῖον dici scribit. Nonnunquam περίδειπνον, quod juxta Autorem Etymologici in genere est ἡ ἐπὶ τοῖς ἀποθανῦσι γενομένη ἑςίασις, non præcise illud epulum, quod post sepulturam celebratur, ut existimat celeb. *Daniel Fessel in Advers. Sacr. L.* 1. *c.* 12. *pag. m.* 69. appellatur τάφος, cujus exemplum iterum suppeditat *Homerus*, qui *Iliad.* ψ. *vers.* 29. describens convivium sepulchrale *Patroclo* nondum sepulto agitatum ait: αὐτὰρ ὁ τοῖσι τάφον μενοεικέα δαίνυ, ad quem locum notanda sunt verba *Eustathii*, quæ cum huc apprime faciant & alias quoque τῦ τάφυ significationes sistant, placet integra ex ejusdem Homer. παρεκβολαῖς *fol.* 1285. transcribere: Τάφος ὁ κατὰ τινας ὁ μετὰ τὸ ταφῆναί τινα περίδειπνος, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ὁ ἐπὶ νεκρῷ ἐπὶ γῦν πρὸς ἑσπέραν γενόμενος νῦν καὶ δόρπος ὑπὸ τῦ ποιητῦ λέγεται ὡς δηλοῖ τὸ δορπήσαμεν ἐνθάδε πάντες, καὶ δόρπον ἐφωπλίσαντο ἕκασοι. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ δαῖτα ἐν τοῖς ἑξῆς ἐρεῖ. ὐχ ἁπλῶς μέν τοι ἀλλὰ συγερὰν ὡς ἐπὶ νεκρῷ γενομένην, ὅς ἐς συγὲς κατὰ μῦθον ἄπεισιν. Οἱ δὲ γλωσσογράφοι φασὶν, ὅτι Κύπελοι καὶ τὸν φόνον τάφον καλῦσιν. ἕτεροι δὲ καὶ τὴν ταφὴν τάφον

φον λέγεσθαι οἴονται. ὡς καὶ τὸ χόλον. οἶτε τάφε μνῆμα ἤγεν τάφης μνημόσυνον. Ὅ δὴ φησιν ἐν τοῖς ἑξῆς ὁ ποιητής. Καὶ τὸ ἐπιτάφιον δὲ ἀγῶνα τάφον καλεῖσθαί φασιν ὡς τὸ, ἐς τάφον ὅθι πάντας ἐνίκα. Quæ totidem verbis repetit *Phavorinus l. c.* Nec omittendum, interdum vocem τάφος ad os vel ventrem transferri ab Autoribus, quod in *Comm. de Fun.* observavit *Joh. Meursius*.

VIII. Sed & Vultures dictos olim τάφους ἐμψύχους constat ex *Hermogenis* libro περὶ ἰδέων cap. περὶ σεμνότητος, a quo non multum abit, quod e Luciano ἔμψυχόν τινα τάφον hominem vocari nihil agentem vitaque indignum adnotavit *Erasm. in Chiliad.* Quæ vero traditæ significationes omnes a genuina illa & præsenti, quem expendimus, loco descendunt, quatenus scil. τάφος denotat τόπον τὸ σῶμα τοῦ τεθνηκότος περιέχοντα, ut alibi scribit *Phavorinus*. Τάφος hinc est locus ubi cadaver conditur: vid. Cl. *Carol. Ortlob. dissert. de Sepulchro Christi l. 3.* & hæc significatio est hujus loci.

IX. Vocatur etiam μνημεῖον *Matth.* 8. 28. 23. 27. 27. 52. 53. *Luc.* 11. 47. *Joh.* 5. 28. Apud *Matthæum* hæc leguntur verba: *occurrunt ei* duo dæmoniaci ἐκ τῶν μνημείων è monumentis prodeuntes. Clarius locus *Matth. cap.* XXVII. 60. posuitque ἐν τῷ μνημείῳ in monumento suo: vid. *Walæ. Comment. in h. l.* Ita Μνῆμα *Sepulchrum*, *Luc.* XXIII. 53. Ut μνῆμα dicitur Sepulchrum, sic σῆμα *signum*, de eodem ex eo, quod signatis notis, quæ publicæ vocantur, ostenderet humati corporis nomen & situm; quia *signum* erat depositi corporis. Sic *Atticos* vocasse τὰ μνήματα *Suidas* notavit. Apud *Homerum* bis hoc hemistichion obvenit: Ιλ. ψ. & ω. Μνῆμα *Act.* 11. 29. Illud Sepulchrum patefecit *Hyrcanus* & inde sustulit talenta 3000. vid. *Reisn. Jerusalem l. 2. cap. 11. p. 76. 77.* Μνημεῖον Monumentum. Id quo nobis res aliqua in memoriam revocatur. Restringitur ad Sepulchrum *Luc.* XI. 47. quomodo etiam μνῆμα, Nam & mortuorum memoriam in posteritatem servare volumus. Nam μνήματα ad memoriam posteritatis οἰκοδομοῦνται. Ut *Græcis* vox μνημεῖον, est id, quod recordari facit, gedenck mahl / μνημόσυνον, & specie Sepulchrum. Sic & *Latinis Monumentum* est, quod memoriæ servandæ gratia extat, ait *JCtus D. lib. 11. tit. 7. lib. 2.* In quod si corpus & reliquiæ inferantur, fiet Sepulchrum. Neque semper ubi mortui causa factum *monumentum* ibi significatur esse hominem sepultum, ait *Festus*: (vid. Lexic. Jurid.) nam & Κενοτάφια dabantur, de quibus fuse egimus in *Tract. de luctu Græcorum*.

X. Μνημεῖον *Matth.* XXVII. 52. 53. legitur: Et monumenta μνημεῖα aperta sunt. Et egressi ἐν τῶν μνημείων ex monumentis: vid. *Comment. Balduin. Walæi ex Heinsio, pag. m.* 336. Inter prodigia, quæ Vespasiani mortem antecesserunt, recenset *Xiphil. Ep. p.* 323. quod monumentum *Augusti* sua sponte apertum fuerit, καὶ τὸ μνημεῖον τὸ τοῦ Αὐγούστου αὐτόματον ἀνοιχθέν. Christo resurgente multi surrexere e Sepulchris; & revixere ex morte. *Juvenc. lib. 4. col.* 519.

Tum veterum monumenta virum patuere repulsis
Obicibus, vivæque animæ per membra reversæ
Et visum passæ populi, per mœnia late
Erravere urbis.

Sic Μνημεῖον *Joh.* XX. 6. extat. *Simon Petrus* εἰσῆλθεν εἰς τὸ μνημεῖον. Ex quibus satis patet μνημεῖον fuisse locum ubi cadavera sepulta. Μνημεῖον *Thucyd. lib.* V. ubi de honoribus *Brasidæ* mortuo decretis loquitur. Καὶ τὸ λοιπὸν οἱ Ἀμφιπολῖται περιέρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον. Suidas in Lexico, Μνημεῖον ὁ τάφος. Et pergit, ἐχρήσαντο δὲ τῷ ὀνόματι οἱ ῥήτορες καὶ ἐπὶ τάφου. Καὶ τοῦ ἔργου, καὶ τοῦ πράγματος, τοῦ μνημονεύοιτο ἄν τις. Quæ *Budæus*, suppresso nomine, in suum Lexicon Græcum transtulit. *Hesychius in Lexico suo f.* 518. Μνῆμα, Μνημεῖον, Μνημόσυνον, Ἀνάθημα, Τάφος. Μνῆμα habetur apud *Dionem Cassium*. Apud *Aristotelem lib. 1. Rhetor. c.* V. §. 26. μνῆμαι exstat, Muretus *Inscriptiones* transtulit. Sed judicio *Christophori Schraderi Præceptoris quondam in Alma Julia post fata etiam venerandi* in elegantissimo *Commentario* ad hunc locum *p.* 53. rectius *Hermolaus*, *Victorius*, *Sigonius*, *Majoragius* verterint, *Monumenta*. Apud Patres Μνῆμαι sunt memoriæ, exequiæ: vid. *Suicer. Thesaur. part. 2. fol. m.* 372. ubi plura.

XI. Occurrunt apud Evangelistas in hac re peculiaria Epitheta, ut τάφος κεκονιαμένος *Matth.* XXIII. 27. *Sepulchrum dealbatum*, ubi secundum *Phavorinum* τὸ κονιᾶν est τὸ διὰ τιτάνεος χρίειν τίνα τοῖχον. Ita hanc vocem Interpretes, quos consulere licuit, reddiderunt: & *Chrysostomo* in h. l. τάφοι κεκονιαμένοι sunt τάφοι κεχρισμένοι γύψῳ τε καὶ ἀσβέστῳ. Vid. *Cat. Patr. Symb. in Matth. pag.* 309. Optime quoque Syrus ܕܕܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܩܒܪܐ ܡܟܠܫܐ *qui similes estis sepulchris calce obductis*. Significat enim ܟܠܫ *induxit tectorium calce*, descenditque inde nomen ܟܠܫܐ quod

quod *Jacobus Elgais Autor Lexic. Syr. Arab. MS.* exponit per النورة cæmentum apud *Ludovic. de Dieu in Matth. p.* 103. Syriacæ verſioni reſpondet Arab. Nam & Arabs eadem utitur voce vertens القبور المكلسة: vid. *Eduard. Pocock. in not. ad Port. Moſ. pag.* 82. *Hotting. Cipp. Hebr. p.* 11. Æthiops uti *Magnif. Joh. Ludolph. in Lexic. Æthiop. Sepulcra gypſata, gypſo obducta* reddit. Perantiquum enim & frequentem fuiſſe Æthiopibus uſum *Gypſi* docet *Herodotus lib.* 3. *hiſtor. fol.* 108. *edit. Græc. conf. Kirchman. de funer. p. m.* 65. *edit. Brunſvic.* 1661. Autor verſionis Hebr. *in Matth.* habet קברות מלבנות ſecutus forte Vulgatam, quæ *dealbandi* vocabulum adhibet. Melius vim vocis expreſſiſſet, ſi reddidiſſet קברות מסוידות *Sepulchra calce obducta*, vel מצויינות בסיד *calce notata*.

XII. Hebræos autem *calce* antiquitus notaſſe Sepulchra, inſigne & prorſus luculentum teſtimonium exhibet *Miſchnah. Cod. Maaſur Scheni cap.* v. §. 1. *fol.* 2. cujus exſcribendi labore, cum in notis ad Portam Moſis pag. 81. idem recitet cl. *Eduard. Pocok.* & doct. *Johannes Lightfoot in hor. Talmud.* facile ſuperſedere poſſemus, niſi illud ipſum repetitum & dilucidius explicatum deprehendiſſemus *in Gemar. Babylon. Codic. Bava Kama cap.* vii. *fol.* סט. 1. e qua illud una cum inſerta Gemariſtarum commentatione adduxiſſe non pigebit, quæ ad mentem *Talmudiſtarum* ita reddimus: *Exſtat traditio: Vineam anni quarti notabant glebis terræ. Signabant nimirum eam tanquam terram. Cur adhibuerunt terram? Uti ex ea commodum aliquod percipiebatur*, (Gloſſ. alio tempore inferendo, arando &c.) *ita etiam ex hac vinea. Poſt factam enim redemptionem inceperunt eam in ſuos uſus convertere. Præputiatum autem* (non teſta ſed) *argilla* (*e qua vaſa teſtacea formant, ut habet* Gloſſ. ad Maaſur Schenii) *ſignabant, cum reſponderet argillæ. Cur autem uſurparunt argillam? Eſt illa nullius uſus, conſita enim nihil producit*. Id. Gloſſ. ad Maaſ. Schen.) *ita etiam ex hac vinea nulla utilitas percipiebatur. Loca vero Sepulchrorum calce notabant, quoniam alba eſt inſtar oſſium, & ideo humectabant eam & effundebant ut eo magis albeſceret*. Ex eodem fonte ſine dubio promanavit *Gloſſ. Raſchii*, quæ cum ad confirmandum hunc ritum inſigniter faciat, uti verbis Miſchn. מציינין את הקברות: *Cod. Moed. Katon. cap.* 1. *fol.* ב. ſubnexa eſt, hic apponetur: עושים סימנים על הקברות בסיד רחיור כעצמות כדי שלא ילכו אוכלי תרומה לשם: *Solebant Sepulcra calce notare, quia alba eſt inſtar oſſium, ne, qui oblationes comedebant, illuc accederent*. Addemus verba *Rambam*, quæ ad illuſtrandum ſimilem locum *Miſchnæ in Cod. Schekal. fol.* ב. profert, prout ea ex Arabica in Hebræam translata linguam a R. *Joſepho Ben Iſaac, ben Alphual* habemus, *Signabant Sepulcra hoc pacto, viſitabant ſingula, & quando inveniebant aliquod ab aqua dirutum, ſigno videlicet, quod ſuper Sepulchrum exſtructum erat, abolito, tum ſignabant, & denuo reſtaurabant illud, ut locus immunditiei notus manifeſtuſque fieret, & ſacerdotes ab eodem recederent. Eſt autem illud jam pridem explanatum, quod ſignum ſepulchrale Calce fieri conſueverit*.

XIII. Apud *Lucam cap.* xi. *verſ.* 44. occurrunt μνημεῖα ἄδηλα monumenta quæ non apparent, ſeu ut *Æthiops* optime reddit: *Sepulcra quæ non ſunt ſignata*, quæ facile pollutionem afferre poterant. Hinc ex *Gemariſtarum* ſententia in *Cod. Moed. Kat.* Non ſignabant calce, quæ manifeſta erant; (cum perſpectiſſimum omnibus eſſet latere ibi immunditiem) ſed dubia, ubi quis ignoraret, an immundities lateret. Notandum autem hoc in loco, quod Chriſtus jubeat, ut ſibi omnes a Phariſæis caverent, qui eſſent inſtar Sepulchrorum non ſignatorum. Apud *Matthæum* comparabantur Sepulcris apparentibus, hic vero Sepulcris non apparentibus. Proinde apud Matthæum apertius notatur ſanctitatis externa ſimulatio, præter interiorem immunditiem. Quamquam utrumque hic ſatis etiam ſignificatur; parabola quidem ſimili, ſed non eadem. Erit tamen eadem parabola, ſed expreſſius apud *Matthæum* poſita, ſi locus hic Lucæ ſic intelligatur. Eſtis monumenta quæ non apparent, hoc eſt, quorum interior pars non eſt conſpicua, & homines ſupra ambulantes neſciunt, quid illa intus habeant. Atque hunc in modum magis intelligendum putamus, quod veriſimile ſit, Lucam eadem cum *Matthæo* dicere voluiſſe; & ſic plerique. Nobis autem aliter de loco hoc videtur. Μνημεῖον nihil eſſe Helleniſtis aliud quam קבר infinita loca teſtantur: quod modo τάφον, modo ταφὴν, modo μνημεῖον reddiderunt. Dicit ergo: Nihil aliud hypocritas eos eſſe, quam Sepulchra ἄδηλα, h. e. aperta & fallacia, quæ cum damno ſuo homines calcarent, quod qui propius accederent teterrimo odore affligerentur: confer. *Heinſ. in h. l.* Sunt ergo Sepulchra non ſignata, quæ facile nocumentum afferre poſſunt, & a quibus non tam facile quis cavere poſſit, quam a ſignatis.

XIV. In *Matthæi cap.* xxvii. 60. additur epithetum καινὸν μνημεῖον proprium Sepul-

pulcrum, quod quis pro ſe & familia ſua exſtrui curavit. Ita & Joſephus Sepulcrum ſibi proprium paraverat, ut haberet Hieroſolymis advena ubi cum ſuis poſt fata conditus quieſceret. Joſephus ergo fati non minus memor ſuis, maturius de dormitorio cogitavit, utque tanto frequentius memor eſſet mortis: confer. *Schmid.* in h.l. apud Lucam *cap.* XXIII. 53. μνῆμα λαξευτὸν vocatur: vid. not. ex *Caſaub. apud Balduin. Walæum pag.* 783. confer. Eraſm. in h.l. Et ita etiam Epitheta paucis perluſtravimus.

XV. Sunt etiam aliqui, qui quærunt, an dictione ᾅδου a ſacris Scriptoribus indicetur Sepulchrum? *Balduinus Walæus in annot. ad Act. cap.* 2. *verſ.* 27. de *Sepulcro* explicat, ita differens: ᾅδης vocabulum in hoc loco accipiendum pro *Sepulcro*: vide *Bezam in h. l.* Ita etiam *Johannes Druſius* in hoc locum ſcribit, aſſerens: Inepte faciunt, qui hunc locum aliter enarrant, quam de *Sepulcro*. Verum nos dicimus, quod quemadmodum שאול proprie de Sepulcro non accipitur, ita ᾅδης non *Sepulcrum* denotet. Sciendum igitur eſt, quod ᾅδης Græcis nihil aliud ſit in genere, quam obſcurus, abſconditus, & ab omni humano conſortio remotus quidam locus, vel rectius, *ſtatus* ille, qui excipit mortem, ſive is refrigerii & quietis, ſive cruciatuum ſit plenus. Hoc ſenſu *Theognis* in ſententiis *verſ.* 1007. ſcribit:

> Ὥς μάκαρ εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος, ὅςις ἄπειρος
> Ἄθλων, εἰς ᾅδου δῶμα μέλαν κατέβη.
>
> *Quam felix, beatus & fortunatus eſt, quiſquis ignarus*
> *Certaminum, in inferni domum obſcuram deſcenderit.* h.e.

in ſtatum defunctorum pervenerit. Et *verſ.* 244.

> —— ὅταν δνοφεροῖς ὑπὸ κεύθμασι γαίης
> Βῇς, πολυκωκύτους εἰς αἴδαο δόμους,
> Οὐδὲ ποτ᾽ οὐδὲ θανὼν ἀπολεῖς κλέος, οὐδὲ γε λήσεις,
> Ἄφθιτον ἀνθρώποις αἰὲν ἔχων ὄνομα.
>
> —— *Poſtquam tenebroſas ſub latebras terræ*
> *Iveris, in ædes luctuoſas inferni,*
> *Non unquam neque mortuus amittes gloriam, neque etiam latebis,*
> *Immarceſſibile ſemper hominibus habens nomen.*

Quod autem ᾅδης non ſepulcrum ſed ſtatum mortuorum ſignificet, pluribus teſtimoniis Scriptorum tam ſacrorum quam profanorum oſtendit *Grabius* Theologus antehac Regiomontan. in appendice apologetic. libello *Urbani Rhegii* de formulis caute loquendi ſubjecta: confer. *Buſmanni diſſert. de* שאול, *qui fuſe* de hac voce egit. Ad alia nos conferimus, quæ ad Nomenclaturam Græcorum de Sepulcris pertinent.

XVI. Locus vero in quo plura dantur *Sepulcra* dicitur πολυάνδρειον. Audiamus de hac voce plurium Autorum teſtimonia. Πολυάνδρειον vel πολυάνδριος uti *Heſychio in Lexic. fol.* 611. effertur, eſt τάφος, πολυχώρητος, μνῆμα. Suidas in Lexico ſuo utitur eadem terminatione qua Gyrald. in libr. de vario ſepeliendi ritu cap. IX. Πολυάνδρειον· Μνῆμα, τάφος, τὸ θρυλλούμενον παρὰ πολλοῖς ξενοτάφιον. Cyrilli Gloſſator, quiſquis demum ſit, *ſtragem* exponit. *Gemma* vocabulorum, neſcio quiſnam Autor, *Polyandrum* exponit *tumulum mortuorum*. Ad eum fere modum quo nobiliſſimus *Caſpar Barthius lib.* XLIII. *cap.* XIII. illud explicat, inquiens: *Polyandrum eſt cœmiterium, locus ubi ſepulcra ſunt*. Gyraldus cap. IX. de ritu vario ſepeliendi ait: *Polyandrion dici, quod nos Chriſtiani Cœmiterium vocamus*. Quæ plane gemina ſunt illis, quibus *Antonius Nebriſſenſis in Quinquagena cap.* XII. *pag.* CII. utitur: Locus in quo mortui ſepeliuntur, quod Latine ſepulchretum, tum conditorium appellatur a Græcis πολυάνδρειον, ut eſt in *Ezechiele*, dicatur in noſtra religione Κοιμητήριον Græce. Inde vero appellationem habere videtur, quod *multos* i. e. *mortuos* habeat. Hujus nominis enim πολὺς comparativus πλέονες *mortuos* ſignificat. *Heſychius*, πλέονες, οἱ τετελευτηκότες. Quo ſenſu accipitur ab *oraculo Tarentino*, Ἄμεινον καὶ λῷον ἔσεσθαι σφίσι ποιουμένοις τὴν οἴκησιν μετὰ τῶν πλειόνων. *Petrus Victor. lib.* II. *Var. Lection. cap.* VII. *Ariſtides* Sophiſta idem ſignificatum ſuum facit: *Hæc eos loquutos arbitror facile ad plures, mortuos, ſi modo etiam illo cum pluribus jacere exiſtimandi ſunt, quod mihi ſane non videtur*. Eodem modo loqui *Johannem Catacuzenum in hiſtor. Matth. cap.* IX. & XVI. *Johannes Lorinus ad cap.* VII. *Sapientiæ fol.* 100. animadvertit. Quo ſenſu Latini nomine *plures* ſimiliter utuntur. Liquidum id ipſum eſſe putamus ex *Plauti Trinummo Act.* II. *Scen.* II.

> —— *Lacrumas hæc mihi, cum video,*
> *Ejiciunt, quia ego ad hoc genus hominum duravi:*
> *Cum prius me ad plures penetravi.*

Quo ſenſu LXX. Interpp. locum *Ezechiel.*


chiel. xxxix. 15. ניא המון גוג Πολυάνδρειον τȣ̃ Γώγ: *Targum* vero חילת אתר גושת גוג *vallem multitudinis* efferunt. *Johannes Piscator.* Gogs hauffentz etc.

XVII. Quare nemo ambigit *Polyandrion* Chriſtianis venire nomine Κοιμητηρίȣ. Chriſtiani, quia mortuorum reſurrectionem credunt, & mortem ὕπνον potius & κοίμησιν, quam θάνατον appellandam eſſe volunt, Sepulchra vocant Κοιμητήρια quaſi *dormitoria*, ſeu loca ad quietem & ſomnum comparata. *Chryſoſtomus Homil.* lxxxi. tom. v. Διὰ τȣ̃το καὶ αὐτὸς ὁ τόπος κοιμητήριον ὠνόμασαι, ἵνα μάθῃς, ὅτι οἱ τετελευτηκότες καὶ ἐνταῦθα κείμενοι ȣ̓ τεθνήκασιν, ἀλλὰ κοιμῶνται καὶ καθεύδȣσι: *Propterea ipſe etiam locus Cæmeterium appellatum eſt, ut diſcas, mortuos & hic repoſitos non eſſe mortuos, ſed dormire.* Hinc frequens mentio Κοιμητηρίων apud priſcos hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores. Æmilianus Ægypti Præſes ſic Chriſtianorum Epiſcopos alloquitur apud *Euſebium lib.* vii. *cap.* xi. *pag.* 74. a. *Nullatenus vero licebit neque vobis, neque ullis aliis, vel conventus celebrare, vel in ſic appellata cœmeteria ingredi.* Plura teſtimonia vide apud cl. *Joh. Caſpar. Suicer. in Theſaur. Eccleſiaſt. ex Patrib. Græc. edit. Amſtel.* 1682. *fol. m.* 123. Hoc Cœmeterium etiam *Polyandrion* appellabant, uti probat celebr. *Johannes Faes in animadverſ. ad Gyrald. pag. m.* 326. *edit. Helmſtad.* Et hæc de Nomenclatura Græcorum dicta ſunto.

CAPUT III.

De Nomenclatura Latinorum.

I. Paucis quoque Nomenclaturam Latinorum perluſtrabimus, & quidem (1) vaſa, quæ ad ſepulturam requirebantur. Inter quæ eſt *Loculus*, Græce θήκη. Si vim vocis ſpectemus, θῆκαι repoſitoria dici poſſunt, quo verbo *Plato* 12. *de leg.* uſus eſt, cum de minuendis Sepulchrorum ſumtibus ageret. Adoleſcens apud *Lucam loculo* efferebatur, quia perfectam hominis menſuram non erat aſſecutus: vid. *Jacob. Guther. Tr. de jure Man. lib.* 2. *p. m.* 314. qui loculorum formam, qui in monumentis vulgaribus, ita depingit:



De loculo *Plinius lib.* vii. *cap.* ii. ubi de *Pyrrhi* pollice in dextro pede loquitur, quem cremari cum reliquo corpore non potuiſſe tradunt, conditumque in loculo in templo. Idem *lib.* vii. *c.* xvi. Et ipſi vidimus in loculo aſſervatos. *Paulus Diacon. in Narſet.* Cujus corpus poſitum eſt in locello plumbeo. Loculus enim eſt parvum quoddam receptaculum, ſcribit *Martin. in Lexic. Etymolog. fol.* 1635. Tom. de S. Quercu reddit *a little place, or little room*, aut conditorium, ubi cadaver reponitur, *a bag, purſe, or little coffer, an ambry, a bier or cheſt, or coffin, wherein a dead body is carried.* Ex quibus elucet, loculum fuiſſe parvum vas, in quo mortui efferebantur parvi. Vid. *Laurentium Ramirez de Prado in Hypomnematib. ad Mart. pag.* 265.

II. Sequitur *Capulum* ſeu capulus, quem ſic depinxit *celeb. Cuper. in obſervat. lib.* 2. *cap.* 9. *pag. m.* 206. Jan. Guilielm. Laurenberg. in *Antiquario. edit. Lugdun.* 1622. *pag. m.* 68. Capulum dicit, quicquid aliquam rem capit: unde & Sepulchrum, capulum dicitur, quod corpora capiat. *Plaut. in Aſinar. Perii miſera, ut oſculatur carnifex, capuli decus.* Varro Coſmotoryne περὶ φθορᾶς κόσμȣ: *Propter cunam capulum poſitum, nutrix tradit pollinctori.* Nonius Pappo præterit. *Dum iſtos invitabis ſuffragatores, pater prius in capulo, quam in curuli ſella ſuſpendit nates. De capulis vide Kirchmann. de funerib. Rom. pag. m.* 441. 442. *edit. Brunsvic. Martin. Lexic. Etymolog. fol. m.* 377. *edit. Bremenſ.* Thomas de S. Quercu *a conffin or ſepulcher* explicat.

III. *Arca* quoque ad vaſa pertinet Sepulchralia. Nam ſpeciatim in illa corpus integrum condebatur: vid. *Kirchmann. de funer. Roman. lib.* 3. *pag. m.* 442. *edit. Brunsvic.* Additur his quoque *Solium*, uti apud *Plin. lib.* xxxv. *cap.* xii. in hac ſignificatione reperitur. *Quin & defunctos, inquit, ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluerunt.* Ubi tamen monemus, quod in nonnullis exemplis legatur *doliis* pro *ſoliis*, ſed poſterior lectio oppido retinebitur, cum etiam *Florus lib.* iv. de morte *Cleopatræ* hac voce uſus: confer. *Martin. Lexic. Etymolog. fol. m.* 3681. qui ita, Solium loculamentum, in quo conduntur mortui & quaſi ſedeant in ſolio reclinantur: vid. *Curt. lib.* 10. confer. *Thom. de S. Quercu*, qui Solium *a bier or coffin for dead bodies* appellat.

IV. Inſtrumentum eſt in genere *pheretrum*: in ſpecie *Lectica* & *ſandapila* apud *Kirchmann. lib.* 2. *de funer. Rom. pag.* 173. *ſeqq. Quenſted. de ſepultur. veter. cap.* vi. *pag. m.* 115. *ſeqq.* vid. *Tr. noſtr. de Luctu Græcor.* ubi de his fuſe actum. *Locus* dicitur *Sepulchretum* vel Sepulchrum, de cujus Etymologia & Synonymia vid. *Kirchmann. lib.* 3. *cap.* 10. *pag. m.* 384. *ſeqq. Perott. Corn. cop. fol.* 831. 56. *Thomas de S. Quer-*

Quercu dicit, quod quidam velint Sepulcrum derivari a ſeorſum & pulchrum, quod propter recordationem doloris minime pulchrum & jucundum; ſed potius eſt a ſepelio. Sepulchri homonymiam tradit *Rivet. in Gen.* 37. *exerc.* 151. *f.* 577. Sepulcretum eſt locus pluribus ſepulcris ſacer. Chriſtiani appellant Cœmeterium. Germanice Gottes Acker i. e. agrum Dei: confer. D. *Quenſted. cap.* 8. *pag. m.* 198. *ſeqq.* vid. celeb. *Johan. Faes animadverſ. ad Gyrald. c.* 9. *pag. m.* 324. 325. *edit. Helmeſt.*

CAPUT IV.

De Actu Hebræorum in ſepulcris obſervato.

I. CUM ad Nomenclaturam etiam referri poſſit *Actus* & quod in eo occurrit, conſtituimus vocabula ad Actum pertinentia perluſtrare. Actus apud Hebræos indicatur familiariſſime verbo קבר *operuit terra*. Moris enim erat apud Hebræos cadavera terræ mandare, non cremare, & hic erat *actus* illorum circa Sepulchra. Cognoſcimus hinc *humationem* primum *actum* fuiſſe apud Hebræos, quos deinde imitati ſunt alii, de quibus *l.* 2. fuſe.

II. Pertinet etiam ad Actum *Cadaver*, quod diverſa vocabula ſortitur in Sacris. Dicitur enim (1) מת *Geneſ.* XXIII. 2. 4. 6. ubi Anglus reddit *dead*. Deſcendit a radice מות *morte naturali obiit*, *vel violenta*, *occiſus Geneſ.* 2. 17. quo die çomederis ex ea מות תמות *moriendo morieris*. Eris mortalis & morbis omnibus, omnibuſque maledictionibus obnoxius. Angl. *dying thou ſhalt dye that is ſhalt ſurely and ſoone dye*. Audiamus hic *Henricum Ainsworth. comment. in Geneſ. fol. m.* 12. loquentem: *Under the name death the Scripture comprehendeth deadly plagues as the puniſhment of Ægypt with locuſts, is called dead.* Exod. x. 17. *Alſe inward aſtoniſhments, feares, as Nabals heart died in him.* 1. Sam. XXV. 37. *Likewiſe outward deadly dangers, and miſeries as Paul was in deaths oft.* 2. Corinth. 11. 23. *And for the diſſolution of mans ſoule and body, which we commonly call death, when the ſoule (or ſpirit) goeth out of the man.* Gen. XXXV. 18. *And finally, death is the perdition of body and ſoul in the hell.* Matth. x. 28. 2. Theſſ. 1. 9. Apocal. x. 6. 14. Quando autem de vocabulo מת loquimur, intelligimus naturalem mortem ſeu diſſolutionem animæ & corporis. De aliis vocis ſignificatis vid. *Schindler. Lexic. Pentaglott. fol. m.* 986. *ſeq.* confer. *Buxtorff. in Lexic. Rabbino-Talm. fol.* 1180. His omnibus adſtipulatur Angl. *Gr. Wiliam in Tract.* quem inſcripſit *the beſt Religion. fol. m.* 625. *edit. Londin.* ὁ θάνατος ἐςι ψυχῆς ϗ σώματος διάλυσις. Mors eſt *diſſolutio* animæ a corpore, ſive eſt *ſeparatio* unius ab altero, non *deſtructio*. Non autem per mortem intelligit ultimum mortis ictum, ſed omnia illa quæ mortem cauſant & promovent, quare ita cit. loco literis tradit: *And therefore by death is underſtood not onely the laſt finall ſtroke and fatall ſeparation of the body and ſoule but alſo all other forerunners, and fore cauſers of this diſſolution; as ſickneſſe &c.* Quod autem tunc, quando anima a corpore ſeparata fuit, homo cadaver dicatur, patet ex *Pſalm.* 143. 3. Sedere me fecit in tenebris כמתי quaſi mortuos, i. e. cadaveri jam æquiparatus ſum putrido: vid. *Gejer. commentar. in h. l. pag. m.* 1302.

III. *Cadaver* quoque denotat עצמה & in plur. עצמות. *Joſ.* XXIV. 32. 1. *Reg.* XIII. 31. *Jerem.* VIII. 1. Occurrit hoc vocabulum quoque *Gen.* L. & *Exod.* XIII. 19. ubi ſemper עצמות legitur, quod ſignificat *oſſa*. Deſcendit a radice עצם robuſtus, ſolidus fuit. Hinc עצם & עצם robur, fortitudo, ita etiam *os ſolidum*, crus, quia in oſſibus conſiſtit robur corporis: vid. *Schindler. Lexic. Pentaglott. fol.* 1638. Et ita oſſa pro cadavere accipiuntur in his citatis locis. Verum etiam עצם in Hiphil העצים *claudere* ſignificat, quod mortus ſeu cadaveribus convenit, quorum oculi ſunt clauſi. Unde Rabbini: אין מעצמין את המת בשבת *Non claudunt mortuum in Sabbatho* i. e. *oculos morientis*. Schabb. fol. 151. 2. juxta illud *Eſai.* XXXIII. 15. & *Eſai.* XXIX. 10. Vid. *Pagnin. Theſaur. in Rad.* עצם. Hinc. עצימה clauſio, occluſio oculorum. Hoc munus Hebræi chariſſimis propinquis imponunt, morientium oculos laudere: vid. *Menoch. lib.* 8. *de Republ. Hebr. cap.* IV. *quæſt. Gejer. Tr. de luctu Hebr. pag. m.* 50. De oculis claudendis vid. *Selden. de Synedr. Heb. pag.* 359. *edit. Londin.* Præſtitit id officii patri *Jacobo Joſephus* filius *Gen.* XLVI. 4. ubi Anglus legit: *And Joſeph ſhall pat his haud upon thine eyes*, quæ verba *Henric. Ainsworth.* ita explicat *fol. m.* 156. *edit. Lond. ſhall cloſe up thine eyes when thou dyeſt.* Vide de ritu hoc *Maimonid. in Miſch. tom.* 4. *tr. de luctu*, *cap.* 4. *ſect.* 12. confer. *Tr. noſtr. de luctu Græcor.* ubi fuſe de hoc ritu egimus, *cap.* 3.

IV. Cadaver ſimiliter notat נבלה teſte celeb. *D. Nicolao Gurtlero in explicatione vocum Typico-Propheticarum edit. Brem.* 1698.

1698. *pag. m.* 24. qui ita: נבלה πτῶμα animal mortuum, figura (1) hominis pii occisi, aut humi jacentis. *Esai.* XXVI. 19. Vivent mortui tui, cum cadavere meo resurgent. Testes Jesu Christi & ab Anti-Christo oppressi, & velut mortui in Sepulchro detenti, prodibunt in lucem, *Apoc.* 11. 9. (2) notat victimam idolo oblatam. *Jer.* XVI. 18. Contaminaverunt terram meam cadaveribus abominationum suarum. (3) hominem aut populum interitui vicinum, *Matth.* XXIV. 18. *ubicunque fuerit cadaver, illic cogentur aquilæ.* Pro cadavere accipitur in Scriptura variis in locis, ut 1. *Reg.* XIII. 29. *Esai.* 26. 19. *Jerem.* 9. 21. 26. 23. *confer. Levit.* V. 2. *Deut.* 21. 23. Loca hæc evolvamus & veritatem deprehendemus. Quod *Reg.* 13. 29. attinet, loquitur textus de Propheta quodam, quem Leo in via occiderat, de quo *vers.* 25. Et ecce viri transeuntes viderunt נבלה cadaver projectum in via: & *vers.* 29. Tulit ergo Prophetes נבלה cadaver viri Dei. Significatque referente *Schindlero in Lexic. fol. m.* 1060. *cadaver hominis vel bestiæ non naturaliter mortuæ, omne corpus mortuum.* Idem confirmat *Jeremias cap.* 9. 21. Cadaver hominis cadet sicut stercus in superficie agri, i. e. homines gladio vel peste occisi, quasi stercus in agro jacebunt. Similiter *Deut.* 14. ne comedes omne נבלה *cadaver.* LXX. θνησιμαῖον morticinium, quod vitam exhalat sine legitimo ritu mittendi sanguinis. *Aisworthius commentar. in h. l. fol. m.* 53. *edit. Londin.* bene exposuit ita scribens: *yee shall not eate of any carkasse, that either dieth alone, or not orderli slaine:* confer. *Levit.* 7. 24. ubi iterum de cadavere bestiæ loquitur, ne cadaveris adeps morticini comedatur, quod sua sponte mortuum, aut non legitimo modo mactatum. Duplex enim peccatum erat vesci adipe cadaveris, uti ex *Maimonide tom.* 2. *tract. de prohibit. cibis, cap.* 7. *sect.* 2. *Ainsworthius Comment. in* h. l. refert his verbis: *He that eateth the fat of a dead beast, is guilty both for eatingh the fat, and for eating the dead or torn beast.* Quid autem fuerit נבלה fuse explicat *Ainsvvorth. Commentar.* in *Lev.* 17. *fol. m.* 101. ex *Maimonide in tract. de prohibitis seu interdictis cibis, cap.* 4. *sect.* 1. 2. 3. 4. 8. cujus verba, licet prolixa, hic adscribere non pigebit, ut eo melius constet, quid Rabbini per cadaver intellectum velint. *Hee*, inquit, *that eateth (præsumptuosly) so much as an olive of the flesh of any cattell, that is dead, or vvilde beast that is dead, or fovvle that is dead, is to be beaten. And vvhatsoever is not killed so as is meet, loe that is a carkasse. Nothing is forbidden by the name of a carkasse, but the sorts of cleane things onely; because they are fit to be slaine, and if they be slaine, after a lavvfull manner, they are lavvfull to be eaten. But uncleane things, vvhose slaying availeth them not, vvhether they be duely slaine, or dye alone, or the flesh be cut off from them alive, vvho so eateth of them is not beaten as for a carkasse, but as for eating of from uncleane flesh. Who so eateth a cleane bind alive all of it, is beaten as for eating of a carkasse. And it is unlavvfull to eat of any beast that is borne, untill the eight nigt (after)* Exod. 22. 30. *for vvho so tarieth not eight daies for a beast, it is an untimely birth; though he is not beaten for that. The lavv forbiddeth that vvich inclineth to dye, though it be not already dead: and forbiddeth a dead thing, and that is a carkasse. There in not difference in the dath, whether in dye of it selfe alone, or vvhether it fall and dye, or vhether it be strangled untill it dye, or that a vvilde beast hath rent and killed. it.* i. e. *Qui tantum carnis (præsumptuose) edit, quantum est olea de mortuo cadavere bestiæ, vel avis mortuæ verberatur. Et quicquid non legitimo modo mactatum, cadaver est. Nihil sub nomine cadaveris prohibitum, quam solum mundanarum rerum species, quia illæ aptæ sunt, ut mactentur, & si legitimo modo mactatæ, comedere liceat. Verum res immundæ, quarum mactatio legitime facta, vel quæ moriuntur, vel caro illarum adhuc viventium abscinditur, & comeditur, non verberatur, acsi cadaver comedisset, sed quod carnem immundam comederit. Qui edit partum purum vivum, verberatur ob esum cadaveris. Ita qui carnem immaturi partus edit bestiæ mundæ, verberatur ob esum cadaveris. Illegitimum enim est comedere carnem mundæ bestiæ octo diebus nondum effluxis, juxta* Exod. 22. 30. *qui itaque non octo dies moratur, est partus immaturus, licet ob hanc rem non verberetur. Lex prohibet morti proximum, licet nondum sit mortuum: & prohibet rem mortuam & hoc est cadaver. Nulla differentia est inter mortuum, an sua sponte moriatur, an cadat & moriatur, an stranguletur, donec moriatur, vel an bestia occiderit & lacerarit.* Conferantur huc quoque *Leges Hebr. a cl. Hottinger. edit. pag. m.* 212.

V. Cadaver itidem apud Hebræos פגר appellatur, uti varia Scripturæ Sacræ loca testantur, ut 2. *Par.* 20. 24. — *vidit procul omnem late regionem plenam cadaveribus: & v.* 26. *inter cadavera*, h. e. cor-

corpora sine anima, quippe פגר corpus exanime significat juxta *Schindler. fol.* 1420. & juxta *Buxtorff. fol.* 1697. corpus destructum. Ita 2. *Regum* 19. 35. de occiso Exercitu Assyriorum legimus: — *vidit omnia corpora mortuorum*. Huc referendus locus *Jerem.* 31. 40. ubi הפגרים reperimus, quod scil. illic interfecti fuissent Assyrii ab Angelo. Unde *vallis cadaverum*, ubi cadavera putruerunt. *Joh. Drus.* in h. l. הפגרים Th. φαγαρὶμ. Phagarim. In *Complut. &* apud Theodoret. καὶ πᾶσαν φάραγγα φαγαρὶμ. Vid. *Jerem.* 33. 5. confer. *Numer.* 14. 29. Ita clare 1. *Sam.* 17. Et *dabo* פגר *cadaver castrorum Philistæorum hodie avibus cœli*. Ex his satis apparet quod vocabulum cadaver denotet, in quo nulla anima, sed corpus destructum.

VI. Voce נפש in Sacris quandoque significari *cadaver* constat, licet Dn. *Frideric. Mullerus Professor quondam Gissensis* hoc oppugnare videatur, quando in dissertat. de Sepulcr. in hæc erumpit verba. *Sed assertores* hi destituuntur evidentia exemplorum; ut patebit inspicienti loca, quæ huc allegantur ex *Hagg.* 2. 14. *Levit.* XIX. 28. *Num.* V. 2. *Levit.* XXI. 11. Testes allegationis habeo *Glass. Rhetor. Sacr. p.* 1101. *seq. Dieu in Genes.* IX. 4. *Drus. apud Cl. Hackspan. Miscell.* 1. 1. 11. *p.* 12. *seq.* Videamus vero, quantum valeant loca singula. Sane *Hagg.* 2. 14. sufficit intelligere טמא נפש *Theme Nephesch* de impuro vivo, quia impura sunt varia *Levit.* XXII. 4. ac viva monstrantur nobis exerte, *Num.* XIX. 18. *Levit.* XI. 44. Observatur quoque in Sacris fere tribui tactum vivis, lapsum cadaveribus: Vid. *Levit.* XI. 31. 32. *Num.* XIX. 18. Hoc si universale est, nos arcte continebit intra explicationem de impuro vivo. Jacent enim Prophetæ verba planissime, ita: Si tetigerit, polluta anima, illa (ex vers. præced. panem, vinum, oleum &c.) singula, an polluentur? Secundus ex *Levit.* XIX. 28. locus est valde ambiguus: nec dum constat, an illud לנפש *Lanephesch*, hic vivum, aut mortuum, hominem ne, an aliud animans indigitet. Siquidem notari stigmate cutis potuit, vel, ut in notato conservaretur defuncti memoria; vel ut notatus dicaretur animanti, cui pietatem, religionemque suam is devotum ibat: confer. *Brent. in h. l.* Tertius ex *Num.* V. 2. conf. *Num.* VI. 11. IX. 6. VII. 10. locus subinnuit, incestatos seu fœdatos seu pollutos funere; sed ipsa locutio est Elliptica, & parturit, quamdiu supplemento suo destituitur, meras ambiguitates. Unde enim istud טמא; cum variæ sint causæ inducentes pollutionem? Ecquod vero istud נפש, ex tot animantium generibus, quibus idem nomen in Sacra Scriptura tribuitur, *Gen.* 1. 20. 21. 24. 9. 5. 10. 12. 15. 16. *&c.*? Imo, quale istud est נפש; utrum spirans, an exanimatum? Denique præfixum ל (Lamed) quid indicat? an; quod in commodum funeris, cessura sit ista pollutio? an; quod piaculum debeatur funeri? an; quod ultimi officii exhibitione contracta sit impuritas? Contra has similesque ambiguitates, quæratur prius ex *Num.* 19. 11. seqq. 6. 7. congruum formulæ nostræ supplementum; ac tum despiciatur, de incommodis vocabulorum. Omnia forte recident in eandem, cum loco sequente difficultatem. Quartus enim idemque ultimus ex *Levit.* XXI. 11. conf. *Num.* 6. 6. 19. 11. 23. 10. locus expressa litera mortem adscribit ipsi נפש. Verum salva res est, si meminerimus, נפש sæpissime stare loco nominis, utrique sexui communis, confer. *Levit.* XXIV. 17. 18. & significare totum ex anima & corpore compositum, animans, confer. *Genes.* 2. 7. 9. 5. 14. 21. Hic Latini commode per suppositum aut personam exprimunt נפש: & Hebræorum *Nephesch meth* valebit Latino idem, quod hoc, aut simile, exemplum: mortua persona, funus, exanimatus aliquis &c. Ita *Num.* XXIII. 10. istud נפשי moriatur, idem est, ac: ego moriar; interprete ipso *Hackspan. Miscell.* 1. 1. 20. Absolvi, pergit, exemplorum allegatorum examen; ac intelligo, exempla producta non esse idonea ad defendendam litem, quæ intendebatur; Itaque conquirenda erunt alia exempla, quæ fidem faciant, quod *Nephesch* & *Niblah* usurpentur promiscue de cujusvis animantis fœtido cadavere. Ex positis enim exemplis hoc solum patet: quod *Nephesch meth* dicatur de funere seu de homine recenter mortuo: conf. *Flac.* 1. *Clav. Scr. in voce Anima* §. 6. & 12. *Nephesch meth* dici per Antiphrasin volunt *Glass. l. c.* & *Hackspan. in Ps.* 16. 10. *p.* 68. Hos, ego non censeo. De Antiphrasi tamen videsis *Voss. Inst. Or.* 4. 13. 11. *p.* 251. *seqq.* §. 13. *Nephesch*, alias venire Judæis, pro Epitaphio, neminem latet. Huc usque *Mullerus*.

VII. Verum hic calculum Dn. *Mullero* addere non possumus: & quidem quod ad locum *Hagg. c.* 2. attinet, eidem viros autoritate pollentes opponimus, qui verba Prophetæ non de impuro vivo, sed de cadavere intelligunt. Ita *Munster. comment. in h. l.* Immundus autem super anima est, qui corpus hominis mortui tetigit. *Vatablus. Immundus*, pollutus anima in omnibus istis. *Anima pro cadavere humano*, ut Levit. XXI. 1. Ita quoque *Cla-*

Clarius in h. l. Johannes Drusius, pollutus anima, i. e. *tactu cadaveris*. Hic perspicue *anima* pro cadavere ponitur. Firmabo hoc, inquit, testimonio Hieronymi: *Immundus in anima*, scribit, *dicebatur, qui corpus mortui hominis attigerat*, & paulo post, *pollutus in anima, h.e. qui contagione mortui est immundus effectus*. Idem ex Græco ἀκάθαρτος ἐπὶ ψυχῇ reddit, *pollutus super mortuo*. Quod autem ex *Levit. cap.* XXII. 4. velit probare de impuro vivo intelligi, vix habebit. Textus enim ita sonat: Qui tetigerit immundum super anima. *Junius* & *Tremellius* vertunt *mortuo*. Et Anglus: *He that toucheth any thing that is uncleane by a soule*: per animam *Ainsworth.* intelligit *cadaver*, quando ita literis tradit: *by a soul, tie Greecke translateth any uncleanes of a soule, vvhereby the dead is meant*. Et licet etiam viva immundum reddant, uti ex Levit. cap. cit. & *Num.* XIX. ostenditur; attamen nulla re magis polluitur, quam ex cadavere: vid. *Ainsvvorth. fol. m.* 123.

VIII. Deinde locum secundum ex *Lev.* XIX. 28. valde ambiguum esse asserit *Mullerus*, quod veritati contrarium videtur. Expresse enim ibi textus loquitur de *cadavere* seu *homine mortuo*, quando prohibet, ne *incisionem* faciant Israelitæ ob *mortuum*. De hoc ritu videatur *Gejer. in libell. elegantiss. de luctu Hebræor. c.* X. §. 2. *pag. m.* 230. 231. 233. *seq.* Hic sane *anima* ponitur pro homine mortuo, uti *Num. cap.* VI. 6. clare indicatur, ubi textus ita legit: Omni tempore consecrationis suæ super mortuum (juxta Hebr. Anglus reddit *at a dead soule*) non ingredietur. Et *Targum* hic referente *Ainsvvorthio* exponit, *at the sonne of man that is dead*, i. e. *super filium hominis, qui mortuus est*. Ita *anima* hoc loco ponitur pro corpore mortuo, ubi anima est separata. Nam juxta *Canones* Hebræorum, mortuus non polluit, nisi anima separata fuerit, *Maimon. in Tumath meth c.* 2. *f.* 15. Chald. locum Levit. vertit cadaver. Et Moses seipsum explicat *Deut.* 14. 1. Ne incidetis, nec facietis calvitium super mortuo טמא נפש Græcus retinet *animam*. Ita etiam apud *Latinos* anima pro corpore mortuo accipiebatur, uti ex *Virgilio Æneid.* 3. constat: *Animamque sepulchro condimus*. Quare qui apud Hebræos incisionem faciebat pro mortuo (Heb. anima) verberabatur juxta canones Hebræorum, *Maim. tr. de Idololatr. c.* 12. *sect.* 12. cujus verba Anglice recenset *Ainsvvorth. Comment. in Levit. fol. m.* 118. his verbis: *He that did cut one gash for the dead, vvas to be beaten; and vvheter he vvere a Priest, or an other Israelite, if he cut one gash for five dead persons or five for one dead person, he vvas to be beaten five times*. Ex his clare elucet locum non esse ambiguum, uti voluit *Mullerus*, sed clarissimum.

IX. Simili ratione respondemus cum *Ainsvvorthio ad locum Numer. cap.* V. 2. quem putat ellipticum esse, nisi addatur טמא. Præcipe ut ejiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super (anima Hebr.) *defiled by a soule*, i. e. cadavere. Chaldæus hic vertit *super ossibus animæ hominis*, accipiens *animam* pro *cadavere*. Sic quoque Quartum locum *Lev.* XXI. 11. explicant Doctores de corpore mortuo: confer. *Ainsvvorth. Comment. in h. l. fol. m.* 125. & 127. Quare merito *Mulleri* opinionem rejicimus, & discimus, quod נפש semper pro mortuo sumatur, quando pollutionem aliquam involvere dicitur. Et hæc de *actu* circa Sepulchra apud Hebræos observata sufficiant.

CAPUT V.

De Actu in Sepulchris observato ex Nomenclatura Græcorum & Latinorum.

I. Actum signant Evangelistæ phrasi τίθεσθαι ἐν τῷ μνημείῳ, conf. *Apoc.* XI. 9. Idem alias indicatur verbo θάπτειν, quod videtur non minus late patere, quam Latinorum *sepelio*. Scripsit enim de *Colchis Ælianus, lib.* IV. 1. τοὺς νεκροὺς ἐν βύρσαις θάπτουσι, καὶ καταῤῥάψαντες, ἐκ τῶν δένδρων ἐξαρτῶσι: *Colchi mortuos suos in pellibus sepeliunt, & insutos ex arboribus suspendunt*. Id ipsum θάπτειν a LXX. *Genes.* L. 26. peculiariter adhibitum fuisse pro Hebr. חנט quod significat ἐνταφιάζειν, i. e. aromatibus condire. Observat *Drus.* l. c. Sed in textu citato nondum evidenter potuimus reperire istum verbi usum.

II. Bis occurrit hoc verbum in N. Testamento, nempe *Matth.* 26. 12. de muliere in domo Simonis leprosi unguentum in Christi caput effundente, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν. & *Joh.* 19. 40. καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν. Utrobique vetus Interpres *sepelire* vertit. Ita etiam *Castalio, Clarius, Drusius*. Beza, Piscator & alii reddunt *funerare*, rectius omnino. Optimæ Glossæ: Ἐνταφιάζω *funero*. *Casaubonus* in h. locum: Ego, inquit, distinguendum esse arbitror inter θάπτειν & ἐνταφιάζειν, idemque inter ἐνταφιασμὸν & ταφήν. Θάπτειν enim *sepelire* significat: at ἐνταφιάζειν *est corpus ad funus*

nus componere, & ornamentis, ut ſic dicam, ſepulchralibus ornare: quæ Græcis ἐντάφια vocantur. Ergo quod funditur unguentum in Chriſti caput, id pertinet ad τὸ ἐνταφιασμὸν, non ad τὴν ταφήν. Hactenus ille. Ἐνταφιάζειν ergo eſt *ad ſepulturam parare*, & præcedit, utpote prius ordine, & τὸ θάπτειν *ſepelire* ſequitur ut poſterius. Patet hoc etiam ex *Gen.* L. 2. ubi Hebr. חנט ſignificat aromatibus condire corpora mortuorum: vid. *Nicol. Fuller. Miſcell. Sacr. lib. 6. cap.* 18. ubi quid Hebr. חנט, quid ἐνταφιάζειν & ἐνταφιασμὸς ſit fuſe exponitur: confer. huc *Dieteric. Antiquit. Bibl. fol. m.* 146. *Suicer. Theſaur. fol. m.* 1124. 1125. *Balduin. Walæ. Comment. in h. l. Queſted. de Sepultur. veter. cap.* V. *pag. m.* 79.

III. Apud Latinos *Actus* exprimitur verbis *ſepelire*, *humare*, *condere*. Sepultus enim intelligitur quovis modo conditus teſte *Plinio hiſtor. nat.* 7. 54. Humati dicuntur non niſi humo contecti, *Perott. fol.* 831. 52. Sepultura humari dixit *Cicero* 2. *de Legib.* 56. §. 8. Cadaver dicitur alias corpus mortuum exanimum, alias funus. Cadaver inquit *Martin. in Lexic. Etymolog. fol. m.* 222. *edit. Brem.* eſt corpus exanime animalis, quia egreſſa anima non amplius inſiſtit & ambulat, ſed cadit, ut poſſit dici πεσὸν σῶμα, cadivus truncus. *Scal. l.* 3. *c.* 12. Eodem modo, Græcis πτῶμα a πίπτω; etiam πέσος *Euripidi in Phœniſſ.* 4. & πέσημα. Vocabul. Vet. vult dici *Cadaver*, quod ſit *caro vermibus data*, quæ Etymologia potius alluſiva.

IV. Appoſite ad hanc rem *Servius in Æneid.* II. *v.* I. *f.* 1589. Conſuetudo, inquit, Romana fuit, ut polluti funere minime ſacrificarent: ſi tamen contingeret, ut uno eodemque tempore & funeſtaretur quis, & cogeretur dare operam ſacrificiis, laborabat, ut ante ſacra compleret, quam funus agnoſceret: Unde etiam Horatius Pulvillus in Capitolii dedicatione, cum ab inimicis ei filius extinctus nunciaretur, ait: Cadaver ſit, nec voluit funus agnoſcere donec templa dedicaret. Sic ille. *Cadaver* aliquando voce *Animæ* per Synecdochen partis pro parte ſignificari, vult non nemo, fretus *Virgilio*, qui *Æneid.* III. 62. *ſeq.* ita canit:

Ergo inſtauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus: ſtant manibus aræ
Cæruleis mœſtæ vittis atraque Cupreſſo:
Et circum Iliades crinem de more ſolutæ,
Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras: animamque Sepulchro
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.

Et *Æneid.* XI. *v.* 22. *ſeqq.*

Interea ſocios inhumataque corpora terræ
Mandemus: qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt:
Ite, ait: egregias animas, quæ ſanguine nobis
Hanc patriam.

An autem recte, quæritur? ad quam quæſtionem *Negando* reſpondemus, quia in neutro Poetæ loco eſt quicquam, quod ad cadaver pertineat, ubi de Anima Poeta loquitur. Non in priore: Hi enim Trojani tumulum non aperuerant, ſed editiorem duntaxat faciunt, ut poſſit poſthac agnoſci Sepulchrum, neve denuo violetur ab imprudenter cæſuro ibi ligna. Ipſi ergo animæ juſta erant facienda, tum ad expiationem Sepulchri, ab Ænea violati, tum ad animam quiete ſua donandam. Cauſam illam *Donatus f.* 683. hanc *Servius fol.* 681. in h. l. comprobant. In *poſteriore* Virgilii *loco Animas* pro *Cadaveribus* non ſumi apparet ex toto undique contextu. Ideo Interpretes hic per *Synecdochen* partis pro toto accipiunt *Animas* pro *viris Defunctis*. Fuit ille tropus huic loco adeo neceſſarius, ut neutiquam ſenſa animi ſatis expreſſiſſet, ſi aliter fuiſſet locutus Poeta. Ad animam enim redundant plurima commoda ab iſtis ſupremis muneribus, de quibus in loc. cit. confer. *Muller. diſſer. de Sepulchris*, *Kirchman. de funerib. Romanor. lib.* 4. *pag.* 330. *ſeq.* *Quenſted. de Sepult. veter. pag. m.* 164. *ſeq.*

CAPUT VI.

De Ammah ſeu Cubito.

I. ALlegatur in *Bava Batra* 6. 8. אמה *Ammah* ſeu Cubitus, quo dimetienda ſint Sepulchra; quæritur, quanta ſit ejus Cubiti longitudo? Quippe obſervat ex Philippo Aquinate *Buxtorff. in Lexic. Rabbino - Talmudic. Radic.* אמם *fol.* 112. Triplex Cubiti genus fuiſſe in Sanctuario: Primum v. palmorum. Alterum ſex palmorum. Tertium x. palmorum. Tradit vero *Comment. idem*, quod humanæ ſtaturæ ſufficiat dimenſum 3. Cubitorum. Monet enim iterato, quod ipſius

Meth seu mortui longitudo sit 3. Cubitorum; sed, quod *Koko* assignetur longitudo 4. Cubitorum propter loculi tantam longitudinem. Porro constat ex tract. Cl. *Mulleri de statuis* 5. 3. 5. *seqq.* usitatiorem humanæ staturæ modulum subsistere intra *6.* pedes. Hinc adeo colligere pronum est, esse ternos Cubitos fere senis pedibus æquales; ac uno Cubito contineri binos pedes. Denique solemus pedi nostro 4. palmos, atque 8. palmos pedi geminato tribuere. At supra Judæus dedit Cubito suo *6.* טפחים *Thophechim*. Erunt itaque palmi 8. octoni fere æquales *6.* senis Thophechim: & 18. Thophechim erunt fere æquiparanda 24. palmis. Hæc pro modulo Cubiti & Thophechim dicta sunt. Quibus etiam finem libro primo imponimus.

LIBER SECUNDUS DE SEPULTURA ET SEPULCHRIS VARIARUM GENTIUM.

Argumentum Libri Secundi.

Ne longioribus ambagibus Lectores Benevolos detineamus, brevibus argumentum libri hujus referam, quod aget de Sepultura & Sepulchris diversarum gentium ac nationum, quarum mores fuse descripturi sumus, minime dubitantes, quin labor hic maximo usui sit futurus. Hoc tantum precibus flagito ut bene memoriæ imprimantur ea, quæ non sine longo labore congessimus. Non minimum etenim adminiculum esse potest studiosis de Sepultura & Sepulchris sermones habituris nosse variorum populorum mores circa Sepulturas observatos, qui ansam dabunt meliori fructu proponendi ea, quæ ad ædificationem pertinent. Præmittemus itaque quædam summatim de Sepultura, deinde proponemus Sepulchra observata in *Asia*, *Africa*, *Europa*, & *America*.

CAPUT PRIMUM.

De Sepulturæ Jure.

I. Sepultura a sepeliendo, atque hoc vel a sepiendo, quia locus, quo conditur cadaver, lapide vel humo sepitur, vel a Chaldæo שפל *humilem esse*, quia sepulti humili loco conduntur, dicitur. Proprie notat *rem sepultam*, sicut scriptura rem scriptam. Improprie vel locum conditus vel actum condendi, quo sensu & nos usurpamus. Respondet vox Hebræa קבורה a קבר, quod latiori notione significat terræ reddere, strictiori *terra condere*. Græcos voce θάπτειν eadem notione usos esse liquet tum ex *Photio*, qui inter argumenta librorum Ctesiæ refert caput hoc καὶ περὶ τοῦ θάψαντος τὸν πατέρα διὰ τοῦ πυρὸς παρὰ τὸν νόμον, tum ex *Diogene Laertio*, qui in prœmio tradit, *magos profanum ducere, igne sepelire*. Sed & Latinis in usu fuisse hanc notionem docet illud:

> *Nec nudum curo, sepelit natura relictos.*

Est autem Sepultura mortuorum, ut paucis finiamus, actio ejusmodi, qua vivi potestatem habentes corpora defunctorum honeste deducta loco idoneo decentibusque ritibus humi recondunt, ad maturandam eorum putrefactionem, ac testandam spem resurrectionis eorum futuræ, & ne corpora, quæ Templa fuerunt, vel esse debuerunt Spiritus Sancti, ludibrio exponantur, vel ab animantibus indignis modis dilanientur.

II. Ex quo fonte jus Sepulturæ deducendum varie disquiritur. Ex jure Gentium derivant *Kirchmann. de funerib. Roman. appendic. cap. 3. pag. 683. D. Quensted. de Sepult. vet. cap. 11. pag. 19. seqq.* Verum nos cum aliis viris doctissimis sta-

ſtatuimus, Sepulturam eſſe *juris naturæ*, *divini* & *Gentium*. Quod ſit juris naturæ *Petr. Gregor. Tholoſan. in prælud. optimi Juriſconſulti lib.* 2. *cap.* 44. *edit. Lugd.* 1583. probat autoritate *Dionis Pruſæenſis Sophiſtæ*, qui jus Sepulturæ juris naturalis eſſe dixerit in oratione περὶ ἔθους de conſuetudine, ubi ita, Τὸ γοῦν μὴ κωλύειν τοὺς νεκροὺς θάπτειν, οὐδαμῆ γέγραπται, πῶς γὰρ ἂν ὑπήκουον οἱ κρατοῦντες τοῖς τῶν ἡττωμένων ἐπιτάγμασιν, ἀλλὰ ἔθος ἐςὶ, τὸ ποιοῦν τῆς φιλανθρωπίας ταύτης τοὺς κατοιχομένους τυγχάνειν, i. e. *Nuſquam probibitum eſt, mortuos ſepelire, quo enim victores obtemperare vellent juſſis illorum qui ſuccubuerunt? at conſuetudo eſt, quæ facit, ut defuncti fruantur hac humanitate*, hæc ibi. Neque potuis ſatis mirari alias formicarum pietatem, quæ velut iſtius juris participes ſeſe inter ſe ſepeliunt mortuas, ut & ſcribit *Plin. lib.* XI. *cap.* 30. Quæ vel ſolæ ad ſuadendam mortuorum curam ſufficere queunt.

III. Corpora defunctorum humi recondenda eſſe divino jure præceptum eſt. Ita enim divinum oraculum habet *Gen.* III. 19. *Terra es & in terram reverteris:* quibus verbis Deus Protoplaſtos docere voluit, quod illud, quod ex terra ortum, terræ deberi neceſſe ſit: vid. *celeb. Andreæ Adami Hochſtetter. diſſ. de officio erga defunctos ſecundum legem naturæ, edit. Tubing.* 1701. confer. *Henric. Ainsworth. Comment. in Gen. fol. m.* 18. *edit. Londin.* Et *Eccleſ.* XII. 7. dicitur: וישב העפר על-הארץ כשהיה׃ *Et revertatur pulvis in terram, quemadmodum erat.* Conferantur huc annotat. *Gejer. in h. l. pag. m.* 467. 468. Quod ſi cadavera inhumata relinquerentur, beſtiis potius in alimentum cederent, quam in pulverem redigerentur. Quam indecorum hoc ſit, erudite ſatis oſtendit prælaudatus *Hochſtetterus Fautor noſter venerandus* §. 15. 16. *diſſert. cit.* Neque etiam obſtat, quod ſepulti videantur vermium & ſerpentum eſurialis victima fieri, juxta illud *Syracid. cap.* X. 13. Ἐν γὰρ ἀποθανεῖν ἄνθρωπον, κληρονομήσει ἑρπετὰ καὶ θηρία καὶ σκώληκας. *Cum mortuus fuerit homo, hæreditabit ſerpentes, beſtias & vermes*. Ita vertit Vulgatus. Etenim ſi maxime verum eſſet, corpora humata infra terram a vermibus, ſerpentibus ac beſtiis corrodi & conſumi, tamen haud longo poſt intervallo ἐμμέσως, una cum vermibus in terram redigerentur. Tum etiam regulariter & ordinarie humata corpora in pulverem reverti, experientia teſtatur, ubi a veſpillonibus ſæpe moventur corpora, in quibus nulla apparent veſtigia corroſionis, nulli vermes reperiuntur, & quæ ſæpius integra videntur, leviter mota in pulverem abeunt & evaneſcunt. Quæ vero de ſerpentibus habent, figmento ſimillima ſunt, inprimis ea, quæ de ſerpentibus ex ſpina dorſi hominis, vel ex ſpinæ medulla oriundis, *Plin. lib.* X. *cap.* 66. & ex aliis *Philipp. Camerar. Horar. Succiſ. lib.* I. *cap.* II. memorant. Quamvis enim quibuſdam in cadaveribus reperti eſſent, nihil inde adverſus divinam ſententiam pronuntiare fas eſſet, quia fieri poteſt, ut aliunde advenerint, non ex corpore prognati fuerint. Atque eandem ob cauſam terram *Syracid. cap.* XL. I. vocat μητέρα πάντων *matrem omnium*, quia mortuos ſinu ſuo excipit, & pulverem & oſſa noſtra uſque ad diem reſurrectionis complexu ſuo cuſtodit. Et *Nazianzen.* homines appellat διςαφέας, *bis ſepultos*, quod primum in alvo matris tecti & quaſi ſepulti jaceant, antea quam in vitam hanc naſcantur: deinde in alveo terræ lateant, donec ad æternam vitam reſuſcitentur.

IV. Hinc adeo antiquiſſimus perpetuuſque in Eccleſia uſus obtinuit, ut defunctorum corpora mandarentur terræ. Exempla multa occurrunt in Scriptura Sacra, ut *Geneſ.* XXIII. 14. 19. XXV. 9. XXXV. 8. 19. 47. *Num.* XX. I. *Joſ.* XXIV. 30. & alia plurima. Quin & ipſe Deus morem hunc affirmavit *Deut.* XXXIV. 6. ubi ſervum ſuum *Moſen* ſepeliviſſe dicitur in terra *Moab*, e regione *Beth-Peor*: vid. diſſ. *Gerhardi de Sepultura Moſis*. Nam quod verba illa ויקבור אותו inter *Hebræos Aben-Ezra* aliique ad *Moſen*, quaſi ſeipſum ſepeliviſſe diceretur; alii ad Deum quidem, ſed miniſterio Angelorum utentem referunt, dilutum eſt. Quippe ad ſubjectum proximum, nimirum Jehovam referendum eſſe & ſeries contextus arguit, & Judas verſ. 9. inſinuat, tribuens id *Michaeli* Archangelo, hoc eſt, Jehovæ Chriſto, uti evincit παραλληλία text. *Zachar.* III. 2. ubi is, qui cum Sathana diſceptavit, eumque Deo increpandum commiſit, vocatur Jehova. Atque ei ſententiæ etiam *R. Abarbenel* calculum addit. Audiamus etiam Anglum *Henric. Ainsworth. comment. in h. l. Deut. fol. m.* 167. differentem: *he burried him, that is Jehovah burried him, or Michael (that is Chriſt, who is Jehovah one with te Father*. Sed & accedit efficaciſſima ratio, neceſſitas nimirum putrefactionis corporum, ut poſtea ad reſurrectionem & renovationem ſint idonea. Cujus rei ſpecimen quotidie in ipſo naturæ curſu apparet, videlicet in proventu fructuum. Fructus enim quos e terra metimus, unde niſi ex putredine naſcuntur? Quippe ſemente facta niſi grana emoriantur & putre-

trescant, nihil proveniet. Cum igitur generationis principium & causa sit corruptio, necessum est, ut ea præcedat. At corruptio omnimoda corporum & putrefactio ubi commodius, quam in utero terræ contingere potest? Qua argumentatione usus est *Paulus* 1. *Cor.* xv. 37. 38. Unde in lingua nostra passim moris est cœmeteria nuncupari *agros Domini* Gottes Acker / quia in iis corpora piorum veluti quædam grana in spem futuræ resurrectionis seminantur.

V. Neque ex divino tantum mandato, sed etiam ex jure Gentium voluntario corporibus vita defunctis sepultura debetur. Unde *Dio Chrysost.* inter *mores* seu ἔθη, quæ τοῖς ἐγγράφοις seu scripto juri apponit, post legatorum jura commemorat, *μὴ κωλύειν τοὺς νεκροὺς θάπτειν*, *non probibere quo minus sepeliantur mortui*. *Seneca* quoque *lib.* I. *Controv.* inter jura non scripta, sed omnibus scriptis certiora ponit *humum porrigere cadaveri*. Et *Isocrates in Panathen.* ubi *Adrasti Argivorum* Regis memorabilem recitat sententiam, humare mortuos esse morem antiquum & jus patrium, quo omnes inter se homines utuntur, quodque non ab humano proditum ingenio, sed a divina imperatum potentia videatur: confer. *Excell. Dn. Andreæ Adami Hochstetteri Fautoris nostri differt. moral. de officio erga defunct. secundum leges naturæ* §. 7. *Euripides* jus hoc Sepulchri *νόμον βροτῶν legem hominum*, Lucanus *hominum ritus*, Papinius *Terrarum leges & mundi fœdera*, Tacitus, *Sortis humanæ commercium*, Lysias *Spem communem* vocant. Quique id juris aliis exsolvere detrectant, eos *hominem exuere* Claudianus, *naturæ dedecus* facere Leo Imperator, *τὴν ὁσίαν ὑβρίζειν* fas violare *Isidorus* Pelusiota, dixere. Plura ex hoc jure Gentium voluntario qui cognoscere avet, adeat licet *Hugonem Grot. de J. B. & P. lib.* II. 19. I. Sane etiam apud Athenienses sepulturæ tanta cura fuit, ut dux cæsos sepeliri negligens morte mulctaretur. Sic *Alexander Magnus* milites suos magnifice sepeliebat, ut autor *Diodor. Sicul. lib.* 17. indicat. Et *Nicias* totum exercitum subsistere jussit, ut duos milites sepeliret. Et hæc de Jure Sepulturæ sufficiant.

CAPUT II.

De Causis finalibus Sepulturæ.

I. QUem porro in finem & Deus præceperit, & gentes receperint morem sepeliendi, inquirendum. *Moschion* olim censuit, sepulta primo fuisse cadavera, ne giganteæ feritati mandendi homines obnoxia essent. Aliis videtur hoc modo homines velut sponte solvisse debitum, quod alioqui vel ab invitis natura repetit. Quippe homines ex terra ortum habere, non Deus tantum *Adamo* edixit, sed & exotici Autores passim agnoverunt. Si e terra originem traxerunt principia nostræ mortalitatis, in terram etiam tandem resolvi debent. Et tu quisquis es, laborabis continuo in hoc mundo; donec revertaris in terram, de qua sumtus es: vid. *Job.* x. 9. *Psalm.* 103. 29. *Psalm.* 145. 4. Quod ad Autores exoticos; *Cicero* ex *Euripidis Hypsipyle* monuit, *terram terræ reddendam esse*, & *Propertius lib.* 2. de certo quodam defuncto cecinit: —— *qui nunc jacet arida pulvis*. Hinc quidam Rex *Galliæ* suam tumbam hoc Epitaphio insigniri voluit:

RISI, PLORO, FUI, NON SUM. STUDUI, REQUIESCO
LUSI, NON LUDO, CECINI, NUNC MUTIO. PAVI
CORPUS, ALO VERMES. VIGILAVI, DORMIO. DIXI
SALVE, DICO VALE. RAPUI, RAPIOR. SUPERAVI
VINCOR. CERTAVI, PACE UTOR.
JURE EGO VIXI
JURE IGITUR MORIOR. NON OBSTO, OBSTARE NEQUIREM
TERRA FUI QUONDAM; RURSUS SUM TERRA. NIHIL SUM
TERRA CADUCA VALE, VERMES SALVETE, RECUMBO.

Olim Gentilibus opinio insedit, defunctorum corpora sepelienda esse, ut animabus eorumdem melius sit. Hinc *Virgilius lib.* VI. *Æneid. vers.* 324.

Hæc omnis quam cernis, inops inhumataque turba est:
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit unda, sepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius quam sedibus ossa quierunt.

Quod autem sepultura juventur, & quod viventes illis opitulentur, subjicit *vers.* 364.

Per genitorem oro, per spem surgentis Juli,
Eripe me his invicte malis, aut tu mihi terram
Injice, namque potes, portusque require Velinos.

Et

Et postea:

> *Da dextram misero, & tecum me tolle per undas,*
> *Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.*

Sed certum est, nihil mortuis Sepulturam afferre solatii. Neque enim animæ fidelium uni Deo defixæ corporum defunctorum conditione afficiuntur. Sicut nihil prodest Sepultura animabus infidelium: ita nihil obest negata Sepultura animabus fidelium.

II. Veras igitur causas Sepulturæ in definitione §. 1. *cap.* 1. expressimus. Prima est *necessitas putrefactionis corporum*. Nam hanc ob causam cadavera terræ mandantur, *ut* scil. *illa visu & odore fœda a viventium medio amoverentur*. Ne ergo ex hujusmodi cadaverum putrefactione aer vitium contrahat, adeoque prudentissime cautum, ut cadavera terræ committerentur: confer. annot. venerand. *Dn. Johannis Faes ad Gyrald. pag.m.* 117. 118. *edit. Helmstad.* Humata vero corpora & defossa profunde in pulverem cineresque abiisse observatum est, quod perpetuæ isti, quam natura amat, ἀνακυκλώσει vehementer congruit, & a *Cicerone* quoque agnitum est, reddi ea ratione terræ corpus, atque ita locatum ac situm quasi operimento matris obduci, ut cum corpus terra sit, quæ dederat, ipsa recipiat: confer. *Excell. Hochstetter. dissert. de offic. erga defunctos secundum legem natur. edit. Tubing.* 1701. §. 18.

III. Secunda est *testificatio spei resurrectionis mortuorum*. Id probat *Calvinus pluribus argument. Instit. lib.* 3. *cap.* 25. Hinc adeo Spiritus Sanctus in narrandis sepulturis non minus diligenter insistit, quam in præcipuis fidei mysteriis. Quin id ipsum non obscure insinuat Christus *Joh.* XII. 24. & *Paulus* I. *Cor.* XV. 37. 38. Etiam Christiani veteres sæpe morem honeste condendi corpora ad hanc spem referunt. Imo id ipsum docuisse Democritum, testis est *Plin. lib.* VII. 55. Hinc jam *Apostolorum* ætate defunctos honeste sepelire soliti sunt Christiani, exemplo Stephani, quem viri timorati sepeliverunt. *Act.* VIII. 2. Habuisse etiam Christianos *Cœmeteria*, ad quæ defunctos deduxerint, patet ex I. *Corinth.* XV. In luctu positos resurrectionis spe consolabantur, I. *Thess.* IV. confer. *Hildebrand. antiq. Ecclesiast.* Bene quoque *Minutius Felix in Octav. pag.m.* 328. loquitur quando ita disserit: *Nec, ut creditis, ullum damnum sepulturæ timemus*, sed veterem & meliorem consuetudinem humandi frequentamus. Vide adeo quam in solatium nostri resurrectionem futuram omnis natura meditetur. Iisdem argumentis in adstruenda resurrectione utuntur *Theophil. lib.* 2. *Justin. Apol.* 2. *Cydon. de contemn. morte. Athenagor. de resurrect. mort. Tertull. de resurrect. carnis.*

IV. Tertia est, *ne corpora hominum defuncta, vel hominum vel animantium reliquorum ludibriis & injuriis exponantur*. Est enim homo animal nobilissimum Deoque charissimum. Fidelium porro corpora cum vita animarentur, templa fuerunt Spiritus Sanctus membra Christi, organa servientia justitiæ, atque eundem usum renovata recuperabunt. Indignum itaque foret, si iis alia animantia pascerentur, vel ignominiæ ac injuriis omnium exposita ea paterent. Nostram hanc sententiam stabilimus verbis *Excell. Dn. Andreæ Adami Hochstetteri Professoris Moral. Academ. Tubing. celeber. Fautoris nostri æstumatissimi*; quæ huc transscribere operæ pretium esse putamus. Habentur & leguntur illa §. 16. *diss. de officio erga defunct. pag. m.* 15. *Cum homo cæteris animantibus præstet, indignum fuisse judicatum, si ejus corpore alia animantia pascerentur, igitur inventam Sepulturam, ut id quantum posset, caveretur. Fundamentum ergo proximum erit humanæ naturæ excellentia atque dignitas & illa naturalis aversatio ne contemnamur. Igitur non ex præsumta solum aut ante obitum declarata voluntate hoc quicquid est officii præstatur: cum etiam post mortem honeste tractari velimus.* Consentientem hic reperimus *Petrum Gregor. Tholosan. in prælud. optim. Jurisconsult. lib.* 2. *pag.m.* 339. *edit. Lugdun.* 1583.

V. Peccant igitur omnes contra humanitatem & decorum, qui tempore belli Sepulcra diruunt & cadavera condita nuda relinquunt, ut merito cum Atheniensibus querendum apud *Livium lib.* XXXI. Omnia Sepulcra monumentaque diruta esse, omnium nudatos manes, nullius ossa terra tegi. Non memorabimus *Cambysen* vetusta Sepulcra inspicientem & recondita in illis corpora vellicantem. Nil dicemus de *Xerxe*, Beli tumulum aperiente; nil de *Philippo* in tumulos æque ac in hostes sævientes: labem iis adspersit crudele hoc flagitium, quam perennia historiæ monumenta æternum detestabuntur. Placet illos intueri, qui sana moratiorum gentium monita & approbarunt & observarunt, neque cum iis, qui irasci & insidiari nequeunt, bella gesserunt. Prudens Atheniensium decretum est, qui hos capite plecti voluerunt, quorum crudelitas ad Sepulcra usque penetraret. Revocatur subinde in memoriam clementia *Caroli* V. quam-

quamdiu Sepulchrum Lutheri inſpicere licet: Cum enim *Ferdinandus Albanus* & *Epiſcopus Atrebatenſis* Ann. 1547. flagitarent, ut *Lutheri* tumulus dirueretur & cadaver effoſſum cremaretur, non prudenter minus, quam clementer reſpondit: Nil ſibi ultra cum *Luthero* eſſe, habere illum alium judicem, ſibi bellum non eſſe cum mortuis, ſed cum ſuperſtitibus & armatis, quod refert *Piccart. Dec.* VI. *cap.* 6. *Obſervat. Hiſt. Pol.* nec non *D. Johann. Meiſner. in deſcript. Eccleſ. Colleg. omnium Sanct. Witteb. pag.* 143. De qua re plura in capite de violatione Sepulcrorum.

VI. Quod ſi tamen caſu aliquo θεηλάτῳ aliaque neceſſitate ſontica aliqua culpa non accerſita quandoque contingit, ut carendum ſit Sepulchro, damnum illud fidelibus moderate ferendum eſt. Imprimis ſi id fiat propter nomen Chriſti & profeſſionem Evangelii. Quomodo Pontificia tyrannide & immanitate factum eſt, ut ſinceris Evangelii confeſſoribus una cum luce terra, cœmeterium & Sepultura denegaretur, uti vel ex ſola hiſtoria *Buceri* & *Fagii* a *Balæo* & *Thuano* deſcripta, nec non uxoris *P. Martyris* aliorumque conſtat. Etenim ſi vita ipſa pro Chriſti nomine profundenda, multo magis Sepulturæ honos gloriæ Dei & veritatis confeſſioni poſtponendus eſt. Inprimis cum & Deus cuſtodiat omnia oſſa piorum, ut unum ex iis non confringatur, *Pſalm.* XXXIV. 21. & non ſolum terra, ſed etiam mare & mors mortuos poſtliminio ſint redditura, *Apoc.* XX. 11. & Sanctorum mors ſemper pretioſa in oculis Domini, *Pſalm.* CXVI. 15. Præclare *Auguſt. de Civ. Dei lib.* 1. 12. Iſta omnia, i. e. curatio funeris, conditio Sepulturæ, pompa exequiarum, magis ſunt vivorum ſolatia, quam mortuorum ſubſidia. Si aliquid prodeſt impio Sepultura pretioſa, oberit pio vilis & nulla. Præclaras exequias in conſpectu hominum exhibuit purpurato illi diviti turba famulorum, ſed multo clariores in conſpectu Domini ulceroſo illi pauperi miniſterium exhibuit Angelorum, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, ſed in Abrahæ gremium ſuſtulerunt. Et cap. XII. Multa corpora Chriſtianorum terra non texit, ſed nullum eorum quiſquam a cœlo & terra ſeparavit, quam tota implet præſentia ſui, qui novit, unde reſuſcitet, quod creavit. Quin *Theodorus Cyrenæus* homo Gentilis *Lyſimacho* crucem minitanti reſpondit apud *Ciceronem Tuſcul. Quæſt. lib.* 1. Terribilis ſit hæc purpuratis tuis: Θεοδώρῳ οὐδὲν μέλει, πότερον ὑπὲρ ἢ ὑπὸ γῆς σήπεται, *Theodori non intereſt, ubi, ſupra an infra terram putreſcat.*

VII. *Lilius Gregor. Gyraldus in libello de Sepultura & vario ſepeliendi ritu cap.* 1. *edit. Helmſtad.* 1676. *pag.* 2. alias cauſas haud contemnendas adduxit, quando in hæc erumpit verba: *Si tamen accuratius res ipſa perpendatur*, duplicem *inprimis eam eſſe videbimus, ut ſcilicet poſteri ſibi quoque moriendum eſſe admoneantur, ſimul omnibus illuc tendentibus recte ac ſancte vivendum eſſe: quibus ad bene beateque vivendum naturæ quodammodo jure impellimur.* Tritum illud Philoſophorum notum omnibus: Unius rei plures poſſunt eſſe fines. Ita quoque Sepulturæ. Etſi vero ejus finis non unus ſit, uti probavit cel. *Quenſted. de Sepult. cap.* 1. qui ita: In alieno funere velut in quodam ſpeculo conditionis & naturæ noſtræ admonemur, unde etiam tumuli defunctorum, monimenta dicuntur: & Sepultura humanæ conditionis memoria, *Modeſtino in l. quidam in ſuo ff. de conditione & inſtit.* Quia memoriam non ſolum ſitorum illibi, ſed & noſtræ mortalitatis nobis ingerunt. Qui plura de his legere deſiderat, evolvat *celeber. Johannis Faes annotationes eruditas* ad hunc locum, qui *pag.* 100. 101. *ſeq.* fuſe & erudite de his ſcripſit, cujus verba ob prolixitatem transſcribere ſuperſedemus.

CAPUT III.

De variis Sepulturæ generibus, & quidem humatione & crematione.

I. QUamvis olim ut & hodie apud varios populos varia Sepulturæ genera fuerint & ſint, attamen nullum antiquius reperimus quam *Humationem*, quæ Patriarchis etiam uſitata, uti ex Scriptura Sacra patet. Imo *Cicero lib.* 2. *de Legib. num.* 56. genus hoc Sepulturæ antiquiſſimum aſſerit, qua mortui humantur. Verba ejus hæc ſunt: *Mihi quidem antiquiſſimum Sepulturæ genus fuiſſe videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur. Redditur enim terræ corpus, & ita locatum & ſitum quaſi operimento matris obducitur.* Ipſi vero Sepulcro *Cyri* hoc inſcriptum fuiſſe ferunt *Epitaphium*:

Vir quicunque es & undecunque adveniens:
(Neque enim te adventurum ignoravi) Ego ſum
Cyrus, qui Perſis imperium conſtitui: puſillum
Hoc terræ, quo meum tegitur corpus, mihi ne invideas.

Au-

Audiamus etiam Minuc. Felicem in *Oct. pag. m.* 327. *edit. Lugd. Batav.* 1672. ita loquentem: *Nec, ut creditis, ullum damnum Sepulturæ timemus, sed veterem & meliorem consuetudinem humandi frequentamus.* Et plurimæ etiam Nationes hoc sepulturæ genus observarunt. Sic de *Ægyptiis* & *Persis* tradit *Herodot. in Thalia* quod mortuos sepelierint. Quamquam posterioribus seculis cremationem Persis etiam usurpatam fuisse constet ex *Ammiano Marcellin. lib.* 19. *Procopio lib.* 1. *de bello Persico.*

II. Ipsis etiam Græcorum institutis vetustioribus in usu fuisse humationem testatur *Cicero*, qui in *lib.* 2. *de Legib.* ait: Nam & *Athenis* jam illo more a *Cecrope*, ut ajunt, permansit hoc jus terra humandi: *Arnobius* quoque *l.* 6. *pag. m.* 193. ex Antiochi historiarum nono tradit; *Athenis in Minervio Cecropem esse mandatum terræ.* Ita funeratus apud *Thucydidem lib.* 4. *Brasidas*, apud *Homerum Erato*, *Periandri* uxor: vid. *Tr. nost. de luctu Græc. cap.* 13. *edit. Marpungens. p.* 162. Apud Romanus quoque *humatio* usitata fuit: Nam ut *Plutarchus* in *Numa* refert, testamento cavit *Numa*, ne corpus suum post mortem combureretur. Hoc certe non fecisset *Numa*, nisi jam tum igne cremandi ritus in usu fuisset; atque ideo prohibuit, ne sibi defuncto id fieret. *Plinius l.* 7. *c.* 54. scribit: Ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti, terra condebantur: confer. *Balthasar. Bonifac. histor. Ludicr. lib.* 5. *cap.* 24. *pag. m.* 141. *edit. Bruxell.* 1656. videatur quoque *Excell. Hochstetteri disput. de offic. circa defunctos.* Magi inter *Persas* teste *Laert. lib.* 10. nefas existimarunt, igne sepelire cadavera: vid. *Thom. Bartholin. antiquit. Danic. pag. m.* 300. *edit. Hafn.* 1689. *Johan. Baptist. Ferret. Mus. Lapid. edit. Veron.* 1672. *f. m.* 350.

III. Visa humatione antiquissima nos conferimus quoque ad cremationem, quæ sequentibus ætatibus frequens nimis apud varios populos fuit. Sunt qui combustionem cadaverum Judæis usitatam probari posse putent exemplis Sacris, tum Saulis & filiorum ejus a *Jabesitis* combustorum, 1. *Sam.* 31. 12. quos præterea a *Davide* laudatos arbitrantur, 2. *Sam.* 11. 5. tum *Jorami*, cui negatur fecisse populus שרפה *combustionem*, secundum combustionem patrum ejus, 2. *Paralip.* 21. 19. tum *Asæ*, cui Israelitæ dicuntur combusisse שרפה גדולה עד למאד combustionem magnam admodum, 2. *Paral.* 16. 14. tum *Zedekiæ*, qui prædicitur moriturus במשרפות *combustionibus patrum suorum*, *Jer.* 34. 5. Quibus exemplis fretus *Abulensis Quæst.* 18. *in* 1. *Reg.* 31. censet, combustionem olim receptam fuisse in funere Regio eatenus, ut non Reges toti cremarentur, sed carnes duntaxat diffluerent, servatis ossibus. Verum haud inducimur, ut de sancto populo, cui a Deo Creatore disertis verbis, ut terræ potius quam igni cadavera committerentur, injunctum erat, tale quid credamus. Neque vero id exempla allata evincunt. Nam *Jabesitas* quod attinet, incertum est, an corpora *Saulis* & filiorum ejus, an aromata circa corpora combusserint, quod posterius Chaldæo Paraphrastæ placet. Quam suspicionem auget, quod 1. *Paralip.* 10. 11. 12. combustionis hujus nulla omnino mentio extet. Tum si ipsa cadavera cremata sunt, factum id censeri potest singularem ob causam, ne *Philistæi* iis illuderent. Neque David ipsis laudi dedisse legitur, quod eos combusserint, sed quod eos sepeliverint. Denique factum Jabesitarum, hominum sic satis anomalorum, divinæ institutioni haud præscribere potest. De *Joramo*, *Asa* & *Zedekia* proclivius judicium. Nuspiam enim vel de *Joramo* vel de *Asa* & *Zedekia* legitur, eos combustos fuisse, sed de patribus *Jorami*, *Asa* & *Zedekia* hoc duntaxat legimus, iis esse factam שרפה *combustionem.* Nempe funeri Regio apud Israelitas hoc singulare eximiumque fuisse Hebræi putant, quod in honorem defuncti supellex Regia igni, quem selectissima myrrha & plurimum thus fovebat, tradita sit, solo excepto sceptro, quod una cum cadavere recondi debuit. Vel certe soliti sunt Thymiamata accendere inter sepeliendum, fragantiæ causa, ne pestilenti odore incestarentur. Plus momenti videtur in loco *Amos.* 6. 10. Et tollet quemque eorum patruus ejus, ומסרפו & *comburet eum.* Ita Vulgatus. Hebræi vero eosque secuti alii vocem eam reddunt *avunculus ejus.* Optime & ad verbum reddimus, & *cremator ejus*, cremator videlicet non tam cadaveris ejus, quam Thymiamatum inter sepeliendum accensorum. Itaque proximus quivis, si non patruus, cui ὅσιον ἐνταφιάσαι τ πεθνηκότα, hic מסרף *Cremator*, h. e. ἐνταφιαστὴς appellatur.

IV. Efferebatur cadaver ad rogum, ubi *Servius lib.* 11. *Æneid.* inquit, quod *pyra sit exstructio lignorum; rogum cùm jam ardere cœperit, bustum cum jam exustum.* Certi autem ritus ac cæremoniæ in comburendis defunctorum hominum cadaveribus adhibebantur. Nam quando defunctus una cum lecto, qui una cum defuncto comburebatur, erat collocatus, tum mortuo oculi aperiebantur, qui tempore mortis erant clausi. Quem ad morem

rem allusit *Virgil. lib.* 4. *Æneid. v.* 244. *Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.* Illumque confirmat *Plin. l.* 11. *c.* 77. *pag.* 228. *Hist. nat.* In rogum mortuo illato conscendebat propinquior, ultimumque illi unguendi & osculandi officium conferebat, *Val. Maxim. l.* 4. 1. 6. myrrhata potio in os illius inferebatur, ut ex *legib.* 12. *Tab.* quæ illam vetant, quæ potio tanquam cœna ad cœlum viatica fuit: Rogum incendens aversa facie perficiebat, & ob hanc causam, notante *Cerda fol.* 632. ut ostenderet se invitum esse ad accendendum rogum, seu teste *Servio*, ut demonstraret, id necessitatis non voluntatis esse officium. Ventos præterea precabantur, ut faventes flammas properarent. *Propert. lib.* 4. *eleg.* 7.

Cur ventos non ipse rogis ingrate petisti?

Confer. *Homer. Iliad. p.* 811. Thus, unguenta, pix, resina, & oleum addebatur. De *thure* vide *Lucan. lib.* 8. Oleo, *Homer. Iliad.* ψ. *pag.* 809. Pice & resina, *Johan. Baptist. Casal. fol. m.* 349. *de funeribus Roman.* Porro dona & munera in rogum conjiciebantur, vid. *Sueton. in vit. Cæsar. c.* 83. Vestimenta, *Virgil. lib.* 6. *Æneid. v.* 221. Non vestimenta solum, sed & alia, quæ chara fuerunt, vid. *Johann. Kirchman. lib.* 3. *cap.* 5. *p.* 343. *de fun. Rom. Cæs. lib.* 6. *de bell. Gallic. Eli. Sched. de Diis German. c.* 48. *pag. m.* 453. Et ea ratione arma cum defunctis cremabantur. *Tacit. de morib. German.* inquit: Sua cuique arma quorundam igni & equus adjicitur: conf. *Ælian. lib.* 7. *c.* 8. *var. hist.* De Lapponibus *Johann. Scheffer. in lib. de moribus Lappon. pag. m.* 315. refert, quod iis etiam arma addantur, verba ejus hæc sunt: *Ignitabulum, arcum & sagittas penes mortui cadaver clam sepeliunt.* Mortuo digitus abscindebatur, *Rosin. l.* 5. *c.* 39. *pag.* 994.

V. Rogi lustratio, antequam faces subjicerentur, fieri solita a maxima quaque multitudine, quæ circumibat & ambiebat rogum, *Quintil. declam.* 329. *Dio lib.* 56. *de funere Augusti* loquitur: Iverunt circa pyram. *Virgil. lib.* 11. *Æneid. v.* 188. Hæc decursio ter fiebat, quod *Hom. Iliad.* 23. *& Apollon. lib.* 1. confirmant. Ter sepulchro persolverunt justa. (2) Fiebat ab armatis, *Homerus l. ult. Odyss. Plato lib.* 12. *de Legib.* loquens hac de re, decursionem fieri debere dicit ab armatis, quasi procederent ad hostilem pugnam, *Liv. lib.* 25. *c.* 17. *pag.* 268. (3) Fiebat ab Equitibus, uti *Dio lib.* 46. in funere Augusti testatur. (4) Fiebat ululatu, *Homer. lib. ultim. Odyss.*

VI. Animalia mactabantur ut & homines ad rogum, Veterum erat superstitio, dum putabant, animas defunctorum sanguine delectari, ideoque multa olim animalia ad rogum mactabantur. Homerus in funere *Patrocli lib.* 23. *Iliad. pag.* 809. Multas pingues oves & boves ante pyram excoriarunt & disposuerunt. *Virg. lib.* 11. *v.* 197. Confirmant hoc sequentes Scriptores: *Quint. Calab.* in *exequiis Achil. lib.* 3. *lib.* 9. *Plin. lib.* 4. *epist.* 2. *Virgil. lib.* 10. *v.* 518. *Serv. ad lib.* 5. *Æneid. Cic. lib.* 5. *Tuscul. Diod. Sicul. lib.* 19. *Pompon. Mela lib.* 2. *c.* 2. *Solin. c.* 17. *Ludov. de la Cerda ad lib.* 10. *Virgil. Æneid. fol.* 488. vid. *Johan. Kirchman. lib.* 3. *cap.* 4. *pag. m.* 332. *de fun. Rom.*

VII. Inter hos populorum ritus merito quis quærere posset, utrum rectius sit, *terra obtegi*, quam *cremari?* Si mortui conditio spectetur, parum videtur referre, num terra obruatur vel cremetur, utpote qui nihil persentiscet eorum, quæ corpori fiunt. Interim tamen si quid dicendum, eligimus eorum opinionem, qui judicant, satius esse corpus defuncti terra obruendum, & (1) ob *Antiquitatem*, historiæ siquidem testantur, longe antiquiorem esse ritum *humandi*, quam *comburendi* defunctorum cadavera. Hinc legimus & antiquos Græcos defunctos humasse, *Cicero lib.* 2. *de legib.* (2) Ob populorum *consensum:* Etenim si quis antiquiorum evolvat monumenta, deprehendet, antiquiorem esse ritum humandi, quam comburendi mortuos, quod testatur *Desider. Herald.* (3) Ob sapientiorum virorum *auctoritatem. Pythagoras, Stobæo* teste, dixit: *corpus terra tegendum* ubi requiescat. Hoc etiam docuerunt *Anaximenes Clazomen. Thales*, aliique. (4) Ob analogiam somni & majus amicorum solatium. Mortem somno comparari constat ex profanis Scriptoribus; imo in ipsis Scripturis somnus & dormitio a *Rabbinis* שכיבה *cubatio* appellatur: majorem igitur cum somno habet convenientiam, si corpus defuncti terræ inferatur, ut ibi velut in lecto requiescat, quam si flammis accensum comburatur, & quæ alia sunt argumenta.

CA-

CAPUT IV.

De variorum populorum Sepultura, & quidem Babyloniorum & Persarum.

DE Babyloniorum Sepultura refert *Strabo Geograph. l. 16. pag.* 550. quod lugeant mortuos, ut Ægyptii & alii permulti, quod sepeliant in melle & cera cadaver obliniant. *Herodot. lib.* 1. *pag.* 83. & ex eo *Johann. Kirchman. de fun. Rom. p. m.* 41. Quod etiam alii populi fecerunt ex præcepto *Democriti*, qui præcepit, ut in melle servarent; sed quare in melle? quia uti *Plin. lib.* 22. *cap.* 24. *pag. m.* 481. *natur. Hist.* ait: Mellis natura talis est, ut putrescere corpora non sinat: conf. *Johann. Kirchman. de fun. Roman. lib.* 1. *cap.* 8. *pag. m.* 63. Melle condita corpora defuncta *Varro apud Non. cap.* 3. *col.* 614. testatur. Lacedæmonii solebant corpora Regum procul a patria defunctorum in melle reponere, & ita domum reportare, cujus rei testis *Xenophon lib.* 5. *pag.* 564. *de reb. Græc.* ubi de Rege *Agesipolide* loquitur, qui non procul ab urbe Olyntho mortuus, in melle repositus & domum reportatus regia Sepultura affectus est. Id ipsum de *Agesilao* in *Menelai* portu inter *Cyrenas* & *Ægyptum* mortuo refert *Diod. Sicul. lib.* 15. *pag.* 401. *Biblioth. conf. Antiquit. Dieteric. fol. m.* 150.

II. Quod ad *Persarum* Sepulturam attinet, illos cera circumlitos mortuos condire solitos ex *Cicerone* asserit *Gyraldus de vario sepeliendi ritu cap.* 22. ut quam maxime corpora diuturna permanerent. *Ciceronis* locus, quem citat *Gyraldus*, habetur *lib.* 1. *Tuscul. Quæst.* cui addatur *Strabo lib.* 15. *Geograph.* qui ita de *Persis* literis tradit: *Sola sepeliunt corpora Persæ cera oblinentes:* vid. *Herod. lib.* 1. Idipsum *Scythis* quoque tribuit jam dictus *Herodot. l.* 4. vid. *Magium* in *Necrotaphologia*. *Cornelius Nepos* aut verius *Æmilius Probus* de *Agesilao* ait, amicos Agesilaum vita defunctum, quo ex portu, qui *Menelai* vocatur, inter *Cyrenas* & *Ægyptum Spartam* facilius perferre possent, cera circumfudisse atque ita domum retulisse, uti paulo ante ex *Diodoro Siculo* recensitum: confer. D. Quensted. *de sepult. veterum pag. m.* 86. *edit. Witteb.* 1660.

III. Alius quoque mos in Sepultura defunctorum a Persis observatur, quem recenset *Hieronymus* apud *Gyraldum pag. m.* 307. *Persas*, ait, *non prius cadavera humare, quam aut ab alite aut a cane traherentur*. Idem & *Procopius lib.* 1. *de bell. Persico*. Hisce adde *Theodoretum Sermone de Legib. Barnab. Brisson. lib.* 1. *de regno Persar.* 283. *Agathius* in secundo historiarum cum de Sepultura ageret *Memertoes Persarum Regis* viri strenuissimi: Tunc, inquit, in destinatum locum solum nudumque cadaver Regis mortui reliquerunt, canibus simul & avibus ejusmodique cæteris carnivoris obscenisque animantibus vorandum: quandoquidem hunc *Persæ* servant sepeliendi ritum, ut nudata a canibus & feris ossa, per campos dispersa maneant: neque enim aut urna condere, aut terra obruere defunctorum corpora fas est Persis. *Lucianus* tamen scribit *Persas sepeliri*, non cremari, uti apud *Græcos* moris, quia ignis Deus illorum, quem colunt, & propterea nefas illis videtur Deum hominum cadavera depasci. Quod autem *Persæ* ignem Deum arbitrati fuerint, testes plurimi Scriptores sunt. *Cornelius a Lapide Comment. in* 2. *Maccab. c.* 1. de hoc ignis cultu hunc in modum scribit: *Persæ* ignem colebant ut Deum, teste *Barnab. Brisson. lib.* 2. *de Regn. Persar.* Erudita quoque de hoc ritu *David Chytræus in regulis vitæ pag.* 135. habet. Unde apud *Plutarchum in vita Artaxerxis* & *in vita Alexandri*, *Orimasea ab* אור extat. Adde *Brentium in Comment. in cap.* VI. *Levit. R. Mos. Maimonid. in More Nevoch. lib.* 3. *cap.* 30. a Chaldæis Persas hunc ritum accepisse pertendit. Cum eo facit *Johann. Selden. Syntag.* 2. *de Diis Syr. cap.* 8. *vid. annot. Beyer. in b. l.* conf. *Justin. lib.* 10. *hist. Curt. lib.* 3. & 4. *Strabo l.* 15. *Geogr. Procop. lib.* 1. *Persic. Balthas. Bonifac. Rhodigini hist. ludic. l.* 16. *cap.* 15. *pag. m.* 479. 480. *Edit. Bruxell.* 1656. qui fuse.

CAPUT V.

De Sepultura Ægyptiorum, Sepulturæque ritibus.

I. VArios sepeliendi ritus apud Ægyptios in usu fuisse testantur Scriptores probati. *Diodorus Siculus l.* 1. *Bibliothec. hist.* Regum Sepulturam describens in hæc erumpit verba: Cum Regum Ægyptiorum aliquis vita decessit, illum omnes communi luctu deflent — &c. Interea quæ ad pompam faciunt, comparant. Postremo vero die cadaver in arca repositum, ante Sepulchri aditum collocant, libellumque de Regis rebus gestis brevem recitant, tum si qui sunt, qui velint, Regem vituperant. Si igitur vitia virtutes superant, indignum Sepultura

tura existimant. Quare factum est, ut Ægyptiorum Reges quidam indigni habiti sunt, ut Sepulturæ honore honestarentur. Hæc de Sepultura Regum Ægyptiorum: conf. *Alexand. ab Alexand. l.* 3. *Genial. Dier. c.* 7.

II. Privatorum vero & popularium Sepulturam Diodorus Siculus quoque describit multis verbis, quæ recensuit *Gyraldus in lib. de vario sepel. ritu cap.* 17. *pag. m.* 368. *edit. Helmstad.* Composito enim cadavere & uncto & bene curato tradebant cognatis, ita singulis ejus partibus etiam superciliorum palpebrarumque pilis integre servatis, ut omnis corporis species, dormientis more integra perduraret. Antequam sepeliretur corpus, scribit ex probatis Autoribus *Athanasius Kircher. in Oedip. Ægyptiaco Tom.* 1. *fol. m.* 124. *edit. Rom.* prædicebatur a cognatis tum judicibus, tum defuncti amicis, Sepulturæ dies, afferentes, illum mortuum paludem transiturum. Consentit hic *Gyraldus* loc. cit. afferens: Mortuum *Acherusiam* paludem, quam & Stygem quidam nuncupant, transiturum existimant, quam prope *Memphim* esse Autores prodiderunt: vid. *Plato in Phædone fol.* 400. Adde *Robert. Stephan. in Lexic. Alexandrum ab Alexandro lib.* III. *Genial. Dier. cap.* VII. *Suid. in Lexic.* Hanc rem ex *Seneca* aliter *Servius* recitat: ait enim: *Circa Syenem locum esse, quem Ægyptii Phylas vocant, apud quem palus est Styx, quod tristitiam transeuntibus gignat, limosa & papyris referta: ultra quam brevis est insula, quæ Abatos appellata est, quod sit inaccessa*, cujus & Poeta *Lucanus* meminit:

> *Hic Abatos quam nostra vocat veneranda vetustas.*

III. Lubet hoc loco Senecæ verba, ex quo Servius sua habet, adducere, quæ *lib.* IV. *Quæst. Natural. pag.* 724. leguntur his expressis verbis: *Philæ* insula est aspera & undique prærupta: duobus in unum coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur & ejus nomen ferunt. Urbem totam complectitur. Hanc Nilus magnus magis, quam violentus, egressus Æthiopiam, arenasque, per quas iter ad commercia Indici maris est, præterlabitur. Excipiunt eum cataractæ, nobilis insigni spectaculo locus. Ibi per arduas excisasque pluribus locis rupes Nilus insurgit, & vires suas concitat: frangitur enim occurrentibus saxis, & per angusta eluctatus, ubicunque vincit, aut vincitur, fluctuat: & illic excitatis primum aquis, quas sine tumultu leni alveo duxerat violentus & torrens per malignos transitus prosilit, dissimilis sibi: quippe ad id lutosus & turbidus fluit. At ubi scopulos verberavit, spumat: & illi non ex natura sua, sed ex injuria loci color est. Tandemque eluctatus obstantiam in vastam altitudinem subito destitutus cadit cum ingenti circumjacentium regionum strepitu. Quem perferre gens ibi a Persis collocata non potuit, obtusis assiduo fragore auribus, & ob hoc sedibus ad quietiora translatis —— Primum incrementum Nili circa insulam, quam modo retuli, Philas nascitur. Exiguo ab hac spatio petra dividitur, ἄβατον Græci vocant: nec illam ulli, nisi antistites calcant: illam primum saxa auctum fluminis sentiunt. Confirmant hoc *Ptol. & Heliodor. Lucanus lib.* x. *Bell. Pharsalic. Plin.* v. 9. *Sen. Nat. Eu.* 4. 2. *conf. Nicol. Llooyd. Dictionar. Geograph. pag. m.* 781. *edit. Genev. Strab. lib.* XVII. *Geograph.*

IV. Notanter etiam a Seneca Insula *Abatos* vocatur, cujus meminit *Nicol. Lloyd. in Dict. Geograph. pag.* 3. inquiens: *Abatos Insula Ægypti*, in palude Memphitica, sic dicta quod *inaccessa*, limi & papyri copia olim celeberrima. *Johannes Sulpicius Verulanus* sic ad *Lucan.* locum commentatur: Abaton insula ad quam ob limi & papyri copiam accessus est difficillimus, & ideo inaccessibilis interpretatur. *Ommbonus Vicentinus* iis gemina tradit, inquiens: Cum ad Cataduppam perveneris locum haud procul ab Ægypto Abatonaravum locum magno fragore permeans, unde nomen accepit quasi inaccessibilis tum primum te sentire incipit Ægyptus ex Cataduppo. Robert. Stephan. *Abatos insula in palude Memphitica, sic dicta, quod ad illam difficilis sit accessus.*

V. Lectum quoque est, quod cadavera ad alteram regionem transferant. Transmissa vero palude, adstant judices amplius quadraginta in hemicyclo præparato, trahiturque navis, quæ ab illis βάρις dicta est, ad hoc opus ab illis comparata. Eam vero navim nauta, qui ab ipsis Charon nuncupatur, regere dicitur, cui pro naulo *danacen* solvere consueverunt. Βάρις quoque vox ab *Herodoto lib.* II. *c.* 96. *fol.* 124. adducitur: Χωρέει ταχέως, καὶ ἕλκει τὴν βάριν. *Laurentius Valla* transfert, protinus meat & trahit barim. Hoc vero nomen Βάρις non uni inditum reperitur. Mox enim civitatem significat, teste *Strabone lib.* VI. *Geograph. pag.* 176. Mox montem, judicio *Nicol. Damascen. lib.* 96. *Joseph. citante lib.* I. *Antiq. cap.* IV. Mox domus in modum turrium ædificatas, *Hieronym. in cap.* VIII. *Oseæ.*

Ve-

Verum hoc loco Ægyptii navem indicant, qua vehunt cadavera Ægyptiaca ad Sepulchrum. Nostri feretrum Barh appellant inquit *Gesnerus in Mithridate diversarum linguarum pag.* v. *voce Ægyptii*. Hoc sensu usurpatum hoc nomen reperimus apud *Propertium lib.* III. *Eleg.* x. Posset ab hoc forsan Germanicum deduci Todten Bahr/ Cæterum reliquum ritum Gentiles quoque usurparunt, qui putarunt *Charontem* esse nautam animarum, de quo plura diximus *in Tract. nostr. de Theolog. Gentil. ex Sacra Scriptura, & in Tract. de luctu Græcorum*: cui pro portorio naulum dabant, hoc loco *danace* dicitur. Danace enim nummi nomen est, quem olim dabant mortuis, unaque cum iis sepeliebant, quo Acherusiam paludem transire possent naulo portitori dato: vid. celeb. *Johan. Faes in animadversionib. ad Gyrald. pag. m.* 337. *edit. Helmstad.* Qui quoque alios ritus Ægyptiorum in Sepultura observatos adduxit, quos hic adducere supersedemus, ne longiores simus & nauseam Lectori creemus. Evolvatur cit. Autor *pag.* 369. 370. 378. *seq.* Ægyptii condire mortuos soliti fuerunt, ut domi eos servarent, *Cicer. lib.* 2. *Tusc. Quæst.* testatur: conf. Dieter.

CAPUT VI.

De Sepultura Æthiopum.

I. VArios Sepulturæ ritus Æthiopes habuisse ex Scriptoribus satis patet, quos in hoc capite in medium proferre operæ pretium esse duximus. De Æthiopibus ergo prodiderunt *Diodor. Sicul. Biblioth.* 3. I. *fol.* 72. & *Strabo lib.* XVII. *Geograph. pag.* 689. quod mortuos alii in flumen præcipitent. *Alii quidem*, ait *Siculus*, *defunctos in fluminibus abjiciunt, id elementum optimum Sepulchrum arbitrantes*. Hos Sextus *Philosophus l.* 3. ἰχϑυοφάγους vocat, hoc est, ut quidam verterunt, *Piscedulos*, idque ea ratione ab ipsis fieri prodit, ut a piscibus cadavera vorentur, quod piscibus ii victitent: vid. *lib.* III. *Pyrrhonic. Hypothes. c.* 14. Hos *Strabo* lib. cit. sic describit: *Ichthyophagorum regio mari vicina est. Vescuntur piscibus tum ipsi, tum eorum pecora & aquas pluvias e puteis fossis haustas potant, pecorum carnes piscibus præferunt. Domos ex ossibus cetorum & ostreorum conchis magna ex parte faciunt: nam trabium & fulcrorum usum costæ præstant portas maxillæ, vertebris fiunt mortaria, in quibus pisces tundunt ad Solem assatos, posteas ex his panem conficiunt, frumenti paululum admiscentes —— pisces partim in furnis assant, partim crudos edunt.*

II. Alii sunt *Æthiopes*, qui vitreis vasis conclusos mortuos suos conservant, ut nepotibus & posteris eorum sint notæ effigies, & idcirco eorum sæpe sint memores. *Herodotus* tamen *l.* III. *Thalia cap.* XXIV. rem ita explicat: Posteaquam, inquit, Æthiopes, qui Macrobii dicuntur, mortuum arefecerunt, totum gypso induunt, picturaque exornant, & ejus, quoad fieri potest, effigiem repræsentant; dein Sepulchrum ei ex vitro, quod apud illos abundat & passim effoditur, circumdant, in cujus medio defunctus interlucet, nihilque fœditatis, vel tetri odoris exhibet, sed omnia pene vivo assimilis. Sepulchrum hoc ipsum propinqui per annum intra ædes servant, omniumque illi rerum primitias offerunt; anno vero exacto efferunt, extraque urbem statuunt. Hæc Herodotus: confer. *Matth. Zimmerman. Florileg. Philolog. edit. Misn.* 1687. *pag. m.* 717. Ubi tamen notandum, quod *Macrobii* vocentur ob longævam vitam, uti *Seneca lib.* 3. *de Ira* ait: Æthiopes alii ob longissimum vitæ spatium *Macrobii* appellantur. Hæc verba *Justius Lipsius* ita illustrat: *Macrobii essent Latinis longævi, habitant Africam ad Australe mare*. Laurentius Valla in versione *Herodoti fol.* CLXX. μακρόβιοι interpretatur *longævi*.

III. Cur autem Æthiopes defunctos in effigie gypsata formarint, ratio reddi potest, quoniam gypsus celerrime coit & siccatur, prout ait *Plin. lib.* 26. *cap.* 24. Non negamus quidem ex alia quoque materia effigies compositas fuisse defunctorum, ut horum intuitu in memoriam sibi formas majorum revocare possint: Testatur enim *Diodor. Sicul. lib.* II. *Bibliothec. hist. cap.* v. de Æthiopibus, quod eorum imagines ex argento & fictilibus effingantur; ditiorum quidem ex argento, tenuioris autem fortunæ hominum ex fictilibus, vel ut Gyraldus loquitur *gypso & polline marmoreo*. Apud *Julium Firmic. de errore profanar. religion.* egregius locus reperitur: *Quia dolor*, inquit, *ex orbitate veniens nullis solatiis mitigabatur, imaginem ejus ex gypso plastico opere perfecit. Herodotus lib.* 3. citato de Æthiopibus imagines ex gypso fictas pariter edisserit. Quales genus effigierum omnium primus Lysistratus Sicyonius frater Lysippi invenit, uti *Plin.* tradit *lib.* 35. *cap.* 12. & ex eo *Jonston. in Thaumatograph. class.* IV. *cap.* 16.

IV. In vasculis vitreis suos solitos fuisse Æthiopes defunctos condere testimonia vetustissima probant, quæ nobis sunt obvia.

obvia. Herodot. loc. citato expressis verbis ostendit, inquiens: *Post hanc ad extremum inspexere eorum Sepulchra, quæ dicuntur ex vitro facta & constructa, hunc in modum: Postquam mortuum sive Ægyptiorum, sive aliorum more arefecerunt, totum gypso inducunt, picturaque exornantes repræsentant, quoad fieri potest, effigiem ejus, deinde & cippum ei cavum e vitro, quod apud illos multum est, & facile effoditur, circumdant.* *Diodor. Sicul.* vestigia *Herodoti* & fidem secutus, eadem de Æthiopibus ad nos transmisit *lib.* II. *Biblioth. Histor.* his verbis Latine traditis: Sepulturas defunctorum Æthiopes diversas a reliquis faciunt. Salientes enim corpora, inque vasis vitreis uda condentes supra columnas ponunt, ita per vitra defuncti corpus adspicitur, quemadmodnm scribit *Herodotus*. Plura qui desiderat, evolvat celeb. *Johannis Faes animadvers.* in h. l. *pag. m.* 232. Addit Frideric. Mullerus, quod alii in fictibus alveolis eos circum templa defodiant, jusjurandum per eos exigant, & omnes pro diis habeant.

CAPUT VII.

De Indorum Sepultura, & aliorum.

I. INdorum varia sepeliendi consuetudo. Quidam parentes priusquam annis aut morbo aliquo in maciem seniumque eant, velut Deorum hostias mactant, cæsorumque visceribus epulari fas & maxime pium est. Hi sane adeo hominem exuerunt, & cum sua natura divortium fecerunt, ut impias manus & edaces suos dentes propriis parentibus & consanguineis immittere atque infigere, eorumque carnem in visceribus contumulare non abhorruerint, cum aut morbo, aut macie, aut senio confecti morti & Sepulchro vicini censebantur, ut ab ipsis immolati fuerint. De quibus hunc in modum loquitur & scribit *Pompon. Mela lib.* 3. *cap.* 16. *pag.* 86. Quidam proximos parentesque, priusquam annis aut ægritudine in maciem eant, velut hostias cædunt, cæsorumque visceribus epulari. Hunc morem etiam Scythæ, teste *Porphyrio lib.* 3. *de Scythis*, observarunt, qui proprios parentes comederunt. De *Scythis*, *Massagetis*, *Derbicibus*, *Thebarenis*, *Hyrcanis*, *Caspiis* & *Bactrianis* hominum immolationi etiam assuetis idem rursus testatur *Porphyr. lib.* 2. Ideo (Massagetæ & Derbices) morbum prævenientes amicos senio confectos sacrificant, atque epulantur. Eodem fere modo cum senibus suis agunt *Thebareni*, *Hyrcani*, *Caspii*, & *Bactriani*, &c. Sic etiam Padæi *Indiæ* populi auroram versus habitantes amicos suos jam senes immolare & devorare consueverunt, teste *Herodoto lib.* III. *pag.* 198. Hinc intelligimus, quod *Tibullus* in sequentibus versibus per sæva convivia epulationes illas amicorum intelligat *lib.* 4. *eleg.* I. *pag. m.* 403. *edit. Traject.* 1659.

Impia nec sævis celebrant convivia mensis
Ultima vicinus Phœbo tenet arva Padæus.

Confer. annot. *Simon. Abbes Gabbema* l. c. In hoc *Padæos* imitati fuerunt *Caucasi* habitatores juxta *Strabonem l.* XV. *pag.* 453. Et in regione Ansico inferioris Æthiopiæ parentes filios, filii parentes, & matres liberos Dæmonibus mactatos Diabolica ingluvie epulando consumere non abborrent, teste *Dappero in descript. Africæ*. Amicorum ægrotantium & vi suffocatorum carnes cultris discindunt, coquunt, & immanibus faucibus & dentibus devorant incolæ regni *Dragoiam;* teste M. P. *Veneto in description. Oriant. Region. l.* III. *cap.* 17. *pag.* 83. *Insulani Sumatræ* & *Javæ* juxta fidem *Vincentii* le Blanc & Barthoma. Et non solum ita cum amicis vivis, sed etiam defunctis olim agebant. *Petronius Arbiter Satyr. pag.* 148. Apud quasdam gentes scimus adhuc legem servari, ut a propinquis suis consumantur defuncti, adeo quidem ut objurgentur ægri frequenter, quod carnem suam faciant pejorem. *Tert. Apologet. advers. Gentes* idem de Scythis affirmat *pag.* 826. Ajunt apud quosdam Gentiles Scytharum defunctum quemque a suis comedi. Sic & *Pompon. Mela l.* II. *c.* 8. *pag.* 39. de situ orbis: Essedones funera parentum læti, & victimis, ac festo coitu familiarum celebrant. Corpora ipsa laniata, & cæsis pecorum visceribus immixta epulando consumunt. De horum moribus pluribus egit *Gyrald. cap.* XX. de vario sepeliendi ritu.

II. In Sepultura Regum Indorum res ita agitur, uti *Maurus Honoratus Comm. Virgilian.* testatur, ut quoties eorum Reges moriantur, cum his dilectique equi, servi & una de uxoribus, quæ Regi carior fuisset, incendatur: inter quas de hac ipsa re magna erat contentio. *Solinus cap.* 55. *pag.* 47. aliique nonnulli, non modo Regum uxores facere, sed & privatorum, prodiderunt. *Solini* verba adscribemus: *Apud Indos*, inquit, *quibus ad vivendi rationem propensior cura est*, *multæ uxores in ejusdem viri coeunt matrimonium*,

nium, & cum maritus homo esse desierit, apud gravissimos Judices suam quæque de meritis agunt causam: & quæ officiosior cæteris sententia vicerit judicantium, hoc primæ refert præmium, ut arbitratu suo adscendat rogum conjugis, & umbris ejus semetipsam det inferias: cæteræ nota vivunt. Testes in hunc ritum habemus *Pintonem in itinerar. Indico Nobiliss. de Mandeslov. in Itiner. Indico. Erasm. Francisc. in Theatro curiositat. discurs. de funer. Adamus Rogerus* in der offene thur zum verborgene Heidenthumb part. I. cap. XIX. in Not. da der König von Siam vezscheldell / Sturtzeten / sich nicht alleine seine Weiber / sondere anch unterscheldliche Edelluthe mit seinem Todten Leichnam Frywillig lus feuer Francoys Caron erzehlet auch in seiner Beschrybung von Japon / wen ez daselbst mit einem Herrn zum sterben Kompt daz gemeinlich 10. 20. 30. oder auch wohl mehr nach dem die Herzn groſs / und der unterthanen Viel sind Ihren Bauch auf schneiden und mit ihren Herzn sterben / Viel der ienige die solches thun haben sich daz zu Verbunde by ihres Herrn leb zeiten / Dan wen ste sehn daz ste der Herz lieb hat und ihnen eine sonderbahre gunst und Wolthat erzeiget / sprechen sie nach Verzichter Danchsagung / Gebiedtende Herz euer getreuen untherthane sind Viel und was hab ich doch Verdienet solcher Eehr zu geniessen / diesen leib wiewohl er meines Herzn ist schenck ich euch wiedezumb und spzeche daz dieser lieb nicht lánger leben sol als der Eure.

III. Occasio nobis hoc loco datur discurrendi pluribus de hoc ritu, qui apud plurimas gentes & populos viguit, ut uxores in pyram ardentem maritorum fato functorum se conjicerent, & ita sanguine, vita & corpore suo conjugum inferiis parentarent, eorumque umbris se immolare consuescerent. *Servius ad v. Æneid.* Fuit hæc majorum consuetudo, ut quoties Reges moriebantur, cum his dilecti equi, vel servi, vel una de uxoribus charior circa rogum occisi incenderentur. Hic abominabilis mos olim frequentatus fuit, ab *Urendis*, qui *Slavorum* seu *Thuringiorum* genus erant: *Unefridus* Anglus in Epistola ad Eduardum Regem. Thracibus, *Solinus Polyhistor. cap. 16. Pompon. Mela de situ Orbis lib.* II. *cap.* 2. Gallis, *Pompon. Mela lib.* III. *cap.* 2. Indis, *Propert. lib.* III. *eleg.* 10. *pag.* 727. *Ælian. Var. Histor. lib.* VII. *cap.* 17. *Diodor. Sicul. lib.* XVII. *pag.* 620. *lib.* XXX. *pag.* 678. 679. 780. 688. Catheis, *Strabo lib.* XV. *pag.* 435. Adde de hoc ritu *Aristobulum* apud *Strabon. lib.* XV. *pag.* 460. *Valer. Maxim. lib.* II. *cap.* I. *Euseb. lib.* VI. *de Præparat. Evangel. cap.* VI. *Philon. Jud. de Abrahamo*, aliosque: conf. *Jacob. Geus. de victim. human. pag. m.* 142. 143. *seq.*

IV. Alii Indorum vulturibus cadavera lanienda exponunt. Hi enim avidissimi sunt humanorum cadaverum, uti *Plin. lib.* X. *cap.* 6. de iis scribit, dicens: *Triduo antea aut biduo volare eos tradunt, ubi cadavera futura sunt.* Aliqui *Taxilis* hoc tribuunt, ut *Hieronym. in epist. advers. Jovinian.* & ante eum *Aristobulus*, ut est apud *Strabonem lib.* XV. *Geograph.* qui ex Aristobulo ait: *Mortuos vulturibus projiciunt.* Alii *Iberas* factitasse produnt, ut *Sili. Ital. lib.* II. *Punicor.* Alii Indos cadavera cremasse referunt, uti est celeberrima Calani Sophistæ crematio apud Autores veteres: vid. *Diodor. Sicul. lib.* XVII. *Biblioth. Histor. pag.* 575. *Strabon. lib.* XV. *Geogr. pag.* 468. *Cicer. lib.* I. *de divin. pag.* 90. 94. *Ælian. lib.* V. *cap.* VI. Plura cremationis apud Indos observatæ indicia suppeditabunt *Strabo lib.* XV. *Geogr.* & *Cicer.* 5. *Tuscul.* 77. Alii autem cadavera sepeliverunt, & Sepulcris indiderunt, quæ ex *Cedro* facta ad *Nysam Indiæ* urbem, uti *Curt.* 8. 10. 8. refert. Et inde suspicari licet, non omnium Indorum fuisse ritum eundem circa funerum curationem: confer. *Herodot.* 3. 100. vid. Gyrald. quoque *de vario sepeliendi ritu cap.* XX. ubi pluribus de hac materia agitur.

CAPUT VIII.

De aliorum Barbarorum variis sepeliendi ritibus.

I. Quamvis de variis sepeliendi ritibus fuse egerimus in Tr. nostr. *de Theolog. ex Script. Sacr. pag. m.* 108. 109. 110. attamen hic quædam addere lubet, & quidem de *Parthis* referimus, quod vulgo cadavera aut avibus aut canibus lanianda dederint. Audiamus de his *Justin. lib.* XLI. *cap.* III. *Histor.* scribentem: *Parthos*, inquit, defunctorum cadavera canibus avibusque lanianda proponere, nudaque post ossa terræ condere: conf. *Voss. Instit.* In *Ceo*, vel ut Pompon. Mela in *Co* insula decrepitos & emeritos senes mundo & vitæ & sibi amplius inutiles propinato aconito præsentaneo morti dabant & sacrabant: *Thebareni præcipitio; Sardi fustibus; Eruli ferro.* Quidam *Thraces* & *Indi* aqua & igne: vide Cœlium *Rhodigin. lib.* XVIII. *cap.* 26. & 28. ex *Menandro* & *Eusebio Præpar. lib.* I. *cap.* 3. & *lib.* XIX. *cap.* 26. & *lib.* XXVIII. *cap.* 22. *Alexandrum ab Alexandr. Genial. Dier. lib.* III. *cap.* 2.

II. *Troglodytarum* Sepultura pene ridicula, quibus morem esse ajunt, ut defunctum in aliquem collem adducant; dein-

deinde religato ejus capite ad pedes ſaxis non ſine riſu petant: cum autem aggere jactorum lapidum operuerint, diſcedunt, ut ſcribit *Sextus Philoſoph. lib.* 3. *Pyrrhon. Hypotheſ. cap.* 24. ſed magis ſignate *Strabo lib.* XVI. Ejuſdem ritus etiam meminit *Photius Bibliothec. pag.* 738. ex *lib.* 5. *Agatarchid. Hiſtor.* περὶ τ̃ ἐρυθρᾶν θάλασσαν *cap.* 30. conf. quoque *Gyrald. de vario ſepeliendi ritu cap.* XXIII. Maſſagetarum & Derbicum conſuetudo hæc fuit, uti de illis *Strabo lib.* 11. refert. Mortis genus optimum cenſent Maſſagetæ, ſi ſenio confecti, cum carnibus ovillis in fruſta concidantur, unaque devorentur. Qui e morbo decedunt, eos abjiciunt tanquam impios & indignos, qui a feris vorentur. *D. Hieronym. adverſ. Jovian.* Maſſagetæ & Derbices miſerrimos putant, qui ægrotatione moriuntur, & parentes cognatos, propinquos cum ad ſenectam pervenerint, jugulatos devorant, rectius eſſe dicentes, ut a ſe potius, quam a vermibus comedantur. Strabo amplius annum addit, quem egredi ſenes ſuos *Derbices* non permiſerunt. Qui, inquit, LXX. annum exceſſerunt, eos jugulant: carnes genere proximi abſumunt, vetulas ſtrangulant, inde ſepeliunt: qui intra LXX. annum moritur, non editur, ſed humatur: conf. *Ælian. lib.* IV. *var. cap.* 1. De Maſſagetis vid. *Herodot. lib.* 1. *Theodoret. de legib. Chryſoſtom. homil.* X. *in Matth. Euſeb. Præparat. Evangel. lib.* 1. *cap.* 3.

III. Porro obſervandum, quoſdam fuiſſe, qui mortuos quidem comederint ſed *excepto capite, quod inaurabant:* quem morem *Sidonibus* tribuit *Zenobius cent.* V. *Proverb.* Οἱ Σιδῶνες, inquit, τὴς γονεῖς ἐσθίεσι, χωρὶς τῆς κεφαλῆς, τ̃ δὲ κεφαλὴν χρυσῦσι. i. e. *Sidones parentes devorant, excepto, quod inaurare ſolent, capite.* Et *Eſſendonibus*. Herodot. *lib.* 4. Iſſedones vel Eſſendones talibus moribus uti feruntur: Quoties pater alicui deceſſit, omnes ejus propinqui pecora adducunt, quæ ubi mactaverunt concideruntque, concidunt & mortuum patrem illius, a quo in convivium accipiuntur, commixtiſque omnibus carnibus convivium exhibent. Caput autem defuncti pilis nudatum purgatumque inaurant, eoque pro ſigillo utuntur, agentes illi quotannis majores hoſtias ceremoniaſque: conf. *Pompon. Mela lib.* 2. *& Solin. cap.* 25. In inſulis, quæ *Baleárides* a noſtris dicuntur, illud quidem moris eſt & fuit, ut ejus, qui deſiit, lignis quibuſdam corpus membratim in fruſta conciderent, & mox conciſum in vas componerent, dum demum ſaxorum & lapidum acervo accumularent, id quod *Diodor. Sicul. Bibliotb. hiſt.* ſcriptum reliquit.

IV. De *Hyrcanis* & *Caſpiis* hæc ſcripta relicta ſunt. De *Caſpiis Strabo l.* 11. in hunc ſcribit modum: *Caſpii* eos, qui ſeptuaginta amplius annos vixerunt, fame enectos in ſolitudinem ejiciunt, eminuſque ſpectantes, ſi a feretro detrahi eos ab avibus videant, prædicant beatos: ſin a feris aut canibus non item infelices; ſi omnino non detrahantur, infelices: conf. Porphyr. *lib.* 4. περὶ τ̃ ἐμψύχων ἀποχῆς, qui una cum *Hieronym.* de *Hyrcanis* idem profert: vid. *Kirchman. de funer. pag.* 450. *Bactriani* etiam parentes & amicos morbo ſeniove confectos canibus dilacerandos projiciebant, qui ad hunc uſum enutriti *Sepulchrales* appellabantur *canes*, ut autor eſt *Oneſicritus* apud *Strabonem l.* XI. *pag.* 131. & *Porphyr. l.* IV. *de non edend. animal.* & ut *Cicero* loquitur *l.* 1. *Tuſcul. Quæſt. fol.* 69. Magorum mos eſt non humare corpora ſuorum, niſi a feris ſint antea laniata, in *Hyrcania* plebs publicos alit canes, Optimates domeſticos, nobile autem genus canum illud ſcimus eſſe: ſed pro ſua quiſque facultate parat, a quibus lanietur: eamque optimam illi eſſe cenſent ſepulturam: conf. *Geuſ. de victim. human. pag. m.* 416. Qui de his & aliis ritibus Sepulchralibus Gentilium plura legere deſiderat, ille evolvat *Gyrald. lib. de vario ſepeliendi ritu cap.* XVII. & *animadverſ. celeb. Johannis Faes edit. Helmſt. Tr. noſtr. de Theolog. Gentil. ex Script. pag.* 108. 109. *Kirchman. de funer. Roman. Quenſted. de antiquis ritib. Sepulchral. & Balth. Bonifac. Rhodigin. Hiſtor. ludicr. edit. Bruxell.* 1656.

CAPUT IX.

De Sepultura vivorum quarundam Gentium.

I. Statim hic in anteceſſum monemus, quod per vivos intelligamus & eos qui vivi prope Sepulcrum immolantur & ſimul ſepeliuntur, & illos qui *vivi* ſimul cum defuncto terra obteguntur. Ita *Thracum* conjuges admodum olim exſultabant, ſi per ſortem illis contigiſſet: *Una cum viris ſepeliri*, cum illi fato conceſſiſſent. De iis *Pompon. Mela de ſitu orbis lib.* II. *cap.* 2. ita loquitur: *Nec fœminis quidem ſegnis eſt animus ſuper mortuorum virorum corpora interfici, ſimulque ſepeliri votum eximium habent. Herodotus lib.* V. *pag.* 248. de Thrauſis. Singuli plures uxores habent, quorum ubi quis deceſſit, diſceptatio magna fit inter uxores, acri amicorum circa hanc

rem

rem studio, quænam dilecta fuerit a marito præcipue. Quæ talis judicata est, & hunc honorem adepta, ea a viris & mulieribus adornata ad tumulum pro propinquissimo mactatur & immolatur, unaque cum viro humatur. De iisdem forte Thracibus & Thrausis loquitur *Lucianus de luctu pag.* 789. Sunt, qui equos & concubinas, rursum alii, qui pincernas etiam in funere mactarint. In Africa hodie etiam populus est, qui cum Rex moriatur, ejus uxores, ministros, clientes, amicos & etiam equum, omnia corporis membra illis abscindendo, & in mortario pistillis contundendo, jugulat, & eodem cum Rege sepulchro defodit; sicut docet *Dapperus in descript. Africæ pag.* 369. Sed apud Americanos infantem cum defuncta matre vivum sepelire mos obtinet, teste *Martyre in descript. Novi orbis*, *decade* I. *cap.* 10. *pag.* 526. Apud Septentrionales gentes amicus amici manibus spontanea morte parentare, simulque cum eo contumulari non abhorrebat. Nam *Saxo lib.* v. refert, Asmundum ob amicitiæ jusjurandum vivum se cum Asviti cadavere (quod cum cane & equo terreno mandabatur antro) contumulari sustinuisse, cibo quo vesceretur illato. Cum in terra *Nigritiarum* in regno *Beniin* Rex rebus humanis eximatur per mortem, in aula tam profunda effoditur fovea, ut fossores ipsi, aquis undique ex terra prorumpentibus nonnunquam submergantur: in hanc regium cadaver ab amicis & clientibus præcipitatur. Hi, quos Rex vivus adhuc maximo amore & honore prosecutus fuit (qua de re non exigua inter eos rixa nonnunquam exardescit) tunc se etiam in fossam demittunt, se ipsos ejus manibus immolant & ita cum Rege moriuntur.

II. Cum jam illi animam exhalaverint omnes, fovea rursus terra oppletur & obruitur, cui operi intentis fossoribus, magna hominum multitudo ubique per plateas & domos obtruncatur. Quæ cædes repetitur, cum novus Rex memoriam prioris celebrare velit, sed tunc in reos & mortis damnatos sævitur, qui quotannis ad hoc festum servari, numero fere quingenti crudelissime immolantur, singulis tamen diebus non ultra viginti quinque occisis. Sed cum tot reorum numerusque facinorosorum deficiat, quidam alta nocte aut obscuris vesperis per plateas ambulantes unumquemque obvium arripiunt, & prædictæ lanienæ devovent. In regno *Lovango* inferioris Æthiopiæ cum Rege defuncto in subterranea spelunca omnis ejus supellex, multique servi necati & immolati collocantur. Hos servos in ora quæ vocatur aurea vulgo in excavatis arboribus vel *vivos* vel *occisos* cum Regis cadavere concludunt.

III. In *Guinea* qui servi huic sacrificio, cum eorum Rex decesserit, sunt destinati, multos dies & noctes funeri assidere debent, & interim tam pretiosis ornamentis, quam tobaco, oryza, & id genus aliis fructibus & frugibus, & tandem gallina cocta donantur, quam, si lubet, comedere possunt; cum jam vero cadaver Regis sepeliendum effertur, fruges acceptas in ignem conjiciunt. Sed donatis pretiosis vestibus & monilibus, atque armillis fastuose compti & exornati *funus* ad tumulum prosequuntur, ubi statim strangulantur. Antiquis etiam temporibus in regno *Kongo* duodecim virgines pretiosissimis ornamentis excultæ *Vivæ* in Sepulchrum Regis desilire, & una cum ejus funere contumulari consueverunt. Quos ritus diligenter descripsit *Dapperus* in descriptione Regionum istarum.

IV. Eo modo antiqui *Scythæ* etiam suos hominum defossionibus post mortem honorarunt. *Herodot. lib.* III. *pag.* 241. Quem (Regem defunctum) postquam super torum in loculo (Scythæ) posuerint, hastis hinc atque hinc defixis, desuper ligna desponunt, deinde pallio contegunt. In reliqua loculi spatiositate aliquam ejus pallacam strangulatam sepeliunt, & eum, qui vinum miscebat, & cocum & equisonem & ministrum, & eum, qui erat a nunciis, nec non equos & aliarum rerum omnium primitias, quin etiam phialas aureas. Sed etiam illi captivis ad hanc immolationem usi fuerunt, cum aliquis ex popularibus suis mortuus esset, & terræ mandaretur. Quo de ritu hoc modo *Nicetas Choniatæ in Annal.* de *Balduini* Imperio scribit, cujus verba Græca Latine expressa recensemus: Scythæ qui Orientem vastabant, aliquos Romanos *Vivos* (neque enim quisquam erat, qui eos vel redimeret vel conservaret) cum popularibus suis vel naturali morte defunctis, vel bello cæsis terra obruerunt, sepultis una equis velocibus, quibus insederant, corneis arcubus & ancipitibus gladiis.

V. Eodem etiam modo cum Rex regni *Karous* in *Guinea* in prælio occubuisset, cum sex hostium captivis humatus est, teste eodem *Dappero* in descriptione *Africæ pag.* 423. Quæ omnia facta sunt tam honoris causa, quam ut his victimis humanis supra memoratorum Regum & Principum manes placarentur & quiescerent, & non solum captivi per defossionem mortuorum umbris morte sua satisfecerunt, sed etiam alium in finem, nem-

nempe ut ira divina expiaretur, *Romæ* Græcus & Græca, Gallus & Galla in foro boario *Vivi* defossi sunt, victimarum instar, sicut testantur *Plutarchus in Marcello pag.* 299. *Livius l.* 22. *p.* 474. *M. Felix in octav.* Virgines etiam Vestales apud Romanos, cum corruptæ & vitiatæ deprehenderentur, & ita sese, æternum ignem, Deam Vestam, sacrum ejus penetrale, ipsam urbem Romam, totum Romanum imperium, imo terram incestasse crederentur, *Vivæ* pro victimis terra obruebantur, ut hac defossione scelus hoc expiaretur, & divinæ viæ reatus hoc flagitio contractus solveretur; nam ejusmodi libidinosa corpora purgari credebant, ut existimant *Jac. Durantius Caselius l.* 11. *Variar. Lection. cap.* 2. *Clemens Alexand. Pædagog.* III. Has virgines ita temeratas & corruptas *In Terra defodi* consuevisse testatur *C. Plinius l.* 4. *epist.* 13. *And. Tiraquell. in Alexand. ab Alexandro l.* 5. *c.* 12. *Genial. Dier. Euseb. Chron. Olymp.* 73. *Guil. Cant. nov. Lection. l.* 7. *cap.* 6. *ex Scholiast. Sophoclis*, *Ovid. l.* 6. *Fast. Sil. Ital. l.* 13. *Juv. Satyr.* 4. *vers.* 10. *Propert. lib.* 4. *eleg.* 4. *pag.* 793.

VI. Adjungemus hic, quod ab aliis observatum non reperimus, *totum* scil. *puniendi modum* ex *Halicarnasseo* & *Plutarcho* erutum. Ita autem *Dionysius Halicarnass. l.* 11. *cap.* 86. scribit: Delatæque (virgines Vestales damnatæ) ad Collatinam portam intra muros in subterranea cella cum *Sepulchralibus Ornamentis* inhumantur, nec monumento dignatæ, nec parentatione, aliisve solennibus defunctorum honoribus. Plutarchi verba per Hermann. Cruserium & Guilielm. Xilandrum translata hic adponemus, cum Græcus textus nimis prolixus sit. Ita autem *Plutarchus* loquitur in *Numa pag.* 67. Stupri vero comperta, juxta portam, quæ dicitur Collina, *Viva* defoditur. Tumulus ibi intra muros terreus est in longum porrectus (agger Latino sermone vocatus) in eo ædicula subterranea exstruitur modica, gradus habet, quibus descenditur superne. In ea lectus ponitur stratus & lucerna accensa, eorum quoque quæ ad victum sunt necessaria pauca, ut panis, aqua in ampulla, lac, oleum, quasi corpus abominentur maximis consecratum cæremoniis fame conficere: damnatam lecticæ indunt, atque undique obnubunt eam, vinciuntque loris, ut ne vocem quidem mittere ista, quæ valeat exaudiri, queat. Ita eam per forum devehunt. Decedunt autem via omnes taciti, prosequunturque sine voce atque ingenti cum mœstitia. Neque est spectaculum illic ullum magis horrendum, nec tristior facies civitatis ulla alia est die. Ubi ad locum illum est lectica delata, apparitores ei vincula demunt, Pontifex Maximus ante supplicium preces quasdam arcanas tensis ad cœlum manibus peragit. Inde ducit obvolutam, atque in scalis qua descensus est, in domunculam constituit, tum avertit se cum aliis Sacerdotibus. Postquam illa descendit, retrahuntur scalæ, & ædicula multa injecta desuper humo contegitur, donec complanatum solum aggeris est. Hactenus *Plutarchus*.

VII. De *Dumetis* refert *Porph. l.* 11. aliquid parum dissimile. *Dumetii* quoque in Arabia singulis annis puerum sacrificabant, quo sub ara sepulto utebantur simulachri loco. Hodie etiam *Japoniæ* incolæ se *Vivos* terræ defodi & obrui curant, & ita Dæmonio suo *Xaca* immolantur. Geugues secretis stimulis incitati Diabolum vocantem illos sequuntur, qui in profundissima antra & speluncas a Dæmonibus præcipitati occumbunt, & quasi Diabolo immolantur, sicut recenset *Arnold. Montan. in descript. Leg. Holland. ad Japan. Imp. pag.* 122. Et *Jesuita Ludovic. Frojus in Epistol. Japan. ex Miaco anno* 1565. scripta. Sic quoque *Canidia* venefica scelerata apud *Horat. Epod.* 5. puerum prætextatum furtim raptum necare intendit, ut ex ejus cadavere sua maleficia adimpleret, sicut scribit *Bond ad epod.* V. *pag.* 110. Et hæc de defossione vivorum & sepultura illorum dicta sunto. Plura quidem de Sepultura Gentium dicenda, scil. Arabum, qui Reges defodiunt in sterquilinio, de quibus *Strabo l.* 16. *Geogr. p.*618. §. 14. Scythis apud *Herodot.* 4. *c.* 127. Thracibus, vid. *Mela* 2. *Geogr.* 2. Germanis, vid. *Quensted de sep. vet. c.* 16. *p.* 355. Hispanis Gallis & Danis, vid. *Quenst. cap.* 14. *pag.* 331. Sed de his fuse egit *Gyraldus* de vario sepeliendi ritu; quare hic subsistimus, & Lectorem ad citatos Scriptores remittimus.

CAPUT X.

De Sepulchris in Asia.

I. HActenus perlustravimus varios Gentilium sepeliendi ritus, de quibus plura adhuc proferenda essent, ni hoc fecisset sæpe citatus *Gyraldus*, ad quem B. L. remittimus. Nos his missis ad *Sepulchra* ipsa progredimur, & ea quæ in *Asia* fuerunt, percontamur, inter quæ *Assyriorum* Regum prima, de quibus *Arrian. l.* 7. asserit, quod in *palude* non

pro-

procul a *Babylone*, multa Assyriorum Regum *Sepulchra* exstructa fuerint. Videatur *Matth. Theatr. hist.* III. *pag.* 35. confer. *Gyrald. de vario sepeliendi ritu c.* 18. An autem statim ab initio *Sepulcra Regum Assyriorum* in palude illa exstructa fuerint? merito dubitatur. Non ante Cyri obsidionem nil quicquam de hac re legitur, qui teste *Herodoto l,* 1. *c.* 190. Euphrate obstructo paludem quasi effecit. Bene ergo Anglus nobil. *Joh. Marsham. in Can. Chron. Secul.* 18. *pag. m.* 628. 629. *ex Arriano* refert; *Alexander* per Pallacopam vectus, per lacus navigavit usque in Arabum regionem, rursumque per paludes navigans & Babylonem habens a sinistra, dum ipse esset triremis suæ gubernator, ventus obortus est, qui pileum & diadema ei alligatum abripuit: Diadema adhæsit arundini cuidam ex iis, quæ Sepulcris veterum Regum adnatæ erant. Τῶν βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις το εἶναι τοὺς πολλοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι δεδομημένους, *Multa Assyriorum Regum Sepulcra in iis* paludibus *exstructa* esse, temere & fortuito contingit, per infaustum illud diluvium quod induxit Cyrus: cui nullum unquam repertum est remedium.

II. Sepulcrum *Beli* describit *Strabo Geograph. l.* 16. *in princ.* his fere verbis: Flumen, inquit, mediam urbem interluit, ejus latitudo stadium occupat, horti super flumine (Euphrate) sunt, ubi etiam Beli Sepultura est nunc eruta, quam Xerxes eruit, ut fertur. Ea Pyramis quædam erat quadrata, ex latere coctili structa stadii altitudine, cujus quoque latus stadium obtinebat, &c. Hæc *Strabo*. Hujus etiam meminit *Herod. l.* 1. *c.* 181. 182. 183. Jovis *Beli* templum in altera urbis parte situm æneis portis figura quadrata, duorum undecunque stadiorum amplitudine; cujus in medio turris solida exstructa longa & lata stadium, cui alia turris rursus imposita est: & huic subinde alia, ad octavam usque: in ultima hac fuit fanum ingens, in quo lectus splendide stratus & mensa aurea; statua autem nulla. In inferiore autem fano magnum fuit Jovis simulacrum sedens ex auro & magna mensa aurea, cujus scamnum & sella ex auro sunt. Confirmat hoc etiam *Arrian. l.* 7. *de expedit. Alexand. M. edit. Amstel.* 1668. *curante Nicolao Blancardo Medic. cel. pag. m.* 480. *&* *l.* III. confer. *Ælian. Var. hist. l.* 13. *cap.* III. *pag. m.* 659. *edit. Argentorat.* qui hæc recenset: *Xerxes Darii filius effosso vetusti Beli monumento vitream urnam reperit, ubi jacebat in oleo cadaver, non tamen plena fuit urna, vacuumque e summis labris fere palmæ spatium habuit. Adjacebat urnæ columna exigua, in qua scriptum continebatur, eum qui Sepulchrum aperuisset, neque replevisset urnam, pessime habiturum. Quo lecto, Xerxes expavit, & oleum celerrime jussit infundi, non tamen impletum est, &c.* Ex his & aliis testimoniis constat, quod Beli monumentum superbissimum fuerit, quod ex descriptione Herodoti patet: conf. *Freinsheim. in Curt.* 5. 1. 24. *ad vocem regia*.

III. *Semiramidis* Sepulcrum habes apud *Plutarchum in Apophthegm.* & *Stobæum serm.* 10. Describit quoque hoc *Herodot. l.* 1. *Clio, fol. m.* 77. his verbis: Supra portas urbis celeberrimas, loco edito atque conspicuo sepulcrum sibi exstruxit, atque his literis inscripsit: SI CUI REGUM BABYLONIS POST ME FUTURORUM FUERIT PECUNIÆ PENURIA, APERTO SEPULCHRO SUMITO, QUANTUMCUNQUE LIBUERIT PECUNIÆ, NE TAMEN, NISI INDIGUERIT, ALIOQUI APERITO. NON ENIM IN REM EJUS FUERIT. Hoc Sepulcrum tamdiu fuit immotum, dum regnum pervenit ad *Darium*. Is indignum esse ratus se neque uti quippiam his portis (ideo autem non utebatur, quod supra caput ipsius transeuntis mortuus situs esset) neque sumere pecunias repositas, & eas quidem ipsum provocantes, reseravit monumentum, in quo non quidem pecunias invenit, sed literas ita dicentes: NISI PECUNIÆ ESSES INEXPLEBILIS ET TURPIS LUCRI CUPIDUS, DEFUNCTORUM SEPULCRA NON APERUISSES.

IV. *Sardanapali* Sepulchrum habes descriptum apud *Camerarium Hor. Subcis. cent.* 1. *c.* 97. *pag.* 450. *seq.* quod ad *Anchialen* fuisse prodit *Aristobulus* apud *Strabonem lib.* XIV. & lapideam imaginem hominis conferentis dextræ manus digitos acsi crepitum digitis editurus esset, hoc modo: ✱ Literis Assyriis, ut ibidem tradit *Strabo* hæc Monumento Sardanapali inscripta sunt: Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξεω παῖς Ἀγχιάλην καὶ Τάρσον ἔδειμε ἐν ἡμέρῃ μιῇ. Σὺ δ᾽ ὦ ξένε ἔσθιε, πῖνε, παῖζε. ὡς τ᾽ ἄλλα τούτου οὐκ ἄξια τοῦ ἀποκροτήματος. i. e. *Sardanapalus Anacyndaraxæ F. Anchialen & Tarsum una die ædificavit. Tu autem hospes, ede, bibe, lude: cætera enim ne hujus sunt digna.* Crepitationem intelligit digitorum. Postrema Inscriptionis verba apud *Suidam* explicantur hoc modo: ὡς τάγε ἄλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια, τουτέστι, τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος: Nam cætera humana ne

ne hujus quidem (digitorum videlicet crepitationis) sunt digna. Insistebat enim, ut ibi notat Suidas, monumento simulacrum, manibus supra caput tensis velut concrepitantibus digitis. Ita intelligi debet hic gestus tendentis manus supra caput, non ut fieret manuum complosio, sed ut tribus digitis erectis crepitatio ederetur, medio in pollicem incumbente & feriente indicem exstantem, ad significandum contemtum, ut monet *Andreas Schottus*. Eandem Inscriptionem paulo aliter *Arrianus* recenset verbis his, quæ leguntur *lib.* 2. *de Expedit. Alexand. pag. m.* 91. *edit. Amstel.* ΣΑΡΔΑΝΑΠΑΔΟΣ Ο ΑΝΑΚΥΝΔΑΡΑΞΟΥ ΠΑΙΣ, ΑΓΧΙΑΛΟΝ ΚΑΙ ΤΑΡΣΟΝ ΕΝ ΗΜΕΡΑ ΜΙΑ ΕΔΕΙΜΑΤΟ. ΣΥ ΔΕ Ω ΞΕΝΕ ΕΣΘΙΕ, ΚΑΙ ΠΙΝΕ, ΚΑΙ ΠΑΙΖΕ, ΩΣ Τ' ΑΛΛΑ ΤΑ ΑΝΘΡΩΠΙΝΑ ΟΥΚ ΟΝΤΑ ΤΟΥΤΟΥ ΑΞΙΑ. i. e. *Sardanapalus Anacyndaraxæ F. Anchialon & Tarson uno die condidit. Tu vero Hospes ede, bibe, lude, quum ceteræ res humanæ tanti non sint.*

V. Hoc Epicedium *Sardanapalus* ipse sibi composuit, ut ait *Diodorus*, & successoribus *sepulchro* suo post mortem inscribendum mandavit: quod e lingua Barbarica Græcus aliquis transtulit. *Athen. lib.* 12. hanc Epigraphen ex *Clytarcho* refert, *Chærilus* Poeta (ut ex *Strabone* colligas) Sardanapali Epitaphium versibus expressit. Apud eundem Geographum hi versus hodie leguntur, quos ex Chrysippo protulit:

> Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε
> Τερπόμενος θαλίῃσι. θανόντι τοι ὔτις ὄνησις.
> Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμὶ, Νίνȣ μεγάλης βασιλεύσας
> Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον ϗ ἐφύβρισα, ϗ μετ' ἐρώτων
> Τέρπν' ἔπαθον. τὰ δὲ πολλὰ ϗ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

Id est:

> *Cum te mortalem noris, præsentibus exple*
> *Deliciis animum: post mortem nulla voluptas:*
> *Namque & ego, cinis ecce, Nini rex maximus olim*
> *Hæc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido*
> *Hausit: at illa jacent multa, & præclara relicta.*

Illa Epitaphii verba, Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, Philosophi tum *Stoici*, tum οἱ ἐκ περιπάτȣ, deriserunt. *Cicero lib.* 2. *de Finib.* Corporis autem voluptas, inquit, si etiam præterita delectat, non intelligo cur *Aristoteles Sardanapali* Epigramma tantopere derideat, in quo ille Rex Assyriæ glorietur, se omneis secum libidinum voluptates abstulisse. Idem, *Tuscul. Quæst. lib.* 5. Sardanapali opulentissimi Assyriæ Regis error agnoscitur, qui incidi jussit in busto, Hæc habeo, quæ edi, &c. Quid aliud, inquit, Aristoteles, in bovis, non in Regis *Sepulchro* inscriberes? hæc habere se mortuum dicit, quæ ne vivus quidem diutius habebat, quam fruebatur.

VI. Pro *Cyri* Sepulchro commendat *Barnab. Brisson. de regno Persico Freinshemius in Curt.* 10. 1. 30. Quo mortis genere diem suum obierit Cyrus non convenit inter Autores, ut prolixe monent *Matth. Theatr. histor.* & *Cluver. Epitom. hist. in Cyro.* Cui parti nos addicamus, non satis videmus. *Xenophontis* in ista re auctoritatem elevavit pridem *Johann. Behm Chronol. Manud. dec.* 2. *obs.* 1. *fol.* 236. *seq.* Ac *Sepulchri* quanquam manifestissima vestigia non præbent tutum argumentum pro morte, ex causis naturalibus, contracta. Quia potuit cadaver e Scythia vel furto relatum, vel pecunia redemtum esse. Potest funus imaginarium factum fuisse, ad velandam tantæ cladis turpitudinem, *Cl. Frideric. Muller. Profess. quondam Gissens.* asserit, cui opinioni non adstipulamur, quippe ex testimoniis claris Scriptorum, Cyrum in Sepulchro conditum fuisse. Nam *Alexan. Magnus* in *Pasargadas* veniens *Cyri Sepulchrum* in hortis vidit: in quod *Aristobulus* jussu Regis introiit, seque vidisse ait: κλίνην χρυσῆν, ϗ τράπεζαν σὺν ἐκπώμασι, ϗ πύελον χρυσῆν, ϗ ἐσθῆτα πολλὴν, κόσμον τε λιθοκόλλητον. i. e. *lectum aureum & mensam cum poculis aureumque alveum, vestem plurimam ac mundum gemmis ornatum.* Testatur hoc *Arrian. l.* VI. *de expedit. Alexand. pag. m.* 435. *seq. edit. Amstel.* 1668. curante *Nicolao Blancardo*: cujus locum ex interpretatione *Bonavent. Vulcan. Brug.* recensebimus: *Esse enim*, inquit, *Arrianus*, *apud Pasargadas in hortis regiis Cyri Sepulchrum, & circum id*, lucum omnis generis arboribus consitum, aquisque irriguum atque alto gramine hortum ipsum refertum esse: Sepulchrum ipsum ab ima parte saxo quadrato structum, quadrangularem formam præ se ferre. In editiore parte ædiculam esse lapideo fornice contectam portulamque habere, quæ in eam ducat, ita angustam ut ægerrime unus aliquis, neque is magnæ

gnæ ſtaturæ, ingredi poſſit. In ædicula ſolium aureum eſſe poſitum, in quo Cyri corpus conditum ſervatur: ubi obſervandum, quod Græci πύελον χρυσῆν præferant, quæ *Curtio* præeunte mutavimus, *ſolium aureum*. Principio decimi: *corona aurea impoſita amiculo, cui adſueverat ipſe, ſolium, in quo corpus jacebat, velavit.* Idem de loculo Alexandri cap. x. *Ægyptii Chaldæique purgavere corpus, repletumque eſt odoribus aureum ſolium, & capiti adjecta fortunæ ejus inſignia.* Eodem ſenſu *Plin. l. 35. cap. 12. Quin & defunctos ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluere.* Et *Florus* de Cleopatra lib. 4. c. XI. *In differto odoribus ſolio, juxtam ſuum ſe collocavit Antonium.* Solium arcula erat, aut loculus, ubi defunctorum corpora condebantur. *Arrianus* paulo poſt, ἐν μέσῳ δὲ τῆς κλίνης ἡ πύελος ἔκειτο, ἡ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἔχουσα. Unde *Heſychius* τὴν πύελον exponit λάρνακα. Suidas vero θήκην interpretatur. E quibus efficitur, falli interpretem, qui hic & ſeptenis ſequentibus locis τὴν πύελον *urnam* reddit, quaſi is genti mos fuerit, ut cineres reliquiæque corporum crematorum in urnis reponerentur. At ea conſuetudo *Romanorum*, non *Perſarum* fuit, aut *Græcorum*, qui ſuorum cadavera non comburebant. Unde in funere *Poppææ* velut inſolens notat *Tacitus Annal. l. 16.* Corpus non igni abolitum ut *Romanus* mos, ſed Regum externorum conſuetudine, differtum odoribus conditur, tumuloque *Juliorum* infertur. De *Perſis* autem & *Ægyptiis Herodot. l.* III. refert, quod non cremarint, ſed melle circumlitos mortuos condierint. Solium igitur *Cyri* ita exſtructum, ut quadraret & magnitudini corporis reſponderet, quod de loculo *Alexandri Diodor. Sicul.* tradit. *l.* 18. neque *urnæ* aptari poteſt.

VII. In deſcriptione Sepulchri Cyri pergit *Arrianus: lecticam* ſolio adſtare, cujus pedes ex ſolido auro fabrefacti ſint, hanc tapetis Babyloniis ſtratam, ſtragulis purpureis ſubſtratis: lecticæ candyn regiam aliaſque veſtes Babylonii operis impoſitas eſſe. Quæritur autem num addendum ſit *purpura inſertis*. Non enim dicit τάπητα Βαβυλώνια, ſed ἐπιβλημάτων Βαβυλωνίων. At ἐπίβλημα notat infertam in fine veſtis purpuram. *Heſychius* λῶμα interpretatur. Quare tapetia illa Babylonica fuere inſertitia ſive ἐνερραμμένα. Nam ut quædam intexi & immitti & inſui veſtibus dicebantur, ita & inſeri decantatiſſimum eſt. *Plutarchus Caton. Major.* habet ἐπίβλημα τῶν ποικίλων Βαβυλώνιον quod fuit ſtragula Babylonico opere acu picta. Quid per καυνάκας *Arrianus* intelligat? docte oſtendit *Blancard* in annot. ad h. l. ex *Heſychio*. Notanter addit *Arrianus Candyn*, quæ vox Perſica eſt, quam retinuit interpres, & per *tunicam* reddere licebit. Imperite autem a quibuſdam vertitur per *cidarim*, nam ea capitis tegumentum fuit. Nos *Curtii* verbo *amiculum* reddimus, haud neſcii veſtem ſuperiorem plerumque ſignificare. Pari ratione ut apud Græcos tunica ἐπενδύτης dicebatur, quæ pallio ſuberat, & ſupra interulam ſumebatur; ita & Perſæ *Candyn* ex humeris ſuſpendebant, ut medio eſſet loco inter ſubuculam & pallam, quæ ſupra omnia veſtimenta injiciebatur.

VIII. Hæc & alia reperta ſunt, quæ ad alium locum differimus, modo hic addentes, quod in medio lecticæ ſolium corpus Cyri continens fuerit. Eſſe præterea intra ambitum in ipſo ad Sepulchrum aſcenſu exiguam quandam ædiculam, Magis exſtructam, qui quidem Sepulchrum cuſtodiebant, jam inde a Cambyſe Cyri filio cuſtodiæ munere a patribus in filios tranſmiſſo. Atque his quidem ovis in ſingulos dies a rege dabatur vinique & farinæ certus modus: ſingulis etiam menſibus equus unus, quem Cyro ſacrificarent. Titulus Sepulchri Perſicis literis inſcriptus hoc ſignificabat: Ω ΑΝΘΡΩΠΕ, ΕΓΩ ΚΥΡΟΣ ΕΙΜΙ Ο ΚΑΜΒΥΣΟΥ, Ο ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΠΕΡΣΑΙΣ ΚΑΤΑΣΤΗΣΑΜΕΝΟΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΣ, ΜΗ ΞΥΝ ΦΘΟΝΕΙ ΜΟΙ ΤΟΥ ΜΝΗΜΑΤΟΣ, h. e. O MORTALIS, CYRUS EGO SUM CAMBYSIS F. QUI PERSIS REGNUM CONSTITUI, ASIÆQUE IMPERAVI, ITAQUE NE MEO MONUMENTO INVIDEAS. Confer. huc annotat. *Nicolai Blancardi pag. m.* 438. qui ex *Plutarco* quoque aliam ἐπιγραφὴν recitavit in vita *Alexandri*, quam *Ariſtobolus* quoque retulit his verbis: Ω ΑΝΘΡΩΠΕ ΟΣΤΙΣ ΕΙ ΚΑΙ ΠΟΘΕΝ ΗΚΕΙΣ (ΟΤΙ ΜΕΝ ΓΑΡ ΗΞΕΙΣ ΟΙΔΑ) ΕΓΩ ΚΥΡΟΣ ΕΙΜΙ Ο ΠΕΡΣΑΙΣ ΚΤΗΣΑΜΕΝΟΣ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΜΗ ΟΥΝ ΦΘΟΝΗΣΗΣ ΜΟΙ ΤΟΥ ΜΝΗΜΑΤΟΣ, h. e. O HOMO, QUISQUIS ES, ET UNDECUMQUE VENISTI (NAM VENTURUM NOVI) EGO CYRUS SUM, QUI PERSIS IMPERIUM ACQUISIVI, ET REX ASIÆ FUI, NE IGITUR MIHI MONUMENTUM INVIDEAS. *Oneſicritus* tradidit, *turrim* fuiſſe δεκάστεγον, in ſupremo autem tabulato jacuiſſe *Cyrum* cum hac Græca Inſcriptione Perſicis literis exarata:

Ἐνθάδ᾽

Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς βασιλέων,

Id eſt:

Cyrus ego Rex olim regum conditus hic ſum.

De *Darii* Sepulchro pauca habet *Strabo l.* 15. *Geograph.*

IX. Celebratur in Aſia quoque *Halyattis* patris *Crœſi* Sepulchrum ſplendidum & ſuperbum a *Crœſo* parenti exſtructum: vid. Angl. *Johann. Marſham. Can. Chron. pag. m.* 604. *edit. Lipſ.* 1676. quod ab *Herodoto l.* 1. *Clio*, *c.* 93. eleganter deſcriptum reperimus. Verba *Herodoti* ab *Henrico Stephano* recognita *fol. m.* 40. *edit.* 1618. ita ſonant: Ibi eſt *Alyattis* Crœſi parentis Sepulchrum, cujus baſis e grandioribus eſt lapidibus: reliqua Sepulchri pars, aggeſtio eſt terræ. Quod Sepulchrum conſtruxiſſe feruntur homines emptitii atque operarii, & una cum his adjuvantes ancillæ. Ceterum ad noſtram uſque ætatem in ſummo tumulo quinque termini ſtabant, quibus literæ inſculptæ indicant, quæ ſinguli elaborarint: apparebatque ex menſura, ancillarum opus eſſe maximum. Sepulchri hujus ambitus ſtadiorum eſt ſex & duorum jugerum, latitudo jugerum tredecim: conf. *Nicol. Lloyd. Dictionar. Geograph. pag. m.* 83. *edit. Genev.* Ex his ſatis elucet, quam magnificam fuerit Sepulchrum. Nec minus celebre eſt Hephæſtionis Ecbatanis Sepulchrum, de quo *Juſtin.* 12. 12. 11. *Greinſhem in Curt.* 10. 4. 13.

X. *Mauſoli* Sepulchrum in *Caria* ab *Artemiſia* exſtructum magnis extollitur laudibus, ita ut inter ſeptem miracula mundi relatum. Defuncto enim marito *Mauſolo*, uxor *Artemiſia* molita eſt ingenti impetu operis conſervandæ mariti memoriæ cauſa Sepulchrum illud memoratiſſimum dignatumque numerari inter VII. miracula vel ſpectacula omnium terrarum. Videantur Scriptores graviſſimi de hoc Sepulchro differentes, & omnes uno quaſi ore profitebuntur, illud ſtupenda elegantia formatum fuiſſe. Audiamus *Balthaſ. Bonif. Rhodign. in hiſtor. Ludicra l.* III. *cap.* 27. *pag. m.* 88. *edit. Bruxell.* 1656. loquentem: *Cæterum ad Artemiſiam revertor, quæ cariſſimo conjugi Sepulchrum mirandum excitavit, de quo quæcunque opere & ſumtu magnificentiſſima cenſerentur, Mauſolea dicta ſunt. Erat autem Mauſoleum Arthemiſium quadrata moles e marmore fulgidiſſimo, in circuitu pedes quadringentos & undecim habens, quæ quinque & viginti cubitis attollebatur in altitudinem, & columnis triginta ſex circumcingebatur, undique ſtatuis nobiliſſimis referta, in cujus apice erat quadriga marmorea Regem vehens.* Confer. huc *annotat. Henric. Salmuth. ad Guidonis Pancirolli rerum memorabilium librum Tit.* 32. *pag. m.* 109. *edit. Francoſ.* 1660. Adſtipulatur his *Nicol. Lloydius in Dictionar. Geograph. pag. m.* 626. *edit. Genev. Eduard Simſon in Chronic. Cathol. par.* IV. *fol. m.* 112. *edit. Oxon. Vitruv.* VII. *archit. pag.* 290. Unde *Martial. epigram.* I. *in amphitheatr. Cæſar.*

Aere nec vacuo pendentia Mauſolea
Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant:

id eſt, Nec Cares ſuum Mauſoleum velut in aere ſuſpenſum ſupra aerem & ætherem extollant. Propter altitudinem operis pendentia Mauſolea dicuntur; quippe hujus, uti paulo ante diximus, altitudo ſublata erat moles, vel quia concamerata erat, vel quia columnis impendebat, vel ob nobilem illam quadrigam marmoream a Pythi ſummo pyramidis cacumini impoſitam, quæ velut in aere pendere, & ſuſpenſis alis & equis volare videbatur. Copioſius Mauſoleum depinxit *Plin. l.* 36. *c.* 5. plures paſſim mentionem fecere. *Cic. Tuſcul.* 3. *Strab. l.* 14. *Herodot. l.* 7. *Gell. l.* X. 18. *Val. Maxim. l.* 4. *c.* 6. *Caſſiod. Antipat. l.* 1. *ep. Græc.* & alii. De Arati Sepulcro in Cilicia, vid. *Mela* 1. *Geograph.* 13. *pag.* 38. De incolis *Zeilan*, vid. *Gejer. de luctu Heb. cap.* 6. *pag. m.* 101.

CAPUT XI.

De Sepulchris in Africa.

I. VAria etiam celeberrima *Sepulcra* in Africa reperiri extra omnem dubitationis aleam ponimus. In Ægypto apud Memphim *Sepulcra Cheopis* & *Chephrenis* in Pyramidibus demonſtrantur apud *Herodot. lib.* 2. *fol. m.* 157. *cap.* 124. & 127. qui evolvatur, & ſtatim pyramidum ſplendor & magnificentia, ſub quibus Reges ſepulti, patebit. Has proprio nomine Ægyptii appellabant

NSCTϐλλDC ṄΦϮ Erantque moles maximæ, ſive lapideæ ſtrues ita erectæ, ut e lato in acutum mira altitudine tenderent: dictæ ab ipſa figura, quæ flammam imitatur igneam, πῦρ enim Græcis ignis eſt; unde & pyramis. Ignem certe pyramidis formam habere, Plato teſtatur:

tur: propterea quod cum in imo latus sit circa materiem & fomentum, quo pascitur, in acutam flammam, quæ cælum spectat, desinit. Nam per basin, materia concreta significatur; per reliquum corpus, materia jam ad formam recipiendam parata & quasi fermentata: per punctum ipsa informis & simplicissima substantia, ut est apud *Pierium l. 60. Hieroglyph.* Tam altæ vero in Ægypto Pyramides fuisse traduntur, ut magna omnium admiratio fuerit, qua ratione in tantam altitudinem subvecta sint cæmenta. Ideoque *Martialis* eas pro miraculis habet: *Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis*, *Epigr.* I. *Herodot. l.* II. octo plethrorum, h. e. octogenum ait pedum. *Diod. Sic. l.* I. paulo amplius sexcentorum. *Strabo l.* 18. σαδιαίας, ait, singulas, h. e. singulas pyramides singula stadia altas. Stadium autem, ut *Columella* & *Plinius* docent, continet pedes sexcentos viginti quinque. Plinius altitudinem non exprimit. *Mela* ad quatuor jugera in altitudinem erigi affirmat. *Solinus* prodigiose *Pyramides*, inquit, turres sunt in Ægypto fastigiatæ ultra excelsitatem omnem, quæ fieri manu possit. Itaque mensuram umbrarum egressæ, nullas habent umbras. Epigrammatar. *Græc. l.* 4. *epig.* εἰς τὰς ἐν Μέμφει πυραμίδας, ποιητικῶς, ait illas sidera contingere: conf. *Ammian. Marcell. l.* 22. *Cassiod. form.* 15. *l.* 7. *Auson. Edyl.* III.

II. Cur autem Ægyptiorum Reges Pyramides exstruxerint, variæ dantur rationes. *Joseph. l.* 2. *c.* 5. inter ταλαιπωρίας Israelitarum in Ægypto, dicit illos in exstruendis Pyramidibus laborasse. Israelitæ quidem regnante Nitocre, juxta *Marshamium*, habitabant in *Goshen;* in servitutem autem non sunt redacti ante adventum Pastorum: post tempus illud nullæ exstructæ sunt Pyramides, nisi ævo longe inferiore in Mœridis insula, aut Labyrintho. Alii ineptissime existimarunt, illas fuisse ὡρεῖα βασιλικὰ σιτοδόχα, ἃ κατεσκεύασε Ἰωσήφ, horrea regia frumentaria extructa a Joseph Patriarcha; nomenque ἀπὸ τοῦ πυροῦ, non ἀπὸ τοῦ πυρὸς deducunt, uti *Autor Etymolog. Stephan.* & *Gregor. Nazianzen.* cujus verba adduxit *Balthas. Bonifac. Rhodigin. l.* III. *Hist. ludicr. cap.* 36. *pag. m.* 88. *edit. Bruxell.* quam opinionem refutatam habes in notis *Henric. Salmut. ad Guid. Panciroll. pag. m.* 104. Alii alias addunt rationes, inter quas & hæc est, qua asseritur, Reges Ægyptios primum excogitasse id genus ædificii ad stultam ostentationem in pecuniis erogandis: sive ne pecuniam successoribus præter modum relinquendo, insidiandi sibi causam præberent: sive ne plebs ocio torperet. *Plin. l.* 36. *cap.* 12. *Chassan. in catalog. glor. Mund. part.* 12. *consid.* 74. quanquam & alia hujus rei possit dari ratio, ut scil. sub tam regio & admirabili ædificio terra conditi, immortalitatis famam consequerentur. Ægyptii enim primi putantur scribente *Herodot. l.* 2. *c.* 123. qui animam hominis immortalem esse dixerint & docuerint ejus transmigrationem in alia animalia terrestria, marina, volucria, rursusque in corpus humanum intra 3000. annos fieri. Hinc tantum condiendi cadaveris studium, tantæ instruendis repositoriis impensæ. Unde *Diod. Sicul. l.* I. scribit de illis: De structura domuum minus sunt solliciti, in Sepulcris vero omnem superant magnificentiam. Sane Regum Sepulcris Pyramides fuisse superpositas ex illo *Lucani* colligitur,

> *Quum Ptolomæorum manes seriemque pudendam*
> *Pyramides claudant.*

Nec vero ob temporis duntaxat perpetuitatem, aut nominis immortalitatem, ut diximus; sed vel ideo magnifica Regum Sepulcra Ægyptios sub ingentibus Pyramidibus fecisse *Pierius l. 60. Hieroglyph.* existimat, ut testarentur, corpore soluto & corrupto animam superesse, &c.

III. De Pyramidibus summa magnificentia erectis legatur *Athanas. Kircher. class.* 8. *fol. m.* 292. *seq.* qui ex *Herodoto*, *Diodoro*, *Strabone*, *Plinio*, *Petro Bellonio*, *Marco Grimano*, *Petro de Valla* plurima testimonia retulit, quæ testantur de illarum splendore, quæ adducere supervacaneum existimamus; sed in id incumbimus, ut probemus Reges Ægyptiorum sub his reconditos fuisse. Hic testem oculatum ex *Radzevilio* adducimus, qui *fol.* 161. *hist. Itin.* expresse scribit: *Intrinsecus habet artificiosos & peramplos gradus, quibus æque ac extrinsecus ad ipsam usque summitatem adscenditur; habet & concamerationes, quarum duæ majores, una super alteram erecta, quæ* Sepulchra *Regum Ægypti continebant: in inferiori extat etiam hodie* Sepulchrum *satis magnum, in quo corpus aliquod fuit repositum.* Confirmat hoc *Tito Livio Burattini*, referente *Kirchero in Oedip. Ægypt. fol. m.* 305. *edit. Roman.* his verbis: *Da queste Piramidi sino a quelle di Giza, che sono circa dieci miglia Italiane poste verso Tramontana, era già la famosissima Città di Memfi, ed ora ancora sono li* Sepolcri *delli antichi Egizii, volgarmente chiamati le Mumie. Sei di questi* Sepolcri *quì sopra*

ſopra ho diſegnato, con l'arena all' intorno, che cavano dalla bocca quando vogliano entrare. Ichnographiam cryptarum & Pyramidum circa Memphim nobis exhibet *Athanaſ. Kircher. fol. m.* 403. *Syntagm.* XIII. ex delineatione *Burratini Regis Poloniæ architecti*, quam citato loco evolvere licet.

IV. In Labyrintho Ægyptiaco *Sepulcra* Regum aliquod reperiuntur, uti *Strabo* XVII. *Geograph. pag.* 662. *ſeq. pag.* 697. *ſeq.* teſtatur. Hunc deſcribit *Herodot. lib.* 2. *Euterp. cap.* CXLVIII. *fol. m.* 147. cujus verba ex *Vallæ* interpretatione hæc ſunt: *Regnantibus in Ægypto duodecim Regibus, placitum eſt eis aliquod relinquere commune omnibus monumentum, ex eoque placito fecerunt Labyrinthum paulo ſupra Mœridis ſtagnum, maxime urbem verſus quæ dicitur Crocodilorum, quam ego aſpexi fama majorem.* Ubi in his verbis *Herodoti* obſervandum eſſe putamus, quo architecto uſi fuerint, quippe probabile non eſt, ipſis Regibus directoribus hoc ingens opus confectum. Architectum ergo hujus *Labyrinthi* nobis ſiſtit *Pompon. Mela lib.* 1. 9. qui in hæc erumpit verba: *Pſammetichi opus Labyrinthus domos ter mille, & regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore exſtructus ac tectus, unum in ſe deſcenſum habet, intus pene innumerabiles vias, &c.* Porro eundem Labyrinthum aſſerit paulo ſupra Mœridis ſtagnum fuiſſe, quod *Ptolemæo* paulus ingens a *Memphi* 72. *m.* vid. *Nicol. Lloyd. Dictionar. Geograph. pag. m.* 651. *edit. Genev.* Situm optime deſcripſit & exhibuit *Athanaſ. Kircher. in Oedip. Ægypt.* Additur verſus urbem Crocodilorum, quæ in Nomo XV. dicta Crocodipolites. Coptice ⲦⲈⲂⲒⲢⲚⲤⲆⲈⲬⲒ, quia in hac urbe Crocodilorum cultus viguit. *Arſionem* hanc quoque civitatem dictam ex Strabone oſtendit citatus *Athanaſ. Kircher. fol. m.* 35. *Syntag.* 1. *Chorograph. Ægypt.* Sed iterum ad *Herodotum* nos conferimus dicentem: Si quis enim ex Græcorum narratione muros & operis ſpeciem ratiocinetur, minus concipiet, quam pro labore & ſumptu hujus Labyrinthi: tametſi enim Epheſi templum memoratu dignum eſt, & in Samo; tamen pyramides erant narratione majores, quarum ſingulæ multis & magnis operibus Græciæ æquiparandæ ſunt. Sed eas quoque Labyrinthus antecellit. Etenim duodecim ejus aulæ ſunt tecto opertæ, portis oppoſitis altrinſecus: ſex ad Aquilonem contiguæ, totidem ad Auſtrum vergentes, eodem extrinſecus muro concluſæ. Bifaria in eo ſunt domicilia, una ſubterranea, altera ſuperiora illis impoſita; utraque tria millia quingenta: quorum ea, quæ ſuperiora ſunt, ipſi vidimus, & quæ aſpeximus, enarramus; ſubterranea vero auditu percepimus; nam qui Labyrintho præpoſiti Ægyptiorum, nolebant illa ullo pacto monſtrari, quod dicerent illic *Sepulchra* eſſe tum eorum Regum, qui ædificandi Labyrinthi fuerunt Autores, tum ſacrorum Crocodilorum: ita de inferioribus docti comperimus: ſuperiora ipſi aſpeximus humanis operibus majora, nam anfractus ſeu egreſſus per tecta & regreſſus per aulas, uti erant diverſiſſimi, ita infinita me admiratione afficiebant. Ex aula in conclavia tranſitur, ex conclavibus in cubicula, e cubiculis in ſolaria alia, e conclavibus in aulas alias. Horum omnium lacunar, quemadmodum & parietes, lapideum eſt, ſculptilibus paſſim figuris ornatum: ſingulæ aulæ maxima ex parte digeſtæ albo lapide, columnarum ambitu redimitæ; angulo, quo finitur Labyrinthus, adhæret pyramis quadraginta paſſuum, in qua grandia animalia ſunt inſculpta, ad quam inter ſub terra fit.

V. Hæc eſt deſcriptio ab Herodoto curioſo rerum omnium inſpectore & admiratore obſervata, cujus deſcriptionem ſecuti, libenter hic totius fabricæ rudem ſaltem quandam & ſuperficialem Ichnographiam exhibuiſſemus, ſi per tempus licuiſſet, ut de præſtantia ingenii talium operum Architecti conjicere poſſet Lector. Audiamus etiam *Athanaſium Kircherum*, qui *fol.* 307. *claſſ.* VIII. §. 3. *Oedip. Ægypt.* ita diſſerit: Situs eſt *Labyrinthus* ad lacum Mœridis verſus Crocodilopolim, teſte *Herodoto* & *Plinio*, quod *Sepulchrum Mœridis* eſſe volunt. Dividitur id primum in duodecim juxta *Herodotum*, & *ſedecim* juxta *Plinium*, domicilia; tot videlicet aulas, ſeu potius ampla receptacula vaſtiſſimaque ædificia, quod olim Ægyptus univerſa in præfecturas, quas *Nomos* vocant, dividebatur: continebat præterea omnium Ægyptiorum Numinum templa; quibus complures quadragenum ulnarum pyramides includebantur. Erant autem, teſte *Strabone*, ſingulæ aulæ Nomorum columnis ambitæ, invicem continuæ; viæ vero quæ ad eas tendunt ex adverſo ſunt muri, qui aulas ordine poſitas cingunt. Ante ingreſſam vero portam Cryptæ ſunt multæ ac longæ, quæ inter ſe tanta & tam mirifica tortuoſitate vias implicatas tenent, ut nemo ingredi aulam ullam poſſit, nec egredi ſine duce, inexplicabili illo viarum errore deceptus. Sunt hic & cœnacula altiſſima, porticuſque nonagenis gradibus ſinguli exſtructi, columnis ex porphyrite lapide fulciti, quos inter Deorum ſimulacra Regum ſtatuæ, & ſumma

ma monstrosarum imaginum congeries. Quarundam vero domorum talis est, ab ingeniosa Architecti inventione, situs & dispositio, ut mox atque fores earum aperiuntur, formidabile tonitru audiri videatur. Hæc & alia recenset *Kircher. l. c.*

VI. An autem Labyrinthus ab uno Regum exstructus fuerit haud probabile videtur, uti bene observavit Anglus *nobil. Johann. Marshamius in Canon. Chron. pag. m.* 426. *edit. Lips.* quando ita differit: Neque est vero dissimile, opus illud non unius Regis fuisse, non unius seculi, sed hisce inchoatum temporibus, vix ultimis perfectum fuisse. Et *pag.* 415. inquit: *Sesostri* successit *Lachares*, qui Labyrinthum sibi Sepulcrum paravit, *Sync. pag.* 59. *Eusebio* Labaris, *Diodoro Mendes* sive *Marrus* vocatur, qui (aliquanto post Sesostris tempora) Labyrinthum condidit in Nomo *Arsinoite*, postea dicto. Portentosissimum humani ingenii opus durat etiam nunc, ait *Plinius lib.* XXXVI. *cap.* XIII. in Ægypto (in Heracleopolite Nomo, qui factus est ante annos ut tradunt) 3600. a Petesuco, sive Tithoe. Quanquam *Herodotus* totum opus Regum esse dicit, novissimaque Psammetichi. *Plinio* consentit *Strabo lib.* XVII. de *Labyrintho* agens: qui recensitis aulis, tandem ita concludit: In fine hujus ædificii, quod plus stadio occupat, est Sepultura quædam pyramis quadrangula, cujus quodlibet latus quatuor fere jugerum & altitudo par. Sepulti nomen est *Simandes*. Dicunt, tot aulas ibi factas esse, quod præfecturæ. Eadem fere narrat *Abenephius* de عين شمس Ainschemes, id est *Heliopoli*.

VII. In *Minervæ* templo, quod est in urbe *Sai* indicantur non tantum Regum, sed & alia Sepulcra. Sais autem erat sexta præfectura Saitica dicta, Coptice ⲠⲒⲦⲞⲨⲂⲒⲢ ⲚⲦⲈⲤⲰⲀⲞⲨ in qua *Minervam* cultam docet Strabo: Καὶ ἡ Σεβεννυτικὴ δὲ πόλις, καὶ ἡ ΣΑΙΣ Μητρόπολις τῆς κάτω χώρας, ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Ἀθηνᾶν· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ αὐτῆς ἡ θήκη κεῖται τοῦ Ψαμμητίχου. i. e. *Inde Sebennitica urbs, & Sais inferioris Ægypti Metropolis, in hac Minervam colunt, utpote in cujus templo* PSAMMETICHI SEPULTURA *est*. Meminit etiam hujus templi Palladis Clemens *Alexandrinus lib.* IV. *Strom.* conf. Angli *Johann. Marshamii Canon. Chron. Secul.* XVII. *pag. m.* 568. In eodem templo Minervæ *Sepulcrum* Regis qui *Apries* dictus est, uti prodit *Herodotus lib.* II. *fol. m.* 155. *seq. cap.* CLXIX. cujus verba ex versione *Vallæ* hæc sunt: Eum isti ubi strangulavere, paternis in monumentis sepeliverunt, quæ sunt in *templo Minervæ*, proxime cœnaculum ad lævam manum intranti. Nam Saitani cunctos qui tribules eorum fuere Reges intra templum sepelierunt. Sunt enim, pergit *Herodot. cap.* LXX. SEPULCRA apud *Sain* in templo *Minervæ* post totum delubrum prope parietem, atque in fano stant ingentes obeli. In hoc ipso itidem templo conspicitur SEPULCHRUM *Amasis*, uti *Herodot. lib.* III. *Thal. cap.* X. XVI. XXXVII. tradit. *Defunctusque*, inquit, *& sale conditus est*, & in SEPULCHRIS quæ ipse ædificaverat situs intra Templum (Minervæ) conf. *Kirchman. lib.* 3. *de funer. Rom.* 16. *pag.* 447.

VIII. In *Alexandria* locum, ubi Regum Sepulturæ sint, ostendit pluribusque describit *Alexandri Sepulcrum Strabo lib.* XVII. *pag.* 636. De hujus Alexandri sepultura & sepulcro vid. *Stat.* 3. *Sylvar.* 2. v. 117. *seq. Justin.* XIII. 4. 6. *Curt.* X. 10. 20. *Freinsheim. in Curt. l. c.* & in *Curt.* X. 1. 32. *Ælian. lib.* XII. *cap.* LXIV. *pag. m.* 642. 643. *edit. Argentor. & ennot. Job. Scheffer. in h. l.* & *lib.* XIII. *cap.* 30. *Diodor. Sicul. Bibliothec.* 18. *f.* 592. *Sveton. in August.* 18. *Casaubon. in h. l. Xiphilin. in Sever. fol.* 411. 46. *Herodian.* IV. 98. *f.* 549. *Suid. excerpt. in Severo & Caracalla f.* 870. Breviter omnia comprehendit Anglus *Eduard. Simson in Chronic. Catholic. part.* V. *fol. m.* 5. *edit. Oxoniens.* cujus verba, quia Autor in paucorum manibus, hic adscribemus: *Aridæus*, inquit, *qui Alexandri Regis funus accurabat, postquam biennium propemodum consumsisset* in magnifico funeris apparatu, tandem ad iter institutum se accingit, corpus *Alexandri*, prout ipse jusserat, in templum Jovis Ammonis deportaturus, *Ptolomæus Lagi* Filius in honorem Alexandri, cum exercitu ad Syriam usque obviam processit, & acceptum corpus maxima cura prosecutus est. Illud autem in præsenti non ad Hammonem transvehere, sed in condita nuper ab ipso Alexandro urbe Alexandria scil. deponere secum constituerat. Quapropter ibi fecit delubrum augustissimum, in quo regium cadaver exsequiarum justis & sacrificiis Heroicis, ludisque magnificentissimis veneratus est.

IX. Cleopatra monumentum, cujus janua ita præparata erat, ut semel clausa aperiri denuo nunquam potuerit, differit *Strabo lib.* XV. *fol.* 513. & 515. confer. *Sveton. in August.* 17. *Flor.* 4. 11. 11. Sepulcra Regum in speluncis circa *Thebas* advertit *Strabo lib.* XVII. *Geogr. pag.* 677. De *Memnonis* tumulo apud *Thebas* consignavit nonnulla *Plinius Histor. natural.*

ral. lib. x. 26. *pag.*483. *l.* XXXVI. *p.* 389. & mira de ſepulcho *Memnonis* comminiſcuntur Autores, *Plin. l. c.* refert. Memnonidas aves quotannis advolare Ilium ex Æthiopia, & confligere ad *Memnonis* tumulum; & quidem in *Troade* ſupra *Æſopi* oſtia tumulus eſt, inquit *Strabo l.* XIII. *pag.* 587. in quo oſtenditur ſepulchrum Memnonis, Tithoni filii. Simonides (vel potius Σημος ὁ Ηλἐιος vel ὁ Δήλιος teſtibus *Strabone l.* XV. *pag.* 728. & *Caſaubon. in loc.*) ait Memnonem ſepultum eſſe circa Paltum Syriæ, juxta flumen Badam, *Joſephus lib.* 2. *cap.* 9. *bell. Judaic.* id magis ad auſtrum collocat: Duobus, inquit, ſtadiis ab urbe Ptolemaide eſt fluvius perexiguus, qui Beltus vocatur, juxta quem eſt Memnonis Sepulchrum.

X. Facetus in ea re nobis videtur *Strabo l.* XVII. *Geograph.* qui inquit: *Creditur ſemel in die ſonitum quendam ictu haud magno effici a parte, quæ in ſede ac baſi eſt. Atque cum ego ibi cum Ælio Gallo adeſſem & cum reliqua multitudine amicorum ac militum, qui cum eo erant, circiter horam primam ſonitum audivi, ſeu a baſi, ſeu a coloſſo, ſeu a circumſtantibus de induſtria. Id enim haud quaquam affirmarim, cum propter incertam cauſam, omnia magis ſubeant, ut credam, quam ex lapidibus compoſitis ſic crepitum edi.* Hujus ſtatuæ meminerunt *Plinius*, *Tacitus*, *Pauſanias*, *Lucianus*, *Piloſtratus*, *Tzetzes*, *Scaliger in Euſeb. num.* 400. quorum teſtimonia & verba citavit nobil. *Angl. Johannes Marsham. in Canon. Chronic. pag. m.* 425. 426. conf. *Eduard Simſon Chronic. Cathol. part.* I. *fol. m.* 29. *edit. Oxon.* Ignoravit ita *Strabo*, beneficio Solis, aeris & aquæ excitari crepitum facile poſſe. Hujus Statuæ imaginem magica arte elaboratam pluribus deſcripſit *Athanaſ. Kircher. in Œdip. Ægypt. Tom.* 2. *fol. m.* 315. *edit. Rom.* Interim tamen *fol. ſeq.* oſtendit, quomodo naturali modo ejuſmodi ſtatua confici poſſet.

XI. De *Apis* Sepulchro videatur *Camerar. Hor. ſubciſiv. cent.* I. *cap.* LXXII. *pag.* 331. Porro memorabile eſt *Oſimandis Sepulcrum*, quod inter magnifica Regum Thebanorum SEPULCRA refertur. De hoc audiamus Diodorum, qui ex *Hecatæo Abderita* prodit: Sepulcra quoque, inquit, Regum priſcorum mirabili opere, & quæ minime æquari a poſteri poſſint, fuiſſe ajunt. Referunt Sacerdotes XLVII. Sepulchra regia, quorum uſque ad Ptolomæum Lagum XVII. tantum ſupererant, in eorum libris ſcripta contineri, eorumque etiam plurima, quo tempore ad ea loca acceſſimus, abſumpta erant, Olympiade 180. Non ſolum vero ab Ægyptiis Sacerdotibus hæc traduntur, ſed Græci complures, & in his Hecatæus, qui Ptolomæi Lagi tempore Thebas profecti, hiſtorias Ægyptias ſcripſerunt, nobiſcum ſentiunt: de prioribus enim Regum SEPULCRIS, in quibus traditur Jovis pellices conditas fuiſſe, recenſens ſingula, Regis monumentum, qui Simendius eſt, tradit fuiſſe ſtadiorum decem, &c. & quæ alia ſunt, quæ apud *Marshamium loc. cit. pag. m.* 427. 428. 429. & *Kircher. in Oedip. Ægypt. fol. m.* 309. 310. videnda ſunt. Ex quibus omnibus patet, magnificentiſſima fuiſſe in Africa Sepulcra.

CAPUT XII.

De Sepulchris in Europa.

I. HActenus ſatis diu in deſcribendis Sepulcris in *Africa* occupati fuimus; nunc ad *Europam* nos convertimus & Sepulcra illius perluſtramus. Antiquiſſimis temporibus domi defunctos ſepeliviſſe Græciam teſtis eſt *Plato in Minoe* parum a fine *fol.* 45. Poſtea vero, cum certis in locis homines mortuos ſepelirent, plerumque eos locos eligebant, qui ad ſepulchra apti erant. Qui nunc hos ſcire deſiderat, ille evolvat *Platonem lib.* XII. *de Legibus* ſic ſtatuentem, cujus verba Latina e Græco translata ita ſonant: Nullum in loco fœcundo & agro ad culturam apto Sepulchrum fiat. Sed is locus corpora defunctorum recipiat, qui ad cætera inutilis, & ad id tantum commodus viventes minime lædit. Nec enim a vivis, neque a mortuis, terræ matris fœcunditas impedienda eſt. Habuiſſe autem & totas familias ſua certa Sepulcra conſtat ex *Demoſthenis Orat. adverſ. Eubulid.* ubi ait: Ἔθαψε τούτους εἰς τὰ πατρῷα μνήματα: *Sepeliit eos in patriis monumentis*, quæ quotquot e familia ſunt participant. Hinc Sepulcra familiaria Cajo dicuntur, quæ quis ſibi familiæque ſuæ conſtituit. Ubi itaque apud Græcos corpora integra condere cœperunt, *Hypogæa* fuerunt. Omnes itaque mortui in illis *Hypogæis* in ſua quiſque arca poſiti jacebant: vid. *Tr. noſt. de Luctu Græcor. pag. m.* 155. *edit. Marpurg.*

II. In Græcia de Megarenſibus & Athenienſibus ſcribit *Plutarchus in Solone* his verbis: Terra autem mortuos Megarenſes condunt ad Orientem obverſos; ad occaſum Athenienſes, cui reclamans Hereas Megarenſis ait, Megarenſes quoque cadavera in occaſum verſa collocare. Sic apud *Ælianum lib.* V. *var. hiſtor. cap.* XIV. *pag. m.* 325. legimus, *ut ad occaſum ſpectet*,

ctet, sepeliat. Et *l. 7. c. 19. pag. m. 389.* ostendit, quomodo *Solon Megarenses* verbis & stratagemate vicerit, nempe, reseratis antiquis monumentis ostendit, omnes Athenienses versus occasum patrio more jacere: *Megarenses* vero temere & sine discrimine sepultos esse: vid. plur. *Tr. nostr. de Luctu Græcor. pag. m. 160. edit. Marpurgens.* De *Lacedæmoniis Plutarch. Lycurg. & Agesila. Ælian. 6. 6. Heraclid.* de *Republ. Lacedæm.* De Thracibus *Herod. l.* v. 8. Hi & alii populi Græcorum magnam Sepulcrorum curam habuerunt, impium esse putantes non insepultum relinquere. Imo adeo receptus apud Græcos mos & veluti necessarius fuit, ut cadavera quamvis ignota in viis reperta mandarentur Sepulturæ, uti pluribus ostendit *Petrus Moll. in not. & animadvers. ad Longi Pastoral. De Daphnide & Chloe, edit. Franequer.* 1660. *pag. m.* 32.

III. Hinc tot & tanta celeberrima monumenta vel Sepulchra apud ipsos extant. In via quæ *Corinthum* ducit, *Laidis* ostenditur *Sepulchrum*, cui leæna insculpta est, prioribus pedibus arietem tenens: vid. *Gerhard.* van Stöcken *Amœnitat. histor. s. rerum selectar. Centur. 2. p. m. 669. edit. Norimberg.* 1658. In suburbano agro urbis Tritææ Achæorum, *Sepulcrum* visitur candido lapide exstructum. In sella sedet eximia specie puella, adsistit puellæ ancilla cum galerico, & adolescentulus plane impubes, tunica amictus & supra tunicam punicea chlamyde: sequitur eum servulus cum jaculo venaticos canes ducens: vid. cit. *Gerhard* van Stöcken *Amœnitat. pag. 676.* Homero Sepulcrum splendidum exstructum fuisse testantur Scriptorum testimonia. Est præterea insignis locus 1. *Corinth.* 15. 29. qui de Corinthiorum Sepulcris loqui videtur non paucis, nec iis ignobilibus Interpretibus. De hujus loci interpretatione videantur cl. *M. Daniel. Grade dissert. de baptismo super mortuis. Henric. Muller. diss. de baptismo super mortuis. Tarnov. Exerc. Bibl. pag.* 645. *Gerhard. T.* 4. *de Bapt. Frid. Muller.* diss. de *Sepulcris edit. Giss.* ad quos Scriptores Lectores remittimus.

IV. De Sepulcris *Romanorum*, videantur *Munster.* IV. *Cosmograph.* 4. *f.* 394. *seqq. Annot. Philandr. in Vitruv.* 2. *arch.* 8. *pag.* 73. *seq. Stat.* v. *Sylvar.* 1. v. 225. *seq. Virgil.* VI. *Æneid.* v. 175. & 212. *seq. Kirchman. de funer. Rom.* 2. 22. *p.* 273. *lib.* III. 15. *p.* 434. *seqq. & cap.* XXVII. *pag.* 540. *Henric. Kipping. antiq. Rom. Gyraldum* de vario ritu sepeliendi variis in locis. Quare his missis ad alios Europæ populos progredimus & Sepulchra illorum consideramus. De Siculis confer. *Cicer.* 5. *Tuscul.* 64. *seq.* De Scythis *Herodot.* 4. 71. De *Kiovia* lege *Camerar. Hor. subcisiv. cent.* 2. 70. *p.* 283. De his itaque populis, ut eo melius de ipsorum moribus constet, fusius paulo agemus. Europæ enim regiones. (1) Hispania, cujus partes sunt Bætica, Lusitania, Provincia Tarraconensis. (2) Gallia, cujus partes sunt Gallia Transalpina & Cisalpina. Transalpinæ partes sunt. (1) Gallia Comata, cujus partes sunt Aquitanica, Celtica, Belgica. (2) Braccata. (3) Britannia major & minor. (4) Hibernia. (5) Germania superior & inferior. (6) Dania. (7) Norvwegia. (8) Suedia. (9) Italia. (10) Pannonia. (11) Illyricum. (12) Græcia. (13) Thracia. (14) Mœsia. (15) Scythia Europæ & (16) Sarmatia Europæa. Hæ regiones iterum in certas dividebantur partes, quarum quælibet certum Sepulcrorum ritum habebat. Quorundam ergo populorum Sepulcra adducemus.

V. Germani cadaveribus combustis Sepulcra non pretiosa erigebant, sed, teste Tacito, *Sepulcrum cespes erat*; imo Regibus etiam ac Principibus non splendida mausolea ex cavato marmore, aut sculpto affabre ligno, sed tumulum tantum nudo stratum cespite erexerunt. Quales tumulos Regum ac Magnatum cadaveribus excitatos, prope veterem Upsaliam conspici hodie adhuc, Sueci Scriptores memorant. Interdum etiam tumuli corona lapidum, silicumque ingentium rudi incultaque arte sibi invicem incumbentium præcingebantur: qualia Monumenta in *Westphalia* & *Drentia Picardus* reperit ac descripsit. De horum & aliorum moribus videatur *Paul. Hachenberg. dissertat.* XII. *de re funebr. veter. German. pag. m.* 416. 417. Cum autem Christianismum reciperent, mortui vestiti in arcis sive capsulis ligneis, quas postea Principes in staneas sive æneas mutarunt, reponebantur, & terræ mandabantur, qui ritus adhuc viget. De *Kioviorum* Sepulcris evolvendus est Herbinius, qui elegantem librum de *cryptis Kioviensibus edidit Regiomont.* 1675. De aliorum populorum Sepulcris plura possemus adducere, ni opus nimium cresceret. Remittimus tamen curiosos Lectores ad illos Scriptores, qui de his populis libros ediderunt.

VI. Priusquam autem huic capiti de *Sepulcris Europæ* colophonem addamus, pauca quædam de SEPULCRIS MAGNATUM per Europam adjicere. Quemadmodum enim Orientales Reges certa sua Loca vel civitates Sepulturæ destinata habebant; Ita & Reges & Principes

cipes Europæ horum vestigia presserunt, & quilibet horum certum sibi elegit locum Sepulchris ipsorum aptum. *Castellæ Veteris Reges* Legione in Hispaniis: *Galliæ* Reges in Cœnobio Dionysiano: Angliæ, ad Londinum totius Angliæ epitomen, in templo Westmonasteriensi, quod Henrici VII. sacrario maxime celebre est: Scotiæ, Bursiæ: *Suecorum Reges*, *Stockolmiæ: Danorum*, *Barsbolmiæ* & *Roeschildiæ*. Apud Danos antiquos locus Sepulchrorum erat *Lethræ* in meditullio Selandiæ, non longe ab oppido Roschildia sitæ, ubi hodie ab incolis monstrantur vestigia & Sepulchra *Haraldi Hylderan.* & Regis *Olai* ostenduntur diversa forma exstructa. *Poloniæ* Reges, *Cracoviæ*: Electores *Saxoniæ*, *Freibergæ;* Palatini, *Heidelbergæ;* Brandeburgici, *Coloniæ ad Suevum:* Duces Austriaci, *Viennæ*: Principes & Duces Wurtenbergici, *Tubingæ*, ubi splendidissima monumenta conspectui dantur: Megapolitani, *Sverini:* Pomerani, *Wolgasti*: Holsati, *Slesvici*, &c. vide *Melchiorem Junium quæst. polit.* 109. Locum Sepulturæ Imperatoriæ certum destinatum non reperio, scribit *Limnæ. Tom.* I. *lib.* 2. *de jur. publ. cap.* XII. *in fine*. Quod res ipsa docet. *Carolus* enim cognomento *Magnus* & *Otto III. Aquisgrani* tumulati sunt. *Arnolphus Imperat. Oetingæ*. *Cunradus I. Fuldæ*. Henricus Auceps, *Quedlinburgi*, *Lotharius II.* in Ducat. Brunsvic. Louys-Luttie. Nunc sepulchra in *America* sequi deberent; verum de his inspiciendus *Camerar. Hor. subscis. cent.* I. *c.* 97. *pag.* 458. *&* *c.* 14. *p.* 87.

CAPUT XIII.

De Ornamentis Sepulchrorum internis.

I. MAgnatum & Regum Sepulchra non solum erant magnifica & admirandæ artis & operis, uti ostendunt *Hypogæa*. Tale Regum *Judæ* a *Salomone* exstructum describit *Drexel. in Salom. c.* 15. §. I. *&* *Erasm. Franc. Acerra Exotic. c.* 33. *pag.* 461. ubi hic eadem opera *Ægyptiorum Regum* quamplurimis Scriptoribus collatis recenset. *Henrici VIII. Regis Angliæ* sumptuosissimum monumentum idem refert *part.* III. *Ocsaub. fol.* 926. Conditorium Imperatoris *Friederici Viennæ ad D. Stephan.* laudat Zeiler im Hanebuch *P.* II. *p.* 496. Duces *Saxoniæ* Conditorium quondam suum *Misenæ* ad templum cathedrale habuerunt, unde hodie locus quoque iste Capella Ducum audit visu maxime digna. Ab *Henrico* tamen *Alberti* filio, qui *Anno M.D.XLI.* obiit, *Freiberga* fuit substituta, ubi splendissimum conditorium; ita etiam de aliis; sed etiam variis Epitaphiis exornata erant, uti ostendunt hoc Epitaphia Tubingensia, quæ satis splendorem & magnificentiam declarant, quæ in Tract. nostr. de *Donariis* antiquis dedimus.

II. Inter hæc ornamenta non minimam laudem merentur statuæ & columnæ, quibus defunctorum nomina, facta & beneficia inscribebantur, ut diu post fata illorum memoria remaneret. Nec illud veterum institutum improbamus, quo Sepulchris symbola quædam addebant, quibus defuncti virtus aut studium vitæ indicaretur. Sic *Leonidæ* tumulo *Leonem*, *Diogenis canem*, *Laidis Leænam*, *Aristomenis Messenii* & *Platonis aquilam* imposuerunt. *Archimedis* cippo *Sphæræ* figuram & *cylindri* impressam fuisse, testis est *Cicer. Tom.* IV. *Oper. Quæst. Tusc. L.* V. *p.* 259. De pio monumentorum inter Christianos usu, vid. *Cas. conscient. Dunt. c.* 22. *quæst.* 21. Confer. *Aringh. Rom. subterran.* Similiter *Statuas* erectas fuisse probant Obelisci & *Pyramides Ægyptiorum*, de quibus *Erasmus Francisc. Acerr. Exot. cap.* 32. fuse egit: confer. *Athanas. Kircheri Obelis. Pamphil. edit. Roman.* de his in sequentibus agemus, hoc capite tantum de ornamentis in Sepulchro & loculo contentis dicemus.

III. Quod igitur ad ornamenta Sepulchrorum attinet, varia consideranda veniunt. Nam in loculis vel ligamentis conspicimus cadavera, quæ apud varios populus varie fuerunt ornata. Ægyptiorum ritum circa cadavera si consideremus, tunc illi non tantum unxerunt cadavera, sed etiam linteo purissimo involuta fasciis certa arte circumligarunt, uti hoc ostendit *Athanasius Kircher. in Oedip. Ægypt. Syntagm.* 13. *f. m.* 396. *c.* III. Exactis septuaginta diebus cadaver, ubi abluerunt, sindone byssina incisis loris involvunt gummi illis nentes; quo Ægyptii glutinis loco plerumque utuntur. Fasciæ hæ, quibus involvebantur, variis hieroglyphicis ornatæ erant, quibus peculiaria vel singularia significabant: vid. cit. *Kircher. Oedip. f. m.* 421. 422. *seq.* Ita involucra cadaverum hieroglyphicis notata erant: vid. *fol.* 418. 419. imo & ipsa capsula vel loculus, cui imponebatur, vel quo recondebantur, hieroglyphicis prædita erat, uti Burattinus in epistola quadam Italica testatur, quam *Kircher. f.* 400. citavit, & sequentia verba retulit: *Tutte le casse di questi cadaveri hanno dal capo un Idolo è da piedi un uccello, che pure adoravano nel muro poi sopra cassa, in alcune di queste cave sono delli gieroglifici, &c.* confirmat hoc *Petr. a Valle in Itinerar. suo*

fol.

fol. 372. cujus verba Italica recitavit *Kircher. fol. m.* 406. in quibus testatur cadaver vestibus seu pannis lini vestitum, auro & gemmis ornatum caputque opertum fuisse: vid. *fol.* 406. 407. Constat hoc quoque ex Mumia Principis Ægyptiaci ante mille octingentos annos, quam *D. David de Wilm* Ordinibus *Hollandiæ* & *West-Frisiæ* dono dedit inscriptione elegantissima, quæ legitur in Collectionibus *Monumentorum Belgii Fœderati edit. Amstel.* 1684. *pag. m.* 165. sequentibus, super thecam sive capsam, in qua hæc reponitur:

VIR EMINENTISSIMUS
VIRTUTIS NITELA ET DOCTRINÆ EXCELLEMTIA CULTISSIMUS
PER ORIENTEM ET ÆGYPTUM INFERIOREM
AC SUPERIOREM LONGA PEREGRINATIOME FULGENTISSIMUS,
AD ERUDITIONIS ET ABDITÆ ANTIQUITATIS DECUS EXORNANDUM
STUDIOSISSIMUS
DEDICAVIT MONUMENTUM HOC
VENERANDÆ ÆGYPTIACÆ ANTIQUITATIS,
CORPUS HUMANUM INTEGRUM
MIRANDA ÆGYPTIORUM ARTIFICIOSA
ENCHEIRESI ANTE ANNOS CIƆ CCC.
ET FORTE CIƆ. CIƆ. CIƆ. CONDITUM
CONTRA OMNEM PUTREDINIS INJURIAM
AROMATIBUS ET MULTIPLICI LINTEAMINUM INVOLUCRO
MUNITUM ET IN MUMIAM SOLIDATUM
IN PECTORE HIEROGLYPHICIS NOTIS INSIGNITUM
AC THECÆ LIGNEÆ INCLUSUM.

Extrinsecus collocatus est cippus Isidis effigie insignitus, sive operculum loculi Ægyptiaci Mumiam hanc continentis.

IV. Imprimis autem iis cadaveribus, quæ in Mumiam condienda erant, apponebant aut inserebant effigiem ligneam vel æneam *Osiridis* vel *Isidis* linteis multiplicibus involutam, ut indicarent terræ & materiali causæ principioque rerum altero (quod per Isidem denotabant) & Soli; rerumque altero principio & causæ efficienti (quam per Osiridem designabant) corpora deberi, utpote a quibus nutrita vegetata & producta sunt. Plures autem & magis speciosæ inveniuntur in Mumiarum Sepulcris, Isidis quam Osiridis icunculæ; quia potius terræ quam Soli cadavera debentur: Ideoque teste Plutarcho libr. de Iside & Osiride, consecrata simulacra Osiridis amiculis induta erant splendidis nulla variegatione exornatis, &c. Vel solebant Mumiis icunculam æneam Osiridis apponere Ægyptii sacerdotes, quia existimabant, mortuis imperari Osiridem, & quod idem sit, quem Græci & Romani Plutonem & Ditem nuncupant: vid. *Collect. monumentor. Belgii Fœder. edit. Amstel.* 1684.

V. Græci quoque linteo tenui involvebant corpus defuncti a muliere vel alio amico comparato. Quod linteum fuerit, testis est *Homerus Iliad.* 18. *fol.* 338. de *Patrocli* funere,

In lectis vero componentes linteo subtili texerunt
Ad pedes a capite, desuper autem veste alba.

Plutarchus in *Arato* ad fin. Continuo, inquit, ex Ægæo cadaver veste alba in urbem intulerunt *Sicyonii*. Solebant autem in hunc usum peculiariter texere, ut ait *Penelope* sua illa tantopere laudata tela, *Odyss.* 2. *Homer.* cujus verba ex versione *Sebastiani Castalionis* ita sonant.

Juvenes mei proci, postquam mortuus est divinus Ulysses,
Sustinete urgentes meas nuptias, donec textum
Perfecero, ne mihi vana fila pereant,
Laerti Heroi Sepulchrale, quando tandem ipsum
Fatum malum tollet aspera mortis
Ne aliqua me in populo mulierum
Achivarum culpet,
Siquidem absque tegumento jacuerit multa possidens.

Pausanias in Messen. lib. IV. asserit, quod *Messenii* optimates suos coronatos & candida veste obvelatos efferent. Id etiam affirmat *Artemidorus lib.* 2. *cap.* 3. Plutarchus *Quæst. Roman.* rationem reddit, cur vestibus albis involverint sepeliendos, inquiens: *Solum album sincerum est*, & tinctura non imitabile, ac proinde convenit iis, qui sepeliuntur. Mortuus enim simplex quippiam factus est impermixtum ac purum. Interim tamen non negandum apud Græcos, mortuos splendide se-

sepultos fuisse i. e. vestibus pretiosissimis. Patet hoc ex *Euripide*, qui de *Alceste* ita canit, cujus verba ex versione *Philippi Melanchthon. edit. Francof.* 1562. *pag.* 338. recensebimus:

Postquam censit fatalem diem
Adesse, fluviali aqua candidum corpus
Lavit, & accipiens ex cedrinis arcis
Vestem & ornamenta, decore induebatur.

VI. Similem ritum observarunt Romani, qui *togis* involverunt mortuos, uti hoc docet *Juven. Sat.* III.

Pars magna Italiæ, si verum admittimus, in qua
Nemo togam sumit cisi mortuus.

Et *Martial. lib.* IX. *Epigram.* LVIII.

Et pallens toga mortui tribulis.

Apulejus *lib.* I. Florid. Nam illic quoque viderat hominem præsidere, hominem depugnare, togam quoque parari & voto & funeri: item pallio cadavera operiri & philosophos. Adquem locum *Colvius:* Toga voto paratur cum virilis sumitur: *funeri*, cum ea cadaver involvitur. Hinc lucem capit *Paulus Juris-consultus in L.* XIX. *D.* de in rem verso: *Filius familias togam emit, mortuo deinde eo pater ignorans & putans suam esse, dedicavit eam in funus ejus.* Nam togam in funus alicujus dedicare, nihil aliud est, quam in id eam dare, ut ea mortus involvatur: vid. *D. Quensted.* de rit. antiq. sepeliendi, pag. 88. ubi simul monet, quod non omnes eadem toga amicti fuerint: vid. *Kirchman. de funeribus Roman. pag. m.* 79. 80. *Kipping. de funer. in antiq. Rom. Goodwin. Antholog. Rom.*

VII. Apud Germanos varius mortuorum vestitus fuit. Ablutum conditumque aromatibus corpus *candida veste* induebatur: vide pluribus differentem *Paul. Hachenbergium Profess. quond. Heidelberg. in dissertat.* XX. *de re funebri German.* ubi quoque adfert testimonia, quod vestis hæc in *vestimentum Monachale* mutatum *pag.* 421. *Prussi* cadaver ablutum aqua calida *Vestibus albis* & *calceis* indutum collocabant in sella, & quidem erectum, ipsi propinantes: dicentes, *ego tibi propino:* vid. *dissert.* XIII. *pag.* 189. *de funer. veter. Prussor. Christoph. Hartknoch. edit. Francof.* 1679. *Dani* veteres mortuos vestibus pretiosissimis indutos quas habuerunt in tumulos inferebant, quemadmodum de *Norvegiæ* Rege Haquino memorat *Sturlæsonius:* Sepeliverunt Regem cum armatura plena & optimis vestibus: & de *Egillo Eigla*, eum egregiis vestibus indutum ministerio Grimi, tumulo illatum. His vestimentis conspiciendos se in altera vita credidisse, ex Saxone colligimus, apud quem *Hadingus* in ea loca vivus adductus, quæ morienti petenda essent, prætextatos amictosque ostro proceres conspicatur. Ita etiam alii populi vestibus induti dicuntur a Scriptoribus.

VIII. Cadavera quoque coronis & floribus exornata fuisse testatur Anglus *Francisc. Rous in Archæolog. Attic. l.* V. *cap.* 22. *edit. Oxon.* his verbis. *Having thus clothed him with winding sheet and his* πέπλα, *next they trim'd him with garlands.* Confirmat hoc *Suidas*. Dabantur autem mortuis coronæ, ut vitæ certamine perfunctis. Hunc ritum respiciens *Eustathius* patrem ob mortem filii his verbis introducit: Quomodo te lacrymis coronabo. Exemplum praxeos hujus in *Euripide* videre licet, ubi *Talthybius Hecubam* alloquitur, ut *Astyanaci* hoc præstet, absente matre. Ita etiam eodem Autore in *Hecuba Talthybius* loquitur, cujus verba ex versione *Melanchthon. pag. m.* 12. hæc sunt: Sed alii eorum mortuam ex manibus frondibus conspergebant. Et in *Troad. pag. m.* 686. Habet enim coronas quemadmodum inferis convenit. Et in funere filiæ *Virginii*, *Halicarnass. l.* XI. Quare ædibus exsiliebant & mulieres & virgines, casum illum lugentes, atque aliæ flores & coronas in lectum jaciebant. Valde itaque antiquus mos coronandi mortuos, & videtur hæc consuetudo originem traxisse a Græcis, de quo ritu & coronis Græcorum mortuis datis fuse egimus in *Tr. nostr. de Luctu Græc. pag. m.* 73. 74. 75. *cap.* VII. *edit. Marpurg.* Unde ritus hic adhuc inter Christianos viget, quo defuncti coronis & floribus, inprimis virgines & juvenes, exornantur. Plura de floribus & coronis defunctis datis recensere nolumus, sed Lectores ad cit. Tr. *Kirchmann. Quensted.* & alios remittimus.

IX. Multis etiam Gentibus usitatum, ut *armillæ*, *annuli* & *clenodia* simul sepelirentur cum cadaveribus. Apud *Danos* antiquos exornabantur variis cadavera clenodiis. *Armillis* nempe; quomodo *Egillus* fratri *Thorolfo* exequias faciens, illati in tumulum manus aureis exornavit armillis, testante *Eglis Saga*, apud *Thomam Bartholin. in Antiquitat. Danic. edit. Hafniens.* 1689. *l.* 2. *c.* X. *pag. m.* 500. his verbis: Egillus ad campum prælii con-

contendit, & fratrem suum *Thorolfum* ibidem reperit cæsum. Cadaver ejus sublatum sepulturæ solito more adornavit. Tunc Sepulchrum effoderunt, & in illo *Thorolfum* cum universa sua armatura atque vestibus posuerunt. Egillus prius quam discederet, utramque manum fratris *Armillis aureis* circumdedit. *Soti* cadaver *aurea armilla* spoliasse *Hordum*, eamque rapinam acerbe tulisse defunctum, ita memorat *Holmveria* Saga, testante *Bartholino in Antiquit. Danic.* his verbis: Hordus e manu Soti auream armillam abstraxit, quod tantum clenodium erat, ut tam insignem armillam in Islandiam nunquam delatam esse, traditum sit. Cumque *Sotus* armilla spoliaretur, carmeǹ cecinit:

Hordus me spoliavit
armilla illa egregia
multus minus volui
eam amittere
quam universum
Grani onus (aurum)
hæc fiet
neci
tibi & omnibus
qui eam possident.

Hordus cecinit:
Quamvis scirem
rata futura
omnia verba
bonorum actum destructoris, (Soti)
non tamen
contemptus senex
diutius frueretur
maris igne (auro)

Certe scias, ait Sotus, hanc armillam tibi neci fore, omnibusque possessoribus, nisi possideant fœminæ.

X. Cum autem apud antiquos *Danos* exequiæ alicujus magni viri insignes ducerentur, armillæ feretro præferebantur, uti colligi potest ex præcepto *Hastingi Dani*, qui simulatis exequiis suis Lunam urbem, eventu voto respondente, capere disponens, post acceptum baptismum, mortem subitam fingit, & ab Comite & Episcopo civitatis, in urbe eum sepeliri permissum est, militibus itaque congregatis ordinem celebrandi funeris sui exponens, & hoc recensente Dudone S. Quintini Decano mandavit: *Mihi modo facite feretrum, & superponite me quasi mortuum. Armillas & baltheos fieri ante feretrum facite.* Neque ille ritus Christianos animos offendebat, cum & *armillam* capulo simul cum defuncto inclusam, ad pios deinde usus translatam, celebre suppeditet exemplum historia *Hallfrodi*, uti iterum *Bartholin. in Antiquit. Danic. pag. m.* 502. 503. recenset, qui ita loquitur: Hæc clenodia tibi a me donata accipies, trabeam e panno pretioso, armillam & galeam. His te unquam privari non patere, tecum enim in Ecclesiam inferentur, cum te mortuo includentur capulo, si in itinere navali obieris. Halfrodus (cum ex Suecia in Islandiam trajiceret, defunctus) capulo inclusus, una cum cimeliis ipsius trabea armilla & galea in mare projicitur. Cadaver Halfrodi (ab Hebridensibus repertum) ad templum deportatum, honorificæ traditum est sepulturæ. Calix facta est ex armilla: palla altaris ex trabea: candelabrum ex galea.

XI. Romanos nonnunquam *armillas* in Sepulchro secum inferri voluisse, Autor Scævola in lege Medico XL. *ff.* de auro & argento legato, citata a celeb. *Thoma Bartholin. in lib. de armillis veter. edit. Amstel. 1676. p. m.* 84. Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quæcunque sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis & viriolas ex smaragdis. Quod ad annulos attinet, sunt, qui dicunt, signatorios detractos fuisse, nec tumulo injectos fuisse, quibus se opponit *Kirchmann. lib.* 2. *cap.* 20. qui affirmat, signatorium annulum eam ob causam detractum, ne in pollinctorum manus perveniret; sed deinde redditum & cum cadavere combustum fuisse. Quam opinionem merito rejicit celeb. *Thom. Barthol. in Antiquit. Danic. pag. m.* 504. & probat, annulos, excepto hoc, tumulo injectos & in illo sepultos fuisse. Antiquitus autem consuevisse cadavera cum annulis in digito sepulchris condi, multæ nos admonent historiæ. Celebris ea inprimis est, quam *Plato l.* 2. *de Repub.* proposuit, inquiens: Gygen fuisse ferunt mercenarium pastorem ejus, qui tunc Lydio imperabat: magna autem imbrium tempestate exorta, motaque terra, ferunt, terram hiatum fecisse in ea regione, ubi ille armenta pascebat. Quæ cum vidisset mirabundus, in hiatum descendit, conspexisseque & alia quæ fabulantur miranda, & equum æneum concavum, & per fenestram cadaver in alvo equi animadverterit, majus quidem humana forma, hoc nihil aliud habebat, præter aureum in digito annulum: quo sublato abiit. Novimus etiam ex *Egesippo l.* 1. *cap. ultim. Ptolemæum* ex Alexandri mortui digito detraxisse annulum, quem in concionem pro-

protulisse scribit Cl. *Hieronymus Bardius* ante paucos menses in literis ad *Fortun. Licetum* datis, quarum meminit in *l. de annulis Antiquorum cap. 63. pag. m.* 243. *edit. Bonon.* 1644. quæ hæc sunt: Oedipus etiam antiquitatum studiosissimus mihi sis quæso in tenebricoso annulo auro, invento in nostræ sepulturæ fundamentis, dum de novo construi, & in ampliorem formam educi curarem. Is habet intus has sic literas descriptas, ✠. D. I. A. ✠. D. I. Z. ✠. S. A. B. ✠. Z. ✠. H. G. F. ✠. B. F. R. S. ✠. Z.

XII. Non ignoramus consuetudinem antiquitus viguisse & adhuc vigere, quod nummi aurei, argentei certis characteribus insigniti positi fuerint cum primo lapide inter fundamenta molium, potissimum Sacrarum, cujusmodi sunt templa & Sepulchra. Cum ergo constet, quod prisca gens Bardiorum crucis fuerit studiosissima; hinc notis illis, efformatis in aureo annulo, in sepulchri fundamentis condito, Sanctæ crucis præsidium imploravit, in hanc sententiam solutis & explicatis: *Crux Domini Janversium Adjutrix: Crux destrue insidias* (o) *Zabuli: Crux salva animas Bardiorum: Crux Zelotis: Crux hanc gentem fore: Crux benedicta fuga rebelles Spiritus: Crux Zelare*. Præterea *Bernardino Scardeonio lib. 2. c. 6. de Patavinis Antiquitatibus* agenti, Ludovicus Patavinus Cardinalis creatus ab Eugenio IV. Romæ obiit, quo die sepultus est, noctu effracto sepulchro, cadaver ejus annulo & veste spoliatum est; quod scil. cognovissent fures annulum pretiosiore gemma, vestemque pariter constare pretiosa materia. Fatetur quoque *Fortunatus Licetus pag. m.* 244. sibi ejusmodi annulum a *Comite Jacobo Zabarella* argenteum ostensum fuisse in Sepulchro repertum, quando in hæc erumpit verba: *Dum hæc exararem, ostendit mihi Comes Jacobus Zabarella Patavinus annulum argenteum, inventum anno M. DC. XI. in antiquissima Urna marmorea cineribus plena*, tunc effossa Ateste, municipio Patavino in vico Casalis appellato: cujus annuli superficies interior orbicularis est: in pala fuit imaguncula, propter vetustatem nunc ignorabilis: non ita procul a funda superficies exterior extuberat in duas eminentias triangulares; a quibus ad palam usque characteres vetustate pariter nobis ignobiles visuntur adhuc obscuro vestigio, nempe characterum apparent adhuc tenuia quædam rudimenta. Ex his allatis elucet, quod antiquissimus mos annulos recondendi cum cadaveribus in sepulchris vel urnis.

XIII. Confirmant hoc quoque Scriptores Romanenses. *Romæ* enim in vinea *Santarelli S. Mariam Majorem* inventum est *Cor* alabastrite, diu servatum apud *Hieronymum Brunum de Gualdo Nobilem Vicetinum*, Antiquarum rerum cultorem eximium; apud quem est inventa *Lucerna* vetus una cum *annulo*, in quo descritum erat *Messalina*. *Sebastianus Munsterus* etiam in sua descriptione Italiæ *pag.* 148. literis tradit in Sepulchro Mariæ Honorii Imperatoris conjuge reperta fuisse monilia aliaque muliebria ornamenta. Testimoniis probant hoc multi Scriptorum asserentium quod annuli in Sepulchris & Sepulchralibus urnis reperti, quæ adducta leguntur apud *Fortunatum Licetum lib. de annulis Antiquit. edit. Bonon. pag. m.* 245. 246. Confirmat hoc quoque de *Danis* antiquis *Bartholinus* in *Antiquit. Danic. pag. m.* 505. *edit. Hafntens.* His & aliis pretiosis clenodiis cadavera in sepulchris ornata fuisse evidentissimum; quare his missis ad alia nos conferimus, & nostra perlustramus tempora, in quibus fere simile offendimus, ubi sæpissime pretiosa clenodia cum cadaveribus Principum Sepulchris adduntur, de qua re experientia loquitur.

CAPUT XIV.

De pecunia, armis aliisque rebus consepultis.

I. NOn solum *armillæ* & *annuli* consepeliebantur, sed etiam *aliæ res plurimæ*, quæ Sepulchris injiciebantur, hoc loco considerandæ veniunt. Adeo tenax & pertinax hæret humanis cordibus habendi cupiditas, atque flagrans & vehemens urget mortalium animos rerum suarum amor, ut eas vel post obitum possidere nitantur, secum pretiosissima quæque sepelientes. Hinc Principum consuetudinem eam fuisse legimus, ut vim auri maximam, gemmasque & cimelia, thesaurumque omnem in Sepulchris suis collocarent. Videantur *Balthasar. Bonifac. Rhodigin. Histor. ludicr. lib.* XX. *cap.* 111. *pag. m.* 569. 570. *seq. edit. Bruxell.* & *celeb. D. Quensted. in Tract. de sepultura Veter. pag. m.* 333. seq. *edit. Witteberg.* 1660. Romanis quoque hunc ritum usitatum fuisse patet ex *Ulpiani* responso, quod prohibet, quod pecunia cum defunctis non sit condenda. Et vix gentem reperire datur Gentilismi tenebris obcæcatam, quæ non defunctis pecuniarum vim apposuerit, neque de Turcis minus attestatur *Petrus Tudebodus l.* 3. *de Hierosoly. itin. Bysantios Aureos* cum mortuis sepelivisse. Id moris apud Majores inolevisse indicat etiam arguta & per-

perquam faceta Pseudoli impostura apud *Plautum* in *sc.* IV. Is enim servus senem divitem ac tenacem Sepulchrum vetus Metaphoricῶs appellans, corrasurus ex eo per sycophantiam quampiam argentum, quo scortillum herili filio conciliaret. *Ex hoc*, inquit, *Sepulchro vetere viginti minas effodiam ego hodie*.

II. Testatur hoc quoque *Nicolaus Oresmius Episc. Tr. de mutation. monet c.* 11. inquiens: *Theodoricus Rex Italiæ aurum & argentum, quod more gentium in Sepulchris mortuorum erat reconditum, jussit deponi; & usui monetæ ad utilitatem publicam fecit afferri; dicens, culpæ genus esse inutiliter in abditis relinquere mortuorum, unde sic vita potest sustentari viventium*. Inde ob cupiditatem opum passim fracta Sepulchra, indicat *Isidorus Pelusiot. epist.* 146. *l.* 2. Effossa etiam e Sepulcris mortuorum ornamenta docet *D. Hieronym.* inquiens: Solebant juxta antiquum morem aurum & quædam ornamenta vel mulierum vel virorum in Sepulchris condere: hæc quoque frangebat & effodiebat avaritia, ut cœlo & luci proderentur. Verum hanc consuetudinem prohibuerunt *Spartani*, quorum lex fuit: *Nihil cum mortuo inhumetur*. Et apud Athenienses etiam aurum addi mortuis lege vetitum fuit, ut scribit *Cicero* 2. *de Legib.* conf. *Barthol. Keckerman.* de *Repub. Spartan. fol. m.* 1950. *cap.* 12. *Canon.* 3.

III. Ut autem hæc quarundam Gentium exemplis & testimoniis probemus, Prussos veteres producimus, qui hunc ritum tenacissime exercuerunt, referente *Hartknochio in dissert.* XIII. *pag. m.* 193. qui in hæc erumpit verba: Cum denique defunctus erat tumulo inferendus, primo pyræ impositus comburebatur, deinde optimæ quoque vestes rogo injiciebantur, ut & canes venatici, equi, &c. Post hæc omnes, qui funus illud efferebant, *Nummos* injiciebant *Sepulchro*, tanquam viatico mortuum donantes: videatur *Waisfelius fol.* 26. Hæ quæ de Prussis diximus, *Gothis* etiam aliisque *Germanis* fuerunt in usu. Quod enim primo de pretiosis rebus combustis aut Sepulchro illatis diximus, illud *Suecos* itidem factitasse comprobat *Johannes Schefferus*, qui in *Upsalia cap.* 18. *pag.* 306. scribit, tempore *Gustavi Adolphi* Regis maxime prope *Upsaliam* cum pretiosis rebus multis, aurea quoque vasa cum *nummis* fodientes accolæ invenerint. Plura etiam fortassis erui potuisse, nisi Rex religiosissimus spe lucelli cujuscunque quietem defunctorum interpellare vetasset.

IV. Apud Danos hic mos usitatus & frequens fuit, usque dum Christiana religione invecta ille abolitus, docente Saga *Bua*, referente Cl. *Bartholino in Antiquitat. Danic. pag. m.* 432. *edit. Hafn.* qui ita: *Quoniam Boo baptizatus fuerat, neque idolis unquam sacrificaverat, Helya eum ad australe templi latus sepeliri fecit, nulla ipsi apposita pecunia*. Antea prodiga erat præpostera hæc in defunctos liberalitas. In rogum, quo *Haraldus Hyldetand Daniæ* Rex crematus, proceres *aurum* & *quodcunque opimum* esset, liberaliter in nutrimentum conjecerunt, *Saxone* scribente. Pecuniæ vim in *Soti* tumulo deprehendit & abstulit *Hordus*, ut in historia ab ipso conscripta legitur. Huc refero, disserit *Bartholin. pag.* 432. *Antiquit. Danic.* quod in Sogu af Droplaugar sonum offendi: *Arneida Ketillum salutavit, & indicavit se illic carbones invenisse. Illi junctim terram effodientes, scrinium argento plenum invenerunt*. Sagaciter enim conjecerant, carbones ex pyra fuisse, qua mortui cujusdam cadaver crematum, non sine *thesauri* adjectione.

V. *Biamenses* etiam, egentissima alias natio credita, tumulis honoratiorum in sylvis exstructis opum partem inferebant, quæ *Carolo* ejusque fratri *Gunsteinio* atque *Toro Hundio* ditandis suffecerunt, a quibus tumulos dites exspoliatos historia *S. Olai* narrat, cujus verba Latina a *Bartholin.* reddita recensemus: *Cum vero Thorerus, Gunstenius & Carolus in altum devecti essent, concilium nauticum habuerunt. Thorerus tunc interrogavit, an pecuniam acquirere desiderarent? respondebant singuli, se ad hoc* paratos esse, si opes facile acquiri possent. Regessit Thorerus, pecuniam fortunæ adjumento acquiri quidem posse, sed vix citra periculum. Omnes vero dixerunt, se ad subeundum periculum paratos esse, si spes prædæ aliqua esset. Dixit Thorerus, consuetudinem ibi esse, ut morientibus viris opulentis, relictæ mobiles opes inter mortuum & hæredes ejus dividerentur, adeo ut interdum dimidia pars, vel magis, interdum tertia pars, vel minus, mortuo cederet; hancque pecuniam in sylvas remotas efferri; aut quandoque tumulo vel domo operiri debere, argentumque cum pulvere terræ miscendum esse. Jussit itaque Thorerus, ut sero diei huic itineri se accingerent, ut & quod nemo alterum desereret, nec quisquam jubente gubernatore regredi differret. Deinde viris aliquot ad custodiam navium relictis, terram ingressi sunt; ubi primo campus planus, ac deinde ingens sylva occurrebat, Thorerus primus incedebat, fratres vero (Gunstenius & Carolus) ultimi. Thorerus jussit, ut sine strepitu pro-

progrederentur, arboresque decorticarent, non longius à se invicem distitas, quam ut una apud alteram videri posset, ut eo facilius eandem viam remeterentur. Deinde in locum quendam spatiosum, arboribus vacuum venerunt, in quo sepimentum quoddam ligneum altitudinis magnæ erectum erat, januam, quæ tum clausa erat, habens. Sepimentum hoc ligneum quavis nocte sex e terræ incolis custodire debebant duo quavis tertia parte noctis. Cumque *Thorerus* cum suis ad sepimentum veniret, vigiles domum redierant, nec advenerant iis successuri. Thorerus ad sepimentum accedens, cacumini ejus securim impingit, ejusque adjumento adscendens, ad summum tandem pervenit, sepimentumque hoc modo transcendit. Carolus similiter sepimentum ab altero latere transcendit, adeo ut uterque ad portam simul venirent. Claustris deinde ac vectibus remotis, apertaque janua, socii sepimentum intrarunt, tum Thorerus dixit: Intra hoc sepimentum tumulus extat, auro argento & pulvere terræ sibi invicem admixtis constans, eum accedite, nolite tamen vos ita onerare, ut celerem reditum præda impediat. Deinde tumulum adscendebant & pecunia, quantum regere poterant, vestes replebant, comitante simul non exigua pulveris parte, cum pecunia raptim auferretur.

VI. Non absimilis erat *Holgi* tumulus, quem *Edda Mythol.* LXV. depingit, quam nunc versione *Bartholini* sæpe laudati integram dabimus: *Dicitur Regem quendam Holgum fuisse, a quo Halogia denominata est. Ille pater erat Thorgerdæ Holgabrudæ Holgi filiæ, uterque religiose colebatur. Holgi defuncti tumuli unum stratum erat ex argento, vel auro ipsi oblato: alterum ex terra & lapide. Sic cecinit Skulo Thorsteinii filius:*

> *Cum gladium*
> *rorarem ante Svoldam acquirendæ pecuniæ*
> *bellacis congessi Holgi*
> *tumuli tectum, annulis.*

Porro cum integra cadavera sepelirentur, sub humeris præsertim & genubus thesauros hujusmodi deponere cura fuit, observante *Stephanio in Saxon. lib.* 3. quam observationem *Grettis* Saga confirmat de Grettero tumulum *Kari* animose intrante tractans: *Sub pedibus*, inquit, *terricolæ arculam invenit argento repletam*. Eo autem id factum conjecturat *Stephanius*, quo tutior esset thesaurus a malis Harpyarum manibus. Verum hæc *Stephanii* ratio non tanti ponderis est, ut assensum præbeamus. Potius hæc fuit *Septentrionalium*, ut cum his Valhallam opibus introirent, ibi enim se accepturos iterum thesauros, quos injecissent tumulo, putabant. Verum hæc de his dixisse sufficiant. Plura qui legere desiderat, evolvat *Edda* & *Bartholin. Antiquit.*

VII. Ad arma nos conferimus, quæ simul tumulo injecta, qui ritus multis frequens fuit Gentibus, inter quas paucas recensebimus, si prius hanc quæstionem resolverimus; an res pretiosas cum defunctis cremandi sepeliendive consuetudo sit probanda? Cui *negando* respondemus ob rationes, quas colligere est ex *Cassiodori Epist.* IV. 34. in qua Theod. Rex Dudæ Saioni mandat, thesauros in sepulchris repertos usui publico deputare. Sic autem ille: Prudentiæ mos est, in humanos usus terris abolita talenta revocare commerciumque viventium non dicere mortuorum: quia & nobis in fossa pereunt, & illis in nulla parte profutura locantur. Metallorum quippe ambitus solatia sunt hominum. Nam divitis auri vena similis est reliquæ terræ, si jaceat: usu crescit ad pretium: quando & apud vivos sepulta sunt, quæ tenacium manibus includuntur. Atque ideo moderata jussione decernimus, ut illum locum, in quo latere plurima suggeruntur, sub publica testificatione convenias: & si aurum, ut dicitur, vel argentum fuerit tua indagatione detectum, compendio publico fideliter vindicabis, ita tamen ut abstineatis manus a cineribus mortuorum. Ædificia tegant cineres, columnæ vel marmora ornent sepulchra: talenta non teneant, qui commercia vivorum reliquerunt. Aurum enim Sepulchris juste detrahitur, ubi dominus non habetur: imo culpæ genus est, inutiliter abdita relinquere mortuorum, unde se vita potest sustentare viventium. Non est enim cupiditas eripere, quæ nullus se Dominus ingemiscat amisisse. Hæc ille.

VIII. Quid proficit Sepulchrorum superbia? damna sunt potius viventium, quam subsidia mortuorum. Culpandus itaque ritus illorum populorum, qui aurum argentumve cum cadaveribus terræ mandant, uti hodierno adhuc tempore Reges regni *Bene* regionis *Nigritarum* in *Africa* post mortem cum auro & argento in flumen immittuntur, ut a nemine inveniri possint, teste *Dappero in descript. Africæ pag.* 372. & *Serræ Leonæ* incolæ una cum aureis suis ornamentis sepeliuntur. Quem ritum e contrario multi nihili habuerunt. *Persis* certe morem defunctos pretiose condendi haud usitatum fuisse osten-


ostendit Cyri sepulchrum ab Alexandro apertum, *Curt.* x. 1. 30. Nec obstat, quod interdum testamento talia fieri jubentur. Cum enim sanitas mentis vel præcipue requiratur in testatore, si testamentum facere parat, *l.* 2. *&* 17. *ff. de his qui test. fac. poss.* tales ineptas defunctorum voluntates circa sepulturam servandas *Papinianus* recte negat *lib.* 113. §. *ult. ff. de legat.* 1. Adde *l.* 14. §. *impensa. ff. de religios. & sumpt. fun. l. ult. ff. de auro & argent. leg.* 4. §. *non sit locus ff. ad L. Jul. pecul.* Quare injustum esse putamus, si aurum & argentum Sepulchris injiciatur, quod alias ad conservandam vitam inservire potuisset. Huic etiam quæstioni lucem dare poterunt *Kirchman. de funer. & Besold. class.* 2. *disp.* 4. *th.* 44. *not.* 2. Sed ad alia progrediendum.

IX. Arma quoque & clypeos tumulo injectos fuisse *Silius Italicus lib.* x. exhibet, quando ita canit:

> *Huic citus ad tumulum donataque funera Paulo*
> *Ibat, & hostilis lecti jactabat honorem,*
> *Sublimem eduxere pyram, molesque virenti*
> *Stramine composuere toros superaddita dona*
> *Funereum decus expertis, invisus & ensis*
> *Et clypeus, terrorque modo, atque insigne superbum*
> *Tum lateri fasces, captæque in Marte secures.*

Germanis hoc frequens fuisse testatur *Tacitus cap.* 27. 2. inquiens: Struem rogi, nec vestibus, nec odoribus cumulant. Sua cuique arma, quorundam igni & equus adjicitur. Hos imitati sunt veteres *Dani*, de quibus multa testimonia apud Scriptores Septentrionales occurrunt. Audiamus quæ habeant *Stephani Johannis Stephanii notæ in Saxon. lib.* III. *Histor. Danic. fol. m.* 91. Tumulis vero suis non solum cadavera aut cineres inferebant veteres, sed *Arma*, *Hastas*, *Equos*, *Aurum*, *Argentum*, aliaque defunctis charissima Κειμήλια. Nec plane abludit ab eo funerandi ritu, quem describit *Virgil.* 2. *Æn.* Et apud *Homerum Elpenoris* umbra Ulyssem rogat, ut se cum armis comburat, *Odyss.* λ.

X. Ornamenta vero & varia Κειμήλια tumulis Regum una cum cadaveribus illata fuisse, testatur historia Olai Tryggonis Norvegiæ Regis, qui multa Antecessorum suorum demoliri curavit busta ac tumulos, ut inclusos thesauros in meliores converteret usus. Ex quibus grandem ipsum corrasisse auri argentique summam, relicta loquuntur monumenta. Et ante annos haud ita multos in tumulo prope *Lethram Selandiæ* magna denariorum argenteorum copia *Urnæ* cum aliis pretiosis inclusa, a rustico quodam reperta est. Ex quibus nonnulli hanc ostendunt ἐπιγραφήν: *Cnut Rex Anglor.* Item: *Ethelred Rex Angl.* Quem ritum aliis quoque populis frequentem fuisse testantur urnæ inventæ argenteis nummis repletæ. Imo apud Septentrionales moris fuisse refert celebr. *Bartholin. in Antiquitat. Danic. cap.* VIII. *lib.* 2. *pag. m.* 412. *edit. Hafni.* ut non solum equi, sed etiam calcei lethales consepelirentur. De his & aliis testimoniis legatur *doctissimus D. Quensted. in libr. de ritu sepeliendi.*

XI. Alii quoque instrumenta, quibus usus in hac vita, tumulo injiciunt, arbitrantes, illis opus habere in altera vita ad sustentationem vitæ. Quem ritum observasse legimus veteres *Prussos*, ubi refert celeb. *Hartknoch. diss.* 13. *de funeribus veterum Prussor. pag.* 193. inquiens: Si fœmina erat igne cremanda, *Colus* insigne sexus fœminei solebat simul comburi. Si vir Nobilis moritur, arma, equi, servi & ancillæ, vestes, canes venatici, aves rapaces & alia, quæ spectant ad militiam: Si ignobilis, comburebatur id, quod ad officium suum spectabat. Credebant, quod res exustæ cum eis resurgerent & servirent eis sicut prius. Imo panem & lagenam cerevisia plenam ad caput cadaveris in sepulcrum illatum ostendit Johannes Meletius, & ex eo *Hartknoch pag.* 194. qui evolvatur. Rutheni autem alia signa Sepulchris addebant, ex quibus facile conjicere poterant, qualem professionem vel artem exercuissent in hac vita. Nemo enim ex nudis cadaveribus cognoscere poterat, an ignobilis, an Metropolita, an Episcopus fuisset, nisi signa addita fuissent. Ejusmodi signa nobis exhibet autor *Cryptarum Kiovensium Herbinus in elegant. libell. de religios. Kiovens. Crypt. edit. Regiomont.* 1675. hoc modo: Episcopus hac nota significabatur . Erosch. Monach. . Diaconus A. Clausus . Heros R. Konarchister K. Jejunus П. Thaumaturgus Ч. Senex C. Laboriosus T. Vel Me-

Metropolita . Episcopus . Ihumen Sacerdos Diacon. . Martyr . Princeps . Pistor Prosphor . Pictor inaurans 3. Afflictus M. Medicus У.

XII. Russos quoque literas commendatitias defuncto dare, ut citissime in cœlum intromittatur, patet ex epistola *D. Conradi Lagi Dant. Legati* ad illos, quam *mense Febr. Ann.* 1542. *ex Wilda* retulit, & Germanice versa ita sonat: Daz Reussische Pasport ins Himmelreich/ welches die Reussiche Pfaffen/ einen Jeden Reussen der reich ist und viel gutes darumb gibt/ in das gzab fur einen Paspozt zu geben Pflegen/ auf das er als bald/ soo er fur die Pfozten des Himmels kompt von St. Pfortner eingelassen werde.

Macaria von Gotres gnaden Ertz Bisschof zu Kiofa und Kalitz/ nnd in gantzen Reussen Lande/ unsern Herrn und Jruind/ St. Petre/ einem Pfortner Gottes des Almachtigen.

Mier gebieten dier und zeigen dier an daz in dieser zeit verschieden ist ein diener Gottes/ ein Jurst Fedoz Solodoz Mißckt/ das du ihn rechtschaffen ohn alle verhinderung und verzug gerecht einlassest in daz reich Gottes wier haben Jhm entlediget von allen sunden/ und Jhm geben die Benedeyu. und das du in dem entlichen nichts ubertretest auf das Jhm nichts and. geschehe/ haben wier Jhm geben diesen ünseren Brief der Absolvierung/ Gegeben in unseren Hogsten Closter Kiofa im Jahz 1541. den 30. Juny. Confer Olearium in der Beschzybung der Muscovitische und Persische Reise *Lib.* III. *Cap.* 31. Von bestatigung der Leichen bey den Reussen. Hanc epistolam Latinis verbis expressam reperies quoque apud *D. Quensted. in l. de Sepultura Vet. p. m.* 367. Quam Episcopus ex singulari privilegio Papæ cuivis sed pecuniis redimenti communicare solet, quamque deinde velut commeatum quendam in Sepulchrum mortuo apponunt. Miramur itaque de Papæ, qui non solum Petro imperare conatur; sed etiam Angelis, uti ex diplomate quodam, quod in Bibliotheca Helmstadiensi reservatur, constat, ubi his verbis sententia exprimitur: Mandamus Angelis, ut hujus animam, quamprimum corpus reliquerit, deportent in sinum Abrahæ: quod MSum sæpe mihi communicatum a *Christophoro Schradero Præceptore & Fautore meo post fata etiam venerando*. Verum ne ob prolixitatem molesti simus, finem huic capiti imponimus, & ad externa ornamenta nos conferimus.

CAPUT XV.

De Ornamentis Sepulchrorum externis.

I. Varia quoque externa Sepulchrorum ornamenta apud alios reperimus populos, quorum pauca hic adducere operæ pretium esse putamus. Inter hæc igitur (1) referimus *statuas*, quas erigere licebat ex *leg. 7. Cod. Just. de religios. & sumpt. Fun.* cujus hæc sunt verba: *Statuas sepulcro superimponere, vel monumento, quod a te exstructum profiteris, ornamenta quæ putas superaddere non prohiberis, cum jure suo eorum, quæ minus prohibita sunt, unicuique facultas liberà non denegetur.* Hoc itaque Edictum non prohibeat unicuique ponere statuas. Ita parentes liberis, liberi parentibus, discipuli Præceptoribus, Clientes patronis, Liberti & interdum Servi Dominis erigebant, uti ex Inscriptionibus vetustis probare possemus, nisi *Gruterus* in vasto volumine & *Johan. Baptista Ferret. in Musis Lapid.* hoc fecissent. Id communiter observatum reperimus, ut hæredes quicunque id officium præstarent, nec semper sponte, sed sæpe jussi testamento coacti fuerint, ut statuas cum aliis, tum sibi ponerent, *Paul. l. c. leg. inter §. ult. ff. famil. hercisc.* Testamentum Græcis verbis ex tabula marmorea *Venetiis* descriptum, quod hanc rem optime illustrat, exhibet *Grut. Inscript. p.* 216. Latina hic tantum compendii causa afferemus, prout ibi adjuncta sunt: *Ephoris existentibus Phœbotele, & collegis ejus testamento hæc constituit sciens & intelligens Epicteta Crini, una cum Domino Hyperide Thrasyleontis F. assentiente quoque filia Epicteta Phœnicis. Utinam mihi liceat salvæ sanæque de bonis meis disponere. Quod si vero humani quidpiam mihi acciderit, relinquo ea juxta præceptum mariti mei Phœnicis, qui & Musejum construxit pro defuncto filio nostro Cratesilocho, & animalia ac statuas, suam ipsius & Cratesilochi, & Heroia intulit, quique etiam me rogavit, ut Musejum exornem, inque eo collocem tum Musas, tum etiam statuas & Heroia. Exactis vero annis duobus, cum reliquus mihi adhuc filius Andragoras, vitam hanc morte commutaret, præcepit mihi, ut perficerem mandata patris sui Phœnicis, poneremque & pro ipso & pro patre ac fratre suo, tum statuam, tum Heroicum.* Hoc sufficienter probat *Emundi Figrelii* elegans liber de *statuis illust. Roman.*

man. edit. Holm. 1656. *cap.* x. *pag. m.* 81. ubi quædam Inſcriptiones afferuntur, quæ luculenter hoc oſtendunt.

II. Notandum autem hoc loco, quod interdum non proprias tantum ſtatuas poſuerint, ſed etiam amicorum in Sepulchris, ſingularis affectus cauſa. Legitur enim *Ennii* ſtatuam in *Scipionis* monumento poſitam fuiſſe ex mandato & juſſu P. *Scipionis*, uti *Plin. l.* 7. 30. refert his verbis: Prior Africanus Q. Ennii ſtatuam ſuo Sepulchro imponi juſſit, &c. vid. *Cic. pro Arch. Plut. Scip. cap.* 51. *&* *Val. Max.* 8. 14. Non ſolum autem *ſtatua*, ſed cum ipſius defuncti effigies ponebatur, uti *Feſtus* de ſtatua *Ludii* teſtatur. Quæ vero Sepulchra Statuas ejuſmodi non haberent, *Pagas* appellabant, uti eſt in *Gloſſ. Iſidori: Pagæ memoriæ ſine Idolis*. Cum autem poſitæ erant, non licebat magis eas revellere, quam ipſum ſepulchrum, quia videlicet erat res religioſa. *Ulpian. Juriſconſ. l.* 2. *ff. de ſep. violat. &* *Paul. l.* 1. *ſentent. de Sepult. & lugend.* Qui monumento inſcriptos titulos eraſerit, vel ſtatuam everterit, vel quid ex eodem traxerit, &c. Sepulchrum violaſſe dicitur. Sæpe etiam non *hominum* ſolum, ſed & alia ſigna imponebantur, eaque vel *Deorum*. de Herm. teſt. *Cic.* 2. *de LL.* ubi de Sepulchris Athenienſium: *Nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi*. Vel *aliarum rerum* cum *inanimatarum*, tum *animatarum*, puta quæ vitam cujuſque ſtudia & mores denotarent. Sic in *Archimed.* Sepulchro poſita erat *Sphæra* cum *Cylindro*, teſte *Cic.* 5. *Tuſc.* In *Philagri lapideus corvus* collocatus erat: vid. *Plutarch. in Cic. c.* 36. conſule de his *Meurſium de funere cap.* 31. & *Kirchman. de fun. Rom.*

III. Si vero privatim hoc eſt domi ſuæ & intra privatas poſſeſſiones ſtatuas ponere vellent privati, id propria & nulla interveniente aliena autoritate facere poterant. Solenne enim antiquis fuit, ut eos, cum quibus arctior aliqua vitæ ſanguinis aut beneficiorum officiorumque neceſſitudo interceſſerat, ſic exprimerent, ut ſemper eos, quantumvis mortuos aut peregre agentes, in oculis haberent. *Plin. Jun. Epiſt.* 11. Defunctorum imagines domi poſitæ dolorem noſtrum levant. Quemadmodum & hodie moris eſt, ut pictis imaginibus vultus aſſervemus eorum, quorum memoriam veneramur & diligimus. De his & ſpeciatim viris doctis Seneca *Epiſt.* 74. id prodit. Sic itaque conjuges ſibi invicem ponebant, Maritus uxori, *Stat. Sylv.* v. uxor Marito, *idem* 11. *Sylv. Genethliac. Lucan.* de ejus effigie, quam Polla uxor coluit ipſo mortuo: confer. *Hygin. Fabul.* 104. *Ovid. epiſt. Heroid. Sil. Ital. lib.* 8. Ponebant etiam *parentes liberis*, *Plin. Nepos l.* 4. *ep.* 7. & liberi parentibus apud *Statium* 111. *Sylv. in lachrym.* Hetruſci, filius ſtatuas patri deſtinat. Plura qui legere deſiderat, evolvat *Figrel. pag.* 85. 86. Hæ ſtatuæ Diis Manibus dedicabantur, uti fuſe oſtendit citatus *Figrel. pag. m.* 251.

IV. Veteres quoque Sepulcra (11) *columnis* ornaſſe conſtat. Id obſervatum eſt a *Servio ad lib.* XI. *Æneid. Virgil.* cujus verba talia ſunt: Apud Majores nobiles aut ſub montibus altis, aut in ipſis montibus ſepeliebantur, unde natum eſt, ut ſuper cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes collocarentur columnæ. Et huc trahere ſolent interpretes illud quod *lib.* XI. habetur:

> *— fuit ingens monte ſub alto*
> *Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum*
> *Antiqui Laurentis opacaque ilice tectum.*

Ubi *Ilex* per metonymiam materiæ pro materiato accipitur loco columnæ ex ilice factæ. Sic populus Romanus in honorem Julii Cæſaris Sepulcrum ejus columna lapidis Numidici ornavit: vid. *Sveton. in vit. Jul. Cæſar. cap.* LXXXV. confer. huc doct. *Faes annot. ad Gyrald.* Græcis etiam hunc ritum uſitatum fuiſſe ex Lycophrone Poeta conſtat, qui ita canit:

> Ἄγαλμα στῆλας τῶν Ἀμυκλαίων τάφων.

> *Columnas impoſuit ornamentum Sepulcrorum Amyclæorum.*

Ita etiam *Pindarus od* X. *Nemeonic.* columnam ornamentum Sepulcri appellat. Ex his allatis teſtimoniis clare elucet, quod non minimum fuerit Sepulcri ornamentum, quando ſuper illo columnæ erigebantur, quæ interdum tam altæ, ut merito mirari liceat. Jeſuita Jacobus *Maſen. in Palæſtra ſtyli Rom. lib.* IV. *cap.* XIX. §. XIII. tradit, columnas *Severi* tanta altitudine eminuiſſe, ut in Africam navigantes, unde ipſe oriundus erat, demortui illic cineres in apice collocatos intueri ſua in urna atque adorare potuerint.

V. Ornamentum (111.) fuerunt pyramides, de quibus in hoc libro pluribus egimus. Plura qui legere deſiderat, evolvat celeb. *Johann. Faes animadverſ. in Gyrald. pag. m.* 206. 207. *ſeq.* Non ſolum

lum autem pyramides, ſed etiam (IV.) *Obeliſci* erigebantur, quos *Watſonius in Excerptis Tit.* XXXI. *pag.* 37. ita deſcribit: Obeliſci ſunt columnæ hieroglyphicæ quadriliteræ, ſenſim verſus apicem gracileſcentes, & deinde in parvam pyramidem truncatæ. Originem horum cognoſcere qui vult, adeat *Athanaſ. Kircherum*, qui totum de Obeliſcis volumen compoſuit *lib.* I. *cap.* VII. *Polydor. Virgil. lib.* III. *de invent. rerum cap.* XI. Ægyptiis originem tribuit *Diodor. Sicul. lib.* I. *Biblioth. hiſtor.* Conf. ſæpe laudatus *Faes* in animadverſ. qui ex pluribus probatis Scriptoribus plurima teſtimonia in lucem protulit *p.m.* 211. 212. Nondum autem in hiſce ornamentis Sepulcrorum acquieſcebant veteres; ſed (V.) etiam *Coloſſos* Sepulchris imponebant. Hunc Scholiaſtes Juvenalis ad *Satyr.* VIII. deſcribit, quod ſit ſtatua ultra menſuram. Hujuſmodi *Coloſſi* in honorem Imperatorum ſunt erecti. Ita *Joſeph. l.* I. *Haloſ. c.* XVI. coloſſi ab Herode *Auguſto Cæſari* poſiti mentionem facit.

VI. Ne aliquid omittamus, quæ ad ornamenta externa Sepulcrorum pertinent, obſervandum, quod (VI.) *Sacella* tumulis impoſuerint, qua re ſingularem pietatem & religionem ſignificare volebant. Sic juxta *Opbelti* Sepulcrum ædicula quædam & ara conſpicua fuere, *Pauſan. lib.* II. refert: & *Statius lib.* VI. *Thebaid.* idem quoque teſtatum facit, ſic enim ille canit:

> *Mirum opus acceleraſſe manus, ſtat ſaxea moles*
> *Templum ingens, cineri, rerumque effectus in illa*
> *Ordo docet caſus.*

Advertit hoc ipſum *Caſpar Barthius* in animadverſ. ad *Stat. p.* 341. ubi ſic ait: Templum ſeu fanum inædificatum. *Valerii* Sepulcrum ſimiliter erat juxta templum Æſculapii, quemadmodum teſtatur inſcriptio Hiſpanenſis:

> OSSA NOSTRA POSSE MELIUS ADQUIESCERE
> QUAM PROPE TEMPLUM ÆSCULAPII.

Sepulchra (VII.) Altaribus ornata fuiſſe, argumento huic quamplurima loca eſſe poſſunt, in quibus hujus rei fides invenitur. Apud *Virgil. lib.* 3. *Æneid.*

> —— *ſtant manibus aræ.*
> *Cæruleis mœſtæ vittis atraque cupreſſo, &c.*

Et quibuſdam interjectis hæc de ara Sepulchrali occurrunt:

> *Et geminas cauſam lacrymis ſacraverat aras.*

Germanus *Commen. ad Æneid.* VI. *Virgil.* ſic advertit: *Aram* Sepulcri dixit, quod non ſolum ſecundum ipſa Sepulchra, ſed & in ipſis Sepulcris aras antiqui ſternerent, in quibus Diis Manibus Sacra fierent. Ejuſmodi aram exhibet *Boiſsard. Antiquit. Rom. part.* 3. *tab.* LIX. de hac canit *Ovid. lib.* VIII. *Metam.* vid. *Sil. Ital. lib.* XVI. Sic de Sepulcro Scipionis Africani *Seneca Epiſt.* LXXXVI. refert, quod ara ipſi impoſita fuerit. Certum enim eſt, veteres hujuſmodi aras inædificaſſe Sepulcris, ex hac adducti cauſa, quia ad aras ſomnum capiebant, iiſdemque velut fanis religioſum cultum deferebant, ex ſomniis futura ominantes: vid. plur. *Faes in animadverſ. ad Gyrald. pag.* 202.

VII. Addebant porro (VIII.) *Epitaphia*, quæ vel proſa vel ligata oratione concipiebantur: vid. D. *Quenſted. de Sepultura veter. p.* 305. *Chirchman. de funer. Roman.* Hunc ritum obſervarunt tam Græci, quam Romani. De Græcorum Epitaphiis egimus *in Tract. noſtr. de Luctu Græcorum*, qui evolvatur. De Romanorum Epitaphiis evolvantur *Gruter.* in vaſtiſſimo *Inſcriptionum libro*, *Johann. Baptiſta Ferretio in Muſ. Lapidar. Antiquor. edit. Veron.* 1672. conferantur huc etiam animadverſ. celeb. *Johan. Faes ad Gyrald.* qui & Græca & Latina Epitaphia recenſuit. Noſtra ſi perluſtramus tempora omnibus conſtat, quod adhuc hodie in uſu ſint Epitaphia, uti teſtantur monumenta in Templis & Cœmiteriis erecta; quare cum omnibus notum hoc, non operæ pretium eſſe duximus, illorum copiam recenſere. Quibus & finem huic ſecundo imponimus libro.

LIBRI TERTII

CAPUT PRIMUM

De Sepulchris Hebræorum ante diluvium,

I. CUM de Hebræorum Sepulcris occupati sumus illorumque descriptione, ante omnia distinguenda esse tempora, judicamus. Nam quædam ante-diluviana, quædam post-diluviana fuisse deprehendimus. Arduum quidem est de rebus incertis aliquid certi statuere; jam autem omnia incerta sunt ante-diluviana, nisi ea, quæ Deus in verbo suo revelare voluit; quis igitur audebit aliquid certi ex iis eruere. Quo minus tamen hæc omitterentur, effecit pridem cum animi curiositas, tum Interpretum quorundam nimia propensio in allegorias. Elegans est de Abelis sepultura consultatio in *Mich. Johansen Tragœd. de Caini fratricidio*. Tragœdia ea est omnium Christianorum oculis & auribus dignissima. Ita vero *Adam* hic *pag.* 59. loquitur:

Wo ist min wohl ein raum / dem ich an vertraue?
Hier hab ich abermahl zu leid und sorgen fug.
Soll ich dich liebster Sohn in laub und graß bedecken?
Da lassen dir viel leicht die Schlangen keine ruh.
Soll ich dich erwan deu in einem wald verstecken?
Da Furcht ich wide thier. Ich weis nicht was ich thu.
Auf hohe baum und berg ist rab und geyr zu scheuen.
Wo laß ich dich dem wol / da du am besten seyst?
Wie zeitich Fallt mir ein / des Hochsten billige drawen
Das mier bequemen ohrt zu deiner leichen weist
Du warest / sprach er / Erd / und solt zur Erden werden:
Wol an so kom ich dan des hartem zweifsels ab /
Wo kan men beßer Erd / als in den Grabe werden.

II. A primo itaque Satore generis humani *Adamo* initium facimus & quærimus, ubi illius sepulcrum fuerit? Et si veterum opiniones examinemus, dicunt, Sepulcrum Adami in civitate *Arba* fuisse, uti non pauci interpretes volunt. Audiamus verba *excerpt. Gemaræ capit.* I. versione Latina & commentario nobis data a *Magnific. D. Christophoro Wagenseilio Hebraicarum literarum facile Principe pag. m.* 289. אמר רבי יצחק קרית ארבע ארבע זונות היו ארם והוה אברהם ושרה יצחק ורבקה יעקב ולאה: i. e. Uti *R. Isaac* explicat: *Civitatem Arba dici, quia quatuor paria ibidem fuere sepulta, Adam & Eva, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Jacob & Lea*. Quibus verbis prælaudatus celeberrimus Autor addit *pag. m.* 293. locus desumtus est ex *Erubin fol.* 53. *a.* Fere consonat istis *S. Hieron. in Tradit. in Genes.* scribens: *Dicitur Civitas Arbe, hoc est quatuor, quia ibi Abram & Isac & Jacob conditus est & ipse Princeps humani generis Adam*. Eadem repetit in *libro de Locis Hebraicis & in Paulæ epitaphio*. Aliter *Menasse ben Israel in Concil. Josuæ quæst.* 11. ex *Bereschit Rabba: Esta ciudad sellamo* קרית ארבע *Ciudad de quatro, por aver caydo a quatro en suerte*. Hæc doctissimus *Wagenseilius* ex veterum Rabbinorum scriptis recenset, non ut fidem his habeat, sed ostendat, quam male interdum Rabbini & Hebræorum Doctores sentiant de re aliqua.

III. Paria refert celebr. *Johan. Andreas Quensted. in Tract. de Sepultura veterum edit. Witteberg.* 1660. *pag.* 2. 3. *seq.* cujus verba licet prolixiora recensere non pigebit: Existimat *Hieronymus*, inquit, Hebronem per anticipationem ארבע Arba quatuor, seu civitatem τῶν τεσσάρων dictam esse *Gen.* XXIII. 2. a quatuor Patriarchis, *Adamo*, *Abrahamo*, *Isaac* & *Jacobo* ibidem sepultis. Verba ejus in *libro de Locis Hebraic. in Arbah* hæc sunt: *Corrupte in nostris Codicibus Arbah scribitur, cum in Hebræo legatur Arbee* id est *quatuor, eo quod ibi quatuor Patriarchæ, Abraham, Isaac & Jacob sepulti sunt* & *Adam magnus*, ut in *Jesu libro* scriptum est, licet eum quidam in monte *Calvariæ* conditum suspicentur. *Nicolaus Lyranus* eandem fovet sententiam, scil. vocatam esse illam civitatem *Arbæ* propter quatuor jam dictos Patriarchas ibi sepultos cum conjugibus suis, *Eva*, *Sara*, *Rebecca* & *Lea*. Eadem habet statuitque *Alphonsus Tostatus Episc. Abulens. in cap.* XXIII. *Genes.* Sententiam hanc confirmat ex

ex *Josuæ cap.* XVI. ubi Vulgata habet: *Adam maximus ibi* (Hebrone ceu civitate Arba) *inter Enakim situs est*. Unde *quæst.* x. *ad* h. l. ait *Abulensis: Adam maximus* i. e. *primus homo, qui est maximus, cum sit pater & origo totius speciei, est situs inter Enakim* i. e. *sepultus fuit in urbe Hebron in terra gigantum. Et iste est verior & communior sensus, quem fere omnes Catholici tenent:* confer. *Nicol. Lloyd. in dictionar. Geograph. in voce Arbe, edit. Genev.*

IV. Eadem quoque protulit cl. *Johan. Henric. Heideg. in histor. Patriarch. Exercit.* IV. *pag. m.* 160. cujus verba ita sonant: *Egesippus in descriptione Terræ Sanctæ, Jarchius* & alii commemorarunt, sepultum esse *Adamum* Hebrone, quæ alio nomine vocata fuerit קרית ארבע Kiriath-Arbe, civitas quatuor virorum ibi sepultorum, *Adami, Abrahami, Isaaci, Jacobi.* Quod cum de tribus posterioribus vere dicatur, de *Adamo* etiam conantur probare ex *Josuæ* XIV. 15. Et Doctores Cabbalistici in nomine ישראל *Israelis* observant contineri omnes *Hebrone* sepultos, *Isaacum, Jacobum, Saram, Rebeccam, Adamum, Abrahamum, Leam*. Verum enim vero hanc sententiam ut erroneam merito rejicit *celebr. D. Quenstedius in Tract. de Sepultura veterum edit. Wetteberg.* 1660. *pag. m.* 4. his verbis: Verum sententia illa, *Adamum Ciriath-Arbe* sepultum fuisse, licet propter quorundam Veterum autoritatem temere rejicienda non sit, ex adducto tamen loco *Josuæ* probari nullo modo potest. Nam nec in *Hebræo*, nec in *Chaldæo*, nec apud LXX. *Inteopp.* verba illa (ibi situs est) habentur. Et per *Adam* non necessario intelligitur hominum primus, sed homo quidam, & quidem ille, de quo sermo fuerat, nempe *Arba*. Hæc & alia plura citatus *Quenstedius* recenset, ex quibus clare elucet, graviter *Vulgatum* Interpretem errasse: vid. *pag.* 5.

V. Consentientes hic plures adhuc habemus Scriptores, qui hac in re optime cum *Quenstedio* conveniunt, inter quos cl. *Johannem Christianum Isingium in exercitat. historico-Chronolog-Geograph.* & *Philologicis edit. Francofurt. ad Mœn.* 1683. *pag. m.* 36. erudite differentem citamus, cujus verba §. 3. *quæst.* XXV. hæc sunt: qui cum de Hebrone verba fecisset, in hæc erumpit: Obiter hic, non inconvenienter tamen, notare lubet, circa antiquiorem Hebronis appellationem, quæ exprimitur *Jos.* XIV. *vers. ult.* ubi dicitur, eam antea vocatam esse קרית ארבע quod Rabbini in suo *Breschit Rabbah* & cum iis ex parte *Hieronym. in Loc. Hebr.* denominationem hanc magis *Appellative* explicantes, eam *Kiriath-Arba* i. e. *Urbem quatuor* scil. *virorum* nuncupatam velint, quod olim IV. insignes viri *Aner, Eschle, Mamre* & *Abraham* ibi habitarint, quatuor etiam Patriarchæ ibi sepulti jaceant, utpote *Adam, Abraham, Isaac* & *Jacob* cum. IV. suis uxoribus. Verum Rabbinicam hanc Etymologiam nos non magni æstimamus. Cæterum quod ad *Hieronymum* attinet, duo ejus assumere placet effata de *Hebrone* urbe, quæ ad minimum dubitationem pariunt rem deterius consideranti. *Prius* quod in cit. loc. Hebr. dicit, est: Hebronem urbem nomen sortitam esse ab uno filiorum *Caleb*, ut legere est 1. *Paral.* 2. v. 42. cum contra constet, diu ante *Hebronem* hunc *Calebi* nepotem, ita nuncupatam esse urbem, ab ipso Mose in *Genes.* loco, nisi quis effatum hoc salvare velit ex usitata Scripturæ prolepsi & recapitulatione. Deinde illum *Calebi* pronepotem non imposuisse de se Hebroni appellationem, argumento esse potest, quod dicto in loco *vers.* 21. *Machir* vocetur pater *Gilead*, qui tamen terræ Gilead nomen non imposuit. *Posterius Hieronymi* effatum valde dubiæ fidei est, quo *Hebrene Adami* constituit monumentum, male reddens verba *Jos.* XIV. *Adam maximus ibi inter Enakim situs est*. Quo ipso uni atque alteri imperitiori ansam dedit opinandi, Adamum monstrosa & gigantea proceritate a Deo esse creatum. Contra fons fluit longe aliter: homo magnus inter Enakim ipse (Arba) atque sic vox *Adam* accipienda est, non ut nomen proprium, denotans protoplastum nostrum, sed ut Appellativum, ut ita Kiriath-Arba dicta sit a quodam homine Enacino Arba dicto.

VI. Ita etiam cl. *Joh. Henric. Hottinger. in notis ad libellum de Cippis Hebraicis edit. Heidelberg.* 1659. ubi autor ejusdem libri ita differit: חברון בארץ כנען והיא קרית ארבע שם מערת המכפלה בה קבורים אבות העולם אדם והוה אברהם ושרה יצחק ורבקה יעקוב ולאה: i. e. *Chebron, in terra Canaan est Kiriath Arba, ubi spelunca duplicata, in qua sepulti Patres Mundi Adam & Eva, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Jacob & Lea.* Ad quæ verba citatus *Hottinger. pag. m.* 5. sequentia (cum prioribus nostris similia) refert: Sic vulgo, inquit, Autores veteres, recentiores, Christiani, Judæi. Existimant autem plerique natam esse opinionem ex *Jos.* 14. ubi juxta Vulgatum: Nomen Hebron autem vocabatur Kiriath Arba, Adam maximus inter Enakim ibi situs est, pro; Nomen autem Hebronis olim erat Kiriath-Arbe (i. e. civitas Arbe)

be) homo ille magnus inter Enakim ibi erat. Hinc, inquam, natum errorem inter ipsos Romano Catholicos quidam afferunt. Vid. *Antibarb. Sixtin. Amam. pag.* 615. *&c.* Quare etiam *Thomas Fuller. in Pisgah sight of Palestine edit. Londin.* 1650. *fol. m.* 273. *cap.* 13. in hæc prorumpit verba: *But i wonder any should delight in their owo wild conjectures, when the text tendereth us a certainty herein assuring us that this Arba (from whon Kiriath-Arba or Hebron was named) was a great man among the Anakims.* Confer. *Henric. Ainsworth. Coment. in Gen.* XIII. *fol. m.* 54. *edit. Londin.* qui eadem confirmat.

VII. Alii tamen reperiuntur, qui Sepulcrum *Adami* in alio quærunt loco, nempe in Golgatha seu Calvariæ monte. Audiamus iterum prælaudatum *Quenstedium pag.* 3. de Sepultura veterum ita differentem: Alii, inquit, humani generis parentem circa *Calvariæ* montem, in quo Salus nostra crucem passa est, non sine ingenti mysterio reconditum esse arbitrantur, ut *Augustin. serm.* 71. *de tempore*. Spectant huc etiam verba illius in *quæst. super Genes.* ubi inquit: Ubi sepelienda erant cadavera Patriarcharum significantia peccatum, nisi in ea terra, ubi ille postea crucifixus est, cujus sanguine facta est remissio peccatorum. *Cyprian. serm. de resurrect. Christi, Athanas. de passione Salvatoris, Ambros. lib.* 5. *Epist.* 19. *Origenes tract.* 35. *in Matt. Theophylact. in Joh. cap.* 19. *Chrysost. hom.* 84. *in Johann. Epiphan. hæres.* 46. *Basil. in Esai. cap.* v. *& ipse Hieronymus in Paulæ ad Marcell. epist. qui tamen* in *Matth. cap.* 27. Favorabilis, inquit, opinio (scil. de *Calvaria Adami in Golgatha* sepulti) & mulciens aurem populi, nec tamen vera. Prolixe etiam ex Patribus hanc opinionem illustrat *Hispanus Johannes de Carthagena lib.* x. *homil.* XXI. *de acerbissima passione Christi pag. m.* 577. 578. ubi quidem multa absurda profert, testimonia tamen Patrum sincere recenset. Dicit enim Calvariam montem dictum a calvaria *Adami*, quod falsum esse deprehendimus. Sed audiamus Patrum testimonia, quæ citatus Autor in medium profert, afferens: ita *Athanas. sermone de cruce domini*, cujus verba hæc sunt: Non alibi patitur, neque in alio loco crucifigitur, quam in Calvariæ loco, quem Magister Hebræorum dicit esse sedem sepulchri Adæ, ibi enim post maledictionem eum humatum esse asseverat. Deinde S. Basilius in *cap.* v. *Esaiæ:* Obtinuit fama quædam in Ecclesia memoriam conservans, non quidem scripto proditam, quæ talis est, quod prima utique Judæa hominem habebat accolam, nimirum Adam simul atque excidit deliciis Paradisi in hac terra collocatum ad mitigandam jacturam bonorum, quibus fuerat exutus. Prima igitur etiam mortuum hominem excepit, qui & illic eam, cui addictus erat, sententiam condemnationis plene est executus. Itaque insolens ac novum videbatur illius ætatis hominibus spectaculum, os capitis defluente carne nudum: ac illi recondentes cranium, loco illi indiderunt Cranium, i. e. Calvariam. Addit Origenes *tract.* 35. *in Matth.* Locus Calvariæ dicitur non qualemcunque dispensationem habere, ut illic, qui pro hominibus fuerat moriturus, moreretur. Venit ad me traditio quædam talis, quod corpus Adæ primi hominis ibi sepultum est, ubi crucifixus est Christus. Adjicit *Origenes* causam hujus: Ut sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificentur, & in loco illo, qui dicitur Calvariæ locus, i.e. locus capitis, caput humani generis resurrectionem inveniat cum populo universo per resurrectionem Salvatoris, qui ibi passus. Unde *Tertullianus lib.* 2. *contr. Marc.* loquens de Golgatha:

> *Os magnum hic veteres nostri docuere repertum,*
> *Hic hominem primum suscepimus esse sepultum.*

Accedit ad hæc insigne testimon. D. *Augustin. serm.* 71. *de temp.* Idem habet *Augustin. serm. de Oblat. Isaac. serm.* 71. *in fi. tom.* 10. *Cyprian. serm. de resurrect. Dom. in initio*. Eidem sententiæ adstipulantur *Anastasius Sionita l.* 7. *contemp. in Hexam. Theophylact. in cap.* XXII. *Matth. German. in Theoria veter. Eccles. Chrysostom. hom.* 14. *Baronius*, aliique. Hæc ex Patribus hactenus bene recensuit prædictus Hispanus Johannes de Carthagena.

VIII. Verum in sequentibus illorum sententiam apprehendit, quam in §. VI. rejecimus, afferens, Adamum illum esse, qui inter filios *Enakim* sepultus, confirmatque Adamum ibi nomen esse personale non commune, quod etiam asseruimus, quando scil. de homine quodam magno ibi sepulto intelligitur, non autem si de Adamo primo satore intelligatur, in quo fallitur Autor, licet plurima testimonia coacervaverit, quæ nihil probant, uti pluribus demonstravit clar. *Johan. Christoph. Ising. loco* supra citato. Non solum autem Patres ex pia intentione statuerunt, Adamum in monte Golgatha sepultum; sed etiam multi Nostratium. Sufficiat unum tantum testimonium ad-

adduxisse, quod nobis subministrat Anglus doctissimus *Cr. Williams* in libro vocato *the best Religion*, *ubi fol. m. 912. edit. Londin.* ita literis tradit: *And then placing the same in Golgatha, which was the place where Adam was buried (as S. Ambrose thinketh lib. 5. ep. 19.) they nayled and fastened Christ unto it, upon that very day of the weeke that Adam was created; and (ar is thought) he was hanged upon this Three, upon the same very houre of the day as Adam did eate of the for bidden tree.* Imo quidam sunt, qui asserunt, *Adamum* in duobus locis sepultum esse, uti in *Chronicis* scribit *Honorius Augustodunensis*. Et primo quidem *Cariath-Arbæ*, deinde vero in monte *Calvariæ*. Memoriæ enim tradidit *Jacobus Edessenus* Sancti *Ephrem* præceptor (referente *Masio Comment. in ult. cap. Josuæ*) Noemum primi patris ossa religiose in arcam intulisse, & post siccatum ex aquarum eluvione terrarum orbem, cum ipso terrarum orbe ossa quoque illa filiis divisisse, & quem præ cæteris diligebat; *Semo* calvariam dedisse, cumque calvaria, terrarum partem, quam postea Judæam nuncuparunt. Affirmat hoc quoque *Richard. Montacutius in Annal. Eccles. Tom. 2. fol. m. 392. edit. Londin.* ita scribens: *Et certe si Sethum sepultum fuisse in valle Josaphat verum sit, cujus sepulchrum ibi inventum scribit Johannes a Leydis, verisimile esse potest Adamum in vicino Calvariæ sepultum.* Et paucis interjectis lineis, asserit: *Si vera sunt, quæ narrantur, Adamum bis sepultum, ut & Josephum, primo apud Hebron: deinde translatum per Noachum in montem Calvariæ, cum prophetice prævideret Christum Dominum ibi olim crucifigendum. Ibi & Jacobum obdormivisse volunt, supposito capiti lapide, & volunt locum* λιθοστρωτον *appellatum.* Explicant & exornant hanc opinionem *Delrius* in *B. Virginis panegyric. 7.* & *Villalpand. in Hierosolym. Urb. apparat. lib. 1. cap. 9.* Ex his iterum pateret, Calvariam montem dici a calvaria Adami, id quod doctus Angl. *Thomas Fuller. in Pisgah-sight of Palestin. fol. m. 344. in the description of Jerusalem cap. 12.* refellit his verbis: *The mount Calvary that is a place of a skil is called either from the fashion thereof, because that hill was rounded up in the form of a mans head, or because mens bones were scattered therea bouts.* Conf. *Suicer. Thesaur. Tom. 2. fol. 155.*

IX. Quamvis igitur SS. Patrum autoritas magna, qua nixi plurimi Doctores asserentes, *Calvariam* montem a calvaria *Adami* dictum, quod ibi sepultum, imo ipse Adam ibi conditus fuerit; attamen vix huic sententiæ calculum adjicimus, sed asserimus, quod quidam sepulcrum Adami frustra in Kiriath-Arba quæsiverint, de qua re evolvatur D. *Quensted. de Sepultura veterum cap. 1. pag. 2. seq.* confer. *Hotting. annot. ad tract. de Cippis Hebr. Johan. Lightfoot Chorograph. cap. 49. pag. 93. edit. Lips. 1684. Drusius annot. ad h. locum*, nimiam & facilem credulitatem miratur Sanctorum Patrum. Nec in *Golgatha* quærendum *Adami* Sepulchrum, uti ad oculum monstrarunt *Gerhard. Harm. Evangelist. cap. 197. f. 197.* confer. *Torniell. annal. ad A. M. 930. n. 4. Salian. Annal. ad A. M. cit. num. 7. Gerhard. in Genes.* XXIII. 2. *q. 3. pag. 456.* Si igitur conjecturare licet ex situ Paradisi, quem bene descripsit *Huetius in lib. de Paradiso*, dicimus Adami Sepulcrum nec in *Kiriat-Arba*, nec in *Golgatha*, sed eo in loco fuisse, ubi post ejectionem e Paradiso habitavit. Probabile autem est, quod non procul ab ipso sepultus fuerit. Jam autem si aliquid probabiliter dicendum foret, statueremus cum *Pelargo*, *Gesnero* & aliis, tractum illum Orientalem fuisse circa *Babylonem* urbem, quod etiam vult *Huetius*, ita ut *Cain* habitaret versus orientem, Adamus versus occidentem Paradiso existente in eorum medio: *Seldenus in prolegom. cap. 3. de Diis Syris pag. m. 45.* ex MS. Arabico refert quod Sepulcrum *Adami* fuerit in monte, ubi familia *Sethi* habitaverit. A quo autem sepultus fuit variant Hebræorum Scriptores. Funus curatum a *Setho* in *Juchasin*, ab *Enocho* in *Seder Olam* scriptum reperimus. Ab ipso vero Deo censuit *Rabbi Rachumai* terræ matri corpus mandatum. Penes quos fides esto.

CAPUT II.

De Sepulcrorum Hebræorum discrimine, & quidem inventorum & nocentium.

I. CUM vero Sepulcra Judæorum non unius generis fuerint, hinc ante omnia dispiciendum erit, quomodo illa distinguamus. Doctissimus Anglus *Johannes Lightfoot in Chorograph. cap. C. pag. m. 170. edit. Lips.* observat, Sepulchra quædam extraordinaria fuisse i. e. quoad locum situs ut (1.) קבר הנמצא *Sepulcrum inventum: Babyl. Sanhedr. fol. 47. 2.* & *Hierosf. Nedarim fol. 57. 4.* i. e. cum sepeliretur in agro cujusvis, eo nesciente; at tandem detegitur sepulcrum. Vel uti interpretatur *Fridericus Muller. in diss. de sepulcr. lib. 3. cap. 2.* cum cadaver in

agro

agro detegitur ibi inſcio Domino defoſſum. (2.) קבר מזיק את הרבים *Sepulcrum publice nocens* i. e. effoſſum juxta locum publicæ ambulationis aut itinerationis; a cujus vicinitate contrahitur pollutio a prætereuntibus; vel ut cl. Muller. loquitur: cum cadaver propter viam publicam defoſſum, polluit tranſeuntes. Tenendum itaque hoc loco eſt, Sepulcra locumque omnem, ubi defuncti hominis cadaver jacebat, apud Hebræos polluiſſe, idque ex inſtituto Legis divinæ, quam conſignatam literis exhibet Moſes *Num.* XIX. 16. כל אשר יגע על פני השרח בחלל חרב או במת או בעצם ארם בקבר יטמא שבעת ימורח: i.e. *Si quis in agro tetigerit cadaver occiſi hominis, aut per ſe mortui, ſive os illius, vel ſepulcrum, immundus erit ſeptem diebus.*

II. Ut igitur diſcrimen horum Sepulcrorum recte intelligamus, prius ſepulcrum dicitur קבר הנמצא a radice מצא unde נמצא invenit, quod caſu ſeu fortuito fit: vid. *Buxtorff. Lexic. Rabbino-Talmudic. fol.* 1239. & dicitur de iis, circa quæ diu occupamur, ut inveniamus, uti venator feras invenit: vid. *Geir. comment. in Pſal.* XXXVI. *pag. m.* 632. *edit.* 4. Hinc uſurpatur etiam de iis, qui magno labore agrum fodiunt, & neſciunt, an Sepulcrum lateat. Cum autem invenerint præter opinionem, Sepulcrum inventum appellatur. Et hoc extraordinarium erat, quia Judæi Sepulcra ſua ſigno ſignabant, ne aliquis imprudens accederet, & ſe pollueret. In hujuſmodi ſpeluncis abdita plerumque latebant privatorum hominum Sepulcra, quæ primo intuitu ab omnibus cognoſci non poterant; unde accidebat, ut ejuſmodi Sepulcra in agris vel aliis locis invenirentur. Ad hujus generis Sepulcra, ut & ad quævis loca, quæ ὑπελῶ τι ex cadavere hominis demortui fovere credebantur, deſignatio requirebatur, uti colligitur ex *Gemariſtarum* in *Cod. Moed Katon fol.* ה. 2. *edit. Amſtel.* verbis: cujus verba Latina ex verſione cl. *Johann. Chriſtoph. Roſteuſcheri* recitabimus ſequentibus verbis: *Non ſignabant, quæ manifeſta erant (cum perſpectiſſimum eſſet latere ibi immundum, & in confeſſo non deferre illuc locorum res mundas, Gloſſa) ſignabant vero dubia.*

III. Licet autem nullum ſepulchrum in agro vel alio loco lateret, & tamen adeſſent ſigna dubia, quæ ſepulchrum indicare credebant, ſibi valde cavebant, ne ex improviſo accederent & ſepulchrum invenirent. Inter hæc dubia referebantur (1) arbor ſuper terram expanſa, quæ juxta viam ad cœmeterium tendentem ſita eſt, uti *Gemariſtæ ad Codic. Niddah* aſſerunt, (2) lapides grandiores in pariete prominentes, ſub quibus ſepulchrum latet, uti *in Miſch. Cod. Obolot cap.* 8. §. 2. *fol.* נר. *col.* 2. habetur, (3) locus expanſionis, ſive ager immundus, cujus ſæpe fit mentio in *Talmud. Codd. Ketubbot f.* כה. *Erubin. fol.* ל. *Peſachin f.* צב. *& alibi* paſſim. Unde neceſſe erat, ut duo priora ſigno notarentur, quandoquidem dubitandum erat utrum immunditi es ſub illis eſſet, an vero non. Si autem accideret, quod ſepulchrum ſub his ſignis inveniretur, non *inventum ſepulchrum* putabatur, quia ex ſigno conjecturare poterant, immunditiem latere; ſed illud demum *ſepulchrum inventum* æſtimabatur, cum cadaver in agro defoſſum inſcio Domino, nec ſigno dubio addito, detegeretur.

IV. Quod ad alterum nempe *ſepulcrum publice nocens* attinet, quod prope viam effoſſum erat, tunc illud prætereuntes polluebat & immundos reddebat juxta legem §. 1. citatam Scripturæ: *Si quis in agro tetigerit cadaver occiſi hominis*, h. e. teſte *Ainſworthio Comment. in Num.* 19. *fol. m.* 122. *in the open field where nottent is, there pollution is by tauching alone.* In agro vel campo, ubi viatores ambulabant & iter faciebant, & extra tentoria ultro citroque commeabant. Si itaque hic tetigerit cadaver hominis *occiſi* vel gladio vel alio inſtrumento, immundus eſt. Imo Targum Jonathan addit; ſi tetigerit gladium, quo occiſus eſt, pollutus eſt, quia juxta Canones Hebræorum gladius ut cadaver occiſi hominis æſtimatur, *Maimon. in Tumath meth c.* 5. *ſ.* 3. Cum autem pollutionis ex defuncti hominis cadavere oriundæ triplex daretur modus, & immundities iſta contraheretur במגע באהל ובמשא *attactu*, in *tentorio* & denique *portatione* hinc ſola *attactione* homo ſe polluebat.

V. Cum ergo cadaver hominis mortui pollueret, merito cauſam quærimus, quam reddere dubii ſunt Hebræorum Doctores, & ſibimet ipſis non conſtant ex quo fonte deducere rationem velint. Omnes quidem dicunt, omnium pollutionum graviſſimam eam eſſe, quæ ob mortuum hominem fieret; ſed rationem variam fingunt. R. *Abarbanel in Levit. fol.* רנט ſcribit עקר הטומאה eſſe ערוב הנפש בגוף המת. R. *Bechai in Legem fol.* קפז *col.* 2. eam proficiſci ait e virtute mortifera. *R. Moſes Alſchech in Torath Moſchech fol.* קצח 2. ad inquinamentum ſerpentis reſpiciens ad locum in *Cod. Jom. fol.* כת. 2. provocat, a quo ut mortem ipſam ita etiam immunditiem ex mortui hominis cadavere reſultantem oriri tradit.

Alii hanc immunditiem רוחות הטומאה *Spiritibus immundis* attribuunt, e quorum numero *Tobias Levi* in Commentario, quem חן טוב vocat, *fol.* רנט. 3. sequentem in modum differens, cujus verba prolixiora ex versione cl. *Joh. Christophor. Rosteuscher. in dissert. de Sepulchris calce notatis* recitabimus: *Modus pollutionis*, ait, provenit e viribus exterorum קליפות (quo nomine Cabbalistas notare Spiritus impuros, & omnia quæ extra sanctitatem sunt, observat *Autor Kabbalæ denudatæ part.* 1. *p.* 674. uti *D. n. l. m.* ajunt: Unde sunt genua Doctorum defessa? a fricatione illorum (ita enim explicantur verba in Glossa ordinaria ad Gemaram, e qua hæc depromta *Cod. Beracot fol.* ו. 1. *lin.* 10. (באין המזיקים וושבין אצלם ומתחככים בהם) Unde etiam attritæ Doctorum vestes? (vid. *itin. Raschi*) a fricatione eorundem. Cum enim non possint attingere corpora illorum, vestimentis eorum adhærent, ut voluptatem inde percipiant. Ecce, quamdiu homo vivit, nihil quicquam in corpore ejus possunt attingere perstringente oculos eorum luce animæ..... a cujus discessu gaudent adhærere instrumento quo ante (anima) usa fuit sanctissime, e cujus lumine remanserunt scintillæ quædam, propter quas accedunt & in cadavere resident: Ex quo deinde consequitur illa pollutio ob hominem mortuum.

VI. Aliam rationem vel causam profert R. *Menachem* in *Num.* 19. qui immunditiem hanc *Angelo mortis* adscribit, cujus verba ab *Ainsworthio Comment. in Num. fol. m.* 122. *edit. Londin.* Anglice tradita ita sonant: *The cause of the uncleanes of the dead is by meanes of the Angel of death (the devill) that brought poison into men.* Et hæc sententia propius accedit ad genuinam interpretationem Scripturæ N. Testamenti. Nonne hæc pollutio fructum & effectum peccati ostendit, mortem causantis, *Rom.* 6. 23. Præfigurabatur hac re status horum, qui mortui sunt in peccatis, qui mortui, cum adhuc vivunt, *Coloss.* 2. 13. 1. *Tim.* 5. 6. Sepulchrum patens enim est guttur eorum, *Psalm.* 5. 10. ita ut eorum verba corrupta & opera mala & peccaminosa alios inficiant, 2. *Tim.* 2. 17. 18. 1. *Cor.* v. 6. Ita etiam explicat *Martin. de Roa in singul. lib.* 6. *pag. m.* 527. Tu vero ejusmodi homines non minus tetros atque horribiles, quam sunt mortui, diligenter fugito, ne tetri aliquid haurias, aut corruptus te circumfusus aer inficiat. Hinc tu intelligas illud Regii Vatis, cum de ejusmodi loquitur hominibus *Psalm.* v. quia isti sunt, qui mortuorum ossa effodiunt: dum ne mortuis parcunt. Hanc ob causam Plutarchus de his: Velut urbes portas quasdam habent infestas & sinistri ominis.

VII. Visa causa pollutionis, quæ a corporibus defunctorum hominum attrahitur, ulterius quærimus, utrum omnia cadavera hominum defunctorum polluant, de quibus Scriptura nullum discrimen facit *Num.* 19. absolute & in genere dicit: Si quis cadaver hominis mortui tetigerit. Nullum hic cadaver excipitur sive sit Gentilis sive Judæi, quamvis aliquod discrimen Hebræorum Doctores sibi contra Scripturam fingant, asserentes, Gentilium cadavera hic excipi: de quibus paulo post acturi sumus, si prius quædam de Sepulchris dixisse licuerit, de quibus Scriptura: si quis tetigerit Sepulchrum, in quo situs defunctus conditus fuerit, sive Judæus sive Gentilis. Hic iterum Scriptura de omnibus loquitur, nullaque sepulcra excipit, sed omnia polluere asserit. Audiamus hic *Maimonidem in Tumath meth c.* 2. *s.* 15. 16. loquentem, cujus verba ab *Ainsworthio Comment. in Num.* 19. *fol. m.* 122. Anglice referuntur & hæc sunt: *A grave all the while that uncleanes is within it, defileth by touching and by tent, as doth the dead person, by the sentence of the lavv, Num.* 19. 16. *And vvhether one touch the top of a grave is plovved up, and the bones of the deadare consumed into dust, that dust defileth by touching and by bearing.* i. e. *Sepulchrum cui immundities adhuc inest, polluit per attactum & per tentorium, uti etiam cadaver defuncti hominis juxta sententiam legis Num.* 19. 16. *Sive quis nunc tangat summum seu verticem sepulcri, quod arando dispersum, & ossa & cadavera in pulverem redacta, attamen pulvis polluit per attactum & portationem.*

VIII. Et licet hæc clare in Scriptura extent, attamen Rabbini hic nimis scrupulosi sunt, dicentes discrimen aliquod esse inter sepulcra & cadavera Gentilium, & inter sepulcra & cadavera Judæorum. Gentilium enim cadavera uti non nisi *attactu* & *portatione* polluere asserunt: ita etiam sepulcra a pollutione tentorii excipiunt Hebræi. Luculenta sunt verba *Maimonid. in Hilc. Ebel. c.* 3. *fol.* רעי. 2. *Tom.* 4. אין הגוים מטמאין באוהל לפי כך קברותיהם טהורים ומותר לכהן ליכנס לשם ולדרוך על קברותיהם ואינו אסור אלא שיגע בטומאה או שישאנה *Gentiles non polluebant per tentorium, propterea etiam sepulcra eorum judicabantur munda, licitumque erat Sacerdoti illuc accedere, & super sepulcra ipsorum ingredi, nec prohibebatur, nisi ut ne immundum contingeret* por-

Portaretve. Quam anxie Sacerdotes immunditiem & pollutionem a sepulcris vel cadaveribus contractam vitarint, patet ex illo: Cum enim vacca rufa comburi deberet, via ex templo ad montem Olivarum curanda & paranda erat; comburebatur quippe extra castra & Hierosolyma in loco excelso ab ossibus, cadaveribus & sepulcris quantum fieri poterat remotiori. Non via ordinaria ad locum istum pergebatur, ne in via ista, *Sepulchra* occurrerent, quæ sacram ceremoniam & totum cultum istum polluerent & contaminarent. Via nova peculiaris sternebatur, agger novus densabatur & attollebatur, arcus & fornices sternebantur, fornicibus & arcubus istis alii arcus & fornices superædificabantur, ut transeunte vacca, & comitantibus Summo Sacerdote & aliis Sacri istius ministris, ne vel minima suspicio subesse posset, *cadaveris*, vel *sepulchri*, vel *minimi ossis mortui* contacti vel allisi. Ex quibus satis elucet Sacerdotes cadavera & sepulcra fugisse Judæorum, quia polluebant; sed cur non etiam Gentilium?

IX. Rationem cur hoc faciant excogitarunt hanc, sed imbecillem, uti patet ex *Sohar* antiquissimo Hebræorum libro, in quo *fol.* ג. *col.* קצט. Edit. Lublin. sequentia leguntur, cujus Hebraica Latino stylo ita sonant: Accede & vide, quidnam intersit inter Israelitam & Idololatram (per hunc omnes Gentiles intelligunt). Israelita, cum qui mortuus deprehenditur, contaminatur in quavis domo, & corpus (defuncti scil. Israelitæ) polluit. At Idololatra non contaminatur alio, neque ipse, cum vita functus est, polluit. Quodnam hujus rei fundamentum est? Ab Israelita ea hora, qua fatis concessit, tolluntur omnes sanctitates luminis ejus, seperatur ab eo imago sancta, secedit ab eo Spiritus Sanctus. Quando autem sanctitates luminis ejus ab eo sublatæ sunt, cadaver polluit. At Idololatra non item. Ipse in vita sua polluit. omnibus immunditiei lateribus, imago enim ejus polluit Spiritus ejus, & quandoquidem immundities in corpore ejus residet, polluet ipse in totum, vetitumque est appropinquare ad eum. Simulac autem vita excessit, secedit quoque ab eo omnis isthæc immundities, deprehenditurque cadaver expers immunditiei, neque contaminat. Etiamsi enim corpus eorum tam vitale, quam mortuum polluat, quandoquidem tamen, cum adhuc in vivis sunt, omne immunditiei genus apud eos reperitur, contaminant eum, qui ad eos propius accedit, at mortui, quoniam quæ polluebant ab eis omnia discesserunt, nequeunt inquinare alium. Sed quam imbellis hæc sit ratio, quivis facile videre poterit. Nam quale descrimen inter Judæum & Gentilem? nullum. Omnes peccatores sunt & immunditie pleni: Hinc ratio, qua ex Scriptura huic asserto colorem addere conantur, nullius est momenti, cum ex *Ezec.* XXXIV. probare velint, Judæos tantum homines, extraneos non dici homines. Sed quisquiliæ Hebræorum sunt, & distinctio hæc nihili æstimanda.

CAPUT III.

De Sepulchris Hebræorum Vulgaribus.

I. AD aliud discrimen Sepulchrorum Hebræorum nos conferimus, quo illi illa distinguunt in *Vulgaria* & *Nobiliora*. Quod ad *Vulgaria* attinet Sepulchra, (quæ *Ciceroni* in *Verr.* VI. loci communes dicuntur) in quibus promiscue cuilibet e plebe jus erat tumulari, probare ea multi conantur cum *Menochio lib.* VIII. *Reipubl. Hebr. cap.* IV. *quæst.* III. & *Sanctio ad Act.* I. 9. ex 2. *Reg.* 23. 6. ubi *Josia* dicitur pulverem combusti luci projecisse super *Sepulchra* בני ארם *filiorum populi*, hoc est, juxta *Sanctium*, ubi *vulgares homines tumulari soliti*. Alii ex *Jerem.* 19. 11. Sed quam bene & congrue ostendit *D. Gejerus in Tract. de luctu Hebr. cap.* VI. §. 10. *pag. m.* 124. *seq. edit. Lips.* 1656. ita scribens: Verum non incongrue *Kimchi* complenda hæcce monet ex 2. *Paral.* 34. 4. ubi dicitur sparsisse super sepulchra הזבחים עליו sacrificantium in iis, i. e. juxta eundem Rabbinum, super sepulchra istius populi, qui servierat illis, dum viveret, & quidem in ignominiam ipsorum, q. d. videte, quid colueritis in vita vestra? hinc etiam in loco *Paralip.* substantivum prius *Sepulchra* in fontibus habet præfixum ה emphat. contra morem, nimirum quia inter hæc duo substantiva supplendum ex textu 1. *Reg.* קברי בני א *Sepulchra filiorum populi sacrificantium* &c. *Chaldæus* reddit: *in sepulchra filiorum* גליא, quod *Kimchi* ait esse nomen idololatricum, quomodo in Rabbinorum Scriptis ביתגליא vocetur ביחבריא i. e. Ecclesia vel templum, de quo prolixius agentem vide *Buxtorff. Lexic. Talmud. fol.* 1086. *seq.* Quis vero opinabitur, (pergit) solos plebejos in locis illis Idololatricis olim sacrificasse, & non una etiam Magnates? adeoque pro sepulchris publicis vix faciet aliquid citatus textus. Ita de altero adducto loco nil certi concludi posse judicat.

II. Ma-

II. Majus robur autem videtur locus habere apud *Jerem. cap.* XXVI. 23. ubi *Uriæ* gladio interfecti cadaver, dicitur projectum *ad ſepulchra filiorum populi:* ut ſc. h. m. cum ignobili obſcuraque plebe ejus ſimul periret nomen, nihilque honoris alias conſueti Prophetæ huic obtingeret poſt mortem. Ita etiam *Munſterus* in annotat. ad hunc locum Jeremiæ transfert ex *Jonathane* & dicit, quod per ſepulchra filiorum populi, *ſepulchra publica* ſint intelligenda. Ita *Vatablus Filiorum populi* בני העם ſepulchra exponit ſepulchra vulgi ignobilis. Chald. *ſepulchra publica*. *Grotius* aſſerit Prophetam gladio percuſſum jactum fuiſſe *in ſepulchris vulgi ignobilis*. Hæc vulgaria Sepulchra teſte *Johanne Lighfoot in Chorograph. pag. m.* 170. plerumque erant in cœmeteriis publicis, ſicut apud nos adhuc moris eſt, & *Francfurti Judæi* proprium Cœmeterium poſſident; aſt ea erant extra urbem in illis locis, ubi non publica via, nec paſcua, nec aqua, uti ex *Maſſech. Semabboth cap.* 14. adduxit *Lightfoot* l. c. qui ita: *Ac per iſtum locum non derivandus erat canalis aquarum, non deducenda per eum via publica, non paſcenda illic pecora, nec colligenda illic ligna. Nec erat inter ſepulchra ambulandum cum phylacteriis capiti affixis, nec libro Legis brachio appenſo. Babyl. Berac. fol.* 18. 1.

III. Tale autem Cœmeterium ubi vulgus & inopes ſepeliebantur, Hieroſolymis *vallem Cedron* fuiſſe, quæ contigua civitati Sanctæ eam totam ab Oriente cingebat, quidam aſſerunt. Ita *Cornelius a Lapide Comment. in Jerem. cap.* XIX. *v.* 6. ſentit, hæc proferens: *Commune Judæorum Sepulchrum erat in valle Cedron, in ea parte, quæ Gehenna ſeu Tophet appellatur, ut patet ex* 4. *Reg.* 23. 6. *Indeque hæc vallis dicta eſt Cadaverum, Cineris, Calvaria & regio mortis*. Ita etiam ſentire videtur Anglus *Johann. Lighfoot pag. m.* 77. *cap.* 39. *Chorog.* quando ſic diſſerit: *Erat* (vallis Hinnon גי הנום pars vallis Kidronis) *commune urbis Sepulchretum* (ſi modo intra tantillam ab urbe diſtantiam jam ſepelirent.) Teſtimonio ſuo approbat hanc ſententiam celeb. D. *Quenſted. pag. m.* 192. *lib. de Sepultura veterum edit. Witteberg.* 1660. ibique jam Turcas ſepeliri ex *Adrichomio in deſcriptione Jeruſalem n.* 204. recenſet. Verum hac in re a Cornelio a Lapide & iis qui cum eo faciunt, divortium facimus. Nam ſepulchreta non erant prope urbes: vid. *Othon. Lexic. Rabbin. Philolog. pag. m.* 598. ubi ex *Gloſſ. in Kidduſchim fol.* 80. 2. A civitatibus Leviticis cœmeteria diſtabant bis mille cubitis: ab omnibus civitatibus ſi non eodem ſpatio, ſaltem non multo minori. Id quod de Sepulchris vulgaribus intelligendum. Repugnat etiam hoc locis ſepulchretis aptis, vid. §. 2. Probabile tamen eſt, quamvis civitatem habuiſſe Sepulchretum commune, ubi cadavera condebantur, patet hoc ex *Matth.* VIII. 28. & *Luc.* VII. 12. Hoc Sepulchretum, inquit *Druſius Præter. lib.* 1. *ad c. Matth.* XXVII. Hebraice dicitur *Domus ſepulchrorum*.

IV. *Vulgaria* itaque *Sepulchra* erant, in quibus promiſcue plebeji condebantur, quibus ſepulchrum proprium non erat. Bene *Adrian. Turneb. l.* v. *Adverſ. cap.* XVI. Cum olim, inquit, qui locupletes erant, in ſuis fundis aliquid loci ſepulturæ ponerent, & privata haberent ibi ſepulchra ſibi familiæque ſuæ, aut hæredibus, plebs, quæ agris fundiſque carebat in loco aliquo communi ſepulturæ deſtinato humabatur: *Sepulchrumque commune* vocabatur, ubi ſepeliebatur. Ex quo ſcripſit *Horat. lib.* 1. *Satyr.* 8.

> *Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum.*

Sic *Lucretius* Terram, mortuos omnes gremio ſuo reptantem, *Commune ſepulchrum* appellat *lib.* v. Et *Catullus Trojam* commune ſepulchrum Europæ Aſiæque i. e. heroum belli Trojani tempore ex Europa & Aſia occumbentium vocat. Breviter. In Sepulchreto vulgari & communi omnes condebantur e civibus & hominibus, quibus proprium Sepulchrum non erat.

CAPUT IV.

De diſcrimine Sepulchrorum vulgarium ſcil. hominum bonæ famæ.

I. VUlgaria Sepulchra non erant apud Hebræos ejuſdem cenſus: Nam alia deſtinata erant *hominibus bonæ famæ, cum indigenis tum peregrinis*: Alia *homuncionibus ultima ſupplicia paſſis*. Honeſtorum ordini hominum accenſent Scriptores illud quod a LXX. vocatur πολυάνδριον. Πολυάνδριον vero vel πολυάνδριος uti *Heſychio* in Lexico *fol.* CCCCCCXV. effertur, eſt τάφος, πολυχώρητος, μνῆμα. Suidas autem in Lexico ea uti terminatione, qua *Gyraldus in lib. de vario ſepeliendi ritu cap.* IX. Nobiliſſimus *Caſpar. Barth. lib.* 43. *cap.* 13. *Adverſ.* illud ita exponens ait, Polyandrum eſt cœmeterium, locus ubi Sepulchra ſunt. *Gyraldus* autem dicit *Polyandrion* dici, quod

nos

nos Christiani Cœmeterium vocamus. Quæ plane conveniunt cum illis, quibus *Antonius Nebrissensis in Quinquagena cap.* 12. *pag.* 102. utitur: *Locus in quo mortui sepeliuntur*. Angl. Thom. de S. Quercu Polyandrium usurpat de Sepulchreto, ubi multi sepulti, quia πλείονες Græc. sepulti: *a place where many common sepulchres are*. Quod Latine tum *Sepulchretum*, tum *Conditorium* adpellatur, a Græc. πολυάνδριον, ut est in Ezechiele, & nostra in religione κοιμητήριον. Inde vero adpellationem habere videtur, quod multos, i. e. mortuos habeat. Hujus nominis enim πολὺς comparativus πλείονες mortuos significat. *Hesychius* πλείονες, οἱ τετελευτηκότες. Quo sensu accipitur ab Oraculo Tarentino, Α῎μεινον κὴ λώϊον ἔσεσθαι σφίσι ποιουμένοις τὴν οἴκησιν μετὰ τῶν πλειόνων. *Petrus Victor. lib.* II. *Var. Lect. c.* VII. Aristides Sophista idem significatum suum facit. Verba ejus sunt hæc Latine reddita: Hæc eos locutos arbitror facile ad plures, mortuos, si modo etiam illo cum pluribus jacere existimandi sunt, quod mihi sane non videtur. Eodem modo loqui *Johannem Catacuzenum in hist. Matth. cap.* IX. *&* XVI. *Johannes Lorinus ad cap.* VII. *Sapientiæ fol.* 100. animadvertit.

II. Quo sensu Latini quoque nomine plures similiter utuntur. Liquidum id ipsum esse putamus ex *Plauti Trinumo Act.* II. *sc.* I.

> *Lacrumas hæc mihi cum video*
> *Ejiciunt, quia ego ad hoc genus hominum duravi,*
> *Quin prius me* ad plures *penetravi*.

Hoc sensu LXX. Interpretes locum *Ezechiel.* XXXIX. 15. גיא המון גוג πολυάνδριον τοῦ Γώγ: Targum vero חליח אחר נושת גוג *vallem multitudinis* efferunt. *Johannes Piscator* Gogs Houften thal/ ad eundem modum quo *Lutherus* cum extulit. *Lactant. de opific. Dei c.* II. de posterioribus temporibus loquens: Tunc, inquit, fient terræ motus & scindent se montes & subsident in latitudine vallis profundæ, & congregabuntur in ea corpora mortuorum, & vocabitur nomen ejus πολυάνδριον. Observat quoque Philologus celebris Johannes Drusius in *Ezech.* המונה Hamona *multitudinem* significare; nam descendit a radice המם, quæ turmatim coire & congregari significat: vid. *Buxtorff. Lexic. Rabbino-Talmud. fol. m.* 620. המונה Græci vertunt πολυάνδριον. *Hieron.* Nomen autem civitatis appellari Amona, quæ Græce dicitur πολυάνδριον h. e. multitudo hominum sepultorum. Rursum Hieronym. Sepulchrum Gog non erit in montibus, sed in depressis vallibus. Denique *Drusius* addit: Et nos, Nomen autem civitatis ubi sermonum Domini victoria est, & jacent adversarii & omnis inimicorum ejus multitudo prostrata est, appellabitur *Amona* sive *Polyandrion*.

III. Hoc nomine Polyandrion etiam prisci Ecclesiæ primitivæ Patres utuntur. Ex iis *Gyraldus cap.* IX. *Hieronymum* laudat: ejus verba, ad quæ collimat, in Commentario ejusdem in *Ezechielem* comparent. *Dorotheus*, qui vitas Prophetarum & Apostolorum brevi stylo persecutus est, id nomen in *Michea* simili pacto usurpat: *Sepultus est*, inquit, *in terra sua prope Polyandrum Enakim*. Sequior ætas relicto *Polyandrion* in usum accepit *Polyandrum*, ceu ex *Glossario Copiæ* videre est, qua voce *Gregor. Nazianzen.* usus est. Cœmeteria hinc *Poliandria* dicebantur a multitudine sitorum. Erant enim publica monumenta apud Romanos, in quibus ii locabantur, qui honoris ergo de publico sepeliebantur: *Meurs. lib.* III. *cap.* XX. Erant & alia peregrinis vel in bello cæsis structa, eaque πολυάνδρια dicebantur, qualia Athenienses illis, qui in bello pro patria occubuissent in Ceramico extra urbem publico sumptu constituebant: vid. *Meurs. c.* 35. *Kirchman. de funer. Rom. lib.* II. *cap.* 25. Ex his satis elucet, neminem huc conditum fuisse, nisi bonæ famæ fuerit. Huic honestorum hominum ordini accenset Cl. *Mullerus* illud *Jerem.* 19. 6. *Ezech.* 39. 11. quam sententiam *Geier. in Tr. de luctu Hebræor. pag. m.* 125. merito in dubium vocat, ita differens: de hoc loco itidem dubito, num *Topheth* idololatrarum locus propterea polyandrium sit vel communia Sepulchra.

IV. Aliter sentiendum est & alia res est, quæ *Matth.* 27. 7. de *peregrinorum* traditur *Sepulchreto*, quod Summi Sacerdotes in *peregrinorum* usum emerunt, ad sepelienda illorum cadavera. Corpora defunctorum humi recondenda esse *divino* jure præceptum est. Ita enim divinum Oraculum habet *Genes.* III. 19. *Terra es, & in terram reverteris*. Et *Eccles.* XII. 7. dicitur, *homo pulvis reverti in* terram, quemadmodum erat. Videatur de hac re Cl. *Johan. Henric. Heidegger. dissert. de Sepultura mortuor. edit. Tigur.* 1670. qui fuse de his egit. Neque vero ex divino tantum mandato, sed etiam ex jure gentium voluntario corporibus vita defunctis sepultura debetur. Unde Dio Chrysostom. inter mores sive ἔθη, quæ scripto juri apponit, post legatorum jura commemorat μὴ κωλύειν τοὺς νεκροὺς θάπτειν, *non prohibere quo minus sepeliantur*

tur mortui. *Seneca quoque l.* I. *Controv.* inter jura non ſcripta, ſed omnibus ſcriptis certiora ponit, *humum porrigere cadaveri*, Lucanus *hominum ritus*, Papinius *Terrarum leges* & mundi fœdera, Tacitus *Sortis humani commercium*, Lyſias *ſpem* communem vocant. Quique id juris aliis exſolvere detrectant, eos *hominem exuere* Claudianus, *naturæ dedecus facere* Leo Imperator, *fas violare* Iſidorus Peluſiota, dixere. Plura ex hoc jure gentium voluntario qui cognoſcere avet, adeat licet *Hugonem Grot. de J. B. & P. l.* II. 19. I. Sane etiam apud *Athenienſes* ſepulturæ tanta cura fuit, ut Dux cæſos ſepeliri negligens morte mulctaretur.

V. Hebræi igitur & mandato divino & jure Gentium impulſi magnam curam gerebant de *Sepulchris* peregrinorum procurandis: Hinc agrum cujuſdam figuli *ad Sepulturam peregrinorum* emebant, i. e. eorum, qui ex variis Orbis terrarum partibus annuatim ad ſolennia Hebræorum feſta venirent, adoraturi Dominum. Si itaque quidam ex his mortem obirent, neceſſe erat, ut ſepelirentur; quare hunc agrum ut *peregrinis* proprium ad illorum ſepulchra deſtinabant. Per *peregrinos* autem hoc loco non intelligunt ἀλλοφυλȣ̃ς, quorum cura minime tangebat Sacerdotes & Hebræos alios; ſed ξένȣς *hoſpites Judæos*, qui ex longinquis regionibus Hieroſolyma adventabant religionis ergo, ac morte occupati non habebant, ubi ſepelirentur. Credibile tamen eſt & ante proſpectum fuiſſe eorum ſepulturæ. Sed ingens confluentium & ſubinde morientium multitudo plus loci deſiderabat. Peccabant hinc Judæi & contra mandatum divinum & jus gentium, cum hunc agrum emerent, tantum ut peregrini Judæi ibi conderentur excluſis aliis, qui ſepulchri beneficio haud fraudandi. Humanitatis enim officium eſt ſepelire, negare ſepulturam inhumanum. Ut igitur humanitatem oſtenderent Sacerdotes erga Judæos peregrinos, locum hunc eligebant *to the buriall of ſtrangers* ſcribit Angl. *Thomas Fuller.* in *Piſag-ſight of Paleſtin. lib.* 3. *cap.* 13. *edit. Londin. fol. m.* 348. *Here their dead corps*, inquit, *had an Hoſpitall*, *wherein their lodging and cloathing was freely beſtowed upon them*. Rationem addit citatus *Fullerus* ex *Sands his Tra. pag.* 187. cur cadavera huc ſepulta? *As for the confident report*, *that the earth in this field vvill in forty eight hours conſume the fleſh that is laid therein*, quia cadavera ibi condita intra quadraginta octo horas conſumerentur.

VI. Quod autem Sepulchretum iſtud tantum adventantibus Judæis commune fuerit patet ex *cap.* II. *Actor. verſ.* 10. ubi advenarum Romanorum mentio fit. Græcus ἐπιδημȣ̃ντες Ῥωμαίȣς vocat, ortos ex יין addit *Grotius ad h. l. Gualperius Proſelytos* appellat, quos Latine *advenas* vel *peregrinos* dixeris, qui ſcil. ex Paganiſmo ad Judaiſmum erant converſi: ſeu qui ex Ethnicis legibus Moſis & ceremoniis initiati Judaiſmum profitebantur, non illi quidem gente, ſed adoptione Judæi. Apud Syr. eſt vox ܬܘܬܒܐ *peregrinus*, ex radice גור peregrinatus eſt. De Proſelytis multa tradiderunt *Clodius Orient. LL. in Alma Giſſ. quondam Profeſſ. in diſſert. de Proſelyt. vid. Godvvin. Moſ. & Aaron*, & *annot. noſtr. ad cap. Autor. Alting. de Proſelyt.* qui fuſe de hac materia diſſeruit. *Druſ. in loc. Act.* II. 10. Unde facile patet, ἐπιδημȣ̃ντες *advenas* non *incolas* fuiſſe. Hi propter feſtum, vel alterius negotii cauſa Hieruſalem venerant, tantiſper in urbe manſuri, donec id, cujus rei gratia advenerant, peregiſſent: videatur de his *Balduin. Walæus Comment. in Act. Apoſt. pag. m.* 1053. 1054. His conſtitutus erat locus ſepulturæ ſeu ſepulchri in agro figuli emto. Et hæc de Sepulchris peregrinorum ſufficiant.

CAPUT V.

De Sepulchris vulgaribus datis ultima ſupplicia paſſis.

I. MAxima fuit apud Judæos habita ſepulturæ cura atque ratio, quare etiam hoſtes ſuos ſepeliebant, ut conſtat ex *Joſepho lib.* III. ἁλωσ. Unde fiebat, ut affectos ſupplicio eodem die terræ mandarent, & cruci ſuffixos ad occaſum Solis depoſuerint atque ſepelierint, uti teſtis eſt *Joſeph.* 4. *bell. Jud.* 16. *fol.* 882. conf. *Balduin. Valæ. Comment. ad Matth.* V. *pag. m.* 47. *Quenſted. de Sepult. Veter. cap.* 3. *pag.* 47. Ex mandato Dei Judæi obſtringebantur ut ſuſpenſos tollerent de cruce vel patibulo. Illud mandatum habetur *Deut.* XXI. 22. & 23. Quando peccaverit homo, quod morte plectendum eſt, & adjudicatus morti appenſus fuerit in patibulo, non permanebit (ſive juxta Hebraicam veritatem pernoctabit, LXX. ȣ̓κ ἐπικοιμηθήσεται non indormiſcet) cadaver ejus ſuper ligno, ſed ſepeliendo ſepelies eum in die ipſa. Quamvis hæc lex de non relinquendo cadavere in cruce aut patibulo ſatis quidem clara ſit; attamen multas quæſtiones peperit apud Interpretes, quarum non poſtrema eſt: An inter Hebræos ſupplicii crucis locum habuerit, cum in lege expreſſe

presse mentio fiat suspensionis? Unde quidam hanc sententiam & quæstionem affirmant: ut *Baron.* in *Annal. ad ann.* 34. *num.* 92. *Just. Lips. lib.* 1. *de cruc. cap.* 11. *Jacob. Gretser. lib.* 1. *de cruc. c.* 19. *Menoch. lib.* 8. *de Republ. Hebr. cap.* 11. *q.* 111. Negant vero *Casaubon. in Exercit. Anti-Baron. Exercit.* XVI. §. LXXVII. *Bonfrer. Comment. in Deut.* XXI. *Joseph. Scaliger*, aliique, de quibus videantur *annot. nostr. ad Carol. Sigon. de Republ. Hebræor.* Altera difficultas est circa Legis rationem, quam alii aliter referunt. Illud fabulam putiditissimam olet, & a prudentibus Rabbinis negligitur, quod quidam *Darschanim* ad deliniendos plebejorum animos finxerunt, quasi ante cadaveris suspensi sepulturam, anima ad quietem suam venire nequeat, nec possit ab Angelis duci in Dei thalamum, sed interim a turmis dæmonum vexetur & affligatur, quam fabulam ipsis Judæorum verbis narrat *Münster. ad Deut.* XXI. *fol.* 184. quam rejectam videbis a *Carpzov. in not. ad Schickard.* משפט המלך *pag. m.* 245. *& D. Quensted. de Sepultura Vet. pag. m.* 47.

II. Alii alias rationes ex Rabbinis & Scriptoribus Christianis adducunt, & dicunt, de his tantum legem loqui facinorosis, qui lapidibus seu lapidatione necati fuerint vel suspensi, ita Anglus *Henr. Ainsvvorth ex Maimon. Sanhedrin fol. m.* 88. edit. Londin. vult, sed hanc rejecit prælaudatus *Carpzov. p. m.* 246. Alii ob imaginem Dei factum esse asserunt, quod de cruce suspensus tolleretur, ita ex Rabbinis plures statuunt, *R. Beebai fol.* 227. *col.* 4. *R. Simeon in Ialkut. part.* 1. *fol.* 291. *col.* 3. *Zennorenna fol.* 121. *col.* 2. atque hinc *Coccej. in Excerp. Gemar. Sanhedr. pag. m.* 252. *Raymund. Martin. part.* 3. *Pug. fid. dist.* 111. *cap.* 16. §. 25. *fol.* 667. *Wilhelm. Schickard. in* משפט המלך *p.* 246. 247. *Alphons. Tost. Comm. in Deut.* 21. *Hugo Grot. lib.* 11. *de Iure bell. & pac. cap.* 19. §. 4. Verum recte *R. Abarbanel* huic opinioni objicit *fol.* 377. *col.* 2. cujus Latinam versionem ex *Carpzovii* annotatis referimus: *En!* inquit, *si quæ alia, hæc admodum debilis est ratio. Nam juxta hæc nullus omnino hominum suspendendus esset neque uno die, neque biduo: siquidem transgressio non est mala per sui continuationem sed propter patrationem omni tempore quo existit.* Addit igitur rationem ex lege de קללת אלהים maledictione Dei, quorum verborum sensus hic est, *quod maledictio & pœna, quam Deus in hujusmodi peccatorem ac reum decrevit, neque perpetua esse debeat, neque certi & determinati temporis, sed simpliciter suspensio tantum. Postquam ergo Deus ipse suspensionis pœnam ita suspendit, ut non decerneret longo illam tempore futuram, quare tu prolongabis & addes pœnæ illius, diutius eum in patibulo relinquendo.* Altera ratio est ob *pollutionem terræ*, de qua *pag.* 248. *in not. cit.*

III. Et licet hæc *Abarbanelis* ratio fundamentum habeat juxta leges Hebræorum *forenses* & *ceremoniales*, attamen aliquid mysterii sub hac latere asserimus. Nam quemadmodum quævis lex ceremonialis umbram habuit futurorum; ita hæc typice præfiguravit Christum in cruce aliquando pendentem, qui revera maledictio pro nobis fieri, & eodem, quo in crucem agebatur, die sepeliri, suaque hac sepultura omnem terræ peccatis pollutæ immundiciem auferre debebat. Quem typum allegavit Apost. ad *Galat.* III. 13. Id quod eleganter exposuit *Anglus Henricus Ainsvvorth Comment. in Deut.* XXI. *fol. m.* 89. *edit. Londin.* ita disserens; *And herein the ut most rigour and severity of the Lavv God sore . . . signified the riches of is grace tovvards sinners in Christ, vvho redeemed us from the curse of Lavv, being made a curse for us, as appeareth in that he vvas hanged on the tree.* Et paulo post ad verba: *And the land shall not be defiled, vvich migt be by the monument of Gods curse remaining upon it visibly. So the buriall vvas to abolish the curse from appearing in the Lords land. A figure of the fruit and effect of our Saviours buriall, vvhere by the rigour of the Lavv vvas declared to be satisfied, and all our sinnes defaced and removed out of Gods sight, that they shall never be imputed unto us.* Ex his satis patet sepulturam suspensi respexisse Christum, qui in cruce non pernoctaturus foret.

IV. Interim tamen Hebræi affirmant, duo sepulcreta a Synedrio parata fuisse, unum occisis gladio & strangulatis; alterum lapidatis & combustis. Ne autem hæc sine testimoniis dicta videantur, operæ pretium duximus quædam in medium proferre. Audiamus Anglum doct. *Johannem Lightfoot. in hor. Hebraic. ad Matth. cap.* 17. *pag. m.* 499. *edit. Lips.* Suspenso, inquit, non permissa est pernoctatio in ligno, *Deut.* 21. imo nec pernoctatio absque sepultura. *Sanhed. c.* 6. *halac.* 5. כל המלין את מתו עובר בלא תעש *Quicunque mortuum pernoctare facit insepultum, violat præceptum probibitivum. Atque humatio interfecti a Synedrio non fuit in Sepulcris patrum ejus; sed* duo Sepulchreta *erant parata a Synedrio, unum occisis gladio & strangulatis, alterum lapidatis* (qui etiam suspendebantur, uti plur. reverend. *Das-*

Dassovius in dissertat. Philolog. erudit. de suspend. homin. lapid. edit. Witteberg. & Henric. Ainsvvorth. ex Maimonid. fol. m. 88. *edit. Londin.* probant) & *combustis*. Consentit *Seldenus l.* 2. *de Synedriis Hebr. cap.* 13. *pag. m.* 890. *edit. Francof.* 1696. ita scribens: Sepulchris patrum non condebantur morte sic plexi. Sed ex disciplina veteri *Bina* habebantur, quæ a Synedriis præstituta *Sepulchreta;* alterum lapidandis & comburendis; alterum gladio puniendis & strangulatione. Ossa tamen licuit propinquis colligere & in Sepulchris patrum condere: confer *Gejeri c.* VI. *pag. m.* 126. *edit. Lips.* 1656. Maimonidis verba, quæ Seldenus adduxit, in *H. Sanhedrin c.* 14. §. 9. ex versione *Gejeri* ita sonant: *Interfecti a domo judicii vel Synedrio, haudquaquam sepeliuntur in majorum suorum monumentis, verum* Duo Sepulcra *a domo judicii ordinata sunt pro iisdem, unum pro lapidatis & combustis* (seu ignis supplicium passis) *alterum pro decapitatis atque strangulatis, id quod institutum, vel quæ consuetudo per traditionem ad nos devenit. Consumta maleficorum istorum carne, colligunt demum ossa, eademque in Majorum reponunt sepulchris, spectatque ad propinquos, ut comparent arcam linteaque sepulcralia.*

V. Atque hinc factum subjicit laudatus jam *Gejerus*, quod Josephus pius ille Christi sectator, iniquissimum ratus, tantum Dei virum communi Nebulonum Sepulcro inferri, abiverit ad Pilatum, ibidemque ambiverit indultum, suo liceret sibi inferre sepulcro. Quomodo vero conjecturam suam probare velit *Samuel Petit, lib.* 1. *Var. Lect. c.* 5. quam defendit quoque *Balduinus Walæus Comment. ad Matth. c.* 5. *pag. m.* 47. ubi omnino insepultos scribit, abjectos fuisse illos, quos sævitum ire vellent judices, non perspicimus. Id negari quidem non debet, *Jehojakimo* hoc evenisse, sed non ex sententia judicum Hebræorum, sed regis Babylonici, ut impleretur vaticinium *Jer. c.* 36. 30. Addendum & hoc, quod in *tr. Sanhed. c.* 15. §. 9. legitur, & a *Wilhelm. Schickardo* citatum legimus in suo משפט המלך *cap.* 4. *Theor.* 14. *pag. m.* 248. quod arbor, ex qua suspensus quis fuit, una cum suspenso sit defodienda, itemque gladius, quo quis decollatus, nec non sudarium, quo quis strangulatus, & lapis, quo lapidatus & cuncta instrumenta sepulta fuerint, non quidem in Sepulcro ipso, uti quidam putant, sed in loco, ubi reus supplicio affectus, teste *Maimonide* ita dicente: *Omnia illa instrumenta supplicii sepeliri in illo terræ spatio, in quo reus supplicio affectus est, non in ipso ejus sepulcro*. Conferantur huc annotationes *Carpzovii ad Schickardi* משפט המלך *pag. m.* 250. *edit. Lips.* legitur enim ibi בתפיסת videsis *Buxtorff. Lexic. Talmudic. f.* 2622. ob interfecti contactum, non tamen in ipsiusmet interfecti sepulcro.

VI. Ne autem Christus tali ignominiosa sepultura afficeretur, *Josephus* accessit ad *Pilatum* & postulavit corpus Christi, *Matth.* 27. 58. *Marc.* 15. 48. *Luc.* 23. 52. *Johann.* 19. 38. Refert *Petrus Faber lib.* 2. *Semestrium pag. m.* 102. *cap.* 9. Imperatorum temporibus durasse morem illum, ut animadversorum cadavera, non modo *cognatis*, sed quibuslibet petentibus darentur, ex illo Pandectarum titulo, qui de cadaveribus punitorum est: *Eorum*, inquit, *Ulpian. ff. tit. de cadav. punit. in quos animadvertitur, corpora non aliter sepeliuntur, quam si fuerit petitum & permissum*. Faciles autem in hanc rem Romani Magistratus. *Ulpianus* dicto loco, Corpora eorum, qui capitis damnantur, cognatis eorum neganda non sunt. *Diocletianus* & Maximinianus, *Obnoxios criminum digno supplicio* affectos sepulturæ tradi non vetamus: confer. *Grot. Comment. in h. l. Matth.* Probat etiam prædictus *Faber pag.* 103. morem hunc apud *Lacedæmonios* viguisse, ut cadavera petentibus darentur. Verum hoc factum potius more Hebræorum & ex legibus illorum *Deut.* 21. 23. quibus vetitum erat cadaver insepultum relinquere, ne terra pollueretur. Conf. Grot. cit. loc.

VII. Hæc cum ita se habeant, sequitur & ipsam antennam Christi, in loco ubi supplicio affectus, cum aliis sepultam esse, quæ postea ad nullos alios usus usurpari & adhiberi potuit. Notatu itaque dignum, quod *Maimonides*, habet *C.* 14. *Essel.* §. 21. prohibitum est ulla re ex demortuo (vel ulla ejus parte) *uti* h. e. ad usus suos. Atque sic loculo etiam cunctisque linteis sepulcralibus &c. de quibus videatur *Gejer. de luctu Heb. cap.* 6. §. 16. *pag. m.* 144. qui fuse egit de his. Hinc falsa esse deprehendimus, quæ de inventione crucis sub *Constantino Magno* jactitant *Baronius not. ad Martyrolog. Rom. pag.* 298. seq. *Gretser. lib. de cruce c.* 52. 63. & *in Apologia contra Junium p.* 86. seq. *Polyd. Virgil. lib.* V. *de rerum invent. cap.* 6. Dicunt Helenam terram effodi jussisse, tresque cruces reperisse; ex miraculo quodam facto agnovisse crucem Domini, quæ cum veritate non conveniunt. Primus igitur omnium, qui de hac inventione scribere potuit, *Eusebius* fuit; At nullam is mentionem facit reproductæ e tumulo crucis. Helenæ pietatem, quam illa declaravit in repurgando

do monte Calvariæ, beneficentiam in pauperes & alias virtutes accurate describit, cæterum de Cruce nihil commemorat. Quod in Chronico ejus aliquid tale occurrit, ab aliena manu est, quæ licenter admodum grassata in plurimis veterum libris, opinionum monstra peperit. Mirari vero lubet, quod crucem refossam non uno loco ostendant, aut saltim maximas ejus particulas inter reliquias.

VIII. Quis credat post trecentos & amplius annos Crucem Servatoris, per omne illud tempus coopertam ruderibus & in terra defossam, aut aliis modis subversam, non computruisse? Si miraculum obtendunt, quid dicent de crucibus latronum, quas eandem habuisse prærogativam testantur ipsi tam male cohærentium relationum patroni? Nam addunt illico: *Contigua quæque ac vastissima ruinarum purgari jubet, mox pretium fidei & laboris tres pariter cruces, sicut olim Domino ac latronibus fixæ fuerant, reperiuntur.* Quilibet Cruciarius suæ portabat crucis partem, *Antennam*. Sublato cruciario una tollebatur *antenna*, & crucile quidem perstitit uti potuit, non etiam tot seculis, quando si caderet a putredine erosum non renovabatur, nova crucilia potius erigebantur. Si ergo plures post Christum & duos latrones ibi crucifixi fuerunt, novis *antennis* in vetus Crucile elevati, quomodo Christi antenna distingui potuit? Et quomodo tres solum cruces reliquæ inveniebantur loco illo, ubi plurimos supplicio affectos esse negari non potest? Golgatha enim erat, i. e. mons damnatorum pœnis exigendis destinatus. Supplicium crucis ad Constantini ævum duravit in omnibus Romanorum præsidiis, & quis velit negare, dicto loco Golgathæ *Crucilia* multa exstitisse, dum veteribus collapsis nova succederent? Rursum cum urbs a *Tito* Imperatore obsessa & capta est, cumque *Adrianus* Cæsar vicinos Hierosolymorum agros novis depopulationibus affligeret, non probabile est, Crucilia permansisse locis suis. An aliquo casu, Deo ita providente, ut conservaretur crux sua, tres illæ cruces terra opertæ latuerunt? Cur igitur duæ reliquæ simul conservatæ fuerunt, & non unica illa? Quis velit negare, in eodem *Crucili*, sed in diversis *antennis*, plures damnatos sæpe vitam finivisse? Et si crux Servatoris e cedro, cupresso, olea fuit, quare non facile distingui poterat a latronum crucibus. Nam quis credat, latrones & servos ugitivos cedrinis & cupressinis crucibus suspensos? Ex his & aliis argumentis firmissimis, quæ jam præterimus, satis patet, falsam esse opinionem de inventione crucis. Sed hæc in antecessum sufficiant.

IX. Sed regrediamur a quo digressi & dicamus, Singularia infamium Sepulcrorum exempla Scriptnram tradere. Meminit enim infamis Sepulcri *Achanis Jos.* VII. 26. ubi hæc leguntur verba: Et erexerunt super eum *acervum lapidum magnum*, ad indicandum sepulcrum ignominiosum: vid. Munster. annot. ad h. locum. Recenset quoque infame Sepulcrum Regis *Ai Jos.* 8. 29. quod etiam acervo lapidum in ignominiam notatum fuit. Fortassis huc etiam pertinet locus *Thren.* III. 53. Ita de quinque Regibus *Josuæ* X. 27. legimus, quod ignominiose sepulti in Spelunca lapidum acervo cumulato, id quod etiam Absoloni evenit 2. *Sam.* XVIII. 17. Absolon enim sceleratis suis artificiis affectans amorem populi, enormibus suis flagitiis commune odium contra se concitavit, quamprimum fuit mortuus, Judæi certatim supra ipsum accumularunt *ingentem acervum lapidum*, ut vel monstrum illud enorme sepelirent sub saxorum cumulo, sicque Israelitas facerent securos se non amplius ab hoc perduelli homine molestatum iri, vel demonstrarent extremam abominationem erga filium contumacem ac proprio patri perduellem. Quod attinet securitatem ex cadavere lapidibus obruto canit *Virgilius*:

> *Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus*
> *Nocte dieque tuum carpe viator iter.*

Quod autem attinet abominationem; solebant Gentiles projicere lapides vel contra cadaver, vel contra sepulcrum hominis scelerati. *Prop. lib.* 4. *eleg.* 5.

> *Quisquis amas, scabris hoc bustum cædito saxis,*
> *Mistaque cum saxis adjice verba mala.*

Addit *Simones Abbes Gabbema in annot. pag. m.* 807. *edit. Traject.* 1659. Cædere & saxis busta eorum solebant, qui invisi fuerant. Bene quoque *Scaliger* in h. l. scribit: Prætereuntes busta eorum, qui in publica detestatione erant, lapidibus petebant. *Auson.*

> *—— crimen ob istud*
> *Timon Cecropiis olim lapidatus Athenis.*

i. e. publice diris incessitur & ejus Sepulcrum lapidibus petitur. Unde, ut scribit *Cornel.* a *Lapid.* etiam nostri temporis *Turcæ* ac peregrini, qui coram Absolonis Sepulcro prætereunt, projiciunt in illud lapides, cum dicto: *Maledictus sit parricida Absolon & quicunque injuste parentes suos persequuntur, maledicti sint in æternum.* Videatur de hoc Absolonis Sepulcro D. *Quensted. de Sepultura Vet. p. m.* 44. *edit. Witteb.* 1660.

CAPUT VI.

De iis quibus Sepulcrum denegatum.

I. HActenus vidimus Sepulcra vulgaria hominum facinorosorum, quæ ignominiosa & infamia erant. Nunc nos accingimus ad illos, quibus plane sepultura denegata fuit. Inter hos referunt Scriptores αὐτόχειρες qui seipsos occiderant. Audiamus *Egesippum lib.* III. *de Excidio Hierosolymitano cap.* XVII. ita scribentem: *Hæc non solum moribus hominum, sed etiam legibus interdicta accipimus. Namque alii insepultos projici jubent eos, qui se in ferrum dejecerunt. Dignum est enim, ut qui Patris imperium non expectaverunt, priventur quasi quodam matris gremio, terræ sepulcro. Alii dextram manum abscindunt defunctis, ut separent a membris sui corporis, quod adversus corpus suum vesano militavit furore.* Pertinet huc, quod *Josephus lib.* 3. *Bell. Jud. cap.* 14. adducit: *Si qui se occiderint, apud nos quidem ad Solis occasum insepultos abjici decretum est; cum etiam hostes sepeliri fas esse ducamus, apud alios autem & dextræ jubentur abscindi ejusmodi mortuorum.*

II. Cum igitur αὐτοχειρία pessimum crimen sit, & a Deo in lege Divina prohibita: *Non occides*; ille autem occidit, qui seipsum occidit; ita merito inter crimina referendum hoc, quod omnia alia superat. Manet ergo firmum fixumque αὐτοχειρίαν prohibitam esse ob sequentes rationes. (1.) Quia dilectio nostri nobis æque est præcepta, ac proximi, quando dicitur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Si dilectio nostri regula quasi & norma esse debet, ad quam exigamus dilectionem proximi, certe vitæ nostræ sine hujus præcepti violatione vim nullam inferre possumus; vel dicendum foret, si id juris in nos haberemus, idem nos habere in proximus, quod est absurdum. *Proximus* non tantum est homo alius, sed & quisque sibi, אדם קרוב לעצמו ajunt Hebræi. (2.) Vitæ nostræ conservatio & custodia nobis est mandata, ut Hebræi volunt, *Deut.* IV. 15. quando dicitur ונשמרתם מאד לנפשתיכם: *Custodite ergo diligenter animas vestras.* Sic *Jerem.* XVII. 21. *Jos.* XXIII. 11. Hæc verba illi non tantum de animabus pure & sancte custodiendis, sed & conservandis accipiunt. Quibus affine est *Ephes.* V. 29. (3.) Quia ea quæ Deus conjunxit, homo separare non debet. Atqui Deus est, qui conjunxit animam cum corpore, Ergo separare illa homini non licitum est. Est enim depositum illud divinum homini concreditum, ac proinde sine Domini voluntate id ei alienare non debet. (4.) Quia occisio sui ipsius est æque destructio imaginis Dei, ac hominis alterius. Hæc vero ceu maximum scelus, prohibita *Gen.* IX. 6. (5.) Quod *Gen.* IX. 5. dicitur: Verum sanguinem vestrum de animabus vestris requiram, id Hebræi exponunt de Cæde sui in *Talm. Bava Kama fol.* 91. 2. unde ibi ajunt אין אדם רשאי לחבל בעצמו: *Non licitum homini est, vim sibi ipsi inferre. R. Bechai, Nachmanides, R. Salomon & Chaskuni* idem volunt, licet *Aben Ezra* hoc rejiciat, quod & nos cum clar. *Buxtorffio in dissert. in præcept. Decalog. sextum* non satis firmum existimemus; & quæ aliæ sunt rationes, quas cit. *Buxtorffius* attulit.

III. Excludebantur igitur ab honore sepulturæ, qui sibi ipsis violentas manus intulerant. Non solum apud *Hebræos* mos hic usitatus fuit; sed etiam Atheniensium lex erat: Αὐτόχειρ ἄταφος ἔστω: *Qui manum sibimet ipsi admoverit insepultus esto.* Ita Hebræi istis qui semet ipsos occiderant sepulturam denegabant, sed & amputata dextra inhumatos projiciebant, uti *Jacob. Pontanus Progymn. Latin. lib.* IV. *in annot. progymnas.* 63. utrumque conjungens ait: *Apud Hebræos qui semet ipsos interemissent, amputata dextra inhumati projiciebantur.* Conf. *Lil. Gregor. Gyrald. de sepeliendi ritu cap.* XI. Tali modo animadvertebant in eos, qui spontanea morte se educebant e vita. Nec id mirum, cum in hos aliud supplicium constitui non possit, qui mortem pro supplicio non habet, ut ait *Grot. de Jure Bell. & Pac. lib.* 2. *cap.* XIX. *n.* 5. Nonnulli tamen, inquit hoc ipso loco *Grotius*, Hebræorum de lege se non interficiendi unam causam excipiunt, si quis videat se deinceps victurum in probrum ipsius Dei, vel si per αὐτοχειρίαν Dei intendatur gloria & divini nominis ignominia declinetur. Jam cum non nobis, sed Deo in vitam nostram jus sit, existimant aliqui, præsumtam Dei voluntatem solam esse, quæ mortis anticipandæ consilium absolvat. Et huc referunt Exempla *Saulis, Samsonis* & *Raziæ* Senatoris Hierosolymitani.

IV. Hebræi, quamvis factum hoc impro-

probent in thesi; tamen *Saulem*, qui sibi ipsi mortem conscivit 1. *Sam.* XXXI. 4. ea in re a peccato absolvunt. Sic enim ad hunc locum scribit *R. D. Kimchi*: Etiamsi scriptum sit; Veruntamen sanguinem vestrum ab animabus vestris (h. e. a vobis ipsis) requiram; si scilicet occidatis vosmet ipsos אע"פי כן לא חטא tamen non peccavit Saul: (1.) Quia sciverat, se in bello certo occubiturum; id enim Samuel ipsi nuntiarat (1. *Sam.* 28. 19.) & ex istius vaticinii in filiis suis impletione de proprio quoque fato certus erat. (2.) Quia vidit, se a Sagittariis esse ita oppressum & cinctum, ut elabi ex illorum manibus non posset, melius fuit, ut seipsum occideret, quam ut ipsi incircumcisi illuderent & cum dedecore atque ignominiose ab ipsis interficeretur. Et sic a Regula generali, de non occidendo seipso, excipitur Saul, in *Bereshit Rabba ad Genes.* IX. 5. Id quoque probat *R. Abarbanel* & *R. Mardochæus* in לבוש עטרת זהב in הלכות אונן Verum ad hæc Rabbinorum dicta respondemus (1.) Qui hoc *Sauli* prædixit, non verus fuit *Samuel*, sed spectrum potius diabolicum, a Pythonissa artibus illicitis, sub specie *Samuelis* repræsentatum; unde non ita certe huic vaticinio credere potuit vel debuit: notum enim est, Diabolum ad seducendos homines, aliquando vera falsis miscere. (2.) Prædictio hæc quia illicitis artibus erat elicita, suspecta ipsi esse debuit, ceu eo directa, ut ipsum ad desperationem adigeret, & sic peccatis peccata cumularet. (3) Quia ea non jubetur seipsum occidere, sed dicitur simpliciter illum crastino die moriturum, nec quicquam aliud. Debuit ergo mortem expectare, non eam sibi accelerare & inferre. Qui sic moritur, non moritur, sed occidit. (4.) Quia sic facile concludi posset, cuivis vel ad mortem damnato, vel præsentem mortem præ oculis habenti, licere sibi ipsi manus inferre. Atque hic nec Christus, nec Apostoli & Discipuli (Juda excepto) nec sancti Martyres fecerunt, sed expectarunt ut ab aliis juxta voluntatem Dei occiderentur. (5) Qui in has angustias rediguntur, debent cogitare, se a Deo tradi in manus hominum, & propterea vel fortiter pugnando occumbere, vel si evitare nequeant, hostibus se tradere, & quo Deus eos vocat, patienter ferre. Confer. de *Saulis* αὐτοχειρίᾳ differentem cl. *Jonam Conradum Schramm. in not. ad Abarbanel. edit. Helmstad.* 1700.

V. Posito autem aliquem certo prævidere, se posthac in probrum Dei victurum, uti *Grotius* vult, αὐτοχειρία tamen non est medium legitimum, malum illud præcavendi, cum expresso Dei mandato sit prohibita, mala vero nunquam perpetranda sunt propter bonorum proventum. Quin potius eventus Deo permittitur vel permittendus, qui miris modis innocentiam nostram potest asserere, talem hominem vindicare & gloriam suam demonstrare. Certa quoque prævisio, se victurum in probrum Dei, non statim dat præsumtionem sufficientem voluntatis divinæ de semetipso interficiendo. Præsumtio ex certo signo provenit, quod cum hic desit & contrarium potius ex præcepto de non occidendo colligi possit, itaque una alteram tollit. Ad Exemplum *Samsonis* quod spectat, ubi ille suæ mortis autor, *moraliter* tamen non fuit αὐτόχειρ, sed fortiter agendo pro vindicta divinæ gloriæ occubuit, ut pluribus ostendit celeb. *Christian. Rohrensee in dissert. morali de cæde hominis in hominem edit. Witteberg.* 1675. §. 12. conf. cl. *Buxtorffii dissert. ad præcept. sext. edit. Basil.* 1663. Quod ad tertium exemplum *Raziæ* attinet, nihil hoc probat, uti firmis argumentis probavit præ laudatus *Buxtorff. l. c.* qui evolvatur. Huic adjungatur *celeb. Rohrensee Disput. cit.* §. 12. & clar. *Jonas Conrad. Schramm. de Saulis* αὐτοχειρίᾳ, qui omnes ad oculum falsitatem demonstrarunt.

VI. Verum propositi nostri non est, diutius huic controversiæ inhærere & Saulis αὐτοχειρίαν defendere, cum apud Judæos illa fuerit tam odiosa, ut hominem sepultura privet, uti ex *Josepho* & *Egesippo* supra probavimus. Omissis enim nunc obstantibus præceptis, de non occidendo homine, generalibus, absque ulla subjectorum, jura ad id non habentium, exceptione, secundum *Augustin. de C. D. cap.* XX. propositis, qualia sunt *Exod.* XX. *Gen.* IX. 6. constat quoque ex *Josepho lib.* 3. *de Bell. Jud. cap.* 25. in ipsis Judæis adeo fuisse nefandum hoc facinus, ut factis justis funeralibus non fuerint sepulti, qui se e medio morte violenta sustulerant. Quod *Sauli* quoque contigisse, quanquam a *Philistæis* divinæ voluntatis instrumentis, non possunt negare Judæi; sic aliis populis frequens fuit hic mos, ut αὐτόχειρες insepultos relinquerent: vide *Alexandrum ab Alexandro Genial. Dier. lib.* V. *cap.* 18. *in fin.* Ita *Calchas* apud *Philostratum* putabat, ὐχ ὅσιον πυρὶ θάπτεσθαι οἱ ἑαυτὸς ἀποκτείναντες, *non decere* eos igne comburi, qui seipsos interfecissent: vid. *Kirchman. de funer. Rom. lib.* I. *cap.* 3. Hodie quoque justa & solennis sepultura iis, qui sibi ipsis manus violentas intulerunt, ægre conceditur juxta *Canon.* *in*

in cap. placuit 23. *q. v. arg. cap. ex parte* II. 10. *de Sepultura*; ſed hac privantur, eorumque cadavera per feneſtras dejecta vel ſub domus limine extracta in locum infamem cadaveribus deſtinatum projiciuntur. *Everhardus Jun.* II. *conſil.* XXIII. *Schneidewin.* ad §. *religioſum. Beuſt. ad l. admonendi num.* MCLXXIX. ff. *jure jurando* & *Gloſſa* im Landrecht lib. II. art. XXI. num. 3. lit. 6. Man ſoll ſie / αὐτοφόνȣς, zu recht auf keinen kirch hof begraben / noch fur ſie bitten / quæ dicitur canina & Aſinina ſepultura: vid. *Philipp. Knipſchild. de jur. Civit. Imper. lib.* V. *cap.* XX. *num.* XXXV. *Speidel. in Specul. tit.* begrabnis. *Chriſtoph. Falckner. de* αὐτοχειρίᾳ *cap.* 3. §. 4.

VII. Et licet 1. *Samuel. cap.* XXXI. v. 13. dicatur, quod habitatores *Jabes Galaad* cadaver *Saulis* ſepeliverint; attamen ſolennis ſepultura Regia non fuit. Unde *Kimchi* eum non fuiſſe integrum ſepultum putat, quod parum videtur honeſtum, corpus ejus una cum vermibus ſepelire. Recte ergo crematìonem factam dicit *Abarbanel*, quod caro *Saulis* vermibus fere fuerit exeſa, cum alias non fuiſſet cremata, ſed humo pro more Judaico tecta. Dignus ergo *Saul* non fuit, ut corpus ejus totum, & quidem juſtis exequiis ſepeliretur, aut utenſilia in ipſius honorem, quod cæteroquin regibus glorioſum, igni mandarentur; id quod pœnam manifeſtam involvit, quam Scriptura non reliquit intactam, ut cognoſcamus quam abominanda horum facinoroſorum cadavera ſint & coram Deo & hominibus. Quod autem in textu oſſa ſepulta dicantur; intelligendum eſſe putamus ſine ſuſceptis regalibus exequiis alias uſitatis. Id quod etiam celeberrimi Juriſconſulti paulo ante citati teſtimoniis ſatis approbarunt. *Joſephi* verba, quæ §. 1. adduximus & a *Grotio* male adducta legimus, quoniam in hoc loco nihil tale reperitur, ita intelligenda putamus, quod non ſimpliciter tales inſepultos abjici velit, cum addat *uſque ad Solis occaſum*, & ſepulturam ipſis æque ac hoſtibus indulgeat. In hodierno Jure Hebræorum non legitur, quod inſepulti ſint abjiciendi; ſed quod non ea ſolennitate & pompa, ut cæterorum, vel mors lugenda, vel corpus condendum ſit: *Qui ſibi ipſis mortem inferunt*, ajunt, *ſuper eo nec lugent, nec plangunt, nec veſtes lacerant, nec pedes diſcalceant, nec quicquam eorum faciunt, quæ in honorem mortuorum aliis fieri ſolent. Funus tamen comitatur, ſed unam tantum precationem ſuper eo recitant, quæ vocatur* ברכת אבלים precatio Lugentium, *in honorem & ſolatium vivorum, non mortuorum, qui nullo honore digni ſunt, quia peccatum magnum commiſerunt.*

VIII. Refert *Gyraldus de vario ſepeliendi ritu c.* XI. hoc ſupplicium in patricidas & matricidas, ſacrilegos, antiquos irrogaſſe, *Jepho* & *Egeſippo* teſtibus. Ægyptiorum leges parricidas articulatim præacutis calamis cæſos jubebant vivos ſupra ſpinarum acervum comburi, maximum inter mortales judicantes ſcelus. Vid. *Diodor. Sicul.* De pœna parricidarum jure Romano, videatur citatus *Gyraldus*, qui ita literis tradit: Quos tamen parricidas Romani in culeum cum ſimia, gallo & vipera inſutos in mare vel flumen projicere ſolebant. Quod ſupplicium hodienum vigere cum *Berlichio Concluſ. Practic. pag.* IV. *concil.* VI. *num.* VI. *Daniel Moller. ad Conſiſt. Elect.* III. *pag.* IV. *num.* XI. Dominus *Benedict. Carpzovius prax. Crim. pag.* 1. *quæſt.* VIII. *num.* XV. adſerit. Plura qui de hac pœna legere deſiderat, evolvat diſſert. Juridico-Philologic. de pœna parricidii *celeb. Zachariæ Huberi JCti quæ prodiit Franequer.* 1702. confer. *doctiſſ. Joh. Faes annot. ad Gyrald. pag. m.* 342. *edit. Helmſtad.* qui etiam de aliis perſonis egit, quibus ſepulcrum denegatum. De his etiam fuſe diſſerit *D. Quenſted. de Sepultura Veter. pag. m.* 50. 51. *ſeq. edit. Witteberg.* 1660.

IX. Conſtat hinc, quod maxima ignominia ſit, ſi cadaver inſepultum relinquatur, teſtantur hoc & Sacri & profani Scriptores, quorum teſtimonia longa ſerie produxit ſæpe laudatus *Quenſt. cap.* IV. *de Sepultura Veter. pag. m.* 56. 57. Confer. Tract. noſt. de luctu Græcorum, ubi quoque varia referuntur teſtimonia. Teſtantur etiam hoc Juriſconſulti graviſſimi, quod pœnarum graviſſima ſit omnium inſepultum manere in ignominiam. Unde etiam apud Judæos inſepultum abjici aut relinqui pro ſumma habebatur ignominia & infelicitate. Eſt enim inter pœnas *Jeſabeli* comminatas atrox illa: *Non erit qui ſepeliat eam*, 2. *Reg.* IX. 10. Apud *Eccleſiaſt. cap.* VI. 3. Et ſepultura non eſt ei, dixi, melior eſt eo abortivus. Evolvantur hic *annot. doctiſſ. B. Gejeri*, & lectu digna reperiet lector *pag. m.* 210. 211. Non enim pars minima infelicitatis erat ſepultura carere, ut annotat ad hunc locum *Druſius in Præterit. lib.* X. *ad Apocal. cap.* XI. v. 9. Notæ ſunt graves illæ comminationes Dei apud *Jerem. Non colligentur & non ſepelientur, in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt*, *Jerem.* VIII. 2. id quod Grotius bene explicat dicens: *Non colligentur* i. e. Eorum qui tum moriuntur corpora, non deferentur ad monumenta Majorum. *Et non ſepelientur*; imo

imo ne commune quidem omnibus, quale pauperibus dari solebat, sepulcrum continget. Ita quoque apud *Jeremiam capit.* XXII. 19. Deus *Joacimo* minatus erat sepulturam asini, quod dignior esset consortior bestiarum, quam hominum, qui ab illis etiam post mortem humatione separantur. Hinc adagium: Sepultura asini sepelietur, i.e. sine sepultura relinquetur. Græci ἄταφον τάφον sepulturam asini vocant, & juxta *Ciceron. Philip.* I. dicas insepultam sepulturam. Est autem asini sepulcrum sordidus aliquis locus & apertus, qui neque tegat cadaveris horribilem & obscœnam speciem, neque canes aut volucres a laceratione prohibeat, uti *Carpzovius* ex *Kimchio in notis ad Schickardi* משפט המלך *pag. m.* 251. *edit. Lipf.* bene explicat, cujus verba Latine donavit sequentibus: *Sepulturam asini sic intelligit: quemadmodum asinus non sepelitur, ita etiam ille non sepelietur. Quomodo enim fit sepultura asini? trahant eum & projiciunt in sterquilinium. Similiter trahent cadaver Jojakimi & projicient illud extra portas Jerosolymorum.* Hoc ipsum exemplum allegat *Samuel. Petitus lib.* I. *Var. Lect. cap.* V. *pag.* 25. ut confirmet, commune quidem jus fuisse apud Hebræos, ut sepelirentur suspensi; sed non omnino dubitandum, quin insepultos abjecerint illos, in quos gravius sævitum ire volunt Judices. Id quod ex eo etiam confirmat *Balduin. Wal. Comment. in N. T.* & negat *Gejer. in Tr. de luctu Hebr.* Nec videtur firmo stare talo, quod afferat ad hanc projectionem destinatam vallem Hinnon esse, uti suspicatur ex verbis Davidis *Psalm.* XXVII. *E quibus verbis*, inquit Petitus, *colligimus, primo in hanc* γέενναν *Hinnonis valem projecta fuisse insepulta cadavera; secundo, ubi cadavera putruissent, ossa illorum fuisse igne combusta, qui huic fini perpetuo ardebat in hac valle.* Verum vix probabit Petitus, quod voluit. Afferitur quidem cadavera & inquinamenta in vallem Hinnon projecta fuisse, uti *Kimchi*, at non hominum supplicio affectorum, de quibus ne γρῦ quidem; sed brutorum cadavera intelliguntur. Sensus verborum Rabbini, ad quem provocat *Petitus*, hic est, *Gehenna fuit prope Jerosolymas & locus quidem fœdus, quo sordes & cadavera abjiciebant, ac fovebatur ibi ignis perpetuo ad comburendum sordes & ossa.* Et hæc sufficiant de iis, quibus Sepulcra denegata.

CAPUT VII.

De Sepulcris Nobilioribus Familiarum.

I. HActenus actum fuit de Vulgaribus Hebræorum Sepulcris, nunc pedem movemus & nos conferimus ad *Nobiliora Sepulcra*. Erant autem illa constructa pro hominibus nobilioribus ejusdem familiæ in eodem loco sepeliendis. Dicebantur hæc a familia, quæ quis sibi familiæque suæ constituerat. *Familiare* ergo sepulcrum ad familiam, etiamsi in ea nullus hæres esset, ac hæredes etiam extraneos pertinebat ex *leg.* 13. *C. de Religios.* non vero ad affines aut cognatos hæredes non institutos. His enim nullum inferendi jus fuit ex *leg.* 8. *C. de Religios. & sumpt. Fun.* Sed hæc sibi invicem contrariari videntur, igitur respondet *Treutler. Cons.* 58. *num.* 249. procedere, quando in ultima voluntate dispositum reperitur, aut in contractibus per instrumenti tenorem, vel per pacta Majorum sic conventum sit, ut *Sepulcrum familiare* sit toti *Familiæ* commune in aliquo loco religioso: & tunc omnes habere jus sepeliendi, qui censentur de familia, nec per divisionem ad unum posse devenire. Secus autem esse, si sepulcrum sit destinatum ei soli, cui universitas bonorum loci obvenit, vel qui domicilium ibi habet cum jure Patronatus, tum enim id ad alios cognatos non pertinere ex *lib.* 8. confer. *Jac. Guther. de jure Manium lib.* 3. *pag. m.* 464. *edit. Lipf.* 1671. Hinc apud Romanos sepulcris familiaribus hæ literæ inscribebantur, H. M. H. N. S. id est *hoc monumentum hæredes non sequitur*. Familiæ autem significatio ad liberos quoque refertur, & communi jure familiam dicimus omnium agnatorum, qui sub unius potestate fuerunt ex eadem domo & gente proditi.

II. Hæc juris Romani dicta & ritus optime cum Hebræorum ritibus & juribus conveniunt. Nam si *Patriarcharum sepulcra* consideramus, illa etiam *familiaria* erant, in quibus cadavera ejusdem familiæ condebantur & sepeliebantur; quamobrem *Abraham* pretio emebat locum sepulturæ, ut postea totius familiæ suæ cadavera illuc conderentur. Recte hinc *Ainsvvorth.* commentatur, quod *Abraham* speluncam & agrum emerit *for a monument to posterity*, quod clare indicatur *c.* XLIX. *Genes.* v. 31. *L.* 13. *Jos.* XXIV. 3. *Act.* VII. 16. Calculum his addit *Thomas Fuller. in Pisgah-sight of Palestin. lib.* 2. *cap.* 13. *fol.* 274. *edit. Londin.* ita disserens: *Near Hebron vvas the cave of Machpelah, purcha-*

chased by Abraham of Ephron the Hittite vvith te field about it, and all the tree therein at the price of four hundred shekells of silver, for the buring of Sarah, him self and his family. Quibus verbis expresse significat locum hunc ab Abrahamo emptum fuisse, ut sit futurum Sepulcrum totius suæ familiæ. Hinc *Jacobus* in Ægypto moriens in nullo alio loco sepeliri voluit, quam in *Sepulcro familiari*. Cur autem Jacob & Joseph in eodem sepulcro familiari seu familiæ sepeliri voluerint, rationem dant *Rabbini* hanc, quod crediderint *terram Israelis esse terram viventium*, de qua in *Psalm.* CXVI. 9. dicatur: *Ambulabo coram Domino in terris viventium*. Hinc Patres operam dedisse, ait *Abarbanel*, ut corpus suum veluti חשמיש קרושה *ministerium sanctitatis* bene custodirent: Quare pergit: *Quoniam traditione acceptum tenebant, quod terra Israelis esset terra viventium, in qua speranda sit resurrectio mortuorum, & quod omnes Israelitæ extra hanc terram mortui per terræ cavernas revolvendi sint in tempus resurrectionis, donec in eam perveniant, propterea eo laborarunt, ut sepelirentur ibi*.

III. Communis hic est Judæorum de נלגול המתים *revolutione mortuorum*, quam & *revolutionem cavrenarum* vocant, error, quasi omnes, qui extra terram Israelis mortem obirent, per subterraneos meatus ad terram Israelis non sine angustia revolvantur. De qua passim agunt Hebræorum Doctores, quorum testimonia diligentissime conquisita exposuit plur. *Reverend. Dassov. de resurrect. Mort. cap.* VI. *pag.* 187. *seqq.* Idem ergo sanctissimos *Patriarchas Jacobum & Josephum* in animo habuisse, in *Cananæa* ideo sepeliri cupientes, ut angustiam revolutionis cavernarum averterent, neque ex *Ægypto* per penitissimos terræ meatus, instar dolii vinarii eo devolvi cogerentur, vulgus Judæorum credunt, a suo *Raschi* sic edocti, qui ad *Genes.* XLVII. 29. mandatum *Jacobi Josepho* de corporis sui translatione datum expositurus diserte hoc inter causas allegat, quasi dixisset Patriarcha: שאין מתי חוצה לארץ חיין ﬡא בצער נלגול מחלות: *Quia qui extra terram promissam moriuntur, non reviviscunt, nisi per dolorem revolutionis cavernarum*. Alias quoque rationes & figmenta Rabbinorum adduxit cl. *Joh. Benedict. Carpzov. in dissert. de Sepultura Josephi Patriarchæ edit. Lips.* 1697. quæ omnes desiderium Patriarcharum falso exponunt, cum altius conscendisse putandus sit sanctissimus Patriarcha cum cæteris familiæ suæ.


IV. Non itaque hujus desiderii causa fuit tam naturalis affectus, quam (1.) terræ Canaan promissio. (2.) Ecclesiæ conjunctio. (3.) Messiæ expectatio. (4.) sperata cum Christo resurrectio & resuscitatio, docente *Gerhardo* in h. l. Bene quoque D. *Calixtus in Genes. Locum*. Naturæ alias consonum est desiderium, ut cupias, corpus tuum vita functum ossibus Majorum, eorumque quos amaveris, conjungi. Hoc tamen non tam respexisse videtur *Jacob*, quam testatum ivisse fiduciam suam de adimplendis divinis promissionibus. Quæ sane rationes Rabbinorum figmenta longe lateque superant. Voluerunt ergo Patriarchæ in uno familiari Sepulchro condi, ut tam naturalem, quam mysticam conjunctionem significarent. Judæis quoque quoad naturalem affectum moris erat & consuetudinis, ut sc. uno sepulcro conjuges & qui fide & amore inter se mutuo insigni fuissent, clauderentur. Unde *Josephus Genes.* XLVII. 29. mandat: Ne sepelito me in Ægypto, sed ubi cubuero cum patribus meis reportabis me; & sepelies me in sepulchro eorum. Dicit postquam cubuero, i. e. in mundo animarum, ubi erit anima mea cum animabus eorum, & ero in tabulato eorum, æquum est, ut nunc corpus meum statim cubet cum corpore eorum. Et sepelies me, &c. ut nempe corpus ejus esset cum corpore eorum, sicut anima ejus erat cum animabus illorum. Ergo *Cubatio cum patribus* dicitur de conjunctione animarum & *sepultura* de corpore: vid. *celeb. Joh. Meyer. annot.* ad Seder olam *pag. m.* 685. Ita docet *Abulens.* 2. *Reg.* XV. *qu.* 14. & ex eo *Lorin.* in *cap.* V. *Actor.* V. 10. Et probant hoc exempla. Nam *Abraham* & *Sara Genes.* XXV. 10. *Isaac* & *Rebecca Gen.* XLIX. 31. *Jacob* & *Lea* eodem tumulo clausi sunt. Hinc *Sanctius in cap.* II. *Act. pag.* 79. In sepulcra illa (Hebræorum familiaria) non unum tantum ferebatur cadaver, sed tota familia in illa jus habebat quasi hæreditarium, quare in Sepulcro Abrahami conditi sunt postea Isaac & Jacob, & sæpe posteri inclusi dicuntur in parentum monumentis. Et inde natus est dicendi modus: Dormire cum patribus suis & apponi ad parentes suos.

V. Familiarium Sepulcrorum nomine veniunt etiam Sepulcra *Regum Judæ* & *Regum Israel*. De priorum Sepulcris extat 2. *Par.* XXI. 20. quod *Joram sepultus quidem fuerit in civitate David; veruntamen non in sepulchro Regum*. De hoc rege itaque Scriptura affirmat, quod dignus habitus non sit regum Judæ sepulcris. Ita de *Ozia* legimus 2. *Par. cap.* XXVI. 23. quod sepultus fuerit in agro Regalium sepulcro-

crorum non in ipsis regiis sepulcris. Ex his clare elucet *Reges Judæ* peculiare habuisse sepulcra; sed ubi hæc fuerint, disquiritur? Scripturam si evolvamus constat, Reges Judæ sepultos fuisse in civitate *David* 1. *Reg.* 2. 10. intra civitatem Jerusalem ad *montem Zion* 1. *Reg.* XI. 43. XIV. 31. XV. 8. XXIV. 22. 2. *Reg.* VIII. 24. IX. 28. XII. 21. 2. *Chron.* IX. 31. & quæ alia loca plurima sunt. De hoc autem *Davidis* Sepulcro, quod in civitate David (vel juxta *Quaresf. lib.* IV. *eluc. terræ S. peregr. cap.* VI. in pomœrio civitatis David) magnifice in sublimi collocatum erat (& quidem ut videre illic est) in extremitate montis *Zion* seu prope mœnia, in quod *Salomo* maximas intulisse dicitur divitias, consuli potest *Adrichom. theatr. ter. S. fol.* 152. *n.* 22. & *Quaresmius* tanquam oculatus testis, (qui tamen id extare adhuc negat) *loc. cit. &* *cap.* VIII. item *Villalp. tom.* 2. nec non *Pineda lib.* 8. *rer. Salom. cap.* 3. Quæ *Beniamin Tudel. itiner. pag.* 45. 46. *edit. l' Emper.* affert de duobus viris ætate sua ostium speluncæ reperientibus &c. cum Judaicam fabulam spirent, autori relinquimus.

VI. Potius inspici poterit *Josephus lib.* VIII. *Antiq. Jud. cap.* XII. & *lib.* XVI. *cap.* XI. item quæ de duratione sepulcri hujus deque occultatione cadaverum regiorum conjicit *Villalp. appar. part. lib.* 3. *cap.* 17. *fol.* 195. qui ipse *fol.* 196. ex *Joh. Zuallardi hodœp. Hierof.* lingua Italica conscripto refert, *Sepulcra Regum Juda partim in Sion, partim prope portam Ephraim extra civitatem reperiri.* Videatur de his pluribus differens *Geier. in Tract. de luctu Hebræorum cap.* VI. *pag. m.* 120. 121. §. 9. Nos ex *Thoma Fullero in Pisgah-sight of Palestine lib.* 3. *cap.* VII. *fol.* 335. asserimus, *sepulcra Regum Judæ in monte Sion fuisse. Johannes Lightfoot in Chorograph. cap.* XXII. *pag. m.* 46. montem Zionis ad partem urbis aquilonarem refert, nixus rationibus quibusdam *Psal.* XLVIII. 2. *Gaudium totius terræ est mons Sion a latere Boreali.* Ubi Aben Ezra *Mons Sion est a latere Hierosolymæ Septentrionali:* & Lyran. *Mons Sion est in Aquilonari parte Hierusalem:* conf. *Othon. Lexic. Philolog. pag. m.* 606. Verum hic non calculum addimus doctissimo *Lightfoot*, quippe hic mons *ad Meridiem:* vid. *Lorin. Comment. in Psal. hunc fol. m.* 963. conf. *Martin. Lexic. Etymolog. fol. m.* 3653. & inde probari nequit ad partem aquilonarem urbis referri posse montem. Recte *Geier. comment. in h. l. pag. m.* 948. scribit: Monti (ad meridiem sito) annectitur vel adhæret infra ad radices montis versus Septentrionem urbs Jerusalem. Videatur hic mappa *Thom. Fulleri in Pisgah-sight*, & res clara evadet. In hoc monte *Sepulcra Regum Judæ* erant, uti ex aliis recenset cl. *Hottinger. in annot. ad Cipp. Hebr. pag. m.* 25. *Edit. Heidelb.* 1659.

VII. Juvat hoc loco recensere, quæ doct. *Thom. Fuller. in Pisgah-sight of Palest. lib.* 3. *cap.* VII. *fol.* 335. *edit. Londin.* literis tradidit: *And now*, scribit, *to shew the frailty of humane happiness, pass we from the place of these Kings to their* Buryng Place *seeing* Sion *in a double respect may be called the Westminster of Jere salem, because the Kings thereof resided there while living, and rested when dead.* En tibi Benevole Lector hoc loco non totam Topographiam montis Sionis sistimus, sed domum Davidis, ut ex ea facile cognoscatur, ubi Regum Judæ sepulcra sita fuerint.



Ita quoque peculiaria Sepulchra habuerunt *Reges Israel*, uti constat ex 2. *Paralip.* XXVIII. 27. 2. *Reg.* XIII. 13. XIV. 61. de quibus in sequentibus.

VIII. Horum nobiliorum ſepulcra alia fuerunt quoque *ſolitaria*, cujus generis fuit (1.) Sepulcrum *Rahelis Gen.* XXXV. 20. in honorem a Jacobo ipſi erectum. Cum nunc & Rahel ſepeliri debuiſſet in loco, ubi Familiare ſepulcrum majorum ſuorum; nihilominus nobile ipſi parat monumentum *Jacob*, quod eleganter Moſes deſcripſit. Nam מצבה hoc loco non nudam ſtatuam ſignificat, uti multi volunt, ſed monumentum ex variis lapidibus conſtructum, ſtatua ſuperimpoſita. Bene Lutherus exponit: ein grabmahl. Confer. *Frider. Muller. Tract. de ſtatuis lib.* 2. *cap.* IV. *pag. m.* 9. *edit. Giſſ.* 1664. qui per monumentum ex pluribus lapidibus collectum exponit, cui aſſenſum videtur præbere *Beniamin Tudelenſ. in Itinerar. pag.* 47. hoc *Rachaelis* ſepulchrum ita deſcribens: quod nimirum excitatum fuerit e duodecim lapidibus numero filiorum *Jacob*, & teſtudine quadam, quæ columnis quatuor innititur, tectum, in cujus cippi lapidibus omnes Judæi, quotquot tranſeant, nomina ſua inſcribant. Ejus formam quoque ab *Adrichomio in deſcript. Terr. ſanct. fol.* 19. *num.* 101. *Quareſm. lib.* VI. *peregrin.* 1. *cap.* XI. & aliis exhibetur: vid. *Brocard. Monach. in* 1. *part. deſcript. Terræ ſanctæ cap.* VII. *pag.* 56. *Thomas Fullerus in mappa Terræ Moriæ*, hoc ita conſpectui nobis exhibet ſepulcrum ſeu monumentum:



quod veritati magis accedit, quam illud quod Autor cipporum ex *Beniam. Tudelenſ.* oſtendit, quam vis negare non velimus, fieri potuiſſe, ut ſequioribus temporibus Judæi illud ſplendidius ædificarint ſepulcrum. Audiamus ipſa verba Autoris *cipporum Hebraic. pag. m.* 10. *ſeq. edit. Heidelberg.* 1659. Prope eam (Bethlehem Jehuda) *ſepulchrum Rachelis*, matris noſtre p. m. in via, cui impoſita eſt ſtructura pulcra, cujus hæc eſt figura:



Quis ita crederet hanc ſtructuram a Jacobo exſtructam fuiſſe, cum forſan ille ex rudibus & impolitis lapidibus monumentum erexerit, id quod illis temporibus uſitatum. Accedit etiam hoc, quod feſtinando hoc monumentum erectum, alias non opus habuiſſet, quia *Sepulcro familiari* mandari corpus potuiſſet. Hinc recte doctus Anglus *Thom. Fuller. in Piſgah-ſight of Paleſtine lib.* 2. *cap.* 14. *fol. m.* 298. *edit. Londin.* concludit: *it ſeems, dynig in child-bed her corps required ſpeedy interment: other vviſe (no doubt) Jacob vvould have conveyed them te the Cave Of Macpelah the ſolemn ſepulcer of his family.*

IX. Huc referendum (ſcil. inter ſolitaria ſepulcra) quoque putamus *Sepulcrum Aaronis*, de quo legimus *Deut.* X. 6. Sepultus fuit Aaron extra terram Canaan ob tranſgreſſionem commiſſam: vid. *Ainſworth. Comment.* in *h. l. fol. m.* 37. *edit. Londin.* Similiter *Sepulcrum Moſis Deut.* XXXIV. 6. Moſen ſepultum eſſe in terra *Moabitarum* & quidem a Deo conſtat citat. loco. Hic Scriptores nonniſi generaliter locum deſignant; ita enim *Zeilerus Cent.* 4. *Var. Quæſt. q.* 2. ſcribit: Moſes iſt auf den hochſten gipfel des bergs Nabo, Pſafge genant geſtiegen, daron er daz gantze gelobte Land uberſehen, hernach geſtorben, und gegen Phogor begraben worden, iſt ſo derjenige berg, auf welchen der warſager Balaam von den Moabiten Konig Balack gefuhret worden im 4. buch Moſ. am 23. Similiter *Eutych. Patriarcha Alexandrin. in Annal. Et mortuus eſt Moſes in regione Moab, & ſepultus in valle in terra Moab.* Errat vero *Hornius*, quando in *Comment. ad Sulpit. Sever. Saido Batric.* tribuit, quaſi de Moyſe ſcribat: *Et ſepultus eſt in monte Hur:* cum manifeſtum ex toto contextu ſit, de *Aarone*, haud quaquam vero de Moſe, a *Saido* iſthæc dici. *Moſen* itaque mortuum & ſepultum non ſolum Scriptura teſtatur, ſed ex pluribus teſtimoniis illuſtravit *Joh. Erneſt. Gerhard. in diſſ. de Sepultura Moſis edit. Jenenſ.* 1684. *cap.* III. & 4. ubi rejectis Rabbinorum figmentis miniſterio Angelorum conditum affirmat in valle. Conf. *Ainſvvorth. Comment. in Deut.* 34. *fol. m.* 167. D. *Quenſted. de Sepult. vet. pag. m.* 262. 263. *edit. Witt.* 1660.

CAPUT VIII.

De Sepulcris Hebræorum Communibus hæreditariis.

I. MUlta etiam Sepulcra apud Hebræos communia erant, quæ tamen Communio non ubique eadem fuit. Alia enim erat *hæreditatis*: alia *honoris Communia* appellabantur reſpectu *familiæ*, aut *hæredum*, aut *poſterorum*, qui in-

inferendi jus habebant commune. Hinc *Ausonius Epitaph.* 37.

> *Me sibi & uxori & gnatis, commune sepulcrum*
> *Constituit, seras Carus ad exequias.*

Communia hæc *Sepulcra* erant etiam *hæreditaria*, quæ auctoribus *Cajo* & *Ulpiano*, *quis sibi hæredibusque suis paraverat*, *vel jure hæreditario acquisiverat*. In his (quæ & Gentilia aut Gentilitia, vel patria, avita & Majorum monumenta nuncupantur) hæredibus & qui hæredum loco erant sepeliri licebat, etiam illis, quibus hæreditas tanquam indignis ablata, ut docet *Ulpian. D. de Relig. & sumpt. fun. l.* 33. confer. *Jacob. Guth. de jure Manium l. 3. p. m.* 470. *edit. Lips.* 1671.

II. Horum sæpe in Scriptura Sacra fit mentio; unde Sepulcra patria; quale fuit *Gideonis*, *Jud.* 8. 32. *Mortuus est Gideon filius Joas in senectute bona, & sepultus est in Sepulchro Joas patris sui in Ephra de familia Ezri*, jure scil. hæreditario: vid. *Thom. Fuller. Pisgah-sight of Palest. lib. 2. cap. 8. fol.* 175. *edit. Lond.* Huc pertinet quoque *Sepulcrum Samsonis*, *Jud.* 16. 31. Postquam enim ille ædificium, ubi Philistæorum Principes hilariter vivebant, subvertisset, & ipsemet cum illis mortuus esset; descenderunt fratres ejus & universa domus patris ejus & tulerunt eum — *sepelierunt inter Zarea & Esthoal in sepulcro Manuah patris sui*. Locus Samsonis clare hoc loco indicatur, quod fuerit inter *Zorah* & *Estaol* duas civitates in tribu *Dan.* Hic *Simson* natus & educatus & post obitum sepultus in sepulcro patris. Vid. *Thom. Full. Mapp. ad trib. Dan.* ibi Sepulcrum *Simsonis* hoc modo conspicitur.



Nec dubitatur quin sequentibus temporibus fratres hoc ipsum patris sepulcrum occupaverint. Refertur huc sepulcrum *Asahelis*, 2. *Sam.* 2. 32. *Et tollentes Asaelem sepelierunt eum in sepulcro patris sui in Bethlehem*. Non quidem in ipsa urbe, quia Judæis prohibitum erat cadavera in ipsis urbibus condere, sed extra urbes; Ita asserimus cum aliis *Sepulchrum Asaelis* non in ipsa urbe Bethlehem, sed paulo a via tendente ad Hebronem dissitum fuisse juxta sylvam quandam, uti ostendit Anglus doct. *Thomas Fuller. in Pisgab-sight of Palest. in mapp. Terr. Moriæ.* Nam Bethlehem Ephrata in via regia sita erat, ut per illam adscendentibus Hierosolyma, eundum fuerit. Ut igitur eo melius de sepulcro Asaelis constet, hic situm depingemus:



Unde citatus anglus *lib. 2. cap. 14. fol. m.* 301. *edit. Londin.* hæc addit verba: *South-vvard vve finde Asabels sepulcher buried in the grave of his Father*. Simili modo pessimus ille consiliarius *Abitophel* consilio irrito facto abiit & suspendio fauces fregit, qui postmodum sepultus est *in sepulcro patris sui*, 2. *Sam.* 17. 23. Ita *Barsillai* dixit ad Regem 2. *Sam.* 19. 37. *Liceat quæso servo tuo ut redeam, utque moriar in civitate mea apud sepulchrum patris mei & matris meæ*. Respuebat *Barsillai* honores oblatos a Rege modo ut in sepulchro Parentum hæreditario sepeliretur: hoc præ aliis omnibus ipsi desiderabile erat. Quid dicemus de *Saule* Rege, cujus ossa in sepulcro *Kis* patris sui sepulta sunt, 2. *Sam.* 21. 14. Non sepulcrum regium exstruebat ipsi, sed patris sepulcro ossa mandabat. *David*. Observandum autem hoc loco est, quod viri ex civitate *Jabesch-Gilead* ossa *Saulis* in sepulchro *Cis* patris non tumularint, sed sub quercu sepeliverint, uti constat ex *cap.* x. v. 12. 1. *Paral.* Ita etiam R. *David Kimchi* ad h. l. referente *Schickardo in* משפט המלך *cap.* VI. *Theor.* 19. *pag. m.* 424.

III. Maxima erat injuria, qua *Philistæi Saulem* post mortem afficiebant; siquidem cadaver suspendebant, ut vermibus & avibus esset in escam; qua crudelitate moti cives in urbe *Jabes-Gilead*, profecti sunt *Beth Schan* & abstulerunt *Cadaver Regis*, igne combusserunt carnem & ossa subter quercum terræ mandabant. Ordine recenset doct. Anglus *Thom. Full.* in *Pisgab-sight of Palestin. lib. 2. cap. 2. fol. m.* 82. *edit. Londin.* his verbis: *Out march all the valiant men in the City in the night over Jordan: Sauls and his sons corps they took dovvn from Bethsan, bring them home, burn the flesh, and bury the bones thereof under a tree neare the City. The Jevvs generally interring their dead under sone Oak, plea-*

sed perchance with the parallel, that as those plants seemingly dead in winter, have every spring an annuall resurrection: so mens dry bones shall have new sap put into them at the day of judgement. h. e. *noctu exibant omnes viri fortes trans Jordanem; Saulis & filiorum ejus cadavera tulerunt, attuleruntque domum, carnem cremabant & ossa sepeliebant subter quercum prope urbem. Judæi plerumque mortuos subter quercum sepeliunt, forsan hac ratione moti, quod cum hæc arbor tempore hiemis videtur mortua, attamen singulis annis quasi resurgat & virere incipiat: ita hominum ossa torrida tandem habitura sint succum novum in die Judicii.* Hoc facto David postea ossa hæc Saulis & Jonathanis sepeliri curavit in sepulchro Kis patris in *Zelah in Contrey of Benjamin* addit *Fuller.* l. c. non procul a monte ubi septem ex *Saulis* familia suspensi fuerunt, & Kis sepulcrum habuerit. Videatur hujus schema in Mappa Geograph. Terr. tribus Ephraim. Alia etiam communia Sepulcra erant illa, quæ *honor* communia faciebat, quale fuit Josephi cum Christo, quod commune fecit cum illo *Matth.* 27. 60. De quo uberius alio in loco dicturi sumus.

CAPUT IX.

De Regum Hebræorum Sepulcris.

I. HActenus de variis Sepulcris egimus & etiam quædam de Regum Sepulcris adduximus in antecessum. Nunc de his in hoc capite pauca quædam tradere nobiscum constituimus. Observandum autem quod post regni divisionem etiam sepulcra distracta fuerint; Hinc diversa legimus Sepulcra, Regum *Judæ* & Israel. De horum sepulcro nihil, quod hic spectet, reperimus: De illorum erudit. *Thomas Full. in Pisgahsight of Palest. lib. 3. cap. 7. fol. m.* 335. asserit in monte Sion fuisse. Itaque in hæc erumpit verba, quæ huc adscribere non pigebit, quando ita tradit: *The reader shall pay nothing but bis pains in follovving me, vvhilest i shevvhim these royall remains. We may obsorve four gradations of honous in these interments.*

(1) *Wicked Amon* 2. *Cron.* 33. 24. *vvas burried in his ovvn house (not under the roof, but vvithin the verge of the vvall thereof) and so vvas Manasseh,* 2. *Chron.* 33. 20. *in the Garden of Uzzah, vvose true but late repentance vvas effectuall to save his soul, but not his Kingdome from destruction.*

(2) *Cruell Joram, vvho had not compassion vvhilest living, and therefore no bovvels* 2. *Chron.* 21. 20. *vvhen dying, vvas burried by himself in the city of David and neither fire nor vvater, neither burning nor mourning made for him.*

(3) *Godly, but leprous Uzziah, being ceremoniously unclean, vvas interred in the field of the buriall vvhich belonged to the Kings, understand it, vvithin the suburbs, but vvithout the vvals of their solemn sepultures.*


(4) *All the rest vvere intombed in a stately pleace set a part of that purpose.*

II. Ex his ultimis Fulleri verbis elicitur, fuisse sepulcrorum Regiorum (1) certum locum, communem Regibus sepeliendis. Vide historiam de *Joramo* 2. *Paralip.* 21. 20. Joaso 2. *Paralip.* 24. 25. Ahaso 2. *Par.* 28. 27. (2) *vicinum agro*, patet hoc ex 2. *Par.* 26. 23. ubi dicitur *Asaria* seu *Usia* sepultus in agro sepulcri regii. *Josephus* quidem scribit, 9. *antiq.* 11. *f.* 320. in hortis suis sepultum; sed alii plures, prope sepulcra Regum communia, extra tamen sepultum opinantur, teste *Sanctio in* 2. *Reg.* 15. 7. *n.* 8. Alias non ignoramus expræl audati *Fulleri* verbis & Scriptura Sacra, fuisse in horto *Usæ* Reges *Manassen* & *Ammonem* sepultos: vid. 2. *Reg.* 21. 18. 26. (3) valde *capacem*. Leguntur enim hic sepulti Reges, *David* 1. *Reg.* 11. 10. Salomon 1. *Reg.* 11. 43. 2. *Par.* 9. 31. Rehabeam 1. *Reg.* 14. 31. 2. *Par.* 12. 16. Abia 1. *Reg.* 15. 8. 2. *Par.* 14. 1. Josaphat 1. *Reg.* 22. 51. 2. *Par.* 21. 1. Amazia 2. *Par.* 25. 28. 2. *Reg.* 14. 20. Jotham 2. *Par.* 27. 9. 2. *Reg.* 15. 38. Pontifex *Jojada*. Ita etiam recenset prælaudatus *Fuller. f.* 335. *edit. Londin. Here vvas intombed* David, *the holy, the man after Gods ovvn heart.* Salomon *the vvise, vvhen old, befooled by his vvives:* Rehabeam *the simple, vvhose rigour rent ten Tribes from his Kingdome.* Abia *the wicked but valiant and fortunate in fight,* 2. *Chron.* 13. 15. Asa *the upright whose heart was perfect all his days,* 2. *Chron.* 15. 17. Josaphath *the just, whose heart was lift up in the ways of the Lord,* 2. *Chron.* 17. 6. Ahaziah *the Idolater, vvhose onely commendation vvas that he raigned but one year,* 2. *Chron.* 22. 2. Joas *the backslider, the lease of vvhose goodness determined vvith his uncles life,* 2. *Chron.* 24. 2. Amaziah *the rash, vvorsted in a needless vvar against the King of Israel,* 2. *Chron.* 25. 21. Joatham *the peaceable, vvho built the highest gate to the house of Lord,* 2. *Reg.* 15. 35. Ahaz *the profane vvho in the time of his distress, yet trespassed more against the Lord,* 2. *Chron.* 27. 22. Heze-

zekiah *the pious vvho destroied the high places*. Josiah *the tender-hearted, vvho melted at Gods threatvings*, 2. *Chron.* 34. 27. *denounced against the people of the Jevvs*.

III. Examinabimus hæc *Fulleri* dicta, & videbimus an omnes Reges Judæ in sepulchro Davidis sepulti fuerint? Notandum autem & observandum est, quod aliud sit sepeliri in sepulchro Davidis; aliud sepeliri in sepulchris Regum Judæ. Sepultura Regum proprie dicta est, sepeliri in spelunca a Davide facta, in qua sepultus etiam Salomo dicitur. Sepeliri autem in sepulchris Regum est, ubi Reges Judæ alii conditi sunt. Hinc *Joas* non sepultus dicitur in sepultura Regum, quia in morte non est honoratus, sicuti in vita sua: vid. annot. celeb. *Joh. Meyer. ad Seder Olam pag. m.* 941. Et *Assa* in suo sepulcro, quod sibi paraverat, 2. *Paral.* XVI. 14. *conf.* 1. *Reg.* XV. 24. Si igitur Assa sepultus fuisset in sepulcris Regum factis & paratis, non opus habuisset, ut aliud sibi proprium sepulcrum pararet, jam autem textus clare testatur posterius, quando ita 2. *Paral.* XVI. legitur: *Et sepeliverunt in sepulcris, quæ pro se exciderat in civitate David*. Ergo colligitur aliud fuisse sepulcrum *Assæ* a sepulcris *Davidis* & *Salomonis* distinctum. Verum hic nihil obstat, ut affirmemus & Joas & Assam sepultos in sepulchris Regum Judæ esse, quia additur in civitate David, quæ mons Zion fuit & civitas David appellatur & ἡ ἄνω πόλις civitas superior: vid. *Eduard. Simson. Chronic. Cathol. part.* 3. *fol. m.* 9. *edit. Oxon.* Non pugnat hoc cum aliis locis Scripturæ. Potuit enim *Assa* sibi parare sepulcrum in loco isto in civitate Davidis sepulchris destinato Regum, ut ipse & familia sua ibi sepeliretur: Hinc in plurali numero Sepulchra legitur c. l. quasi dicat in sepulchro illo amplissimo & multorum cadaverum capaci sepultus. Ita etiam de *Abasia* affirmandum 2. *Reg.* IX. 28. cui loco quidem repugnare videtur: 2. *Chron.* XXII. 9. ubi dicitur, quod Ahasias se absconderit in *Samaria*. Sed respondet celeb. Meyer. *pag. m.* 934. in *annot.* ad *Seder Olam; Ahasiam servi currui imponentes abduxerunt Hierosolymam, ut eum sepelirent cum patribus ejus, cum quibus sepeliri merebatur, quia erat filius Josaphati*, qui Deum timebat. Reliqua objectionis ibi videnda. Et ita bene *Fullerus* asserit, hos omnes sepultos fuisse in sepulchris Regum.

IV. Legitur hic sepultus *Hiskias* supra sepulchra filiorum David 2. *Paral.* XXXII. 33. ubi alius interpres reddit in insignioribus sepulchris filiorum Davidis. In loco editiore constitutum fuisse *Hiskiæ* monumentum agnoscunt *Cajetan. Torniell. Annal. A. M.* 3337. *num.* 1. & *Luc. Osiand. in h. l.* §. 4. Verum refertur *in Hottinger. Cippis Hebr. pag. m.* 24. *edit. Heidelb.* 1659. Reges Judaicos in *Spelunca* esse tumulatos, ibidemque esse elegantem & formosam structuram ad hunc modum:



Similiter in spelunca hoc sepulchretum ostendit *Benjamin Tudel. Itiner. pag.* 45. Nec abnuit *Joseph.* XVI. *ant.* 11. *f.* 563. *B.* 6. Speluncam illam delineavit Serlius, cujus verba recensuit D. *Quensted. de Sepultura Veterum pag. m.* 257. *edit. Witt.* 1660. " Sub præcelso & marmoreo, inquit, monte tres omnino cellæ „ excavatæ distinguuntur suis testudinibus, in eodem nativo saxo excisis. In „ primo ingressu seu prima cella quatuor „ delubra, bina ex utraque parte, quasi quatuor reconditoria singula hominis capacia cernuntur. In medio, i. e. „ secunda cella, quæ amplissima est, sunt „ delubra octodecim ex alterutra parte „ novena: testudo vero quæ maxima est, „ incumbit quatuor pilis aut parastratis „ aut columnis, ex ipso eodem nativo „ marmore formatis, & in maximæ longitudinis Basilicæ seriem recta dispositis, quas aliæ duæ minores præcedunt: „ in ultima vero cella, quæ magnitudine respondet primæ, duo item alia „ sunt reconditoria, e regione vero objicitur figura januæ sed obstrusæ, qua „ forte aditus ulterior dabatur. „ Hoc ipsum quod jam descripsit *Serlius* subterraneum ædificium, vestibulum tantum fuisse sepulchri Davidis & Salomonis, non ipsum Sepulchrum, existimat *Villalpandus in Ezechiel. tom.* II. *part.* II. *l.* V. *dist.* 4. *cap.* 61. atque per illam, quæ obstrusa dicitur porta, patuisse forte aditum ad Davidis sepulchrum interius. Ita etiam celeb. *Joh. Meyer. in annot. ad Seder Olam pag. m.* 945. asserit, Davidem & Salomonem in aliqua spelunca sepultos esse, quæ vocata sit Sepultura Regum.

V. Verum enim vero his obstare videtur locus *Act. cap.* II. 29. ubi *Petrus* de *Sepulchro Davidis* loquens in hæc prorumpit verba: Et *sepulchrum ejus* (Davidis) est *apud nos usque in hodiernum diem*.

diem. Ad quæ verba *Beza*: Prodigiosum est tot barbaros & crudelissimos hostes, qui urbem postea everterunt, Regis sepulchro pepercisse: & fortassis non vana est eorum conjectura, qui instaurata urbe putant fuisse quoque Regum monumenta renovata. Si itaque tunc temporis Davidis sepulchrum notum & conspectui omnibus datum, *Johannes de Pineda Hispal.* infert Petrum loqui de monumento non quidem abdito & inviso, sed quod ab omnibus videri potuisset. Nisi forte dicas locutum de illo, quod dicebat *Joseph. lib.* 16. *Antiquit. cap.* 11. in aditu alterius interioris & reconditioris monumenti ab Herode, candido marmore & impendiis sumtuosissimis exstructum & sepulchrum Davidis dicebatur, ut quod esset alterius interioris & verioris sepulchri testis & index. Nam neque de illo subterraneo & penitus abstruso reconditorio Salomonis, sed alio externo & sublimi intelligi posse videtur, quod Dio Cassius in Adriano scribit, quod Salomonis sepulchrum sponte & nullo impellente discussum corruerit. Fabulam hinc Judaicam spirant illa, quæ *Benjamin. Tudelens. in Itiner. pag.* 45. 46. *adducit*. Sepulchrum Davidis fuisse magnum palatium asserens, columnis marmoreis inædificatum.

VI. Observationem dignum quoque judicamus, quod domos sepulchreti regii a *thecis regum* (θήκαις τ̃ βασιλέων) distinguat, domumque aliam ab Hyrcano, aliam ab *Herode* apertam fuisse doceat *Josephus lib.* 7. *Antiquit.* 12. *fol.* 251. Θήκη generaliter est in quo aliquid conditur & reponitur ἀπὸ τ̃ τίθεσθαι. Apud *Johannem cap.* 18. 11. sumitur pro *vagina*, quæ *Homero* est κολεός. Usurpant etiam de loco in quem reconditur pecunia apud *Eurip. Hecub.* v. 1145. Frequentiori vero significatu de loculo emortuali & conditorio legimus. *Plutarch. Solon. p.* 83. ait, singulos loculos habere *Athenienses*, at *Megarenses* contra ternos & quaternos ἐν μιᾷ θήκῃ condi: adde *Sophocl. Oed. colon.* v. 1766. Porro easdem domos indicat generali voce sepulchri (τάφε) *Joseph. lib.* 13. *antiquit.* 16. *fol.* 450. A. & 16. *ant.* 11. *fol.* 563. B. Thecas autem illas fuisse in sepulchri inferiore secessu, & in thecis corpora *Davidis* & *Salomonis*, docet *Joseph. lib.* 16. *antiquit.* 11. *f.* 563.

VII. Valde magnifica de sepulchreto hoc Regum Judæ narrat Benjamin in Itiner. Sed ea inter fabulosa rejicit l' Emper. in not. ad h. l. *pag.* 175. *seq. Quensted. de Sepultur. Veter.* Illi ipsi thesauri quoque, quos in sepulchro hoc fuisse jactitat Josephus, videntur suspecti. Multi quidem reperiuntur, qui testimonio Josephi moti statuerint, magnum Thesaurum reconditum fuisse in Sepulchro Davidis. Vult hoc Cl. *Schickardus cap.* 3. *theor.* XI. *pag. m.* 210. in משפט המלך inquiens: *ingentes gazæ in privato ejus sepulchro repertæ sunt*, ipsaque *Josephi* verba sub fin. *lib.* 8: *antiquit. c. ult.* adducit: *Post annos MCCC. Hyrcanus Pontifex oppugnatus ab Antiochio aperta cella monumenti Davidis, & prolatis inde tribus talentorum millibus* &c. *Ac rursum post multos annos elapsos Herodes Rex alia cella aperta magnam pecuniam sustulit, ad loculos tamen, qui regum cineres continent, neuter eorum pervenit*. Addit *Abarbanel*, quem citat celeb. *Joh. Meyer. in annot.* ad *Seder Olam pag. m.* 685. ex *Josephi antiquit.* Davidem in loco sepulchri & monumenti sui jussisse parari ingentem cellam, qua abscondiderit immensas opes, & super qua magna arte ædificium exstruxerit, ut inde eas nemo efferre posset, nisi qui perspectam & exploratam haberet figuram operis. Quam opinionem tuetur quoque *Quensted. pag.* 335. *de Sepultura Veter.* confer. *Menoch. l.* 8. *Reip. Hebr. c.* 5. *q.* 9. Verum quam suspecti sint hi thesauri ostendit *Geier. cap.* 6. *pag. m.* 145. 146. *de luctu Hebr. Carpz. in notis* ad *Schickard. pag.* 210. *Beza cit. a Balduin. Walæo Comment. in Act.* 2. *Sanctius in Act.* 2. 29. *num.* 72. *& in* 3. *Reg.* 2. 20. *n.* 26. 24. *seqq.* confer. *Ursin. Arboret. c.* 2. 7. *p.* 18. Multa de hoc Regum sepulchro nervose contraxit in pauca *Adrichom. theatr. Terr. S. fol.* 152. 22. Citantur pro descriptione Sepulchreti regii *Villalpand. Pineda de reb. Salom. Quaresm. Zualardus*, *Cotovicus*, *Admiranda Sinæ & Europ. Geier. de luctu Hebr. Hotting. in Cipp. Quensted.*

CAPUT X.


De Forma Sepulchrorum Nobiliorum ex Scriptura Sacra.

I. IN hoc negotio vitandæ, instar scopulorum, erunt structuræ, quas religio Pharisæorum *Matth.* XXIII. 29. & citeriorum seculorum, cum excitavit, tum interpolavit; ne ex præsentium operum facie, Sacra Scriptura temere judicetur. Nam hæc omnia fiebant ex ostentatione & sanctitatis simulatione, uti probant *Cameron. Zegerus*, *Erasmus*, *Grot.* Comment. in h. l. & alii. Horum sane vestigia acerrime premunt hodie Pontificii, qui insanis substructionibus profiteri reverentiam, qua memoriam Sanctorum Martyrum persequi se simulant. De forma

ma itaque Sepulchrorum agemus, quatenus ex Scriptura Sacra nobis constat.

II. Undiquaque igitur accipimus, placuisse honestioribus e populo Judaico viris Speluncam, quæ commodaret receptaculum cadaveribus numerosæ familiæ. Cur autem speluncas elegerint homines Nobiliores ratio hæc est, ut cadavera a feris tuta essent? Nam speluncæ inserviunt & ad conservandam & tuendam vitam, & reservanda illæsa cadavera a brutis. Quod speluncæ ad conservationem vitæ profuerint, constat ex Scriptura Sacra variis in locis; imo Arabes in cacuminibus montium speluncas cavabant, ut contra hostium incursiones possent esse tuti & securi. De his *Joseph. lib.* 14. *antiq. c.* 27. ita loquitur: Erant hæ speluncæ sit in montibus abruptissimis, ac in media circiter altitudine, angustos & præcipites habebant aditus, acutis undique cinctæ rupibus. In harum igitur latibulis sese abstrudentes, cum domesticis suis delitescebant. De iisdem speluncis iterum *Joseph. lib.* 12. *cap.* 6. vel natura vel arte aut industria hominum factis differit hoc modo: *Hyrcanus* oppositi montis prominentem Petram perforans, speluncas in ea fecit multorum stadiorum longitudine &c. Speluncarum vero ora non amplius aperuit, quam ut unum caperent, idque de industria factum est, securitatis ac tutelæ gratia. De talibus speluncis in Sacra Scriptura frequens est memoria: videatur *Jos.* X. 16. *Judic.* 6. 2. I. *Sam.* XXII. I. & XXIV. 3. I. *Reg.* XVIII. 15. *Esai.* XI. 15.

III. Deinde etiam Speluncæ aptæ erant ad sepelienda cadavera, uti ex Scriptura patet. Exemplo enim nobis est spelunca illa, in qua sepulti Abraham, Isaac, & Jacob cum uxore quisque sua, *Gen.* 49. 31. Ideam talis sepulchri parient nobis observationes congestæ ex S. Scriptura, & ex *Mischn. Bava Batra* 6. 8. cum *Rabbinicis Commentis*. In Sacris extant huc facientia Sepulchra *Abrahami Gen.* XXIII. *Elisæi* 2. *Reg.* XIII. *Lazari Joh.* 11. & *Christi* apud *Evangelistas*. Singula pandemus, quo nominavimus ordine. Ut autem Lectoribus clare rem ob oculos ponamus, petimus ut oculis suis subjiciat imaginem speluncæ, quam hic sistimus hoc modo, & subjicimus statim ea, quæ



Geier. de luctu Hebr. cap. VI. §. 12. *pag. m.* 133. ex *Quaresmio* adduxit. Quantum αὐτόπτης testatur *Quaresmius in opere suo an.* 1639. *Antverpiæ evulgato lib.* 4. *peregr.* 4. *cap.* 7. duo inprimis in sepulchris Hebræorum animadverti possunt, unum quod a natura, & alterum quod ab arte acceperunt. Illud quod speluncæ essent nativæ in rupibus ad quarum imitationem aliæ fodiebantur: hoc vero quod postea arte & labore perficerentur. Evidens enim est, montanam istam regionem nativis & artificiosis speluncis abundare, in quibus Hebræi suorum corpora sepeliebant. Huc usque *Geierus* citato loco.

IV. Hinc patet morem antiquissimum esse, ut mortui in cavernis speluncisque sepelirentur, ita enim *Coulon* in *Lexic. Homeric. pag.* 33. inquit: *Veterum Nobilium moris fuisse, primo in montibus sepeliri, deinde in cavernis, quas dixere Puteolos.* Forte quod duces heroibus ad puteum laudare erant soliti, ut testatur *Heliodor. lib.* I. *pag.* 35. ἐπειδὴ κατὰ τὸ βόθρον ἐγένετο τὸ ἐν ἀκαδημίᾳ (πάντως γινώσκεις ἔνθα τοῖς ἥρωσιν οἱ πολέμαρχοι τὸ πάτριον ἐναγίζουσιν) *Cum ad puteum qui est in Academia, pervenisset, (notus est tibi locus ubi Heroibus duces more & instituto patrio parentant)* Vides notas *Bourdelotii*. Nec mirum quod selegerint speluncas, quia ipsis in more erat balsamo condire corpora, ne tam facile putrescerent; quod avertere nulli potuissent, si cadavera tam arctis inclusa capsulis terræ imposuissent, quemadmodum nos facere solemus, excepto cum Rex vel Princeps sit mortuus; quin imo ea ræpius respicere & invisere sive amoris sive cultus gratia solebant. Hæc loca ut plurimum dum viverent veteres sibi eligebant, quod docemur in hac Abrahami historia, & nigro lapide super terram eminente exornabant, ut notat celebr. *Joh. Meurs. Auctar. Philol. cap.* 21. atque hæc monumenta vere dicebantur, distinguit enim *Freherus Parerg. L.* I. *c.* 23. & quidem recte inter Sepulchra & monumenta; sepulchrum dicens in quo cadaver deponebatur, quod erat arcula lapidea, quales e terra defossas aliquoties vidi, & tanquam Sepulcra Principum refert Doetechoom in syn Kaanlandse Arcadia. Nos itaque his prælibatis accingimus ad Speluncam illam Abrahami.

V. Hanc Spiritus Sanctus ita describit, quod (1) sita fuerit in margine agri *Gen.* 23. 9. Angl. ita reddit: *Which is in the end of his field:* quam *Thomas Fullerus in Pisgah-sight ita depingit in Mappa Geogr. Tribui Benjamin addita:*

Cum

Cum enim Abraham in terra in qua tum habitabat, nec volam nec vestigium pro suo possideret, adiit *filios Cheth*, eosque, ut sibi concederent in terra sua אחזת קבר hæreditatem, jus sepulchri, quo in eo mortuum suum condere posset. Postulat justo pretio speluncam in fine agri (2) arboribus consiti: vid. *Genes.* 23. 17. Amabant enim Veteres ejusmodi loca sepulcris apta, quæ arboribus obsita erant, ne forsan radii solares ardore corrumperent lapides, vel ut is locus propterea sacer haberetur. De arboribus legatur 1. *Sam.* 31. 13. 1. *Chron.* 10. 12. *Gen.* 35. 8. Plura suppeditat *Ursatus in Monument. Patav. pag.* 44. quem, ni prolixior esset, describeremus. Unde postea factum a Gentilibus, ut Lucos suos Heroibus tanquam *Sepulchra* consecrarent. Inde Sepulchrorum cum Lucis in Scriptura frequens mentio, nempe 2. *Reg.* XXIII. 15. 16. *Esai.* LXV. 3. 4. Eos in Lucis heroum sepulchra posuisse probant Poetæ *Virgil. Æneid. lib. 9. v.* 3. verba:

> ——— *Luco tum forte parentis*
> *Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.*

Cum instituto hoc conjuncta lex est ea, quæ inter Etruscorum veterum statuta numeratur in *Etrusc. Fragment. l.* 3. *p.* 176. *Si quis sepulchrum proprium non habuerit, in nemorosa sylva sepeliatur.* Apud Ethnicos animæ Heroum Lucos tenere credebantur, nam *Virgil. Æneid. 6.* ita canit: *Nulli certa domus lucis habitamus opacis.* Itaque *Nicolaum Perottum in not. ad Martial. l.* 2. Lucorum legem & ritum probe tenuisse constat, qui ita: *Lucus nequaquam cæduus est, ut sylva, sed potius manu consitus religiosusque & alicui Deo vel alicujus hominis cineribus consecratus.* Ideoque vel circa delubra Deum vel circa Sepulchra positus est: conf. *Joh. Spencer. de legib. Hebræor. part.* 1. *pag.* 370. *Christian. Worm. in antiquit. Hebr. corrupt. pag.* 129. *edit. Hafn.*

VI. Dicebatur Spelunca *Machpelah.* v. 9. 17. emta cum agro. Quid autem sit מכפלה in diversas abeunt partes tam Hebræorum quam Christianorum Interpretes, quorum opiniones adduxit *Magnif. D. Wagenseil, Fautor noster æstumat. in not. ad Excerp. Gemar. c.* 1. *pag. m.* 291. inquiens: Quid sit Machpelah mire æstuant Interpretes tam Christiani quam Judæi, estque ipsis *Sepulchrum Abrahami* Labyrinthus inextricabilis. *Cl. Salmasius in Exercit. Plin. pag.* 2008. simplicissimum existimat, Speluncam duplicatam accipere de ea, quæ duplicem habeat aperturam, & ex duabus partibus ingressum, vetatque quærere aliam duplicis speluncæ interpretationem. *Daniel Heinsius in Arist. p.* 522. Fossam & Speluncam fuisse arbitratur, ut per fossam aditus ad Speluncam patuerit, in qua jacebat mortuus. Aliis placet מכפלה proprium nomen esse, quomodo acceperunt Junius & Tremell. eaque opinio probatur *Theodor. Hackspan. in Interpret. Errab. p.* 153. & *Vorstio in not. ad Pirke Elieser. p.* 179. Addimus *cl. Joh. Henr. Heidegger. in hist. Patriarch. exerc.* 3. *de Abraham. pag.* 131. *part.* 2. *Muller. diss. de Sepulcr. pag.* 22. *edit. Giss.* Talmudistæ in eo fere consentiunt, inquit *doct. Wagenseil*, fuisse Speluncam duplicem, sed an alia ante aliam, an vero una supra alteram extiterit, id definire non potuerunt. Refert etiam Rabbinorum testimonia, quæ citato loco videnda & perlustranda sunt. Videatur quoque *Hotting. in Cippis Hebraic. edit. Heidelberg.* 1659. *pag. m.* 4.

VII. Inter has varias opiniones unam eligere periculosum esse putamus, sed ut dicamus, quid sentiamus, optimam illam arbitramur illorum dicentium מכפלה nomen proprium loci esse, in quo sunt ager & spelunca. Adstruitur ista observatio his argumentis. Dicitur (1) Spelunca Machpelæ, *Gen.* XXIII. 9. (2) ager esse in *Machpelah*, v. 17. (3) ager hammachpelah, *Gen.* XLIX. 30. (4) Spelunca agri hammachpelah, *Gen.* L. 13. Audiamus *Henric. Ainsworth. in Comment. ad h. l. fol. m.* 88. *edit. Londin. in appeareth to be the name of the place:* cui calculum adjicit album cl. *Joh. Henric. Heidegger. in hist. Patriarch. pag. m.* 132. *Exercit.* 3. *de Abraham. part.* 2. his *rationibus*: Etenim, inquit, uti spelunca, ita quoque ager nuncupatur שרה המכפלה *ager Machpelah.* v. 19. Quod si igitur ob quamcunque harum causarum spelunca dicitur מכפלה, quo quæso sensu ipsum agrum dicemus מכפלה Machpelah? Tum & *vers.* 17. spelunca dicitur fuisse במכפלה לפני ממרא *in Macpela coram Mamre*, hoc est in tali loco, qui erat e regione Mamre, uti hoc bene illustravit Anglus eruditus *Thomas Fullerus in suo Pisgah-sight in Mappa Geographic. Judæ Tribui* tributa. Unde apparet מכפלה nomen loci fuisse. Igitur tum ager tum Spelunca *Macpela* appellatur, quia utraque in eo tractu fuit, qui Macpela dicitur. Hæc & alia

alia citatus *Heidegger.* in probationem ſententiæ hujus profert.

VIII. *Stephanus le Moyne in Var. Sacr. not. edit. Lugd. Batav.* 1685. *p. m.* 518. putat, ideo forſan *Abrahami* ſpeluncam מכפלה duplicatam vocari, non quod duas portas & duos exitus haberet, vel quod una in altera contineretur, primaque major inferiorem minorem comprehenderet; ſed quod duo in illa fuerint foramina corporibus condendis parata & deſtinata, quæ ſententia non caret probabilitate. Nam ſi ſpelunca iſta plura habuiſſet foramina, cur Jacob ipſe confitetur *Geneſ.* 50 5. quod in ea ſpelunca ſibi foderit ſepulchrum? Non ignoramus alios aliter verbum כרתי exponere, & dicere ſignificare, *emi;* ita *Grotius*; ſed probabilius ex ipſis verbis *Jacobi* patet, quod ipſe foderit. Extat enim אשר כריתי לי quod fodi mihi: & recte *Lutherus*, das ich mier gegraben; aber nicht gekauffet habe. Cui adſtipulatur Angl. Interpr. *Which i have digged for me*. Etenim non *Jacobus* ſed *Abrahamus* ſepulchrum ab *Ephron Hitthæo* ſibi comparaverat; falſum itaque dixiſſet ſanctus *Jacobus*, ſi pecunia ſua emtam ſpeluncam affirmaſſet; ſed dicebat, quod *fodiſſet* forſan tum temporis, cum ibi *Leam* uxorem ſepeliret. Quis hinc non videt clar. *Stephan. le Moyne* ſententiam etiam locum habere poſſe?

IX. Sequitur nunc *Sepulchrum Eliſæi* 2. *Reg.* XIII. 21. Circa hoc animadvertimus duo, *alterum* quod ita clauſum fuerit, ut multa vi longaque mora opus habuerit ejus reſeratio, & tamen in fuga conſtituti leguntur, qui funus ſuum in hoc projecerunt. *Alterum* quod nihil occurrat uſpiam in toto textu de cadaveris deſcenſu, quem hic quidam e verbo ילך extorquent. Verbum enim hoc ſignificat ſimpliciter ſucceſſum motus quoquo verſus tendentis. Quod habuerit Sepulchrum magnificum beneque clauſum confirmat *Joſephus lib.* IX. *antiquit.* ita diſſerens: *Sepulchro etiam honoratus magnifico, quale decuit hominem Deo acceptiſſimum*. Qui igitur fieri potuit ut homines properantes illud cito reſerare potuerint? ſi eo modo fuit excavatum, ut in כוך foramine lateris hujus conditum corpus Eliſæi. Impoſſibile etenim fuiſſet, ut oſſa ſeu corpus Eliſæi tangi potuiſſent in כוך *Koc* uno deliteſcentis, & tamen Scriptura hoc affirmat hoc modo afferens: *Et factum eſt cum quidam ſepelirent hominem, & viderent turmam, projecerunt hominem in ſepulchrum Eliſæ, & ille homo devolutus tetigit oſſa Eliſæi:* & hoc alio modo fieri non potuit, quam ſublato tegmine, quo foſſa ſepulcralis *Eliſæ* fuiſſet tecta, quod contra morem Judæorum, qui nulla ejuſmodi ſepulchra habebant, ut mox tegi, mox opercula removeri potuerint. Audiamus tamen ea, quæ *Sebaſtianus Munſter.* in h. l. annotavit *fol. m.* 351. Cum enim illi proprium facere vellent Sepulchrum, ſupervenerunt hoſtes, ut non licuerit tantum inſumere temporis, donec ſepulchrum foderent, & idcirco aperientes tumbam Eliſæ, projecerunt cadaver illud in ſpeluncam illam, in qua corpus Prophetæ quieſcebat, & devolutum cadaver in profundum, vel ut Hebr. habet, vadens & contingens homo ille oſſa viri Dei revixit, & ſtans ſuper pedes ſuos egreſſus eſt foras atque illico vita defunctus eſt. In his *cl. Munſteri* verbis ſatis & clare indicatur, quod foſſa illa non facile aperiri potuerit, quod pugnat cum *Joſephi* verbis & conſuetudine Judæorum quam tenaciſſime retinuerunt, quod corpora mortua ſint tumulanda. Et non videmus, quo modo hæc conciliari poſſint, ni ſtatuamus varia fuiſſe Sepulchrorum Hebræorum genera. *Joſeph.* l. ſupra citato afferit, quod a latronibus cadaver ſepeliri voluerit, quando ita ſcribit: *Contigit autem ut latrones quidam occiſi cadaveris a ſe in Eliſæi monumentum abderent, quod mox a Prophetæ corporis contactu revixit*. Quæ verba nobis anſam dant conjecturandi, quod cadaver *Eliſæi* in ſpelunca quadam conditum, ubi os illius quidem firmatum, ſed a latronibus vel aliis propter oris anguſtiam, vel aliud obſtaculum, reſeratum & corpus intruſum, ſeu huc illucve motum tandem oſſa *Eliſæi* tetigerit, & vitam recuperarit, quod innuere videtur verbum ילך, non quod ſuperne delapſum, ut plures ſtatuunt.

X. Hic porro curioſe quærunt Hebræi an corpus illud remanſerit vivum, an vero iterum mortem obierit? *R. Abarbanel ad* 2. *Reg.* 13. 21. *fol.* 285. 2. dubium movet circa miraculum, quod fecerunt oſſa *Eliſæ* poſt ejus obitum, vivificato mortuo apud ipſum ſepulto 2. *Reg.* 13. Prophetæ enim miracula patrabant, quia cum Deo conjuncti erant, tunc enim decernebant ſermonem & præſtabatur ipſis. Ceſſante autem poſt mortem eorum iſta conjunctione, quomodo abſque ea fieri poterat, ut oſſa arida ejuſmodi miraculum, quo mortui vivificantur, patrarent? Vides enim, quod *Elias* & *Eliſa* cum viverent, ad reſuſcitationem mortuorum opus habuerint multiplicare preces ſuas & facta ſignata patrare, dum ſe ſuper eos expandebant, ſicut eorum hiſtoria docet. Quomodo ergo his omnibus omiſſis oſſa Prophetæ ſe-

cerunt hoc ipſum miraculum? eo magis hoc mirum videtur, quod hoc miraculum deſtitueretur fine & uſu. Quid enim impediebat, quo minus jacerent oſſa Prophetæ cum oſſibus viri alterius? Etſi diverſa eorum eſſet ratio reſpectu Sanctitatis eorum & prophetiæ, hoc totum erat reſpectu animæ eorum, ſed reſpectu corporis pariter in pulvere jacebant & vermis obtegebat eos, quæ neceſſitas ergo erat hujus miraculi? Reſpondent Sapientes nonnulli in *Pirke Elieſer* dixerunt, hunc virum fuiſſe *Scallum Tikne*, *Huldæ Prophetiſſæ* maritum, eum fuiſſe ex magnatibus iſtius ætatis & quotidie eleemoſynas erogaſſe, & reviviſcentem in pedes erectum ſtetiſſe, domumque abiiſſe, & poſthac generaſſe Chananeelem filium Schallum commemoratum *Jerem.* XXXII. 7. *ſeq.* Alii hominem impium fuiſſe volunt & non alio fine revixiſſe, niſi ut ſtaret erectus in pedes ſuos, ne ſepeliretur cum Eliſa: Hinc arguunt non abiiſſe domum, quod non alius miraculi ſcopus fuerit, niſi ut non attingeret oſſa Eliſæ & non ſepeliretur prope eum. Hanc ſententiam ſolidiorem affirmat celeb. *Meyer. in not. ad Seder Olam pag. m.* 948.

XI. Ad Sepulchrum *Lazari* progredimur, circa quod multa notatu digna eminent. De hoc legitur *Joh.* XI. 38. *ſeq.* quod fuerit *ſpelunca lapide occluſa*: Græc. σπήλαιον καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ. *Erat ſpelunca, & lapis erat ei impoſitus*, vertit Interp. Vulg. non recte. Non enim erat, qualia noſtra ſepulchra, quibus, ſic excavatis ut ſurſus pateat, cippus ſuperimponitur. Sepulchra enim Judæorum ſcribit *Ludov. de Dieu Comment. in h. l.* ſpeluncæ erant ante ſe foſſam habentes, in quam primum deſcendebant, deinde per oſtium in antrum ſpeluncæ intrabant. Ideo *Eraſmus* & *Beza*, *Et lapis ei erat impoſitus*. Id laudarem, ſi oſtii facta fuiſſet mentio. Sed quia tantum facta eſt ſpeluncæ, non videtur ſatis apte dici, lapidem impoſitum fuiſſe ipſi ſpeluncæ. Malim ergo *& lapis* appoſitus erat ad eam, quod optime Syrus dixit: *Et lapis poſitus erat ad oſtium ejus*. Hæc de Dieu. Verum hic quæritur, an in ſpelunca hac fuerint כוכים foramina in latere cavata, in quarum una cadaver Lazari repoſitum fuerit? ad quod reſpondemus negando. Nam quomodo Lazarus in tali foramine conditus capite obvelato, manibus pedibuſque revinctis, potuiſſet videri & in iſto cavo a faſciis ſuis & tota ſua pollinctura liberari? Hinc conſtat, Lazari ſepulchrum ſpeluncam, non ſuperius patentem, ſed in latere os habentem fuiſſe, cui admotus fuerit lapis, quo revoluto facile a quovis conſpici potuerit, quod verbum ἐπικεῖσθαι indicat, uti ex *Luc.* V. 1. obſervari poteſt. Non aſſentimur *Thomæ Fullero*, qui in *Piſgah-ſight of Paleſtin.* ſepulchrum Lazari pingit terræ ſuperinſtructum in monte Oliveti hoc modo:



cum potius pingendum fuiſſet alias contra Scripturam eſſet, confirmantem lapidem ad os cavernæ fuiſſe appoſitum.

XII. Denique *Sepulchrum Chriſti* quoque perluſtrabimus, de quo legitur, *Mat.* XXVII. 60. *Marc.* XV. 46. *Luc.* XXIII. 53. quod fuerit *in excavata petra*. Hic variæ ſunt Interpretum opiniones. Quidam volunt ex lapidibus politis ſepulchrum hoc fuiſſe ædificatum, uti clar. *Salmaſius* vult, cujus verba, licet prolixa, huc adſcribemus. Monumenta, inquit, intra quæ recipiebantur corpora defunctorum arcis ſuis & lectulis, ſine ſoliis condita fornicata erant & ex ſtructura facta. Nec putandum eſt alius generis aut formæ fuiſſe cryptas Judæorum. Quale fuit *Lazari ſepulchrum*, tale & Domini noſtri fuiſſe, in crypta nempe ac ſpecu defoſſo certum eſt. Cryptam vocat *Sidonius*: *in ſiniſtra autem parte eſt monticulus Golgatha, ubi Dominus crucifixus eſt. Inde quaſi ad lapidis miſſum eſt crypta, ubi corpus ejus poſitum fuit, & tertia die reſurrexit*. Non alio genere ſtructa hæc videtur crypta, nec alia forma quam illa Lazari. Subterranea quippe & ſaxo conſtructa & fornice tecta & foramine, quod lapide claudebatur, aperta. Quales omnes *Cryptæ* ædificabantur mortuis recondendis. Huc uſque *Salmaſius* vir celeberrimus, cujus veſtigia non in omnibus ſequimur. Quis enim fidem dederit huic quod omnes ſpeluncæ fornicatæ & ex ſtructura factæ. Spelunca ſane illa in qua Abrahamus conditus non arte nec ſtructura, ſed natura facta, ſic & de aliis ſpeluncis natura factis legimus in Scriptura; Ita non credimus *Lazari* ſepulchrum fornicatum lapidibus fuiſſe; cum hujus ſtructuræ nulla fiat mentio, ſed ſpeluncam in monte Oliveti fuiſſe aſſerimus. Putat celebris vir ſtabilire ſuam ſententiam, quod Sidonius *Cryptam* vocet, ubi notandum, quod Cryptæ vox a Græca κρύπτη, ἀπὸ τοῦ κρύπτειν *occultare*, deſcendat, & recte in ſenſu dextro *Fornicem hypogæum* Latine *ſubterraneum* notet, conclave ſubterraneum,

mea-

meatum subterraneum, Germ. ein gewölb: ein heimlicher gang unter der erden. Observandum autem vocem Cryptam accipi. (1) qualecunqne antrum subterraneum ein bach oder gang unter der erden significat. (2) *Antra* vel *specus* montium seu natura seu arte excavatorum, quales *Cryptæ* olim erant miserorum in persecutione receptacula, v. g. Spelunca *Cananæa*, in quam Reges *Cananæi* a *Josua* victi se receperant, sed postea inde extracti, & a populo Israelis occisi sunt, *Jos.* x. Antrum *Davidicum ADULLAM* dictum, 1. *Sam.* XXII. *Helianum*, 1. *Reg.* XIX. (3) Cryptæ sunt Sepulchra, seu mortuorum dormitoria.

XIII. An nunc Sepulchrum Christi *Crypta* vocari possit, uti vult *Salmasius*, merito dubitatur. Apud Scriptores Ecclesiasticos quidem nullum frequentius occurrit nomen, præsertim *Euseb. lib.* 3. de *vit. Constant.* & *Sozom. l.* 2. *hist. Eccl.* quam ἄντρον, σπήλαιον antrum sacrum, Spelunca sacra nimirum a forma, qua erant Sepulchra illa Judæorum veterum ab ipsismet מערות dicta. Nam uti viri clarissimi suspicantur non pauci, Sepulchrum Christi in aliquam altitudinem supra terram elevatum fuit. Neque aliter sentire possunt, qui hodie ex ἐκτύπῳ multum mutato ἀρχέτυπον judicare præsumunt. Alii tamen in negativam abeunt sententiam, præsertim *Gerhardus* & *Isaac Causaubon.* Uterque in partes suas vocat *Cyrill. in Catech.* XIII. qui inter Christi & Regum sepulturas hoc ponit discriminis, quod Sepulchrum Domini non esset exaggeratum super terram, ut solent esse Regum monumenta. Verius tamen statuunt illi & judicant, rupem, in qua monumentum illud fuit excisum, aut nihil aut parum admodum supra soli superficiem eminuisse. Qui autem subterraneum plane fuisse censent, ita ut per gradus aliquot, tanquam in cellam descendendum, iis non accedimus; siquidem recto id intrare licebat pede, uti eleganter & docte ostendit *Geier. de luctu Heb. cap.* VI. §. 13. Hujus situm nobis Anglus *Thomas Fuller. in Pisgah-sight of Palest. in Mapp. Geogr. Terræ Moriæ*, una cum horto ad radicem montis Calvariæ dipinxit.

XIV. Verum nos iterum ad *Salmasium* revertimus, cujus verba sequentia ita sonant: Volunt tamen ex rupe excisam esse illam Dominicam *Cryptam*, inducti verbis *Marci*, ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας *quod* erat excisum ex petra. Alii *rupe* interpretantur. Quasi & rupes in illo horto fuerit, ubi monumentum erat, in quo positum est corpus Domini. Sed fallit eos ratio. Veteri quidem Græciæ πέτρα idem quod rupem significat. At mediæ Græciæ idiotismus πέτραν pro quolibet lapide usurpavit, etiam cœmiterio, & οἰκοδομῇ. Præterea dicendum fuisset λελατομημένον ἐκ τῆς πέτρας, si ex rupe excisum, quæ ibi erat, intellexisset. Norunt Græce periti, quid valeat illud absque articulo ἐκ πέτρας, idem quippe est, ac si dixisset, ἐκ λίθου. Nam πέτρα est λίθος. *Paulus Silentiarius* Ambonem *Sanctæ Sophiæ* ἕδρος πετραῖον dixit, quod ex lapide constructus esset. Idem passim πέτρας appellat marmora cæsa & polita, quibus structum illud ædificium. Apud *Matthæum* πέτρα ponitur pro lapide fundamentali. Denique fefellit eos significatio vulgaris verbi λατομεῖν, quod lapides ex lapidibus cædere significat: unde λατομίαι lapidicinæ. Atqui λατόμους etiam appellarunt, qui lapides quadrabant & polibant ad ædificandum. *Hesychius* λάτομος, λιθόξος. Igitur μνημεῖον λελατομημένον ἐκ πέτρας est monumentum ex lapide cæso ac polito constructum. Male igitur *Beza* vertit: *In monumento quod erat in saxo incisum*. Nec melius *Vulgatus*. Nullo modo hoc significare potest, vocabulum λαξευτὸν *Matthæus* hoc loco idem dixit, quod *Marcus* λατομητὸν ἐκ πέτρας. Locutio autem tralaticia, & qua Scriptores sacri sæpe utuntur ἐν πέτρᾳ λατομεῖν, pro ἐκ πέτρας vel πέτρᾳ *lapide struere*. Sic apud *Lucam*. Nihil tritius est hac locutione. Ceterum quidem vulgus & plebs infima, quæ per facultates monumenta sibi ædificare non poterat, in depressis fossis mortuos suos condebant, & terra obruebant. Nec hoc in Judæa tantum, sed apud Græcos Romanosque pariter obtinuit. Quibus vero facultates suppetebant, hi monumenta habuere structa sibi suisque. Monumentum igitur *Josephi*, in quo corpus *Christi* jacuit, *spelunca* quidem fuit sive *Crypta*, & ex *terra cavata*, *sed lapide structa & concamerata*, ut solent hodie fieri omnes Nobilium tumuli. Huc usque iterum *Salmasius*.

XV. Ut ut hæc a clar. *Salmasio* dicta sint, qui omnia fere carpit, quæ cum assertationibus suis non conveniunt, non tamen ipsi hac in re adstipulamur; quod spelunca lapide structa & camerata fuerit vel ex coctis lateribus, qualibus apud nos concamerari dormitoria functorum solent, nec ex cespitibus nudis, veluti olim *Germanis* solenne erat: vid. *Tacit. de morib. Germ.* it. *Virgil. lib.* 3. *Æneid.* v. 303. non fuerunt marmora & cæmentitiis operis accommoda materies alia, ex quibus passim Mausolea exsurrexerunt; sed Petra præbuit una, continua, grandis,

dis, loco commodo nata, *ἐν τῇ πέτρᾳ* enim ἐλατόμησε monumentum ſuum, *Matth.* XXVII. 60. Hinc a Syro appellatur ܩܒܪܐ ܕܢܩܝܪܐ monumentum effoſſum a ܢܩܪ *effodit excidit*, nimirum ex petra exciſum. Ex quibus ultro patet, Sepulchrum illud non ex multis lapidibus apte in ſe coagmentatis exſtructum, ſed ex ſola rupe exciſum fuiſſe. Nam ſolum circa *Jeruſalem* ad ſexageſimum uſque lapidem ὑπόπετρον petroſum, ſaxoſum, h. e. ſubtus lapidoſum erat, uti ex *Strabone* notavit *Caſaubonus Exercit. in Annal. Baron.* 2. *num.* 5. *pag.* 145. Hinc ſciſſis ſub obitum Servatoris petris aperiuntur monumenta, *Matth.* XXVII. 51. 52. Quod etiam Sepulchrum hoc plurium corporum capax fuerit, cognoſcitur ex *cap.* XX. *Joh. verſ.* 12. *Luc.* XXIV. 4. de quibus fuſe agemus cum de Sepulcro Chriſti verba facturi ſumus.

CAPUT XI.


De Forma Sepulchrorum Nobilium ex Miſchna.

I. Sepulchra nobiliora exciſa erant in petra, in propriis prædiis, non modico ſumtu & artificio. Deſcriptam eorum formam legimus in *Miſchn. Bava Batra* 6. 8. quæ his verbis tradit narrationem; quam retulit doct. *Frideric. Muller. Profeſſ. quondam Giſſenſ. in diſſert. de Sepulcris pag. m.* 24. ſequentibus verbis: *Vendens locum vicino, ut ei fiat ſepulcrum: item emens a vicino locum, ut ſibi paret ſepulcrum, faciat ſpeluncæ medium quaternis cubitis ſecundum ſenos: & medio aperiat octo* כוכים KOKIM; *trina hinc, trina inde & duo e regione illorum. Fiat vero* KOKIM *longitudo quaternum cubitum: altitudo ſeptenum palmum; latitudo, ſenum palmum. R. Simeon dicit: Faciat ſpeluncæ medium ſenis cubitis ſecundum octonos: & aperiat medio tredecim* KOK; *quaterna hinc & quaterna inde, tria e regione illorum, unum a dextris oſtii, unum a ſiniſtris. Atrium quoque faciat ſecundum (e regione oris ſeu ante) os ſpeluncæ ſenis ſecundum ſenos pro amplitudine lecti, & lecticariorum. Aperiat medio duas ſpeluncas, alteram hinc, alteram inde. R. Simon dicit: quatuor (ſpeluncas) quatuor plagis mundi. Rabban Simeon filius Gamaliel dicit: iſtud omne pro ratione nummorum.* Ita cit. *Dn. Mullerus* verba Miſchnæ interpretatus eſt.

II. Anglus celeb. *Johannes Lightfoot Centuria Chorograph. cap. C. pag. m.* 170. *edit. Lipſ. hor. Talmud.* ita recenſet: *Qui vendit proximo locum ſepulchreti, quique recipit a proximo locum ſepulchreti, conficiat interiora ſpeluncæ quatuor cubitis & ſex cubitis: atque aperiat intra eam* ח׳ כוכין *octo ſepulchra:* ubi ex Gloſſa adjicit hæc verba: Non ſoliti ſunt ſingulatim, aut ſparſim, hic illic, homines ejuſdem familiæ ſepelire; ſed omnes una in eadem ſpelunca: unde, ſi vendat quis proximo ſuo ſepulchretum, vendat ei ſpatium pro duabus ſpeluncis, aut cavitatibus utrinque, atque area in medio, כוך eſt ipſiſſimus locus, ubi reponitur mortuus. Pergit prælaudatus Lightfoot verba Miſchnæ recenſere: ג׳ כוכין מכאן *Tria ſepulchra ſunt hinc & tria illinc,* & *duo juxta ea. Et ſepulchra iſta ſunt longitudinis quatuor cubitorum, altitudinis ſeptem, latitudinis ſex.* Ubi iterum quædam Johannes Lightfoot inſerit, & tandem reliqua Miſchnæ verba recitat his verbis: *R. Simeon dicit, Concavum ſpeluncæ conficitur ſex cubitorum atque octo cubitorum: atque aperit intra eam tredecim ſepulchra, quatuor hinc, & quatuor illinc, & tria coram iis, unumque a dextera oſtii, atque alterum a ſiniſtra. Conficiturque area intra introitum in ſpeluncam quadraturæ, ſecundum dimenſiones feretri, ac ſubeuntium: atque aperit ab ea ſpeluncas duas, hinc unam, aliam inde. R. Simeon dicit, Quatuor ad quatuor ejus latera. Rabban Simeon Ben Gamaliel dicit: Totum conficiendum eſt ſecundum conditionem ſoli.*


III. Hic Miſchnæ textus duas in ſe continet partes, quarum prior formam ſepulchri ſimplicis oſtendit, cui ſufficit Spelunca una cum ſuo atrio. Poſterior vero pars proponit formam ſepulcri compoſiti; ubi inter duas aut quatuor ſpeluncas jacet unum, commune omnibus ſpeluncis atrium. Hæc pars incipit in Miſchnæ verbis, *Aperiat medio duas ſpeluncas* &c. Et videtur *Rabban Simeon Ben Gamaliel* inſinuare, quod quis ſpeluncas multiplicare poſſit, quantum quis nummos in crumena haberet, ita tamen ut atrium in has ſpeluncas jaceat hoc modo:

No-



Notandum autem quod voces לפי הסלע reddat cl. *Lightfoot secundum conditionem soli*, cl. *Muller* autem de nummorum seu facultatum ratione exponit, quia סלע significat & petram & monetæ genus: confer. *Buxtorff. Lexic. Talmud. fol.* 1489.

IV. Prior itaque pars proponit nobis Judaicum sepulcrum simplex, ubi primo atrium, (2.) os intra specum, & (3.) specus cum suis כוכין sistitur hoc modo:




Non ergo natura speluncas sepulchrales Judæorum efformavit veluti antrum *Trophonium*, *Corycium*, *Themisonium* a Poetis fingitur & celebratur, sed arte & sumtibus magnis. In Sepulcris Hebræorum enim, scribit celeb. *Stephan. le Moyne pag. m.* 516. *Var.* erat atrium, ostium, deinde area sepulchralis, & ad quælibet areæ latera erant כוכין foramina in pariete quatuor cubitis longa, quatuor palmis lata, & sex palmis alta, in quæ foramina loculi vel feretra mortuorum intrudi & condi solebant. Et hanc consuetudinem tempore Christi a *Josepho* observatam fuisse ex *R. Samuel Ben Meir Talmud par.* 4. *seu Seder Nezibim l.* 3. *Bava Batra cap.* 6. *Mos. Ægypt. in Jad. lib.* 12. *sive Mecira cap.* 2. aliisque Scriptis probat magnus ille *Casaubon. Exerc.* 16. *n.* 78. *pag.* 577. *seqq. ad Baron. Annal.*

V. Ut igitur hæc paulo uberius explicemus, videbimus quædam de *Atrio*, quod in *Mischna* jubetur fieri ante specum sepulchralem forma quadrata, atque tanto spatio, quantum sufficit *lecticæ* & *lecticariis*. Non uno in loco hujus dictionis fit mentio in Codice sacro, qua usa est *Mischna*, nempe חצר quando vel atrium

Pa- ali-

aliquod Templi a Salomone ædificati, vel aulæ aut porticus domus regiæ proponitur: vid. cl. *M. Johann. Balthaſar. Beyſchlag. diſſert. Philolog. de Atriis edit. Witteberg.* 1691. Eſt itaque *atrium*, ut *Feſtus deſcribit* de *verbor. ſignificat. genus ædificii ante ædem*. Ita etiam hoc loco *atrium* ante ſpecum ſepulchralem erat, patens ſenis cubitis in longitudinem, totidemque in latitudinem. Quod ad formam *atrii* attinet, quadratam innuere aſſerit cl. *Frider. Muller.* id quod ex particula על probat, cujus verba hæc ſunt: *Per totum igitur Miſchnæ noſtræ textum intellige formam quadratam imperari, ubicunque legis partic.* על *ſecundum inter numeros poſitam: v. g. quaternis cubitis* (על) *ſecundum ſenos. It. ſenis cubitis* (על) *ſecundum octonos. It. ſenis* (על) *ſecundum ſenos. Docent idem conſentientes mecum Rabbini: vid. Comment.* in *Bava Batra* 8. §. 8. Uſus *Atrii* fuit pro ſiſtendo ibi lecto, ex quo transferendum erat funus in ſpecum ſepulchralem. Confirmat hoc *Joh. Lightfoot in Centur. Chorographic. pag. m.* 171. *edit. Lipſ.* ita differens: Ingredientibus in Speluncam ſepulchralem & feretro ſubeuntibus erat primo atrium, ubi ſteterunt ipſi ac feretrum depoſuerunt.

VI. Proximum *atrio* erat Os ſpecus, quod hic oſtium appellamus. Habuit enim quivis ſpecus ſepulchralis apud Hebræos ſuum *Os* ſeu *Oſtium*, quo ingreſſuros recipit, & per quod ingreſſus patebat. De forma, menſura & loco oſtii nihil expreſſi habemus. Unius cubiti latitudinem ei a *Comment.* aſſignatam eſſe colligit prælaudatus *Muller.* ex figura pag. ſeq. Cognoſcimus hinc, quod aliquando in uno ſepulchro talia foramina fuerint decem, duodecim, tredecim, etiam ultra viginti ad mortuorum cadavera ordine recipienda; & quod os non ita magnum fuerit, quia Hebræi hoc lapide claudebant. Quamobrem nec alia forma, nec ampliore menſura concinandum oſtium fuit quam quæ apta foret bene claudi admoto lapide. Oſtium porro hoc in vertice erat, ut remoto lapide:




aliquis introſpicere potuerit, ſed in latere ſpecus breviore extitit, uti tradunt *Heb. Doctor.* Patet etiam hoc ex Scriptura Sacra, quod Sepulcrum Chriſti os ſeu oſtium habuerit: vid. *Matth.* XXVII. 60. conf. *Zeger. comment. in h. l.*


VII. Lapis quoque ille, quo *os* claudebatur, a volutatione nomen accepit & dictus fuit גולל *Golel.* Confirmat hoc *Matth. cap.* XXVII. v. 60. ϰὴ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ. Concordant *Arabs*, *Vulgatus*. Evangeliſtæ *Marcus cap.* XV. 46. Solus Syrus mutavit in plurales: *Et volverunt lapidem, objecerunt oſtio ſepulchri & obierunt.* Explicuit textum Græcum, cujus mens eſt, feciſſe hoc *Joſephum* per alios vel adjuvantibus aliis: erat enim lapis per magnus in eum finem aptatus ut clauderet oſtium, quod affirmat *Zegerus* ad hoc locum *Matthæi* aſſerens: cujus ſpeluncæ introitus grandi ſaxo intercludebatur. Verum qui cum *Baronio Tom.* 2. *Annal. Ecclef. anno* 34. *num.* 189. & *Janſen. Concord. Evangeliſt.* ſpeluncam duplicem peramplam ſtatuunt, cujus pars anterior veſtibulum, poſterior ſeu interior pa-

pariete quaſi interſtincta ſpecum ſepulcralem exhibeat, ſtatuunt, aut cum *Maldonatus in Matth.* XXVIII. 3. & *Barrad. Harm. Tom.* 4. *lib.* 8. *cap.* 2. & 3. neceſſe eſt, ut duos vel tres lapides diverſis veſtibuli, ſpecus, conditorii oſtiis occludendis confingant. At ſint, imo contradicere videntur teſtes occulati Apoſtoli, *Cyrillus* etiam *Hieroſolymit. Catech.* 14. non habet hoc, quod ex eo mutaſſe putat *Baron. l. d.* qui potius aſſerit, ſuo adhuc tempore ſepulchra Judaica ante aditum ipſum habuiſſe lapidem. Imo Evangeliſtæ unius tantum mentionem faciunt, qui ab Hebræis dictus fuerit גולל *Golel.* Vid. annot. *Hugon. Grot. ad Matth. cap.* XXVII. cl. *Car. Ortlob. diſſert. de Sepulc. Chriſti*. Inprimis autem hoc loco videatur celeb. D. *Quenſted. de Sepultura Veter. pag. m.* 248. 249. *edit. Witteb.* 1660. qui horum opiniones accurate examinavit: confer. *Godefrid. Thilo. in diſſert. de Sepulc. Chriſti* §. 13.

VIII. Ut autem ſciamus, quid fuerit גולל Golel, ſeu lapis ad oſtium ſepulcri advolutus, paucis videbimus. Eſt itaque גולל vel גוללא *Operimentum*, *operculum ſepulcri*, ſeu *lapis ſepulchralis*. Sic apud *Talmudicos:* עד שיסתמם הגולל *donec obturetur operculum ſepulchi*. R. *Moſes Maimon. in Comment. ad Oboloth cap.* 2. ſcribit גולל eſſe הוא הכסוי אשר יכסו בו המתים operimentum, operculum, quo tegunt mortuos, ſive ſit ex ligno, ſive ex lapide, aut alia materia. Et mox; כסוי הקבר operculum autem ſepulcri vocatur גולל quod juxta illud ſit lapis מתגלגלת advolutus ſuper os ſepulchri. *Obadias de Bartenor.* הגולל אבן גדולה ורחבה שסותמים בה פי הקבר מלמעלה : מלשון וגללו את האבן h. e. גולל Golel eſt lapis magnus & latus, quo obturant vel claudunt os ſepulcri ſuperne, (lapis Sepulchralis) Hinc illuſtrantur verba Evangeliſtar. *Matth.* XXVIII. 2. *Luc.* XXIV. 2. Non licebat lapidem hunc ad os ſepulcri advolutum removere, quare Canon apud *Talmudic. Vetitum eſt aperire ſepulchrum, poſteaquam lapide* גולל *ſepulchrum eſt clauſum*.

IX. Viſo lapide propius ad ſpecum accedimus & per Os ſeu oſtium ingredimur. *Miſchna* internum hujus ſpecus inſignivit nomine (תוך של מערה) medii, quod eſt ſpeluncæ, ſeu in ſpelunca; ſeu medium ſpeluncæ. De hujus medii apparatione, forma & menſura hæc habemus. Apparationem ſignificat Miſchna verbis generalibus עושה *faciat*, פותח *aperiat*. Quia opus eſt pro terra, *effoſſione*; pro petra, *exciſione*; alibi forte compoſitione ex fruſtis; ut interius pateat, idonea ſpecui, cavitas. Cavitatis hujus forma fieri quadrata debet ex Miſchna præſcripto. Quatuor enim fuerunt ſpecus latera, & fundi arca ſine dubio quadrata. De lacunari (uti quidam fingunt) nihil reperimus, arcuatum fuiſſe probabilius, quia eſt durabilius. Menſuræ in longum & latum variat, pro modulo anguſtioris aut auguſtioris ſepulcri. Definitur in ſepulchro anguſtiore longitudo ſenis, latitudo quaternis cubitis: in auguſtiore autem illa, octonis, hæc ſenis cubitis. Altitudo præfinitur per Rabbin. Additiones, quatuor cubitis; æqualiter, pro utroque modulo. Arrectus enim aliquis, ſtans in cujuſvis moduli ſpecu non attinget vertice lacunar; quia didicimus, viri juſtam ſtaturam eſſe intra tres cubitos. In Specu, de quo huc uſque diſponit ſua כוכין *Kokin* noſtra Miſchna; Octo, in anguſtiore; Tredecim in auguſtiore modulo ſepulchri:






X. In-

X. Inter singula *Kok* faciunt intervallum unius cubiti, quin adeo sancte voluit observari *Comment.* ad *Mischn.* hoc intervalli dimensum, ut ab ostio etiam distare quodque *Kok* velit intervallo unius cubiti, uti ex figura moduli augustioris sepulcri constat. Atque ob hanc causam distant in augustiore modulo *Kokin* I. & XII. IV. & XI. IX. & VIII. V. & XIII. In angustiore modulo *Kokin* C. & H. F. & G. a laterum angulis dimidio duntaxat cubito. Ob eandem causam nulla reperiuntur *Kok* in latere, quod pandit ostium specui angustioris sepulcri, ubi *Kokin* disponenda hinc inde dicit *Mischna*, id est e regione. Hoc accipit *Comment.* sub respectu ad latus, in quo est ostium, v. g. in angustiore modulo trina hinc & inde, hoc est in A. B. C. & in D. E. F. duo e regione, i. e. G. H. Similiter in augustiore modulo quaterna hinc & inde, i.e. in II. I. III. IV. & in V. VI. VII. VIII. tria e regione, i. e. XI. X. IX. duo a dextr. & sinistr. ostii, i. e. XII. XIII. conferatur huc quoque *Gejer. tract. de luctu Heb. cap.* VI. §. II. *pag. m.* 131. *seq.*

CAPUT XII.

De horum Kokin applicatione ad Scripturam.

I. Magna hic est controversia inter Doctores, inter se disquirentes; An forma hæc Sepulcrorum nobiliorum etiam Sepulcro Christi conveniat? Inter has litigantes partes quidam affirmant, quidam negant. Inter negantes referimus doctiss. *Mullerum* in dissert. de Sepulcris ita loquentem: *Cum Sacra Scriptura componere* Kokim *haud scio*. Quomodo enim funus 2. *Reg.* XIII. temere projectum contigisset ossa Elisæi in Kok abdita? Quomodo *Joh.* XI. 44. Lazarus, cujus manus & pedes vincti erant, e Kok prodire potuisset? Quomodo *Joh.* XX. 12. sedissent Angeli in capitis pedumque loco? Optimum ergo judicat relinquere Rabbinorum Kokim & contentus specu sepulcrali, ostio specus, atrio ante ostium & lapide ostium claudente. Denique post multa concludit: *Ast* in ipsa specus area probe complanata jacuisse funera, sibi mutuo contigua, sine loculo suis tantum linteis involuta, iisdemque circa pedes & manus constricta ex figura hac cognosci poterit:



Ut ita cadavera ordine inferrentur, & primum primo loco litera a notato, secundum litera b & consequenter locarentur. Consentientem hic habet virum eruditum *Stephan. le Moyne pag. m.* 517. Varior. ita scribentem: Non tamen existimandum est, omnia Judæorum sepulchra istis foraminibus fuisse distincta. Nam contrarium passim occurrit ex variis *Judæorum cippis* & monumentis, quæ alia forma & sine istis variis cavis & foraminibus & מכין sunt exstructa & ædificata. Imo temporibus Apostolorum & ante, non omnia Judæorum sepulcra ista forma solebant adornari. Quomodo enim si perpetua fuisset ista sepulcrorum forma funus istud de quo 2. *Reg.* XIII. corpus *Elisæi* in *Kok* uno delitescentis potuisset attingere? Quomodo *Lazarus* in tali foramine conditus capite obvelato, manibus pedibusque revinctis, potuisset videri & in isto cavo, a fasciis suis & tota sua pollinctura liberari? Certe Sepulchrum Christi alterius formæ fuisse omnino patet ex sindone & ex linteis sepulchralibus, quæ in foramine videri non potuissent, & ex Angelis quorum unus ad pedes alter ad caput Sepulchri stabat. Quod innuit satis Angelos non in Cavo quodam apparuisse, sed in sepulchro, in cujus area media jacuerat corpus Domini nostri, & cujus sepulchri caput & pedes Angeli poterant facile occupare & fœminis ad ostium sepulchri plangentibus & spectantibus se conspiciendos præbere. Unde facile quis colligere potest varias fuisse

se formas sepulchrorum, & in quibusdam nulla fuisse cava seu foramina ad usum cadaverum condendorum.

II. Contra sunt viri gravissimi, qui affirmant & Christi sepulcrum Kokin habuisse. Asserit *M. Car. Ortlob. diss. de sepulchro Christi* §. 10. *Josephum* eodem modo monumentum suum exstruxisse uti Hebræi solebant modis paulo ante citatis. Ita etiam doctis. *Isaac Casaubon exercit.* XVI. *ad Baron. Annal. pag. m.* 578. expresse scribit corpus Domini positum fuisse in unum ex octo vel tredecim foraminibus, quæ cavari solita in quoquo monumento. Imo multa Scripturæ loca esse, quæ hoc probent, confirmat doctis. Anglus *Joh. Lighifoot in Cent. Chorogr. cap.* C. *pag.m.* 171. edit. *Lips.* Nam *Marci cap.* XVI. 5. exstare inquit: *Introeuntes fœminæ in monumentum viderunt Juvenem sedentem a dextris.* Ubi notandum, quod mulieres quidem ingressæ fuerint in monumentum, ipsum autem conditorium, quod unum erat ex octo vel tredecim illis cavatis foraminibus in quo repositum erat sanctissimum Christi corpus, tantum introspicere poterant: vid. *Quensted. pag. m.* 249. *de Sepultura Veter.* Viderunt Angelum sedentem in ipsa area illico post introitum in speluncam. Quid dicemus de loco *Luc.* XXIV. 3. Ingressæ non invenerunt corpus. *vers.* 5. Dum inclinarent faciem in terram. *vers.* 12. *Petrus* occurrit ad monumentum & cum se inclinasset, vidit lintea i. e. fœminæ Petrusque post eas in area (בחצר) stantes, inclinant facies & deorsum spectant in locum, ubi erant ipsa sepulchra (למערת הכוכין) qui area profundior erat quatuor cubitis. *Johan. cap.* XX. 5. —— & cum incurvasset se (in area stans, ut in ipsum sepulchretum despiceret) vidit lintea posita, non tamen introivit, at Petrus introivit &c. i. e. ab area descendit in ipsam speluncam, ubi (כוכין) sepulchrorum ordines: (in quæ tamen adhuc non recondita fuerant aliqua cadavera præter corpus Christi) vide de his pluribus disserentem *Lightfoot pag.* 172. quæ opinio non rejicienda videtur.

CAPUT XIII.

De Locis Sepulchrorum Hebræorum, intra & extra civitatem concessis.

I. SAcram Scripturam si contemplemur, varia loca fuisse deprehendimus, circa quæ quædam observamus, quod omnibus Judæis placuerit, sepeliri in Palæstina, quod falsum dogma ita illorum mentes occupaverat, ut non erubescerent credere גילגול המתים & profiteri, Judæis sepultis extra Palæstinam esse prius per longos telluris ductus commeandum sub montem Olivarum, quam possint fieri participes resurrectionis; hujus beneficio emergent a montis hujus pede: vid. *Buxtorf. Synagog. Judaic. p.* 35. seq. & ejusdem *Lexic. Rabbino-Talmud. fol.* 439. & *Muller. Judaism. lib.* 1. 22. *p.* 939. Sibi enim solis resurrectionem promittunt: conf. *Helvit. T.* 4. *Disp. Gissens. disp.* 6. *th.* 19. Hinc Rabbini Patriarcharum desiderium accersunt, quod optarint in Palæstina sepeliri: Ita R. Abarbanel expresse docet quando ita scribit: יען היתה קבלה בידם שארץ ישראל היא ארץ החיים שבה תחיית מתים וכל בני ישראל המתים חוצה לארץ יהיו מתגלגלים לזמן התחיה עד היותם בה. ולך היה טרחם להיות נקברים שמה: *Quoniam traditione acceptum tenebant, quod terra Israelis esset terra viventium, in qua speranda sit resurrectio mortuorum, & quod omnes Israelitæ extra hanc terram mortui per terræ cavernas revolvendi sint in tempus resurrectionis, donec in eam perveniant; propterea eo laborarunt, ut sepelirentur ibi.* Communis hic est Judæorum de גלגול המתים *revolutione mortuorum*, quam & גלגול המחלות. *revolutionem cavernarum* vocant error, quasi omnes, qui extra terram Israelis sanctam, in immunda Ethnicorum regione moriuntur & sepeliuntur, per subterraneos meatus ad terram Israelis non sine angustia revolvantur, ut revolutionis hujus beneficio beate aliquando resurgant. Videatur de his *plur. Rever. Dassov. de Resurrect. Mortuor. cap.* 6. *p.* 187. *seqq.* qui erudite & fuse de his egit. Imo & hodie eundem errorem ita amplectuntur, ut quidam sint, qui ad præcavendam revolutionis istius molestiam ante mortem eo proficiscantur, quod ante aliquot annos R. *Judam Selket* Archi-Synagogum Viennens. fecisse refert *Hilarius Prachius Præf. ad R. Jedajæ Bakkascham*, a suo *Raschi* ita edocti, qui ad *Gen.* 47. 29. ita: שאין מתי חוצה לארץ חיין אלא בצער גלגול מחלות *Quia qui extra terram promissam moriuntur, non reviviscunt, nisi per dolorem revolutionis cavernarum.*

II. Unde in eadem Palæstina tot reperiuntur Sepulcra, quæ sacer Codex monstrat; quorum nonnulla in urbibus, reliqua extra urbes extiterunt. Non negamus Sepulcra Hebræorum quandoque intra urbes fuisse, & Hebræos cadavera in urbibus sepeliisse, uti alii populi ritum hunc observarunt. De *Græcis* consulatur *Plutarc. in Lycurgo & Lacon* item *Polybius lib.* VIII. *hist.* confer. *Tr. de luctu Græcor. pag.* 158. 159. Apud *Romanos*

manos primitus quemque in suis ædibus terræ mandatum fuisse præter *Isidorum lib.* XV. *de Orig. cap.* 11. *Alexandrum ab Alexandro lib.* VI. *Genial. Dier. cap.* 14. testis est *Servius* nominatissimus ille *Virgilii interpres in lib.* VI. *Æneid.* qui ad hæc verba ; *Ædibus hunc refer ante suis & conde sepulchro*, inquit, *Omnes homines in suis domibus sepeliebantur*, *unde ortum est*, *ut Lares colerentur in domibus*. Quod defunctorum cadavera intra urbem condita fuerint antiquissimo more testimonio *Virgilii* probatu facillimum est. Enimvero hic *Æneid. l.* XI. non obscure id indicat, quando ita canit :

Innumeras struxere pyras & corpora partim
Multa virum terræ infodiunt, *avectaque partim*
Finitimos tollunt in agros urbique remittunt.

Quo fine remittunt urbi ? nisi ut in urbe sepulturæ cadavera tradantur. Quod si extra urbem ea terræ commendare voluissent, quid remissione ad urbem opus fuisset ? apparet itaque itidem antiquitus sepulturam intra urbem usu receptam fuisse. Et *Servius* Poetæ mentem in eo feliciter assecutus est, ad hunc locum sic commentatus : *Urbi remittunt*. Deest unicuique, & meminit antiquæ consuetudinis, nam ante etiam homines in civitate sepeliebantur. Fallit ergo & fallitur *Alphonsus Tostatus* in expositione verborum *Genes.* 50. 13. Sepelierunt eum in Spelunca duplici, quam emerat Abraham &c. *Signate dici*, ait, *Speluncam illam emtam in jus Sepulchri fuisse in agro & extra civitatem*, *quia nunquam fuit mos sepeliri corpora mortuorum intra civitates*, *nisi apud Christianos*, *qui intra civitatem prope templa habent loca in usum sepeliendi mortuos sacrata*, *quæ adpellantur cœmiteria*. Cæterum quam a vero abeat hoc *Tostati* placitum ex antecedentibus patet. Quapropter *Benedictus Pererius Comment. in Genes.* illud placitum oppugnat hisce verbis : *Illud non recte a Tostato*, *quod putat ante Christianos nullo tempore nullaque in gente morem fuisse sepeliendi mortuos intra civitates vivorumque domicilia*.

III. Nostros quod spectat Hebræos, iis intra urbem olim sepulcra fuisse, manifestum est ex exemplis Regum in utroque populo. Inprimis perspicuus locus est 2. *Reg.* XXI. 18. 26. ubi *Sanctius* autumat, *in horto illo illustre aliquod mausoleum dignum regio cadavere constructum fuisse ab ipsomet Rege adhuc vivo*. De Sepulcris Regum Judæ vidimus *cap.* IX. quod illa fuerint in civitate *David* in monte Sion. Similiter patet ex Scriptura quod Sepulcra *Regum Israel* in *Samaria* fuerint. Quod *Hierosolymæ* in arce *Sion* sepulchretum Regum Judaicorum fuerit, elucet ex 1. *Reg.* II. 10. 2. *Reg.* XIV. 20. *Nehem.* III. 16. confer. *Hottinger. pag.* 35. & *p.* 43. *in Cipp. Quensted. de sepultur. vet. pag. m.* 195. §. 6. Præter Sepulcra domus Davidis in eadem urbe, inde a diebus Prophetarum priorum fuisse quoque Prophetissæ *Huldæ* sepulchrum refert ex *Maimonide* doctissim. *Lightfoot in Centur. Chorograph. cap.* 21. *pag. m.* 44. *edit. Lips. Non permittunt in ea sepulcrum*, *exceptis sepulchris domus Davidis & sepulchro Huldæ Prophetissæ*, *quæ illic fuerunt a diebus usque Prophetarum priorum*. Similiter sepulchrum *Jehojadæ* refertur inter sepulchra Regum 2. *Chron.* XXIV. 16. quod confirmat *Thomas Full. in Pisgah-sight of Palestin. lib.* 3. *cap.* 7. *fol.* 335. his verbis : *We finde Jehojada admitted amony the royall interments*. E Regum Israelitarum numero jacet sepultus in urbe *Samaria* Amri 1. *Reg.* XVI. 28. Achab *c.* XXII. 37. Jehu 2. *Reg.* X. 35. Joahas *c.* XIII. 9. Joas *c.* XIII. 13. 14. 16. in urbe *Thyrza* Baesa 1. *Reg.* XVI. 6. filius *Jerobeami* 1. *Reg.* XVI. 18. XVII. 13. confer. *Thom. Fuller. Pisgah-sight of Palestin. lib.* 2. *c.* 9. *f. m.* 187.

IV. Volunt etiam plures Sepulchrum SAMUELIS fuisse in *Ramah*, inter quos est sæpe citatus *Mullerus*, qui *pag.* 33. *disp. de sepulchris* ita literis tradit : Eadem enim urbs Ramatha præbuit Samuelis infantiæ cunas 1. *Sam.* I. 19. seqq. ætati adultæ domum *cap.* VII. 17. funeri sepulchrum *cap.* XXV. 1. confer. *Hotting. Cipp. Hebr. p.* 50. *Samuelis* ossa e *Palæstina Byzantium* transtulisse & in templo regiis sumtibus excitato, collocasse *Arcadius* Imperator legitur apud *Baron. A. C.* 406. §. 5. sed fides sit penes Autorem. De hoc tamen dubitamus an *Samuel* in urbe Ramah habitaverit, cum probabile videatur prope urbem *Najothi* domicilium habuisse. *Najoth* scribit *Thomas Fullerus in Pisgah-sight of Palestin. lib.* 2. *cap.* 9. *fol.* 185. *nere Ramah was the name of his house*, *where David some time conversed with Samuel*. Patet hoc ex Scriptura Sacra 1. *Sam.* XIX. 18. Et abiit ipse (scil. David) & *Samuel* & habitarunt in *Najoth*. Hic sane clare indicatur, quod *David* cum *Samuele* ex Rama abierit *Najothum*, locum in agro *Ramah* situm, uti Hebræi volunt, vel vicinum *Ramah*, uti *Junius* & *Tremell.* in *annot. bene* explicant. Vocabatur ניות a נוה habitando, & denotat κατ' ἐξοχὴν ha-

habitaculum bonarum artium. *Alting. hist. Acad. Hebr. pag.* 24. quod eruditio & pietas hanc ſibi ſedem delegiſſent: vid. *Georg. Urſin. lib. de antiquit. Acad. Hebr. edit. Haſn.* 1702. *pag. m.* 30. Hinc merito miramur viros alias doctos, quod ſtatuant *Samuelem* in ipſa urbe *Ramah* ſepultum, cum extra urbem in agro *Ramah Najothi* habitaverit. Bene igitur *Thomas Fuller. in Mappa ad Trib. Ephraim* Sepulchrum *Samuelis* extra *Ramah* & prope *Najoth* poſuit hoc modo:



Ita *Abneri* ſepulchrum in media urbe *Hebron* fuiſſe ſtatuit cit. *Mullerus* ex *Hottingeri lib. de cippis: confer.* 2. *Sam.* III. 32. IV. 12. cum probabile aſſerat *Fullerus* extra urbem fuiſſe, uti in mappa ſitum ejus oſtendit, quam Tribui Judæ tribuit. Interim tamen non negamus Sepulchra Hebræorum olim & extra & intra urbes fuiſſe. Ita etiam apud Romanos viri quidam clari ex ſpeciali Populi Romani ſtudio, eo quod de Republ. optime meriti eſſent, intra Urbem tumulati ſunt, quod maximum decus fuit. Hoc accidiſſe *Publicolæ* & *Tuberto Cicero l.* 2. *de legib. tradit.* Referunt hoc etiam *Dionyſ.* 5. & *Plutarch. problem.* 79. Quod & privilegium fuiſſe Imperatoris, qui Rempubl. armis auxiſſet, docet Servius *l.* 11. *Æneid.* Ita Virginibus Veſtialibus permiſſum ut intra urbem ſepulturæ traderentur ex Servio tradit *Marcell. Donat. in Elucidat. ad Sueton. pag. m.* 549.

V. Plura tamen & frequentiora Judæorum Sepulchra extra urbes in locis a viventium domiciliis remotis, fuiſſe, oſtendit evidenter Scriptura variis exemplis, tum ob nitorem & ſanitatem, tum ne contaminarentur. Ut igitur exemplis Scripturæ probemus Hebræorum ſepulcra extra urbes fuiſſe, locus ille *Matth.* VIII. 28. ubi in regione Gergeſenorum occurrebant Servatori duo Dæmoniaci e monumentis prodeuntes, in quibus domicilium habebant. Ad quæ verba annotat *Menochius*: Judæi, inquit, non in urbibus, ſed extra urbes ſepulchra conſtituebant. Viduæ Nainiticæ filius efferebatur extra civitatem, *Luc.* VII. 12. Lazari ſepulchrum fuit extra Bethaniam, *Joh.* XI. *Joſephus Arimathæus* monumentum ſibi extra muros *Jeruſalem* excidi curavit, *Matth.* XXVII. 6. *Marc.* XV. 46. *Luc.* XXIII. 53. *Joh.* XIX. 41. Et certum eſt, quamlibet civitatem habuiſſe peculiarem locum ad condenda cadavera extra civitatem: non enim ſepeliebant mortuos ſuos in termino urbium ſuarum, monente ex *libro Præceptorum Quenſted. p.* 193. *de ſepult. vet.* De Hieroſolymis quoque *Maimonid.* a *Lightfoot* cit. in *Centur. Chorograph. cap.* 21. *pag. m.* 44. Non pernoctare in ea permittunt mortuum, non portant per eam oſſa mortui, non permittunt in ea ſepulchrum. Et ita patet, Sepulchra Hebræorum plerumque extra urbes fuiſſe. Vid. *Janſen. Concord. Evangel. c.* 31. *Druſ. lib.* 1. *Præter. ad Matth.* XXVII.

VI. Horum veſtigia preſſerunt & alii populi, qui cadavera extra urbes ſepeliri juſſerunt, ob varias rationes, quarum & hæc non minima, ne urbs tetro cadaverum odore inficeretur, de qua re erudite Dn. *Johan. Faes in animadverſionibus ad Gyrald. c.* 1. *pag.* 117. egit, qui evolvatur. Sic Romæ legibus XII. *Tabul.* cautum fuit, ne intra urbem mortuus ſepeliretur. Confirmat hoc *Cicero lib.* 2. *cap.* 23. *pag.* 231. *de legib. Andr. Tiraquell. ad Alexandr. ab Alexandro lib.* 3. *cap.* 3. *fol. m.* 205. *Genial. dier.* conferantur *Geier. de luctu Heb. cap.* 6. *Quenſt. de Sepul. Viter. Tr. noſtr. de luctu Græc.* & plures alii. Prohibet etiam hoc Synodus magna

ſub *Cuthberto*, uti videre eſt in *Conſtitutionibus & Legibus Eccleſiæ Britan. Henrici Spelmanni fol. m.* 290. Certum eſt, inquit, *ante hoc Cuthberti tempus nullum fuiſſe in urbibus Cœmiterium, nullam ſepulturæ locum*. Prohibitum quippe cum in *legib.* XII. *Tab. cap.* 2. tum ex more gentium. Et quidem (1) ex perpetua conſuetudine populi Dei, qui mortuos ſuos ſepeliit non in urbibus & templis, ſed in campis, ſicuti videre eſt in historia Patriarcharum, qui omnes in campis ſepeliri voluerunt, uti etiam conſtat ex exemplis paulo ante allatis: vid. *Mart. in Loc. comm. claſſ.* 3: *in loco de ſepult.* (2) ratio deducitur ex charitate proximi, cui plane adverſatur iſte mos ſepeliendi mortuorum in urbibus & templis, tum nempe valetudini & vitæ vivorum nocetur per halitus, qui ex cadaveribus mortuorum in urbibus & templis tanto copioſiores exhalant, quanto locus eſt concluſior, & ob hominum frequentiam tepidior, quos quidem halitus, præſertim ex eorum cadaveribus, quæ peſte extincta ſunt, evaporantes, venenatos & contagioſos eſſe Medici teſtantur, inter quos *Lemnius in lib.* 2. *de Mir. nat. cap.* 3. ut non dicamus de arena, ſive ſabulo & terra, in qua cadavera mortuorum plura computruerunt, & quæ in templis ſolent pluribus annis retineri, quam nempe ea tota imbuta ſit materia non tantum fœtida, ſed etiam venenata quaſi, quam materiam exhalare ad vivos neceſſe eſt, quando monumentis apertis ſabulum iſtud movetur & effoditur. (3) eſt a cauſa efficiente & origine iſtius conſuetudinis ſepeliendorum mortuorum in templis, quam originem peſſimam eſſe, vel id teſtimonio eſt, quod nempe Monachi, & præſertim Franciſcani mendicantes, ex iſtis ſepulturis, quæ in templis fiunt, non niſi quæſtum quæſiverint. Vid. plur. *Bartholom. Keckerman. pag. m.* 1278. *Oper. Philoſ.*

VII. Accedit aliud argumentum deſumtum ex teſtimonio Juris civilis, de quo jure placet annotare verba Franciſci Ripæ ex tractat. de peſte *cap.* 4. ubi inquit: Ad removendum fœtorem ex cadaveribus provenientem a majoribus noſtris inventa ſunt ſepulcra non defunctorum cauſa, ſed viventium gratia inſtituta, nam quia ſepulcra ut plurimum fœtent, ſtatuit *D. Hadrianus* pœnam 40. aureorum in eos, qui in civitate ſepulcrum faciunt, locumque publicari juſſit & corpus inde transferri *l.* 3. §. *D. Hadrian. ff. de ſepulch. violat.* Id ipſum prohibuerunt Cæſares *Diocletian.* & *Maxim. l. mortuorum l.* 12. *de relig. & ſumpt. fun.* & Julius Paulus *lib.* 1. *recept. ſentent.* ſcribit: *Corpus in civitatem inferri non licet, ne funeſtentur ſacra civitatis. Antoninus* quoque *Pius* intra urbem ſepeliri mortuos vetuit, teſte *Julio Capitolino in vita ejuſdem*. Refert *Dion. Caſſ. lib.* 48. ab *V. C. cap.* 76. Romæ cautum edicto, ne mortui intra duo millia paſſuum ab urbe cremarentur. His, quæ diximus, calculum addunt *Canones ſub Edgaro Rege dati circa Ann. Chriſti* 967. *f.m.* 451. Conciliorum, quæ *Henric. Spelman. Eques aurat. Angl. edidit*. Verba hæc ſunt: *Docemus etiam, ut nemo quempiam in Eccleſia ſepeliat, quem non conſtat ex vitæ probitate Deo placuiſſe & ex eo judicetur hujuſmodi ſepultura dignus*. Confirmant etiam hoc *Capitula incertæ Edition. ejuſdem Autoris fol. m.* 590. his verbis: *Antiquus in his regionibus in Eccleſiis ſepeliendorum mortuorum uſus fuit, ut plerumque loca divino cultui mancipata, & ad Deo offerendas hoſtias præparata, cœmeteria ſive Polyandria facta ſunt idem tumulis mortuorum. Unde volumus, ut ab hac re deinceps abſtineatur, & nemo in Eccleſia ſepeliatur, niſi forte talis ſit perſona Sacerdotis, aut cujuslibet juſti hominis, qui per vitæ meritum talem vivendo ſuo corpori defuncto locum acquiſivit*.

VIII. Non ſolum Romanis & aliis jam dictis populis mos fuit, mortuos extra urbem ſepeliendi ſuos; ſed etiam Græcis fuiſſe *Æſchines* docet, dum quendam *Timachum* univerſum patrimonium profudiſſe oſtendens, ait, matrem ejus oraſſe filium, ne fundum certum alienaret, ut ſi nihil inde aliud commodi caperet, ſaltem mortua haberet, ubi ſepeliri poſſet, nec ipſum quoque prædio peperciſſe *Ariſtophanes* in ἐκκλησιαζέσαις ſive concionantibus idem docet. Et *Dares Phrygius in lib. de excidio Trojæ* ſcribit Priamum, ſuorum more Hectorem ante portas ſepeliviſſe. D. *Chryſoſtom. in Pſal.* v. *tom.* 1. ait: *Si extra urbem corpora mortua ſepelimus, multo magis, qui verba mortua, & qui talia proferunt, & ne tegere aut obumbrare volunt, longe amandare oportet*. Plato *lib.* XII. de legib. oſtendit quoque olim extra urbes ſepultos fuiſſe homines. Apud Sicyonios lege cautum erat, ut nemini licuerit mortuum intra mœnia humare: vid. *Plutarch. in vit. Arati circa fin.* Plura quidem teſtimonia in medium proferre poſſemus, ſi occaſio poſtularet, ſed hæc de his ſufficiant.

CA-

CAPUT XIV.

De sepultura in Domibus & Hortis vel Sylvis.

I. IN ædibus propriis & hortis Sepulturam locum invenisse patet ex Scriptorum testimoniis, & quidem primum apud Græcos morem hunc usitatum fuisse, uti *Plato* testatur, qui de eo in *Minoe* sic scribit: Oἱ δὲ αὖ ἐκείνων πρότεροι αὐτοῦ καὶ ἔθαπτον ἐν τῇ οἰκίᾳ τοὺς ἀποθανόντας, ἡμεῖς δὲ τούτων οὐδὲν ποιοῦμεν. Romanis idem memoriæ proditum est uti §. 2. *cap. præced.* retulimus ex *Isidoro l.* 15. *Origin. c.* 11. *Serv. l.* 11. *Æneid. Alex. ab Alexand. lib. 6. Gen. Dier. c.* 14. & *lib.* 3. *c.* 11. confer. *Kipping. lib.* 4. *antiq. Rom. c.* 6. *Johann. Meurs. lib.* 3. *Exercit. Critic. c.* 20. *Rad. Comment. ad Mart. lib.* 1. *epig.* 115. *Taubmann. ad prolog. Casin. p.* 313. *Don Philip. Picinelli in lum. reflex. part.* 2. *n.* 235. *f.* 182.

II. Ex hac igitur domestica sepultura Idololatria & cultus *Larium* & *Penatium* exortus, quos domesticos Deos vocarunt. Confirmat hoc *Servius*, domesticos intra parietes terræ mandatos fuisse mortuos; unde *Larium* & *Penatium* religio. Et rursus *in lib. 6. Virg. Ædibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro*, inquit, *ut supra diximus, omnes homines in suis domibus sepeliebantur, unde ortum est, ut* Lares *colerentur in domibus*. Hinc *Alexander ab Alexandro lib. 6. Gen. Dier. c.* 14. Sed cum a prima origine intra suas quisque ædes defossa cadavera haberent, unde *Lares* in singulis ædibus colendos religio pervasit. Observandum hic quod *Penates* triplicis generis fuerint. (1) Provinciarum & regionum, qui *Penates* absolute dicebantur. De his *Virg. l.* 1. *v.* 531. *Æneid.* (2) Certarum urbium, vocabanturque *Patrii Penates*, *Virg. lib.* 2. *Æneid. v.* 717. *lib.* 5. *v.* 62. & *lib.* 4. *v.* 598. (3) Singularum ædium, appellabanturque *Domestici*, quia unius saltem domus habebant curam, quales intelligit *Virg. l.* 8. *Æneid. v.* 122. Ita etiam de *Laribus domesticis*, qui putabantur Animæ eorum, quos in gerenda Republ. præclara merita in Rempubl. fecisse fingebant.

III. Sunt qui affirmant, hunc morem mortuos sepeliendi in ædibus etiam Hebræis usitatum fuisse, ita enim scribit *Frid. Mull. in diss. de Sepulc. pag.* 34. *edit. Gissenss.* & ex eo cl. *Godof. Thilo. in dissert. de sepulcro Christi* §. 6. aliique. In *domo sua* scribit *cit. Mull.* sepultus fertur Manasse, 2. *Par.* 33. 20. Idem *Samuel*, 1. *Sam.* 25. 1. Verum recte *Gejer. cap.* 6. §. 9. de *luctu Hebræorum pag. m.* 118. hoc negat, inquiens; non existimaverim quod in ædibus sepulti, uti Romani fecerunt, ob immunditiem sepulcris competentem, *Num.* 19. 16. 18. Quapropter Synecdochice per *domum* intelligi potest omne, id quod ad domum pertinet eidemque cohæret, ac proinde etiam hortus, in cujus forte angulo exteriori tale quoddam extruxerunt monumentum. Quare etiam in præcedentibus illorum sententiam rejecimus, affirmantium Samuelem in urbe *Ramah* conditum & quidem in domo sua, quod erroneum videtur. Nam Judæis mandatum erat, ut sibi caverent maxime ab immunditie sepulchrorum seu cadaverum, a qua sibi cavere non potuissent, si in ædibus suis tumulati fuissent. Unde istis non adjicimus calculum, qui volunt, hunc ritum sepeliendi mortuos in ædibus Hebræis usitatum fuisse.

IV. Ad hortos nos conferimus, in quibus sæpe sepulchra exstructa legimus tam apud Sacros, quam profanos Scriptores. Ita Manasses in horto domi suæ contiguo sepultus dicitur 2. *Reg.* 21. 18. In eodem horto jacet quoque Amon, 2. *Reg.* 21. 26. Sic Samuel dicitur tumulatus in domo sua, 1. *Sam.* 25. h. e. horto Samuelis domui contiguo, uti erudite explicat *Martin. Gejer. de luctu Heb. c.* 6. In horto extra Hierosolyma Salvatoris nostri sepulchrum erat, *Joh.* 19. 41. prope montem Calvariæ, uti *Thomas Fullerus in Pisgah-sight of Palestin. lib.* 3. *f. m.* 346. *cap.* 12. bene explicat his verbis: *Near mount Calvary vvas a garden, and in that garden a rock, and in that rock a grave, vvich Joseph of Arimathia had provided for him self. This vvas fashionable in that age to make their monuments in the gardens, so to retrench their vvanton thoughts vvith meditations of mortality*. Quem hortum cum sepulchro depinxit in *Tab. Geograph. Tribui Benjamin* præfixa, hinc illius situs optime conspici poterit.

V. Gentiles horum vestigia presserunt, *sepulchra* in *Lucis* ædificantes. *Ant. Clar. in lib. singul.* dicit, apud Antiquos perusitatum fuisse defunctos in Lucis tumulare, quia ibi *Lares viales* animæ Heroum & piorum habitare dicuntur. Huc respexit *Cicero pro Mil.* in qua Albanos lucos & tumulos obtestatur, quod in illis sint tumuli. Augustus Mausoleo suo sylvas adjecit, uti *Sueton. in illo c.* 100. refert. Idem elicitur ex *Mart. de Fusco, Epig.* 76. *lib.* 6.

Et famulum victrix possidet umbra nemus.

Se-

Sepulchris *lucos* ſacros & nemora addebant religionis cauſa, quæ violare nefas erat. *Serv. ad* 5. *Æneid. Johan. Scheff. de Lappon. obitu cap.* 27. *pag. m.* 314. refert ex *Tornæo: Antequam facti ſunt Christiani, & aliquanto poſt, defunctos ſuos ſepeliverunt in ſylvis.*

CAPUT XV.

De loco Sepulturæ in agro, montibus, vallibus, ſub arboribus & ad vias.

I. VEterum quoque morem fuiſſe ſepeliendi in agris docent & ſacra & profana monumenta. Sacram Scripturam ſi evolvamus varia occurrunt teſtimonia, quæ probant, cadavera in agris fuiſſe ſepulta. In agro Hebronenſi fuit ſepulchrum Patriarcharum & Matriarcharum, Abrahami, Saræ, &c. *Gen.* 23. 11. 17. 19. Confer. *Adrichom. in Trib. Jud. n.* 100. *f.* 46. *Gerhard. in Gen.* 23. 2. *p.* 457. Imo ſunt qui *Adamum* in agro Hebronenſi ſepultum affirment. *Gotfriedus Viterbienſ. pag.* 70. *lin.* 34. exſerte dicit: *Locus, ubi creatus eſt Adam, vocatur Ebron, ubi poſtea de Paradiſo ejectus habitavit, ibique mortuus eſt & ſepultus.* Et iterum: *Tunc etiam Adam & Eva iverunt in Ebron, ibique vixerunt & ſepulti ſunt. Marian. Scot. Chron. l.* 1. *Ætat.* 1. *pag.* 278. *in Tom.* 1. *Illuſt. Vet. Script.* eodem collineat: *Adam,* inquiens, *ſepultus eſt in Kiriath-Arbe. Viſitur ibi ſpelunca Hebræis* מכפלה *dicta, quia in ea Adamum & Evam, Abrahamum & Saram, Iſaacum & Rebeccam, Jacobum & Leam ſepultos volunt.* Ordinem hunc ex libro *Zobar* recenſet *Scalſch p.* 10.

אדם וחוה שרה אברהם
יצחק רבקה לאה יעקב

Idem jactitat *Hottingeri Judæus in Cipp. Heb.* teſtis oculatus, qui Patriarchas ibi ſepultos אבות העולם Patres mundi vocat. Quam inſignem hi omnes errorem errent, demonſtrat *Sixtin. Amama in Anti-Barbar. Bibl. lib.* 3. *ad Joſ.* 14. 15. *p.* 384. conf. cl. Samuel. Bochart. *Phaleg. lib.* 4. *cap.* 34. *pag.* 339. *lit. E. &* 340. *lit. A.* Veroſimilius eſt & putatur *Damaſcum Adamum* placide obdormiviſſe: vid. *diſſert. ſub præſid. Johann. Schieferdecker. de Adamo, edit. Weiſenfelſæ* 1678.

II. In eorundem Hebronenſium agro, ſepultos etiam Jacobi filios eſſe vult *Joſephus lib.* 2. *Antiquit.* 4. *f.* 54. *A.* cujus verba hæc ſunt: *Moriuntur vero & fratres ejus cum feliciter in Ægypto vixiſſent, quorum quidem corpora poſt tempus aliquod poſteri eorum & filii Hebrone ſepeliverunt.* Unde colligitur, ſcribit *de Dieu in annot. ad Act. Apoſtol.* undecim Patriarcharum corpora *Hebrone* & quidem ante migrationem ex Ægypto fuiſſe humata. Verum *Joſepho* contradicit *Stephanus*, qui *Actor.* 7. 16. teſtatur, filios Jacobi eſſe in agro Sichemitico humatos, quemadmodum de Joſepho id ipſum expreſſe aſſeritur *Joſ.* 24. 32. confer *Hotting. pag.* 52. *Adrichom. in Trib. Ephraim n.* 59. *fol.* 28. Circa *Stephani* verba *Act.* 7. 16. inquit *Muller.* ſolent moveri quatuor dubia. An (1) Jacobus dicatur ſepultus in *Sichem* cum filiis. (2) An *Abrahamus* recte nominetur emtor *agri Sichemitici* (3) An *Jacobi* ager emtus *Gen.* 33. 19. *Joſ.* 24. 32. ſit unus idemque cum illo *Gen.* 48. 22. *Joh.* 4. 5. (4) An conveniat *Moſi* & *Stephano* de natura pretii. *Gen.* 33. 19. *Joſ.* 24. 32. *Act.* 7. 16. Ad (1) reſpondet *Mullerus negative*. Quia *Stephanus* accurate diſtinguit filios a *Jacobo Act.* 7. 12. 15. nec reliquit ullum, in tota oratione, veſtigium evidentis neceſſitatis, quæ in nobis figat conceptum adverſum *Moſi Gen.* L. 15. ad (2) *affirmative*. Quia (1) potuit *Stephanus* hanc *Abrahami* emtionem habere ex traditione, ſicut *Paulus* illam ſuam de *Janne* & *Jambre* 2. *Tim.* III. 8. (2) conjecturæ ex *Gen.* XII. 6. petitæ, non ſegniter militant pro *Abrahamo*. Ignorabat *Abrahamus* moram peregrinationis, de qua demum *Geneſ.* XV. 13. Potuit ergo opinari, ſe defunctum imperata peregrinatione, poſtquam tranſiiſſet in *Sichem*, quippe in terras, a Deo monſtratas *Geneſ.* XII. 7. Ideo applicuit animum ad paranda ea, quibus ad ſtabilem fixamque ſedem opus eſt viro tanto. (3) circumſtantiæ diverſæ occurrunt in emtione *Abrahami Act.* VII. 16. & *Jacobi Gen.* XXXIII. 19. Emit locum *Jacobus Tabernaculo* a filiis *Emmor*, parente *Sichem: Abrahamus monumento* a filiis *Emmor*, filio *Sichemi*. *Emmorem* dico filium *Sichemi*, quia partic. τȣ̃ ſic adhibetur *Luc.* III. 23. *ſeqq.* 6. 15. 16. Moverit aliquis, *Joſephum* in agri *Sichemitici* parte, quam *Jacobus* emerat, conditum dici *Joſ.* 24. 32. Huic repono hoc. Sat eſt *Stephano*, multos jacere in ea parte agri *Sichemitici*, quam *Abrahamus* emerat, quia *Stephanus* promiſcue de filiis *Jacobi* loquitur *Act.* 7. 15. conf. *Gerhard. in Gen.* 23. 8. *pag.* 463. Ad (3) *diſtinguendo*. Quia mihi hac in re placet judicium illorum, qui apud *Gerhard. in Gen.* 48. 2. *pag.* 826. ſtatuunt, agri *Sichemitici* partem aliam emtione *Gen.* 33. 19. aliam arcu & gladio i. e. jure belli

Gen.

Gen. 48. 22. ad *Jacobum* perveniſſe. Utrobique igitur de agro *Sichemitico*, at non de agri *Sichemitici* eadem parte, ſermo eſt. Ad (4) *declinando*. Quia dubium iſtud me non tangit, qui diverſas hiſtorias a *Moſe* ac *Stephano* recitari, contendo. Adeat qui volet, *Sanct. in Act.* 8. *num.* 51. & *Voſſ.* 4. *Inſtit. Orat.* 8. 12. pag. 151.

III. Hæc cl. *Mulleri* verba non in omnibus ſatisfacient Lectoribus, quia quædam obſcura in illis; quare alia via incedit cl. Dn. *Heidegger. in hiſt. Patriarcharum Exercit.* 13. *p. m.* 372. & dicit, duo eſſe in *Stephani*, verbis, quæ Lectorem retardare poſſent, quorum prius ſit, quod monumentum illud emiſſe dicatur *Abrahamus*, cum id *Jacobo* tribuatur *Gen.* 33. 19. Poſterius quod dicitur emiſſe a filiis *Emmor* τȣ Συχὲμ i. e. filii *Sichemi*, ut quidam volunt, cum *Emmor* non fuerit *Sichemi* filius, ſed pater, ut in *Geneſi & Joſua* clare docetur. Arripiunt hoc ἐναντιοφανὲς Judæi, ut N. T. autoritatem convellant. Et prius quod attinet, conſtat quidem ex *Geneſ.* 23. 16. *Abrahamum* emiſſe ſepulchrum, ſed non a filiis *Emmor*, verum filiis *Ephron*, non *Sichemi*, ſed *Hebrone*. Quomodo igitur *Stephanus* dicit *Abrahamum* emiſſe monumentum a filiis *Emmor? Beza* & *Maſius* in *Joſuam* nomen *Abraham* ſuſpicantur eſſe gloſſema a ſciolo in margine ſcriptum. Scripſiſſe nempe Lucam exiſtimant: deſcendit *Jacob* in *Ægyptum* & mortui ſunt & ipſe & patres noſtri, qui Sichemum tranſlati ſunt & poſiti in monumento, quod emit pretio argenti, nempe *Jacobus* repetitus ἀπὸ κοινȣ. Id non ſatis animadvertentem ſemidoctum aliquem putaviſſe, ante ὠνήσατο deeſſe caſum, & in margine ſcripſiſſe Abraham, ac ſi eo loco eſſet res de ſepulchro, quod Abraham emiſſe dicitur *Gen.* 23. 16. Et quæ alia ſunt quæ citato loco adduxit, ubi ſimul *Junii* & aliorum opiniones legendæ, inter quas *Bezæ* laudat, qui reddit: *a filiis Emmor Patris Sichem:* vid. *pag.* 373. Varias etiam opiniones diſquirentium collegit *Bald. Walæ. Comment. in Act. cap.* 7. qui evolvatur.

IV. Objicit ad hunc locum *R. Iſaac Ben Abraham in ſuo munimine fidei:* Error, inquit, quod *Jacob* fuit ſepultus in *Sichem*, qui tamen in ſpelunca *Macpelah* conditus eſſe legitur. (2) quod capita tribuum in terram *Canaan* tranſlata, qui tamen in Ægypto ſepulti ſolo excepto *Joſepho Gen.* L. (3) quod *Abraham* emit Sichem, qui tamen ſpeluncam duplicem emiſſe legitur *Gen.* 23. (4) quod ab *Hemor* emiſſe dicatur, cum tamen ab *Ephrone Chittæo* emerit *Gen.* 23. (5) quod *Emor* dicitur filius Sichem, qui tamen eſt *Pater Sichem*, Gen. 33. 19. Ad has Rabbini objectiones nervoſe reſpondit vir *Excell. Brandan. Henric. Gebbard. Profeſſ. Gryphiſwald.* ad h. *l. edit.* 1699. pag. *m.* 154. 155. ubi primo illorum opinionem rejicit, qui σφάλμα eſſe concedunt, quia nimis periculoſa conceſſio, & adduxit *Glaſſii* ſententiam, qui Ἀβραάμ patronymice poni pro *Abrahamide Jacobo, Philol. l.* I. *pag.* 172. aſſerit. Et hæc opinio a pleriſque probatur. Aliam idem affert *pag.* 275. παρὰ τ̃ υἱῶν Ἐμμὸρ ita per ellipſin exponens: *præter illud monumentum quod Jacob a filiis Emmor emerat. Walæus* putat, ad Ἀβραάμ ſubintelligi debere τῷ h. m. quod emerat ſc. Jacob Abrahamo ad deſignandum ſcopum, qui inprimis hic fuit, ut ager ille emtus primitiæ quædam eſſet terræ *Canaan*, cujus hæreditatem Deus *Abrahamo* promiſerat. His prædictis ſuam adjicit explicationem *Excell. Gebbard.* his verbis: Putamus difficultatem commode tolli poſſe, ſi ἐν τῷ μνήματι ad παρὰ τ̃ υἱῶν de integro repetatur h. m. *tranſlati ſunt in Sichem, & repoſiti in monumento, quod Abraham parato argento emit*, & *in monumento, quod juxta filios Emor Patris Sichem*. Cætera quæ ad objectiones *Rabbini* erudite reſponderit doctiſſ. *Gebbard. pag. m.* 155. & 156. videnda, cum fuſe de his omnibus egerit. Verum cum hæc ab aliis nervoſe tradita fuerint, non ulterius morabimur in hac controverſia; ſed videbimus, an Joſeph cum fratribus in agro Sichemitico vel Sichemi ſepultus fuerit?

V. Ad hanc quæſtionem ex Rabbinorum Scriptis erudite reſpondit cl. *Joh. Benedict. Carpzov. in diſſertat. Philolog. de ſepultura Joſephi Patriarchæ edit. Lipſ.* 1697. §. 24. ita differens: Locum ergo ſepulturæ ſelegerunt agrum Sichemiticum teſte Scriptura *Joſ.* 24. 32. ubi ſimul rationes Rabbinorum in medium profert præclar. Autor diſput. citatæ. Recte in *agro Sichemitico* vel potius *Sycharitico*; nam ſepulchrum *Joſephi* non prope *Sichem*, ſed *Sychar* fuiſſe demonſtrat Angl. *Thomas Fullerus* in *Piſgah-ſight of Paleſtin. lib.* 2. *cap.* 9. Ex harum civitatum *Sichem* & *Sychar* ſitu facile pateſcit, ubi ſepulchrum *Joſephi* fuerit, nempe prope *Sychar;* quippe ibi fons *Jacobi* & *altare* ut ex *Evangeliſta Johanne* perſpicue patet. Sed audiamus ipſum prius *Fullarum f.* 198. *lib.* 2. *cap.* 9. loquentem: *Neatto Schechem vvas a parcell of ground vvhich Jacob bought of the childern of Hamor for an hundred pieces of money vvhereon he ſpread his tent, and erected an Altar called*

led God the God Ifrael, Gen. 33. 20. Ubi tamen monendum, quod *enricus Ainsvvorth. comment. in h. l. fol. m.* 123. afferat ex *Joh.* IV. 5. *Sichem* pro *Sychar* pofitum effe. Itaque *Nicol. Lloyd. in Dictionar. Geograph. ex Eufebio* & aliis probat. *pag. m.* 941. *edit. Genev. Eufeb.* inquit: Σύχαρ πρὸ τῆς Νέας πόλεως πλησίον τȣ͂ χωρίȣ, ȣ͂ ἔδωκεν Ἰακὼβ, Ἰωσὴφ τῷ ὑῷ αὐτȣ͂. Vid. *Burchard.* & *Sanut. Torfell.* Hic quoque confentientes habemus *Vatablum* & *Johannem Drufium*, qui ex aliis probatis Scriptoribus ita differit in annot. ad caput *Joh.* IV. cujus verba producere non pigebit: *Sichar* urbs Samariæ, quæ & Sichem. Græce eft Σιχάρ & Σύχαρ variantibus libris. Syrus habet *Sachar*. Hebraice dicitur שכם quod fcribunt *Sichem*. Id pofterior ætas in Sichar mutavit. Non enim certe adduci poffum ut credam errorem effe exfcribentium *Sichar* pro *Sichem Hieronym. in Nom.* ex *Joh.* Corrupte autem pro Sichem, qua transfertur in humeros, ut Sechus legeretur ufus obtinuit. Puto eum fcripfiffe, ut *Sichar* legeretur. Videtur *Sichem* medio ævo dicta fuiffe *Sichar*, in quo & *Beliar* dicebant pro *Belial*, *Beelzebul* pro *Beelzebub*, immutatione ultimæ literæ tantum. Hanc *Eufebius* collocat *Neopolim*: alii eandem faciunt cum *Neapoli*. Hæc *Drufius*. Si ergo *Sichem* pro territorio accipimus, fub quo *Sychar* quoque continetur, ftare quoque poffunt verba Stephani.

VI. Verum his omnibus calculum non adjicimus album *Drufio*, qui *Sichem* eandem fuiffe civitatem cum *Sychare*, cum tamen duæ diftinctæ civitates, licet non procul a fe invicem fitæ fuerint, uti ex tabula ex *Fullero* paulo allato cognofcitur. Expreffe quoque *Gen.* XXXIII. dicitur, quod Jacob Sichem urbem non ingreffus, fed intra Sichem & Sychar tentorium habuerit; quare potius *Eufebio* adftipulamur, qui *Sychar* ante *Neapolim*, quæ *Sichem* eft, collocat. Sed iterum ad *Fullerum* nos conferimus: *Aftervvards Jacob gave it as a portion to his fon Jofeph vvhofe bones brought out of Ægypt vvere burried therein*. Ubi autem hæc portio fuerit, oftendit citat. Fuller. fol. 199. ita fcribens: *Near to this parcell of ground vvhich Jacob gave to Jofeph, ftood the city Sichar, vvherein vvas the vvell, at vvhich that excellent difcourfe paffed beivvixt our Saviour and the Samaritan vvoman*. Ex his fane clare elucet locum portionis & fepulturæ *Jofephi* prope *Sychar* fuiffe, a qua non longe diffitam fuiffe urbem *Salem*, id quod quidam ex textu Hebræo eliciunt, uti Munfter. qui textum Hebr. ita vertit: Et *Jacob* venit in *Salem* civitatem *Sichem*. Et Anglus: *And Jacob came tot Schalem a city of Schechem*. Quæ opinio non adeo improbabilis videtur quibufdam. Alii falvum adveniffe exponunt: vid. *Fag.*

VII. In *agro figuli* deftinatur *Sepulchretum peregrinis*, *Matth.* XXVII. 7. Hunc agrum nonnulli faciunt vicinum templo, fed his contradicit *Gerhardus Sarmon cap.* 190. *f.* 115. docetque agrum extra urbem fuiffe. Ad latus auftrale montis Sion, jactu lapidis a pifcina fuperiore collocat hunc *Adrichom. in difc. Jerufalem. num.* 216. *fol.* 173. Hic quoque Thomas *Fullerus in Pifgah-fight extra Jerufalem* prope agrum fullonum locavit agrum figuli, qui ita fcribit *Pass vve from the north-vveft, to the fouth-eaft part of the City, vvhere vvithout the vvalls, vve ligt on the Potters-fild vvhere men of that trade brittle plate in abundance*. Unde autem ager hic nomen traxerit operofe difquirit *Sanctius in Act. Apoft.* cit. loc. 19. *num.* 46. *feqq.* Facile autem elucet. Dictus enim ager figuli, quia ibi vel figuli argillam effoderunt, ad conficienda vafa aptam; vel quod locus fterilis & nullius ufus, quam ut in illum fracta vafa conjicerentur, quod probabile videtur, quia vili pretio emtus eft a Sacerdotibus: vid. *Fuller. lib.* 3. *cap.* 13. *fol. m.* 348. Recte hic locus ad fepelienda cadavera aptus, quia etiam Gentiles arbitrati funt, ut fteriles agri fepulturis deftinentur. Hoc *Plato* in *legibus lib.* XII. jubet, & *Cicero lib.* 2. *de legib.* vetat *ex agro culto, eove, qui coli poffit, ullam partem fumi fepulchro; fed quæ natura agri tantummodo efficere poffit, ut mortuorum corpora fine detrimento virorum recipiat*, &c. conf. *Leonhard. Coquej in not. ad Auguftin. de C. D. cap.* XXXIV. *pag.* DCCII. Platonis legi obfequutas effe gentes Gyraldus & ex monumentis ipfis & eorum Infcriptionibus, & nota, quam ea adjuncta habuere, probat. Ea eft, IN AGR. P. de hujufmodi infcriptione agit *Valer. Prob. de not. Roman. pag.* XXVII. IN AGR. P. XX. quod exponit: *in agro pedes viginti*. Sic IN AGR. P. IV. *In agro pedes quatuor*. Eo *Johannes Kirchman. lib.* 2. *de Funer. cap.* XI. locum *Horatii* trahit: qui habetur *lib.* I. *Serm.*

> *Pantolabo fcurræ Nomentanoque nepoti*
> *Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum*
> *Hic dabat.*

Ubi vetus Scholiaftes in FRONTE interpretatus eft, in latitudine, IN AGRUM in longitudinem.

VIII.

VIII. Sed item ad illud, a quo paululum digressi, scil. agrum figuli, revertimur & alterum nomen ipsi impositum examinamus, qui dictus quoque fuit *Hakeldama*, id quod indicatur *Act.* I. 19. §. 16. Audiamus *celeb. Angl. Thom. Fuller. in Pisgah-sigt of Palestin. lib.* 3. *cap.* XIII. *fol. m.* 348. qui ita differit: *It was afterwards called* Aceldama, *or the field of bloud, because, purchasd with the price of Christs bloud, and not (as some may erroneously conceire) because hand selled with the bloud of Judas therein when his bowells gushed out. The place of whose self-execution is shewen to pilgrimes, some distance hence, on the South-West of the City, where he, who haud lived a thief to his Master, dyed a felon of himself, hanyed, say some, on an Elder, say others on a Sycomore three.* Non igitur vult Autor, agrum *Hakeldama* dictum a sanguine Judæ suspensi, uti multi contendunt, sed quia pretio pro sanguine Christi dato, emtus sit. Quod ad nomen attinet *Hakeldama*; quis dubitat scribendum esse cum H. Heth. Melior ergo Scriptura Latina, quam Græca. Nam Græci scribunt Α'κελδαμὰ, quod tamen aspirandum esse putamus. Licet etiam scribere *Hacaldema*. Nam Syriace חקל *ager*. Id factum ex Hebr. חלק per metathesin. Forte Hierosolymitani dicebant חקל Hacel *ager*. Si nunc *Haceldama* locus sepulcrorum seu sepulturæ ad sepeliendum peregrinos fuerit, vix probabile est, quod a sanguine tantum nomen habuerit, eo quia emtus pretio sanguinis Christi. Non negamus quidem hoc, cum Scriptura Sacra hoc affirmet *Matth.* XXVII. 8. quod *ager sanguinis* sit dictus, non, quod prius hoc nomine non potuisset dici, vere enim erat חקל טמא *ager immundus*, *cœnosus*, ubi argillæ copia illum, lubricum reddebant.

IX. Si ergo hunc agrum Sepulcris tribuimus, uti quoque ex Scriptura patet, jure meritoque illum *Haceldama* vocamus, ut vel ab חקל & דמה dicatur, significetque agrum, ubi homines mortui *silent*, *quiescunt*, quippe דמה verbum notat *siluit*, *quievit*. Optime igitur applicari potest ad locum, ubi Sepulcra mortuorum sunt, & ubi nil nisi silentium & quies est, id quod bene huic convenit loco. Vel (2) ab חקל & טמה quod denotat *agrum*, ubi cadavera *occultantur* vel *conclusa sunt*. Vel (3) ab חקל & טמע quod teste *Schindlero fol. m.* 706. cognationem habet cum טבע significatque *mersus*, *demersus fuit*. Quis igitur hinc non conjecturabit, quod *Haceldama* jure dicatur de agro hoc, ubi peregrini mortui sepeliebuntur. Sed missis his ad alia pedem movemus.

X. Alius jam sequitur sepeliendi locus, quo cadavera *in montibus* sepeliebantur, quale sepulcrum fuit *Aaronis Num.* XX. 28. 25. vid. *Henric. Ainsworth. Comment. in h. l. edit. Londin.* Similiter sepulcrum *Josuæ* in monte erat, *Jos.* XXIV. 20. *Jud.* II. 9. uti *Frideric. Mullerus Prof. quondam Gissensis in dissert. de Sepulcris* cum aliis statuit, quæ opinio primo intuitu genuina videatur, quippe in locis citatis expresse legimus in versione Anglicana: *And they burried him in the border of his inheritance in Timnah-Serah, which is in mount Ephraim*, i. e. und sie begruben ihn in den gränken seines erbes in Timnach-Serach / die auf dem berge Ephraim lieget / & miramur, quod citatus Mullerus cum aliis hinc elicere velit, & asserere, quod Sepulcrum Josuæ in monte fuerit. Ex textus enim non constat, quia mons Ephraim teste Anglo doctiss. *Thoma Fullero in Pisgah-sight of Palestin. lib.* 2. *cap.* IX. certus tractus regionis montosus fuit, ita tamen, ut etiam civitates in vallibus ipsius exstructæ fuerint, uti ex tabella ibi adjecta clare perspicitur. Ut autem sciamus quomodo hæc civitas cum finibus in hæreditatem Josuæ cesserit, evolvamus *cap.* XIX. 5. ubi clare extat, quod ab Israelitis Josuæ data sit. Consentientes hic quoque habemus *Thomam Fullerum lib.* 2. *cap.* IX. *fol. m.* 187. & *Dapper.* in der Beschreibung der Landschaft Palestina *fol. m.* 146. *edit. Amstel.* quorum prior in hæc erumpit verba: *Amongst the remarkable places in mount Ephraim vve find Timnah-Serah on the northside of the hill Gaash, vvhere vvhen they had made an end of dividing the land, the childern of Israel gave an inheritance to Joshua.* Et paulo post: *In Timnath-Serah asked and built by him, Joshua afterwards was buried.* Recte & clare asserit Anglus Sepulcrum Josuæ in finibus Timnath-Sera fuisse in valle prope montem Gaas montis Ephraim seu tractus illius regionis. Audiamus etiam *Dapperum* ita differentem: Diese Stadt lag in Ephraim auf dem Berge Ephraims Mitternachts werts von de Berge Gaas / und ward von den Israeliten dem Josua zum Erbtheil gegeben / wie er dem auch in in derselben gewohner und begraben worden. Numquam hinc colligere possumus in monte sepulcrum Josuæ fuisse, sed potius affirmamus, illud in parte quadam hujus regionis fuisse, non quidem in urbe ipsa, sed ut Anglus reddidit, in finibus urbis terræ.

XI. Eleazari Sepulcrum in monte fuisse constat ex Scriptura Sacra *Jos.* XXIV. 33.

33. confer. *Thom. Fuller. Pisgah-sight of Palestin. lib. 2. cap.* IX. *fol. m.* 201. qui ita: *Here religious Eleazar the son of Aaron war buried in this hill belonging to his son Pinehas*. Vid. *Gejer. Tract. de luctu Hebr. cap.* VI. §. 9. *pag. m.* 116. Machabæorum *Sepulcra splendida* in monte prope *Modinam* fuisse legitur 1. *Macab.* XIII. 27. 28. 29. *Modina* autem erat civitas Palæstinæ in Juda in monte excisa: vid. *Nicol. Lloyd. Dictionar. Geograph. pag. m.* 651. *edit. Genev.* Dapper in der Beschreibung der Landschaft Palestina *f. m.* 374. *edit. Amstel.* qui ita: In Modin war das grab Matathie und seiner Söhne/ cui adstipulatur *Thom. Fullerus in Pisgah-sight of Palestin. fol.* 211. *lib.* 2. *cap.* x. *edit. Londin.* qui in mappa optime expressit, & cuivis sepulcrum perlustrandum sistit. In monte quoque erant sepulcra seu multitudo sepulcrorum, de qua 2. *Reg.* XXIII. 16. vid. *Gejer. Tr. de luctu Hebr. cap.* VI. *pag. m.* 117. Testantur hoc etiam probatissimi Autores, qui uno ore quasi confitentur Sepulcra in montibus fuisse: vid. *Hottinger. cipp. Heb.* Ita quoque *Virgil. lib.* XI. *Æneid. vers.* 849.

- - - fuit ingens monte sub alto
Regis - - - - - - - bustum.

Testantur hoc quoque tumuli in collibus *Upsaliæ* ad *Friswall* excitati, vid. *Johann. Loccen. antiquit. Sueo-Gothic. pag.* 113. *Stephan. Johann. Stephan. not. in Saxon. Hist. Dan. lib.* 3. *fol. m.* 91. Quare extra omnem dubitationis aleam ponitur, montes loca sepulcrorum fuisse.

XII. *Valles* quoque sepulchrorum loca fuisse probant varia Scripturæ testimonia. In *valle* humatus est *Moses Deut.* XXXIV. 6. Hic Scriptura expresse docet, *Mosen* in valle sepultum esse. Ita enim *Zeiler. Centur.* IV. *var. quæst.* 2. scribit: Moses ist auf den höhsten gipfel des Berges Nabo/ Phasga genant gestelgen/ davon er das gantze gelobte Land ubersehen/ hernach gestorben/ und gegen Shogor begraben worden ist/ so der ienige berg/ auf welchen der warsager/ Balaam/ von den Moabiter König Balack gefuhret worde. Similiter *Eutychius Patriarcha Alexandrin. in Annal.* scribit: *In regione Moab, & sepultus est in valle in terra Moab*. Errat vero *Hornius*, quando *in Comment. ad Sulpit. Sever. Saido Batric.* tribuit, quasi de Mose asserat, quod *sepultus sit in monte Hur*. Ita etiam G. *Syncellus* a veritate abit *in Chronograph. pag.* 142. statuens, Mosen in monte *Gai* mortuum esse. Contra Scripturam hi omnes asserunt, quæ expressis verbis affirmat, in *valle* sepultum fuisse Mosen: cum tamen aliter quoque sentiat *Fullerus lib.* 2. *fol. m.* 63. quod miramur, inquiens: *Here* (scil. in monte) *Moses was buried*. Melius *Henr. Ainsworth. Comment. in Deut. fol. m.* 167. statuit, scribens: *He died in the mountaine, but was buried in a vally*: confer. huc diss. *Gerhardi de sepultura Mosis edit. Jenens.* Vallem cadaverum innuit *Jerem. cap.* XXXI. 40. ubi *Assyrii* ab Angelo interfecti sepulti jacebant.

XIII. Nobiles quoque audiunt in hac materia *Vallis Cedron* seu *Josaphat* & *vallis Ben Hinnom*, quarum illa immani demissa sinu jacet inter latus Hierosolymorum Orientale ac montem Oliveti, teste *Joseph.* VI. *bell. Jud.* VIII. *f.* 908. Hæc illa meridionalior est juxta introitum portæ fictilis, *Jerem.* XIX. 2. conf. *Sanct. in Act.* I. *num.* 49. *pag.* 37. vid. quoque *Jes.* XV. 8. XVIII. 16. Utramque vallem apud *Adricomium in delin. Jerusal.* rigat *Cedron* torrens, a cujus ripis olim parum distitisse promiscua Sepulcra turbæ Idololatricæ, recte colligunt Interpretes ex 2. *Reg.* XXIII. 6. 2. *Par.* XXXIV. 4. Sed utra in valle, quave in vallis parte, extiterint hæc Sepulcra, quove nomine sint censenda, nemo rite docuerit ex iisdem Scripturæ verbis. Cæterum in valle *Josaphat* olim fuisse commune civitatis cœmiterium vult *Adrichom. descript. Jer. f.* 172. *num.* 204. conf. *Quensted. pag.* 192. *seq.* In valle Josaphat sistendum esse genus humanum extremo die, cum Christus, eodem modo, ut adscendit in cœlos, veniet ad judicium, tradit *Adricom.* loc. cit. conf. ibid. *f.* 170. *num.* 192. contra quam traditionem evolvantur *Gerhard. T.* 9. *de extrem. judic.* & *Thom. Fuller. in Pisgah-sight of Palestin. lib.* 2. *cap.* XIV. *fol. m.* 294. *edit. Londin.* Hinc traditionem ortam putamus illam, quibusdam solennem, provocationem ad vallem *Josaphat*. De hac provocatione viderint Theologi: conf. *Libenthal. Colleg. Polit. Ex* 12. *qu.* 11. In valle *Ben Hinnom* secreverat idolomania Judaica locum amplissimum aris Baaliticis, ubi filii filiæque dicebantur Molocho, 2. *Par.* XXVIII. 3. vid. Beyer. annot. ad *Selden. de Diis Syr. Kircher. Oed. Tom.* 1. *Syntag.* IV. Secretum hunc locum æppellarunt *Topheth.* Istud *Topheth* profanavit & fœdavit Josias Rex Judæ, 2. *Reg.* XXIII. 10. eidemque *Topheth* minatur *Jerem. cap.* VII. 32. quod ob defectum aliorum locorum huic aliquando inferenda sint *cadavera* cæsæ multitudinis. Ex his evidens fit, quod in *Topheth* ante fœdationem Sepulchrum nullum fuerit, nec esse potuerit; nec ex Scriptura probari potest, quod ad sepulcra locus destinatus fuerit.

XIV.

XIV. Sub *arboribus* etiam sortiti sunt Sepulchrum *Debora* infra *Bethel* sub *Allon*, *Gen.* 35. 8. vid. *Henric. Ainsvvorth annot. in h. l. fol. m.* 128. *edit. Londin.* conf. *Targ. Hierosolym. Johan. Bompart. parallel. Sacr. & profan. pag. m.* 151. *edit. Amstel.* 1689. *Saul* in Jabes sub *Eschel.* 1. *Sam.* 31. 13. sub *Ela* 1. *Par.* II. 11. Peregrina hæc arborum nomina *Allon* & *Ela*, crucem altam figunt interpretibus. Nobis satisfacit cl. *Johan. Henric. Ursin.* qui glandiferas esse arbores, quales sunt *Quercus*, *Ilices*, *robora*, docet *Arboret. Bibl. cap.* 13. 1. *pag.* 204. *seqq.* Utrumque vocabulum citatur *Os.* IV. 13. Voce *Eschel* autem significari nemus, vult ex *Gen.*21. 33. *Buxtorff. in Lexic. Heb.* confer. *Henric. Ainsvvorth. Comment. in hoc loco fol. m.* 83. *edit. Londin.* Porro antiquioribus temporibus pro Regum & Principum sepultura honestissimum locum in nemoribus ac Lucis, imo sub quercubus fuisse, judicat *Sanctius in* 1. *Sam.* 31. *n.* 20. conf. *Ursin. l. c. pag.* 205.

XV. Denique *Sepulcra* apud Hebræos etiam ad *viam* erant, quale Sepulchrum *Rachelis* erat, quæ tumulata fuit ad viam, quæ *Bethele* ducit *Bethlehemum*, *Gen.* XXXV. 19. in loco cujus a Bethlehemo est intervallum Kibrath Haarez, *Gen.* XXXV. 16. conf. *Adricom. in Trib. Benjam. num.* 101. f. 19. Quantum istud sit intervallum prolixe disquirit *Ludovic. de Dieu animadv.* in *Gen.* XXXV. 16. *pag. m.* 44. 45. *edit. Lugdun. Batav.* 1648. qui ita: Unde conjicio כברת הארץ esse tantum terræ tractum, quantum unius funis dimensio absolvebat, i. e. unius agri, arvi aut jugeri spatium. Nec omittendum Benjamin, qui distantiam Sepulchri Rachelis a Bethlehem descripturus, dicit esse *prope Bethlehem ad dimidium circiter miliare*, מיל est bis mille cubitorum, igitur כחצי מיל est distantia mille circiter cubitorum, sive mille & quingentorum pedum. Et hæc de locis Sepulcrorum sufficiant.

CAPUT XVI.

De Sepultura animalium aliarumque rerum apud Hebræos usitata.

I. NON solum *cadavera*, sed etiam *animalia aliæque res* apud Hebræos sepeliebantur & terræ mandabantur. Quod ad animalia attinet, affirmamus, quædam fuisse, quorum cinis non modo, sed ipsa quoque cadavera sepulta fuerunt. Inter hæc primo recensentur sepulta primogenita animalia, de quibus ita commentatur *R. Maimon. in lib. de primogenitis cap.* III. §. 4. *seqq.* Si quis mactet animal primogenitum, & postea ipsi innotesceret ejus vitium, licet vitium per mactationem non esset immutatum, v. g. si pes anterior vel posterior præcisus esset, posteaquam jugulatum erat, sine jussu hominis vitia censentis, erat prohibitum, & sepeliebatur, sicut animal primogenitum mortuum. Deinde §. 9. & 10. ulterius hanc in rem scribit: Si quis primogenitum animal mactaret, nec censori ostendisset, debuisse pecunias restitui, & quæ nondum comestæ carnes erant, sepeliri; Si autem primogenitum laceratum esse pateret, posteaquam detracta pellis erat, pellem fuisse combustam & carnem sepultam; si cum vitio suo esset jugulatum censoris jussu, carnem quidem sepultam fuisse, sed pellem datam Sacerdotibus. Denique cap. IV. §. 12. 13. & 16. docet, etiam abortum alimalis primogeniti, ut & massam sanguinis per abortum ejectam, nec non exsectum ex matre fœtum primogenitum debuisse sepeliri. Quo pertinet etiam, quæ *cap.* IV. §. XI. leguntur, de bestia sacra, secundinam patiente, quod sepeliri secundinam necesse esset. Hæc recenset ex *Maimon. plur. reverend. Dassov. in dissert. de sepultura animal.* §. 5.

II. Similiter asinus primogenitus & non redemtus securi percutiendus erat, & postea terræ mandandus. Ita annotavit *Maimon. in P.* 3. *in lib. de rebus sacris, quæ factæ erant illegitimæ, cap.* XIX. §. 11. Licet igitur sepeliretur asinus primogenitus, tamen minus sepultura asini in genere de ejus sub dio projectione, ut a canibus devoretur, accipi potest, sicut interpretatur *Jarchius in* 2. *Paral.* XXXV. Præter hunc bos lapidibus obrutus sepeliri debebat. Non enim poterat edi, licet post lapidationem mactatus esset, & alias mactatio res esui illicitas, redderet licitas, imo ne quidem carnis ejus canibus objici debebant, sed abscondendæ sub terra erant, ne vel minimus ex iis usus caperetur. Ita *Henric. Ainsvvorth. comment. in Exod.* XXI. v. 28. *fol. m.* 84. ex *Maimonid. lib. de prohibit. cib. cap.* IV. *sect.* 22. refert: *this lavv teacheth, that vvhen sentence is past upon it to be sloned, it is forbidden, and is made as an unlavvfull and uncleane beast. So that if any before hand kill is after the lavvfull manner of killing beasts, it is unlavvfull for any use. And so after it is sloned, it may not be sold, nor given to dogges.*

III. Præterea sepeliebatur vitula, quæ cædi solebat, ut sanguis hominis occisi, in via inventi, averteretur, cujus mentio

tio injicitur *Deut.* XXI. 4. *seqq.* Ritus & ceremonias observata recenset *Magnif. & celeberr. Wagenseil. in Sota*, qui evolvatur. His ita peractis, vitula decollabatur & sepeliebatur in loco, ubi occisa erat, teste *Maim. cap.* x. *s. 6.* cujus verba Anglice enumerat *Ainsvvorth. Comment. in Deut. fol. m.* 84. his verbis: *After it vvas behended, and expiation made, the heiffer vvas burried in the place vvhere it vvas killed.* Ita quoque *avis mactata* hominis leprosi *sepeliri* debebat, quæ describitur *Levit.* XIV. 4. 5. Sive igitur fuerint duo pulli columbarum, sive aliæ aves; attamen illa, cujus sanguis excipiebatur vase fictili, sepeliebatur, annotante *Ainsvvorthio Comm. in Levit.* XIV. *fol. m. 76. edit. Londin. ex Maimon. Tr. de lepr. cap.* 11. *s.* 1. Hæc & alia animalia sepeliebantur, quæ adducere nolumus, cum hoc fecerit *plur. vener. Dassov. in citat. dissertat.*

IV. Quemadmodum etiam apud Hebræos moris fuit, ut animalia sacra mortua, & animalia profana in atrio templi mactata sepeliebantur, de quibus egit *prælaudat. Dassov.* §. 10. Ita quoque Ægyptii horum vestigia presserunt, qui animalia sacra mortua sepelierunt, uti quibusdam testimoniis jam probabimus. Ægyptii *Apim* ut Deum cultum mortuum, magnifice sepeliunt, uti ex Diodor. Siculo refert *Athanas. Kircher. in Oedip. Ægypt. Syntag.* III. *fol. m. 200. edit. Rom.* Cane mortuo luctum indicunt & sepeliunt. Refert quoque *Herodotus* Ægyptios ob felis mortem supercilia rasisse, qui addit: Feles mortuas saliri salitas, atque ita Bubastim deferri, ubi sepeliebantur: conf. *Oizel. not. ad Minuc. Felic. in octav. pag. m. 264.* Tali honore *Crocodilos* quoque afficiebant uti pluribus cit. loc. ostendit *Oizel.* Hunc ritum ab aliis gentibus observatum fuisse lib. 2. fuise demonstravimus, quare nullum dubium quin hic mos fere omnibus gentibus familiaris fuerit.

V. Quod porro attinet ad alias res, quæ etiam terræ mandabantur apud Hebræos, tunc in Scriptura reperimus crines Nasiræorum qui comburebantur, vid. *Num.* VI. Præterea Rabbini quoque statuunt, quod crines etiam sepulti. Sive enim ille tonderet in Sanctuario, sive in provincia, nullum poterat ex crinibus detonsis usum capere, sed terræ committere debebat, uti discitur ex *Maimon. in lib. de Nasir. cap.* VI. §. 14. Nec silentii pede transeundum, quod si gladio animadverteretur in maleficos, ille gladius terræ crederetur, sicut etiam sudarium, quo fauces delinquentium constringebantur, & lapis ille major, quem testes in lapidandum magno impetu conjiciebant, una cum ligno, ex quo obrutum lapidibus cadaver suspendebatur, tanquam exsecrandæ, oculisque subducendæ res, sepeliebantur, uti legere est in *Maimonide in lib. de Synedriis cap.* XV. §. *6. seqq.* confer. cl. *Schickard.* in משפט המלך *cap.* IV. *Theor.* XIV. *pag. m.* 248. *edit. Lips.* De supplicii instrumentis cum reo supplicium passo defodiendis videatur *Gejeri Tract. de luctu Hebræor. cap.* VI. §. 15. *pag.* 15. *pag.* 140. Ejusdem consuetudinis meminit *Samuel Petitus lib.* 1. *Var. Lect. cap.* V. *pag.* 25. conf. annot. cel. *Carpzovii*, *pag. m.* 249. Simile quid reperitur in *Johan. Baptist. Casalii libro de profan. & sacr. veter. ritib. part. 2. pag. m. 336. edit. Francof. & Hannove.* ubi instrumenta martyrum cum martyribus sepulta fuisse asseritur. Ita apud Hebræos liber Legis sepeliebatur: vid. *Schickard. pag. m. 126.*

CAPUT XVII.

De Visitatione Sepulcrorum Judaica.

I. DElira gens a veritate secedit longius, quo diutius trahit spiritum. Ita recepit inter fundamenta legis, hanc fidem, quod omne bonum sibi accidat propter meritum *Abrahami*, *Isaaci* & *Jacobi*, referente ex *Maimonide Hottingero in Cippis Henr.* Nunc etiam visitat SEPULCRA, ut nuncupet vota ac preces Deo pro salute sua. Non negamus quod olim Sepulcra visitata fuerint, quia hujus ritus mentio fit *Johann.* XI. 31. ubi Judæi aliquod post tumulationem diebus *Mariam* visitantes, viso, hanc celerius exurgere atque exire, existimabant ipsammet abire ad monumentum ut illic fleret, inde comitantes eandem flebant & ipsi, *v.* 33. Hic sane, nisi tale quid alias in gente hac receptum, vix in tales tunc devenissent cogitationes Judæi.

II. Visitabant ergo *Sepulcra*, ut sepultus Deo commendaretur precibus, eidemque felix optaretur resurrectio. Precantes autem vultum ad urbem Sanctam convertebant. Cur autem hoc fecerint Judæi? ratio hæc dari potest, quod apud ipsos hæc invaluerit opinio, quod animæ defunctorum circa illos tumulos, in quibus cadavera recondita sunt, vagentur, quodque per intercessionem auxilium a Deo facilius impetrare liceat. Sic legitur in *Sota Gem. ad cap.* VII. *in Excerpt. Magnif. Dn. Wagenseil.* §. VI. *pag. m.* 715. אמר רבא מלמד שפירש כלב מעצת מרגלי׳ והלך ונשתטח על קברי אבות אמר להם אבות העולם בקשו עלי רחמים שאנצל מעצת מרגלים: i. e. *Rabba ait (doceri) Calebum subtraxisse se consilio Exploratorum, ivis-*

ivisseque & expandisse se super Sepulcra Avorum, precatumque esse; Vos Avi intercedit pro me, ut a consilio Exploratorum liberer. In eodem tractatu quæsitum refertur *R. Chamæ* cur occultatum sit Sepulchrum Mosis? Respondetur autem, scivisse Deum, Israelitas deportandos esse in exilium, adeoque ipsis voluisse adimere occasionem veniendi לקברוהו של משה ad Sepulchrum Mosis, atque ibidem cum lacrymis & supplicationibus hos fundendi gemitus pro sua salute; משה רבינו עמוד בתפלה בעדנו: *o Mose Magister noster, quæsumus te intercede pro nobis!* Ad hunc locum *celeb. Wagenseilius* perdocte disserit. Allegat inter alia locum ex *Schalscheleth Hakkabala*, in quo explicatur, quomodo Spiritus defunctorum perveniant ad cognitionem harum precum; cujus versio hæc est: *Publica quadam calamitate ingruente, si populus recipiat se in locum Sepulcrorum, ibique precetur, tum excitata* δύναμις θρεπτική *sese confert ad vim sentientem, hæc vero abiens expergefacit mentem, atque sit pro vivis apud Deum intercedunt.* Ridicule sane.

III. Verum aliam rationem subesse constat, cur Deus Sepulchrum Mosis occultari voluerit, ne scil. Judæi nefandam Idololatriam apud Sepulchrum ipsius exercerent, & Mosen ut Deum colerent & pro Deo haberent. Unde facile apparet, quam graviter peccent Pontificii, qui ossa & reliquias Sanctorum religioso cultu adorant, & ab ipsis auxilium petunt, quod soli Deo convenit. Vid. *Busmanni disp. de cultu religioso edit. Helmstad. Gerhard. diss. de Sepult. Mosis edit. Jenens.* Unde *Petrus Kirstenius in lib. de vit. Evang.* ex antiquissimo Manuscripto Arabico *pag.* 52. refert, cujus verba a *Gerhardo* citata leguntur *in dissert. prælaud.* D. Johannem Evangelistam in Epheso mortuum & sepultum fuisse, præsente discipulo suo Phugsire, cui Johannes præceperit, ut non doceret aliquem locum Sepulchri sui (quod ipse quoque fecerit, etiamsi probe sciverit Sepulcrum) ut videlicet impia superstitio cultus huic loco divinos forte exhiberet, quod tamen Mohamedani, in finibus Lydiæ, ubi falso credunt, hunc Evangelistam sepultum esse, hodie adhuc strenue facere scribuntur. Ut ita *Johannes*, si vera sunt, quæ ex MS. Arabico de eo relata, easdem habuerit occultandi sepulchri sui causas, quas Deus habuit, cur Mosis Sepulcrum latere voluerit: vid. *cap.* VII. §. 6. ubi plura.

IV. Sed iterum ad Judæos nos conferimus & magis ineptum esse arbitramur, quod ex *Abarbanele* recitat Clar. *Pocock. not. Miscell. ad port. Mos. pag. m.* 121. qui putat, ad vivos gratiam divinam derivari per ossa defunctorum. Potius e re erit notare testimonium *Codic. Taanith fol.* 16. *col.* 1. *Quare fiunt preces apud Sepulchra? Dissentiunt de eo R. Levi filius Chammæ, & R. Chamma filius Chaninæ. Alter ait; Nos coram te sumus instar mortuorum; alter vero id eam fieri ob causam, ut defuncti pro nobis preces fundant. Quis est cardo hujus controversiæ? De Sepulchris puta* τῷ ἔξω *præcipua lis est.* Scilicet R. *Levi*, Filius *Chammæ*, noluit, sepulchra diebus jejunii eam ob rationem adire, ut per intercessiones Sanctorum auxilia impetrarentur a Deo, sed solummodo ad excitandam in animis supplicantium humilitatem, & conditionem præsentem ipsis vivide ob oculos ponendam, quippe quæ haud procul distaret ab ea mortuorum. Id vero eo adstruxit argumento, quod Judæi tempore jejunii non tantum adeant Sepulchra Israelitarum, sed & Gentilium, si illa non adsint. Atqui probabile non est, eos a Gentilium manibus velle suppetias postulare. *Maimonid. Hilc. Taanith cap.* VI. §. 17. sic pergit: ובוכין ומתחננין שם מתים כאלו אם לא כלומר הרי אתם תשובו מדרכיכם i. e. *Et lacrymantur supplicantque ibi* (apud Sepulchra) *ac si dicerent: Ecce vos omnes mortui estis, sicut illi, si vos non convertatis a viis vestris.*

V. Sane si quidam inter Judæos sic statuant ut R. Levi τῦ *Chammæ*, non dubito, quin sententia R. Chammæ filii Chaninæ multo fuerit receptior. Antiquitus enim illa passim dominata est opinio, hodieque etiam nondum penitus eradicata, quod *animæ* defunctorum circa eorum *Sepulchra & dormitoria frequentes convolent.* Qua de causa *Gentiles*, ait vir doctis. *Spencer. de leg. Hebr. lib.* 3. *c.* 1. *diss.* 6. §. 5. templa sua ab ultima pene rerum suarum memoria supra Heroum suorum loculos aut dormitoria condiderunt. In his quod animæ defunctorum circa sepulcra volent *Græci* cum Hebræis conveniunt, qui non nisi tertio die mortuos sepeliebant, uti *Beresh. Rabba fol.* 114. 3. refert. Tribus diebus anima vagatur circa sepulchrum, expectans ut redeat corpus. Cum vero videt, quod immutetur aspectus faciei, recedit & relinquit corpus. *Jevamoth. fol.* 120. 1. & *Maimonid. in Gerush. cap.* 13. conf. *Tr. nostr. de luctu Græcor. pag. m.* 11. In monumentis quoque Hebræorum legere est, congregationes ejusmodi factas ad Sepulchra præstantium virorum sæpe *honoris causa.* Huc facit testimonium ex *Bava Kama* a *Schickardo in lib. de jure reg. cap.*

cap. VI. *Theor.* XIX. & *Geiero de luctu Hebr. c.* 3. §. 13. observatum, qui evolvantur.

VI. Lucem habebunt hæ Judæorum visitationes Sepulchrales ex more illo, cujus meminit *Furerus Itiner. pag.* 32. nimirum *die Veneris* (qui Turcis festus est) mulieres Turcarum ante Solis ortum ad Sepulcra defunctorum, quæ extra urbem sunt, abeunt, ubi mortem amicorum lugent, monumentaque floribus & aqua aspergunt: quo cum paria refert *Wildius lib.* 2. *Itin. cap.* 14. & *Schweig. lib.* 2. *Itin. cap.* 59. fœminas, quæ funeris deductioni non intersunt, post aliquot dies accedere monumentum, lamenta sua illic proferentes, mortuumque de causa discessus compellantes & cum illo velut expostulantes, quibus lamentis addunt etiam oblationes panum & Formulam præterea precationis, quam *Sepulchra* visitantes Judæi adhibent ex præscripto *Salomonis Bar R. Nathan* assignavit *Pocockius in not. miscell. ad portam Mosis pag. m.* 224. *seqq.* 227. Falsam autem Pontificiorum opinionem esse, qui preces pro defunctis effundunt, probat doctis. *Quensted. in Antiquit. Bibl. pag. m.* 505. seqq. Legi hic quoque meretur dissert. celeb. *Joh. Michael. Langii Profess. Altorf. de Litaniis ad defunctos*: conf. *Geier. de luctu Hebr. c. 6. p. m.* 149.

CAPUT XVIII.

De Sepulchri Christi Fatis, & visitatione ejus sequioribus temporibus facta.

I. EX præcedentibus clare patebit, quod Sepulchrum illud, in quo Christus repositus, a *Josepho Arimathæo* exstructum, ubi nomen & omen conveniebant. *Arimathæus* dicitur a patria, quæ ab *excelsis* nomen habet. Excelsus hic erat quoad amorem & pietatem. Materiam hujus Sepulchri quod attinet, non cocti lapides vel laterales, non cespites nudi, non marmora & cæmentitiis operis accommodata, ex quibus passim Mausolea exsurrexerunt, sed petra præbuit una, continua, grandis, loco commodo nata, in qua excisum, non natura effigiatum, sed arte excavatum, certis foraminibus, כוכים dictis, distinctum: quæ omnia ex Antiquitate Judaica satis certa sunt. Porro in hunc finem exstructum, ut haberet Hierosolymis advena, ubi cum suis post fata conditus quiesceret. Ad hoc elegerat *hortum*, non sine omine, ut sc. in horto sepeliretur, qui mortem, in horto ab Adamo inductam, devorare debebat. Principio monumentum a Josepho excisum dicitur non acceptum, *Matt.* 27. 60. *Joh.* 19. Sub finem millenarii quarti a mundo condito seculo quadragesimo medio circiter, cum sub Romanis Judæa quoque jugum ferret. Vacuum deinde stetit ad Annum Salvatoris XXXIV. nec in eo quisquam unquam positus. Quæ omnia ex Scriptura satis cognoscuntur.

II. Anno Æræ Christianæ vulgo LXX. cum *Titus Vespesianus* Hierosolymam muro circumducto stadiorum 39. variisque aggeribus structis cingeret, captam deinde solo æquaret universam, nec super lapide lapidem relinqueret, ut prædixerat Christus, *Luc.* 19. 14. Vix probabile videtur, quod & hoc intactum relictum sit. Seculo II. post Christ. N. circa annum 129. ab Ælio Adriano omnia loca in odium Christianorum profanavit, de quibus Christi mentio facta. Seculo demum IV. sub Constantino iterum ædificatum Sepulchrum *Eusebius lib.* III. *de V. C. cap.* 24. testatur, qui & templum erexisse dicitur. Ubi & post hæc frequens concursus factus, uti refert *Theodoritus* seculo medio V. scribens: accurrisse tum illuc universos Dei amantes ad tantæ magnificentiæ spectaculum. Imo jam ante ipsum sub finem seculi IV. Hieronym. in iis habitans terris Epist. XIII. ad Paulin. scribit: *de toto huc orbe concurritur*, plena est civitas universi generis hominum & tanta utriusque sexus constipatio, ut quod alibi ex parte fugiebas, hic totum sustinere cogaris. Vide & *præf. ejus in Ezech. & Epist.* 17. *ad Marcell.* Ast & hoc una occurrit, quod plurimos eorum, qui non cognoscendæ saltem antiquitatis & historiæ ergo, verum ex superstitione & cum opinione cultus eo advolabant, ejusdem ætatis Patres reprehenderint. Ita sub Seculi IV. finem Gregor. Nyssen. peculiar. oratione in eos invehitur, cujus capita exhibere potest *Chemn. Exam. Concil. Trident. part.* 4. *de Reliq. Sanct. pag. m.* 670.

III. A visitationibus hujus continuis retraxit deinde plurimos si non vox Episcoporum ejusmodi monitoria, turbo certe ille, qui istas paulo post invasit oras. Nam A. 615. a N. C. tempore *Heraclii* Imperatoris Cosrhoes II. Persarum Rex, velut a *Cedreno* accepimus, Palæstinam adortus, Hierosolymam capit, & magna strage hominum facta Patriarcham Zachariam cum cruce Dominica, quæ putabatur, aliisque thesauris abducit, quæ reddita demum post decennium per filium ejus Siroen sunt, cum is patre cæso cum Heraclio pacisceretur. Non multo post, nempe circ. *A. 636.* a Muhammedis propinquo Omar, Abubecri filio & suc-

& ſucceſſore, *Calipha* Saracenorum, occupatur denuo Hieroſolyma & 400. amplius annis ſub eorum jugo manet. Hi barbari an ſuis omnia reliquerint locis diſerte haud conſtat. Seculi noni initio ſive A. 806. circiter *Carolus M. Imp.* ut habent *Annales Fuldenſes*, *Aventinus* aliique per Legatos Sepulchrum Chriſti Donariis miſſis veneratur, imo ab *Aarone* (Aharune) Saracenorum tum temporis Amira Syria, muneribus etiam ipſi miſſis placato, dono illud viciſſim oblatum, una cum cœnobiis vicinis accepit. Claves Romam miſſas ex *Reginonis lib.* 2. *Cent. Magdeb.* 9. *cap.* 7. *pag.* 177. teſtantur. Verum ſub ſeculi XI. initium, *Calipha* & Sultanus Ægyptius Hacham vel Alhacham quibuſdam dictus, rupta pace cum Baſilio templum iſtud Conſtantinianum ad Chriſti ſepulchrum monaſteriaque cremavit, & religioſos extorres fecit. Et quis omnia fata Sepulchri Dominici enarrabit, quæ Scriptores Eccleſiaſtici annotarunt. Evolvat B. L. cl. Carol. Ortlob. differt. de Sepulchro Chriſti, & lectu digna reperiet.

IV. Hinc jure meritoque dubitamus, an hoc, quod oſtendunt Gentiles, ſit Sepulchrum Chriſti. Nam ſpeluncæ forma Sepulchri Dominici ac facies plane immutata, idque ante plurima retro ſecula, ut nec hodiernæ nec proximorum ſeculorum deſcriptiones veterem formam exhibere judicandæ ſint. Scribit enim *Euſebius*, locum Sepulchri aggeſta terra aliiſque rebus a Paganis fuiſſe obrutum, atque ita ſepultum quaſi Sepulchrum eſſe Salvatoris, ne ulla extaret ejus memoria. Verba *Euſebii* apud *Quenſted. pag. m.* 252. 253. legenda ſunt. Nec fidem meretur Dapper in der Beſchrijbung der Landſchaft Paleſtina *fol. m.* 321. 322. 323. *ſeq.* qui ita depinxit, & aſſerit diverſas cameras ibi fuiſſe, cum conſtet ſpecum & in illo כוכין more Judaico fuiſſe. Conjecturamus ergo pro lubitu & placito quorundam Imperatorum ſubſequentibus temporibus ita exornatum & ædificatum fuiſſe.

L I B R I Q U A R T I
CAPUT PRIMUM.

De Ornamentis Sepulchrorum externis, & quidem מצבה ſtatua.

I. HActenus de Sepulchris Hebræorum fuſe actum fuit, ubi illorum qualitates & quantitates & loca varia perluſtravimus; nunc ad Ornamenta illorum nos accingimus, quæ ad honorem erga defunctos pertinent. Eſt autem honor erga defunctos *teſtimonium de priſtina præſtantia defunctorum a ſuperſtitibus convenienter editum, in præmium laudabiliter tranſactæ vitæ & ſtimulum honeſtæ æmulationis*. Media, quæ faciunt ad honorandos defunctos, ſunt tum *verba*, tum *actiones*, tum *Res*. Quæ ſicco ſilentii pede non tranſimus, & quoad *Res* quæ in defunctorum honorem erigi ac ſtatui curantur, primo occurrit מצבה *Geneſ.* 35. 20. ויצב יעקב מצבה על-קברתה הוא מצבת קברת רחל: Vulgatus מצבה interpretatur *Titulum*. Quæ interpretatio Pererio in *Commentario in Geneſ. fol.* 852. occaſionem præbuit diſquirendi de hoc titulo a *Jacobo* Sepulchro *Rachelis* impoſito. Verbum verbo ſic efferes: Et Jacob erexit ſtatuam ſuper ejus ſepulchrum. Hæc ſtatua ſepulchri *Rachelis* in hunc diem. Ubi מצבה Lutherus exponit ein Mahl / vel Grabmahl / Johannes Piſcator ein Seull. Anglus vertit: *An Jacob ſet up a pillar. Et Jacob erigebat columnam.*

II. Sunt quidam viri docti, qui per מצבה non ſtatuam, ſed monumentum aliquod intelligant, uti *Frider. Mullerus in Tract. de ſtatuis lib.* 2. *cap.* IV. §. 4. *pag. m.* 9. *edit. Giſſenſ.* aſſerit, quando in hæc erumpit verba: *Abſalonis monumentum* 2. *Sam.* 18. 18. *ſtatuam* vocant Interpretes; ſed מצבה dixit Spiritus Sanctus, indicat στήλην λίθου μαρμαρίνου *Joſeph.* VII. *Antiq.* 9. in fine. Sane, *Mercero in theſaur. linguæ S. teſte*, vox מצבה monumentum dicit, adeoque late ſumi poteſt pro omni eo, quod memoriæ cauſa, aut ad rei alicujus ſignificationem ſtatuitur & erigitur. Et ex *Gen.* 28. 18. 31. *Exod.* 24. 4. liquet Hebr. illa voce ſignificari μονολίθον rudem. Unitatem dubiam faciunt annotat. in Tremell. verſion. *Geneſ.* 28. 18. 31. 51. collecturæ, quia *Geneſ.* 28. 11. multi ſunt lapides; ergo מצבה eſt multorum lapidum ſtrues. Verum ſequela ægra eſt, quia in multitudine poteſt eſſe extantior, quemadmodum *Gen.* 31. expreſſe diſtinguitur מצבה a la-

a lapidum cumulo. Ruditatem suadent loca *Genes.* cit. nec aversatur locus 2. *Sam.* 18. Hæc doct. *Mullerus* refert.

III. Sed non videmus cur non per statuam explicari possit vocabulum מַצֵּבָה, non autem eo modo, quo *Boulducus lib.* 3. 10. *de Ecclesia ante legem* sumsit, pro imagine, quando ita: Hic habemus unde antiquissimum in Ecclesia sanctarum imaginum usum confirmemus ac statuarum. Vox enim Hebræa מצבת pro qua Latinus Interpres reddit *titulum*, vere statuam, i. e. sculptam imaginem significat. Argumentum scil. egregium, quo Pontificiorum Idololatriam probare conatur; cum מַצֵּבָה in specie pro columna vel cippo accipiatur, quæ nulla effigie ornata. *Cippus* autem a *Jacobo* erectus, quid erat aliud, quam Sepulchralis statua, in memoriam *Rachelis* prope sepulcrum ejus collocata. Alia ratio fuit *tituli Bethele* erecti & consecrati, qui non aliud fuit, quam memoriale illius loci, in quo Deus *Jacobo* apparuit. Nulla ratione probabitur, quod in titulis illis exsculptæ fuerint imagines. Rudia fuerunt primo saxa beneficiorum divinorum, vel sanctorum etiam hominum memoriam conservantia. Bene igitur *Valentinus Schindler. in Lexico Pentaglotto fol. m.* 789. מצבת vel מַצֵּבָה interpretatur *Statuam*, monumentum, lapidem qui erigitur in honorem Dei, vel in memoriam alicujus sive mortui sive alterius rei. Consentit *Munster. in annot. ad Genes. fol. m.* 27. his verbis: Formant Hebræi מַצֵּבָה a יצב sicut & Latini statuam a stando. Non est igitur ut aliquis suspicetur statuam illam columnam fuisse (scil. effigiatam) cum solum lapis agri esset, sed is lapis stabat, non jacebat, secundum longitudinem erectus. Statua igitur vocari potest lapis ille, sicut & in Hebræo vocatur. Ita etiam reddit Paraphras. Chald. vertente *Paulo Fagio:* Et erexit Jacob *statuam*.

IV. Perlustremus etiam vocabulum Chaldaicum Onkelos. קמתא vel קמא, & reperiemus, quod originaliter & in genere *statuam* notet, nulla figura ornatam. Multoties tamen in Chaldaicis Paraphrasibus designat quoque effigiatum aliquid, *Levit.* 26. 1. וקמא Non erigetis vobis *statuam*, columnam teste *Fagio in not. ad h. l.* super quam collocatur sculptile. Angl. *Ainsworth. fol. m.* 165. explicat *pillar or statue or standing image*. Additque distinctionem hanc: *And pillars were set up either for civil moniments as was the pillar on Rachels grave* Gen. 35. *and Absolons pillar* 2. Sam. 18. 18. *or for religious moniments, as were altars,* Gen. 35. 14. *these latter are here forbidden*. Quando igitur קמא ponitur in Scriptura pro columna effigiata semper Idololatriam gentilium denotat, uti *Exod.* 23. 24. 34. 13. *Mich.* 5. 13. 2. *Reg.* 10. 27. *Jerem.* 43. 13. & aliis in locis: vid. *Saubert. de statua Sal. pag. m.* 248. *Palæstr. edit. Aldorff.* 1678. Non ignoramus per abusum Gentilium factum, ut ejusmodi statuæ religiose colerentur. Cum igitur Hebræi ejusmodi statuis juxta morem gentium abuti inciperent, Deus interdicto serio eas prohibuit, non qualescunque & civiles uti liquet ex *Jos.* 4. 8. sed idololatricas. De his statuis idololatricis fuse egit Anglus acutus *Joh. Owen. in lib. de ortu & progress. Idololat. l.* 3. *cap.* 8. *pag. m.* 211. 212. 213. *edit. Brem.* qui evolvatur.

V. Ex his satis elucet, non prohibitum fuisse juxta Sepulcra *statuas* erigere civiles, quem ritum observarunt antiquitus Hebræi & adhuc hodie observant, uti testatur *Leo Mutinensis Rabbinus Venetus in hist. rituum Hebr. part.* 5. *c. penult. sub fin.* In multis locis, scribit, adjunguntur lapides marmorei sepulturæ cum Epitaphiis diversimode, prosa & ligata oratione scriptis, recensentibus cum nomine & encomio defuncti diem, mensem & annum mortis. Eadem ut multa alia inde in Synagogam suam transtulit Johannes *Buxtorff. cap.* 49. *pag. m.* 715. addens: non superimponi lapidem sepulchro, prout Christianis mos est, sed juxta illud erectum stare, מַצֵּבָה *statuam* propterea vocatum. Quod iterum affirmat, *statuam* illam Jacobi juxta Sepulchrum Rachelis erectam ut monimentum. An autem *Benjaminis Tudelensis* opinio locum habere possit, merito disquiritur. Sic enim in *Itinerario pag.* 47. *Rachelis* sepulchrum describit: Quod nimirum excitatum fuerit e duodecim lapidibus pro numero filiorum *Jacob*, & testudine quadam, quæ columnis quatuor innititur, tectum, in cujus cippi lapides omnes Judæi, quotquot transeant, nomina sua inscribant. Verum de his egimus *cap.* VII. *lib.* 3. §. 7. licet ejus formam quoque *Adrichomius in descriptione terræ sanctæ fol.* 19. *num.* 101. *Quaresm. lib.* 6. *Peregrinat.* 1. *cap.* XI. *& alii* exhibeant. *Brocardus* Monachus in 1. *part. descript. terræ sanctæ cap.* 7. *pag.* 56. tradit: *Jacobum* excitato Rachelis sepulchro insignem pyramidem superimposuisse, & in ejus basi duodecim prægrandes lapides disposuisse secundum seriem nominum filiorum suorum. Quæ omnia ita comparata videntur, ut non possimus eis calculum adjicere album. Eo enim tempore

re luxus non ita invaluit, ut pyramidem erexerit, nec tantum temporis Jacobus in itinere insumpsit, ut pyramidem exstruere potuisset. Rudem lapidem erectum fuisse probabilius videtur.

VI. Prophetæ contra altare Domini vaticinanti, ejusmodi quoque cippus erectus esse dicitur 2. *Reg.* 23. 17. Hic, cum Josiæ Regi contemplando occurreret, ipse in hæc erumpebat verba: מה הציון חלז אשר ראה ויאמרו אליו אנשי העיר הקבר איש האלהים: i. e. *Quid titulus iste quem video? & dixerunt ad eum viri civitatis: Sepulcrum est viri Dei.* Commentator ר"שי putat, Rex sciscitandi occasionem inde natam esse, quod ad tumuli istius Prophetici alterum quidem latus urticæ ac cardui, ad alterum vero myrti ac odorifera alia enata fuerint. ר"דק hujus ר"שי vestigiis insistens, eandem cum ipso fabulam recitat. Nos tamen eam parum pensi habemus, cum nobis sufficiat ostendisse, hujus Prophetæ Sepulcrum ejusmodi titulo quoque conspicuum fuisse. Ejusdem commatis inscriptionis Sepulchralis mentio etiam fit 2. *Sam.* 18. 18. ubi de Absalone sic scriptum legitur, ex versione Sanct. Pagnini: Absalon autem ceperat consilium & erexerat sibi in vita sua את מצבת monumentum, (statuam) quod erat in valle Regia. Vulgatus *titulum:* Lutherus eine Seule vertit. Nempe volebat Absolon sui memoriam hac ipsa columna ab interitu vindicare: vid. *Cornel. a Lapide in h. l.* Hanc *Adrichomius in Theatro terræ S. f.* 147. *num.* 227. ita describit: *Columna erat & statua* marmorea cum inscriptione, duobus ab *Hierosolyma* stadiis distans, ubi etiamnum turris & magnus lapidum acervus exstat, qui quotidie magis magisque augetur. Nam pagani & peregrini illac transeuntes, pro more habent, ut quisque lapidem in eum projiciat vindictæ velut loco. Videamus etiam quæ de hoc monumento *Absolonis* cum inscriptione memoriæ prodita sunt a *Josepho lib.* VII. *antiquit. cap.* IX. Statuit autem *Absolon* in valle regia cippum ex marmoreo lapide duo stadia distantem ab *Hierosolymis*, quam vocavit *suam manum*.

VII. Hanc quidem opinionem labefacere conatur *Johannes Christophorus* Cremann *in differt.* sub præsidio *maxime Reverendi Dn. Johannis Andreæ Schmidii Abbat. Mariævallens. Fautoris nostri venerandi Helmstadii* habita 1702. dicta יד אבשלם quando *pag. m.* 25. post multas Scriptorum sententias in hæc erumpit verba: *Absoloni monumentum est turris, cujus inferior pars columnis operis Dorici circumquaque exornata ex perpetua rupe constat, media parte cincta duplici coronide, pyramidem, tertiam partem facientem, habens superimpositam eamque ex alio lapide confectam, a plaga orientali ostiolo eoque in inferiori parte collocato gaudens, cui a latere meridionali aliud monumentum ex rupe eaque perpetua confectum junctum est, columnis operis Corinthiaci exornatum.* Verum si ipsum vocabulum מצבה accurate perpendimus, nunquam de *turri* ejusmodi dicitur, quippe a lapidum cumulo expresse מצבה distinguitur *Gen.* 31. 51. 54. qui ad turris ædificationem requiritur: conf. *Dieter. Antiq. Bibl. f. m.* 714. Nec necessitas nos cogit, ut *Dappero* hac in re assensum præbeamus, ex quo fere hæc allata descriptio desumta, qui *fol. m.* 365. in der beschreibung von Palestina eadem ferme adduxit, & statuam hanc *Absolonis* eo modo depinxit, quo eo tempore fuit, cum iter illuc instituerit. Nec probabile est, quod in hunc finem Absolon monumentum seu titulum exstruxerit, ut in illo reconderetur, cum sibi constaret, locum sibi in paternis sepulchris convenire; sed ut memoriam famæ retineret diu. Miramur igitur Dapperi delineationem hoc modo factam, ut instar cameræ turritæ alicujus sit:



Probabilior videtur *Fulleri* opinio, qui statuam ex uno quasi lapide factam depinxit, ut sit obeliscus.

VIII. Proprie ita loquendo מצבה Absolonis non fuit statua sepulchralis, sed memorialis, ut scil. hujus intuitu quilibet sibi in memoriam revocaret Absolonem. Nec ita firmo stat talo opinio illorum, statuentium, quod a patre *Absolon* in monumento a se erecto fuerit sepultus. *Dapperus* in der Beschreibung der Landschaft Palestina l. c. ex R. *David Kimchio* & *Abulensi* hoc probare conatur, quando ita scribit: Rabbi David Kimchi gibt zur antwort / das man Absolon wiederumb aus den graben genommen / und bey seinen Pfeiler oder gedächtnis / hernach in sein eigenes grab geleget / Abulensis hält dieses fur beweislich / und erkläret Absolons begräbnis in folgenden worten / Nach dem David den entleibten Absolon betrauret hatte / so fuhrete / er den leichnam oder gebeine / damit Absolon nicht in den walde, unter einen steinhaufen / verächtlich solte begraben liegen / nach dem ort wo sein bildnus stund / auf das sein bild-

nus zum gedächtnis bleiben / und anweisen solte / wo man ihn begzaben. Verum haud probabilis videtur hæc Abulensis opinio, quam tamen defendit *Dapperus*, qua statuit, *imaginem* suam erexisse, cum prohibitum fuerit Judæis ejusmodi statuam erigere, quæ formam repræsentaret humanam. Nec veritati consentaneum videtur, quod parens Absolonis cadaver in sepulcro erecto sepeliri curaverit. Nam si hoc fecisset, Scriptura mentionem fecisset, tacente igitur Scriptura, & nobis tacendum, cum nec hujus mentionem faciat *Josephus*. Notum enim erat Davidi, qualem pœnam rebellis filius meritus fuerat; si igitur hoc fecisset, contra præceptum Dei egisset, id quod de Davide pio affirmare, vix conceditur. Et hæc de statua dixisse sufficiant.

CAPUT II.

De נפש & ציון.

I. MOris quoque fuit apud Hebræos, ut sepulchra *cippis* ornarent, quos (2) נפשות appellabant. Hoc colligitur ex iis, quæ passim in Scriptis Rabbinicis occurrunt. *Maimonid.* in suis ad *Misnajoth* Commentariis, *Oboloth c.* 7. §. 1. hæc habet: נפש הו אלבניאן אלרי עלי אלקבר מרטפעא עלי סטה על ארץ ואסמה עלמשהור ענר נא שוכה על קבר: i. e. *Nefesh structura est, quæ Sepulchro superstruitur, elata super terræ superficiem, quæ apud nos vulgo* Schaucato 'lKabri *appellatur*. In ipso *Misnajoth* textu *Schekalim cap.* 2. 5. R. *Nathan dicit, eo quod reliquum est mortuo* (scil. e nummis ad ipsum sepeliendum collectis) *estruunt illi* נפש *Nefesh super sepulchrum ejus;* ad quem locum *Maimonid. Nefesh* eodem, quo vidimus, modo explicans, addit והוא נקרא ציון בלשון הקרש. *Idemque in lingua Sancta vocatur Tsiun*. Unde morem istum statuas super defunctorum sepulchris erigendi adeo tenaciter Judæi servant, ut concluserint Rabbini, si de residuo didrachmarum pro redemptione animæ solutarum jam mortuo aliquod debitum vel residuum supersit, quod id erigendo cippo esset impendendum.

II. Cur autem *cippus* נפש dictus, hæc ratio affertur, quod monumentum instar animæ vitam ac famam atque memoriam demortui conservet. Observandum autem, quod nomen Hebraicum ציון latioris sit ambitus, quam נפש Rabbinorum, cum scil. ציון quodlibet signum sepulchro appositum denotet, נפש autem proprie *cippum* eidem impositum. Hinc differentia aliqua in usu communi Rabbinorum est, ita, ut ציון generalius signa illa, quæ Sepulchris apponuntur, ac communiter pluribus simul circumdantur, significet, נפש autem proprie CIPPUM ab amicis mortui ipsius privatim Sepulchro impositum, quod non solum in immunditiei cautelam aliis, sed etiam mortui memoriam fieri solitum. Ea de causa veteri proverbio viris in celebritate constitutis CIPPOS exstruendos negant, in *Bereshith Rabba fol.* 92. *col.* 1. אין עושין נפשות לצריקים רבריהם הם זכרוניהם: i. e. *Non sunt exstruenda monumenta justis, verba ipsorum conservant illorum memoriam*. Conf. clar. *Johan. Buxtorff. Lexic. Rabbino-Talmudic. fol.* 1377. Quod Proverbium in Gemara Jerosolymitana ad allegatum Mischnæ locum *fol.* 47. *col.* 1. Rab. *Simeoni ben Gamaliel* vindicatur, *proverbialiter* accipiendum, hoc est, non de interdicto aliquo, ne viris de egregio publico bene meritis *Cippi* post mortem erigantur, sed in laudem eorum, quippe quorum fama & memoria non tam in statuarum, quam in librorum & meritorum monumentis floreat, uti & in solatium, si illic forte careant. Vid. *Gejer. lib. de luctu Heb. cap.* 6. *pag.* 129.

III. Quod si animadvertamus, facile constabit, quomodo cum praxi veterum pariter ac modernorum Judæorum hæc R. *Mosis Maimonidis in Hilc. Ebbel. c.* 4. *halach.* 4. *Tom.* 4. operis *Jad. fol.* 278. *col.* 1. concilianda: מציינין את כל בית הקברות ובונין נפש על הקבר והצריקים אין בונין להם נפש על קברותיהם שרבריהם הם זכרונם i. e. *Designandus est quilibet Sepulchrorum locus, & monumentum Sepulcro superstruendum. Justorum vero sepulchris non statuendum* (necessario ad conservandam eorum memoriam) *est tale monumentum, cum verba eorum sint memoriale ipsorum*, h. e. memoriæ ipsorum conservandæ sufficiant. Licet itaque hæc a *Maimonide* producta fuerint; attamen & ipsis justis vel doctis נפשות erecta fuisse constat. Verum misso hoc ad alterum vocabulum ציון nos conferimus, ex cujus enucleatione facile patebit, quid sit?

IV. Nomen ציון unde descendat, indagare hic non abs re erit. Nonnulli illud ab inusitata radice צי derivant, quod Lexicographi plerique & *R. Sal. B. Melech.* in *Michlal Jophi f.* קב. *col.* 3. *circ. med.* faciunt, Grammaticorum inter Hebræos princeps (uti salutatur cl. *Pocock. not. ad port. Mos.* pag. 8.) *Abul Walid Maurn Ebn Jannabi Davidi Kimchio*, qui ejus vitula in plerisque arasse dicitur, R. *Jona* dictus est, ex Arabica lingua illud deducit, in qua صروة significat *partem*

terræ

terræ altiorem dutioremque cippum, item *lapidem viæ indicem*, descenditque a Radice صروا *exeruit*, cui sententiæ subscribit cl. *Pocok* l. c. p. 76. Nobis quoque non inconcinne radix deperdita restitui posse videtur ex Æthiop. ጸወነ *protexit ac veluti munitionibus defendit*, cui affine est Arabum صون *custodivit*, quoniam in specialiori significatu ציון juxta R. *Tanchum* apud *Pocok pag. m.* 77. notat حاجز كالسور يبنا حول المقابر ايلا تدوطها عبام العبر بتت *Septum instar muri circum sepulcreta exstructum, ne ea conculcent, qui per viam transeunt*. Generali alias notione quodvis סימן (qua voce τὸ ציון explicat R. *Nathan* in Conc.) ita appellatur. In hoc sensu utuntur eodem *Gemaristæ in Cod. Erubhin fol.* נג. 2. *Edit. Amst.* ubi sententiæ R. *Chasdæ* אין הודה נקניה אלא בסימנים probatio subjicitur ex Jer. 31. 21. additurque: *Facite* ציונים *legi*. *Quem hic sensum habet* τὸ ציון? *denotat signum*.

V. In sacris literis specialius notat vel *statuam Mercurialem* in viis collocari solitam; vel signum aliquod sepulchrale. Prior significatus occurrit & obtinet Jer. 31. 21. Constitue tibi signa, ubi *Munster*. ad h. l. ita: Est autem ציון idem, quod אבן מצבה. *Vatablus* ציונים per titulos exponit, i. e. lapides erectos, quales solent erigi in agris ad indicandam viam: conf. *Grot. ad h. l.* Patet hoc ex contextu & unanimi Rabbinorum consensu confirmatur, *Raschii*, *Radak*, *Tanchum* & *Aben Melech* in *Michlal Jophi*, qui omnes ציונים hoc loco discunt esse סמנים נרוכים להכיר הדרך. De signo Sepulchrali manifeste loquuntur loca, *Ezechielis* scil. *c.* 39. 15. ubi ציון *titulus* ponitur, ex uno scil. lapide aut pluribus pariter congregatis: conf. *Grot. Com. in h. l.* Ad quem Ezechielis locum Raschi ציון esse scribit סימן שיש כאן עצם של מת כרי שיפרשו ממנו הולכי דרכים itemque 2. *Reg.* 23. 17. ubi Rex Josia Sepulcrum Prophetæ conspicatus quærit מה הציון הלז ad quem locum videri possunt *Ralbag* & *Aben-Melech*. In eadem significatione accipitur ציון in *Mischn. Talmud. Cod. Niddah. c.* 7. *fol.* נג. *col.* 2. נאמני' על ציון קברות *Fidem merentur* (gentiles) *in signo Sepulchrali*, & apud sequioris ætatis Rabbinos passim, ut plura in hanc rem cumulare testimonia supervacaneum sit. Ter vocabulum hoc ציון in Sacris occurrit & reperitur 2. *Reg.* 23. *Ezech.* 39. 15. *Jer.* 31. 21. ubi est pluralis numerus, sed ex eo loco nihil redundare ad vocis explicationem potest. Latine fecit per Hermas *Ledeb. cat. Script.* 2. 1. *pag.* 135. De Hermis videatur *Tr. noster de Hermis seu statuis Mercurial.* conf. *Frid. Mull. diss. de Statuis* 10. 1. 1. *seqq.* Ex *Ezechiel.* intelligimus Zijon esse signum propter humani cadaveris locum constitutum; ut cadaver, hoc ציון insignitum, conspicuum existeret comportaturis cadavera in vallem multitudinis, Gog. Existimamus plane, diversum quid ציון ab Epitaphio esse, quia comportatores cadaverum debuerunt hujus conspectu admoneri, insignitum cadaver alio esse transferendum. Hoc signum quoque 2. *Reg.* 23. permovit Regem, ut requiret ejus significationem; hinc non dubium, quin peculiari nota fuerit insignitus tumulus Prophetæ, qua admonerentur sacrificaturi, indignum eo loco esse jacens cadaver, & translationem meritum, nisi relinqueretur ad perpetuandam memoriam miraculi, quo per Leonem, cœlitus immissum, fuerat castigatus audax adversarius religionis surgentis. Expendantur hæc, quæ attulit *Jos.* 8. *Antiq.* 3. *f.* 277. & res eo certior erit & assertio hæc prolata.

VI. Ornabantur & signabantur Sepulcra Hebræorum super exstructis Cippis, qui mos antiquissimus etiam Gentilibus usitatus fuit & Israelitis receptus & vel ab ipso Jacobo ad illos derivatus, qui Gen. 35. 20. super *Rachelis* sepulcrum מצבה *statuam* posuisse dicitur, de qua consulendus R. *Benjam. Tudelens. in Sepher Masoth pag.* 47. *Edit. l'Empereur. Adrichom. Theat. Terr. S. f.* 19. *n.* 101. *Cotovic. l.* 9. *Itin. c.* x. *p.* 245. *Schindl. in Lexic. Pentaglott. fol.* 1582. *Gejer. de Luctu Heb. c.* 6. §. 25. *p.* 178. *D. Strauch. differt. de Statua Rachel. edit. Witteb.* Rabbinis istiusmodi ציון dicitur נפש quæ vox uti alias πολύσημος est. Conf. *Maimonid. in More Nevuch. part.* 1. *c.* 41. *p.* 49. *Edit. Buxtorff. Flac. Clav. Script. part.* 1. *voc. Anima*. *Capell. in Specileg. N. T. Ainsworth. Comment. Glass. in Rhet. Sac. Tr.* 1. *c.* 5. *p.* 1101. *D. Gejer. in Cohel. p.* 197. *in Psalm. p.* 47. 346. 398. 556. *& passim*. *Sixtin. Amama in Antibarb. Biblic. l.* 3. *p.* 707. *Hackspan. Not. Philol. p.* 2. *p.* 68. 168. *Schindler. Lexic. fol.* 1145. *Eduard. Pocock. not. ad port. Mos. c.* 2. *p.* 19. *Joh. Vorst. Philol. Sacr. P.* 1. *pag.* 117. *& seq. Slevogt. disp. de L. Hell.* §. 5. 12. *Dn. Frismuth. in diss. de Messia in S. n. r. cap.* 1. §. 1. *& seqq.* Ita Talmudicis quoque ad hunc usum inservire cogitur in *Cod. Schekal. fol.* 2. *Edit. Amstel.* ubi jubetur ex reliquo

quo ut exſtruatur cippus ſuper Sepulchrum, conſ. *Cod. Oholot.* Talis autem *Cippus* & *columella* (ut *Ciceroni l.* 2. *de LL.* dicitur) erigebatur ab Hebræis duplici fini. Debebat enim facere tum ad præcavendam pollutionem, quæ ad eos, qui Sepulchra tangebant, promanabat, tum ad aſſervandam defuncti memoriam, quem vero finem improbaſſe videtur R. *Simeon ben Gamaliel.* cujus mentionem fecimus §. 2. cui adſtipulantur plures alii Rabbinorum *Bereshith Rabba Sect.* 82. *Maim. Hilc. Ebel. c.* 4. *v.* 4. R. *Iſaac bar Scheſchat* adductus a R. *Karro in Keſeph. Miſchn.* it. in *En Jacob.*

VII. Verum vix probabile eſt, quod animus *R. Simeoni* fuerit penitus improbare omnem *Cipporum* ſtructuram, ſed quatenus hoc fini ponantur, ut aliquod inde nomen & memoria defuncto exſurgat, prout hanc ejus mentem explanat R. *Aſarjas part.* 3. *libri* ſui, quem *Meor Enajim vocat cap.* 60. *fol.* קפנ. *Edit. Mantuan.* cujus verba Latine reddita ita ſonant: *Non voluit* R. *Simeon monumenta juſtis poſita abſolute vituperare, ſed duntaxat eo ſenſu, quo verba ejus alioqui pulchra tradunt; videlicet, quando intenditur, ei (defuncto) ſtatuere memoriam per illud monumentum, quaſi abſque eo nulla ei ſupereſſet benedictio & memoria; quale monumentum fuit manus Abſolonis* (2. Sam. 18. 18.) *dicebat enim, non eſt mihi filius, ut memoriam conſervem nominis mei. Enimvero quando intenditur commodum aliquod ea ratione, ut dictum adverſus id, neque R. Simeon neque ullus Sapientum ſiniſtri aliquid cogitavit.* Illud commodi in eo præcipue conſiſtebat, quod & Sacrorum miniſtri Deoque devoti Nazaræi ejuſmodi cippo moniti ſibi ab immunditie Sepulchrali cavere poſſint. Nam & hunc in finem Sepulcris impoſitos eſſe cippos docet expreſſe R. *Tanchum apud Pocock. pag.* 77. dum נפש exponens ſcribit eſſe *Ædificium exſtructum ſuper Sepulcrum quo dignoſcatur Sepulcrum eſſe, atque ab eo longius recedatur.* Firmo itaque ſtat talo cippos Sepulchris fuiſſe ſuperimpoſitos, uti quoque teſtatur Autor de *Cippis Heb.* qui refert, R. *Chaninæ filii Douſæ* & uxoris Sepulcris ציונים impoſita eſſe.

CAPUT III.

De Sepulcris calce notatis.

I. INter ornamenta Sepulcrorum hypocritica recenſentur illa, de quibus Chriſtus *Matt.* 23. 27. dicit, quod Phariſæi ſimiles ſint τάφοις κεκονιαμένοις *ſepulcris dealbatis*, de quibus pauca dicturi ſumus. Quod ad Nomina attinet, ea expoſuimus *l.* 1. *c.* 2. §. 11. quæ ibi videnda. Cur autem Phariſæi comparentur Sepulcris dealbatis, rationem ipſe Chriſtus addit verſ. ſequent. Ad quæ verba *Theophylact. p.* 140. notat: *Dabant operam, ut exteriori habitudine decori viderentur, ſicut Sepulcra dealbata, utpote gypſo & calce dealbata; intus autem immundicia mortuorum & putridorum operum erant pleni.* Jure meritoque hypocritæ ſimiles his dealbatis ſepulcris ſunt, quia externe mentiuntur pietatem, interne autem turpiſſima vitia latent. Vid. cl. *Suiceri theſaurum*, qui multa ex Patribus teſtimonia protulit *f. m.* 143. *part.* 2. *edit. Amſtel.* Hinc Phariſæi ſingularem religionem & puritatem profitentes, ſepulcra calce vel gypſo dealbant.

II. Unde apparet, *calcem* quoque ſignum fuiſſe, qua antiquitus Sepulcra Hebræorum notata & ſignata. Inſigne & prorſus luculentum ea de re teſtimonium exhibet *Miſchnah. Cod. Maaſur Scheni c.* 5. §. 1. *fol.* ! 2. cujus exſcribendi labore, cum in notis ad *Portam Moſis p.* 81. idem recitet *Eduard. Pocok.* & *Johan. Lighfoot. in Hor. p.* 432. facile ſuperſedere poſſemus, niſi illud ipſum repetitum & dilucidius explicatum deprehendiſſemus in *Gem. Babylon. Cod. Bava Kama c.* 7. *fol.* טס i. e. qua illud una cum inſerta Gemariſtarum commentatione adduxiſſe non pigebit: Cum autem locus ille valde prolixus, Latina tantum ad mentem Talmudiſtarum ex verſione cl. *Roſteuſcheri* recenſebimus, quæ hæc eſt: *Exſtat traditio: Vineam anni quarti notabant glebis terræ. Signabant nimirum eam tanquam terram. Cur adhibuerunt terram? Uti ex ea commodum aliquod percipiebatur,* (Gloſſ. alio tempore inſerendo, arando &c.) *ita etiam ex hac vinea. Poſt factam enim redemptionem inceperunt eam in uſus ſuos convertere. Præputiatam autem* (*non teſta*) *ſed argilla* (*e qua vaſa teſtacea formant, ut habet Gloſſ.* ad Maaſur Scheni) *ſignabant, cum reſponderet argillæ. Cur enim uſurparunt argillam? Eſt illa nullius uſus* (*conſita enim nihil producit*, id. Gl. ad M. S.) *ita etiam ex hac vinea nulla utilitas percipiebatur.* (*Loca*) *vero Sepulchrorum calce notabant, quoniam alba eſt inſtar oſſium, & ideo humectabant eam & effundebant ut eo magis albeſceret.* Ex eodem fonte ſine dubio promanavit *Gloſſa Raſchii*, quæ cum ad confirmandum hunc ritum inſigniter faciat, uti verbis Miſchnæ מציינין את הקברות *Cod. Moed Katon cap.* 1. *fol.* ב. *Edit. Amſtel.* ſubnexa eſt, hic apponetur. עושים סימנים על הקברות בסיד רחיוד כעצמות כרי שלא ילכו אוכלי תחמה

חחמה לשם *Solebant Sepulcra calce notare, quia alba est instar ossium, ne, qui oblationes comedebant, illuc accederent.* Addemus verba Rambam, quæ ad illustrandum similem locum *Mischnæ* in Cod. Schek. fol. ב. profert, prout ea ex Arabica in Hebræam translata linguam a R. *Josepho ben Isaac, ben Aphual* habemus & ita versa legimus: *Signabant sepulcra hoc pacto, visitabant singula & quando inveniebant aliquod ab aqua dirutum, signo videlicet, quod super Sepulchrum exstructum erat, abolito, tum signabant & denuo restaurabant illud, ut locus immunditiei notus manifestusque fieret & Sacerdotes ab eodem recederent. Est autem illud jam pridem explanatum, quod signum Sepulchrale Calce fieri consueverit.*

III. Non omnia autem Sepulcra calce notabantur, sed illa tantum, quæ in subterraneis speluncis abdita latebant. Colligitur hoc Gemaristarum *in Cod. Moed Katon fol.* ה. 2. verbis: *Non signabant* (*Calce*) *quæ manifesta erant* (*cum perspectissimum omnibus esset latere inibi immunditiem, & in confesso non deferri illuc locorum res mundas.* Glossa) signabant vero dubia. Hæc autem sunt (1) dubia סככות, quo nomine Talmudicis venit, Arbor super terram expansa, quæ juxta viam ad cœmiterium tendentem sita est. (2) פרעות lapides grandiores e pariete prominentes, sub quibus Sepulcrum latet, quomodo hæc vox exponitur in *Mischn. Cod. Oholot cap.* 8. §. 2. & denique (3) בית הפרס *locus expansionis, s. ager immundus*, cujus frequens alias fit mentio in *Talm. Codd. Ketubhot fol.* כח. *Erub. fol.* ל. *Pesachim fol.* צב. *Niddah fol.* ו. & alibi passim. Priora duo simpliciter בעי ציון *requirebant signum*, quandoquidem dubitandum erat utrum immundities sub illis esset, vel non, imo si vel maxime notum eam sub ramo aliquo arboris latitare, discrimen tamen erat inter ramos, nec constabat præcise locus immundus; quod dicendum quoque de lapidibus, qui junctim e pariete prominebant, ut ad locum ex Gemara *Moed Katon* scribit Autor *Tosephot fol.* ה. 2. Ad tertium dicimus, quod inter Agros ex Sepulcro immundos aliquod discrimen servatum. Nam cum triplex ב״ה Beth-Happeras genus constituant Hebræi, eoque nomine ipsis veniat שדה שנאבד בה קבר *Ager in quo deperditum est Sepulcrum*, שדה שנחרש בה קבר *ager in quo aratum est vel arando dispersum est Sepulchrum*, & denique שדה בוכין *ager plorantium*, (De quo videndus *Maimon. Hilc. Tum. Met. c.* 8. *Tom.* 2. *edit. Ven.*) E tribus his primi præsertim ordinis calce signandum, & a reliqua terra, quæ munda, nec ullo inquinata Sepulcro erat, distinguendum fuisse asserunt Hebræi. Ita Gemaristæ in *Moed Katon* tradunt.

IV. Visis locis Sepulchralibus, quæ antiquitus *calce* notari solita, progredimur ad *modum*, quem veteres Hebræi in ritu hoc observarunt. Eum autem succincte descriptum exhibet *Mischn. Cod. Maasur Scheni cap.* 1. §. 1. fol. ע. 2. מציינין קברות בסיר וממחה ושופך *Signant Sepulcra calce, quam aqua macerat & affundit.* Cum enim in Sepulcris signandis nimis curiosi essent, curabant, ut *Calx* immunditiei index sub terra delitescentis sepulcri esset melioris notæ & colore nitido & albicante, quo prætereuntes signum hoc eo melius cognoscerent & illud oculis se facile offerret. Imo *Calx* hæc aquis probe maceranda erat, ut eo magis albesceret. Nam in hunc finem Sepulcra dealbabantur, ut quilibet sibi signo hoc viso, ab immunditie vel pollutione cavere posset, quam alias facile contrahere poterat, cum hæc dealbatio deesset. Aquis itaque bene temperata calx super ipsum Sepulcri locum diffundebatur, uti ex *Gem. Hierosolymit. Cod. Babyl.* Schekalim subnexa patet.

V. Neque sufficiebat, ut opera perfunctoria hoc faceret is, qui affundebat, sed requirebatur, ut acurata & ad amussim exacta diligentia id efficeret. Summo enim studio omne illud spatium, quod in cavernis subterraneis occupabant Sepulcra, in superficie terræ *Calce* signandum erat. Idcirco, qui recte hoc munere defungi volebant, ut eo certiores fierent, quo usque se immundities Sepulcrorum diffunderet, Speluncam ipsimet ingressi cavorum, qui Sepulcrorum erant receptacula. (confer. huc qui Sepulcrorum apud Hebræos formam delinearunt, *Casaubon. Exercit. advers. Bar. pag.* 578. *Lightfoot. Hor. pag.* 171. Id quod ex Rabbinis recenset cl. *Joh. Christ. Rosteuscher. de Sepulcr. calc. notat. cap.* 4. §. 2. Aliter autem se gerebant Hebræi, quando immundities ב״ה בית הפרס seu agri, in quo deperditum erat Sepulcrum, designanda erat. Tunc enim non toto agro calx diffundebatur, sed solum in extremitatibus termini, quibus signari ager solebat, juxta illud, quod legitur *in Bava Batra:* Ager signatus in terminis suis, hoc est, ut Glossa exponit, terminos habens in quatuor plagis suis dispositos calce incrustabantur. Id enim volunt verba *Maim. Hilc. Tum. Met.* c. 8. fol. שכה 2. *Cum quis inveniret quatuor agri terminos* (*calce*) *signatos, isti quidem mundi erant, sed totus ager in universum erat immundus.*

VI. Ne

VI. Ne autem aliquid omitterent, quod pollutionem prohiberet, observandum venit, quod generatim in quavis designatione locorum sepulcralium non præcise super locum immundum *Calcem* effuderint Judæi, sed ante eum, ut intelligerent ex hoc signo adventantes, locum immundum non procul abesse. Rationem hanc subministrant *Gemara Cod. Moed Katon:* Non ponebant signum (præcise) super locum immunditiei, ne res mundas perderet. Nam si quis (addit *Scholiastes*) immunditiem sub signo latentem non animadvertisset prius, quam ad signum devenisset, subito munda contaminata fuissent, quoniam sub signo delituisset præcise immundities. Idcirco constituebant quoque ציון signum juxta immunditiem paululum distans ab eadem, quod utrinque prominebat ad latera immunditiei: ut eadem Gemaræ verba pulchre explicat *Maimonid. H. T. M. c.* 8. §. *9.* quo unusquisque ad istiusmodi signum tendens immunditiem adesse intelligeret, & tempestive recederet. Ut autem horum omnium eo major haberetur ratio, neque temere vel ex incogitantia, vel ignorantia aliquid prætermitteretur, præsente erudito viro rerumque intelligente *dealbatio* ista, præsertim quæ publica autoritate fiebat, institui solebat, quod ex *Moed Kat.* colligitur.

VII. Præcipue autem hanc curam in se suscipiebat Magistratus, qui quotannis *Legatis domus Judicii* inter alios labores & hunc imponebat, ut sicubi in Sepulcris calcis affusæ indicia obscuriora reddita, aut penitus deleta deprehenderent, eadem restaurarent, & affusa denuo calce omnibus patefacerent. Ita enim *Maimon. Hilc. Schevit. Jom. Tob. c.* 7. §. 11. his verbis prodit: *Prodibant Legati domus Judicii ad visitanda Heterogenea* &c. (conf. *Maim. in Hilc. Kelaim c.* 2. *seqq.*) *& notabant Sepulcra, quorum signa aqua pluvialis deleverat.* Fiebant porro hæc statis anni temporibus, mense plerumque *Adar*, quod planum est ex *Mischna Cod. Schekal. cap.* 1. §. 1. in festo parvo, ut tradunt *Mischnici Doctores in Moed Katon c.* 1. §. 1. his verbis: *Irrigant agrum siticulosum in festo &c. reparant quoque destructa in festo, corrigunt aquas corruptas in plateis, & fodiendo inquirunt eas, reparant vias itemque plateas & receptacula aquarum, faciuntque omnia, quæ necessitatem publicam respiciunt, signant Sepulcra, atque etiam propter Heterogenea egrediuntur.* Hæc etiam confirmat *Maim. Hilc. Tum. M. c.* 8. §. *9.* dealbationem hanc asserens institui solitam *diebus festi profestis.* Hisce intermediis festi diebus etsi non quosvis aggredi labores licebat, eos tamen permissum erat suscipere, qui ad publicam spectabant necessitatem, nec sine præsentissimo damno omitti poterant, prout illud ex placitis Doctorum satis dilucide docet *Raschi*. Id tamen monet *Maimonides* id fuisse requisitum, ut opus difficultate omni & molestia vacaret, cujus generis etiam fuisse statuunt Hebræi dealbationem Sepulchrorum. Et hæc de Sepulcris calce albatis & ritu illorum sufficiant.

CAPUT IV.

De Sepulcrorum Hebræorum Epitaphiis.

I. Ritum hunc Epitaphiis monumenta ornandi Græcis & Romanis usitatum fuisse testantur Inscriptiones variæ, quas adduximus *l.* 2. *cap.* 15. Unde merito quærimus, an etiam apud Hebræos moris fuerit? Ad quam affirmando respondemus, quippe antiquitus & hodienum ejusmodi Epitaphia reperta sunt, quamvis libenter fateamur, quædam horum supposititia: esse: vid. *Matth. Friderici Beckii monumenta antiqua Jud. edit. August. Vindel.* 1686. Et licet cl. *Schickard. de jure Regio Hebr. cap. 6.* dicat, Judæos Epitaphia non admodum curare his verbis: Laudo *Maimonidem*, qui censet, famam recte factorum, quæ in viva posteritatis memoria perennat, esse splendidissimum Mausoleum, quovis marmore durabilius, quavis statua pulchrius; attamen contrarium ex exemplis & testimoniis variis apparet; quippe idem paulo post *pag.* 436. 437. subjicit: Nudæ tamen Inscriptiones nominum & annorum non improbantur, quia historias & chronologiam juvant. Ast cur denegemus Hebræis Epitaphia & Inscriptiones? Ipsi enim omnium primi suo merito habendi sunt, quibus Inscriptionum inventiones unice deferendæ veniunt. Ab hisce enim, ut plura alia, ita quoque inventionem cipporum eorumque Inscriptiones fluxisse, asserit *Gerhard. Tom.* 8. *LL. de more* §. 84. Non calculum itaque adjicimus dissertationi sub præsidio *Johan. Henr. Heideggeri habitæ Tigur.* 1670. quæ ritum hunc plane rejicit §. 36. his verbis: Et Ecclesiæ quidem *Tigurinæ* ritus peti possunt ex cl. *Lud. Lavater.* de ritibus Ecclesiæ Tigurinæ egregio *libello c.* 32. 33. inter alia memorat, *epitaphia quoque nulla* amplius vel saxis vel æneis tabulis incidi, lapidibus sculptis Sepulchra non contegi, addita ratione, ne luxus ille Sepulcrorum redeat. Ita sapienter constituerunt Majores nostri ubique tenacissimi sim-

ſimplicitatis ut ex præteritis futurorum providi: hæc *Heideggerus*.

II. Cum autem uſus Epitaphiorum vetuſtiſſimus ſit, qui & Hebræis & primitivæ Eccleſiæ Chriſtianis placuit & adhuc Proteſtantibus placet, non videmus, cur a Tigurinis rejiciatur? Hebræis morem hunc frequentem fuiſſe oſtendunt antiqua & hodierna Epitaphia etiam in Helvetiorum civitate Baſilea relicta. Audiamus verba *Excellent. Johann. Andr. Hochſtetteri Profeſſ. Moral. in hac alma Tubingenſ. Fautoris mei æſtumatiſſimi in diſſertat. de officio erga defunctos* allata, ubi hæc extant: *Quos quidem in erigendis honori defunctorum Epitaphiis operoſos admodum fuiſſe conſtat, & Baſilea teſtatur, in cujus ſuburbiis magna vici pars Judaicis monumentis obtecta videtur. Eximium tamen lapidem ſervavit Theodorus Zwingerus, quem Anno M. D. XLV. in Cœnobio S. Claræ, ubi Cœmiterium Judæorum erat inventum; celeberrimus vir in Jo. Lucæ Iſelii, privigni ſui horto, memoriæ cauſa erigi curavit, ubi hodienum conſpicitur*, quem Lectoribus communicamus & cum tranſlatione *Excellent. Profeſſoris* huc ponimus. Verba lapidis ſeu Epitaphii ſequentia ſunt:

N°. 2.

והאבן הוארת
אשר שמתי
מצבה לראש
חזקן ר׳ אליקים ב׳
יוסף ונקבר בתול
המוע׳ של פסח יו׳
ה׳ צ׳ ה׳ לק׳ מנוה׳
בנ׳ ערז עם שאר
צרקי עו׳ א׳ א׳ ס׳

LAPIS ISTE POSITUS EST AD CAPUT SENIS R. ELIAKIM FILII R. JOSEPH, SEPULTI IN HEBDOMADE SOLEMNITATIS PASCHALIS DIE QUINTA. A. XCV. SECUNDUM MINOREM NUMERUM, QUIES EJUS SIT IN HORTO VOLUPTATIS, JUXTA CUM JUSTIS, QUOTQUOT IBI SUNT, ÆVI PERENIS AMEN, AMEN, AMEN, SELA.

Aliter hoc Epitaphium exhibet *celebr. Jonan. Faes in not. ad Gyrald. pag. m.* 170.

N°. 3.

האבן הצארת
אשר שמתי מצבה לראש הזקן
ר׳ אליקים
בר׳ יועף
ויקבר בתול המוער של
פסח יום ה׳ צ״ה לפרט׳ק
מבוחו בגז ערז עם שאר
צרקי עולם
א׳ א׳ א׳ ס׳

id eſt.

N°. 4.

LAPIS. HIC. EST
QUEM. POSUI. MONUMENTUM. CAPITI. SENIS.
R. E L I A K I M.
FILII. R. JOSEPHI.
QUI. SEPULTUS. EST. IN. DIE. PROFESTI.
PASCHATOS. IIX. ANNO. XCV. SUI. MIN.
REQUIES. EJUS. IN. HORTO. EDENIS. CUM.
RELIQUIIS. JUSTORUM. MUNDI.
AMEN. AMEN. AMEN. SELAH.

III.

III. Quod ad primitivæ Ecclesiæ Christianos attinet, qui Epitaphia erexerunt, Prudentius carmine modo adscripto testatur:

Titulumque & frigida saxa, &c.

Idem hymno quarto de passione Hippolyti Martyris ad Valerianum Episcopum:

Innumeros cineres Sanctorum Romula in urbe
Vidimus, o Christi Valeriane sacer.
Incisos tumulis titulos, & singula quæris
Nomina? difficile est, ut replicare queam.
Plurime litterulis signata sepulcra loquuntur
Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod.

Testantur hoc quoque varia Epitaphia Christianorum, quæ collegit & observavit *Paulus Aringhius in sua Roma subterranea edit. Arnhem. 1671.* quem curiosus Lector evolvere velit, & constabit, nos vera dixisse. Nec silentio præterire possumus Reformatos seu Protestantes in Anglia, qui Epitaphia magni æstimarunt, uti colligitur ex *libro inscripto Romaines concerning Britaine, edit. Lond. 1623. ubi pag. 312.* hæc leguntur: *But among all funerall honours, Epitaphs have alvvayes beene most respective, for in them vvas love shevved to the deceased, memory vvas continued to posterity, friends vvere conforted, and the Reader put in minde of humane frailty.* Ex his satis superque cognoscitur Epitaphia semper magni æstimata fuisse. Sed iterum ad Hebræos nos accingimus.

IV. Non negamus quod multa apud Scriptores reperiantur Epitaphia Judaica, quæ dubitationem movent, inter quæ est illud quod *Joh. Henr. Hotting. dissert. 1. de variis Hebræorum inscriptionibus pag. 3.* recenset:

זהו קבר אדנירם עבד המלך השלמה שבא לבתאות המס ונפטר יום

N°. 5.

Latinis verbis ita tradidit *Dillberus in dissertat. Academic. pag. m. 56.*

HIC. EST. TVMVLVS. ADONIRAM. SERVI. REGIS. SALOMONIS. QVI. VENIT. UT. EXIGERET. TRIBVTVM. ET. MORTUUS. EST. DIE.

N°. *6.*

Hoc Epitahium ut genuinum attulit quoque *Villalpandus Jesuita* in *Ezech. tom. 2. f. 544.* & asserit, ad *arcis Saguntinæ portam*, superiore seculo effossum fuisse saxum. Etsi vero hujus lapidis canities talis non sit, qualis a *R. Moses Suchem Tof in Marpe Jaschon* venditatur, uti clar. *Hotting. de Cippis Heb. pag. 3.* recte disputat; tamen inde liquet, *titulos*, de quibus sermonem habemus, Hebræis quoque usu receptos esse. Nec assensum præbemus *Villalpando*, qui affirmat, reliqua, ut & imprimis illud, qui dies obitus fuerit lapide vetustatis injuria, ut quidem putat, nonnihil corrupto, haberi non potuisse. Ac licet *Villalpandus* se nullibi ejus rei apud quemquam Scriptorem (præterquam in MS., quod apud *Gonzagam Mantuanum Episcopum* extiterit) vestigia reperisse asserat: non defuturos tamen suspicamur, qui pro genuino fictum hoc monumentum habituri, & vel a vetustis illis temporibus accersituri sint; ut eo magis operæ pretium fuerit, νόθλμα illius Inscriptionis paucis in lucem statuere.

V. Quærimus ergo ex *Villalpando*, qui pro genuino pugnat, qui factum sit, ut nec vola nec vestigium lapidis etiamnum extet, ne in ipsis quidem regionibus ubi inventus est? neque enim credendum est, hunc tam memorandum antiquitatis πίνον privata tantum quorundam notitia conclu-

clusum, & non potius apud indigenas dignis laudibus fuisse celebratum: cum nec præterea verisimile sit, viros illius ævi doctissimos silentio tantam rem prætergressuros fuisse, si modo iis de rei veritate certi quicquam constitisset. Ergone enim præter Mantuanum istum Episcopum nemo illud vel scivit, vel scire debuit? At enim vero largiamur hoc *Villalpando*, ac demus, extitisse olim istud marmor, licet ob aliquas causas purvulgatum adeo non fuisset: num vel sic γνήσιον esse probabit? Equidem haud credimus. Cum enim mentio fiat in Inscriptione Adonirami, qui Saguntum venerit, si vertentem sequimur Jesuitam *colligendi tributi causa*, absurdum cui videri posset, cum vix quadringenti ab ingressu in Palæstinam anni effluxissent, nullasque adeo causas Judæi habuissent a Deo promissam præstitamque, & propterea dulcissimam sibi patriam deserendi, illos tanta multitudine commigrasse in Hispaniam; ut Salomoni licuerit tributa ab iis per Adoniramum aut alios exigere, cum illius rei nec Judaica nec prophana historia ullibi meminerit. Adde quod piaculum Judæis fuerit, extra Palæstinam vivere. Videatur de his pluribus disserens *Dillher. disp. pag.* 57. 58.

VI. Formam Judaici Epitaphii veri asserimus illam esse, cujus Inscriptionem celeb. *Schickard.* in משפט השרך & clar. Buxtorff. in Lexic. Talmud. fol. 971. adduxerunt de muliere quadam Rebecca: hujus sequentia verba hæc sunt:

N°. 7.

זאת המצבה
אשר הוצב לראש התשובה
והתסידה התמימה
מ' רבקה
בת הק' ר' שמואל הלוי
שנפטרת בשם טוב ביום ז' ל"ה
טבת בשנת ק"לה לפ"ק
נשמתה תהא ארורה בגן עדן
א' א' א' סלה:

Id est:

N°. 8.

HÆC. STATVA.
QVÆ. ERECTA. EST. CAPITI. PRÆSTANTISSIMÆ.
SANCTISSIMÆ. ET INTEGERRIMÆ.
D. REBECCÆ.
FILIÆ. S. R. SAMUELIS. LEVI.
QVÆ. OBIIT. FAMA. BONA. DIE. VII. MENS.
THEBETH. ANNO. CXXXV. SUP. MIN.
ANIMA. EJVS. SIT. LIGATA. IN. HORTO. EDEN.
AMEN. AMEN. AMEN. SELAH.

VII. Nec melioris quam *Adoniræ* conditionis est illud Epitaphium Judaicum Ducis *Amaziæ*. Namque Autore *Aben Chabib* in libello דרכי נועם *Darche Noam* apud *R. Asariam*, in *Meor Enajim Part.* III. *cap.* 60. (cujus etiam non tamen ex ipso lapide inspecto, sed ex MS. quodam Codice Saguntino admodum corrupte lecti meminit *Villalpandus Tom.* II. *part.* II. *fol.* 544. *in Ezech.*) in Regno *Valentiæ* prope Morvitri (alias Morvedre vel Murviedro, Saguntum olim dictam) in montis vertice hujusmodi inscriptio extat: שאו קינה בקול מר לשר גדול לקחו יה לאמציה: *Edite planctum voce amara de Duce Magno, quem sustulit Dominus --- Amaziæ*. Genuinum hoc esse credat Judæus Apella, nobis nunquam persuadebit, & multa de hoc dicenda essent, nisi hunc laborem suscepissent & falsitatem ostendissent *Dillher. disput. Tom.* 1. *pag. m.* 59. & celeb. *Matth. Frideric. Beckii monument. antiq. Judaic. edit. August. Vindel.* 1686. Plura ejusmodi supposititia Monumenta recensent *Joh. Henric. Hotting. in diss. prælim. de variis Orientalium Inscriptionibus*, *Cippis Hebr. præfixa*, & *Theoph. Spizel. in Elevat. Relat. Montezinian. pag.* 68. quæ sunt vel Chaldaica, ut Inscriptio Montis Oreb in rupe exci-

ſa, vel Saracenica, literis duntaxat Hebraicis expreſſa, quemadmodum Americana, eo ipſo aliena; vel Hebraica quidem, ſed tamen ſpuria, qualia ſunt Saguntinum alterum & Viennenſia Monumenta, quorum fraudes ex repugnantia cum Sacris Literis elucent, & aliis quæ iſtis temporibus haud uſitata.

VIII. Miſſis itaque adulterinis, genuina Monumenta indagemus. In ליק טים ſeu collectaneis, *Rituali Maharil. i. e.* Doct. Ampliſſimi *R. Jacobi Levitæ*, *Weilenſis*, annexis, pag. 111. b. refertur. Dixit *ſcil. R. Jacob Levita*, quod aliquando ſua ætate, *Anno nim.* 5160. *a Creat. M. i. e.* 1400. *Chriſt.* repererint monumentum aliquod inter Sepulchra Moguntina, cum hac inſcriptione שפחה חרופה Ancilla ſeu virgo deſponſata: cujus calculus ab eo, quo poſitum eſt, tempore ad hunc uſque diem, ſuerat MC. annorum. Præterea collector addit, fama eſt, Sanctam Synagogam *Moguntinam* & *Hallenſem* inde jam a longe plurimis annis celebrem eſſe. Inſcriptio integra non exhibetur, ætas enim abeſt, quæ vero fortaſſe fuit: שנה ס׳ לפרט ה״ק: *Anno* LX. juxta calculum minorem, i. e. omiſſis Millenaris MMMM. tot enim a Creatione Mundi fuerant tunc lapſi. Atqui iſthac ætate Judæi non numerabant a Creatione Mundi, ſed *juxta Æram Contractuum* uſque ad ætatem *Rab Scheriræ*, qui vixit *A. C.* 967. tradente *R. Davide Gans in Chronol. part.* 1. *pag.* 27. Unde ſuſpecta etiam hæc videtur, & ratio Chronologi Judæi non tam nos movet, ut aſſenſum præbeamus.

IX. Genuina ergo Epitaphia nobis exhibuerunt *Buxtorffius* loco paulo ante citato & doctiſſ. *Beckius*, ex quo quædam huc tranſcribere non pigebit, quorum primum

לראש ר׳ ברוך
שירד לבארזים
ביום ב׳ ד׳ בסיון
ת׳נ׳ב׳ החיים

Ad caput R. Baruchi,
qui deſcendit ad eos, qui ſunt inter Cedros
Feria II. IV. Sivan
S. A. E. I. F. Viventium

Poſt explicationem egregiam hujus exponit ultimas literas hoc modo: SIT ANIMA EJUS IN FASCICULO VIVENTIUM. Cætera quæ annotavit, videnda ſunt *pag.* 29. *in antiq. monument. Judæor.* Aliud prælaudatus Autor nobis exhibet *pag.* 31.

. . . יוסף שנפטרה ת׳ת׳ק׳צ׳א׳
לפ ויהי מ׳כ׳צ׳ע׳א׳

. . . Joſepi, quæ mortua eſt 991.
Calc. Sit R. E. I. H. E. A.

Ubi iterum plura adjecit in annotationibus, aſſerens propter He ſignificari fœminam. Et ultimas literas ita reddit: SIT REQUIES EJUS IN HORTO EDEN AMEN. Plura Epitaphia in citato libello videri poſſunt. Unum adhuc addimus, quod *Noribergæ in aula paſtorali Sebaldina ad* dextrum latus in pariete conſpicitur teſte *Chriſtoph. Arnold. in annot. ad Val. Caton. Grammat. Dir. edit. Lugd. Bat.* 1652. *pag. m.* 93.

עד הגל הזה
בירת גוטליך
בת רשבישון
נקברה כ״ט
בטבט יוסב

H. E. *Teſtis eſt acervus iſte ſepulchri GUTLIN filia R. Simeonis, F.* ישון, *quæ ſepulta eſt die* XXIX. *Decembris poſitus.* Ex his & aliis omnibus conſtat, quod Hebræi Epitaphiis ad ornatum Sepulchrorum uſi fuerint, a quibus & alii populi morem hunc hauſerint.

CAPUT V.

De Pyramidibus & Mauſoleis Hebræorum.

I. HEbræos quoque Pyramides ſepulcris ornatus gratia inædificaſſe teſtatur *Joſephus* XX. *Antiq.* 2. *f.* 689. & 6. *Bell. Jud.* XIII. *ſ.* 913. ubi Pyramidis mentionem facit, & refert, quod *Helena* Regina Adiabenorum talem tertio ab Hieroſolymis ſtadio exſtruxerit. Ita etiam de *Simone lib.* 1. *Maccab.* XIII. 27. 28. legimus, quod ad honorem patris, matris & fratrum ſuperbum exſtruxerit ſepulcrum, Pyramidibus ornatum. Verba textus hæc ſunt: Et ædificavit *Simon* ſuper Sepulcrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificium altum viſu, lapide polito λιθῳ λευκῷ καὶ ἀνεξεγμένῳ (*Joſeph.* candido & polito marmore: ejus interpres *Gelenius*) retro & ante. Et ſtatuit ſeptem pyramides, unam contra unam (i. e. ſingulas ſingulis adverſas, vel alteram e regione alterius) patri & matri & quatuor fratribus. Et his circumpoſuit columnas magnas & ſuper columnas arma ad memoriam æternam: & juxta arma naves ſculptas, quæ viderentur ab omnibus navi-

vigantibus mare. Hujus Sepulcri pulcra apud jam dictum *Josephum* historiæ Scriptorem diligentissimum *lib.* III. *Antiq. Judaic. cap.* XI. descriptio est, ubi inter cætera ait, fuisse illud *e lapide albo & polito* uti dictum, habuisse porticus circumcirca & στύλους μονολίθους columnas quæ singulæ uno tantum lapide constarent. Septem etiam Pyramides, quæ, inquit, ad hoc usque tempus servantur, appellat ibidem μνημεῖον μέγιστον θαυμαστόν τε ἰδεῖν. Et multo post eum *S. Hieronymus lib.* de locis Hebr. Modin vicus juxta Diospolin, unde fuerunt *Machabæi*, quorum hodieque ibidem sepulcra monstrantur.

II. Merito igitur dubitare quis posset, hoc lecto, an id factum esset ex suæ gentis ritu, an ex aliarum exemplo? Deinde quæri posset, cur naves insculptæ sepulcro? Nam de armis suspensis aut etiam incisis, communis est ritus. Verum si hæc recte perpendamus, asserimus non repugnare genti Judaicæ hunc morem. Scimus enim quod *Daniel*, qui Princeps a Dario constitutus, Mausoleum sumptuosissimum exstruxerit, in quo *Persarum*, *Medorum* & *Parthorum* Reges sepulti, curaque ejus Hebræis Sacerdotibus data sit: vid. *Josephus libr.* X. *cap.* XIV. Quanquam trophæa apud Hebræos reperiantur, quemadmodum apud gentes. Testes ipsi apud Josephum *lib.* XV. *cap.* 10. nam cum *Herodes* theatrum, & in eo Cæsaris imagines & trophæa gentium, quas bellando ille devicerat, collocasset; Hebræis indigne ferentibus persuadere conabatur nihil in ea re inesse piaculi. At illi putantes imagines esse armis obsitas, quas nunquam tolerassent, uno ore clamabant, dicentes: *Licet omnia existimemus toleaabilia, tamen hominum imagines, vel trophæa, non esse patrium in civitatem admitti profitemur*. Sed hoc verum de ejusmodi trophæis: nam de aliis, id est de hostium spoliis, vel suspensis in templo, vel etiam in Sepulcris, non item.

III. Rationem hujus Mausolei Simonis exposuit *Josephus* loco paulo ante citato *lib.* III. *cap.* XXI. cujus verba integra recitamus: *Simon ingens Mausoleum fabricans patri suo fratribusque, sepulturam ex albo & polito lapide construxit, opus mirabile, conspicuumque faciens, cujus & porticus undique columnis sustentantibus ex uno lapide visu mirabiles statuit, insuper & pyramides septem parentibus, vel unicuique Germanorum singulas superimposuit magnitudine vel decore lucentes, quæ hactenus servantur*. Consentientem hic habemus Anglum *Thom. Fullerum in Pisgah-sight of Palestin. lib.* 2. *cap.* 10. *fol. m.* 211. qui in hæc prorumpit verba: *where the seven sepulchers of Maccabees (each a high Pyramid on a square basis, and all mounted on a steep hill) are a conspicious sea-mark to the Mariners many miles distant*. De columnis sepulcralibus egimus *lib.* 2. Illud tamen observandum, quod columnæ hæ non fuerint nudæ, sed signis asperæ & rerum historiis vestitæ, ut *Gyraldus* animadvertit: conf. *Menoch. lib.* VIII. *de Rep. Heb. cap.* IV. *quæst.* VI. *Sepran. David. digr.* II. *fol.* 510. *& seq.*

IV. Hunc ritum & alios populos observasse testantur Scriptores. De Ægyptiorum sepulcris & illorum columnis refert *Diod. Sicul. lib.* II. *cap.* II. eo in loco fuisse columnarum sepulcralium *contignationem sculptam præsepibus variisque picturis ornatam*. In Romanorum Sepulcris idem videre fuit? Hinc ait *Georg. Fabricius de nova Roma cap.* XXI. *pag.* CXIV. In Sepulcris, quæ hinc inde per urbem in multis locis inveniuntur, varia rerum simulacra ante S. Cosmam & Damianum, in foro Romano & in S. Johanne Laterano in quo etiam nocentes objiciuntur bestiis, ut in alio quodam ante S. Mariam in via lata. *Polydorus Vergilius lib.* V. *cap.* X. Adponi etiam, inquit, solebant militaria signa, tanquam laudis & virtutis tropæa: conf. *Don. Picinell. lumin. reflex. in lib. Machab. fol.* 256. Unde non dubitatur, quin etiam hoc observaverit *Simon*, uti ex textu allato satis constat, ubi expresse: Et super columnas arma. Sepulcrum hoc passim erat conspicuum imaginibus militarium armorum & navium, ut significaret, interprete *Cornelio a Lapide*, eos tam mari, quam terra fuisse potentes & utrobique illustres obtinuisse victorias, etsi bellorum navalium ab eis gestorum, nulla facta sit mentio. Quod autem super *Sepulcra* collocata sint arma aliaque instrumenta Statui convenientia, demonstrat *Virgil. lib.* VI. *Æneid.* loquens de Miseno:

> *At pius Æneas, ingenti mole Sepulcrum*
> *Imponit, suaque arma viro.*

De his actum fuit cap. 2. hujus libri, quare repetere nolumus.

V. Quod autem *naves* insculptæ fuerint marmoribus Sepulchralibus testatur *Philostratus in vita Apollon. Thyanæi. Philippus* II. Rex *Hispaniarum*, *Bruxellis* celebrans exequias *Caroli* V. sui patris, tametsi iste nunquam fecerit navale prælium, nihilominus produxit navim, circum quam efformatæ erant variæ historiæ, nimirum

Africa ab ipsius militibus capta, cum *Aphrodisio deleto*, ex altera parte fugitivos Turcas cum Solymanno profligato: inde novo Orbe invento, & ex altera *Tuneto capto & restituto*. Videatur *Ludovicus Dulcis in ipsius vita*. Ita etiam *Stephani Johannis Stephanii notæ in lib.* 3. *histor. Danec. Saxon. fol. m.* 91. hoc illustrant, ubi asseritur, Regios tumulos ad magnitudinem & figuram carinæ *maximæ navis* fabricatos fuisse. Imo legem *Frothonem* dedisse hanc: *Centurionis vero vero vel Satrapæ corpus, rogo propria nave constructo funerandum esse. Dena autem gubernatorum corpora unius puppis igne consumi præcepit: Ducem quempiam aut Regem interfectum proprio injectum navigio concremari*. Conf. *fol.* 92.

VI. Quod igitur ad Naves pertinet: quas *Simon* juxta arma insculpendas curavit, id primum dicimus, usitatum fuisse navium spolia in trophæis aut templis ad æternitatem memoriæ collocari. *Virgil. lib.* III. *Georg.* de Trophæo Augusti:

> *Atque hic undantem bello magnumque fluentem*
> *Nilum ac navali surgentes ære columnæ.*

Ubi *Servius* scribit Augustum totius Ægypti victorem, sustulisse de navali rostra ærea, quibus conflatis, quatuor effecit columnas, quæ postea a *Domitiano* in Capitolio sunt locatæ. Juvenal. *Satyr.* X. *v*, 133. *seq.*

> *Bellorum exuviæ truncis affixa trophæis,*
> *Lorica, & fracta de casside buccula pendens,*
> *Et curtum temone jugum, victæque triremis*
> *Aplustre & summo tristis captivus in arcu.*

Livius ab urbe condita *lib.* VIII. Naves, inquit, Antiatium partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit: Rostraque id templum appellatum. *Goropius* præterea *lib.* III. *Orig.* scribit, navium fragmenta a Cyrenæis in Hammonis templo dicata. Id vero ad nostrum morem refert, qui navium spolia, quibus naufragium evasimus, in templis suspendimus.

VII. Quod ad *Sepulcra* spectat, hoc solum reperimus apud *Virgilium lib.* VI. *Æneid. Imposuit sua; arma viro*, Remumque tubamque. Hoc autem ideo factum, quia in *Sepulchris* eas res incidi mos fuit, quibus ille insignis habitus est, qui ibi situs. Itaque *naves* etiam insculptas asserit *Philostratus* paulo ante citatus. Verum quamobrem Simon parentum sepulcro, sive Mausoleo naves insculpserit, non facile constat. Sunt autem qui putent, eo naves insculptas, ut varios multiplicesque vitæ casus, quos illi subierant maxime in bellis, significarent. Illos navium similes esse, qui in hoc vitæ salo variis fortunæ casibus, quasi tempestatibus conflictati in sepulchrum tanquam in portum, post vitæ naufragium enatassent. Quæ certe sententia non humanis magis, quam sacris literis probari & locupletari facile potest. Obscurum enim non est, humanam vitam in nostris externisque literis navis symbolum significari, & seculum istud non pauciores, quam maris motus habere: mortem naufragium esse, in Sepulcro portum inesse. Ideo enim recte *Andromacha* apud *Senecam in Troad. Act.* 3.

> *Fata si miseros juvant*
> *Habes salutem: fata si vitam negant*
> *Habes sepulcrum.*

Perinde ac dicat: Si vitæ naufragium feceris, non est cur animo succumbas, cum Sepulchri habeas portum, quem inveharis, periculorum omnium ac tempestatum expertem. Arrisit *Hieronymo* Poetæ sententia, qui in vita S. *Malchi*: *Si juvat*, inquit, *miseros Dominus, habemus salutem; si despicit peccatores, habemus sepulcrum.* Sed unum audiamus *Gregorium*, qui *lib.* 6. *in Job. cap.* XVIII. inquit: Potest per Sepulchum non solum in hac vita nostra contemplatio, sed quies æternæ & intimæ retributionis intelligi, in quam tanto verius quiescitur, quanto in nobis corruptionis vita perfectius necatur. Nos itaque censemus, quemadmodum arma sive spolia ad æternitatem memoriæ columnis Simon imposuit, ut edita bello facinora posteris testarentur; ita etiam naves incisas, ut maritimarum urbium ac gentium, quas præliis fuderant, symbolum præ se ferrent.

CAPUT VI.

De Synagogis defunctorum Sepulchris impositis.

I. JUdæos in more habuisse Synagogas & Academias erigere apud SEPULCRA laudatissimorum virorum ex Beniamine Tudelensi & cippis Hebraicis, in Latinam linguam translatis illustratisque

que a doctissimo Hottingero, abunde liquet. In posteriore hoc tractatu exempla adeo sunt obvia, ut molestum sit, singula describere. Id unum referemus, quod *Sepulcra* quandoque fuerint exstructa in ipsis Synagogarum atriis. Sic legitur in *Cippis pag. m. 62. edit. Heidelb.* 1659. שם קבור ר׳ יוסי ז״ל בחצר המדרש *ibi sepultus est R. Jose p. m. in Atrio Synagogæ* sive *Academiæ*. Cum etiam celebratissimum sit apud Benjaminem testimonium de Synagoga longe amplissima apud *Ezechielis* Sepulchrum exstructa, non convenit, ut illud negligamus, maxime cum alii Autores plures tam Judæi, quam Christiani illius meminerint. Autor *Cipporum Hebr. pag. m. 74. edit. Heidelb.* 1659. שם נהר חדקל שם קבור יחזקאל הנביא ע״ה וזה צורת הקבר והכיפה שעליו i. e. *ubi fluvius Chiddekel, ibi sepultus Ezechiel Propheta p. m. Hæc vero figura est sepulchri & fornicis ejus super ipso.*

II. Eandem quoque sententiam tuetur *Magnus Daniel Omeisius* Profess. *Aldorff. celeber. cap.* III. *p. m.* 80. *in Schediasm. de quatuor Paradisi flumin. ann.* 1676. ex *Rabbi Uri*, qui ita: בארץ אשור חדקל שם קבור יחזקאל הנביא ע״ה i. e. *In terra Assyriæ ubi fluvius Chiddekel, ibi sepultus est Propheta Ezechiel p. m.* Verum Benjamin in Itinerario scribit ad Euphratem esse, verba ejus ex versione *L'Empereur* hæc sunt: *Hinc* (Napha) *tres parasangæ numerantur ad beati Ezechielis Prophetæ Synagogam in ripa Euphratis: ubi regione Synagogæ sexaginta turres sunt & inter singulas est Synagoga. In illius atrio sacrorum librorum theca est; & post Synagogam Ezechielis, filii Buzi, Sacerdotis sepulchrum; cui magna pulcherrimique operis testudo impendet, quam construxit Jeconias Judæorum Rex cum triginta quinque millibus Judæorum, qui eum sequebantur, cum ab Evilmerodacho e carcere dimissus esset.* Alia quoque subjicit *Benjamin*, quæ *Hottingerus* annotavit *ad lib. de Cippis*; licet non tutum sit, *Benjamini* in omnibus adhibere fidem; non tamen opinamur, omnia ficta ab ipso, quæ de hoc Ezechielis tumulo narrat. Certum est, inquit *Huetius in demonstrat. Evangel. Propos.* IV. *pag.* 396. quindecim circiter Francicis Leucis a Bagdado locum nunc quoque magnis conventibus celebrari, in quo sepultum Ezechielem arbitrantur. Certum tamen est, quod Judæi undiquaque ad hujusmodi tumulum tanto cum ardore precum causa confluant, colligere licet hinc, quod loca, quæ *Sepulchris Sanctorum virorum* proxima sunt, pro sanctis habeant. Id adeo exploratum est, ut undique confirmari possit.

III. Probant hoc Autoris Ciporum Hebræor. verba, cujus historia sic incipit: אלה מסעי בני ישראל אשר ילכו מחיל אל חיל להשתטח על קברי הצדיקים ע״ה בבכי יבאו ובתחנונים להתפלל לבקש רחמי׳ עליהם ועל אחיהם שבגולה i. e. *Hæc sunt itinera filiorum Israel, quæ fecerunt, qui eunt de virtute in virtutem*, ut prosternant se ad Sepulchra Justorum, *quorum in pace requies sit. Accedunt autem eo cum lacrymis & deprecationibus, ut petant & exorent misericordiam pro se & fratribus suis, qui in exilio.* Insignis historiæ, quæ huc pertinet, compendium fecit ex Hebræo quodam Manuscripto doct. *Hottingerus in præfat. libell. de Cippis* sub finem. Accusati erant Judæi apud Muhammedanos, quod ipsorum impietas diu expectatas pluvias prohiberet. Quare ad eas impetrandas a Deo per preces tridui ipsis conceditur spatium, ea sub interminatione, ut, si eventus fallat, omnes certissimum mortis periculum subeant. Judæi duram hanc conditionem accipere coacti; primum quidem inter se statuunt, si gratia divina ipsis neget suppetitias, potius exacto triduo in mutuas ruere cædes, & paternis fraternisque dextris cadere, quam morte sua hostibus voluptatem & ludibrium dare. Hoc decreto facto, adeunt ציון זכריה הנביא monumentum Zachariæ Prophetæ להתפלל ולהתחנן *ad orandum* & *supplicandum* cum multici pompa processionibusque: Quibus ceremoniis adeo fertur placatum fuisse Numen, ut eo ipso die pluvias petitas iis indulserit. Historiæ veritatem heic non non tam curamus, quam ceremonias, quæ in illa memorantur, non utique inepte & abs re, sed convenienter consuetudinibus illius Gentis. Constat enim clare ex ipsis constitutionibus Gentis Judaicæ, quod *Jejunii stati* temporibus admodum affectaverint precari apud *Sepulchreta*, uti *Maim. Hilc. Taan. cap.* IV. §. XVII. testatur his verbis: *Septem his jejuniis omni loco, quo ea decernunt observanda, postquam preces fuderunt, egreditur universus populus ad* Sepulchreta, *ibique lacrymantur & supplicant.*

IV. Extra omnem dubitationis aleam ponimus, quod *Synagogæ* primitus apud SEPULCHRA præstantium virorum erectæ fuerint, ad eorum memoriam eo commendandam posteritati. Judæi enim, si ulli mortalium valde inclinarunt ad τὸ οἰκοδομεῖν τοὺς τάφους τῶν προφητῶν, καὶ κοσμεῖν τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων *ædificandum sepulchra Prophetarum & exornandum monumenta Justorum*. Sic legimus in *Cippis Hebraicis pag. m.* 70. *edit. Heidelber.* 1659. ipsos solitos fuisse honorare solen-

ni

ni quadam celebratione annua SEPULCHRUM MARDOCHÆI. Verba Latina a cl. Hottingero reddita ita sonant: *Toto illo tractu congregantur Judæi die Purim eoque proficiſcuntur ad Sepulchrum ejus, cantica dicentes & encomia, cum tympanis & choris, lætantes & gaudentes, quod ibi factum eſt miraculum.* De Sepulchro Eſtheræ Autor *Cipporum pag. m.* 64. refert, quod Judæi ad id acceſſerint cum in hæc erumpit verba: Ibi Sepulchrum Eſtheræ Reginæ eſt, p. m. Diſtatque ſeſqui paraſangis Tzephato. In tota autem Suſane tempore Purim, quidam Judæi ad Sepulchrum ejus accedunt, ubi Megilla lecta edunt, bibunt, lætantur. Non quidem Autor Cipporum aſſerit, quod apud binos hos tumulos ædificatæ fuerint Synagogæ; ſed id non neglexit annotare *Benjamin Tudelenſis*, inquiens: *Ante Synagogam unam ſepulti ſunt Mardochæi & Eſther.*

V. Cur autem Judæi die Purim ſe congregarint ad hæc Sepulcra & orarint, videtur hæc ratio, quod noluerint, ut celebrium horum ſuæ gentis hominum memoria periret; verum gravior & certior ratio hujus conſuetudinis inde petitur, quod cum tempore ea apud ipſos invaluerit opinio, quod animæ defunctorum circa illos tumulos, in quibus cadavera recondita ſunt, vagentur, quodque per earum interceſſionem auxilium a Deo facilius impetrare liceat. Sic legitur in *Sota Gem. ad cap.* VII. *in Excerpt. celeber. Wagenſeilii* §. VI. *pag. m.* 715. Rabba ait, (doceri) Calebum ſubtraxiſſe ſe conſilio Exploratorum, iviſſeque & expandiſſe ſe ſuper ſepulchra Avorum, precatumque eſſe: Vos Avi intercedite pro me, ut a conſilio Exploratorum liberer. In eodem tractatu quæſitum refertur R. *Chamæ*, cur occultatum ſit Sepulchrum Moſis? Reſpondetur autem, ſciviſſe Deum, Iſraelitas deportandos eſſe in exilium, adeoque ipſis voluiſſe adimere occaſionem veniendi לקברוחו של משה ad Sepulchrum Moſis, atque ibidem cum lacrymis & ſupplicationibus hos fundendi gemitus pro ſua ſalute משה רבינו עמוד בתפלה בעדנו o Moſe Magiſter noſter, quæſumus te, intercede pro nobis! Vide celeb. *Wagenſeil.* qui docte diſſerit. Quid aliud eſt hodie Pontificiorum Walfarthen, quam peregrinatio ad Sepulchra defunctorum Sanctorum? Ipſum enim vocabulum *Wal* mortuum ſignificat. Sic *Walbal* aut *Walhold* mortuorum ſedes, & *Walfart* peregrinatio ad Sepulcra Sanctorum defunctorum, item *Walbrun* apud *Saxon. lib.* VII. *hiſtor. Dan.* cadaverum puteus, & *Walſtad* locus cæſorum dicitur. Hanc ut genuinam ſignificationem firmant verba *Snorronis Sturleſonii in vita S. Olai pag.* 311. Ita etiam quidam Gentilium hanc ſententiam defenderunt, referente *Grotio ad cap.* 7. *Matth.* aſſerentes, quod animæ circa cadavera hæreant, quod *Porphyr. lib.* 2. *pag.* 89. de abſtinentia reſtringit ad animas improbas & eorum hominum, qui violenta morte perierunt. Quod quoque cenſet *Macrob. cap.* 13. *pag.* 53. *Comm. in Somn. Scipion.* Exitu coacto, ait, animam circa corpus magis magiſque vinciri, & revera ſic extortæ animæ diu circa corpus ejuſve ſepulturam vel locum pervagantur. Ita Judæi quoque fabulantur, quod anima duodecim menſes adſcendat & deſcendat, priuſquam ad gradum perfectum evehatur, quod refert *Olam Hanesbamoth: gradus* imperfectior intra duodecim menſes, poſt quos evehitur quis ad gradum quendam e gradibus futuri ſeculi, perfectionis nempe & gloriæ. Quo indicatur etiam Juſtorum animas haud facile ſtatim a rerum terrenarum, quibus aſſuetæ ſunt, ſtudio avelli: tempus purgationis & defæcationis duodecim menſes ſtatui. Conf. *Rambam C. Gamul. fol.* 103.

VI. Ut autem Hebræi hanc ſuam fabuloſam ſententiam de interceſſione Sanctorum probent, ridiculum quendam modum effingunt, in quo explicant, quomodo Spiritus defunctorum perveniant ad cognitionem harum precum. Hunc ex *Schalſcheleth Hakkabala* adduxit prælaudatus *Wagenſeilius*, cujus verſio hæc eſt: *Publica quadam calamitate ingruente, ſi populus recipiat ſe in locum* Sepulchrorum, *ibique precetur, tum excitata* δύναμις θρεπτικὴ *ſe ſe confert ad vim ſentientem, hæc vero abiens expergefacit mentem, atque ſic pro vivis apud Deum intercedunt.* Sane ridicule. Sed magis etiam ineptum eſt, quod ex *Abarbanel* recitat *Pocock. in not. Miſcell. ad port. Moſ. p.* 121. qui putat ad vivos gratiam divinam derivari per oſſa defunctorum. Plura loca citata reperiuntur apud doct. *Campeg. Vitring. de Struct. Synagog. c.* 11. *p.* 222.

VII. Cum ergo antiquitus creditum, quod animæ defunctorum circa eorum ſepulcra frequentes convolent, quamobrem Gentiles Templa ſua ſupra Heroum ſuorum dormitoria condiderunt, quod fuſe probavit *Euſeb. Præparat. Evangel. l.* 2. *cap.* 6. de quibus in ſequentibus. Jam autem de Synagogis nobis ſermo eſt, quæ juxta vel ſupra Sepulchra Doctorum ædificabantur etiam *honoris cauſa*. Huc facit teſtimonium ex *Bava Kama* a *Schickardo* & *Geiero* obſervatum. Verba textus

tus (de Hiskia) honorem ipsum affecerunt: innuunt cœtum Scholasticum congregasse ad Sepulchrum ejus, h. e. studiosos, ut discerent ibi Scripturam. - - - Non autem super ipsum sepulchrum considebant, (ne polluerentur addit *Schickardus*, quia nefas juxta cadaver sacra tractare) sed intervalla quatuor ulnarum inde remoti. Sic honorare soliti Judæi, ut posteri tradunt, *Sepulchrum* Regis. Sive igitur hoc verum, sive falsum, id tamen inde colligere licet, quod honoris causa Judæi sæpe conventus Ecclesiasticos vel Academicos apud Sepulchra præstantium virorum instituerint. Alias vero & ipse Maimonid. docet, licitum non esse apud *Sepulchra* legere, nisi ad quatuor cubitorum distantiam. His ita consideratis ad ipsa templa progredimur, quibus sæpe Sepulchra ornarunt.

CAPUT VII.

De Templis Sepulchris superstructis.

I. Templa & Sacella Sepulchris inædificasse Gentiles *l.* 2. fuse ostendimus. Nunc etiam videbimus, an etiam Hebræi hoc fecerint? De Synagogis quidem patet; sed de templis affirmare non licet, cum prohibitum fuerit varia ædificare templa. Posterioribus autem temporibus templa quoque a Christianis *Sepulchris* inædificata fuisse referunt historiæ. Ut igitur alia silentio prætereamus Sepulchra, tantum Christi monumentum perlustrabimus; quod variis templis fuit ornatum partim ignominiæ, partim gloriæ & honoris causa. *Seculo* enim *II.* post *Christ. N. circa annum* 129. *& seqq.* cum *Ælius Adrianus* Imperator *Judæos Barcochaba* Duce tumultuantes compesceret, & circa Veteris Hierosolymæ locum *Æliam Capitolinam* ædificaret, non *Judæis* modo ægre facturus, habitatione Novæ Urbis omnino iis interdicit & portæ *Suem* insculpsit; sed & existimans, se fidem Christianam loci injuria peremturum, in loco passionis *Simulachrum Jovis* consecravit & *Bethlehem Adonidis* fano profanata est, ut quasi radix & fundamentum Ecclesiæ tolleretur, si in iis locis idola colerentur, in quibus Christus natus. Hoc confirmat *Hieronym. Epist.* XIII. *ad Paulin.* ita scribens: *Ab Adriani temporibus usque ad Imperium Constantini per annos circiter* CLXXX. *in loco resurrectionis* Simulachrum Jovis, *in crucis rupe* Statua ex Marmore Veneris *a gentibus posita colebatur*. Conf. *Euseb.* De *Jovis Capitolini* templo diversum sentire *Dionem*, *Xiphilinum* tradit D. Quenst. de Sepult. Vet. quem vide.

II. Ut igitur hæc pluribus testimoniis probemus, prodeat *Sozom. lib.* 2. *cap.* 1. cujus verba Latine tradita recensemus: *Verum nec hujus ligni, nec hujus sepulchri inventio in proclivi erat. Nam Gentiles qui olim Ecclesiam persecuti fuerant, cum Christianam Religionem, tunc primum nascentem, omnibus modis atque artibus exscindere laborarent, eum locum ingenti aggere obruerant, & in sublime erexerant, cum antea esset profundior sicuti nunc cernitur; cumque universum locum, tam Resurrectionis, quam Calvariæ, muro circumsepsissent, eum exornaverunt. Ac primo quidem solum lapide constraverunt, deinde Templum* Veneris *extruxerant, & simulachrum constituerant, eo consilio, ut qui Christum illic adorarent, Venerem colere viderentur*. Hæc *Sozom.* Paulin. Epist. XI. ad Severum: *Nam Hadrianus Imperator, existimans se fidem loci injuria peremptu- rum, in loco passionis* Simulacrum Jovis *consecravit, & Bethlehem* Adonidis *fano est profanata, ut quasi radix & fundamentum Ecclesiæ tolleretur, si in iis locis Idola colerentur, in quibus Christus natus est ut pateretur, passus est ut resurgeret, surrexit ut regnaret*. Ubi quædam in his *Paulini* verbis desiderantur. Nam in loco passionis erectum *Templus Jovis*, sed in loco Resurrectionis. In loco vero passionis fanum & ζῴδιον *Veneris*, ut patet ex loco *Sozom.* memorato. Ex quo nec ζῴδιον *Veneris Eusebio*, loco ubi de *Veneris* agit imagine, nec ξόανον restituendum. Nam revera ζῴδιον notat figuram, imaginem. Hinc ζωδιακὸν & apud *Epiphanium* ζῴδια figuræ & imagines animalium, quæ ab Astronomis in baltheo Solis repræsentari consueverunt.

III. Sed locus *Eusebii* videtur aliter emendandus. Sic se habet difficilis ille locus de *Vita Constantini lib.* III. *c.* 25. Δεινὸν ὡς ἀληθῶς τυφεῶνα ψυχῶν κατασκευάζουσι, νεκρῶν εἰδώλων, σκότιον Ἀφροδίτης ἀκολάςῳ Δαίμονι μυχὸν οἰκοδομησάμενοι: *Nefandum revera & execrabile bustum animarum construxere & recessum lascivo Veneris Dæmoni ædificarunt, simulacrisque mortuis implevere*. Sic Christophorsonus. *Valesius* vero sic Græca reddit: *Infaustum prorsus animarum Sepulchrum, obscuram mortuorum simulacrorum cavernam in honorem lascivi Dæmonis quem Venerem vocant ædificantes*. Non prætermisit diligentissimus *Valesius* vocem σκότιον, quam *Christophorsonus* omiserat, & cujus loco ξόανον vel ζῴδιον quidam legendum existimant. Sed vox illa nullo modo loco movenda est, & sic locum integrum legen-

gendum putaremus: Ταφεῶνα ψυχῶν κατασκευζετι νεκρῶν, εἰδωλεῖον, σκότιον Ἀφροδίτης ἀπολάστω Δαίμονι μυχὸν οἰκοδομησάμενοι: *bustum animarum mortuarum construxerunt, Idolium, tenebrosam speluncam Veneris Dæmoni ædificantes*. Nimirum ζώδιον & εἰδωλεῖον Ἀφροδίτης erectum fuit in loco passionis, non vero sepulturæ, ut voluit *Paulinus*, & ante illum *Eusebius* hoc in loco, quorum memoria liberari potest dicendo, illos voce passionis deceptos fuisse, & per locum passionis intellexisse locum sepulturæ, cum proprie notet locum, ubi Crux erecta fuit, ubi revera vivens passus est Dominus noster, & ubi *Statua Veneris* tandem fuit collocata, cum in loco Sepulchri erecta fuerit *Jovis* statua.

IV. Alexander Monachus de inventione Crucis ita literis prodit: Μάθεντες δὲ ἐκ παραδόσεως οἱ πιστοὶ τὸν τόπον τοῦ ἁγίου Γολγοθᾶ, κεχωμένον ἔτι καὶ ἀφανῆ τυγχάνοντα, ἐρχόμενοι κατ' ἡμέραν σεβασμίως προσεκύνουν, ὅπερ θεωροῦντες οἱ εἰδωλολάτραι, τοῦ Διαβόλου ὑποβάλλοντος αὐτοῖς, ᾠκοδόμησαν ἐκεῖσε ναὸν τῷ ἀγάλματι τῆς ἀκαθάρτου Δαίμονος Ἀφροδίτης. *Cæterum fideles cum ex traditione Majorum, locum Sacri montis Golgothæ, qui jam obscurus ac obrutus erat, didicissent, quotidie ad illum accedentes religiose adorabant. Quod Idololatræ conspicati, Diabolo eos instigante, Ædem illic statuæ impurissimæ Deæ Veneris dicatam construxerunt*. Paria videre est apud Georgium Hamartolum in Chronico: cujus verba Latina ex Græco recensemus: *At cum omnes de loco dubitarent, alioque aliud ex suspicione proficiente, civitatis Episcopus omnibus quiescere jussit, monuit ut precibus diligentius insisterent. Quo facto statim divinitus demonstratus est locus Episcopo, in quo impuræ Veneris Templum & Simulacrum positum erat. Tunc Regina Imperatoris autoritate usa, coacta in unum, artificum & operarum ingenti multitudine, mandavit ut ex imo fundamento, execrandum illud ædificium everteretur, ruderaque & terra inde effossa procul abjicerentur. Quo peracto apparuit divinum monumentum & locus Calvariæ*.

V. Ex ista vero *Veneris* statua in loco Calvariæ & passionis erecta, colligunt viri eruditione & doctrina præclari, montem *Calvariæ* vocatum VENERARIUM apud D. *Ambrosium* in *Ps.* XLVII. Verum vix probabile est, quod a *Venere* mons *Venerarius* dictus; si ita esset, potius *Venereus* vocandus. Probabilius putamus Ambrosium arcessere a *Venerari*; adeo ut VENERARIUM sit locus, ubi Christus ipse cultus, & ubi fideles Deum venerari solebant. In loco crucifixionis igitur Statua Veneris collocata; in loco Sepulchri statua Jovis. In utroque loco *Sacellum* seu *ædiculam* conditam crediderimus. Cum autem loca non longe a se invicem dissita fuerint, vix credibile est, duo Superba & Regia Templa ibi fuisse constructa; sed unicam ædem tantum, quæ ad utrumque Sacellum scil. Crucis & resurrectionis videbatur pertinere. Cum etiam plures ædes erectas quidem memorent, hoc intelligendum de Sacellis & ædiculis Crucis & resurrectionis. De quibus diversis Sacellis *Eutychius* Patriacha Alexandrin. in suis Originib. Edit. Pocockian. pag. 450. وتقدم قسطنطين الى مقاريوس اسقف ان يطلب موضع المقبرة ببيت المقدس والصليب ويبني الكنايس *In mandatis etiam dedit Constantinus Macario Episcopo Hierosolymitano, ut Crucis loca perquireret, & Ecclesias strueret*.

VI. Sive itaque templum exstructum a Constantino, sive *Helena*, de qua *Eutychius* & *Greg. Abulpharajus in dynastiis, dynast.* VII. *pag. m.* 135. nihilominus manet verum, quod Sepulchrum Christi templo fuerit ornatum sequioribus temporibus. Vid. plur. disser. *Stephan. le Moyne in not. pag. m.* 432. Id quod etiam *Adrichom. in descriptione Terræ S. f.* 242. confirmat his verbis: *Auratis corusca laquearibus & aureis dives altaribus - - - ornavit templum*. Hodie quoque Sepulchrum Christi, quod venditatur, contiguum adhuc habet templum, in quo aluntur Monachi ordinis Templariorum, hujus formam nobis exhibet Dapperus in der Beschreibung der Landschaft Palestina *fol. m.* 324.

VII. In primis Christiani postmodum hoc observabant circa Sepulchra *Martyrum*, quibus templa adjungebant, quæ MARTYRIA appellabantur: vid. *Cornel. a Lapide Comment. in cap.* XI. *Esa. fol.* 169. quæ originem traxerunt ab illo templo Sepulchro Christi superstructo, quod Martyrium crucis & martyrium resurrectionis nominabatur, referente *Stephano le Moyne in not. pag. m.* 436. inquiente: Nam ante erectam istam Basilicam non video, ædes in honorem Martyrum consecratas, nomine Martyrii apud quemquam designari. Postea frequentissime vox Martyrii in istum sensum fuit usurpata. Sic Anno CCCLXV. in Concil. Laodicens. Can. 9. Concil. Ephes. Ann. CCCCXXXI. *Act.* I. ubi Ecclesiæ Sancta Martyria dicuntur, Concil. Chalcedon. Anno CCCCLI. C. VI. & VIII. aliaque satis testantur Templa Maryria dicta.

Ele-

Eleganter quoque illa Martyria describuntur a D. Hildebrando Patrono meo post fata venerando in libell. de precib. veter. Christian. cap. XXI. pag. m. XXIX. Plura qui de his legere desiderat, evolvat celeb. *Johannis Faes animadvers. ad Lyl. Girald. de vario sepeliendi ritu pag.* 196. 197. 198. *seq.* qui fuse de his egit: conf. *Stephan. le Moyne not. & obser. pag.* 438. Ex his itaque quæ diximus satis elucet, moris veterum fuisse Sepulchris templa inædificare, ut pietatem in defunctos Sanctos ostenderent. Ne ergo Lectoribus ob prolixitatem nauseam creemus, finem imponimus Ornamentis Sepulchralibus externis, & ad interna nos accingimus.

CAPUT VIII.

De Ornamentis Internis Sepulchrorum Hebræorum scil. Unctura.

I. Cadavere abluto afferebantur aromata & unguenta in conditu ram illius insumpta. Hebræos quoque cadavera abluisse testatur Scriptura Act. cap. IX. 37. ubi *de Thabitha Joppensi* legitur, quod post mortem lota fuerit. Factum aut est per dies illos, ut *Tabitha* ex infirmitate moreretur, quam cum lavissent, posuerunt in cœnaculo. Testimonio suo etiam probat cl. *Buxtorff. Synagog. Judaic. cap.* XXXV. ut scil. puri & mundi sint, cum peccatorum ratio reddenda. *Liber Minhagim cap. ult.* Man ist das Meth (todte) metacher (saubezend) dieweil er sol die (rechenschaft geben) voz dem Bore (schöpfer) das er sol gesaubert seyn. Conf. huc Quensted. de Sepultur. Veter. *Gejer. tract. de luctu Hebr. pag. m.* 52. *cap.* V. Abluto cadavere ungebant, non autem eo modo quo Ægyptii, qui extractis visceribus unguenta corpori indebant; sed hi aromata exterius corpori applicabant. Vid. *Tr. nost. de luctu Græc. cap.* VI. *pag. m.* 64. *edit. Marpurg.*

II. Ut igitur in hac mortuorum Hebræorum ordine procedamus, primo consideramus materiam Unguenti, quæ duplex fuit, liquida & arida. Liquida fuit illa, qua mulier illa in unctura Salvatoris usa fuit, & *unguentum nardinum* appellatur: de quo integr. *dissert. habuit cl. Balthasar Otto*, quæ evolvatur: conf. *Fr. Fortunat. Scacchi Myrothec. Sacro-prof. edit. Rom.* 1625. *part.* I. ubi plura. Nos tantum Uncturam Sepulcralem Judæis usitatam in cadaveribus condiendis perlustrabimus. Hanc nobis subministrat Evangelista *Johannes cap.* XIX. *v.* 39. 40. *Venit autem Nicodemus - - - ferens mistu-ram myrrhæ & aloes libras quasi centum.* Unguentum, quo sanctissimum Christi corpus unxerunt, sed potius *aromata*, ex quorum mistione unguentum unum conficiunt, Johannes præmemorato loco ad duas species *Myrrham* scil. & *Aloen* revocat. Ubi vero *Myrra* & *Aloes* non seorsim accipiuntur: dicitur enim μίγμα σμύρνης ϰ̀ ἀλόης h. e. *mixtura myrrhæ* & *aloes*, ut annotavit *Heinsius in Aristarco sacro cap.* XV. *fol.* 955. Adducit autem Johannes duas hasce species ut sumtuosiores & in hac mixtura dominantes præcipue, ut observat *Gerard. Harm. Evang. cap.* 205. *pag.* 2065.

III. Ad uncturam Sepulchralem (1) Myrrham adhibitam fuisse asserit *Johannes*, quæ ab ipso vocatur μίγμα σμύρνης. Cum autem multis in locis Arabiæ ac etiam alibi Myrrha gignatur, pro diversitate regionis, diversa etiam sortitur nomina; quamobrem habetur *Myrrha Indica*, *Troglodytica*, *Caucalis* & *Ergasima*, quarum omnium postremam ac deterrimam esse *Dioscorid.* Scriptoresque reliqui tradunt. Meminit etiam *Myrrhæ Bœoticæ Dioscor. l.* I. *c.* 79. & *Achaicæ Columella*, quæ tamen improprie sic appellabatur, (nunquam enim myrrha in Achaja crescebat,) fortasse, quod ex *Achaja* tunc temporis afferretur. Alia etiam plura genera *Myrrhæ Plin.* & alii recensuerunt, quæ genera huc non spectant. Nobis de illa tantum, quæ σμύρνης Græcis dicitur, hic sermo est, quæ *Troglodytica* appellatur: vid. *Fr. Fortunat. Scacchi Myrothec. Sacr. prof. part.* 2. *cap.* 8. *pag. m.* 83. cl. *Joh. Henric. Ursin. de hort. Aromat. edit. Norinb.* 1699. *p.* 216. (2) Usurpabatur *Aloe*, de qua fuse egit *laudatus Ursinus in hort. Aromat. p. m.* 197. 198. cujus verba transcribere supersedemus, cum Benevolis Lectoribus Autorem ipsum evolvere concessum. Hæ duæ aromatum species ideo in conditura cadaverum adhibebantur ad repellendos vermes & putredinem amovendam a defunctorum corporibus.

IV. Visa materia hujus uncturæ, merito nunc quærimus, quale illud μίγμα fuerit, quod ad Sepulturam Domini attulit Nicodemus, & quo fine allatum fuerit? Ad quale respondemus, quod fuerit μίγμα σμύρνης ϰ̀ ἀλόης. De *Myrrha* constat res; de *Aloe* disputat *Salmasius*, non fuisse succum illum Catharticum, sed pulverem arboris aromaticæ. De utraque Aloe *Isidorus:* de illa in herbis; *Aloe*, herba amarissimi succi: de hac inter arbores; *Aloa* in India atque Arabia gignitur, arbor odoris suavissimi atque summi: denique lignum ipsius vice thymia-

matum adoletur altaribus, unde & nomen traxisse videtur. Ridicule si ab olendo, agolendo. Ac communis Interpretum sententia est, de succo herbæ hic agi. Nonnus contra de aromatica accepit. Huic favet *Salmasius;* sed argumenta, quæ affert, non videntur rem conficere. Sola, inquit, unguenta & aromata ad unctionem & pollincturam cadaverum adhibita, nec ullum locum fuisse medicamini, qualis Aloe vulgaris & Medica. Atqui *Aetius*, quem adducit ipse *l. 6.* Νεκρῦ σμύρνισιν his notat speciebus constitisse: *Aloe*, *Myrrha*, *Gummi*, *Sarcocolla*, *Acacia*, *Opobalsamo*. At Sarcocolla Acaciæ succus, ipsumque gummi, medicamina sunt, qualis *Aloe* vulgaris, ejusdemque facultatis & usus in Medicina: *exsiccatoria* quippe & *emplastica*. Cætera argumenta momenti minus habent. Alia atque alia unctui morcuorum aut pollinctui adhibita olim, sive more Gentium, sive pro copia, aut dignitate. Qua de re multa *Kirchmann. de fun. l.* 1. *c.* 7. & 8. & *Spondan. in S. Cœmiter. l.* 1. *pag.* 111. *cap.* 111.

V. In Judæa Ditiores & qui dignitate præstabant, *Myrrha* & *Aloe* mixtis condiebantur: nec μίγμα hoc parce adhibitum, sed magnifice, ut corpora clarorum in eo quasi natarent, aut tota obducerentur; quomodo apud Assyrios *melle perfundebantur:* apud *Persas* cera circumliniebantur: apud Ægyptios Gypso inducebantur. Sic *beatuli* apud *Romanos crassis lutatis amomis*, obliti & inducti apud *Persium Sat.* 3. *lutati Satyrice* dixit. Et hoc putamus est, quod posteriores Latini dixerint, *corpora aromatum constrictione solidata:* vid. *Spondan.*

- - - quæ tumulis bene condita, saxa reservant,
Aut Arabum solidans pulvis, odorque tenet.

Ut canit *Orientius*. Hoc clarius elucescit, si intellexerimus, quem in usum allatum fuerit hoc μίγμα? Respondet autem *Johannes*, corpus Domini, curatores funeris ejus accepisse & ligasse cum aromatibus his ipsis *Myrrha* & *Aloe*, quæ & ipsa in aromatum censum refertur per catachresin non usitatam: quanquam & alia affuisse, nescimus an negandum sit?

VI. Non igitur simpliciter unxerunt aut obiter, sed totum corpus, manus pedesque unguento hoc spissiore circumlitum & obductum fasciis constrinxerunt. Hoc totum est περιστέλλειν, quod Latini dicunt pollingere: vide hæc apud *Walæum* ex *Casaubon. ad Luc.* 23. 53. & aliis ad *Joh.* 19. *cit. loc.* add. *Casaubon.* in *Pers. Satyr.* 3. Et hinc, putamus, apparet cur *Myrrha* addita fuerit aloe? non tantum, ut corpora a putredine tuerentur, sed etiam ut spissamentum esset unguenti & glutinum quasi, quo corpori adhæresceret; qua de causa gummi quoque & Sarcocollæ fere duplum addi solebat cæteris aromatibus & unguentis. Unguenta itaque hæc vocabantur στέματα. vid *Scacchii Myrothec. part.* 1. *pag. m.* 202. *edit. Rom.* Aliter enim Hebræi, aliter Ægyptii ungebantur, Ægyptii enim exemptis intestinis locum aromatibus replebant, uti *Herodot. Diodor. Sicul.* & ex iis *Gerard* von Nöcln *Cent.* 1. *Amœnit. hist. cap.* 50. referunt. An vero *Jacobus* Patriarcha hoc modo unctus, non expedimus. Credimus tamen Judæos hanc incisionem religione quadam aversatos. Non igitur assensum præbemus illis viris doctis, qui asserunt, uncturam hanc a *Josepho* & *Nicodemo* factam, tumultuariam & rudem tantum fuisse, uti cl. *Chr. Faselti dissertatio* hoc confirmat de *unctura Christi sepulcrali*. Cui adstipulatur *Balduin. Walæ. in Joh. cap.* 19. *p. m.* 1001. Constat enim ex Maimon. cadavera Hebræorum non aliter condita fuisse, quod & ipse *Johannes* approbat dicens factam esse hanc uncturam, sicut mos fuerit Judæis funerare. Plura qui desiderat, evolvat *Saubert. de Unctura Christi sepulchrali*.

CAPUT IX.

De Vestibus cadaverum Hebræorum Sepulchralibus regiis.

I. POst uncturam cadaver vestibus induebatur. Neminem nudum terræ mandabant, quia credebant, aliquando se vestitos resurrecturos esse. Cum autem varii status vitæ humanæ reperiantur & Rex summum caput habeatur; merito quæritur, an Rex iisdem vestibus, uti plebejus terræ mandatus fuerit, nec ne? Priusquam autem ad hujus quæstionis decisionem perveniamus, ratum esse duximus, ut ante oculos ponamus, quæ vestes Regiæ fuerint? Has si perlustramus, extra omnem dubitationis aleam ponimus pulchras fuisse, uti *Maim. H. Mel. c.* 2. & ex eo cl. *Schickardus in suo* משפט המלך *pag. m.* 233. testatur, cujus hæc sunt verba: Rex tondetur omni die & ornat seipsum, induiturque vestibus pulchris & honorabilibus. Ex quibus elucet, splendidas & lautas vestes fuisse: vid. *Tract. nost. de Vestibus Heb. Bibl. de vestitu regio:* conf. *Myrothec. Scachii edit. Rom.*

Rom. part. 3. *pag. m.* 505. seq. Et probabile est purpuram, sindonem, aliaque pretiosissima vestimenta gestasse Reges. Nec dubitatur, quin sceptro & corona ornatus fuerit Hebræorum Rex more aliorum Regum, de quo ornamento cl. *Schickardus* pluribus egit.

II. Cum igitur Reges Hebræorum tam splendide ornati incesserint in vita, merito quæritur, an etiam cadavera eorum in Sepulcris his amicta fuerint? Et hic tam affirmantes, quam negantes offendimus partes. Qui affirmant, exemplum *Herodis* in medium proferunt, de quo in historiis legatur, quod splendidissimis vestibus indutus sepultus fuerit. Audiamus iterum sæpe laudatum *Schickardum pag. m.* 417. *ex Josip.* ita loquentem: *Collocarunt igitur eum in lecto deaurato & lapidibus pretiosis referto, capiti peplum imponentes, itidem gemmis repletum, super quo corona regia erat, & manu tenebat sceptrum.* Qui negant, referunt, *nefas esse sepelire involucris holosericis, vestibusve deauratis vel acupictis, etiam Principem Israel:* conf. *Schick. pag. m.* 411. & *Gejer. Tract. de luctu Heb. cap.* 5. §. 10. *pag.* 56. 57.

III. Probabilior ergo sententia, qua statuitur & Regum cadavera *Sindone* involuta fuisse; quamvis *Menoch. l.* 8. *de Republ. Heb. c.* 5. *qu.* 3. conjicere velit, quod, antequam cadavera ad sepulturam elata, suis vestibus, quibus vivi mortui usi, induti & exportati fuerint. Cum autem hæc conjectura nuda sit, ipse retineat hanc sententiam, nec meretur ut calculum adjiciamus album. Quid enim hoc fuisset, corpori delibuto induere vestem antiquam, mox exuere rursus aliaque reponere linteamenta? Sindone ergo involvebant Judæi mortuos suos, quæ Sindones Sepulchrales Rabbinis dicuntur תכריכי המת involucra mortuorum, a radice כרך involvit, velavit, fiebantque ordinarie ex lino subtiliore. In eam sententiam loquitur cl. *Buxtorff. Synagog. Judaic. cap.* 35. Albam deinde illi lineam tunicam induunt, & quidem vulgo eam, quam Expiationis die induere solitus erat, & ita in feretrum recondunt. Antiquissimæ enim hoc apud ipsos est consuetudinis לקבור בבגדים לבנים in vestimentis albis tumulo mortuos mandare; non pretiosis. Cum quoque Sindones ex varia materia fierent, uti celebr. *Braun. in l.* 1. *de vestitu Aaronis pag. m.* 112. 113. §. 102. 103. probavit, non dubitamus, quin alia & subtilior Regibus, alia & vilior cæteris adhibita fuerit. Interim tamen firmo stat talo & Reges Sindone involutos fuisse: confer. *Gyrald. de vario sepeliendi ritu cap.* 28. *pag. m.* 412. *edit. Helmst.* & animadvers. *Johannis Faes.* Videatur quoque *Balduin. Walæ.* comment. in h. l. *Johannis*, qui ex *Maimonide* plura testimonia protulit, *p. m.* 1001.

IV. Si igitur *Herodes* juxta morem & consuetudinem Judæorum sepultus & cadaver ex more illorum ornatum, merito quis dubitare posset de illis quæ paulo ante dicta sunt, quod vestibus Regiis terræ mandatus. Verum si juxta morem Græcorum reconditus, non negamus, quippe apud illos etiam hæc consuetudo viguit, ut mortuos vestibus pretiosissimis sepelirent, patet hoc ex *Euripide*, qui de *Alceste* ita: cujus verba a Philipp. Melanchthon. Latinitati donata referimus *edit. Fracof.* 1562. *pag.* 338.

> *Postquam sensit fatalem diem*
> *Adesse, fluviali aqua candidum corpus*
> *Lavit, & accipiens ex cedrinis arcis*
> *Vestem & ornamenta, decore induebatur.*

Ast Hebræorum more sepultum fuisse Herodem, nullus dubitabit. Ergo Sindone involutum certo asserere licet. Verum & hoc observandum, quod mos hic mortuos pretiosissimis involucris sepeliendi apud Judæos viguerit, usque ad tempora Gamalielis; quare Josephi verba stare possunt. In hac autem vestitura Judæi nimis curiosi erant, uti in *Minhagim* legitur: Man sol sehen dass ihm (den todten) nichts von den תכריכין (sterbkleide oder Leinwandten gezeuig / in das Maul kompt es ist sonste סכנה grosse gefahr. Et superstitiosi Judæi & Christiani credunt, pestiferam luem inde origine & incrementum accipere: de quo vide *Lud. Dunte cas. consc. de morte quæst.* 19. *p.* 1114. *Hondorf. theat. hist. præc.* 2. *p.* 147. Huc referendus *L. Christiani Friderici Garmanni Tract. de miraculis mortuorum lib.* 1. *tit.* III. *de cadaveribus porcorum mandentium instar in cryptis sonantibus, vulgo* schmertzende todt / *p. m.* 25. 26. *seqq. edit. Lips.* 1670. qui fuse de his rebus egit.

V. Quod cadavera *Sindone* amicta seu involuta fuerint, patet quoque ex Sepultura Christi, quippe expressis verbis in Scriptura legimus *Josephum* & *Nicodemum* corpus Christi involvisse, sed quare, *Sindone* scil. linteo subtilissimo & pretiosissimo: vid. *Gejer. de luctu Hebræor. c.* 5. *pag. m.* 59. *Tr. nostr. de luctu Græcor. pag. m.* 69. 70. *edit. Marpurg.* cl. *Salmas.* apud *Thom. Bartholin. de latere Chr. apert. pag.* 377. *Balduin. Walæ in Joh. cap.* 19. *pag. m.* 1001. Illud tamen hoc loco observandum putamus, quod *sceptrum* & co-

& *corona* regia una cum cadavere quoque recondita fuerint, prout ex *Joſepho* clar. *Schickardus* משפט המלך *pag.* 417. probavit. Cætera vero utenſilia igne conſumebantur: vid. *Schickard. pag. m.* 421. qui teſtimonia ex Maimonide hæc confirmantia c. l. recenſet. Addatur hic *Gejer. Tr. de luctu Heb. cap.* VI. §. 7. *pag.* 110. 111. qui Benevolo Lectori, plura deſideranti, ſatisfaciet. Nos autem ad alia ornamenta & veſtimenta aliarum perſonarum progrediemur.

CAPUT X.

De Rabbinorum ſeu Doctorum veſtibus Sepulcralibus & plebejorum.

I. EGregii aliquando ſumtus ſepeliendis Profeſſoribus & Doctoribus impendebantur, imo funera Rectorum more Regio tractabantur *Abodha Zara*, *cap.* 1. *fol.* 11. 1. כשם ששורפין על המלכים כך שורפין הנשיאים ומה הם שורפין על המלכים מיטתן וכל תשמישן ומעשה שמרת רבן גמלאל הזקן ושרף עליו אונקלוס הגר שבעים מנה הצורי: i. e. *Uti comburunt propter Reges ita quoque comburunt propter Principes* (Rectores Academiarum.) *Et quid comburunt propter Reges? Lectum ipſorum & Utenſilia ipſorum. Exemplum eſt: cum obiiſſet Rabban Gamaliel Senex, combuſſit propter illum Onkeloſus Proſelytus ſeptuaginta minarum Tyriarum pretium.* Siccine etiam in funere Jeſu, tanquam eminentiſſimi omnium Doctorum ingentem Myrrhæ & Aloes ſummam comburere decreverat *Nicodemus* Joh. XIX. 39. Tam honorifice Profeſſoribus juſta perſolvebantur; ut alia ſilentium involvamus, quæ ad nihil niſi augendum pompam atque ſumtus faciebant. Qui ritus etiam Chriſtianis olim uſitatus, in quem invehitur *Hieronymus de vit. S. Pauli primi Eremitæ* ad calcem; *Cur & mortuos veſtros auratis obvolvitis veſtibus? - - - - an cadavera divitum niſi in ſerico putreſcere nequeunt?* Conf. *Chryſoſtom. homil.* 84. *Quenſted. pag.* 95.

II. At R. *Gamaliel* meliora edoctus ſupervacaneum eſſe duxit, tanta cura corpus illud condire atque ornare, quod vermibus tandem in alimentum cederet, quaſi vero vermibus non ſaperet, aut ſalubre ſatis non eſſet cadaver, niſi gratis ſaporibus odoribus illitum gulæ ipſorum lenocinaretur; ideoque bona ſatis intentione R. Gamaliel: הוא צוה קודם מותו להוציאו לקבורה בכלי פשתן כי קודם זה הוציאו את המתים בכלי משי והיה הוצאת המת קשה לקרובין יותר ממיתהו: i. e. *juſſit ante obitum ſuum ut efferrent ipſum ad Sepulcrum cum veſtibus lineis, quia antea mortuos extulerant cum veſtimentis ſericis, atque hæc eductio mortui.* (Sic vertit *Vorſtius*, pro quo, ut ſenſus clarior evadat, celeberrim. Wagenſeil. ſubſtitui vult: *Atque hæc funerum impenſa*) *gravior fuit propinquis ejus, quam ejus obitus.* Conf. clar. *Schickard. in* משפט המלך *cap.* VI. *Theor.* XIX. *pag. m.* 427. *edit. Lipſ.* Quam ob cauſam hoc familiares ejus tam male habuerit, non opus eſt Oedipo interprete; ſcil. doluerunt, quod, cum Doctor tantus eſſet, ſepeliendus tamen non niſi vulgari habitu indui vellet; antea enim modum exceſſerant Judæi in ornamentis funerum, at modum ſibi & illis præſcripſit idem Gamaliel, dicente *R. Saadia in Sepher Emunoth:* cujus verba ex verſione clar. *Urſini* ita recenſemus: *Hac doctrina apud populum vigente modum exceſſerunt in veſtibus illis, quibus mortui involvuntur, & exinde hoc malum conſequebatur, quod quicunque tenuioris ſortis fuerit, reliquerit mortuum & fugerit, uſque quo ordinaverit Rabbam Gamaliel, ut involverent cum duobus veſtimentis lineis albis, & omnis populus ejus exemplum ſecutus eſt.* Omnem itaque luxum ſapientes deteſtantur & ipſum cadaver viliſſime involvunt, uti ex *Moſ. Ægypt. Hal. Eſel cap.* IV. probat clar. *Schickardus de jure Regio*, *cap.* VI. *Theor.* XIX. ubi ita: *Abradunt Pilos corporis, mox veſtiunt involucris candido filo lineo conſutis, neque pretioſis.* Laneæ enim veſtes nec in ſacris geſtantur nec cum mortuo ſepeliuntur: vid. cel. *Braun. de veſtit. Sacerd. Heb. part.* 1. *cap.* 9. *pag. m.* 162.

III. *Samuelem* quidem Prophetam cum pallio ſepultum exiſtimat *Schindl. in Lexico ſuo Pentaglot. in voce* מעיל *ex* 1. *Samuel.* XXVIII. 14. *fol. m.* 1026. cui adſtipulatur R. *Abarbanel ad* 1. *Sam.* 2. 19. his verbis: ושנקבר במותו מעוטף וזהו שאמרה הבעלת אוב מעיל: & *quod* (pallium) *cum mortuus eſſet, eo circumvolutus ſepeliretur, & hoc eſt, quod dicit Pythia: amictus palio.* Cum autem מעיל ſit pallium prolixum ad genua plerumque & infra Romano-Catholicis, uti teſtatur celeber. *Braun. lib. de veſtit. Aaron.* 2. *cap.* V. qui evolvatur, vix huic ſententiæ adſtipulamur, cum materia ejus fuerit plurimum lana, hyacinthina, quam male reddit *Lutherus* einen Seyden Rock, & Hebræis interdictum, ut ejuſmodi pallium cum mortuo ſepeliretur. Hinc facile concluſionem facere poſſumus, *Samuelem* cum מעיל non ſepultum fuiſſe. Sed unde probabant *Schindlerus* & *Abarbanel*, *Samuelem* cum מעיל ſepultum? forſitan ex illo, quod apparuerit Pythoniſſæ in מעיל pallio? Plane argu-

gumentum est labile. Non enim sequitur, *Samuel* apparuit Pythonistæ cum pallio seu מעיל. Ergo etiam cum illo sepultus. Diabolus enim sub *Samuele* personato apparuit in illis vestibus, quas gestare consueverat *Samuel* in vita, ut inde *Saul* facile putaret, Samuelem ipsum esse, & illum eo facilius falleret. Non autem inde sequitur, Saulem cum illo pallio terræ mandatum esse. Quod autem Samule cum מעיל conditus non fuerit, probamus ex supra citato Hebræorum canone, quod mortuus cum laneis vestibus non sit sepeliendus. Jam autem מעיל laneam vestem fuisse constat. Ergo,

IV. Accedit etiam hoc, quod Pontifices Hebræorum cum vestibus Pontificialibus sepelire non concessum. Exemplo nobis est *Aaron* summus Sacerdos *Num.* XX. 26. ubi hæc extant verba: *Tolle Aaron & filium ejus cum eo, & duces eos in montem Hor. Cumque nudaveris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium ejus.* Ubi merito quæritur, quas vestes Aaron exuerit, & quibus amictus fuerit *Eleazar?* Ad quam quæstionem respondemus vestes Pontificiales fuisse, licet F. *Fortunatus Scaccho in Myrothec. Sacro-profano part.* 2. *cap.* LXXX. *pag. m.* 817. *edit. Rom.* 1627. Abulensem aliosque erroris accuset his verbis: In his decepti sunt Abulensis, & quotquot in ejus sententiam ivere; existimantes has vestes, easdem omnino cum sacris fuisse, quibus nimirum Pontifex in Sanctuario utebatur, quod arbitrari nefas est. Nam has tantum gestabat, quando Dei Sanctuarium ingrediebatur, ut coram Domino ministraret & in officio ministerii esset. Hinc concludit, quod vestes illæ non fuerint Pontificiales, quibus Moses *Aaron* spoliaverit & nudaverit. Licet igitur libenter cum aliis viris doctis fateamur, quod licitum non fuerit extra ministerium in Sanctuario gestare vestes sacras Pontificales, id quod fuse & erudite demonstravit *vir celeber. Braunius in elegantiss. lib. de vestitu Sacerdot. Heb. part.* 2. *cap.* XXVI. *pag. m.* 675. *seq.* §. 715. 716. Nihilominus tamen in casu necessitatis & ex mandato Dei licitum erat Sacerdotibus extra urbem gestare. Legimus enim apud *Josephum Antiquit. lib.* XI. *cap.* VIII. Pontificem Maximum *Simeonem Justum*, aut *Jaddum* cum reliquis Sacerdotibus cum vestibus sacris obviam ivisse *Alexandro*. Confer. *Braun. cap.* XXVI. *pag. m.* 679. Addit *Mikotz. præcept. affirm.* CLXXIII. in necessitate & monitu & jussu Dei.

V. Recte ergo ex mandato Dei vestes Pontificiales Aaroni Moses exuebat ex mandato Dei extra Sanctuarium & ob necessitatem, quia Aaron vivus jam mori debebat, quas alias gestare non potuisset, si demum post mortem his spoliatus fuisset. Interim tamen vix credimus *Aaronem* nudum terræ post mortem mandatum esse, quia nullus apud Hebræos nudus sepeliebatur, sed sindone vel linteo involutus; & ita Aaronem non nudum sepultum fuisse asserimus. Similiter omnes vulgares mortui cum linteis involucris conditi sunt, quod ex verbis Mosis Ægypt. paulo ante allatis patet, exceptis paucis, de quibus *Minhagim*: cujus verba referente *Gejero pag.* 62. *de luctu Hebr.* Wenn man findet einen entleibten / so thut man ihn zu Kefura / (gzab) wie man ihn findet ohne tachrichin / (sterb kleide) man lässet ihn auch die schue an alsov auch eine kindbetterin / oder der zu todt gefallen wäre. Missis itaque his ad specialiora pedem movemus.

CAPUT XI.

De Fasciis Sepulcralibus.

I. FAscia est linteum ad ligandum aptum, ut notant autores Lexicorum. Jam autem constat, quod apud Hebræos mortui seu cadavera fasciis involuta fuerint, de quibus jam acturi sumus prolixius. Fasciæ hæ sepulchrales vocabantur Ὀθόνια, Vid. *Balduin. Wal. comment. in Joban. cap.* XIX. *pag. m.* 1000. & Κειρίαι. Quod ad primum attinet vocabulum ὀθόνη vel ὀθόνιον tunc varia significat, quæ adducta legi possunt apud cl. *Suicerum* in *Thesauro suo Ecclesiast. part.* 2. *fol. m.* 454. ubi refert, quod *linteamen*, item omnia involucra notet. Item *Sindon*, *cingulum*, fasciola, tenue linteolum muliebre, & omne genus telæ tenue, quamvis non sit lineum, & quæ alia sunt, quæ vir doctissimus ex *Scriptis Ecclesiast. Patr.* collegit. Sunt etiam fasciæ Sepulchrales, quibus corpus unctum instar infantis constringebatur, cujus figuram nobis exhibet doctiss. *Gisbert. Cuperus in observat. lib.* 2. *pag. m.* 206. *edit. Traject. ad Rhen.* 1670. conf. D. *Quemsted. de Sepultur. pag. m.* 92. *edit. Witteberg.* 1660. & *Tr. nostr. de luctu Græcor. cap.* VI. *pag. m.* 70. *edit. Marpurg.*

II. Alterum, quo fasciæ nominabantur nomine, vocabulum est Κειρίαι, uti legimus apud *Johann. cap.* XI. 44. quæ Græcis proprie vocantur fasciæ, ut notat *Nicol. Fuller. pag. m.* 166. Angli dicunt *bands or lists of cloth to tye the hands and the feet vvithal.* Confer. *celeber.* D. *Quensted. de Sepul. Vet. pag. m.* 91. *edit. Witteb.* 1660. Tr. nost. *de luctu Græcor. pag.* 70. *Balduin. Wal. ad Joh.* XI. *pag. m.* 929.

929. Erant ergo Κειρίαι tæniæ, quibus mortui a capite ad pedes vinciebantur. Suidas dicit, quod Zonæ genus ex funibus fuerint, loro ſimile, qua lectos vinciunt. Κειρίαι hic ſunt cunabula vel incunabula, ſeu faſciæ, quibus colligantur infantes in cunis poſiti. Adducit poſtea *Suidas* locum ex *Ariſtophan. Avib. pag.* 400. v. 8. quem vide. In N.T. nempe *Joh.* XI. 44. Κειρίαι ſunt tæniæ ſeu vincula, quibus pollingebantur corpora mortuorum. Gloſſæ veteres: *Tæniosus κιριάτης* pro *κειριάτης*, ut *κίρω* pro *κείρω tondeo*: & σπρά pro σπειρά. Apud *Heſychium* eſt Κηρέαις, quod manifeſte mendoſum. *Pricæus* doctiſſimus ille Anglus legendum cenſet, Κειρίαις, & poſt Κηρέαις, vel quod ordini literarum magis conveniret, Κηρίαις retinendum videtur, *ἀπὸ τῆ Κηρὸς* i. e. *a morte*, quaſi dicas *mortales faſcias*. *Salmaſius* apud *Heſych.* legit: Κηρίαι, ἐπιθανάτια ἐντετυλιγμένα, quaſi velit dicere *quibus ii, qui fato functi ſunt, involvuntur*. Hanc vero lectionem nemo facile admiſerit: placet magis altera *Pricæi*, modo pro Κειρίαις legatur Κηρίαις, Κειρίαις δεδεμένος eſt feralibus amiculis adſtrictus atque obditus, ut loquitur *Apulejus lib.* x. Linea ſepulcrorum vincula dixit *Tertullianus*. *Nilus* apud *Photium Orat.* I. *in Paſch. Cod. CCLXXVI. pag.* 1529. de infante adhuc in utero latente aſſerit: *Naturæ faſciis involutus, ſimilis eſt mortuo faſciis ſepulchralibus involuto, ligato*. Κειρίαι, quæ proprie mortuorum involucra erant, etiam pro incunabulis & faſciolis, quibus alligantur infantes, uſurparunt teſte *Moſchopulo*. Κειρίαι vulgato ſunt inſtitæ ut & Auguſtino. *Faſciæ* quibus mortuus involvitur.

III. Cum itaque mos veterum Judæorum circa mortuos veſtiendos fuerit, ut faſciis illos circumligarent, operæ pretium eſſe duximus, paulo clarius illum tradere, cum fere omnes, qui de luctu Hebræorum ſcripſerint, de mortuorum veſtitu aut ſileant, aut obſcure loquantur, ut quid proferant haud intelligi queat. *Johannes Buxtorff. Synagog. Judaic. c.* XXXV. *pag. m.* 431. ait: Albam illi (mortuo) lineam tunicam induunt, & quidem vulgo eam, quam expiationis die induere ſolitus erat. Sed nemo non videt, ad recentiores mores reſpexiſſe *Buxtorffium*, quem ſibi ſcopum præfixerat, cum ederet librum. Optime autem veſtitus, quo corpus Chriſti in ſepultura contectum eſt, ex ipſis Evangeliſtarum verbis cognoſci poterit. Hæc vero paulo accuratius perpendentes deprehendimus, (uti etiam in Tract. noſtr. de luctu Græcor. annotavimus) Chriſtum non magno quodam linteo, ſed compluribus tantum faſciis fuiſſe involutum, quemadmodum hodie infantes involvuntur. Ita etiam ſenſit cl. *Salmaſius pag.* 377. Pro Sudario, inquit, quo caput ejus (Chriſti) involutum eſt, linteum late patens omnibus exhibent, cui forma corporis Chriſti impreſſa viſitur, quaſi mos tum fuerit, ut nunc fit, corpora mortuorum linteis lectualibus amplis involvere. Atqui ſolo Sudario caput involvi mortui ſolebat, totum corpus faſciis religabatur, ut nunc infantium corpora, qui in cunis ſunt. Κειρίας vocant Evangeliſtæ in *Lazaro*, quæ ſunt faſciæ. Τελαμῶνας Græci appellant. Nam Græci ut & Judæi faſciis corpora mortuorum involvebant, a pedibus uſque ad fauces, caput vero parvo linteo, quale eſt Sudarium vel muccinium, ut vocabant, operiebant. Ὀθόνια Johannes vocavit illas faſcias, quibus Chriſti corpus vinctum fuit, *cap.* XIX. v. 40. Ubi ὀθόνια numero plurali dicuntur de faſciis lineis ſeu linteis. Nam ὀθόνη unum eſt magnum linteum. Conf. *Tr. de luctu Græcorum*.

IV. Certe *Johannes*, ſepulturam Chriſti accurate deſcribens, non mentionem facit lintei magni, ſed tantum faſciarum; cum cæteri id fecerint Evangeliſtæ, qui diſerte ſindonem nominant. Non ergo putandum acſi hæc Johannis opinio cæterorum deſtruat, ſed potius ſtabiliat. Dicimus ergo faſciarum vocem, non rem, omittere tres reliquos Evangeliſtas & ſindonem dixiſſe, quod inſtitas ſeu faſcias vocaverit Johannes. Sindon illa integra non fuit, ſed in faſcias diſcerpta, quibus Judæorum more corpora mortuorum circumligari ſolent. Obſervat *Artemidorus*, mortuos & infantes eodem plane modo faſciis involvi. At quis prius magno linteo infantem contegit, eundemque deinceps ligat faſciis? Evangeliſtæ Sindonem dicunt. An integra, an in faſcias diſrupta fuerit, non addunt. An *Johannes* addit. Conditionem ergo Sindonis diſcamus a *Johanne*. Quæ vero nunc pugna inter Evangeliſtas? Nonne ſindon in faſcias ſciſſa etiamnum ſindon eſt? Sindon certe commodiſſima eſt, cui faſciatim involvatur corpus. Num ſindon eſſe non poteſt, niſi quæ ampliſſima ſit? Adſcribimus igitur iterum verba *Salmaſii*, utut pluſcula, quia totum exhauriunt negotium.

V. Ita autem illa *pag.* 380. ſonant: Quæ ὀθόνια *Johanni*, ea reliquis Evangeliſtis σινδῶν. Sic enim *Lucas in Evangelio cap.* 23. de *Joſepho* decurione, qui corpus Jeſu e cruce ſublatum, ut petierat a Pilato, ſepulturæ tradidit, aſſerit, Sindoni involutum fuiſſe. Σινδόνα appellavit *Lucas* quæ dicuntur ὀθόνια *Johanni*, de

de eodem Josepho ab Arimathæa, quem Jesu corpus, ait, de cruce sublatum accepisse & cum Nicodemo ὀθονίοις religasse cum aromatis, ut mos fuit Judæorum mortuos ἐνταφιάζειν i. e. sepelire. Atqui Judæorum more constat, mortuos fasciis & vinculis involvi solitos, ut etiam apud Græcos. Historia Lazari resuscitati a Christo hoc non ignorare nos patitur, in qua Κειρίαι nominantur eidem Johanni, & a Sudario diversæ ponuntur, quo facies ejus circumligata erat: Καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος τὸς πόδας ϗ τὰς χεῖρας κειρίαις, ϗ ἡ ὄψις αὐτῦ σϐδαρίῳ περιεδέδετο: Religatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Cum dicit, pedes & manus ligatas institis, sive fasciis habuisse, de toto corpore intellexit. Nam in mortuis pollingendis manus demissas & ad latera junctas simul cum ipso corpore & ad corpus ipsum colligabant. Ita ligatæ manus pene ad genua ipsa descendebant. Inde & crura & pedes similibus fasciis ligari consueverunt. Constat hic plane sibi Johannes in more Judæorum sepeliendi tam in Christo, quam in Lazaro. In Lazaro Κειρίας vocat, quibus totum corpus vinciebatur, in Christo ὀθόνια. In utroque utitur verbo δῆσαι. In Lazaro σϐδάριον appellat, quo facies erat circumligata, id est, totum caput cum facie velatum. In Christo dicit, id σϐδάριον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῦ fuisse. Quid igitur, cum hæc tam clara sunt, sibi voluere reliqui Evangelistæ, qui σινδόνα vocant, qua Jesu corpus pollinctum fuit? Sic enim & *Matthæus* de *Josepho* ab *Arimathæa*, & ἐνετύλιξεν αὐτὸ ἐν σινδόνι καθαρᾷ. An fasciis ligatum corpus, deinde & sindone grandi involvebatur. Hoc posset ita factum videri, nisi *Johannes* repugnaret, qui sola ὀθόνια nominavit, nec σινδόνος meminit. At *Matthæus*, *Marcus*, & *Lucas* σινδόνα appellant. Sane *Marcus* emtam a *Josepho* Sindonem dicit, & ea involutum Jesum; ubi ἐνείσεν satis ostendit, fasciatim corpus Christi involutum fuisse, ut & ἐντυλίξαι, quo reliqui utuntur Evangelistæ. Ergo apparet, emtum a *Josepho* grande linteum tegmen, quod est sindon, eamque in multas scidisse fascias, quibus corpus Christi vinxit & convolvit. Has fascias, ὀθόνια & Κειρίας Johannes dixit. Idem certe mos Græcorum & Latinorum fuit.

VI. *Chiffletius* de linteis sepulchralibus Christi quidem p. 22. non negat, Christi corpus fasciis vinctum fuisse, sed etiam alia adhibita esse linteamina, quando ita citato loco scribit: *Quia addit Johannes ligaverunt linteis; merito dubitari potest, num idipsum sint institæ, quod linteamina; & an in Christi funeratione præter institas alia adhibita sint linteamina, quod puto probabilius*. Ex his colligitur Chiffletium præter fascias etiam linteum magnum statuere, quo Christi cadaver circumdatum, ut plerumque a pictoribus pingitur, cujus schema quoque expressit *Anselmus Solerius in lib. de pileo pag. m. 303. edit. Amstel. 1672.* Sed quorsum opus erat magna sindone, cum adfuerint fasciæ? Omnes enim fatentur, Christum non tantum quoad manus vel pedes, sed quoad totum corpus fascis religatum esse, plane ut constringitur infans, idem dicunt de *Lazaro*. Atque, inquis, de *Lazaro* diserte dicitur, vinctum fuisse illum quoad manus & pedes. Respondemus, infantes quoad omne corpus religati sunt, nihilominus *Plinio* dicuntur *jacere manibus pedibusque devincti*. Credimus vero manuum pedumve factam esse mentionem, quod fasciæ, quibus totum corpus vinctum erat, in illis membris desinerent, atque intricatius copularentur, unde & ab illis primordium forte capiendum fuit *Lazarum* soluturo. Addimus quod illis se membris omnium maxime ligatum senserit, quippe quibus ad eundum ac commovendum præ cæteris erat opus. Potuisset certe quivis commode ambulare, quamvis totum corpus fasciis religatum sit, si modo liberæ sint manus & pedes liberi.

VII. Ut autem res clarior evadat, contraria quoque testimonia in medium proferemus illorum, statuentium, corpus Christi non tenuibus fasciis, sed sat grandibus involutum fasciis. *Chiffletius l. c. cap.* VII. ait: Duo mihi declaranda suscepi; alterum institas seu fascias sepulchrales in sepultura Judaica non extremis duntaxat manibus & pedibus religatas fuisse, funiculorum instar, sed totum cadaver, uno capite excepto, complecti solitas & circum illud convolvi, *pag.* 36. Quod fasciæ sepulchrales sive institæ, toti corpori circumvolutæ sint, plane sicut fasciæ infanti in cunis jacenti circumduci solent, indicat *Herodotus in Euterpe: Mortuum* ubi abluerunt, totum corpus ejus in sindone byssina, incisis loris obligant. Hæc ille de Ægyptiis, ex quibus ritus suos hauserunt Judæi: & significat non obscure *S. Johannes* ubi ait: Acceperunt ergo corpus Jesu & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire. Ecce non pedes tantum, aut manus, sed corpus ligatum dicit; & quidem non angustis tæniis & quasi funiculis, sed linteis; nempe fasciis sepulchralibus justæ latitudinis, ex linteis seu

ſeu linea tela in oblongum recto filo abſciſſa. Quorſum ergo linteum magnum, cui demum ſuperducendæ faſciæ hoc modo:

VIII. Verum vix calculum his addere poſſumus, ducti hac ratione: Si igitur corpus Chriſti magnæ Sindoni involutum, ſequi debuiſſet, quod etiam magna illa ſindon poſt reſurrectionem Chriſti in ſepulchro reperta fuiſſet. Aſt hæc non reperta, uti plane indicat *Johannes cap.* xx. *6.* ubi hæc leguntur verba: *Venit igitur Simon Petrus ſequens ipſum & ingreſſus Sepulchrum videt* τὰ ὀθόνια *faſcias poſitas. Et ſudarium, quod erat ſuper caput ejus, non* μετὰ τ̃ ὀθονίων *cum faſciis poſitum.* Ex his ſatis conſtat, nullam magnam ſindonem ibi fuiſſe, alias etiam *Johannes* hujus mentionem feciſſet. Manet ergo firmum, Chriſtum faſciis tantum Sepulchralibus involutum fuiſſe hoc modo: Quorſum autem hæ faſciæ pervenerint, ignoratur, quamvis Pontificii hoc vel illo loco eſſe propalent. Falſa hæc omnia, quæ proferunt & fidem haud merentur fabulæ. Plura qui deſiderat de Pontificiorum opinionibus, evolvat *diſſertat.* ſub præſid. *Maxim. Reverendi Abbat. Job. Andr. Schmidii, Fautoris noſtri ſubmiſſe devenerandi* prodiit *Helmſt.* 1698. His etiam huic capiti finem imponimus & ad reliqua ornamenta nos conferimus.

CAPUT XII.

De Sudario Chriſti ſepulchrali, & aliis rebus conſepultis.

I. VIſis faſciis Sepulchralibus ad *Sudarium* & res alias conſepultas progredimur, & quidem primo loco de Sudario agemus. *Sudarii* vox Latina quidem videtur; an autem ſit, dubitamus. Nam *Syri* dicunt ܣܘܕܪܐ *Sudara* & in lingua Sapientum eſt סודר *Sudar*, quod uſurpant in vario ſenſu. Sæpe linteum operimentum notat, quo demortuorum capita tegebant veteres. Hoc ſenſu occurrit *Job.* XI. 44. & XX. 7. Itaque fruſtra *Sopranis*, tractatu de re veſtiaria Judæorum *diſp.* 2. *cap.* 1. §. 3. expoſtulat, Sudarium capitis tegminibus eſſe annumeratum a Sanctio in c. XIX. Act. n. 5. Id enim ille de mortuorum capitibus vere pronunciavit. Non autem aſſerimus omne *Sudarium* fuiſſe ad uſum mortuorum. Cum enim vox ipſa *Sudarii*, uſum ejus ad tergendum ſudorem alioſque ſuperfluos humores naribus, oculis, ore effluentes præferat, nec is uſus in defunctis habeat locum; liquet, vocem *Sudarii* latius patere, quam ut ad mortuos reſtringi poſſit. Sicque videmus Act. 19. memorati *Pauli* viventis *Sudaria* ab ejus corpore delata, quibus mira edebantur. Videatur de hac voce pluribus diſſerens *Anſel. Solerius de pileo pag. m.* 346. 347. *Carol. du Freſne Gloſſar. ad Script. med. & infim. Latin. P.* III. *fol.* 1001.

II. Certum autem eſt, ejuſmodi *Sudarium* aliquando extitiſſe, quippe Evangeliſtæ expreſſis affirmant hoc verbis. Ubi autem perierit, aut quo ſit abreptum, plane neſcimus. Sudarium itaque omnibus mortuis apud Judæos uſitatum fuiſſe conſtat ex funere *Lazari*, *Job.* XI. Et facies ejus *Sudario* erat ligata. Hujus figuram ita depinxit *Solerius p.* 344. Hoc facies tegebatur defuncti ne ſi qua deformis conſpiciatur. Non magni pretii erat, quod ex illo Rabbinorum patet, de quo dicunt ipſi Hebræi: *Solent Sapientes adhibere Sudarium non plus denario conſtans, ut ne pudefaciant eum, cui* (tale pretium) *non ſuppetit. Tegunt vero demortui faciem, ut ne pudefiant pauperes, quorum vultus præ fame ſolet eſſe deformior.* Hoc Sudarium alias etiam πέπλο vocatur teſte *Syro* in *Luc.* XIX. qui per *linteum* reddit. In Targum pro מטפחת peplum & מכות velamen: vid. *Tr. noſtr. de luctu Græcor. pag. m.* 32. *edit. Marpurg.* Ita etiam in Chriſti ſepultura *Sudarium* adhibitum fuiſſe extra omnem dubitationis aleam ponimus. Confirmant hoc Evangeliſtæ, quippe hoc cum faſciis repertum in Sepulchro poſt reſurrectionem. Quorſum autem pervenerit Sudarium Chriſti varie diſquiritur a Pontificiis, quæ tamen omnia potius fabulæ & figmenta ſunt, uti pluribus oſtendit diſſertatio ſub præſidio *maxime Reverendi Abbatis Job. Andr. Schimidii* habita *Helmſtad.* 1698. *de Sudario Chriſti*, quæ legi meretur. Cum itaque actum agere nolimus, ad alia progredimur.

III. Quærimus igitur an Judæi etiam mortuis pecuniam addiderint uti alii populi? Sunt qui affirment & dicant, in Sepulcro Davidis magnam pecuniæ ſummam repertam fuiſſe: vid. *cap.* XIV. *l.* 2. ubi fuſe actum de hac materia. Et licet cl. *Schickardus in* משפט המלך *cap.* 3. *Theor.* XI. *p. m.* 210. *edit. Lipſ.* affirmare videatur Judæos quoque hanc conſuetudinem habuiſſe, ſuamque opinionem probare conetur ex Sepulchro Davidis; cui adſtipulantur *Menoch. lib.* VIII. *Reipubl. Hebr. cap.* V. *quæſt.* IX. & *Villalp. t.* 2. *lib.* V. *Diſp.* 4. *cap.* 61. & *Balthaſ. Boniſac. Rhodigin. hiſtor. ludicr. lib.* XX. *cap.* III. *pag.* 569. 570. *edit. Bruxell.*

R. Ben-

R. *Benjam. Tudel. in Itinerar. pag.* 46. attamen nos dicimus cum *Gejero* Judaicam ſpirare fabellam: vid. *pag.* 146. *de luctu Hebr. Carpzov. annot. ad Schickard. pag. m.* 216. *edit. Lipſ.*

IV. Porro quæritur, an etiam *arma* apud Judæos ſimul recondita fuerint? Gentilium mores ſi perpendamus, certum eſſe aſſerimus, uti cap. XIV. lib. 2. §. 7. pluribus oſtendimus. De Judæis affirmare videtur Propheta *Ezechiel cap.* XXXII. 20. 27. *Non autem jacebunt - - - - - ad infernum cum armis*. Ubi *Munſterus* annotat ex Hebræorum explicatione: Non jacebunt cum his, qui naturali exſpiraverunt morte, aut qui veluti ſtrenui milites cum ARMIS ſuis ſunt ſepulti. Cui adſtipulatur *Vatablus* in h. l. his verbis: Non morientur ut viri iſti ſtrenui ac nobiles, qui moriuntur morte ſua & efferuntur ad Sepulchrum una cum *inſtrumentis ſuis bellicis & armis*. Idem affirmat *Grotius Comment. in h. l.* ita diſſerens: Victores non ſingula tantum habebant ſepulchra, ſed & in virtutis honorem cum armis ſuis ſepeliebantur, 1. *Maccab.* XIII. 29. Conſtat ergo ex his allatis teſtimoniis & Hebræos heroibus & fortibus arma addidiſſe.

V. Moris etiam Judæis fuit faſciis librorum legis, quæ vetuſtæ factæ, mortuos involvere. Teſtatur hoc *Maimonid. in tr. de legib. cap.* x. ita ſcribens: Faſciæ librorum legis, quæ factæ ſunt vetuſtæ, involucra fiant mortuorum, & hæc eſt repoſitio earum. Verba ipſa citata legi poſſunt apud cl. *Schickard.* in משפט המלך *c.* II. *Theor.* v. *pag. m.* 126. Libros inveteratos vel profanatos includunt vaſi teſtaceo & ſepeliunt juxta ſtudioſum ſapientiæ. Et hæc ipſa eſt illorum remotio vel occultatio. E linteaminibus autem ſenio attritis faciunt involucra mortuo. Conf. *Vorſt. ad R. Maim. de fundament. leg. pag. m.* 85. *edit. Amſtel.* 1638. *Et Arba Turim, part.* 2. *cap.* 282. *fol.* 67. *col.* 4. Ne itaque nauſeam lectoribus excitemus, hic ſubſiſtimus & ad Sepulcrorum myſticam & moralem Explicationem nos conferimus, ſit ergo

CAPUT XIII.

De Sepulchrorum morali explicatione.

I. HActenus occupati ſumus ſat diu circa Sepulchra Hebræorum & ornamenta illorum tam externa, quam interna. Nunc ratio ſuadet, ut etiam moralitatem illorum perpendamus, præprimis Sepulchrum Chriſti & illius contenta in memoriam revocemus, quæ quaſi ideam nobis præſcribunt, quomodo per totum vitæ curriculum nos gerere debeamus. Si ergo Sepulchrum Domini noſtri Jeſu Chriſti in ſuccum & ſanguinem convertere velimus, conſideranda nobis ſunt TREDECIM, quæ omnia in Sacra Scriptura continentur, perpendentes, quod in illo (1) fuerit *Myrrha*, quæ Emblema eſt mortalitatis. Qua ſignificatur, quod juxta Apoſtolum *Col.* III. 5. mortificare debeamus omnia noſtra membra, voluptates, & omnes noſtras paſſiones. *Mortificate*, inquit, *membra veſtra quæ ſunt ſuper terram*. Ita quoque bene *Greg. M. in Evangel. Hom.* x. *pag.* 351. *A. Tom.* 2. diſſerit, quando ſic literis tradit: Per *Myrrham* carnis mortificatio figuratur. Et paulo poſt: *Myrrham* offerimus, ſi carnis vitia per abſtinentiam mortificamus. Qui igitur *Myrrham* ſepulchri Chriſti ſibi in memoriam revocaverit, & meditationibus perluſtraverit ſuis, non flocci habebit monitum Apoſtoli citatum, ſed omnem dabit operam, ut membra ſua mortificet.

II. *Myrrha* hæc in Sepulcro Chriſti nobis anſam dat pluribus diſſerendi verbis de mortificatione, quæ tam neceſſaria, quam neceſſaria illa fuit in condiendis cadaveribus apud Judæos. Ergo mortificate membra qui ſepulchri Chriſti participes fieri deſideratis. Sciendum autem prius eſt, quid ſit mortificatio? Hanc Eccleſiæ Doctores ita deſcribunt, quod nihil aliud ſit, quam odium erga cupiditates pravas membrorum, quæ abnegandæ, ut ſint quaſi mortuæ, cujus mortalitatis emblema myrrha. S. Jacobus bene oſtendit, undenam appetitus & paſſiones noſtræ, quæ ſuam in nos tyrannidem exercent, ſuam trahant originem; dicit enim *cap.* 4. 1. Unde bella & lites in vobis? Nonne hinc ex concupiſcentiis veſtris? At ubinam hæ concupiſcentiæ reſident? vel per quid mortificantur? Reſpondet idem *Jacobus:* militant in membris veſtris. Neceſſarium igitur eſt hoc noſtrum corpus mortificare & ſubjugare, ut ſit obediens rationique ſubjiciatur. Mortificate ergo membra veſtra. *Cornelius a Lapide* in hæc Jacobi verba ſcribit ita: *licet paſſiones & concupiſcentiæ ſint in anima, & appetitu concupiſcibili vel iraſcibili, tamen quia hi appetitus ſedem habent, & quaſi caſtra ſua figunt in membris, per eaque ſe exſerunt, hinc pariter concupiſcentiæ in membris ſuam habent ſedem, ut ira in felle, libido in membris generationi deſtinatis, amor in jecore, &c. hinc ab Apoſtolo concupiſcentia vocatur lex membrorum.* Perfecta itaque mortificatio pluribus membris continetur, prout plura vincula ſunt, qui-

quibus ceu funiculis quibusdam in hoc mundo irretimur, & in quæ affectus noster inordinate fertur. Quemadmodum autem *Myrrha* in unctione omnibus corporis membris applicabatur, ita & *Mortificatio* in omnibus nostris membris peragi debet.

III. Per *Myrrham* mortificationem indicari ex hoc etiam patet. *Myrrha* enim amara, ita etiam mortificatio membrorum amara videtur; interim suavissimos odores instar myrrhæ producit. *Laurentius Justinianus in lib. de interiori conflictu*, referente *Mansio* in *Bibliothec. mor. Tom. III. tract.* LI. *disc.* 4. *fol. m.* 424. plurimos enumerat effectus, inquiens: *Custoditur lex, pax servatur, nutritur concordia, sufficiunt propria, nequaquam aliena diripiuntur, subest caro, ratio dominatur, diriguntur cælestia & fraternus amor augetur, si concupiscentiæ defuerit languor; ipso autem vigente ac prævalente deordinantur omnia sive corporalia, sive spiritualia. Quamobrem omnis disciplina Christiana professionis non in miraculis faciendis, non in futuro prædicendo, non in eloquio composito scripturarumque explanatione, sed resecandis concupiscentiis commendatur.* Cur autem *mortificatio myrrhæ* assimiletur, *Ghislerius* comm. in *Cantic.* 4. hanc reddit rationem: Quia nimirum amaritudine sua, cui exsiccandi & adstringendi vis insita est, corpora a putredine servet illæsa; atque adeo ut hac in re majorem habeat vim cum aloe sæpe jungi solet, quæ multo est amarior. Sic & in Evangelio *Joh.* 19. 39. dicitur, Myrrha & Aloe conditum fuisse corpus Jesu a Nicodemo, antequam sepeliretur, quod is mos esset apud Judæos, ut mortuorum corpora a corruptione vindicarent. Porro quod carnis mortificatio castigatione ipsa sua, pœnæ amaritudine, & sensuum adstrictione potentissimum sit medicamentum, quo homines a peccatorum putredine vindicantur, est certum. Unde Apostolus 1. Cor. 9. dicebat: Castigo corpus meum & in servitutem redigo, ne reprobus efficiar.

IV. Cujus ergo membra mortificatione amara ceu myrrha mortificata sunt, ille abnegat seipsum, amorem proprium, qui nocet ipsi, odit seipsum, seu animam suam, hoc est, explicante div. Gregor. hom. 37. in Evangel. non ejus carnalibus desideriis acquiescit, appetitum frangit, voluptatibus reluctatur. Vid. *Laur. Beyerling. prompt. Moral. pag. m.* 382. 383. *seqq. Joseph. Speranz. script. select. punct.* 112. *pag. m.* 337. Anegat sensus, i. e. sensibus indebita negat. Per sensus enim ceu portas omnia mala irrumpunt. In his portis olim judicium jusque dicebat ratio suumque fixum tribunal habebat: Oculus non videbat, nisi quod erat necesse; illicita, vana, curiosa non videbat: auris non audiebat. Nunc autem hæ portæ patent & omnibus malis obnoxiæ sunt. Mortificatis his sensibus, visus abnegatur, ne periculum inde accidat. Pangit fœdus cum oculis, ne intueantur, quod intueri non liceat. Abnegat, gustum, odoratum, tactum, auditum, imo voluntatem & judicium proprium, ut quasi mortuus videatur. Novit enim veram mortificationem sequi illuminationem, ac deinde unionem divinam. Bene itaque quidam differit ita scribens: *Plane marcidus languor noster nos impedit, quem si assumpto virili animo strenue evinceremus, nobisque a cunctis rebus caducis emori, & Deo amœnam in animabus nostris habitationem præparare studeremus, non possemus tandem non adipisci maxima, non possemus non habere ac sentire Deum in nobis.*

V. Per *Myrrham* mortificationem intelligi ostendit locus *Cant.* V. 1. *Messui Myrrham primam cum aromatibus meis.* Quid aliud per hoc innuere voluit, quam quod myrrha sit Symbolum mortificationis, in qua anima se exercere debet, ut ei accepta fiat; unde prædicta verba D. Gregor. Magn. explicans, inquit: *Myrrham* dilectus cum aromatibus metit, quando Christus mortificatione vitæ ad perfectionem perducta electum ab hac vita succidens, ad cœleste horreum cum sancta opinione inducit. Observandum autem est, sponsum aromata messuisse, postquam Myrrham inde collegerat; prius enim dicit *messui myrrham primam*, & postea aromatum mentionem facit, ad denotandum, quod virtutes suum in mortificatione principium, progressum & perfectionem habeant. Cum enim mortificata fuerit carnalitas & propria voluntas, tunc fluunt virtutum aromata. Hinc bene *Bernhard. Serm.* XXX. *in Cantic. Tu quoque si propriam deseras voluntatem, si corporis voluptatibus perfecte renuncies, si carnem tuam crucifigas cum vitiis & concupiscentiis, ut & mortifices membra tua, quæ sunt super terram, probabis te Pauli imitatorem.*

VI. Per Myrrham mortificationem Deo gratissimam significari indicat illud *Eccles.* XXIV. 20. *quasi Myrrha electa dedi Suavitatem odoris.* Tametsi certum sit omnes universim virtutes Deo gratas esse, attamen hæc mortificationis viatus gratiam Dei præ cunctis aliis conciliat. Myrrha autem mortificationem præfigurat, quæ electa dicitur, quia inter omnes alios

alios odores is, quem *Myrrha* spargit, fragrantiam amabilem habet. Id quod mortificationi aptissime congruit. Ille enim, qui, abnegatis omnibus mundanis, ad Deum accedit, & omnia, quæ inordinata sunt in se mori patitur, coram Deo bene olet. Abnegatio enim ac resignatio propriæ voluntatis Deo gratissima est. Acceptius obsequium homo præstat Deo, quando a vano & non necessario visu, auditu, olfactu, gustu vel tactu discrete abstinet, voluntatem suam in hujusmodi rebus pure propter Deum mortificans, quam si mortuos ad vitam temporariam revocaret. Ex hac unctura Christi *myrrha* facta *Zeno serm. de jejun.* ad mortalitatem nos deducit, dicens: Ostenditur ergo per hoc, quia ungere Christum, est sepulturam ejus præparare, Sepulturam vero Jesu præparat secundum Apostolum, qui mortificat membra sua, quæ sunt super terram. Et qui jam non secundum carnem ambulat, & qui actibus Spiritus Sancti carnis facta mortificat. Et ut plenius dicam, cui mundus crucifixus est & ipse mundo. Hos ita *Blosius* referente *Mansio* ita describit: Sunt certe nonnulli adhuc in carne positi, qui dum omnia visibilia fastidiunt, mentem in cœlestia attollunt, nihilque aliud optant aut student, quam sese sponso suo per intimos cordis affectus adjungere, in eoque solo delectari ac pasci, spretis omnibus rebus mundi, sequemetipsis neglectis atque mactatis in corde, in carne, in actu & habitu, in omni denique opere & verbo, solo divino amore accensi, veluti virgula fumi ex aromatibus Myrrhæ & thuris a deserto in cœlum adscendunt, odorem sanctitatis & bonæ famæ subtilitatemque mentis & recte judicii olentes.

VII. In Sepulchro Christi (II) reperitur *Aloe* quæ amara, & *amaritudinem pœnitentiæ* indicat & contritionem, quæ instar salis ad condiendas nostras transgressiones esse debeat. *Aloe* autem est succus amarus naturam pœnitentiæ indicans. Peccata enim amarissime sunt deploranda, uti pluribus ostendit Angl. *Gr. Williams fol. m.* 190. 191. In Sepulchro Christi erant (III) lineæ albæ vestes, quibus significatur, quod animæ & corpora nostra pura instar albarum vestium esse debeant. Album enim puritatis, fidei, castimoniæ & ejus generis aliarum virtutum nota. Hinc decorus color Deo, uti etiam *Cicero* 2. *de legib.* afferit: vid. *Martin. de Roa Singul. lib.* VI. *pag. m.* 528. & *part.* 2. *cap.* I. ubi plura. (IV) reperiebatur in illo *Sudarium*, quo facies Christi tegebatur, quo indicatur, quod facies nostras obtegere debeamus humilitate, ne cum Pharisæo illo superbo, bona opera nostra extollamus. Deus enim resistit superbis, sed humilibus dat gratiam. Facies nostras Sudario tegere debemus, ut verum, non simulatam humilitatem exerceamus, quia dejectio corporis & exaltatio cordis, abominatio est apud Deum. Nihil enim externa humilitas juvat, quando cor adhuc superbit; sed interna cordis humilitas multum commodi affert, quando nostras miserias agnoscimus & propriam dignitatem abnegamus. Laudabilior est animus, cui nota est infirmitas propria, quam qui, ea non respecta, mœnia mundi, vias syderum, fundamenta terrarum & fastigia cœlorum scrutatur. Recte & bene Anglus *Gr. Williams fol. m.* 110. hoc explicat, ita scribens: *If we would be humble, we must denie all the good that is in our selfes: and then, sicut species aromaticæ, cum in pulverem rediguntur, vehementer redolent: ita hominis bona, cum per humilitatem fuerint comminuta, Deo sunt gratiora.* Conf. *fol.* 433. ubi plura de hac virtute.

VIII. Sepulchrum ipsum (V) quod attinet, illud excisum erat in lapide firmo, quo denotatur, quod fides nostra fundata & inædificata esse debeat Christo, petra firmissima, ne tempore tentationum decidamus & instar arcus fracti dilabamur. Firma & immobilis ut petra fides nostra esse debet, alias est tantum temporaria, uti Christus ipse ostendit in Parabola *Matth.* XIII. 20. 21. quam sæpe laudatus Anglus *Gr. Williams* in lib. *the best Religion edit. Londin.* 1636. *fol. m.* 279. pluribus exponit his verbis: *The temporary faith is a beliefe in Christ, and a trust in the mercy of God for a season, as our Saviour sheweth in the parable of the sower, where he tells us that he, which reciveth the seed into stony places, is he that heareth the word - - - yeth hath not root in himself, but dureth for a while, and when tribulation or persecution ariseth, &c. he fall away. But the justifying faith is a most firme perpetuall appropriation of the love and mercy of God.* Constat hinc fidem nostram immobilem esse debere, quam nec Diabolus, mundus & adversitates nunquam labefacere possunt.

IX. Observandum porro venit, quod (VI) ingens lapis ad os Sepulchri advolutus fuerit, quo significatur, quod propositum & resolutio nostra in cultu & ministerio Dei similis ingenti lapidi esse debeat, ad ostium animæ voluto, ne aliquid cor nostrum ingrediatur, quod pias cogitationes disturbet. Cor nostrum recte

cum ostio comparatur, per quod ingressus & egressus sit; hinc primus & præcipuus locus quem intrare conantur inimici; quare danda est opera ut vigilemus & os cordis lapide ingente muniamus, ne Diabolus pravis cogitationibus se ingerat, & cubiculum omnipotentis Regis occupet. (VII) considerandum, quod lapis sigillo Pontificis obsignatus fuerit, quo indicatur, quod mens & anima nostra gratia Christi sit obsignanda quod optimum sigillum Pontificis. (VIII) quod monumentum novum in quo nemo reconditus fuerat, quo notatur, quod peccatum in cordibus nostris habitare non permittamus, antequam corpus Christi in illis recondamus. Cor nostrum itaque peccatis non inquinandum, si habitaculum vel receptaculum corporis Christi esse debeat. (IX) Vigiliæ illi addebantur ad custodiendum, ne quis corpus Christi furto auferet. Quo significatur, quod nocte dieque vigilare debeamus, vel ut Sapiens *Proverb.* IV. 23. dicit, quod omni custodia custodire corda nostra debeamus, ne malitiosi discipuli Diaboli gratiam Dei a nobis furto auferant. Diaboli malitiosi discipuli sunt pravæ suggestiones, quæ omnem impendunt operam, ut corda nostra rapiant. Omni itaque custodia cor custodiendum, ne ejusmodi suggestiones immittantur. Nam *when Satan*, scribit doct. *Gr. Williams fol. m.* 588. *by his wiked suggestions hath emised the seed of sinne into our hearts like a father, then our corrupt flesh, by wiked thoughts and imaginations receiveth sinn as a mother. - - - Look not only to thy hands, and to thy feet, to thy words, and to thy works, but especially above all things, look to the thoughts and inward affections of thy heart.* Vid. fol. 589. ubi plura de hac re leguntur.

X. Nec silentio est prætereundum quod (X) Sepulchrum Christi in horto amœnissimo floribus pulcherrimis ornato, ut discamus, quod corda nostra & mentes nostræ instar horti esse debeant, floribus omnis generis & fructibus bonarum virtutum prædidi. Sit ibi rosa rubicunda patientiæ, lilium album innocentiæ, &c. Ut anima nostra dicere possit *Cantic.* IV. Veniat dilectus meus in hortum &c. Succedet (XI) quod in monte *Calvariæ* Christus passus, ut semper memores simus passionis Christi; quia mors Christi unicum illud, quod animas nostras liberat ab omnibus peccatis, uti Augustin. asserit, & ante ipsum Apostolus Johannes inquiens: Sanguis Christi emundat nos ab omni peccato. Tanta vis crucis Christi, ut si ante oculos ponatur *in the minds of the faithfull* scribit *Williams fol. m.* 867. *so that they did intentively behold the death of Christ, no concupiscence, no lust, no envy, no fury could overcome them; but presently upon the consideration of Christ his sufferings, the whole hoste of the flesh and of sinne would flie avvay sait* Orosius: *and* S. Bernhard. serm. *62. Quid tam efficax ad curanda conscientiæ vulnera, nec non ad purgandam mentis aciem, quam Christi vulnerum meditatio.* Accedit (XII) quod prope Hierosolyma fuerit, hoc est, visionem pacis, ut doceamur, quod cum omnibus hominibus pacem habere debeamus in his terris, & desideremus cum Principe pacis esse in cœlis. (XIII) quod Josephi Sepulcrum fuerit, cujus nomen significat augmentationem; qua re docemur, ut etiam proficiamus gratia & crescamus, uti eleganter hoc explicat Anglus sæpe laudatus *Gr. Williams fol. m.* 315. cujus verba hic adscribere non pigebit: *That vve*, inquit, *schould increase in grace and grovv, not as sovver ale in summer, vvorse and vvorse; but as good vvine vvel kept, better and better, from one vertue unto another, untill our soules be filled vvith all goodnesse: this is to bury the body of Christ in Josephs tombe, vvhen his graces are sovved in a fruitfull heart, that brings increase of some sixtie, and of some a hundred fold.* Faxit etiam Deus, ut etiam hæc quæ diximus bene perpendantur & mentibus nostris imprimantur, ut discamus, Sepulchra nostra media esse, quorum subsidio ad pietatem & vitam sanctam deducamur. Deo itaque sit laus & gloria in secula seculorum Amen.

JOH.



JOH. ANDREÆ QUENSTEDII TRACTATUS DE SEPULTURA VETERUM

Sive de antiquis ritibus ſepulchralibus Græcorum, Romanorum, Judæorum, & Chriſtianorum.

CAPUT PRIMUM.

Sepultura quando cœperit, unde orta, & quis ejus finis.

DEfunctorum corpora terræ inferri ac humari, inſtitutum eſt antiquiſſimum, uſitatum ſemper in populo DEI, ſervatum ab Athenienſibus, Græciſque cæteris, & Romanis plane olim, ac in Eccleſia Chriſtiana perpetuo uſu receptum. In Sacroſancta Vetuſti Fœderis hiſtoria memoratur Abraham, fidelis ſeminis ſerus pater, ſepeliiſſe *Sarah*, uxorem ſuam, in ſpelunca agri juxta urbem Hebron, ab Hephrone Chetæo emta in ſepulchri poſſeſſionem *Gen.* XXIII. 19. (quæ prima emtio eſt, cujus in Sacro eloquio fit mentio: nam antea permutationes tantum factas legimus. Eo videlicet loco, quo poſt 400. peregrinationis annos certus erat, ſemen ſuum victurum. Ibidem deinceps dopoſiti poſt fata ſunt *Abraham Gen.* XXV. 9. *Iſaac*, ut ex *Gen.* XXXV. 29. colligi haud obſcure poteſt, *Rebecca & Lea Gen.* XLIV. 31. ipſeque *Jacob*, *Geneſ.* L. 13. quemadmodum adhuc vivens procuraverat, *Gen.* XLVII. 30. & XLIX. 29. ibidem & *Adamum*, principem humani generis conditum eſſe, aſſerit Hieronymus. Exiſtimant enim Hebronem per anticipationem ארבע *Arba*, quatuor ſeu Civitatem τῶν τεσσάρων dictam eſſe, *Gen.* XXVIII. 2. a quatuor Patriarchis, Adamo, Abrahamu, Iſaac & Jacobo ibidem ſepultis. Verba ejus in libro de locis Hebraicis in Arbah hæc ſunt: *Corrupte in noſtris Codd. Arbah ſcribitur, cum in Hebræo legatur Arbee*, i. e. *quatuor, eo quod ibi quatuor Patriarchæ, Abraham, Iſaac & Jacob ſepulti ſunt, & Adam magnus, ut in Jeſu Libro ſcriptum eſt, licet eum quidam conditum*

ditum in loco Calvariæ ſuſpicentur. Nicolaus Lyranus eandem fovet ſententiam, ſcil. vocatam eſſe illam civitatem *Arba*, propter quatuor jam dictos Patriarchas ibi ſepultos cum conjugibus ſuis, Eva, Sara, Rebecca & Lea. Eadem habet, ſtatuitque Alphonſus Toſtatus, Epiſcop. Abulenſis in *cap.* XXIII. Gen. Sententiam hanc confirmant ex *Joſuæ* XIV. *ult.* ubi Vulgata habet; *Adam, maximus ibi* (Hebrone, ſeu in civitate Arba) *inter Enacim ſitus eſt*. Unde quæſtione x. ad h. l. ait Abulenſis; *Adam maximus*, i. e. *primus homo, qui eſt maximus, cum ſit pater & origo totius ſpeciei, eſt ſitus inter Enacim*, i. e. *ſepultus fuit in urbe Hebron, in terra gigantum. Et iſte eſt verior atque communior ſenſus, quem fere omnes Catholici tenent*. Alii vero humani generis parentem circa Calvariæ montem, in quo Salus noſtra crucem paſſa eſt, non ſine ingenti myſterio reconditum eſſe arbitrantur, ut Auguſtinus ſerm. 71. de tempore. Spectant huc etiam verba illius in quæſtion. ſuper Gen. cap. 161. ubi inquit; *Ubi ſepelienda erant cadavera Patriarcharum, ſignificantia peccatum, niſi in ea terra, ubi ille poſtea crucifixus eſt, cujus ſanguine facta eſt remiſſio peccatorum*. Cyprianus ſerm. de reſurrect. Chriſti, Athanaſius de Paſſione Salvatoris, Ambroſius *lib.* 5. *Epiſt.* 19. Origenes tractat. 35. in Matthæum. Theophylactus in *Joh. c.* 19. Chryſoſtomus homil. 84. in Johannem, Epiphanius hæreſ. 46. Baſilius in Eſaiæ cap. 5. & ipſe Hieronymus in Paulæ ad Marcellam Epiſt. qui tamen in Matth. cap. 27. *Favorabilis*, inquit, *opinio*, (ſc. de Calvaria Adami in Golgatha ſepulti) *& mulcens aurem populi, nec tamen vera*. Nonnulli in duobus locis Adamum ſepultum eſſe aſſerunt, uti in *Chronicis* ſcribit *Honorius Auguſtodunenſis*. Et primo quidem Cariath Arbæ, deinde vero in monte Calvariæ. Memoriæ enim prodidit Jacobus Edeſſenus, Sancti Ephrem præceptor (referente Maſio, Com. in ult. Cap. Joſuæ) *Noemum primi Patris oſſa religioſe in arcam intuliſſe: & poſt ſiccatum & aquarum eluvione terrarum orbem, cum ipſo terrarum orbe oſſa quoque illa filiis diviſiſſe, & quem præ cæteris diligebat, Semo Calvaria, terrarum partem, quam poſtea Judæam nuncuparunt*. Explicant & exornant hanc opinionem Delrius in B. Virginis Panegyrico 7. & *Villalpandus in Hieroſolymæ urbis opparatu lib.* 1. *cap.* 9. Verum ſententia illa. Adamum Cariatharbæ ſepultum fuiſſe, licet propter quorundam Veterum autoritatem temere rejicienda non ſit, ex adducto tamen loco Joſuæ probari nullo modo poteſt. Nam nec in Hebræo, nec in Chaldæo, nec apud LXX. Interpr. verba illa (ibi ſitus eſt) habentur. Et per Adam non neceſſario intelligitur hominum primus, ſed homo, & quidem ille, de quo ſermo fuerat, nempe Arba. Hebraica, verbum verbo ſi reddas, ſic ſonant: *Et nomen Chebronis antea fuit Cariath Arbah* (i. e. Civitas Arbæ) *hic homo magnus in Enacim ipſe*, h. e. Erat homo quidam eximius & præcellens inter cæteros gigantes. Arbe, a quo nomen accepit civitas. Parentis primi nulla hic fit mentio, nec inter Enacim is fuit, ſed ante ipſos omnes. Nulla prætera idonea ratio fingi poteſt, cur de Adami ſepultura hic agatur, ut recte contra Abulenſem diſputat Nicol. Serarius, Com. in h. l. Confer in eundem locum Eſtium, Tirinum, itemque Pererium in Gen. cap. 23. diſp. 1. num. 22. Tripliciter ergo hic peccavit Vulgatus Latinus, judice Sixtino Amama, in Antibarbaro Biblico pag. 605. (1) *Addendo vocem* ſitus eſt, *cujus revera ne umbella quidem in textu apparet*. (2) *Omittendo demonſtrativum* הוא (3) *Nomen appellativum* אדם *convertendo in nomen proprium* τȣ̃ πρωτοπλάςȣ. Duodecim Patriarcharum, Filiorum Jacob, monumenta *Sichemis* ſive *Sichar* (urbe primaria provinciæ Samariæ, dicta dein *Mabarta* Joſepho, *Mabortha* Plinio, & *Flavia Cæſarea* a Flav. Domitiano, Cæſare, & poſtea *Neapolis*,) fuiſſe teſtatur ante citatus Sanctiſſimus Eccleſiæ Doctor Hieronymus. Dicit enim in Epitaphio Paulæ, *Eam e Sichem diverdentem vidiſſe duodecim Patriarcharum ſepulchra*. Vide Actor. VII. 16. Tradit quidem Joſephus, nobilis Judæorum hiſtoricus, lib. II. Antiq. cap. 4. Filios Jacob, excepto uno Joſepho, ſepultos eſſe Hebrone, *ſed dubitandum non eſt* (verba ſunt Caſpar. Sancti Jeſuit. Com. in Act. VII. v. 16.) *natos fuiſſe ſepulturæ locum in Sichem: tum quia ita plane colligitur ex hac Stephani oratione, tum quia non eſt veriſimile, cum ex Ægypto translata fuerint a Moyſe oſſa Joſeph*, Exod. 13. *& cum illis aliorum etiam Patriarcharum oſſa, ut ex hoc loco liquet, & Joſephus conditus ſit in Sichem, ut habes Joſue cap. ultimo, oſſa aliorum Patriarcharum, quæ longa peregrinatione, & quaſi funebri pompa ſimul efferebantur, confecto jam tanti laboris curriculo, loco eſſe diſtracta, &c.* Davidis, Regum Vatumque ſacrorum maximi ſepulchrum perſeveravit non ſolum ad ætatem Apoſtoli Petri integrum & incorruptum, *Actor.* II. 29. ſed etiam ad tempus Adriani Imperatoris; nam tunc Monumentum Regium magna ex parte corruiſſe, autor eſt Dion,

in

in Adriani vita. Porro Athenienses, a quibus plerasque non solum leges, sed etiam ritus & ceremonias acceperunt Romani, jam inde a Cecropis, primi ipsorum regis, tempore corpora defunctorum terra condidisse, autor est Cicero lib. II. de LL. ipsumque Cecropem *Athenis in Minervio terræ mandatum*, ex Antiocho refert *Arnobius* (quem Lipsius Epist. Centur. I. Epistol. 42. *post Tertullianum inter sacros Scriptores doctissimum* vocat) lib. VI. adverf. gentes. Gentium victorem, Romanum populum *olim ab ortu Urbis defuncta corpora humo condere neque cremare consuevisse*, *illud argumento esse*, ait Alexander ab Alexandro Genialium Dierum lib. III. cap. 2. *Quod Numæ Pompilii corpus in arca lapidea post multa secula a Cneo Terentio in janiculo inventum vetustissimi autores tradant*. Plinius lib. VII. cap. 54. *ipsum cremari*, inquit, *apud antiquos non fuit veteris instituti*, *terra condebantur*. *At postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere* (nota causam combustionis) *tunc institutum*. *Et tamen multæ familiæ priscos servavere ritus: Sicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus: Idque voluisse*, *veritum talionem eruto C. Marii cadavere*. Sylla, qui mortuorum ossa e sepulchris eruta in fluvium mergi jusserat, moriens se cremari Testamento cavit, ne idem ab hoste ludibrium ejus cadaver pateretur, ex quo apud Romanos inolevit mos cremandi cadavera mortuorum, inquit Camerarius, in Horis subsec. pag. I. cap. 3. Xenophon, Musam quem vocant Atticam, ob sermonis suavitatem lib. VIII. παιδείας introducit Cyrum morti vicinum ita ad suos perorantem: *Mei pueri*, *cum decessero*, *nolite neque in auro*, *neque in argento*, *neque in alio aliquo lapide collocare corpus meum*, *sed illud terræ reddite quamprimum*, *quid enim hac re beatius*, *quam terræ misceri*, *quæ pulcra omnia bona gignit & nutrit*. In quem locum digitum intendens Romani eloquii princeps *Tullius lib.* II. de LL. *Ac mihi quidem*, inquit, *antiquissimum sepulturæ genus id fuisse videtur*, *quo apud Xenophontem Cyrus utitur*. *Redditur enim terræ corpus*, *& ita locatum ac situm*, *quasi operimento matris obducitur*. *Eodemque ritu in eo sepulchro*, *non procul a fontis ara regem nostrum Numam conditum esse accepimus: gentemque Corneliam usque ad memoriam nostram hac sepultura scimus usam*. Sepulchro Cyri, qui a Medis ad Persas Imperium transtulit, hoc inscriptum fuisse ferunt Epitaphium:

Vir quicunque es & undecunque advenis,
(Neque enim te adventurum ignoravi.)
Ego sum
Cyrus, *qui Persis imperium constitui: pusillum*
Hoc terræ, *quo meum tegitur corpus*, *mihi ne invideas*.

Christiani ab ipsis usque Ecclesiæ natalibus morem terra humandi cadavera servarunt constantissime, quod cum nemini, qui Ecclesiasticam historiam primoribus tantum labris gustavit, ignotum esse possit, probatione nulla indiget. *Veterem & meliorem consuetudinem humandi frequentamus*, inquit Minutius felix in Octavio, qui Dialogus perperam septem libris Arnobii contra Gentes veluti octavus adjungi solebat, monente Bellarmino de Scriptor. Eccles. ad an. 206. in Min. Fel. Tanti autem majores nostri fecere sepulturam, ut ejus causa, sicut ad pauperes alendos, aut ad captivos redimendos vasa Ecclesiæ etiam initiata conflari, aut vendi licite existimaverint, referente S. Ambrosio de Officiis, *lib.* II. *cap.* 28. Quæ vero occasio & finis moris hujus introducendi fuerit, ut demortuorum corpora humo tegerentur, operæ pretium erit inquirere. Moschion, ut refert Hugo Grotius de jure Belli ac Pacis *lib.* II. *cap.* 19. *num.* 2. existimat occasionem datam ex gigantea feritate mandendi homines, cujus abolitæ signum sepultura. Rectius dicitur, ipsam naturæ humanæ conditionem admonuisse homines, ut corpus exanime terræ, unde ortum traxit, redderent. Et sic sponte solverent debitum, quod alioqui vel ab invitis repetit natura. Ita enim edixerat Deus Adamo *Gen.* III. 19. *Terra es & in terram reverteris*. Ex quo desumptum illud *Eccles.* XII. 9. *Redibit pulvis in terram*, *quemadmodum fuerat*. Hinc pia antiquitas; *Terra es*, *terram geris*, *terram teris*, *in terram converteris*. Rabbini hac de re ita pro more loquuntur, ut inquit Besoldus, Consideratione Politica de vita & morte lib. III. cap. I. *Corpus linquitur in potestate Dæmonis*, *de quo dictum est in Scriptura;* Terram comedas omnibus diebus, *& alibi*: Pulvis terræ panis ejus. Jobus, veræ patientiæ vivum exemplar, cap. I. v. 12. *Nudus egressus sum*, inquit, *ex utero matris meæ* (*qui* תחתיות ארץ *infimæ partes terræ*, *ima terræ*, vocatur a Davide *Psalm.* CXXXIX. 15.) *Et nudus revertar illuc*, non in uterum maternum, sed in terram, quæ omnium nostrum mater est, *Eccles.* XL. I. Hæc enim sinu suo corpus nostrum excipit & ossa nostra complexu suo custodit, redditura depositum, quod servandum acceperat, in magno illo

lo Die Domini & Resurrectionis omnium. Unde *Gregorius Nazianzenus*, qui post Johannem Evangelistam primus Theologi nomine salutatus est, διςαφέας, *bis sepultos* homines appellat, quod primum in alvo matris tecti, & quasi sepulti jacent, antequam in hanc vitam nascantur: deinde in alvo terræ lateant, donec ad vitam æternam resuscitentur, teste *Gerbardo*, Avunculo meo desideratissimo, *Loc. Theol.* VIII. *de Morte*, *num.* 80. *Terram Optimum habemus operimentum*, inquit, Chrysostomus homil. 84. in Johann. *& ipsi corporum naturæ decentius*. Sepulchrum unica hominis possessio est. Sciat enim homo, se nullam terram habere propriam, in qua vivus commoretur, habere tamen propriam illam, in quam mortuus resolvatur, juxta illud Davidis *Psal.* CXLVI. 3. *Exibit Spiritus ejus & revertetur corpus in terram suam*. Emphatice dicit suam! Optime etiam hac de re philosophati sunt sapientiores Ethnici: sic enim *Euripides*, cujus singulos versus singula testimonia putat *Cicero lib.* XVI. *Epist. Famil. Ep.* 8. ex Persona Thesei in Supplicibus:

Jam sinite terræ mortuos gremio tegi:
Res unde quæque sumserat primordium,
Eo recipitur: spiritus cœlo redit
Corpusque terræ: jure nec enim mancupi:
Sed brevis ad ævi tempus utendum datur:
Mox terra repetit ipsa, quod nutriverat.

Inde Cicero ex Euripidis Hypsipyle:

Reddenda terra terræ.

Similiter Lucretius de terra omnia suo sinu gremioque receptante *lib.* V.

Omniparens eadem rerum est commune sepulchrum.

Vetus etiam & dignus suo autore versiculus est:

Cum fex, cum limus, cum res vilissima simus,
Unde superbimus, ad terram terra redimus.

Ortus itaque nostri principium, vitæque finis, limus & cinis, perpetuum humilitatis, propriæ Christianorum virtutis, memoriale esse debet. Ex eo enim patescit vanitas & inanitas nostra. Et quam nihil natura simus, apparet in ortu & interitu. Heraclitus Philosophus Ephesius σκοτεινός cognominatus, ob styli affectatam obscuritatem, omnia ex igne constare opinatus est, unde voluit idem, ut subito post mortem corpora humana combustioni darentur, ut ita ad suum redirent principium, referente Servio, vetusto & optimo Grammatico, in *lib.* XI. *Æneid.* Verum a Spiritu Dei rectius edocti, non de igne, sed de terra summum Opificem corpus nostrum formasse, ac proinde vel secundum ipsam illam regulam Heracliti, (si aliunde id non constaret) in terram reverti debere, ex qua sumptum est, norunt. Democritum in spem reviviscendi corpora adservanda docuisse, tradit Plinius *lib.* VII. *cap.* 55. his verbis ipsum irridens; *Similis & de asservandis corporibus hominum & reviviscendis promissa a Democrito vanitas, qui non revixit ipse*. Hoc ipso facto tamen suo ostenderunt Gentiles, non plane obliteratum esse in se, Immortalitatis, ad quam homo a Deo fuit conditus, sensum. Eleganter hac de re disserit Julius Cæsar Scaliger, ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτωρ ϗ ποιητῶν θεώτατος, Poetices *lib.* III. *cap.* 20. Verba ejus hic merito legenda, subjicio: *Sunt cognata nobis semina quædam immortalitatis: cujus adeo appetentes sumus, ut & sepulturæ prospiciamus: & nolimus cadaver nostrum male haberi*. Et post pauca; *Humanum vero ingenium, quod animæ nostræ vis est, quum se sciat immortale, optat illud quoque, ut corpus ipsum & comes & domicilium suum, quoad fieri possit, eadem felicitate perfruatur. Ædificat idcirco Pyramidas, eique ita conditio imponit, ut si non universa temporum spatia æquare possit, aliqua tamen quam maxime longinqua superet*. Hæc ille. Christiani defunctorum corpora honeste terra recondunt, partim ideo, ut docemur in Scholis Theologorum, quia fuerunt membra Christi, *Eph.* V. 30. templa & habitacula Spiritus Sanctus 1. *Cor.* III. 16. *cap.* VI. 19. Salutaria item organa, per quæ piorum animæ bonum operatæ fuerunt in hac vita. 2. *Cor.* V. 10. Unde origenes, quem ob laborum & studiorum tolerantiam *Adamantium* vocarunt prisca secula, *lib.* VIII. contra Celsum, *Rationalem*, inquit, *animam honorare didicimus, & hujus organa sepulchro honorifice demandare*. Partim & præcipue in spem futuræ resurrectionis. Hinc Calvinus, Comment. in Esaiam *cap.* XIV. 18. *Projiciuntur*, inquit, *belluarum cadavera, quod ad putredinem nata sunt, nostra vero terra conduntur, ut illic deposita ultimum diem expectent, quo resurrectura sunt, ut cum anima*

ma beatam & immortalem vitam degant. Et Andreas Rivetus, in Gen. cap. 23. Exercit. 109. *Hic fuit semper laudabilis mos apud homines, qui sensum omnem humanitatis non exuerunt, ut humana cadavera amoverentur a conspectu vivorum, quod etiam pertinuit ad politiam & honestatem communem: id præterea ab iis, qui altius conscendebant, fuit consideratum, terræ esse mandanda corpora, quæ in terram erant redigenda, honorifice recondenda, quæ suo tempore ad vitam per resurrectionem erant revocanda. Gerhardus* loco citato, inter causas sepulturæ tertio loco ponit *Christi & Apostoli Pauli comparationem, qua* (verba ejus, quia id merentur, adscribam) *granis in terram projectis corpora pie defunctorum ad confirmandam resurrectionis spem conferunt, Joh. 12. 24. 1. Cor. 15. 37. & 38. inde in lingua nostra vernacula cœmeteria pulcerrime vocantur* agri Dominici, *in quibus scil. corpora piorum velut quædam grana in spem futuræ messis seminantur.* Quod in agro quærit sepulturam Patriarcha (inquit Pelargus, Comm. in Genes. ad cap. 23.) meminerimus sepultorum corpora instar seminis esse, quæ suo tempore in auras lætius exurgant. Recte proinde Prudentius, poeta Christianissimus, spem resurrectionis causam esse, quare maxima cura sepulcris impendatur, tradit in Hymno funebri:

> *Quidnam sibi saxa cavata,*
> *Quid pulchra volunt monumenta?*
> *Res quod nisi creditur illis;*
> *Non mortua, sed data somno.*
> *Nam quod requiescere corpus,*
> *Vacuum sine mente videmus:*
> *Spatium breve restat, ut alti*
> *Repetant collegia sensus, &c.*

Nihil interim obesse existimandum est futuræ corporum Resurrectioni, neque, quicquam inde mali homini accidere, aut boni adimi, quocunque modo corpus demortuum tractetur, quacunque ratione destruatur aut dissipetur. Sive projiciatur volucribus & canibus in prædam, sive bestiis in Circo, ut intra sua viscera recondant, sive in usum nocturnarum tædarum uratur, quomodo sævierunt barbari & immanes Tyranni olim in Christianorum corpora, ut Martyrum & Persecutionum historias evolventi patebit. Nam, ut Tatianus, libro contra gentes, inquit, *Quamvis caro tota incendio absumatur, tamen materiam evaporatam mundus excipit, quanquam aut in fluviis, aut in mari contabescam, aut a feris dilanier, condor tamen in penu locupletis Domini.*

Et in eandem sententiam egregie & fiducia plenus jam ante laudatus Minutius Felix in Octavio; *Corpus omne,* inquit, *sive arescit in pulverem, sive in humorem solvitur, vel in cinerem comprimitur, vel in nidorem tenuatur, subducitur bonis, sed Deo Elementorum custodia reservatur.* Vide, si lubet, Augustinum de Civit. Dei *l. 1. c. 12.* sive, qui in eundem librum commentatus est, Casp. Barthium Adversar. Commentar. *l. 60. c. 12.* Cæterum & aliæ sepulturæ suppetunt fines & utilitates; Puta, ut corpus hominis, animalium nobilissimi, quoque *inter maxima rerum suarum nihil habet natura, quo magis glorietur;* (teste Seneca *lib. 6.* de beneficiis *cap. 22.*) a vilissimorum animantium laniatu immune præstetur. Hancque humationis causam a corporis præcellentia desumtam cæteris simpliciorem esse statuit Hugo Grotius loco supra allegato; sic enim inquit; *Simplicius est, cum homo cæteris animantibus præstet, indignum visum, si ejus corpore alia animantia pascerentur; quare inventam sepulturam, ut id, quantum posset, caveretur.* Huc respicit Cicero Christianus, seu mavis, Lactantibus *l. 6.* Institut. *cap. 12. Non patiemur figuram & figmentum Dei feris ac volucribus in prædam jacere, sed reddamus id terræ, unde ortum est.* S. Ambrosius, Mediolanensium Episcopus, quique solus hoc nomine dignus censebatur, judicio Theodosii, libro de Tobia, sub initium: *Nihil hoc officio præstantius ei conferre, qui jam tibi non potest reddere: vindicare a volatilibus, vindicare a bestiis consortem naturæ.* Et si vel maxime hæ abessent injuriæ, diffluere tamen, proteri, ac omnibus conspicua exponi humana membra, alienum videtur a naturæ nostræ dignitate, Unde θέαμα τῷ ἡλίῳ ὀυδαμῆ φίλον ἀποκρύπτον ἀνθρωπίνῳ θεσμῷ, *Spectaculum Soli nullo modo gratum, humana lege tegens & occultans,* vocat *Suidas in voce* ἀκηδής. *Hinc est,* inquit Grotius loc. cit. *quod officium sepeliendi, non tam homini, id est, personæ, quam humanitati,* id est, *naturæ humanæ præstari dicitur.* Adinventus quoque videtur mos humana sepeliendi corpora, ut amoveantur a viventium oculis cadavera, ne videant damna sua, quæ mœstitiam animis inferunt, sed monumento condita clam & procul a conspectu suorum tabescant. Huc referenda esse censeo verba Abrahami, quibus Sarah, uxore, sua deliciis suis, defuncta, Filios Chet alloquitur Gen. 23. 4. *Date mihi possessionem sepulchri, ut sepeliam mortuum meum* מלפני *a facie mea.* LXX. θάψω τὸν νεκρόν μου, ἀπ᾽ ἐμοῦ (non uxorem, sed mortuum suum di-

dicit,) ut sciamus, ad vitæ hujus tempus pertinere, uxorem esse, maritum, affinem, &c. post hujus vero seculi decursum distinctos illos gradus conditionem sexus & officia denique cessatura, Matth. 22. 30. *Leniatur ita luctus eorum*, inquit Demosthenes in Orat. funebri, *qui suis sint orbati*. Unde quidam non tam defunctorum causa (quippe quibus sentientibus onus, non sentientibus supervacaneum sit) sed vivorum gratia inventam esse sepelitionem statuunt. Et hoc est, quod dicit Augustinus, vir sanctitate atque doctrina ad miraculum maximus, totiusque Occidentis lumen clarissimum, *l.* 1. de Civ. Dei *c.* 12. & *lib.* de Cura pro mortuis *cap.* 2. *Curationem funeris, conditionem sepulturæ, pompas exequiarum, magis esse vivorum solatia, quam mortuorum subsidia.* Adde, per sepulturam arceri horrorem & fœtorem cadaverum, quem humanum corpus præ cæteris animalibus, post mortem exhalat teterrimum. Hinc Chytræus canit:

Corpus inane animæ tandem fœtore maligno
A se abigit cunctos.

Denique accedit hæc ex humatione utilitas, quod in alieno funere, velut in quodam speculo conditionis & naturæ nostræ admonemur, unde etiam tumuli defunctorum monimenta dicuntur: Et *Sepultum humanæ conditionis memoria*, Modestino in l. quidam in suo ff. de Conditio, & instit. Quia memoriam non solum sitorum illibi, sed & nostræ mortalitatis nobis ingerunt. Monent enim & illos fuisse & nos esse mortales.

CAPUT II.

Sepulturam esse juris gentium, cujus etiam in bellis accurata ratio habita.

Corporum vita functorum sepulturam, (quam *Humanitatem* Cicero Orat. pro Quintio, *Humanitatem & Mansuetudinem*, Valerius *lib.* 5. *cap.* 1. *Misericordiam & Religionem*, Quintilianus *l.* 12. Instit. Orat. c. ult. *Misericordiam & Humanitatem*, Seneca de Benef. *lib.* 5. *c.* 20. *Misericordiam & Pietatem* Ulpianus l. At si quis §. interdum, D. de fun. act. *Clementiam*, Capitolinus in M. Antonio Philosoph. δίκην *seu justitiam* Euripides, τὸ γέρας θανόντων; *honorem, præmium, quo muneramur mortuos*, Homerus. *Honorem supremitatis*, Marcellinus Ammianus *lib.* 31. *necessarium pietatis officium*, Ambrosius initio Orat. in obitum Theodosii. *Ultimum & maximum pietatis Officium*, Lactantius *lib.* 6. *Inst. cap.* 12. *Misericordiam* denique ipsa Sancta pagina *Ruth.* 1. 8. 2. *Sam.* 11. 5. vocat) *juris gentium* esse, quod apud omnes gentes, vel certe plerasque, h. e. apud eas, quæ non sunt efferis omnino & incultis moribus; ut apud barbaras etiam nationes quadamtenus obtineat, ut tradit Petrus Faber Semestrium *lib.* II. *c.* I. *p.* 7. si aliunde non constaret, *Dionis Chrysostomi*, autoris gravissimi autoritate moverer, ut existimarem. Hic enim in *Oratione* περὶ ἔθους disertis verbis humare mortuos inter mores sive ἔθη, quæ τοῖς ἐγγράφοις seu scripto juri opponit, refert. Per ἔθη vero sive consuetudines jus gentium non scriptum intelligit. Romanus sapiens (Seneca) *Humum porrigere cadaveri* inter *jura non scripta, sed omnibus scriptis certiora* ponit, *Lib.* II. *Controvers. Isocrates* summorum oratorum magister (elogio *Ciceronis*) in *Panathenaico*; de bello agens Thebanorum cum Argivis Adrastum Argivorum regem introducit asserentem; humare mortuos esse *morem antiquum* & *jus patrium, quo omnes homines intra se utantur, quodque non ab humano proditum ingenio, sed a divina potentia imperatum videatur*. Jura enim, quo sanctiora videbantur, hominibus bene moratis communia, ad Deos referebant autores, observante *Grotio de jure Belli & Pacis l.* II. *c.* 19. *n.* I. Eo etiam sensu capiendus est *Ariminius*, vetus Poeta, quando inquit:

Humano generi posuit natura creatrix
Hanc legem, ut tumuli membra sepulta tegant.

Unde naturæ id jus appellant *Philo & Josephus*. Hoc nomine se excusavit Antigone, Œdipodis Thebanorum Regis filia, apud Creontem Regem, quod contra ipsius edictum Polonyci & Oetocli cadavera sepulturæ mandasset, dicens; *sepelire mortuos esse de jure naturæ, & juri naturæ magis esse obediendum, quam Regi*, uti ex Statio refert Tiber. Decianus tract. crim. *l.* 6. *c.* 40. *n.* 5. Solent namque interdum sub naturæ nomine comprehendi mores communes naturali rationi consentanei, teste *Grotio loco dicto*. Adeo favorabilem in jure esse sepulturam in terra, inquit *Christoph. Besoldus, Consid. Politica de vita & morte l.* III. *cap.* I. ut si quis in testamento suo quem instituat sub ea conditione; *Si reliquias ejus abjiciat in mare:* ea non debeat impleri *l.* 27. *ff. de condit. institut.* Sane humanitatis est, humare mortuos, hanc

hanc autem naturæ Lex imperat. Docet natura, homini ad communem matrem revertenti, non occludendum esse hujus sinum. *In hujusmodi officiis, quæ mortuis exhibentur, morem cujusque gentis esse servandum*, ait Augustinus Tract. 120. super caput 20. Johannis, satis hoc ostendens, scil. *sepulturas esse a jure gentium.* Vide in hanc rem plura apud Petr. Fab. Semestr. *l.* III. *cap.* 13. *p.* 174. seqq. Hominem ergo exuisse, naturæque humanæ dedecus fecisse jure merito dicuntur *Scythæ*, quorum alii, ut *Massagetæ*, *Derbices*, *Essedones* defunctorum corpora pecudum carnibus immixta manducarunt, alii ab arboribus suspenderunt. *Persæ*, quibus solemne fuit cadavera extra urbis mœnia elata in campo deponere, ut pabula dent feris & volucribus, *Æthiopum* nonnulli, *Lotophagi* & *Ichtyophagi*, qui mortuos in mare præcipites dederunt. *Hyrcani*, *Bactrii*, qui canibus domi ad hoc nutritis dilaniandos vita functos objecerunt. De quibus & aliis barbaris immanitatibus suo loco plenius audiemus. Barbaras hasce, plusquam Barbaras gentes ipsa animantia bruta humanitate (liceat ita loqui) superare videntur. Hinc *Petrus Faber* Semestr. loco allegato pag. 175. *Feræ hanc humanitatem defunctis corporibus detulisse produntur, homines denegabunt? Sicut* enim *nullum est* (verba sunt Hugonis Grotii in notis ad loc. paulo ante citatum) *in homine factum laudabile, cujus non vestigium in alio aliquo animantium genere Deus posuerit, ita & in hac re evenit.* De *apibus* mellis concreatricibus ita loquitur *Mantuanus Homerus*, libro IV. Georg.

> —— *Tam corpora luce carentum*
> *Exportant tectis & tristitia funera ducunt.*

Idem de solerti Formicarum genere narrant, hisque solis ex animantibus ratione carentibus tribuit *Plinius*, Naturæ Bibliothecarius, N. H. *lib.* 11. *cap.* 30. quando inquit: *Sepeliuntur inter se viventium solæ, præter hominem.* Plutarchus, disertissimus scriptor, in lib. cui frons est: *Utrum animalia plus rationis habeant, quam aquatilia*, testatur, referente *Kirchmanno* Appendice ad lib. de Funer. Roman. *c.* 1. *p.* 663. Formicas habere tres cavernulas, & in illarum una comitium celebrari; in alteram penum annuam recondi; tertiam vero esse mortuorum cœmeterium. εἰς δὲ τὴν τρίτην κοιλότητα ἀποτίθεσθαι τοὺς θνήσκοντας. vide P. Fabrum loc. cit. pag. 177. Confer *Franzii* histor. Animalium parte v. cap. 8. Taceo *Grues*, *Elephantos*, *Delphinos*, de quibus consulendi *Æliānus lib.* 11. de Animalibus *cap.* 1. & *lib.* XII. *cap.* VI. jamque dictus *Franzius* Histor. animal. parte 1. c. IV. & *Petrus Faber* Semestrium loc. alleg. Cæterum humanitatem, quæ circa mortuorum sepulturas exhibetur, non pacis solum, sed belli etiam tempore & inter arma commendatam maxime atque cultam Veteribus narrant Historici. Unde jus sepeliendi trucidatorum in acie corpora κοινὸν ἐν τοῖς πολέμοις vocat *Appianus*, servarique inter hostes κἂν εἰς τὴν ἐσχάτην ἔχθραν προέλθωσιν, etiamsi ad extrema odia processerint, tradit *Dio Chrisostomus* loco citato. Apud antiquissimos (*Barthius* narrat *lib.* 53. Advers. *c.* 7.) sepulturæ honos non exiguus habebatur, adeo ut summæ contumeliæ loco ab infensissimis hostibus cadavera arcerentur sepultura, ut ex Homeri Heroum historia, Bello Polynicis & Etheoclis, Thebano aliisque historiis antiquissimis notum est. Et in Claudian. de Bello Gild. v. 39. inquit, *Veteres contra jura humanitatis rebantur, tumulum cæsis invidere. Ne hostis quidem*, ait *l.* 1. Annalium Tacitus *sepulturam invidet.* Herculem illum monstrorum domitorum, cui vetustæ Paganorum historiæ magna omnia Virtutum exempla identidem tribuunt, permisisse primum cadavera hostium sepeliri, ex *Æliano lib.* XII. Variar. Histor. *cap.* 27. probat *Ludovicus Vives*, Commentario ad Augustinum *lib.* 1. de Civ. Dei *cap.* XII. verum non hoc dicere *Ælianum*, affirmat loco cit. & *lib.* LX. adv. *cap.* XII. *Casp. Barthius*, scilicet, non consuevisse bello cæsos humari ante Herculem, sed id velle, victoribus non fuisse curam hostium sepeliendorum ævo antiquiore. Solebant autem eos, qui in bello occubuerant vel ipsi victores scuopte impendio, in quibus bonitatis & humanitatis plus erat, terræ tradere, vel suis sub pactis occisorum corpora dare, ne careant eorum, quæ mos imperat, honore ultimo, teste *Philone* in Flaccum. Hinc factis induciis per caduceatores sive legatos (qui, ut *Petrus Faber* Semestrium *l.* 11. *c.* 1. ex *Dione* probat, jure gentium sacro-sancti & inviolati etiam in hostibus sunt, (ad sepulturam interfectorum λείψανα ab hostibus poscebantur, nec ab illis, certe nisi contra fas, corpora ad humationem petentibus denegabantur. Adeo ut ob negatam sepulturam bellum juste suscipi censuerint Veteres consensu magno, ut ait *Grotius* loco sæpius cit. n. v. Exempla si postulas, en Hannibal juratus licet Romano nomini hostis Caji Flamminii, item Tiberii Gracchi, Marcellique devictorum & obtruncatorum Romanorum ducum corpora ad funerandum

quæsivisse dicitur a *Livio*, rei Romanæ facundissimo & uberrimo scriptore, *Decad.* III. *lib.* 2. Hinc Cicero lib. de Sen. inquit; *Marci Marcelli interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturæ carere passus est*. Commendatur etiam in Philippo Macedone circa exequias atque sepulturam hostilium cadaverum humanitas. Vide *Petrum Fabrum*, *lib.* III. Semestr. *cap.* 13. *p.* 183. ubi idem inquit, *Philippi Filium*, *Alexandrum Patre dignum*, *vereque magnum*, *non nudo nomine Imperatorem ; post superatum Darium sepultis cum cura militibus*, *quorum corpora invenerat ; Persarum quoque nobilissimis eundem honorem habere jussisse*, *matrique Darii permisisse*, *quos vellet*, *patrio more sepeliret*, *a Q. Curtio lib.* III. *histor. proditum recordor*. Medos ab Atheniensibus sepulturæ honore olim affectos, *quod cadaver hominis mandare humo & occulere*, *tanquam in communis omnium matris sinum deponere*, *fas piumque prorsus esset*, ex Pausania refert Petrus Faber, loco sæpius citat. & plurima alia exempla recenset. Hi ipsi quoque Athenienses tam studiose suorum in prælio cæsorum sepulturam curabant, ut apud illos in duces, qui re alioqui præclare gesta, suorum tamen in acie peremtorum corpora non tumulassent, capite animadversum legamus. Exemplum cape ex ante dicto *Valerio Maximo*, *lib.* IX. *cap.* VIII. Hinc de Nicia Atheniensium duce fertur, quod omnem exercitum subsistere jusserit, ut duos tantum peremptos milites honore tumuli ac funeris afficeret; *Plutarch.* in vita ejus. Cæteri enim Græci quam studiose in præliis cæsorum corpora sepeliverint, ex Historicis notum est. Romanos recuperata Urbe, quam Galli Senones, gens fortissima, occupaverant, Gallorum ossa legisse & in media urbe tumulasse simul (quem locum Busta Gallica vulgus & fama cognominavit,) Romana prodit historia. Eandem humanitatem L. Cornelium Consulem Hannoni, Carthaginensium duci præstitisse, autor est *Valer. Maximum lib.* V. *cap.* I. Pompejus cum vita Mithridatis etiam nomen hostile extinctum existimans, *nullas in defunctum frustra iras exercendas putavit*. *Itaque nihil ejus corpori insutans in patrio id sepulchro condi jussit*, teste *Dione*, *lib.* XXXVII. Histor. Rom. Unde in laudem Romanorum scribit *Suidas in voce* ἀκηδὴς ; *Romani non neglexerunt hostes suos*, *nec passi sunt ipsos insepultos & exequiarum honore fraudatos jacere*. Apud Hebræos vero lege cavebatur, ne hostem insepultum relinquerent, teste *Rodigino*, *Lect. Antiq. lib.* XVII. *cap.* 19. Septentrionales, nobisque viciniores populi prætereundi mihi minime sunt, quos ipsos etiam huic humanitati studuisse, ex *Olao Wormio*, Antiquitatum Danicarum egregio vindice didici. Hic enim in Monumentis Danicis, quæ studiosissime primus collegit, *lib.* I. *cap.* 6. in hunc modum scribit: *Si sors asperior ad hostes aut inimicos ipsos detrusisset*, *a quibus vita privati*, *tumulos apud ipsos obtinebant*. *Hostilem namque animum post mortem deposuisse & hospitalem in cadaveribus tumulandis pietatem exercuisse*, *summæ semper fuit laudis*. Inter alia exemplum hujus rei petit ex *Saxone*, cui *Grammatico* ab eruditione recondita receptum est nomen, illustri & facundissimo, (quod ævo illo, quo vixit, vix sperasses, vixit autem circa annum Christianum 1200.) Danorum Historico, qui Historiæ suæ *lib.* III. introducit Collerum, hostem suum Horvendillum, quo cum in arenam descendere pugnamque inire animus erat, oratione sane eleganti alloquentem, quam subjicio: *Quoniam exitus in dubio manet*, *invicem humanitati deferendum est*, *nec adeo ingeniis indulgendum*, *ut extrema negligantur officia*. *Odium in animis est*, *adsit tamen pietas*, *quæ rigori demum opportuna succedat*. *Nam etsi mentium nos discrimina separant*, *naturæ tamen jura conciliant*. *Horum quippe consortio jungimur*, *quantuscunque animos livor dissociet*. *Hæc itaque pietatis nobis conditio sit*, *ut victum victor exsequiis prosequatur*. *His enim suprema humanitatis officia inesse constat*, *quæ nemo pius abhorruit*. *Utraque acies in munus*, *rigore deposito concorditer exequatur*. *Facesset post fatum livor*, *simultasque funere sopiatur*. *Absit nobis tantæ crudelitatis specimen*, *ut quanquam vivis odium intercesserit*, *alter alterius cineres persequamur*. *Gloriosum victori erit*, *si victi funus magnifice duxerit*. *Nam qui defuncto hosti justa persolverit*, *superstitis sibi favorem adsciscit*, *vivumque beneficiis vincit*, *quisquis exstincto studium humanitatis impendet*. In eandem sententiam *Optatus Milevitanus* contra Donatistas, Catholicorum corpora sepeliri vetantes, *lib.* 6. *contra Parmen:* loquitur, quæ verba adjiciam, sic caput hoc finiturus: *Ut terreatis vivos*, *male tractatis & mortuos*, *negantes funeribus locum*. *Si inter viventes fuerat certamen*, *odia vestra vel mors aliena compescat*. *Jam tacet*, *cum quo paulo ante litigabas*, *quid insultas funeris?* (quid surdam terram verberas? diceret Poeta) *quid impedis sepulturam? quid cum mortuis litigas? perdidisti malitiæ tuæ fructum*.

CAPUT III.

Sepultura vel omni vel honesta qui prohibiti?

QUamvis jus Sepulturæ commune fuerit, neminique temere denegatum, aliquos tamen ad notam sceleris & infamiam vel alia aliqua de causa aut prorsus omni, aut certe honorata Sepultura fuisse olim privatos accepimus. Apud Græcos non cremabantur αὐτόχειρες (qui tunc mos erat) sed terra obrebantur in loco obscuro & ignobili, sine ceremoniis. Ita enim divina Philosophiæ Syren, (Platonem cum Naudæo intelligo) sanxit lib. 9. *de legib. Ut qui sibi amicissimum, i. e. seipsum vita privarit, non judicio civitatis, nec tristi, vel inevitabili fortunæ casu coactus, nec pudore aliquo extremo compulsus, sed ignavia & formidolosi animi imbecillitate, injuste sibi mortem consciverit; sepulturam habeat solitariam, ubi alius nemo condatur. Deinde ut in his locis condatur, quæ de duodecim regionis partibus, ultima, deserta, innominataque sint: sic obscurus, ut neque statua, nec inscripto nomine sepulchra notentur*. Unde & Aristoteles dignus Præceptore suo discipulus; *multa eum civitas*, inquit, *& ignominia afficit, qui se ipse exanimavit, ut qui civitatem injuria afficiat*. Ethic. Nicom. lib. 5. cap. 2. Ubi Andronicus Rhodius, exactus & diligens librorum Aristotelis & judex & repertor (judice *Boethio* in procem. lib. de Interp.) id exponens ait, *sepultura eorum corpora prohiberi*. Proditionis convictus & sacrilegus, sive ut cum jam dicto *Platone* loquar, Dialog. IX. *de leg.* in princip. qui nefaria cupiditate & die tractus & nocte excitus, templa ut furetur, petit, ut insepulti projiciantur, communi lege sancitum esse apud Græcos, autor est *Diodorus Siculus* lib. 16. Bibl. cap. 6. De lege Atheniensium in sacrilegos & proditores (qua in Attica terra sepeliri prohibebantur) fidem nobis facit Xenophon. *lib.* 1. ἑλληνικῶν. Arcades etiam Aristocratem proditorem lapidibus obrutum extra fines suos ἄταφον abjecisse, tradit *Pausanias* in Messenicis. A Græcis transimus ad Romanos. Hi eos, qui *injussu Imperatoris ex statione & præsidio vitæ decesissent* juxta Pythagoram, qui inquam, sibiipsis ferro aut laqueo mortem intulissent, primis illius Reipublicæ temporibus sepultura omnino prohibuerunt, vel ut a voluntaria morte absterrerentur alii, vel quod indignum rati, ut inveniantur manus, quæ sepeliant eum, quem occidere suæ. De suspendii suiipsius reis fidem nobis facit *Servius* ad illud Virgilii lib. 12. Æneid. Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta. *Sane sciendum est*, inquit, *quod cautum fuerit in Pontificalibus libris*, (in quibus sacræ ceremoniæ continentur) *ut qui laqueo vitam finisset, insepultus abjiceretur: unde bene ait*, informis lethi; *quasi mortis infamissimæ*. Tarquinius Priscus (ad quem hujus consuetudinis originem referunt, quanquam *Servius* Tarquinio Superbo adscribat) αὐτοφονευτὰς non solum insepultos abjici, sed *& corpora eorum crucibus, spectanda civibus, simul & feris volucribusque devoranda* affigi jussit, referente *Plinio* N. H. lib. 36. cap. 15. Pœnam illorum, qui sibi ipsis manus intulerunt fuse recenset *Elbertus Leoninus* in processu Criminali *ad tit.* C. de bonis eorum, qui mortem sibi consciverunt n. 3. addens: *Ex quacunque causa quis se interfecerit, sive tædio vitæ, sive ex impatientia doloris, sive metu criminali, sive alia ratione, corpus in sterquilinio cum canibus communem sepulturam habet, Gl. in c. placuit* 33. *quæst.* 5. *vel quod ex consuetudine magis usitatum, furca suspenditur, & bona confiscantur*. Mitigatam autem postea fuisse hanc pœnam, ait *Kirchmann.* in Appendice ad libros de Funer. Rom. cap. 9. & restrictam ad eos, qui facinoris alicujus sibi conscii e medio se sustulissent, puta, ut supplicium de se sumendum anteverterent. Illos vero, qui mortis accersitæ justam caussam habuissent, (cujus nomine censebatur *vitæ tædium, doloris impatientia, pudor æris alieni, luctus &c.* Stoici *servitutis & morbi fugam*, imo & *spem gloriæ* pro justa causa mortis voluntariæ admittebant. *Grotius* de jure belli & pacis *l.* 2. *cap.* 19. *n.* 5.) gloriose & honeste obiisse existimatos fuisse, atque sepulturæ honore affectos. Quomodo Cato Uticensis, vir sua tempestate maximus, cum Julii Cæsaris victoriam ferre non posse, vitæque ipsum tæderet, e vita se sponte eduxit. Eoque fine Demosthenes, princeps omnium Græciæ Oratorum, juxta Quintilianum, semper venenum secum habebat, teste *Plutarcho in vita*. Hinc *Seneca* Epit. Contr. *lib.* 7. *contr.* 4. *Afferre sibi coactus est manus, assiduis malis. Summam infelicitatum suarum in hoc removit, quod existimabat licere misero mori*. Causam accelerandæ mortis exhibendam fuisse Senatui, non obscure indicat Quintilianus, vetus Magister, Declam. IV. *Qui causas voluntariæ mortis in Senatu non reddiderit, insepultus abjiciatur*. Et apud Massilienses e vita aliquem semet extrahere po-

potuisse, refert *Valerius Maximus lib.* 2. *cap.* 6. si causam Senatui probasset. Hinc *Petrus Heigius* J.C. celeberrimus in quæstionibus Juris, *quæst.* 36. *n.* 5. *Causam* (mortis scil. voluntariæ) *prius Senatui Romano & Massiliensi approbare necesse erat ; ut hac mora interjecta medicinam forte aliquam morbo mature afferendi , occasio non deesset* . Porro Romanis *vetus veterrimumque* (verbis utor *Victoris* in Constantino) *supplicium patibulorum* & quod, si *Livio* Historiæ patri sua fides *lib.* 1. statim sub primis Regibus usitatum. Imo quamdiu Ethnici fuere Imperatores, supplicium crucis a Romanis usurpatum est. Sustulit vero illud primus ex humanis, vel certe Romanis rebus Constantinus, teste jam dicto *Sexto Aurelio Victore* in eodem, & quidem sub imperii, vitæque extrema, unde & *Sozomenus*, Ecclesiasticæ Historiæ eruditus scriptor, sed Novatiana hæresi infectus, qui historiam suam a Constantino Magno, ubi finit Eusebii, orditur, inter omnes ejus leges, hanc postremam recenset, lib. 1. cap. 8. inquiens; *Denique Romanis prius usitatam crucis pœnam ex usu tribunalium & Judiciorum lege sustulit, nempe ob reverentiam crucis Dominicæ, ne ea pœnis damnatorum vilesceret.* Sustulit itaque e suppliciis *Crucem* Constantinus, atque efficaciter eam sustulit: ut *Lipsius* inquit, lib. 3. de Cruce cap. 14. nec postea reperies reductam. Hinc *Augustinus*, quæst. in Vet. Test. *Antea homines crucifigebantur, quod postea edicto prohibitum, manet*. Crucis loco deinde fuit furca, non vetus quidem illa, sed nova, quam & patibulum dicimus. Cæterum ipsos *suspendiosos*, quos vocabant & *cruciarios*, i. e. qui in patibulo suspensi & cruci affixi, legibus a sepultura arcebant. Et ne quis deponeret, miles & custodia a magistratu addebatur, *Petronius* in Satyr. *Miles cruces asservabat, ne quis corpora ad sepulturam detraheret*, unde πολυμαθέστατος *Casaubonus* Exerc. 16. ad Ann. Baronii num. 90. *Qui ex legibus Romanorum crucifigebantur, in cruce relinquebantur, ut probat nobile apud Petronium exemplum & similia alia : nisi causa aliqua interveniret, propter quam deponeretur permissu Magistratus, qui ipsius jussu fuerat affixus*. Hæc ille. Hoa ergo affectos supplicio, quod crudelissimum, teterrimumque vocat *Cicero* V. in Verrem, quodque JCTI nomini summi supplicii quandoque designant, teste *Justo Lipsio* de Cruce lib. 2. c. 1. tabo diffluere, & a Sole & pluvia corrumpi sinebant, ut idem ait *Lipsius* loc. cit. cap. 15. quam corruptionem aut putrefactionem intellexit Theodorus Cyrenæus Philosophus. Cum enim ei Rex Lysimachus crucem minaretur; *Ista*, inquit, *horribilia minitare purpuratis tuis*, Θεοδώρῳ ὀυδὲν μέλει, πότερον ὑπὲρ ἢ ὑπὸ γῆς σήπεται. *Theodoro nihil interest, homine, an in sublimi putrescat*, ut est apud *Ciceron.* 1. Tuscul. quæst. Neque aliam sepulturam *Seneca* Epitom. Controv. lib. 8. contr. 4. *Omnibus natura sepulturam dedit, naufragos idem fluctus, qui expulit, sepelit. Suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam defluunt, eos, qui vivi uruntur, pœna funerat*. Tria potissimum genera eorum, quibus ipsæ Leges sepulturam denegarunt, se reperire, ait *Kirchmannus* loc. cit. c. 7. Hostes patriæ, suspendiosos & Αὐτόχειρας. Hostium patriæ nomine intelligit perduellionis & læsæ majestatis reos, pacis publicæ perturbatores, proscriptos, & quicquid est hujus farinæ, quorum pœnæ ad exemplum aliorum pertinebant. Hosque olim sepultura fuisse prohibitos aliquot exemplis probat. Eadem ἀταφίας pœna manebat ipsos etiam Imperatores, si in tyrannos degenerassent, male de Republica meritos. Exemplo esse potest Vitellius Imp. quem post varia ludibria *tandem apud Gemonias* (scalas) *minutissimis ictibus excarnificatum atque confectum & inde unco tractum in Tiberim*, tradit *Suetonius* cap. 17. Et Heliogabalus, qui in cloacam missus & in Tiberim præcipitatus est, testibus *Sext. Aurelio Victore & Lampridio*. *Quod odio communi omnium contigit*, inquit Lampridius, *siquidem nec sepulchra mereantur, qui amorem Senatus, Populi ac militum non merentur*. Porro Imperator Vespasianus adhuc Prætor, pœnæ Conjuratorum Germaniæ addendum censuit, ut insepulti projicerentur, ut autor est *Suetonius* in Vespasiano cap. 2. in f. Eadem severitate usi sunt Romani in Parricidas. Hinc *Sigismundus Finckelthaus*, JCtus celeberr. in Conclus. Jurid. de jure Sepulturæ : th. 13. inquit ; *Solon quidem olim nullam ob hoc crimen* (parricidii) *legem tulit, quia non speravit, quod tam impium & nefarium scelus in cor hominis cadere possit ; Idem sensit & Romulus, qui illud impossibile judicavit. Alii legumlatores dubitarunt, quam pœnam invenirent, qua rabies hæc plus quam beluina expiaretur; eam vero tandem Romani, tanquam reliquis sapientiores constituerunt, ut videlicet parricidæ omnium elementorum usura, quæ alias cuivis communia sunt, adeoque & ipsa sepultura eriperetur*. Hæc ille. Secundum Divi Hadriani constitutionem bestiis objiciebatur Parricida *l. pœna IX. D. ad L. Pompejam de Parricidis.*

De

De cœtero punitorum corpora petentibus ad sepulturam non difficulter concedebantur a Magistratibus præsertim æquioribus, sic enim *Domitius Ulpianus*, quem Modestinus nobilissimum & Jurisconsultorum coryphæum appellat, *L.* I. *ff.* de cadaveribus punitorum. *Corpora*, inquit, *eorum, qui capite damnantur, cognati ipsorum neganda non sunt, & id se observasse etiam D. August. lib.* x. *de vita sua scribit*. Et *L. ult.* ibidem *Paulus* (Ictus autoritate quidem Ulpiano par, librorum vero multitudine superior, ut *Val. Forsterus* ait, Hist. Jur. Civ. lib. 2. c. 78.) *Corpora animadversorum quibuslibet petentibus ad sepulturam danda* esse scribit lib. XI. Cod. Diocletianus & Maximianus Impp. Gaudentio in hæc verba rescribunt; *Obnoxios criminum digno supplicio subjectos, sepulturæ tradi non vetamus*. Certe Cicero Verri probri loco objicit, quod *sepulturam punitorum denegare aut divendere fuerit solitus*. Concedebantur igitur facile puniti, nisi in gravioribus delictis, ubi opus erat exemplo, unde jam laudatus Ulpianus loc. cit. *nonnunquam*, inquit, *non permittitur maxime majestatis causa damnatorum*, ut scil. eorum corpora sepeliantur. Hinc etiamnum secundum communem consuetudinem Germaniæ, Sceleratorum cadavera, vel palis suffixa, vel rotis imposita aut patibulo suspensa relinquuntur, ut horrendo hoc & deformi spectaculo alii metuere discant, & a talibus facinoribus deterreantur & ita, unius facinorosi supplicio, multorum improbitas coerceatur. Imprimis aggressores publicarum viarum suspensi in patibulis relinquuntur, ut cæteris sint exemplo, juxta L. *Capitalium* 28. §. *Famosos* 15. ubi Callistratus dicit; *Famosos Latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos quam pluribus placuit, ut & conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus*. Denique *Fulguritos*, sive qui fulmine icti, omni omnino sepultura caruisse apud Romanos, vult *Adrianus Turnebus*, lib. 16. cap. 22. ex lege Casca Numæ Pompilii, quam recitat Festus in voce *Occisum*. Sed legem Numæ non recte intellexisse Turnebum, humatosque fuisse κεραυνοπλῆγας, sine tamen ullis justis, & funerum solemnibus, & quidem eo ipso in loco ubi fulmine tacti, nisi forte in loco publico, vid. in templo, theatro, circo &c. fulmine occupati fuissent, tum enim alio translatos fuisse, ostendit ante laudatus *Kirchman.* de fun. Rom. *lib.* I. *cap.* 3. Confer *Kornmannum* de Miraculis Mortuorum *part. 6. c.* 31. Apud Ægyptios quoque servatum hunc morem, ut dentur ἑλώρια κυνέσσιν οἰωνοῖσί τε πᾶσι *canibus laniena atque avibus cunctis* corpora suspensorum, colligi haud obscure potest ex vaticinio Josephi *Gen.* 40. *v.* 19. *Rex suspendet te*, Pistorum magistrum alloquitur, *in ligno & volucres comedent carnem tuam*. *Ex quibus colligimus*, inquit, *Rivetus* in Comm. ad hunc loc. *antiquum fuisse morem, & ex jure gentium derivatum, ut malefici pœnis capitalibus plecterentur, & cadavera supplicio affectorum exponerentur insepulta, avibus aut feris lanianda*. Apud eosdem, cadavera debitorum Creditoribus in pignora dabantur & ab illis insepulta detinebantur, donec hæredes æs alienum integre solverent, ut refert *autor de moribus Gentium*. Quod tanquam inhumanum & crudelitati proximum vetant leges. Hinc *Didacus Covarruvias*, Variarum Resolut. *tom.* 2. *fol.* 3. *n.* 10. Illud creberrimo omnium consensu expeditum est, non esse impediendam sepulturam, nec denegandam debitoris cadaveri, sive is pauper sive dives sit. Conferatur *Schneidewin.* lib. 4. de Interdictis §. summa autem divisio tit. XV. Septentrionales populos, eandem ἀταφίας pœnam statuisse in Tyrannos & horrendo quodam facinore notatos, clarum est ex *Saxone Grammatico*, qui *lib.* IV. Historiæ suæ narrat; Fengonis Tyranni cadaver nec urna nec tumulo dignum judicasse Amletum, sed ut cineres in auras dispergerentur jussisse. Existimabant enim ejus cineres, qui patriam libertate nudaverit, a patria tegi non convenire. Apud Hebræos sepultura prohibebantur αὐτόχειρες, quod *Josephus* (quem Græcum Livium appellat S. Hieronymus) nos docet, *lib.* 3. de bello Judaico *cap.* 25. Quo referri possunt verba *Egesippi lib.* 3. de Excidio Hierosolymitano *cap.* 17. *Hæc non solum moribus hominum, sed etiam legibus interdicta accepimus. Namque alii insepultos projici jubent eos, qui se in ferrum dejecerunt. Dignum est enim, ut qui Patris imperium non expectaverunt, priventur quasi quodam matris gremio, terræ sepulchro. Alii dextram manum abscindunt defunctis, ut separent a membris sui corporis, quod adversus corpus suum vesano militavit furore*. Hæc ille. *Jacobus Pontanus* Progym. Lat. *lib.* IV. in annotat. progymn. 63. utrumque conjungit inquiens; *Apud Hebræos qui semet interemissent, amputata dextra inhumati projiciebantur*. Confer *Lilium Gregor. Gyraldum Ferrariens.* de vario sepeliendi ritu, qui eadem verba Egesippi adducit. Tali modo animadvertebant in eos, qui spontanea morte se educebant e vita. Nec id mirum, cum in hos aliud supplicium constitui non possit,

qui

qui mortem pro supplicio non habent, ut ait *Grotius* de Jur. bell. & pac. *cap.* 19. *n.* 5. *Nonnulli tamen*, inquit hoc ipso loco *Grotius*, *Hebræorum de lege se non interficiendi unam causam excipiunt, si quis videat, se deinceps victurum in probrum ipsius Dei. Et huc referunt*, ait paulo post, *Samsonis exemplum, qui in suo corpore veram religionem videbat esse derisui, & Saulis, qui gladio incubuit, ne a Dei suisque hostibus illuderetur.* Unde & Samsonem, giganteum illud robur Israelis, qui seipsum cum Philisteis, populo Dei inimicis ruina domus oppresserat, sepultura honoratum legimus *Judic. cap.* 16. 31. Et qui Saulum, Judæorum Regem dicam, an Tyrannum, ne vivus perveniret in manus hostium, in suum ipsius gladium irruentem 1. *Reg.* 31. 4. cum honore sepelierant, recte facti testimonium a Davide retulerunt, 2. *Reg.* 2. 5. Absalomus optimi parentis pessima progenies, qui ex seipso præter mentem quidem justo tamen Dei judicio, longam literam, ut Plautus ait, fecerat, dum mortem ei machinabatur, cujus beneficio vitam erat adeptus, non dignabatur consueta sepultura, sed in vastam voraginem detrudebatur, lapidibus insuper cumulate exaggeratis, ut tam nefarium parricidii facinus memoria ac nomine loci notaretur, 2. *Reg.* 17. 17. Et ut quotquot illac transirent, haberent potius, quid execrarentur, quam cui quietem precarentur & pacem. Sicque locum habuit in Absalonis pœna Lex *Deut.* 21. 18. quæ filium protervum & contumacem lapidibus obrui ab universo populo jubet, quod in traditionibus Hebraicis & a Lyrano notatum est. *Manet ad hoc usque tempus cumulus ille lapidum, ut referunt*, inquit Gaspar Sanctius Jesuit. in h. l. *qui terræ sanctæ nobis reliquerunt Topographiam: quem sic horrent propter impium & crudele facinus ipsi etiam Mahometani, qui terram illam incolunt, ut cum execratione eo lapides mittant, dicentes:* Maledictus sit parricida Absalon & quicunque injuste parentes suos persequuntur, maledicti sunt in æternum. *In Sepulchrum autem Absalomis conjecti sunt lapides, quia* Deuter. cap. 21. *filius contumax jubetur a populo lapidari. Cum autem jam esset telo transfossus, obrutus est in fovea lapidibus, quos, si viveret, experiri debuit a populari manu. Ita putant Hebræi, ut in eorum traditionibus refert Hieronymus.* Hæc Sanctius. Cæterum apud Judæos ab antiquo quatuor fuerunt suppliciorum genera; (ipsi vocant מִיתוֹת mortes) *Lapidatio*, *Combustio*, sive vivicomburium, ut appellat Tertullianus, *Decollatio*, & *strangulatio seu suffocatio* (quæ fiebat per sudarium, quod utrinque trahebatur, usque dum reus animum efflaret, teste *Drusio* in Levit. p. 311.) ut recensentur a Talmud & aliis Rabbinis. *Crucifixorum*, forte inquis, me omittere; sed habeto, Crucem non fuisse Judæorum supplicium ordinarium. Ita enim illorum Magistri apud Paulum Fagium ad *Deut.* 21. 22. (ex ejus interpretatione.) *Non fuit mos in Israel, ut clavi figerentur in pedibus & manibus hominum lapidatorum ac suspensorum. Nam tradita sunt quatuor genera mortis judicibus; Lapidatio, Combustio, Occisio, Strangulatio. Occisio fit gladio, & est Lapidatio durior Combustione & Combustio gravior Gladio, & Gladius durior strangulatione. Non autem invenitur, quod homo clavis figi debeat ad crucem, sed suspendendus est blasphemus & idololatra, juxta id, quod dicitur, quia maledictus Dei est suspensus.* Hæc illi. Idem contra conditorem Annalium Baronium & Justum Lipsium late probat *Casaubon.* Exer. 16. num. 77. Suspensionem, quam *Carolus Sigonius* eodem errore cum crucifixione confundit, de Republ. Hebræor. *lib.* VI. *cap.* 8. ad lapidationem reducunt Talmudici, Suspensos vero de *infelici arbore*, (ut Livius, vel *stipite infami*, ut Seneca appellat) Lex divina Hebræis lata, ut omnis virtutis, ita & humanitatis magistra, eodem die a conspectu removeri & humo mandari jubet, *Deut.* 21. 22. & 23. *Quando peccaverit homo, quod morte plectendum est, & adjudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit*, (sive juxta Hebraicam veritatem *pernoctabit*, LXX. οὐκ ἐπικοιμηθήσεται, *non indormiscet*) *cadaver ejus super ligno, sed sepeliendo sepelies eum in die ipsa.* Juxta quam legem Josue regem Hai, qui male acceperat Israelitas & victoria insolentior factus fuerat, suspendi jussit *usque ad vesperam & Solis occasum*, cumque occideret sol, præcepit, ut deponerent eum, Josuæ VIII. 29. & c. X. 26. 27. Quinque reges Chananæorum e lignis suspensos ad vesperam ex lignis demitti jussit, ac projici in speluncam illam, ubi se prius absconderant. Hinc *Josephus* Historicus, *lib.* 4. *cap.* 7. *tantam Judæis*, ait, *esse curam sepulturæ, ut eos etiam, qui ad patibulum damnati sunt, ad solis occasum tollant & humo mandent.* Quod si quæratur, cur suspensi cadaver non debuerit in ligno relinqui per noctem, sed eodem die artificiali ante Solis occasum sepeliri, respondent Judæi, *quod ante sepulturam cadaveris anima ad quietem suam venire non possit, nec ab Angelis duci in tha-*

thalamum Dei, sed interim vexari & affligi a turmis dæmonum, sed nugæ hæ sunt, & aniles fabulæ. Moses loc. alleg. duas tradit rationes, 1. quia *maledictus est a Deo suspensus in ligno*. 2. *ne contaminetur terra*. Vide Gerhar. Comment. in h. l. Christus humani generis sospitator, innoxius ille agnus in crucem actus est more & supplicio Romano, sed & ante Solis occasum a cruce depositus & sepulturæ mandatus est, petente id Josepho ab Arimathæa, civitate Judææ (quæ olim dicebatur Ramatha, eratque Patria Samuelis, ut colligitur ex 1. *Reg. c.* 7.) ut docet dilectus Jesu Discipulus in Evangelio suo *cap.* 19. 38. Et quamvis postulatum Josephi Romanis legibus erat congruum, nihilominus tamen in potestate Judicis erat, censeretne corpora damnatorum in exemplum in furca relinquenda, an vero ad preces amicorum sepulturæ tradenda. Unde & ἐδωρήσατο dicitur *Marci* xv. 45. donavit & ex gratia concessit Pilatus corpus Jesu Josepho. Vide *Gerhardi* Harmon. Evang. Histor. Passion. Christi *cap.* 19. Hinc ait *Carolus Sigonius* de Republ. Hebræorum *lib.* 6. *cap.* 8. *Mos fuit, ut crucifixi cognatis ad sepulturam concederentur, quod & in Christo servatum est & in aliis, ut tradit Philo in Flaccum*. Ἀταφίας exempla Judicio Dei constituta habemus in Sacris Literis; Domui Jeroboam Deus propter Idololatriam, sepulturam denegavit, 3. Reg. XIV. 11. *Qui mortui fuerint de Jeroboam in civitate, comedent eos canes; qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aves cœli, quia Dominus locutus est:* Jesabelem, uxorem Achabi propter persecutiones, cædes & impietatem canibus dilaniandam objecit 4. Reg. 9. 10. 35. 36. 37. Regem Jojakim ob scelestissima facinora, quibus se adstrinxerat, extra portas Hierusalem projectum & putrefactum, sepultura asini sepultum iri prædixit *Jerem.* 22. 19. his verbis: *Sepultura asini sepelietur, putrefactus & projectus extra portas Jerusalem*, i. e. Cadaver ejus insepultum abjicietur lacerandum a feris & volucribus: sicut accidit asinis & equis. Chaldæus vertit; *sicut projiciunt cadaver asini, sic projicient cadaver ejus*, nempe insepultum relinquent sub dio, id quod ipsi invenisse testatur Josephus *lib.* x. Ἀρχαιολ. *cap.* 8. De Rege Babylonio dicitur Esaiæ XIV. 11. *quod deducatur in sepulcrum fastus ejus, strepitus nabliorum ejus*. Hoc est, exponente Dn. D. *Samuele Glassio, Philol. S. Lib.* V. *tract.* 1. *cap.* 12. *de Metaph. a subjectis contin.* omni honore sepulturæ careat, justaque ipsa, quæ ei, ut potentissimo Regi solvenda erant, velut sepulta jaceant, neque adhibeantur. Evenisse hoc ei ex Dan. v. colligi non obscure potest. Alias his similes comminationes Dei videbimus sequente capite. Restat ut de Christianis dicamus. Hi autem, nisi qui rogo concremantur, aut in patibulis appenduntur, sepeliunt omnes; tametsi non omnes solemni ritu ac ceremonia. Canonistæ distinguunt inter sepulturam honestam seu Ecclesiasticam & ignominiosam seu qualemcunque. Honestam appellant, cui adhibentur ceremoniæ ac ritus pro loci cujusque consuetudine solemnes. Ignominiosam vero, quæ fit extra locum consuetum, & ubi solennitates ejusmodi omittuntur. Jus Canonicum (quod excoli cœpit Magistro Gratiano, Canonistarum parente & progenitore, qui circa annum Christianum 1140. claruit) sepulturam Ecclesiasticam, sive quæ fit in loco consecrato & adhibitis solennibus negat 1. Infidelibus *Paganis* sive Idololatris & *Judæis* c. Ecclesiam & cap. seqq. de consecr. distinct. 1. 2. *Hæreticis*, etiam post mortem damnatis c. sane profertur 24. q. 2. c. si quis episc. de hæret. cle. 1. de sepul. pertinacibus puta hæreticis, h. e. qui in fundamentalibus fidei articulis errant atque errorem suum pertinaciter defendunt. 3. *Manifestis Usurariis*, qui scil. ob hoc crimen jam a Judice per sententiam damnati & in hoc peccato decedunt c. quia in omnibus de usur. cle. 1. & c. quamquam *de usur.* in 6. 4. *Mortem sibi consciscentibus*, c. placuit 23. quæst. 5. ubi tamen inter αὐτόχειρας distinctio adhibenda, de qua vide Gerhar. Loco Theol. 8. de Morte num. 37. 5. *Excommunicatis*, c. Sicut de hæret. c. fi. de sepult. 6. *Blasphemis, impœnitentibus* c. statuimus de maled. 7. *Monachis proprietariis*, sive *proprium habentibus* c. super quodam, de statu monachor. Vide Kornmannum de Mirac. Mortuor. part. 7. cap. 55. 8. *In torneamentis morientibus* c. 1. de torneament. Id quod de illicitis torneamentorum generibus accipiendum, inquit *Sigismund. Finckelth.* disp. de jure Sepult. th. 13. quæ non virtutis, sed lucri forte solius gratia instituuntur, & magis temeritatem, quam fortitudinem præ se ferunt, 9. *Non communicantibus semel in anno, nec confitentibus*, c. omnis utriusque de pœn. nisi signa contritionis ostendant. 10. *Raptoribus*, qui pertinaciter, cum possint, in vita non satisfaciunt, & in morte non possunt. c. 2. de rapt. 11. *Quibus interdictus ingressus Ecclesiæ* c. 15. cui de sent. exc. in 6. &c. Et in summa, *Sacris est canonibus institutum*, inquit Innocentius, *ut quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis: & ut careant Ec-*

clesiastica sepultura, qui prius erant ab Ecclesiastica unitate præcisi, nec in articulo mortis Ecclesiæ reconciliati fuerint. C. sacris, de sepult. Confer Kornmannum de Miracul. Mortuorum part. VII. cap. XI. Concilium Braccarense I. de illis, qui sibi ipsis manus inferunt, ita statuit Canone 34. *Item placuit, ut, qui sibi ipsis aut per ferrum aut per venenum aut per præcipitium, aut suspendium aut quolibet modo violentiæ inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur.* Non ergo hos, aliosque notoriæ impietatis homines omnimoda humatione ac funeratione arcebant, sed honorificam illam funeris ad loca consueta, cum campanarum pulsu, Psalmodiarum concentu aliisque usitatis ceremoniis deductionem illis denegabant, quod adhuc hodie obtinet. Hinc Agenda Brunswicensis; *Adulteri, Scortatores, fures, usurarii & similes, qui ab omni usu Sacramentorum abstinuerunt, & ad pastoris sui vocem vitam in melius non commutarunt in flagitiis & sceleribus suis mortui ac sepulti sepeliantur cum aliis Lutheranis in communi cœmeterio, sed tamen sine processione sine cantu, aliique Lutheranis Ceremoniis.* Quod si de facto in cœmeterio Ecclesiastico sepultus, qui sepeliri prohibitus aut excommunicatus, effodi & ejici jubebatur olim, si ossa discerni poterant. *C. jam citat. sacris, De sepult.* In Cœmeteria honestis hominibus condita facinorosorum corpora inferri nefas habitum fuisse, exemplo docet *Baldericus*, in Chronico Cameracensi *lib. 3. cap. 20.* Beda, qui ex vitæ sanctitate morumque gravitate venerabilis cognominatus est, lib. V. histor. cap. 15. de quodam Fabro in desperatione mortuo refert, *quod Monachi cum in ultimis Monasterii sui, in quo obierat, locis humarint, nec Psalmos pro eo cantare voluerint.* Pontificii *Infantes Christianorum*, qui ἀβάπτιστοι sive *ante susceptum Baptismum* demortui sunt, vel *extra Cœmeterium* vel *in peculiari aliquo Cœmeterii angulo*, absque Christianis ritibus & cantionibus sepeliunt, eam scil. ob causam, quia illos *absolute damnatos, atque in æternas tenebras detrudendos esse*, Rhadamantæo judicio statuunt, vide *Bellarminum* lib. VI. de amiss. Grat. & statu peccati cap. I. *Lindanum* lib. IV. Panopl. cap. 15. *Maldonatum* in Matth. c. XXV. 23. *Canum* in Relect. de Sacram. part. II. §. *afferent*. *Azorium* lib. IX. moral. cap. 33. §. *tertio*. Sed cum constans sit Theologorum nostrorum sententia; *Infantes Christianorum ob causam necessitatis divinitus immissæ, absque parentum suorum incuria & negligentia, sive in utero materno, sive post egressum ex illo, ante & citra Baptismi perceptionem extinctos non damnari, sed ex immensa Dei gratia & misericordia extraordinarie in illis operante sui peccati remissionem adeptos salvari*, hinc illos consueto sepulturæ honore afficimus, juxta Constitut. Ecclesiastic. Augusti Electoris in articulis generalibus cap. 15. p. 335. ordinationem, quæ sic sonat; Dieweil auch grosse Ungleichheit mit Begräbniß der ungetaufften Kinder / oder so in Mutterleibe gelebt / aber todt auff die Welt kommen / gehalten / daß etliche Pfarrer dieselben nicht mit den Schülern / wie die getaufften Kinder / zum Begräbnis begleiten / etliche auch nicht an die Ort begraben wollen da andere Christen begraben seyn / dadurch den Christlichen Eltern nicht allein groß Betrübnuß gemacht / sondern offtmahls die Mutter / als der schwechste Werckzeug / in grosse Anfechtung gerathen. Und aber der Christen Seligkeit nicht also an die heilige Tauffe gebunden / wann die Christliche Mutter an den Kindern nichts versaumt / noch an derselbigen unzeitigen Tod schuldig ist sie aber durch das Gebethe dem allmächtigen / vermöge seiner Verheissung / befohlen / da er gesagt / ich bin dein Gott / und deines Samens nach dir / daß sie darumb verdampt werden sollen / wie dann ohn Zweiffel viel Kindlein im Alten Testament vor dem achten Tage gestorben / die nicht beschnitten und gleichwohl ungezweiffelt selig worden sind / der Besach denn auch an solcher Kinder Seligkeit / die also durch das gläubig Gebethe / Gott befohlen nicht zu zweiffeln / so sollen hinführo die Pfarrer und Kirchendiener solche Kinder nicht weniger / als die andern / mit Christlichen Ceremonien / nach jedes Ortes Gebrauch / zur Begräbniß begleiten / und bey andern Christen zur Erden bestätigen. Recte & pie Dn. D. Feurbornius Fasciculo II. Dissertat. Theol. disput. VII. thes. 89. *Si Deus ex infinita sua misericordia & benignitate eorum animas e corporibus profectas statim donat æterna beatitudine & decorat cœlesti gloria, (ut in Theoremate antegresso tertio probavi) cur nos ipsorum corpora afficiamus dedecore & labecula?* 2. *Isti infantes sunt Christianorum semen & soboles. Cur non ergo eodem cum parentibus suis dormitorio gaudeant?* 3. *Quando infantes tales orbantur constituto cœmeterio, tum parentes, quibus illi cari fuerunt, conjiciuntur in majorem luctum & ignominia ipsorum redundat in hos. Quod fieri non debebat.* 4. *Nulla urgente ratione nititur illa consuetudo, qua tales infantes aut prorsus privantur communi Christianorum cœmeterio, aut in aliquo ejus angulo humantur, siquidem hujusce rei ratio esse nequit eorum damnatio. Non enim damnantur, sed salvantur. Et certe si vel maxime damnentur, (ut tamen verum non est) quis inde recte concludat, eorum corpora non esse humanda in ipso Cæmeterio? Nonne proh dolor multi adulti Christiani moriuntur ἄπιστοι καὶ ἀμετανόητοι, ipsorumque ἀπιστία sæpe*

ex

ex effectibus perspicitur, nec tamen ipsorum, quando ex hac vita migrarunt, corpora vel consueto privantur dormitorio, vel in aliquo ejus angulo reconduntur, nisi aperte fuerint facinorosi. Hæc ille. Confer. Gerhard. in Locis Theolog. tract. de Morte §. 139.

CAPUT IV.

Sepulturæ carentia pro ignominia pœnaque gravi semper habita, & pro graviori exhumatio.

QUanquam Poetarum Principi, Maroni; *Facilis jactura sepulchri:* Et, *Cœlo tegitur, qui non habet urnam*, juxta Lucan. lib. 7. *Nec damno nec pudore affici possunt mortui, cum nihil sentiant*, ut monent Homerus, Æschylus, Sophocles, Moschio & alii, vide *Stob. tit.* 126. & *Soph. in Ajace.* unde & Zisca dux Hussitarum naturæ debitum soluturus edixit, ut cutis sibi post mortem detracta in tympani usum concederet. *Æn. Sylv. lib.* III. Comment. de rebus gestis Alphonsi Reg. Neque ad salutem quicquam prodest, utrum sepulti an inhumati mortui jaceant, nec aliquid nocet fidelibus, negata eorum corporibus sepultura, *August.* lib. de cura suscipienda pro mortuis. Custodit enim Deus omnia ossa piorum *Psalm.* XXXIV. 20. Tamen uti sepultura honesta imprimis, beneficii, præmii ac honoris, ita contra denegatio ejusdem ignominiæ & pœnæ loco semper est habita. Eosque miseros judicarunt plerique & infelices, quorum cadavera insepulta jacerent, quibusque hic supremus humanæ conditionis honos deesset. Sane *Aristoteles Rhetor. lib.* I. *cap.* 5. Sepulturam inter honoris species refert, inquiens μέρη δὲ τιμῆς τάφοι, εἰκόνες &c. Partes vero honoris sunt sepulchra, statuæ, Sepulturæ vero carentia apud Virgilium *malum* appellatur *lib.* VI. *Æneid.*

> *Eripe me his, invicte, malis, & tu mihi terram Injice.*

Imperat. Vespasianus Sepulturæ privationem in gravium pœnarum numerum retulisse videtur, dum in augmentum *pœnæ Conjuratorum addendum censuit, ut insepulti projicerentur*, ut supra ex *Svetonio* in ejus vita cap. 2. retulimus Grave judicatum est, ait *Olympiodorus* in Cat. Joh. cap. 15. animadversionis genus sepulturæ spoliari honore, & inhumatum jacere. In atrocitate pœnarum illud est, inquit *Petrus Gregorius Tholosanus*, Syntag. Juris Universi lib. XXXII. cap. 29. num. I. non sepeliri, sed vel avibus laniandos exponi vel membra alicubi in terrorem malefactorum suspendi, quia non sepeliri pœna per se. Unde & *Melchior Junius* Quæstion. politicar. quæst. CIX. *In jure præterea pœnæ gravissimæ loco habetur*, inquit, *non permitti, ut corpora sepeliantur.* Refert *Barthius*, autor antiquitatis optimus lib. XXXV. Advers. cap. V. *Maximam Pœnam fuisse mancipiorum, abjici insepulta. Pœna maxima*, inquit *Drexelius* in Tobia part. I. cap. IV. §. I. *privari sepultura, quod patibulatis fit & sua manu jugulatis.* Nec pœnæ saltem loco, sed etiam ignominiosum valde habebatur apud priscos gentiles nudum jacere cadaver. Deprecatur hanc ignominiam Archytas Tarentinus Philosophus apud *Horatium* lib. I. Carminum Oda XXVIII. ubi orat nautam, ne se naufragum insepultum jacere patiatur, sed aliquantulum arenæ corpori injiciat:

> *Quanquam festinas*, inquit (*non est mora longa,*) *licebit injecto ter pulvere curras.*

Respicit Venusinus Vates ad legem Atticam, quæ jubebat, *ut si quis in insepultum hominis cadaver incideret, saltem ei terram injiceret*, *Ælian. lib.* V. *Variar. histor. cap.* 14. Sensus legis erat, ut si quis in cadaver aliquod inhumatum in via sibi fortuito, ut fit interdum, objectum, incideret, & totum terra obruere per temporis angustiam non posset, tantum plena manu ter jacta terra aliqualem saltem sepulturam faceret. Ulysses apud Euripidem in Hecuba mavult in vita re esse tenui, quam honorata carere sepultura. *Barth. lib.* II. *Advers. cap.* 7. Olympiadem, prodit historia, cum inaudisset, filium Alexandrum Magnum (area cui totus parvula mundus erat) diutius sepulturæ honoribus exutum jacere, graviter indoluisse; O Fili, tu quidem cœlum tibi vendicare satagebas; at nunc, quæ cæteris ex æquo communia omnibus censentur, ne iis quidem potiri potes, terra & conditorio. *Ælian. lib.* XIII. *c.* 30. *C. Rhodig. lib.* XI. *cap.* 81. Eandem infelicitatem deplorat *C. Vellejus Paterculus* in Pompejo Magno, Principe, ut ipsum vocat, Romani nominis lib. II. Histor. cap. LIII. *Hic* (de Jugulatione ejus loquitur) *post tres consulatus & totidem triumphos, domitumque terrarum orbem, sanctissimi ac præstantissimi viri, in id evecti, super quod ascendi non potest, duodesexagesimum annum agentis, pridie natalem ipsius, vitæ fuit exitus: in tantum in illo viro a se Discordante fortuna, ut cui mo-*

do ad victoriam terra defuerat, deesset ad sepulturam. Hanc ignominiam ut a Parente suo averteret Cimon, vincula subibat, quibus ille ligatus erat. Cimon, inquam, Atheniensis cum pater ejus Miltiades litem æstimatam populo solvere non potuisset, ob eamque causam damnatus in vinculis publicis decessisset, nec per leges liceret funus efferre, nisi pensitata pecunia: & ille non esset solvendo, translatis in se vinculis, patrem ad sepulturam redemit. Hinc egregia illa laus Cimonis apud *Valerium Maximum* lib. v. cap. 4. *Nec te quidem Cimon silentio involvam, qui patri tuo sepulturam voluntariis vinculis emere non dubitasti*. Apud Judæos insepultum abjici aut relinqui pro summa habebatur ignominia & infelicitate. Est inter pœnas Jesabeli comminatas atrox: *Non erit, qui sepeliat eam*. IV. Reg. IX. 10. Apud Ecclesiastem cap. VI. 3. *& sepultura non est ei, dixi, melior est eo abortivus:* melior i.e. felicior. Non enim pars minima infelicitatis erat sepultura carere, ut annotat ad hunc loc. *Drusius* in Præteritis lib. X. ad Apocal. cap. XI. v. 9. Notæ sunt graves illæ comminationes Dei apud Jeremiam; *Non colligentur & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt*. Jerem. VIII. 2. & Ezechielem, *super faciem terræ cades, non colligeris, neque congregaberis; bestiis terræ & volatilibus cœli dedi te ad devorandum*, Ezechiel. XXIX. 5. Apud Jeremiam minatus est Deus Joacimo *sepulturam asini*, Jerem. XXII. 19. quod dignior esset consortio bestiarum, quam hominum, qui ab illis etiam post mortem humatione separantur. Hinc adagium, *Sepultura asini sepelietur*, Chaldæus; *Sicut projiciunt cadaver asini, sic projicient cadaver ejus*, hoc est, ἀκηδῶς sive sine sepultura relinquetur. *Olympiodorus* in supra dictum cap. VI. Ecclesiastæ, *Doctor*, inquit, *qui bene docet, & male vivit, sepultura asini sepelietur*. Asini sepulturam Græci ἄταφον τάφον vocant. Juxta Ciceronem Philip. I. dicas insepultam sepulturam. Est autem Asini sepulchrum *sordidus aliquis & apertus locus, qui neque tegat cadaveris horribilem & obscœnam speciem, neque canes aut volucres a laceratione prohibeat*, ut exponit Sanctius in lib. IV. Reg. cap. XXIV. num. 9. quod ipsum explicat etiam Jeremias cap. XXXVI. 30. *Cadaver ejus projicietur ad æstum per diem & ad gelu per noctem*. *Maledictionis divinæ signum fuisse*, dicit Calvinus Comm. in lib. I. Samuel. cap. XXXI. *corporum illam abjectionem, non vero semper regulam istam locum obtinere, nempe ut sepultura sit favoris Dei signum, contra vero insepultum jacere maledictionis testimonium*. *Id quod probat exemplo divitis epulonis, qui cum honore sepultus dicitur, & Lazari, de cujus sepultura nulla fit mentio, ut sine honore corpus ipsius abjectum videatur*. In quem sensum *Augustinus* lib. I. de Civit. Dei cap. 12. & lib. de cura mort. cap. 2. *Præclaras exequias in conspectu hominum exhibuit purpurato illi diviti turba famulorum, sed multo clariores in conspectu Domini ulceroso illi pauperi ministerium exhibuit Angelorum, qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ gremium sustulerunt*. Dicitur quidem Psal. LXXIX. 2. *Posuerunt cadavera servorum tuorum escam volatilibus cœli, carnem sanctorum tuorum bestiis terræ*, & vers. 3. *effuderunt sanguinem eorum, tanquam aquam & non erat, qui sepeliret*. Sed hæc magis ad exaggerandam crudelitatem istorum, qui ea fecerunt, quam ad eorum infelicitatem, qui ista perpessi sunt, dicuntur, ut observat *Gerhardus* Loc. Theol. VIII. de Morte num. 83. Hanc crudelitatem perpessa sunt antiquitus Martyrum & piorum Christi Confessorum corpora. Quod cum ægre admodum ferrent Christiani reliqui, martyrum scil. corpora feris avibusque exponi, etiam capitis periculo noctu solebant surripere, si quando minus accurate custodirentur. Vide *Marcum Velserum* Commentario ad passionem S. Afræ & sociarum. In quam sævitiam maxime invehitur *Lactantius* lib. V. Institut. cap. 11. *In cineres furiunt*, inquit, *ne quis exstet sepulturæ locus. Quasi vero id affectent, qui Deum confitentur, ut ad eorum sepulcra veniatur, ac non ut ipsi ad Deum perveniant. Quænam illa feritas, quæ rabies, quæ insania est, lucem vivis, terram mortuis denegare?* Cæterum uti in ignominiam & pœnam sæpe sepultura prohibebantur mortui, ita contra solebant interdum propter atrocia facinora vivi in terram defodi. Sic Core, Dathan & Abiram, qui maledica in Mosen ora aperuerant, vivi terræ rictu atque hiatu deglutiebantur, num. XVI. 30. 33. *Descenderunt ipsi & quidquid ad eos pertinebat;* quæ verba omisit Vulgatus interpres *vivi Scheolah, operti humo*, id est, inquit Estius in h. l. *vivi in terram descenderunt, & terra operti sunt quasi vivi sepulti*. Sed non tantum in sepulchrum, sed etiam in infernum descenderunt, utpote non temporalibus duntaxat, sed etiam æternis affligendi pœnis. Sic Virgines Vestales, si eas temerari contigisset, hoc supplicio, tanquam αἴχιςῳ & miserabilissimo fuisse mulctatas, literis proditum est. Nam in campo scelerato vivas apud Romanos sepultas fuisse, legimus apud *Plutarchum* in

num.

num. Pomp. Et ex *Constitut. Crim. Caroli* 131. eidem pœnæ subjiciendi sunt infanticidæ. Exhumari vero, nescio annon intolerabilius dedecus, quam inhumatum relinqui? *Pœna gravissima*, inquit supra citatus *Tholosanus* Syntagm. Jur. Univers. lib. XXXIII. cap. 23. num. 32. *habita sacrilegii & proditionis in Attica, non sepeliri ex lege apud Xenophontem lib.* I. *ἑλλην. Cujus & meminit Æmilius Probus in Themistoclis vita. Et pro pœna atrociori eruere ex sepulchro ossa.* Exhumationis exemplum habemus in Sacris & quidem in Historia Regum, ubi Josias, religiosissimus Deoque charissimus Rex facinorosorum sacerdotum ossa, sepulchris refossa flammis perdidit: 4. *Reg.* XXIII. 16. In historiis profanis de Sylla Dictatore dicitur, quod Caji Marii ossa eruta in fluvium mergi jusserit, moriens se cremari voluerit, veritus talionem, ne idem ludibrium ab hoste cadaver ejus pateretur. Vide *Plinium Nat. Hist. lib.* VII. *cap.* 54. Non possum silentio premere tyrannidem Papalem, qua reliquias eorum, qui e Romana Synagoga exierunt, vel sepulcris inferri prohibent, vel illata ex iisdem erui & igne absumi vel in carnificinis, colluviariis, aliisque infamibus locis sepeliri curant. Sic Cardinalis Polus (Poli hostis & oppugnator) cadavera Martini Buceri & Pauli Fagii Cantabrigiæ de sepulchris effodi & publice cremari jussit, ut ex historia Buceri & Fagii a Balæo descripta constat. Idem Polus Petri Martyris uxoris corpus Oxoniæ sepultum erui & in sterquilinium abjici jussit. *Jos. Simler. Orat. de vita & obitu Martyris.* Eodem modo in Johannis Wickleff, Oxoniensis Theologi, qui calamum in Pontificiam tyrannidem & Romanam Curiam strinxerat, ossa sævitum fuit, ea enim anno post mortem viri 41. Senensis Concilii mandato exhumata atque exusta; Sed

> *Nihil agis hac ira, tabesne cadavera salvat,*
> *Aut rogus, haud refert, placido Natura receptat*
> *Cuncta sinu.* Lucan. 7.

CAPUT V.

Funeris elationem antecedentia exhibens.

Enarraturus, quæ domi Defunctorum corporibus adhiberi, & Funeris ἐκφορὰν seu ductionem antegredi consueta priscis seculis, non persequar pluribus, quæ morientibus sunt exhibita, quomodo videlicet illos, qui jam in extrema vitæ tegula constituti, quorumque anima in summo quasi ore versari & ad exitum festinare videbatur, sanguine proximi, & cæteri sui, qui præsentes erant, amplecti & osculari fuerint soliti, donec animam exhalarent, quemadmodum *Jacobum Patriarcham* in complexu & osculis *Josephi*, patriæ senectæ cultoris ad exemplum egregii, Gen. L. 1. & *Augustum Cæsarem* in osculis *Liviæ* defecisse, apud *Svetonium* in vita ejus legimus; (oscula autem morientibus dare prisco more usurpatum est, partim, quia, ut peregre abeuntes, sic quoque ex hac vita emigrantes osculo dimittendos esse censebant, partim quia exeuntem anima hoc modo excipere apposito hiatu, & in se transferre se posse, stulta credebat Gentilitas. Vide *Alexandrum ab Alexandro & Tiraquelli* in eundem annotat. Genial. Dier. lib. III. cap. 7. itemque *Kirchmann.* de F.R. lib. I. cap. 5.) Quomodo morientium digitis annulos detraxerint, unde *Plinius* lib. XXXIII. cap. I. circa finem; *Gravatis somno*, inquit, *aut morientibus religione quadam annuli detrahuntur*; aut, (quæ Judæis erant peculiaria) eorum pollices eo artificio in volam depresserint, ut pugni rugæ cognomentum Dei שדי (quod *Omnipotentem* significat,) Gen. XVII. pulchre repræsentent, ut ex autore ritualis libri *Minhagim* cap. ult. refert *Wilh. Schickar.* in Jure Regio Hebræorum c. IV. Theor. XIX. & a morituris Legis volumen, ne immundæ rei præsentia idipsum pollueret, removerint, ut *idem* docet *loco citato*. Quomodo denique ægroto ultimum singultiente & animam exhalante adstantes vestes suas laceraverint, de quo ritu videatur Doctissimus Christianorum Rabbi *Buxtorfius*, Synagog. Judaicæ cap. 35. & *Schickardus* loco jam dicto. A Lotione autem, quæ jam vita functis adhiberi consuevit, ordiar. Oculis enim demortui compressis (quod officium præstiterunt invicem cognati, vid. uxores maritis, mariti uxoribus, parentes liberis, & vice versa liberi parentibus amici amicis. De Lege Menia, ne filii parentum comprimerent oculos, vide *Kornmannum* de mirac. mort. *part.* 7. *cap.* 9. præstitit vero id officii patri Jacobo Filius Josephus *Gen.* 46. 4. socerisque suis Tobias, junior *Tob.* 14. 14. item apud *Homerum* Odyss. 24. v. 293. marito Penelope, τὸ γὰρ γέρας ἐςὶ θανόντων, *hic enim honos mortuorum*, additur ibidem) ore decenter composito, membrisque cæteris ad pristinam & naturalem corporis formam reductis, lavari solebat corpus exanime, forte ut unctioni mox securæ aptius fo-

foret. Hic ritus priscis *Romanis*, ut plerique alii, cum *Græcis* erat communis. Quod longa exemplorum serie probare supervacaneum esse puto, neque enim opus in re tam levi adeoque manifesta multis verbis. *Dardanis*, quorum regio Macedoniæ erat contermina, maxime solemnis fuit hujusmodi Lotio, quod *Ælianus* refert lib. IV. Variæ Histor. cap. I. ὅτι Δαρδανεῖς, τὰς ὑπὸ Ἰλλυρίδος ἀκούω τρὶς λύεσθαι μόνον παρὰ πάντα τὸν ἑαυτῶν βίον, ἐξ ὠδίνων καὶ γαμοῦντας καὶ ἀποθανόντας. *Dardanenses Illyricos ter tantum lavari audio per universam vitam, & post partum, & cum nuptias inirent, & post mortem*, R. *Moses Ben Maimon* (qui a suis primis literarum notis. רמבם *Rambam*, & ob insignem eruditionem, qua polluit נשר הגדול *aquila magna* vocatur, teste *Schickardo*, quique vulgato hoc dicto a Judæis celebratur; A *Mose* (Legislatore) usque ad *Mosen* (Moymonidem) non fuit sicut *Moses*, prolixe satis & accurate describit morem circa sepulturam apud Judæos, Volumine II. sui operis, cujus frons est *Maimon. In tract. de luctu c.* 4. §. I. inter alia & lotionis meminit; accipe verborum ejus sententiam; *Mos vel consuetudo est in Israel circa mortuos, & eorum sepulturam, ut, cum quis mortuus est, ejus oculos occludant, & si os ipsius fuerit apertum*, aut hians, *maxillas ejus ligent* (astringebatur inferior maxilla, tenui fascia ad verticem,) *ne iterum aperiatur. Obturatur etiam locus, per quem excrementa ejiciuntur, sed hoc postquam corpus fuerit* LOTUM. Idem testatur ante laudatus *Joh. Buxtorfius* loc. all. *Aqua calida*, inquit, *studiose abluitur mortuus, ut purus & mundus sit, quum peccatorum ratio reddenda erit. Ovum insuper acceptum cum vino agitantes permiscent, & capiti illius illinunt*. Liber Minhagim *cap. ult.* man ist das meth (todte metaher (saubernd) dieweil er soll Din (Rechenschafft) geben vor dem Bore (Schöpffer) dass er soll gesaubert seyn. Christi Salvatoris nostri sanctissimi & immaculati illius agni corpus post mortem non modo unctum, sed & ablutum fuisse, ex antiquis docet *Joh. Chrysostomus*, totius Orbis terrarum Doctor, ut est apud *Theodoretum*, Græcorumque Patrum, quorum hodie extant lucubrationes, πολυγραφώτατος, Hom. 84. in Johan. *Mibi videtur nobilissimum fuisse Joseph, quod ex sepulchro constat, & Pilato erat notus, quare impetravit & sepelivit JESUM, non ut reum, sed magnifice, secundum Judæorum consuetudinem &c. Cum autem tempore urgerentur; hora enim nona mortuus fuerat, & dum peteret eum a Pilato, & dum LAVARENT, jam vespera adventarat*. Idem ex recentioribus docet *Alph. Salmeron*, unus ex X. Jesuitis primis & Collocutor in Concilio Tridentino, *Tom.* X. ubi de Sepultura Christi. *Epiphanius*, qui hæreticis ab Origine Ecclesiæ ad sua usque tempora recensendis incubuit, Homilia de Sepultura Domini Josephum ab Arimathia ita affatur; *Anne aqua Dei illius corpus abluis, qui omnes a peccatis abluit & expiavit, omnibusque puritatem tribuit?* Balduinum Hiersolymorum Regem ad Flandros suos ex Palæstina pretiosas & mundas sordes ex abluto corpore mortui Christi existentes per Abbatem Sancti Bertini misisse credulo populo persuadet *Lorinus* in cap. 9. Actor. XXXVII. Cæterum feralem hanc lotionem in primitiva Ecclesia etiam fuisse usitatam, ex jam dictis Apostolorum Actis cap. 9. 37. liquet. *Factum est autem in diebus illis, ut infirmata* (Tabitha) *moreretur, quam cum lavissent, posuerunt eam in cœnaculo. Dionysius Alexand.* S. Cypriani æqualis & Origenis discipulus ceremonias in Christianorum Funeribus usitatas studiose recenset apud *Eusebium* lib. 7. Histor. Eccl. cap. 17. *Sanctorum corpora manibus erectis, supinisque excipere, gremio suo reponere, occludere oculos, ora obturare, gestare humeris cadavera, decenter ornare, illis adhærescere, amice complecti, lavare accurate & linteo funebri involvere non gravati sunt*. Hæc ille. *Lorinus* in Actuum Apostolorum *cap.* 9. *vers.* 37. & *Jacobus Gretserus* de Funere Christiano *lib.* I. *cap.* I. Morem hunc abluendi defunctorum corpora inter alia probant ex *Sancti Gregorii* Dialogis, qui alias quoque passim a Pontificiis pro Purgatorio & Invocatione Sanctorum citantur, sed Dialogos hosce suppositios esse, & S. Gregorii nomine indignos, prolixe probat *Robertus Cocus*, Censur. Scriptorum Vet. in Gregorio M. Alexium Imp. ab omnibus fere ministris adeo desertum esse, *Zonaras* scribit, ut ferme nulli fuerint, qui cadaver ipsius postremis lavacris purgarint; ut referunt *Centuriatores Magdeburgenses* insignis operis sui, & quale pristina ætas nunquam viderat, *Centur.* XI. *cap.* 6. Ipsum autem hoc lotionis munus plerumque obibant mulieres; quæ peculiari nomine *Funeræ* dicebantur apud Romanos, unde versus in Ennianus; *Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit*. Alludit eodem in Platonis Phædone Socrates cicutæ poculum hausturus; *Ac fortasse jam tempus est eundi in lavacrum. Nam mihi quidem consultius videtur, me prius lavari, quam bibam venenum: nec mulieribus negotium facesse-*

cessere, ut mortuum lavent. Idem apud Christianos quoque obtinuit. Lotionem insequitur *Unctio & Conditura*, unguentorum usu invalescente, Romanis pariter & Græcis familiaris. *Postea* Unguenti *voluptas a* Romanis *inter laudatissima atque etiam honestissima vitæ bona admissa est; Honosque is & ad defunctos pertinere cœpit*, inquit *Plinius* N. H. *lib.* 12. *c.* 1. In eo vero hallucinari ibidem Naturæ Bibliothecarium, ostendit *Kirchmannus* de Funer. Rom. lib. 1. cap. 7. quod a Persis primum ab Alexandro Magno devictis usum unguentorum ad Romanos, Græcosque transiisse scribat, cum longe ante Darium devictum unguenta vel in ipsa funeratione a Romanis fuerunt usurpata, quod ex L. XII. Tab. servilem uncturam prohibentibus colligi omnino potest. *Alphonsus Salmeron* Jesuita Tract. XLIX. de Sepul. Christi p. 402. dicit, *Romanos ejusmodi odoramentis & aromatibus eos solos efferre consuevisse, quos in Deorum numerum referre voluerint*. Quod mihi non fit verisimile. *Athenæus* Græcorum Varro aut Plinius (juxta *Casaubon*. Ep. ad Lector. super animadv. in Ath.) autor est lib. XV. Priscos Græcos adeo fuisse unguentorum studiosos, ut exploratum haberent, ecquod unguentum cuique membro humani corporis esset accommodatum. Qui Romæ odoribus & unguentis mortuorum corpora obliniendi ministerio fungebantur, *Pollinctores* dicebantur, cur & unde, nec dum inter doctos convenit. Erant autem servi *Libitinariorum* (a Libitina Dea, in cujus æde asservabantur, quæ ad instructionem funebrium pomparum erant necessaria, sic dictorum) qui quicquid ad exsequiarum apparatum pertitebat, locare aut vendere & operam suam illis, quorum erat funus mortui curare, elocare solebant. Vide *Valerium Maximum* lib. V. cap. 2. Hinc *Ulpianus* Juris autor l. V. ff. de Inst. Action. *Si Libitinarius, quos Græce νεκροθάπτας vocant, servum Pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit &c.* Hic ritus ungendi mortuos Ægyptiis fuit familiarissimus. *Ægyptiis mos est*, inquit *Plinius* N. H. lib. 2. cap. 37. *cadavera adservare medicata*, i. e. uncta & condita aromatibus. Idem *Tullius I.* Tuscul. *Mortuos Ægyptii condiunt, & eos domi servant*. Etiam adhuc hodie ad nos ex Ægypto adferuntur corporum conditura sive condita corpora, quæ in officinis *Mumiæ* appellantur. *Est* enim *Mumia in substantia humidus ille succus & virtus hominis, Aloe, Myrrha, Pissalphalto uncti & illiti & interius expleti, imo etiam optimo croco, itemque nobilissimo & vero balsamo, sive ejus vice oleo de Cedro peruncta ista caro & ossa sunt vera Mumia, ut vulgo creditum est, sed aromaticus ille balsamicus succus, sanguis & Virtus simul vera Mumia sit, & vocetur, & est secundum omnium medicorum consensum & sententiam Diacatholicon, ad multos & varios morbos*. Ita *Joachim. Struppius* in Consensu Medicorum de vera Mumia. Aromatibus condiverunt Medici Ægyptii, quos LXX. Senes ἐνταφιαστὰς aptissimo vocabulo vocant, demortuum Israelem jussu Josephi *Gen.* L. 2. 3. ipsumque Josephum magnum Ægypti Proregem, Extrema Genesi. *Ben. Pererius* ad prædictum caput. n. 2. *Circa illud*, ait, *ut aromatibus condirent Patrem, monendus est Lector, quomodo hic dicitur Jacob & Joseph fuisse aromatibus conditos, eo modo neminem legi in Scriptura Veteri Testamenti fidelium & cultorum* Dei *fuisse conditum ac sepultum, nec ante Jacob & Joseph, nec post eos usque ad Asa Regem Juda, quem traditur lib. 2. Paral. cap.* XVI. *post mortem positum esse super lectum suum plenum aromatibus & unguentis &c.* Idem observat *Lorinus* in Act. Apost. cap. IX. 37. *De Josephi cadavere, mirum aliud referunt* (Rabbini) inquit *Schickardus* de Jure Reg. Hebr. cap. VI. *fuisse id fumo tostum & in aquis Nili contra putredinem diutissime asservatum, donec universus populus ex Ægypto egressus id secum in terram Canaan asportarit*. Vetustissimus Græcos inter Historicos, qui hodie extant, *Herodotus, historiæ parens*, (ut eum appellat *Cicero* 1. de Legib.) qui ante natum Christum 420. annis claruit, eo videlicet tempore, quo Esdras & Nehemia Rempubl. Judaicam instaurarunt, modum condiendi Ægyptiacum accurate describit medio libro secundo, potissima hæc sunt; Apud Ægyptios homines certi sunt ad hoc ipsum constituti, qui illis, (qui optime & sumptuose condiri voluerunt) ferro incurrvo, per nares cerebrum educunt, ejusque locum medicamentis & odoribus explent: dehinc acutissimo lapide Æthiopico illa conscissa & alvum omnem extrahunt, quam post repurgationem iterum in sedes suas reponunt ac infarctis odoribus consuunt. Postea saliunt intro abditum septuaginta dies. His exactis cadaver abluunt, sindone totum involvunt gummi illinentes & in ligneam hominis effigiem ad hoc factam includunt atque ita reponunt. *Diodorus Siculus*, qui inter Græcos nugari desiit (teste *Plinio* in præfat. H. N.) lib. 1. Biblioth. num. XCI. in hunc modum Ægyptiorum condituram describit? *Quam primum ad secti cadaveris curationem convenire* (Taricheutæ sive qui cada-

cadavera condiunt) *unus per hiatum manu ad præcordia immersa, quicquid intestinorum est præter cor & renes extrahit. Alius alvum cum visceribus singulis repurgatam, vino palmeo, aromaticisque odoribus perluit. Lotum denique cadaver ad dies plurex* XXX. *unguento primum cedrino, aliisque delibutum reddunt. Myrrha deinde ac cinamomo aliisque non longiori tantum conservationi, sed etiam fragrantiæ aptis conditum propinquis reddunt*. De hodierno Ægyptiorum more, quomodo latus demortui aperiant, cor renesque extracta vino Phœnicio odorifero lavent, postea 30. amplius dies cedro aliisque unguentis pretiosis ungant &c. Vide *Joh. Boem.* lib. I. de Afric. c. 5. & *Furerus* itin. ter. Sanct. pag. 25. item *Schweiger.* itin. ter. Sanct. pag. 274. Morem hunc condiendi defunctorum corpora aromaticis unguentis, aut certe aliquid ejus Israelitæ secum ex Ægypto Palæstinæ intulisse videntur. Hinc *Moses Maimonides*, Doctor Hebræorum maximus, juxta *Heinsium* in Aristarch. pag. 415. supra citatis verbis subjungi; *ex diversis aromatum speciebus ungitur*. Idem docet experientia, cujus testis Histora Sacra; Sic enim de funere Regis Asæ dicitur 2. *Paral.* XVI. 14. quod posuerint eum super lectum suum plenum aromatibus & unguentis. Sic quoque Maria, quam Chrysostomus μαθήθειαν appellat, Salvatorem unxit ante passionem unguento pretiosissimo sive moris sive honoris ergo. Hinc Christus idoneam inde Mortis & sepulturæ suæ prædicandæ occasionem arripiens, ait apud Triadem Evangelistarum, Matth. XXVI. 10. *Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me* V. 12. *Mittens enim hoc unguentum in corpus meum* πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με, *ad funerandum me fecit*, Marc. XIV. 8. *Quod habuit, ipsa fecit, anteverterit unguento linere corpus meum* εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν, *ad funerationem*. Et Joh. XII. 3. *cum Maria accepta libra unguenti nardi pretiosi unxit pedes Jesu v.* 7. *Sine eam*, dicit obmurmuranti Judæ, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου, *in diem pollincturæ meæ servavit illud*. Est autem ἐνταφιάζειν, ad sepulturam parare, unde ἐνταφιαστὴς, *qui id agit*, (interprete Augustino lib. I. Locutionum Tom. 3.) *quod exhibetur corporibus humandis vel condiendo, vel siccando, vel involvendo & alligando: in quo opere maxime Ægyptiorum cura excellit*. ἐνταφιασμὸς in Lexico veteri Græco-Latino exponitur *Pollinctura* seu *Funeratio*. Proprie tamen & vere (uti ex Budæo annotat Stephanus) ἐνταφιασμὸς dicitur, quum corpus mortuum τοῖς ἐνταφίοις, subaudi ὀθονίοις, h. e. linteis suis sepulcralibus involutum & obvinctum, sepulchro mox condendum præparatur. Etenim quoniam istud de more fiebat additis unguentis aromaticis, hinc ἐνταφιασμὸς etiam pro ipsa sumitur unctione seu pollinctura, ut anotat *Fullerus* Miscell. lib. VI. cap. 28. Fuit ergo hæc unctio per anticipationem funebris & sepulchralis ex ipsa Christi sententia. *Eucherius* Lugdunensis Episcopus Homil. in versum 2. cap. XXVI. Matthæi sic scribit; *Significatio est, non perditio, in proximo passurus sum, ideoque mulier hoc unguentum mihi attulit ad sepeliendum. Mos enim antiquitus fuit, ut nobilium corpora sepelienda ungerentur & cum aromatibus sepelirentur*. Nobilium, inquit, corpora, neque enim ad quosvis pertinebat hic honor, non ad hominem conditionis humilis, quem Græci κρασπεδίτην vocant, quasi ultima loca semper occupantem. Exprimitur autem apud Marcum & Johannem unguentum Nardinum, *quod magni tum fuisse pretii*, inquit ætatis suæ decus *Casaubonus* Exercitat. XIV. num. XIII. *quia illis temporibus unica fuit urbs Laodicea, quæ unguentum hujusmodi cum laude conficeret. Nec multo ante Galeni tempora in aliis etiam urbibus cepit fieri, quod commendaretur*. Nardum vero πιστικὴν appellatum censet Theophylactus, quasi ἄδολον καὶ μετὰ πίστεως κατασκευασθεῖσαν, *sinceram, incorruptam, fideliter præparatam*. Uncturam hanc feralem in ipsa Domini sepultura servatam esse, testis est Evangelista Theologus cap. XIX. 40. ubi Josepho de Arimathæa supervenisse narrat Nicodemum ferentem mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum. *Acceperunt ergo corpus Jesu & ligaverunt illud in linteis cum aromatibus*, (unctum aromatibus.) Et ne quis inusitatum hoc fuisse crederet, addit, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν, *sicut mos est Judæis sepelire*. Augustinus tract. 120. in Joh. inquit; *Non mihi videtur Evangelista frustra dicere voluisse*, sicut mos est Judæis sepelire; *Ita quippe, nisi fallor, admonuit, in hujusmodi officiis, quæ mortuis exhibentur, morem cujusque gentis esse servandum*. Aromata autem, quæ ad uncturam fuere usurpata, revocat Evang. Johannes ad duas species, ad *myrrham* sc. & *aloen*, utpote sumptuosiores & in hac mixtura dominantes, ut observat *Gerhardus* Harmon. Evangel. Passion. Dom. cap. XIX. pag. 915. *Lacryma myrrhæ & herba aloe, ut sunt amarissimi succi, ita vim habent resistendi vermibus & putredini*, inquit *Chrysostomus*. Alias enim species etiam adhiberi solitas fuisse docet *Schindlerus* in Lex. Pentagl. in voce חנט ubi addit, *condivit aromatibus, myrrha, aloe, cedromelle, sale, cera, bitumine &*

re-

resina corpora mortuorum, ut incorrupta maneant, & asserventur in loculis, nec fœteant: sicut Judæi & Ægyptii faciebant. Quanquam vero morem admovendi aromata cadaveribus ab Ægyptiis Hebræi mutuati sint, ut ex *Gen.* L. *cap.* non obscure intelligitur, modus tamen ipse condiendi mortuos fuit diversus. Ægyptiorum enim conditura intrinsecus fiebat exenterato ventre seu exemptis illis sordium & humorum receptaculis & cerebro per nares extracto, ut supra docuit *Herodotus*. Atque hoc ταριχεύειν Græci dixerunt. Judæi vero extrinsecus corpori applicabant unguenta & aromata, dein fasciis involvebant, ut ex sequentibus patebit. Videatur ante laudatus *Isaac Casaubonus*, Exerc. XVII. num. CXII. & *Gerhardus*, Harmon. Evangel. Passion. Dom. cap. cit. Ungendi cadavera consuetudo postea a Judæis transit ad Christianos, quod Prisci Scriptores Ecclesiastici multis suorum scriptorum locis firmant. Aromata, thus, aliasque id genus Arabum merces Christianos funeribus suis adhibuisse, autor est *Tertullianus*, Latinorum Patrum, quos habemus, antiquissimus, Apologetici cap. XLII. & lib. de Resurr. Carnis, ubi inquit, *Proinde enim & corpora medicata condimentis sepulturæ mausoleis* (sepulcra regum sic vocant,) *& monumentis sequestrantur*. Unde & lib. de Idololatria, aromata *ad solatia sepulturæ usui esse*, dicit. Tertullianum Afrum subsequatur *Minutius Felix*, Causidicus Romanus, Tertulliani æqualis, apud quem inter crimina Christianis objicitur; *Non Floribus caput nectitis, non corpus odoribus honestatis, reservatis unguenta Funeribus*. Latinos excipiat *Clemens Alexandrinus*, Græcus, lib. II. Pædagog. cap. VIII. *Nimiæ unguentorum unctiones, justa quæ fiunt mortuis potius, quam familiarem vitæ consuetudinem redolent*. De funere Justiniani Imperat. qui immensa Veteris prudentiæ volumina coadunavit in uno, suo præfulgente nomine, ut ipse loquitur, sic canit *Corippus* lib. III.

> *Thura Sabea cremant, fragrantiæ mella locatis*
> *Infundunt pateris & odoro balsama succo,*
> *Centum aliæ species, unguentaque mira feruntur,*
> *Tempus in æternum sacrum servantia corpus.*

Allusit eo *Prudentius*, qui *Amœnus* cognominatus est, quod omnium Christianorum Poetarum amœnitate & varietate Lyricorum Carminum longe sit Princeps (elogio *C. Barthii* lib. VI. Adv. cap. I.) Hymno ad exequias Defunctorum his versiculis:

> *Candore nitentia claro*
> *Prætendere lintea mos est,*
> *Aspersaque myrrha Sabæo*
> *Corpus medicamine servat.*

Nota finem unctionis feralis, videlicet ut cadaver quam diutissime incorruptum & putredinis expers servaretur. *Donatus* in 6. Æneid. rationem hanc adsignat, ut celerius flammam conciperet, quæ causa non habet locum apud eos, qui corpora non cremabant. Ungi etiam solebat liquore nobili ac πολυτίμῳ cadaver & cum illo pretiosa quoque aromata cremari, in funere maxime nobilium, ad opprimendum molestum halitum, quem ex se caro examinata reddit. Sed *Quæcunque* (verba sunt *Lorini* in cap. IX. Actuum Apost. v. 37.) *Gentiles impulerit* (*apud quos delubra teste Asconio in Divin. dicebantur, in quibus essent labra corporum abluendorum mortuorum*) *haud dubium, quin pii amorem erga defunctos, & Resurrectionis spem omni hoc adhibendo circa illos cultu declarare velint.* Triplex ergo unctionis aut conditurae corporum causa datur, 1. *Physica*, ut putredo & fœtora corpore diutius arceretur. 2. *Civilis*, quia hic honos inprimis honoratis viris exhibebatur. 3. *Mystica*, ut sc. esset testificatio Fidei de resurrectione corporum, & symbolum ἀφθαρσίας seu incorruptibilitatis futuræ. Ut autem finis iste, conservatio scil. cadaverum a corruptione obtineri possit, illa potissimum unguenta, aliaque plurima sunt adhibita, quæ vi hac præservatrice erant prædita. Myrrha imprimis & aloe corporibus condiendis adhibebantur, quod exsiccent, humiditates absumant, & amaritudine sua vermibus & putredini resistant, unde & inter munera a Magis Jesulo oblata, *myrrheus pulvis sepulchrum prædocet*, ut loquitur jam laudatus divinus ille Pindarus, *Prudentius*, Hymno de Epiphania. Eam ob causam etiam in melle Babylonios cadavera sua condiisse credo, quod memoriæ prodit *Herodotus* lib. I. Alexandrum Magnum quoque hoc modo conditum Historici tradunt, ut scil. integer & incorruptus servari posset. Mellis enim natura talis est, ut putrescere corpora non sinat, teste *Plinio* lib. XXII. c. 24. quæ Medicis discutienda relinquo, ne ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα posuisse videar. Persæ cera mortuos oblinebant, quod præter *Herodotum* lib. I. & *Strabonem* lib. 15. *Cicero* I. Tuscul. affirmat. *Persæ*, inquit, *jam cera circumlitos condiunt, ut quam ma-*

xime permaneant diuturna corpora. Idipſum Scythis quoque tribuit jam dictus *Herodot.* lib. IV. Vide *Magium* in Necrotaphologia. *Cornelius Nepos*, aut verius *Æmilius Probus* de Ageſilao ait; amicos Ageſilaum vita defunctum, quo ex portu, qui Menelai vocatur, inter Cyrenas & Ægyptum, Spartam facilius perferre poſſent, cum mel non haberent, cera circumfudiſſe atque ita domum retuliſſe Gypſo Æthiopes induxiſſe ſuos mortuos jam refactos, autor eſt ſæpe citatus *Herodotus lib.* III. Et hanc ob cauſam etiam, ſcil. ut cadaver diu incorruptum ſervaretur, quandoque corpora exenterabant, ut exemptis illis ſordium & humorum receptaculis ab omni putredine remotiora & ſecuriora evaderent, quod & hodie in imperatorum, Regum ac Principum cadaveribus obtinet. Ubi obſervatu dignum, quod de Maximiliano I. Imper. Hiſtorici referunt, qui teſtamento cavit, ut corpus ſuum ſine ulla exenteratione terræ mandarent, & loco Aromatum, vivam calcem adhiberent, ut corpus putredine natum, ea quoque conſumente materia citius in terram ſuam verteretur. Sed de unctura plus ſatis. Dicendum nunc de veſtibus ſepulchralibus. Sepeliendos integebant veſtibus non Græci ſolum, ut Lacedæmones & Athenienſes, ſed etiam Romani & quidem veſtibus cujuſvis ſtatui convenientibus. De Græcis inquit primus apud illos eruditionis parens, *Homerus* Iliad. Σ. de Patrocli funere:

> Ε'ν λεχέεσσι δὲ θέντες ἑαυτῷ λιτὶ κάλυψαν,
> Ες πόδας ἐκ κεφαλῆς. Καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ.
>
> *In lectum autem imponentes linteo ſubtili texerunt.*
> *Ad pedes a capite: deſuper autem alba veſte.*

Apud Lacedæmones vero honoratiores ἐν πορφύρᾳ, ἐν φοινικίδι, in purpurea ſive in punicea veſte elatos legimus apud *Plutarchum* Νομιμ. λάκων. Hinc *Alexander Sardus* de moribus & ritibus Gentium *l.* I. *cap.* 25. *Lacedæmones*, inquit, *mortuos, qui fortiter aliquid feciſſent in re militari, puniceo amictu tegunt, olivæ foliis circumpoſitis*. Magnam Italiæ partem defunctos toga involviſſe, teſtis eſt *Juvenalis*, juxta *J. C. Scaligerum* lib. VI. Poetices cap. 6. Satyrorum facile princeps Satyr. 3. Toga autem (cujus inventorem Græci Tebennum Arcadem prædicant, qui primus id genus veſtis geſſerit, & Italiæ intulerit, *Turnebus* Adverſ. lib. VII. cap. 20.) communiſſima erat candida, in vulgo civium & funeribus tacitis. Ditiores vero & qui virtute ſibi honorem quæſiverant, in pretioſa & honeſtiſſima veſte efferebantur. Qui Magiſtratum publice geſſerant, toga prætextata, cenſorés purpurea, Thriumphales auro intexta induebantur, ut docet *Polybius*, rebus geſtis, non modo ſcriptis diſertiſſimis clariſſimus l. VI. hinc Kornmannus de Miraculis Mortuorum part. VII. cap. 31. inquit; *Apud Italos, more hodierno uſitatum eſt, & olim fuit, Cadavera defunctorum pretioſiſſimis veſtibus induta & lectis ſplendide exornatis impoſita palam publice efferre, ita ut unuſquiſque defuncti faciem & ex veſtibus & ornatu ſexum noſcere poſſit*. De cætero coronare mortuos Græcis in uſu fuit, unde Hercules apud *Euripidem; Quid hoc rei? video liberos meos ante domum coronatos capita, mortuorum ritu*. Corona virtute in vita parta mortuus etiam condecorabatur apud Romanos permiſſu Legis 12. Tabul. ut eſt apud *Plinium* lib. 31. c. 3. & *Cic.* II. de Legibus. Ipſumque corpus defuncti lectuſque, quo efferendus erat, ſuaveolentibus floribus & corollis herbiſque odoratis aſpergebatur. Venio ad Judæos, de quibus ita pergit ſupra allegatus *Moſes Ægyptius* Hal. Efel. cap. 4. ex interpretatione Schickardi de Jure Regio Hebræor. cap. VI. *Abradunt pilos corporis, mox veſtiunt involucris candido filo lineo conſutis, neque pretioſis. Solent Sapientes adhibere ſudarium, non plus denario conſtans, ne pudefaciant tenuiores, quibus eſt res anguſta domi. Eadem de cauſa tegunt faciem defuncti, ne proſtituantur pauperiores, quorum famelici vultus ob alimenti penuriam, plerumque ſunt deformiores*. Lex autem erat ſumptuaria, qua modus eſt impoſitus impenſis apud Judæos fieri ſolitis circa veſtes, quibus mortuos involvebant, lexque hæc obſtringebat omnes, etiamſi quis הנשיא eſſet (princeps & caput Synedrii, ut interpretatur *Caſaubonus* Exercit. 16. num. 101. & *Druſius* Præterit. bil. 1. ad Matth. cap. 26. 8.) hinc porro pergit Maimon. *Nefas eſt ſepelire* (aliquem) *indumentis holoſericis, veſtibuſve deauratis vel acupictis etiam Principem Iſrael* (non puto Regem) *quoniam hoc arguit faſtum animi, eſtque prodiga perditio & mos Ethnicus*. Sindone ergo involvebant mortuos ſuos Judæi, quæ Sindones ſepulchrales Rabbinis dicuntur תכריכי המת *involucra mortuorum* a radice כרך *involvit, velavit*, fiebantque ordinarie ex lino ſubtiliore. In eam ſententiam loquitur *Buxtorfius* Synagogæ Judaicæ cap. 35. *Albam deinde illi lineam tunicam induunt, & quidem vulgo eam, quam Expiationis die*

die induere solitus erat, & ita in pheretrum recondunt. Antiquissimæ enim hoc apud ipsos est consuetudinis. לקבור בבגדים לבנים *in vestimentis albis tumulo mortuos mandare. Pretiosis vero vestimentis aliis ne quidem principem in Israele sepelire licet.* Idem ex sepulturæ Dominicæ descriptione clarum est; In ea enim Sindone munda, Salvatorem involutum fuisse legimus, quam hodie Taurini in Pedemontio religiose servari, scribit *Corn. a Lapide* ad cap. 19. Joh. ad versic. 39. Hinc inquit *Salmasius* apud Th. Barthol. de latere Christi aperto pag. 377. seqq. parvo linteo involutum fuisse caput Salvatoris, toto interim corpore fasciis religato a pedibus usque ad fauces, instar infantis fasciis inclusi. Deinde sudario faciem obtegebant Judæi, ut colligitur ex Johannis 20. 7. Sudarium Christi Nicææ, Aquis in Germania, Trajecti & Vesontii, Cadonii, Lemovii in Lotharingia & Romæ in Vestalium aliquo Monasterio devote a plebe honoratur, ut docet *liber de spoliis, exuviis & reliquiis Sanctorum*, qui extat in Lectionibus memorabilibus *Wolfsii* Cent. 16. p. 233. Pedes autem & manus colligabant κειρίαις, *institis*, ut ex historia *Lazari* Joh. 11. 44. videre est, qui ut erat adhuc funereis & sepulchralibus fasciis obstrictus, prodiit; Ita enim Evangelista: *Et statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies ejus sudario erat ligata.* Cæterum *Dicit eis Jesus: Solvite eum, & sinite abire.* Idem hoc innuit *Prudentius* in Apotheosi:

> *Solvite jam lætæ redolentia vincla sorores,*
> *Solus odor sparsi spiramen aromatis efflat.*

Et ita in Christianorum monumentis Lazarum effigiatum videmus more infantium involutum. Et cum Johannes cap. 19. 40. expresse dicat, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις, sive ut alii legunt, ἐν ὀθονίοις *ligarunt* illud (Paraphrastes Syrus vertit *involverunt*, q. d. contraxerunt, sive in angustum collegerunt corporis mortui membra, vinciendo eadem multiplicibus linteorum sepulcralium voluminibus, atque hæc a Græcis κειρίαι proprie vocantur, Fasciæ a Latinis, ut notat *Nicol. Fullerus* loco supra citato p. m. 166.) *in linteis* sive *linteaminibus*, hinc apparet, etiam fascias sepulcrales seu institas adhibitas fuisse in funerando corpore Christi, neque n. vel linteis vel sudario corpus & caput Christi commode velari & obnubi potuissent, nisi vinculorum interventu. Quanquam Christianos solo linteamine obvolvisse suorum cadavera legimus, ut apud *Eusebium* lib. 7. cap. 17. quo alludit jam dicti sanctissimi Poetæ hymnus; *Candore nitentia claro prætendere lintea mos est.* Et locupletissimus testis est Ecclesiæ Doctor, *Hieronymus*, de muliere septies percussa ad Innocentium scribens Epist. 49. *Clerici, quibus id officii erat, cruentum linteo cadaver obvolvunt & fossam humum lapidibus construentes ex more tumulum parant.* (Ubi obiter nota, Clericorum antiquitus, cum Tyranni sub signis merentes Principis hujus mundi, Christianam Ecclesiam persequerentur, hoc fuisse munus, ut martyrum corpora mandari terræ curarent.) Huncque morem linteo seu sindone cadavera obvolvendi hoc tempore Cristianitatis pars major tenet, exceptis fortasse insignioribus personis & sacerdotibus, ut docet *Lorinus* in cap. 9. Actorum v. 37. Plurima tamen in Veterum scriptis occurrrunt exempla, quæ probant, viventium more vestibus etiam fuisse indutos vita functos, suo statui consentaneis, ut quæ vitam ipsorum, eædem & sepulturam decorarent. Morem autem vestiendi mortuos prolixe admodum describit *S. Gregorius Nyssenus*, in vita B. Macrinæ sororis suæ. Liber de vitis Pontificum, qui *Damaso* Pontifici Romano vulgo tribuitur; qui vixit Anno Christi 367. cum tamen *Anastasium* Bibliothecarium autorem habeat, qui in medio seculi Noni demum floruit, refert, Eutychianum Papam constituisse, *ut quicunque fidelium martyrem sepeliret, id sine Dalmatica aut Collobio purpurato nullatenus faceret.* Est autem Dalmatica, tunica sacerdotalis candida cum clavis & purpura, ut explicat *Isidorus* l. 19. Orig. cap. 22. Collobium vero vestem notat sine manicis & mutilatam. Secundum jus Canonicum Archiepiscopi & Prælati cum Pallio & habitu Ecclesiastico sepeliri debent. *C. adhæc*, 2. *extr. de auth. & usu pall.* In Synodo Antisiodorensi c. 12. aliisque Gallicanis Conciliis, ut Avernensi & Matisconensi statutum quidem est, *ne velo aut pallis Sacerdotis corpus, dum ad tumulum evehitur, obtegatur, quia sacro velamine usibus suis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluuntur.* At per velum & pallas non intelligunt Concilia quasvis vestes sacras & sacerdotales, sed pallam seu mappam sive tegumenta altaris, de quibus facile conceditur, inquit *Suarez. Tom. 3. in tertiam partem Dis.* 81. *Sect.* 8. non debere in hunc usum converti, ut in eis corpora defunctorum etiam sacerdotum, obvolvantur. Diserte hoc exprimitur apud *Gratianum*, cap. *Nemo*,

Nemo, de Conſecrat. Diſt. I. ex Clemente Romano; *Nemo per ignorantiam Clericus mortuum credat obvolvendum, aut Diaconus ſcapulas operire velit palla, quæ fuit in altari, vel certe, quæ Diacono data eſt in menſam Domini*, i. e. Man ſoll auf den Altartüchern keine Leichentücher machen/ oder ſie darzu gebrauchen. Interdum & veſtibus pretioſis, quibus amicta erant defunctorum corpora ceratum ſuperinjiciebatur linteum vel pullum etiam pallium, ut exemplis docet jam dictus Jeſuita *Gretſerus*, de funere Chriſtiano *lib.* I. *cap.* V. unde ante citatus *Lorinus* loco dicto; *Utrumque apud nonnullos Chriſtianorum fuit in uſu, ſimul cadaver veſte induere, ſimul inductum linteo involvere*. Irrepebat autem in his emortualibus veſtimentis luxus aliquis & oſtentatio, in quem invehitur ſupra citatus Sanctus Eccleſiæ Antiſtes *Hieronymus* de vita S. Pauli primi Eremitæ, ad calcem; *Cur & mortuos veſtros auratis obvolvitis veſtibus? Cur ambitio inter luctus, lachrymaſque non ceſſat? An cadavera divitium, niſi in ſerico putreſcere nequeunt*. Et S. *Chryſoſtomus*, Os illud aureum eloquentiæ, Hom. 84. *Tu cum audieris nudum Dominum reſurrexiſſe, ceſſa, quæſo, ab inſana funeris impenſa. Quid ſibi hoc ſuperfluum vult, & inutile diſpendium, quod ipſis, qui faciunt, plurimum affert detrimenti, mortuis nullam utilitatem, vel damnum potius? Sumptuoſa namque ſepultura nonnumquam cauſa eſt, ut fures cadaver effodiant & nudum inſepultum projiciat*. Et poſt pauca: *Quod ego, non ut ſepulturam tollam, dico, abſit, ſed luxuriam & ſuperfluam ambitionem*. Appoſitas etiam fuiſſe frondes virides ſub capitibus defunctorum, docemur in Ritualibus Durandi. Sic enim ille Rational. lib. VII. cap. 35. *Hedera quoque vel laurus & hujuſmodi, quæ ſemper ſervant virorem, in ſarcophago corpori ſubſternantur, ad ſignificandum, quod qui moriuntur in Chriſto, vivere non deſinunt? nam licet mundo moriantur ſecundum corpus, tamen ſecundum animam vivunt, & reviſcunt Deo*. Et in hoc infelices Ethnici allucinarunt, qui abſque Reſurrectionis cognitione ornabant corpora cupreſſo, quæ ſemel ſucciſa non regerminat. Fuit quoque olim quorundam conſuetudo, ut Euchariſtiam mortuis ingerent & conſepelirent, quam abrogavit Concilium Carthaginenſe III. Can. VI. *Placuit, ut corporibus defunctorum Euchariſtia non detur; Dictum eſt enim a Domino: Accipite & edite. Cadavera autem nec accipere poſſunt nec edere*. Aliquando denique mortuis cruces vel appenſæ ſunt, vel manibus inſertæ. Exemplum cape ex Prato *Sophronii* Tom. I. Oper. de S. Cruce lib. 2. cap. 15. in fine. Et hoc factum eſt, ut teſtarentur beneficia in ligno Sanctæ crucis accepta. In *Euchologio Græcorum*, ubi ritus ſepeliendi traditur, legimus; *Cadaver in ſepulchro ponitur. Sacerdos vero pala terram in formam crucis injicit in cadaver, dicens: Domini eſt terra & plenitudo ejus*. Porro ablutum probe, unctum ac honeſte veſtitum, floribus coronatum demortui corpus (Hoc enim eſt συγκομίζειν νεκρὸν *componere mortuum ad ſepulturam*, quæ vox Act. 8. 2. habetur, ubi de funerando Stephano agitur. Sic *Cornel. a Lapide* συγκομίζειν *corpus defuncti eſt illud abluere, componere, ungere, veſtire, loculo imponere &c.*) in ædium veſtibulo ad ipſum limen collocabant Græci pariter ac Romani, ut aliis intuendum præſentaretur, & cerneretur mortuus, *ecqua ea vis illata*, ut indicat *Julius Pollux* lib. VIII. cap. I. Cuſtodem quoque collocationi adponebant haud raro, ne injuria defuncto fieret ab inimico vel creditore. Collocabant autem defunctos vel humi, *Artemid.* lib. I. cap. de Nativ. *Valer. Maxim.* lib. I. cap. 8. vel in alto lecto, *Perſ.* Satyr. 3. Servabant etiam, ut cadaver foras ſpectaret, & facie pedibuſque eſſet in publicum verſis, forſitan eo ſitu abitionem illam poſtremam ſignificantes, ut inquit *Joh. Roſinus*, Antiquit. Roman. *lib.* V. *cap.* 39. Hinc *Plinius*; *Ritu Naturæ capite hominem gigni mos eſt, pedibus efferri*. Vide *Kornmannum* de Miraculis Mortuor. cap. 58. de exitu infantis in mundum & cadaveris e mundo. Ordinem hunc *Lucianus* nobis præit *de luctu* ſcribens; μετὰ ταῦτα δὲ λούσαντες αὐτοὺς καὶ μύρῳ τῷ καλλίςῳ χρίσαντες τὸ σῶμα καὶ ςεφανώσαντες τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι προτίθενται. *Deinde lotos eos unguentoque optimo delibutos & tempeſtivis floribus coronatos collocant*. Apponebant haud raro arma, libros, gemmas & alia, quæ vivos præcipue delectaſſent. Romæ Principum lectis aſſidebant a læva parte Patricii & Nobiles, veſtibus atris amicti, a dextra Matronæ nobiliſſimæ, depoſito omni ornatu & veſtibus albis velatæ. Vide *Chytreum* de Vita & Morte *pag.* 89. Cl. *Dilherrum tom.* I. *diſp. Philolog. pag.* 449. inter cætera ex Platone refert, ad tertium uſque diem collocatum h. m. corpus ſubſtitiſſe, ut interea de mortis certitudine evidenter conſtaret. Neque apud Chriſtianos inuſitatum fuit, ut hominum conſpectui exponerentur mortui. Sic enim *S. Lucas in Actis cap.* 9. 37. Mortuam Tabitham ἐν ὑπερῴῳ, in cœnaculo poſitam fuiſſe ſcribit. Ad quem locum *Aloyſius*

sius Novarinus sect. IV. num. 1019. *Quæ vivens bonis operibus ad summa conscenderat, mortua in altiori domus parte collocatur: antiquitus sæpe in cœnaculo cadavera exponebantur, ut alii notavere.* In eundem Lorinus; *Onuphrius Panuinus*, inquit, *de ritu sepeliendi* cap. 3. *locum ubi cadavera exponerentur, universe infert ex præsenti historia fuisse cœnaculum, vel domus publicam partem. Solet tamen cadaver multis in provinciis ad januam domus, seu in vestibulo exponi &c.* Et hæc expositio, inquit *Gretserus* de Funere Christiano *lib.* I. *cap.* 7. ad spectaculum fiebat, non modo ante ductum, sed & aliquando post ductum funus, nam *corpus B. Paulæ viduæ triduo post funus expositum mansit, donec subter Ecclesiam & juxta specum Domini conderetur*, ut scribit *Hieronymus* in Epitaphio S. Paulæ. Accendebantur quoque ad corpora defunctorum, antequam ad sepulturam exportarentur, *faces, Lampades, cerei*. Sic Constantini M. cadaver *in imperatoris ædibus celso atque edito loco depositum luminibusque circum funus aurea super candelabra accensis, admirabile spectaculum intuentibus præbebat*, ut refert *Eusebius* lib. IV. de Vita Constantini M. *cap. 66.* Testatur etiam *Corippus lib.* III. de cadavere Justiniani nondum elato, *ad illud aurea & argentea candelabra cereis longe lateque collucentibus conspicua fuisse apposita*. Lampas itidem ad corpus S. Ansberti collocata est, teste *Surio* tom. I. Psalmos insuper ad feretrum defuncti cantatos esse, docet *Hieronymus* de S. Paula, *Augustinus* lib. IX. Confession. *cap.* 12. &c. Sed ne quid ceremoniarum prætermittam; Conclamabant tandem per intervalla mortuos, qui in re præsenti erant apud Romanos h. e. mortui nomen claris vocibus ore plurium iterabant. Causam conclamationis suppeditat *Plinius lib.* VII. *cap.* 52. eamque præterea tradit *Cornelius Celsus* Præf. lib. I. de re Medica, *Quoniam*, inquit, *solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari & homines fallere, ideoque simul conclamabatur, si forte reviviseeret*. Eadem causa erat, cur calida defuncti abluerentur. Hinc *Casp. Barthius* Adverf. *lib.* 37. *cap.* 17. *Mos erat antiquorum mortuos, quos comburerent aqua calida abluere, ut si quis Spiritus intus lateret, calore excitaretur*. Ne igitur semivivi, pro mortuis sepulturæ traderentur, consuetudo ciendi clamorem introducta est a Romanis, eo scil. fine, ut vel exeuntem animam retardarent, vel in corpore adhuc delitescentem expergefacerent. Unde & conclamati dicebantur, in quibus nulla spes reviviscendi, quo pertinet illud Terentii; *Desine, jam conclamatum est. Eusebius* προπαρασκευῆς XI. libro & *Theodoretus* ex Platonis x. de Republic. Eris Armenii proferunt exemplum, qui cum in prælio occubuisset, sublatis decimo die cadaveribus, cæteris quidem jam corruptis, integer repertus fuit, & domum delatus ut funeretur, duodecimo ab obitu die pyræ impositus revixit. Tradit venerabilis *Beda*, *lib.* v. Histor. Anglic. *cap.* 15. Patremfamilias in regione Nordarimbrorum circiter annum Domini 683. infirmitate corporis tactam, ad extrema perductum, primo tempore noctis defunctum esse, sed diluculo reviviscentem ac repente residentem, omnes, qui corpori flentes adhæsissent, timore immenso perculsos in fugam convertisse. Plura recenset *Kornmannus*, de Miraculis Mortuor. *part.* II. confer D. *Calixtum* de Immortalitate animæ *cap.* VIII. scil. manent interdum Spiritus humanis corporibus inclusi, sed motus occulti sunt, devinctique sensus adeo, ut vivantne, an non ejusmodi corpora, non facile intelligatur. Sed emansor sum Conclamationis causam indicare volebam, in viam redeam & de signo funebri dicam oportet. Apponebantur apud Romanos foribus indicia quædam, quibus funestam ibi esse domum, cognosceretur, ne quis scil. rem divinam forte facturus imprudens & nescius domum illam introiret, & velut attaminatus suscepta peragere non posset, ut docet *Servius* in 3. Æneid. in id; Atraque cupresso. Indicis autem loco *Picea* & *Cupressus* in vestibulo seu super limen superum Januæ ponebatur. De Picea audi *Plinium* lib. 16. cap. 10. *Picea montes amat atque frigora: feralis arbor & funebri indicio ad fores posita ac rogis virens*. De cupresso eundem *Plinium* lib. XVI. cap. 33. *Diti sacra & ideo funebri signo ad domos posita*. Ast non solum quia Diti sacra, sed etiam quia succisa non regerminat, funestis ædibus apponebatur Cupressus. Hinc *Festus* ait; *Cupressus mortuorum domibus ponebatur ideo; quia hujus generis arbor excisa non renascitur: Sicut ex mortuo jam nihil sperandum est, quam ob causam in tutela Ditis patris esse putatur*. Hæc ille. Divitum autem duntaxat non omnium ædibus funestis præponi solitam sacram hanc lacrymis & luctus arborem autoritate *Lucani*, (elegantissimi ac doctissimi poetæ, elogio *Turnebi* adverf. *lib.* XXI. *cap.* 18. contra aliorum judicium) confirmamus:

Et non plebejos luctus testata cupressus.

Idque

Idque ob peregrinæ arboris raritatem. Refert *Kirchmannus* lib. I. de Fun. Rom. cap. XIV. in fine, Græcos ad fores privatarum ædium tantisper dum illæ funestæ essent, & dum πρόθεσις fieret ejus, qui obierat, vas magnum statuisse aqua lustrali plenum, qua sese quisque exiens aspergebat, qui exequias venerat. Solitos etiam fuisse capillos de ipsius defuncti capite sectos foribus appendere, quod utrumque probat ex *Euripide*. Regredior ad Christianos, qui Campana signum dare solebant, præsertim in Monasteriis, cum quis eorum de seculo fuisset evocatus, vide *Bedam lib.* IV. *histor. Anglic. cap.* 23. Qui mos hodieque in Principum funeribus obtinet. Solet enim, cum quis exspiravit, signum campanis Ecclesiæ publicitus edi; alicubi quidem ante funeris deductionem, alibi dum funus ducitur, alibi utraque vice. In Synodo quidem Dordracena Anno M. D. LXXIV. habita *cap.* 47. decretum est; *Ex eadem causa* (scil. propter superstitiones & precationes pro vita functis) *compulsationes campanarum tempore sepulturæ defunctorum omnino tolli debent*. Nos hunc morem pulsandi campanas in exequiis retinemus, non ut populus hoc audiens pro *defuncto oret, utque procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimici*, sed ut vel indicetur funus, vel ut convocentur nolarum sonitu homines ad funus deducendum. Restat Funeris Indictio, quæ per præconem fiebat apud Romanos, qui ad funus deducendum populum solemni formula evocabat, quæ hæc erat, ut *Scaliger* observ. ex Terentii Phormion. Act. V. Scen. ult. & Varronis Lib. IV. de Ling. Lat. OLLUS. QUIRIS. LETHO. DATUS. EST. L. TITIO. EXEQVIAS. IRE. CUI. COMMODUM. EST. JAM. TEMPUS. EST. OLLUS. EX. ÆDIBUS. ECFERTUR. Hinc etiam *Indictiva* funera, autore *Festo*, dicebantur, vel etiam Indicta apud *Svetonium* in Jul. Cæs. *cap.* 84. quæ erant amplissima & præter alium sumptuosum apparatum quoque ludis celebrata adhibitis etiam desultoribus. Eadem dicebantur *publica*, era'ntque primorum scil. & ditiorum, quibus opponebantur funera *Tacita*, sive *simpludaria*, vulgaria & communia, videl. plebejorum, quæ fiebant sine pompa, sine ludis, sine præcone & indictione, vide *Senecam lib.* I. de Tranquillit. *cap.* I. Ad Tacita funera revocantur *acerba*, h. e. eorum, qui intra Tyrocinii diem & ante sumptam togam virilem moriebantur. Hi enim subtrahebantur potius, quam cum pompa sepeliebantur. In quam rem *Corn. Tacitus* (qui familiam ducit omnes inter historicos, qua prudentiam, qua sincerum mentis judicium, qua postremo ipsam dictionem, Elogio Excellent. Dn. D. *Conringii* Præfat. in Tacitum de moribus Germ. *lib.* XIII. Annal. de morte Britannici. *Festinationem exequiarum edicto Cæser defendit, id a majoribus institutum referens subtrahere oculis* acerba *funera, neque laudationibus aut pompa detinere*. Vide *Kirchmannum lib.* I. de Fun. Roman. *cap.* 4. de his & aliis funerum distinctionibus. Cæterum apud Spartanos, ut *Herodotus* narrat *lib.* VI. & *Alexander ab Alexandro* refert *lib.* III. *cap.* VII. erat constitutum, ut rege defuncto, equites obitum regis enunciantes cursitent, fæminæque crinibus passis & libero conquestu, tinnitu ollas pulsent æneas, quibus nec nocte nec die quies. Tunc audito regis obitu in omnem formam luctus concedi permissum erat &c.

CAPUT VI.

De ipsa Νεκροφορίᾳ, *eamque comitantibus*.

VOce præconis invitati, jam ibimus exequias. Sed ne præpropere efferatur funus, videndum est. Nimia enim maturatio quandoque vivos pro mortuis sepelivit. *Zeno* Imper. in ordine LVI. sive acutiore morbo, sive ebrietate nimia exanimatus cum concidisset, Ariadnæ uxoris jussu in sepulchrum illatus est vivus, ut *Historiæ* tradunt. Idem *Johanni Duns Scoto*, qui ob ingenii acumen *subtilis Doctoris* titulum promeruit, Coloniæ Agrippinæ anno 1308. accidisse *Jovius* narrat in *Elogiis Dd. Vir.* Intervallum vero inter emortualem & elationis diem tam varium fuit, quam variæ ipsæ gentes, neque apud easdem plane idem. Si *Servio* fides *lib.* V. Æneid. ad verba: *Præterea si nona diem &c.* VII. dies a morte ad funeris exportationem intercedebant apud Romanos. Hinc *Alexander ab Alexandro*, Jurisperitus Neapolitanus, Genialium dierum, operis multi juga eruditione referti & promptuarii antiquitatis instructissimi, *lib.* 3. *cap.* 7. ait; *Diebus semptem servare solebant* (corpus defuncti) *ara constituta, ubi odores incederent, quæ acerræ dicta est. Græcis vero septendecim diebus corpora, antequam cremarentur, totidemque noctibus servare mos erat*. Hoc ultimum, scil. de Græcis, desumpsit Alexander ex *Homero*, qui lib. 24. Odyss. tradit Achillis mortui corpus 17. diebus & noctibus defletum & 18. die crematum. Et *Polyd.* de rer. inventione *lib.* VI. *cap.* 10. *Septem* ex-

exactis diebus magna frequentia funus efferebatur, quasi post mortuum moritura, cujus extrema vox erat, Vale, mox te sequar. Verum non per certi alicujus diei habitam rationem multis ostendi posset, si id hic ageretur. Publicis feriis mortuum sepelire non licuisse Romanis (puta ne sacra publica funestarentur Religione privata) refert de re rustica *lib.* II. *Columella*, qui inter omnes, qui extant, rei rusticæ scriptores Solis instar eminet ac elucet, *& Alexander Sardus* de Moribus & Ritibus Gentium *lib.* I. *c.* 27. Neque Judæis (sic enim post reditum a Captivitate Babylonica omnes Abrahamidæ vocati, de qua appellatione vid. *Casaubonum*, Exercit. I. ad Apparat. Annal. *num.* III.) licitum erat diebus festis mortuos sepelire, quia ex contactu mortui pollutio. Sed quoto post mortem die? Anton. Margar. Judengl. p. 60. de cadavere jam egelido refert insutum illud linteis mox efferri ad cœmeterium, olla post elationem e domo terræ illisa, ad indicandum mœrori jam simul factum finem; infertur autem in cœmeterio cuidam ædiculæ, ubi cadaver mensæ impositum oblongæ, calida abluitur undique ac vino inungitur, atque sic linteis suis rursus vestitur &c. Hinc denuo ad novam deportatur ædiculam, ubi mensæ imponitur lapideæ, recitatis precibus צדיק הדין, atque sic demum his absolutis suo committitur sepulchro, agnatis proximis primam injicientibus terram, quos reliqui postmodum imitantur comites, Cæterum Græciæ clarissima stella, Athenæ funera sua, præsertim acerba ante Solis ortum extulere, idque ex lege *Solonis*, qui unus fuit e septem Sapientibus & Legum Atticarum scriptor solus ex septem. Juxta *Ciceronem* II. de Legib. *Demetrius Phalereus* Athenarum per decennium præfectus, a quibus tot statuis fuit ornatus, *quot luces habet annus absolutus*, teste *M. Varrone*, cavit edicto, ut ante lucem efferantur corpora. Exempla qui desiderat, adeat *Homerum*, primum, juxta *Plinium*, doctrinarum & antiquitatis parentem, qui sæpe hunc ritum tangit. Apud Romanos tempus τῆς ἐκφορᾶς nocturnum fuit, ævo antiquissimo, *si Servio* credimus ad *lib.* XI. Æneid. id affirmanti, ubi educebatur cadaver ad faces & funalia, unde & funus dictum ipse autumat. De cujus tamen etymo Grammatici certant & adhuc sub judice lis est. Verum hic mos noctu efferendi funera præsertim in funeribus Indictivis postea exolevit, mansisse tamen videtur in Tacitis & vulgaribus, quod ex *Festo*, Grammaticorum eruditissimo patet, qui *Vespillones* (bajulos, qui cadavera ad sepulturam exportant) inde dictos putat, *quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt*. Hebræis placuisse, ut interdiu sepelirentur defuncti, exempla ostendunt funerum singulorum, v. g. Saræ, Abrahami, Patriarcharumque reliquorum, item Regum aliorumque virorum & mulierum celebrium, unde *Sopranes*, David. dig. 2. fol. 487. *apud Judæos res mihi certa est, diurno tempore mortuos efferri consuevisse*. Apud Christianos etiam aliquando funera noctu ducebantur, præsertim persecutionis tempore, sic enim τὸν ἀποςάτην Julianum lege vetuisse diurna funera, ostenditur ex C. Theodos. tit. de sepult. violat. Felisacus *lib.* I. select. *c.* 16. scribit, *consentientem Græcorum Latinorumque esse ritum, non post vesperum, non intempesta nocte, sed mero die celebratus fidelium vita functorum exequias*. *Christophorus Marcellus*, Archiepiscopus Corcyrensis, *lib.* I. Sacr. Ceremoniarum *sect.* XV. *cap.* 2. de Exsequiis Romani Pontificis refert, Funus Papæ mortui in templum S. Petri delatum *nocte reponi in capella majori, & tandem noctu sepeliri*. Justo tempore. Nocturnum namque tempus noctis filio & tenebrarum convenientissimum est. Nocte etiam portari Cardinalium cadaver ad Ecclesiam, dicit idem capite præcedente. Sed ad Romanos regredior, apud quos omnibus domi peractis tollebatur feretrum. Deferendi vero funus plerumque proximis hæredibus, virilis sexus dabatur munus. Hinc Lyricæ festivitatis antesignanus Romanorumque Pindarus *Horatius* lib. II. Satyr. V.

> *— — — — — cadaver*
> *Unctum oleo largo nudis humeris tulit hæres.*

Nonnunquam & servi libertate donati cadaver sui Domini efferebant. Imperatorum, aliorumque de Republ. præclare meritorum, ut *Coriolani*, *C. Julii Cæsaris*, *Augusti*, feretra subibant interdum Magistratus, Senatores, Patricii, *Dionysio* lib. VIII. *Svetonio* in vita Cæs. *Tacito* lib. I. Annal. testibus. Tenuiores cives, plebsque infima, vel etiam populo invisus quandoque a Vespis seu Vespillonibus & Sandapilariis exportabantur, quod cum ingenti dedecore Domitiano Imperat. alteri post Neronem Orbis monstro contigisse, testatur *Eutropius* lib. 7. & *Svetonius* cap. 17. Apud Spartanos *Filii tecto capite in veste pulla Parentes efferre consuevere*, ut refert *Alexander ab Alexandro* lib. 3. dier. Genial. c. 7. Et

Q. Me-

Q. Metellum Macedonicum quatuor ejus filii rogo intulerunt, ut tradit *Plinius* lib. VII. cap. 44. in princ. Judæi mortuos suos etiam humeris portabant, *Regum funera*, (inquit *Schickardus* de Jure Regio Hebræor. cap. VI. p. 160.) *fuerunt in humeris etiam longissimam sæpe viam exportata: qui honor ne malis quidem regibus & odio habitis publice, fuit denegatus. Cujus humanitatis notabile specimen ediderunt Pharisæi post fata Jannai.* Elatum sic esse Herodem per ducenta stadia, itineres qui triduano, post pauca ex *Josepho* de Bello *lib.* I. *cap. ult.* refert, inquiens *Herodem* גרולי ישראל *Magnates Israel ferebant suis humeris, tarde ac graviter incedentes, quod nulli alii Regum ita factum. Hinc quoque* βασαζότων mentio fit *Luc. c.* VII. 14. Cæterum Bajuli sandalia pedibus inducere vetabantur, docente *Maimonide* ob causam levissimam, quam idem tradit Hal. Efel. *cap.* 4. §. 2. *Efferunt defunctum humeris, (nec vehunt lectica) usque ad sepulchretum, sed latores probibentur calceati sandaliis, ne forte rumpatur corrigia cujusdam & illud processionem impediat.* (Quidam vertunt; *fiatque cunctabundus.*) More hoc humeris ferendi mortuos in prisca Ecclesia nihil fuit frequentius. Qui autem funera olim curabant & efferebant κοπιῶντες h. e. laborantes nominantur in Epist. XII. ad Antioch. quæ sub *S. Ignatii* nomine circumfertur. Item Κοπιάται, *& lecticarii*, de quibus *Justinianus* Nov. 43. & 59. Constantinus Magnus ὁ ἐν χριστιανοῖς βασιλεῦσιν ἀπόστολος (Primus enim Imperatorum Christo nomen dedit) in Ecclesia Constantinopolitana instituit 950. officinas (quarum numerum postea auxit Anastasius Imper.) immunes ab omni publico munere & vectigali, quæ suppeditarent *Lecticarios* seu *Decanos*, ut appellantur in *Novell.* seu *Copiatas*, qui gratuitam efferendis mortuis & sepeliendis præstarent operam. Ad quorum *Copiatarum* seu *Lecticariorum* formam Romæ & ex hoc traduce alibi, institutæ sunt *Sodalitates Mortis*, quibus mortuis sepeliendis præcipua cura, referente *Baronio*, Tom. III. Anno CCCXXXVI. & *Lorino*, in cap. V. Act. Apostol. Hanc enim sibi curam sumebat *Sodalitas mortis*, ut Eligiana in Belgio, ut nemo mortuus supremo funeris & sepulchri honore careret. Quanquam vero Lecticarii ad hoc constituti erant, ut defunctorum corpora efferrent, sæpe tamen honoratissimi quique, pietate & vitæ sanctimonia celebres *sacerdotum propinquorumque manibus excepti perpetuis sedibus illati sunt*, ut loquitur *Sidonius Apollinaris* lib. II. Epist. VIII. Sic Romualdi Abbatis S. Emmeranni, qui Ratisbonæ mortuus est anno Domini 1007. feretro Henricus Germanorum Rex & postea Imperator proprium supposuit humerum, ut illud ad sepulturam deferret, uti ex Arnolfo Comite refert *Baronius*. Sanct. Gregorius Nyssæ Episcopus, quem Græci honoris causa Patrem patrum vocant (teste *Gerhardo* in præfat. ad Postil. Salom. *cap.* XI.) Macrinæ virginis, sororis suæ feretrum ipse subiit. S. Paula *translata est Episcoporum manibus & cervicem feretro subjicientibus*, referente *Hieron.* in Epitaphio ejus. S. Fulgentius etiam ad Sepulturam deportatus est Sacerdotum manibus, ut scriptum legimus in vita ejus, Tom. I. Surii. Erant autem plerumque quatuor tantum, qui feretrum ferebant, ut in funere Macrinæ videre est; Ego, inquit Gregorius Nyssenus, *feretrum subiens illum*, (Araxium Episcopum) *advocavi, ut alteram partem sustineret, posteriores vero feretri partes alii duo de Clero insignes viri.* Interdum tamen vel ob gravitatem oneris, vel ob magnificentiam sex vel octo lecticarii adhibebantur; quod etiam hac nostra ætate fit. Porro feretrorum duo potissimum erant genera apud Romanos, Lectica & Sandapila. Lecticis s. Lectis nobiles ac fortunati, Sandapilis pauperiores & vilioris fortunæ homines efferebantur; iisque interdum apertis, si sua morte obierant vel facie erant non plane deformi, quam sæpe fucare solebant, non levi quamdam vanitate, ut mortuæ interdum, quam viventes adparerent formosiores. Qui mos hodieque in Italia & Gallia obtinere dicitur. Quando autem cadavera ruina ædium detrita vel alio casu mutila, propter deformitatem honeste oculis populi palam exponi non poterant vel plane vestibus involvebantur, tegebanturque. Vel larvæ quædam, quæ eorum faciem repræsentabant, ipsis imponebantur, & hæc dicebantur *Funera larvata*. Sic *Plinius* refert Scipionem Æmylianum obvoluto capite elatum, ne livor vel tumor in ore appareret. *Larvati Funeris* monumentum Romæ adhuc conspici, testatur *Kornmannus* de Miracul. Mortuor. *part. 7. c.* 31. Christianos etiam modo tecta, modo conspicua extulisse olim defunctorum corpora, ex *Nysseno* Orat. in Placillam Imperatricem & *Gregorio Naz.* Oration. in Basilium videtur colligi posse. מטה *Lecti* nomen occurrit in funere Abneri 2. *Samuel.* III. 31. quod nomen alias usurpari communiter solet de lecto, in quo dormituriens vel cibum etiam sumturus se reclinat, vide 2. *Reg.* IV. 10. *Gen.* XLVIII. 2. De Herodis sepeliendi lecto, in-

inquit Jusephus lib. I. de B. J. in fine; *lectus quidem totus erat gemmis auroque distinctus, torus autem* (sive vestis stragula aut culcitra, qua lectus solet insterni) *purpura variatus &c.* Ita Nazianz. in Orat. de funere Basilii, & Epiph. lib. 3. tom. 1. hæres. 71. scribunt, muortuos *in lecticis vel lectulis ad locum sepulturæ manibus sanctorum exportatos*. Constantinopoli, quæ pons ac porta veluti utriusque Orbis, tria cæteris pretiosiora erant feretra, quorum usus in honoratiorum funeribus: *Studii* videl. *Stephani, & majoris Ecclesiæ*, quod erat auro intertextum, de quibus Justinianus *Novella* LIX. *cap.* VI. Antiquitus milites in prælio defuncti, *clypeo*, tanquam feretro ad sepulturam efferebantur: juxta illud *Mantuani* de Pallante in pugna mortuo, Æneid. x. *Impositum scuto referunt Pallanta frequentes*. Ad hunc antiquum sepeliendi morem allusit quondam mater quædam Lacæna, filium ad prælium profecturum clypeo obarmans, cum hoc dimetro, ut est apud Ausonium; *Cum hoc*, inquit, *aut in hoc redi*. Quasi diceret; Revertere quidem; sed vivus cum hoc, mortuus in hoc, neque vivus, neque mortuus sine hoc. Eundem morem *S. Ambrosius lib. de Helia & jejunio cap.* 13. indicavit docens, quosdam intemperantes ganeones & helluones, ventris milites, non Martis, nec sanguine perfusos, sed vino madidos e conviviis, tanquam e præliis efferri, *scutis impositos ad sepulturam*. Tyrannis in Christianos sævientibus deferebantur Martyrum corpora ad sepeliendum clanculum, & ut plurimum *supra vehicula*, in ruralem usum, ut id Ethnicis celarent ministris. Unde in Libello sive Epistola *Luciani* Presbyteri de inventione corporis Protomartyris Stephani, (quam allegat *Baronius* tom. I. Annal. ad ann. 34.) leguntur hæc verba: *Ego Gamaliel compatiens Christi ministro, misi per noctem quantos poteram religiosos Christianos habitantes Hierusalem in medio Judæorum, & hortatus sum eos, & necessariam substantiam ministravi ac persuasi illis ire occulte, ut portarent corpus ejus meo in vehiculo, ad villam meam, & ibi feci illis planctum fieri diebus septuaginta, & poni eum in monumento novo in orientali theca &c.* Appellabantur prædicta vehicula *Birota*, a duabus rotis, in actis S. Feliculæ adjunctis, cum aliis actis SS. Nerei & Achilei apud *Surium* tom. 3. 12. Maii ibi. *Sanctus autem Nicodemes presbyter in spelunca degens, clam abstulit corpus ejus ex cloaca, in quam fuerat projectum, noctu in Biroto vehens illud ad casulam suam septimo milliario ab Urbe Roma, via Ardeatina, ibi eam sepelivit &c.* Vide *Johannem Baptistam Casalium* de Veteribus sacris Christianorum ritibus cap. LXVI. Cæterum feretrum ipsum, quod S. Ambrosius *supremi funeris instrumentum*, vocat in cap. 7. Lucæ, pompa partim præcedebat, partim sequebatur. Præportabantur faces, candelæ & cerei funeribus frequentissime apud Gentiles, etiam illis, quæ interdiu ducebantur, quem morem a nocturna exportatione remansisse dubito nullus, nec dubitare finit *Servius* lib. VI. Æneid. *Per noctem autem urebantur, Unde permansit, ut mortuos faces antecedant*. Confer *Tacitum* lib. III. Annal. *Kornmannus* de Mirac. Mortuor. parte VII. cap. 47. inquit; *Ab antiquo more efferendi mortuos noctu, quem ex diurno nocturnum voluit esse Imp. Julianus in veter. C. Theod. tit.* 17. *de sepulc. viol. lib.* 5. *ratio ibi, in fin. ut dolor esse in funeribus, non pompa exequiarum nec ostentatio videatur, permansit postea consuetudo, ut in omnibus funeribus, etiam quæ interdiu ducebantur, faces, candelæ, funalia & cerei adhibeantur*. In Prisca etiam Ecclesia ad cereos ac luminaria elata funera discimus ex *Nazianzeno* Orat. in Cæsarium fratrem (in cujus funere mater accensas faces gestavit:) usurpat ibi Theologus vocem λαμπροφορίας, quæ licet pro *candida veste* possit intelligi, mavult tamen pro *cereorum & facium gestatione* accipere *Billius* in eand. Orat. *quod nobis priscum Ecclesiæ morem in honestandis cereorum ac lucernarum gestatione funeribus repræsentet*. In funere S. Paulæ *Pontifices* quidam *lampades cereosque præferebant*, ut refert *Hieronymus* in Epitaphio ejus. His junge *Gregorium Nyssenum* de funere S. Macrinæ, *Chrysostomum* Homil. IV. ad Hebræos, ubi & finem hujus funalium moris tradit. scil. *lampades, in exequiis Christianorum ideo accendi & funeri præportari, ut significent defunctos deduci tanquam athletas quosdam, qui devicto seculo ad supremum illum βραβευτὴν ac designatorem pergant, coronas ac præmia accepturi strenue pugnatarum pugnarum*. Vel ut *anteactam vitam demonstrent tum & fragilitatem humanæ vitæ*. Hinc *Baronius* Tom. I. cap. 119. *Accensis cereis, cantu prosequi pompam funeris apud Christianos antiquo usu receptum esse, multis habetur testatum exemplis*. Porro apud Romanos plures instrati lecti in pompa funeris ante ibant persæpe, sicut de Sylla, cui sex millia, & Marcello, cui sexcentos lectos prælatos legimus. In exequiis Imperatorum, Principum ac Nobilium præferebantur insignia honorum, quos gessissent in vita, sed inversa, ut fasces, secures, arma, vexilla, atque urbium

bium dona, ſpolia hoſtium, ſimulacra gentium urbiumque ſubactarum, expreſſæque cera majorum imagines longo ordine. Exempla pete ex *Alexandro ab Alexandro* loc. cit. & *Kirchman.* de Fun. R. lib. II. cap. 7. De imaginibus vero præcipuo nobilitatis Romanæ inſigni in funeribus ductis lege *Polybium* lib. VI. Hiſtoriarum. Refert *Andreas Tiraquellus*, Tomo I. Operum cap. XX. de Nobilitatis prærogativis & privilegiis num. 150. *in Galliis obſervari, ut in funeribus Regum & liberorum regiorum præferantur non quidem majorem, ſed ipſorum imagines ad vivum repræſentatæ*. Quid Chriſtiani veteres? *Crucem*, notam Chriſto militantium, ac Gloriæ trophæum præferebant in funere. Geſtabant etiam quandoque in manibus palmas. Sic S. Petrum Epiſc. Alexand. & Martyr. ſepelierunt, *victrices palmas manibus tenentes*. Antelatæ crucis meminit *Gregorius Turonenſis*, lib. de vitis Patrum in Lupicino Recluſo cap. 14. Sed de perſonis dicam oportet, quæ funebrem præceſſerunt lectum, ubi primo ſe offerunt *Siticines*, ſic dicti, quod apud *Sitos* h.e. ſepulchro conditos (vel potius condendos) canerent, ut annotavit *A. Gellius* Noctium Atticarum eruditiſſimus ac puriſſimus ſcriptor lib. XX. cap. 2. *Cum cantu enim mortuos ad ſepulturam proſequi oportere, plurimarum gentium vel regionum inſtituta ſanxerunt*. Ut eſt apud *Macrobium* lib. II. Som. Scipion. cap. III. Adhibebantur & *Præficæ*. Hæ aſſa voce, illi (Siticines) inſtrumentis canebant, puta tubis, tibiiſque, quarum frequens fuit in Græcorum Romanorumque funeribus uſus, quod late probat *Kirchmannus* loc. alleg. cap. IV. & V. Certe *Homerus* Iliad. ω. refert, cum cadaver Hectoris in urbem allatum ac lectis penſilibus impoſitum eſſet, adfuiſſe ἀοιδοὺς θρήνων ἐξάρχους, *cantores luctus principes*. Cæterum Tibias ad puerorum puellarumque aut minoris ætatis funera reſtringere, videntur præter *Servium* in V. Æneid. *Lactantius Placidius* in lib. VI. Statii, *Jubet*, inquit, *religio, ut majoribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur*. Et *Statius* ipſe lib. VI. Thebaidos:

> *Tibia, cui teneros ſvetum deducere manes.*

His ex recentioribus ſubſcribunt *Cornelius a Lapide* ad Matth. cap. 9. & I. *Druſius* Præteritorum lib. I. in loc. præd. Subjicit hic cauſam; *Nam*, inquit, *inſtrumentum eſt Tibia, exilis & anguſtæ vocis*. Verum id non placet *Kirchmanno*, dicto cap. V. ubi aſſerit; Tubas quidem funeribus duntaxat indictivis adhibitas fuiſſe: Tibias vero funeribus quibuſcunque, puta puerorum, ſenum, divitum, pauperculorum, plebejorum, nobilium. Cujus *ſententiæ noſtræ*, addit, *fundus eſt, quod næniæ ad tibiam canebantur: communes autem omnibus funeribus næniæ*. Sic quoque Hier. Magius Miſcel. lib. I. cap. 13. tibicines quibuſcunque funeribus adhibitos olim fuiſſe cenſet promiſcue, idque aliquod probat autoribus. Sed ſufficiat nobis probaſſe Tibias, Tubaſque adfuiſſe exequiis. Sed an in Hebræorum quoque funeribus monumentarii ceraulæ? audiamus Wilh. *Schickardum* de Jure Regio Hebræorum cap. VI. theor. XIX. *An etiam Siticines adhibuerint veteres Hebræi, equidem ignoro, inquiſivi curioſe, ſed nondum reperi ullum ejus veſtigium, niſi forte* המקוננות *lamentatrices fœminæ*, Jerem. IX. 17. *huc referri debeant, quæ anus pretio conductæ, ululatu ſuo lugentibus lacrymas eliciebant, ut apud Romanos præficiæ*. Hujuſmodi lamentatricum non ſolum, ſed & lamentatorum marium meminit Maimon. H. Efel. cap. 12. initio. *Quia planctus vergit in honorem defuncti, ideo tenentur hæredes* (mortui) *mercedem dare planctoribus & planctricibus, ut hoc officium præſtent: niſi moribundus ipſe teſtamento vetuerit*. Pergit Schickardus; *At hoc voce præſtabant, non organis, quid ergo ſibi vult ille tumultus Auletarum in Evangelica Hiſtoria* Matth. IX. 23. *apud filiolam primatis exanimem? videntur hoc a gentibus, quarum ſub poteſtate fuerant, didiciſſe. Romani enim tubicines & tibicines adhibebant; &c.* & poſt pauca. *Inde igitur a victore populo ad Judæos, ut alia multa, emanaſſe credibile eſt*. Hæc ille. Bartholom. Mejerus Philolog. S. parte I. cap. VI. ex conſuetudine Græcorum hoc ipſum Judæos hauſiſſe affirmat. Quicquid ſit, a Gentilibus poſtea Judæi in funerum curatione Tibicines mutuati ſunt. Hinc ipſum Thalmud (quod jus Civile Judæorum vocat Johann. Druſius Præterit. part. II. ad Matth. cap. 9. v. 27.) *Tibiæ adhibentur ad exhilarandum ſponſum ac ſponſam* (in nuptiis) *aut ad plangendum mortuum* (in funeribus.) Et *Buxtorfius* in Lexico Talmud. de חליל tibia longiore (eine Schallmeye) annotat ejus uſum tam in gaudio fuiſſe, quam in luctu. Certe Evangeliſta *Matth.* IX. 23. αὐλητῶν diſerte meminit, qui deducendo funeri præſto erant, quique rauco ſuo ſtrepitu tum turbam conciebant, tum pompam præeundo cohoneſtabant, tum ſpectatores pompæ advocabant. Sequuntur Planctrices ſive *Præficæ*, quarum paulo ante facta mentio, quæ ſic dicebantur, jux-

juxta *Varronem* & *Festum*, quod planctui præficerentur, dabant enim cæteris modum plangendi suisque falsis lacrimis sciebant aliorum ciere veras. Mulierculæ erant, quæ mercede adductæ ad *tibias ferales* lamentabile & inconditum carmen femineo ululatu miris gesticulationibus iterabant & laudes ac facta defuncti non sine miseratione recensebant, pectus insuper tundentes, capillos vellentes, &c. non itaque *tibias in funere tractabant ipsæ*, *sed earum modulis intercinebant*, ut observat Reinesius lib. I. Var. Lect. cap. 20. & 21. Unde *Lucilius*, qui primus Latinorum Satyram scribere aggressus est, Satyr. XXII.

—— mercede quæ
Conductæ flent alieno in funere præficæ,
Multo & capillos scindunt & clamant magis.

Imperatorum quidam, ut est apud Vopiscum, jussit Præficas a suo funere omnino arceri: *Nam si probus* (inquit) *sui, & de Republica bene meritus, cuncti lacrymis decorabunt funus meum; sin vero improbus, & tyrannus, etiam conductitiis lacrymis haud dignus ero*. Salmuthus ad Pancir. tom. I. memor. pag. 340. scribit, eas conductas esse ad decantandas mortui laudes ante domum, itemque ad planctum fictasque lacrymas, quibus peculiare fuit carmen commune omnibus funeribus, quod privatim facerent, mutatis nominibus defunctorum atque familiarium. Θρηνῳδῶν γυναικῶν usus erat non tantum apud Romanos, sed & apud Græcos, quod *Plato* indicat in *Minoe*, & ex *Æsopo Apologo* in πλωστῷ aliisque manifestum. Plorabant ergo hæ conductitiæ mulieres & lamentabantur in alieno & ad se nihil pertinente funere nummorum gratia, unde & *fictarum lachymarum simulatrices* eas vocat, *Varro lib.* VI. *Lingu. Lat.* Carmen autem ab aliis cantari solitum peculiari nomine *Nenia* dicebatur, videatur *Scaliger Poetices lib.* I. *cap.* I. Latini Veteres *Lessum* appellarunt. Judæos quoque olim in funeribus adhibuisse lamentatores & lamentatrices mulieres ex *Jerem.* IX. & *Maimonide* loc. alleg. colligi potest illorum planctus, non mero absolvebatur clamore aut ejulatu, sed præcipue cantionibus ac epicediis in honorem defunctorum, lugentiumque solamen institutis; hæ vero etiam solerter instructæ erant ad plangendi hunc actum, & hujusmodi cantum, qui alias nugæ dicebatur. Ita namque Scaliger in Varronem; *Nugæ erant proprie, quæ canebantur in mortuorum laudem*. *Chemnitius Harm. Evang.* CLXVII. f. 1278. per ὄχλον θορυβούμενον Matth. IX. v. 23. intelligit præficas, alii non præficas, sed cognatos, familiares vicinos & reliquam turbam oppidanam, quod malo. Cum nuspiam in Sacris verbum θορυβεῖν de tali, qualis præficarum est, luctu usurpetur, & potius de vehementiore multitudinis discursitantis & commurmurantis strepitu, vide Actor. XVII. 5. Nahum. II. 23. Jud. III. 26. unde & Beza exponit *strepentem & ad funeris pompam concurrentem*. Justinianus Imp. muliebrem lessum in funere in cantum convertit, & præficarum loco Psaltrias substituit, quæ feretrum præcedebant Psallentes, ut est in Novell. 59. Hinc Præficarum loco Psaltriæ erant apud Christianos. Hi enim Hymnorum & Psalmorum cantu perducebant ad dormitoria sua defunctorum corpora. Cæsarius frater S. Gregorii Nazianzeni *cum multiplici hymnorum cantu deducitur*, *celebrique pompa ad Martyrum sedes effertur &c. Psalmorum cantu luctum consopiente*. *Hieronymus* de Funere Paulæ viduæ ait; *Psalmorum linguis diversis examina concrepabant*. Item: *Hebræo*, *Græco*, *Latino*, *Syroque sermone Psalmi in ordine personabant*, & supra citatis verbis subjungit, *alios* Episcoporum *choros psalentium duxisse*. Erant ergo psallentes in choros & certos ordines distincti, quibus sui erant duces. *Triplicis canentium ordinis* meminit *Nyssenus* in funere Macrinæ sororis. *Psallentium turmarum Gregorius Turonensis* loc. supra citato. *Hieronymus* de funere Fabiolæ, inquit, *Sonabant Psalmi & aurata tecta Templorum*, *reboans in sublimi quatiebat Alleluja. Hic juvenum chorus*, *ille senum*; *qui carmine laudes fœmineas & facta ferant*, confer *Chrysostomum* homil. IV. in Epist. ad Hebræos. *Sulpitium Severum* in vita S. Martini. *Dionysium* (quisquis ille, etsi non Areopagita, cujus mentio in Actis cap. 17. v. 34. scriptor tamen antiquus, eruditus & elegans judicio Dn. D. *Calixti Concordiæ Evangel. lib.* VII. *cap.* I. *in fin. cap.* 7. de Ecclesiastica Hierarchia. Psalmi autem decantabantur, tum ante funeris elationem, ut supra vidimus, tum in ipsa elatione & sepultura, imo etiam post sepulturam, tota sæpe hebdomade novis semper subvenientibus & funus psalmodia sua cohonestantibus. Docet id Hieronymus de funere Paulæ Romanæ; *Psalmi in ordine personabant*, *non solum triduo*, *donec subter Ecclesiam & juxta specum Domini conderetur*; *sed per omnem hebdomadam cunctis*, *qui venerant*, *suum funus*, *& proprias credentibus lacrymas*. Et ne ulli funeri

neri psalmodia deesset, destinavit ad hoc officium Asceteria, certumque Ascetriarum sive sanctimonialium numerum Justinianus Imper. in Constitutionibus, quas Novellas vocant, quod Codice recentiores, *Novell.* LIX. jam citata. Prohibuerat in Africa Rex Gensericus, ne mortuos suos cum psalmorum cantu efferrent Christiani de quo conqueritur *Victor Uticensis*, malorum, quæ Augustini ætate passa est Africana Ecclesia in Persecutione Vandalica, narrator, lib. I. de Persecut. jam dicta: *Quis sustineat atque possit sine lacrymis recordari, dum præciperet nostrorum corpora defunctorum sine solemnitate hymnorum cum silentio ad sepulcrum perduci?* Causam, cur hymni in funeribus decantarentur, reddit S. Chrysostomus Homil. 4. in Epist. ad Hebræos; *Dic mihi, quid sibi volunt istæ lampades tam splendidæ? Nonne sicut Athletas mortuos comitamur? Quid etiam hymni? Nonne ut Deum glorificemus, eique gratias agamus, quod jam coronavit discendentem, quod a laboribus liberavit, quod a timore liberatum apud se habet.* Romani, ut ad eos redeam, ne quid deesset ineptiarum, adhibebant in illustrium & fortunatorum virorum funeribus præter alias pompas etiam Ludios & histriones, qui lectulum præcedebant & sicinnem saltationem saltabant. *Dionysius Halicarn.* lib. VII. Nonnunquam aderant scurræ & mimi, qui personas fingerent, ac dicta gestusque vivi imitarentur. *Svetonius* in Vespasiano cap. 19. Insuper Orcini Liberti (i. e. qui testamento manumissi & Libertate donati) feralem lectum sui domini præcedebant pileati, aut alba lana capitibus velatis, ut observat *Alexander ab Alexandro* ille Polyhistor. Genial. dierum lib. III. cap. 7. Funus ipsum prosequebatur proximiorum, affinium & amicorum turba, & *Filii quidem velatis, Filiæ vero nudis capitibus sparsisque crinibus*, teste *Plutarcho* in ῥωμαϊκοῖς probl. 14. Sæpe aderat Senatus universus, Magistratus, equitum turmæ atque adeo tota civitas, si quando Regum aut Imperatorum, aliorumque, qui de Republica optime fuissent meriti, funus efferrent. Funeris enim hæc lex erat, inquit *Alexander ab Alexandro* loc. cit. *ut præcedente pompa funebri, vivi sequantur, tanquam haud multo post morituri.* *Tholosanus* Syntagm. Juris Universi lib. II. c. 14. num. 15. feralem processum hunc in modum describit: *Adest*, inquit, *& pompa & exequiarum major solemnitas in sepeliendis viris de Republ. bene meritis, ut in Lucilio Longo funus factum apud Cornelium Tacitum lib. 4. Augusto Octaviano apud Dionem Cassium lib. 48. Hist. Rom. præcedebant sacerdotum collegia, Appian. in Syllæ funere, & præferebantur omnia mortui ornamenta majorumque imagines. Procedebat funus more prisco, sequebantur homines, quasi post ipsum defunctum morituri, subsequuturique a quibus dicebatur* Vale, nos te sequemur. *Inde & dictæ exsequiæ, ut apud Donatum legitur in illud Terentianum;* funus interim procedit, nos sequimur. Hæc in rem præsentem volui producere, licet pluscula. *Filesacus* l. I. select. cap. 16. p. 288. monet, ordinem, dispositionemque funeris palam monstrare, cum defuncti corpus prælatum, cognati, affines ac amici prosequuntur, necessarios nostros solum *præmitti*, *non amitti*. Athenis lege sanctum erat, ne quis in alienum funus accederet. De quo *Cicero* lib. II. de LL. circa finem: *Sublata etiam erat celebritas virorum & mulierum, quo lamentatio minueretur. Habet enim luctum concursus hominum: quo circa Pittacus omnino accedere quenquam vetat in funus aliorum.* Cognati ergo & amici ibi potissimum conspiciebantur. Defunctorum corpora cum honore & multitudine comitantium delatos fuisse ad sepulcrum apud Judæos docet sæpe citatus *Maimonides* H. Efel. cap. 4. inquiens; *Et qui funus comitantur, dicunt solenniter:* Vade in Pace. & in fine c. 12. *Quisquis effertur in lecto, multi juxta illum cohonestant sua præsentia: qui vero non effertur in lecto, apud eum comparent nulli.* Ibidem etiam disquirit, uter sexus debeat præcedere. *Est locus*, ait, *ubi mulieres solent præcedere feretrum, ibi præcedant sane; quia illæ mortem introduxerunt in mundum: est alius, ubi sequi solent, ibi sequantur; ob honorem filiarum Israel, & ne quis forte masculus illarum aspectu incendatur, ut explicat Talm. Jerosol.* seq. cap. XIII. *In qualibet serie non pauciores decem personis incedunto.* Funus comitari solenne fuisse Judæis, exemplis docet S. Pagina. *Omnes servi Pharaonis, seniores familiæ ejus & seniores terræ Ægypti* deduxerunt ex Ægypto in Cananæam exanime corpus Israel, Gen. L. 7. Abneri militiæ ducis feretrum sequebatur Rex & Propheta David cum ministris suis 2. Sam. III. v. 23. Matth. 9. 23. in Jairi Archisynagogi ædibus ὄχλον videmus θορυβούμενον, haud dubie funeris comitandi ergo jam præsentem. Et Turbam multam civitatis Naim Filii Viduæ exequias ivisse legimus apud *Lucam cap.* VII. *v.* 12. Christiani etiam frequentissimi sæpe ad exequias sanctitate inprimis & dignitate excellentium hominum confluebant. vide *Gregorium Nazianz.* Or. in laudem Basilii, *Gregorium Nissen.* Or. in S. Meletium Episcop. Antioch. *Sulpicium*

tium Sev. in vita S. Martini Epist. 3. *Hieronymum* in vita S. Paulæ & Fabiolæ. *Eusebius* lib. 4. de vita Constantini, Exequias pientissimi Imperatoris sic describit; *Cadaver in capsulam collocatum & purpurato Operculo obtectum Constantinopolin deportatum & in Basilica sub altissimis gradibus depositum est, luminibus super candelabris aureis circumcirca accensis, inde deductum in aliud Templum, ubi conditum est, turba frequens omnis generis secuta est*. Aliquando a funerum deductione Virgines novasque nuptas arcuerunt S. Patres. Sic enim χρυσορρήμων χρυσόστομος *lib.* 3. περὶ τῆς ἱερωσύνης: *Jam & Virgini oportet funebres pompas & publica pervigilia interdicta esse*. *Et Synesius* Episcopus Ptolemaidis Epistol. III. ὐ γαρ οἶμαι, νομίζεται νυμφευτρίαις βαδίζειν ἐπ᾽ ἐκφοράν. *Non enim opinor, moris est, ut nova nupta ad funus conveniat*. Aliquando, inquam, non enim semper virgines a deducendis funeribas exclusæ fuerunt. Nam in funere jam laudati Chrysostomi *magnum fuisse Virginum multitudinem*, testatur *Palladius*, in Dialog. de fun. Chrys. *Virginum chori fletu abstinentis præ pudore* in funere 8. Martini meminit *Sulpitius* Epist. 3. In funere S. Paulæ *nullam Virginum cubiculorum secreta texisse* ait *Hieronymus* in Epitaphio Paulæ. *Omnem in exequias sexum convenisse & ætatem*, dicit *Corippus* lib. III. de funere Justiniani. Fuisse autem confluentem ad funus deducendum populum in ordinem & certa agmina dispositum, docet *Nyssenus* in Vita S. Macrinæ. Vide & *Jacobum Gretserum* l. I. de Sacris processionibus cap. 13. ubi exempla funebrium processionum recenset. Nec illud prætereundem esse monet idem lib. II. de Funer. Cristian. cap. III. equos interdum saccis seu operimentis lugubribus amictos in pompa funebri ductos esse, ut & hodie fit in Imperatorum, Regum, Principum ac Nobilium funeribus. Testatur id *S. Chrysost.* Hom. III. ad populum Antiochenum. *Divite aliquo mortuo non servos solos, & ancillas, sed & equos necessarii saccis amicientes & agasonibus tradentes ad sepulchrum ire jubent*. Funus exsequentes, præsertim qui proximiori sanguinis nexu cohærebant, defuncto *lachrymis indulgebant* maxime. *Pascunt enim frequenter lachrymæ & mentem allevant fletus, refrigerant pectus & mæstum consolantur. Est quoque piis affectibus quædam flendi voluptas & plerumque graves lacrimas evaporat dolor*, inquit *Ambrosius* de obitu Valentini. Ipse Salvator ad monumentum Lazari flevit, aliisque lacrymantibus se conjunxit Joh. II. 35. ex quo Judæi colligunt ejus amorem erga defunctum. Et Josephus Patriarcha non aqua calida, ut Achilles Patroclum suum ab Hectore interfectum (*Homerus* Ιλσ.) sed lacrymis ignitæ caritatis & humanitatis corpus paternum lavat Gen. L. I. Rex David feretrum Abneri a Joab fraudulenter interfecti plorans sequebatur, 2. Samuel. III. 31. 32. Sororem in Sororis funere sanguineas lacrymas fudisse refert *Delrius* Polemica 2. Alexander Macedo illacrymavit funeri conjugis Darii, *Curtio* teste, lib. IV. post med. In funere Macrinæ sororis Nysseni *Virorum & mulierum multitudo Psalmorum decantationem fletibus interrumpebat*. *Maimonid.* ait c. 12. Efel. §. I. *Quicunque segnis est ad plangendum consanguineum, dignus est, qui sepeliatur vivus: & quisquis lacrymas profundit super consanguineo, merces ejus ob idipsum asservatur penes Sanctum Benedictum*. Lacrymis planctus, *ejulatusque* immiscebantur & lessu, i. e. voce sonore ejulante omnia implebantur. *Cicero* Legem XII. Tab. *de lessu funeri non habendo* exponit lib. 2. de legibus, de lugubri ejulatione. *Plato* ait, lib. XII. de leg. *fieri mortuum, jubere aut vetare absurdum est, plangere vero & voces ac lamenta extra ædes mittere vetandum*. Etiam Rex David in funere Abneri *extollebat vocem suam ac flebat super sepulchrum Abner*, 2. Samuel. III. 32. Quandoque ob doloris impatientiam *dirumpebantur vestes*, laceris partibus aliquandiu relictis in terram pendulis, ut hac ratione etiam aliis constaret de interno dolentis animi affectu. Hinc *Drusius* ad loca Numer. cap. 58. ait, *scindebant etiam vestes in luctu aut dolore privato, & omnino ceremonia erat vetus, qua prisci illi homines cor suum dolore lacerari testificabantur. Hunc ritum omnibus fere priscis populis communem fuisse constat ex Homero, Virgilio & Herodoto*. Copiosius id ostendunt *Kirchmannus* de F. R. *lib.* 2. *cap.* 17. *P. Faber* Semestr. *lib.* 2. *cap.* 10. *Serarius* Comm. ad Esth. *fol.* 330. *Sopranes* in Davide *digr.* 3. *fol.* 540. Sic vestimenta sua scindebat Jobus annunciata filiorum morte, *Jobi* I. 20. David ob mortem Saulis, charissimique Jonathanis 2. *Samuel.* I. II. itemque ducis Abneri *cap.* III. 31. filiorumque regiorum *cap.* XIII. 31. Experiebantur, autem violentam illam scissionem modo pallium, sive vestis exterior, modo tunica, sive vestis interior, modo utraque, vide *Dn. L. Geier.* tractatu de Luctu Hebr. *c.* XXII. §. II. seqq. *Maimonides c.* VIII. Efel. §. I. inquit, *Lugens tenetur scindere ob mortuum suum, cum dictum sit* (Lev. x. 6.) *& vestimenta vestra ne dissuatis, ne moriamini, &c.*

Porro

Porro Romanæ mulieres solvere crines in funere solebant (quo pertinet illud *Ovidii* lib. 2. fastor. de Lucretia; *Passis sedet illa capillis, ut solet ad nati mater itura rogum*,) imo vero etiam viri, si qui comam alerent, vide *Kirchmannum* de Funer. Rom. *lib.* II. *cap.* 12. *Alexander ab Alexand.* loc. cit. inquit; *Apud Græcos convenit, in luctu viros comas alere, barbamque capillumque submittere, mulieres vero tonsis crinibus esse.* Germani quoque veteres (teste *Tacito* de moribus eorum) lugebant barba & capillo promissis. Ita hodierni etiam Judæi cognatorum lugentes mortem intra 30. dies neque lavantur, neque tondentur, teste *Schindlero* in Lexic. v. פרע & *Buxtorf.* Synagog. Judaic. *cap.* 35. Nec solum circum colla fluitare atque errare sinebant capillitium, verum etiam immitibus manibus lacerare atque evellere solebant. Sic ob mortem matris *prima manu flavos Lavinia crines & roseas laniata genas* conspicitur apud *Virgilium lib.* XII. Æneid. Materque Darii audita Alexandri morte, abscissa veste, qua induta erat, lugubrem sumsit, *laceratisque crinibus*, humi corpus abjecit, vide *Curtium lib.* x. Sic & Esra ruptis vestibus evellit etiam capillos capitis & barbæ, *Esræ* IX. 6. Cinere quoque crines conspergebant & terræ pulvere sordidabant. Sic Priamus pulvere aspersus Hectoris filii mortem luget, Iliad. ω. Hinc *Virgilius lib.* x. Æneid. *Canitiem multo deformat pulvere*. Idem alibi; *intonsus multo deturpat cinere crines*. Sic in Sacris conspicimus Josuam vestimentis ob cladem laceratis super faciem procidentem atque una cum senioribus populi cinerem capiti inferentem, *Jos.* VII. 6. conf. I. *Sam.* IV. 12. Quandoque etiam in acerbo funeris luctu crines sibiipsis amputabant, & crinibus tonsis defunctos lugebant. De tonsione seu rasura virorum lugubri videndus *Kirchm.* lib. II. de F. R. cap. 14. ubi eam a plerisque gentibus usurpatam esse ait, & exemplis probat, confer *Alex. ab Alex.* lib. III. Gen. Dier. cap. 7. Imo Persæ non sibi solum ipsis, conjugibus & liberis in luctu tondebant comas, sed etiam jumenta atque equos simili modo deturpabant, uti constat ex *Curtio* lib. x. *Herodoto* lib. IX. *Brissonio* lib. II. de Regn. Persarum pagin. 257. *Plutarchus* in vita Alexandri M. tradit, eum *in luctu Hephæstionis equos, mulosque totondisse*. Detonsos vero crines cum flebili vociferatione vel cadaveri imponebant, vel rogo inspergebant Græci pariter ac Romani, in quam rem latissime iterum inquirit *Kirchmannus* lib. II. de F. R. cap. 15. confer *Alexander ab Alexand.* loc. alleg. *Alexandrum Sardum* de ritibus & moribus Gentium *lib.* I. *cap.* 26. Sed num & Hebræi in luctu tonsi? Omnino. Producimus hic primo loco Jobum, integerrimum Dei servum, qui post dolores, angustiasque maximas *surgit* tandem, *lacerat vestes & tondet caput suum*, cap. I. 20. vel secundum Coccejum, & *vellit capillum capitis sui*, Jerem. XVI. 6. minatur Deus, quod *neque ob magnatum*, *neque tenuium mortem* יקרח *decalvabit se quisquam*, usitatum ergo alias hoc fuit in populo Dei inter funera. confer cap. 41. 5. *Esa.* XXII. 12. *Ezech.* VII. 18. *Mich.* I. 16. Memorat enim *Hieronymus* ad *Jer.* 16. de Judæis sui temporis; *mos hic fuit apud veteres, & in quibusdam permanet Judæorum usque hodie, ut in luctibus incidant lacertos, & calvitium faciant*. Observat etiam *Paulus Fagius* ad *Deuter.* XIV. I. calvitium fuisse factum vel resecando capillos, vel manu extrahendo, vel veneno corradendo. Nec hic subsistit ab immodico mœrore imperata deformatio. Incidendæ etiam insuper erant genæ, dilacerandæ mammæ & membra cætera, vultusque ipse cruentandus, ut sanguine plorarent. Refert *Rosinus*, l. v. antiq. cap. 39. in funeribus Gentilium receptum fuisse, ut nisi captivorum aut gladiatorum esset copia, lugentes ipsi suum laniatis genis effunderent cruorem, quo sic demum satisfieret Inferis sanguinis conspectu. Quod tamen lege XII. Tabul. fuit interdictum, quæ hæc habebat; *mulieres genas non radundo*. Meminit *Petronius Arbiter*, in Satyr. matronæ Ephesinæ, cujus *facies unguibus secta*, item *Quintilianus* declam. x. mulieris, quæ filium lugens sanguinantes ad judices porrigit lacertos, quæ scisso laniatoque vultu, quæ lividis uberibus &c. *Theodoretus* in *Lev.* quæst. 28. de Græcis inquit; *consueverant Græci radere barbam* (modo ergo tondebant, ut hic ex Theodoreto, modo producebant barbam & capillos, ut supra ex Alexandro ab Alexand. audivimus) *cum aliquem lugerent & genas inciderent in honorem defunctorum; nec non aliquas corporis partes acu perforabant & nigro vestiebantur in reverentiam Dæmonum*. De Scythis refert *Herodotus* lib. 4. quod in regum funere *aurem* (vel ut *Henr. Stephanus* in marg. ponit, *auris partem*) *decidant*, *crinem circumtondeant*, *brachia circumcidant*, *frontem nasumque consaucient*, *sinistram manum sagittis trajiciant*. Sic & de Tartaris Circassis scribit *Adamus Olearius*, in Itin. Pers. *fol.* 523. illos in luctu dilaniare frontem, pectora & brachia, ut large defluat sanguis. Cæterum

terum non solum Græcis, Romanis, Ægyptiis, Assyriis, Carthaginensibus, Scythis &c. usitatum, ut in mortuorum honorem & in mœroris argumentum carnem suam vel cultellis inciderent vel unguibus lacerarent, vide *Alexand. ab Alexand.* loc. cit. sed etiam Judæis. Nihil enim tam proclive est, quam ut alii ad aliorum mores ac consuetudinem se conformantes, ultro citroque sua inter se communicent vitia, Jerem. XVI. 6. dicitur; *Morientur magni & parvi, nec plangent eos, neque* וחגודד *se incidet quis*, גרר est *turmatim convenit, depopulatus est*, & in hithpael החגודד *seipsum incidit*, irruptionem quasi crebram, & violentam fecit in seipsum, sive unguibus, sive cultellis, instrumentisque aliis. Unde colligimus, morem hunc incidendi alias in gente Judaica fuisse receptum & pervulgatum. Sed severe eum interdixit *Deus Levit.* XIX. 28. ושרט (a שרט, quod Schindlerus exponit incidere ad sanguinem usque lacerare scalpello aperire, scarificare) *incisionem vero ob animam*, (i. e. propter mortuum) *non ponetis in carne vestra, neque figuras aliquas aut stigmate facietis vobis, ait Dominus*. Levit. XXI. 5. *Sacerdotes in funeribus propinquorum suorum in carne sua non incident incisionem*, Deuter. XIV. 1. *Non incidetis vos, nec ponetis calvitium inter oculos vestros super mortuum.* Ad quæ verba annotat *Lutherus* in Comm. h. l. tom. 3. Jenens. Latin. fol. 114. *Incisio hic intelligitur non illa impressio stigmatum, de qua infra dicet, sed ritus quidam funebris, quo forte Ægyptii & aliæ gentes faciem secuerunt & prociderunt, dum supercilia deraserunt in signum tristitiæ &c.* Sed quanquam *incisio carnis* (verba sunt Chemnitii Examin. Concil. Trident. in Historia Purgatorii cap. 2. *& evulsio capillorum in luctu mortuorum expresse prohibita erant* Levit. 19. Deuteron. 14. *Ex conversatione tamen inter Gentes Israelitis etiam Prophetarum tempore illa usurpari cœpta fuisse ex* Jeremiæ cap. 16. *non obscure colligitur*. Adeoque cum tandem adeo invaluisset præpostera hæc lugendi ratio, ut instar diluvii totam operuisset regionem sanctam ejusque incolas, legisque velut vires obtinuisset, inde tandem factum est, ut Prophetæ illinc crebras petierint loquendi formulas, adhibitis non raro etiam imperativis, ob rem scil. infallibiliter eventuram, usque adeo, ut nisi quis instituta Dei immotæ meminerit firmitatis, existimare possit, Prophetarum istis locutionibus posterioribus, priora quodammodo fuisse abrogata, ut bene observat Dn. L. *Gejer.* tractat. de Hebræor. Luctu cap. VII. §. 9. Scribit *Hieronymus* ad cap. 16. Jerem. incisionem hujusmodi luctuosam suo etiamnum seculo inter Judæos viguisse. *Maimonides* ait cap. 12. Afoda Sara §. 12. *Lanians se laniatu uno ob mortuum, vapulat* (juxta Levit. 16. 28.) *Par ratio Sacerdotis atque Israelitæ alterius. Si laniarit se laniatu uno ob mortuos quinque vel laniatibus quinque ob mortuum unum, vapulat quinquies. Et quidem tum demum, si unaquaque vice fuerit præmonitus.* Taceo hic manuum supra caput elevationem, retractionem, complosionem, pectoris & femorum percussionem in luctu gentilium & Judæorum frequentissimam. Lugentes enim, præsertim mulieres præ impatientia modo manus extendebant & elevabant, modo retrahebant, modo complodebant, modo pectora pugnis percutiebant. Atque hujus στερνοτυπίας principes erant Præficæ apud Romanos. Hæ enim cæteris modum plangendi præibant, ut supra dixi. Vide Dn. L. *Gejerum* loc. sæpe citato cap. 14. & 16. *Kirchmann.* de Funer. Rom. lib. 2. cap. XI. *Ravanellum* tom. 2. Bibl. tit. Pectus num. IV. item percutere num. I. Denique & ornamentum omnem ponere Exequiatores, more tam in Græcia, quam Romæ usitato, lugubriaque vel mortualia induere solebant. Hinc *Livius*, Historiæ pater lib. XXXIV. *Quid aliud in luctu, quam purpura atque aurum deponunt, quid cum eluxerunt, sumunt.* Et *Seneca* Consolat. ad Helviam cap. 16. *Nostis quasdam, quæ amissis filiis, imposita lugubria nunquam exuerunt.* Itemque *Servius* XI. Æneid. *Lugentium mos est, prioris habitus immutatio.* Sed ut a capite ordiar, privabant lugentes caput priore suo ornatu, & vel lugubri peplo aut tegmine involvebant, luctus, mœrorisque causa, vel nudum relinquebant, idque sic nudatum vel tondebant, vel cineribus inspergebant, uti supra dictum. Romanorum filii velatis, filiæ vero apertis capitibus, passoque crine in funus prodibant, teste *Plutarcho*, in quæst. Rom. probl. 14. Darium, mortuam uxorem lugentem *diu capite obvelato flevisse*, scribit *Curtius* lib. 4. Sed & Sponsæ Gentilium flammeo tegebant luteo caput, genasque, cum ad maritum ducebantur, unde *Nuptiarum* hodieque manet nomen. *Nubere* enim apud priscos idem est, quod *operire, tegere*. Hinc & *Nubes* dictas Varro asserit, quod cœlum tegant. Vide *Hotomannum* de Veteribus Nupt. ritib. cap. 15. Reperimus etiam apud Hebræos tectum in luctu vultum. Sic David, 2. Samuel. XIX. 5. *filium lugens Absolomum, operuit caput suum*, & suum illud funebre lamentum iterabat, *Absalom, fili mi*. Addit

dit R. David Kimchi; *quia ſic moris erat lugentium, operire ſemetipſum*. Ezechiel. XXIV. 16. ſeqq. interdicitur Prophetæ viduo ritus lugentius his verbis, *non planges, nec flebis,* —— *mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata ſit tibi*. Coronam hanc de tæniis, vittiſque tenuibus, quæ tempora ligabant, in modum coronæ capillos cingentes, cum ſine pileis incederent Hebræi, intelligit *Sopranes* in Davide Digr. I. fol. 361. ſeq. quam ipſam porro coronam in luctu exiſtimat depoſitam, ita ut vel coma tonderetur, vel pulvere aſperſa libere flueret. *Hieronymus* vero per coronam ipſam comam intelligit, hunc locum ita exponens; *Habebis comam, quæ tondetur in luctu*. Et ſtatim. *Nos autem juxta Septuaginta, coronam capillorum intelligamus cæſariem*. Aditur porro apud Ezechielem; *neque obveles barbam;* שפם *eſt totum labritium*, inquit, *Mercerus* ad Pagn. Lex. i. e. *quidquid infra naſum continetur etiam cum mento &c.* Totum itaque barbæ ſpatium in luctu fuit opertum, quod etiam Flacius obſervat in Clave, voce Panis; *In funebri*, ait, *luctu os tegebant panno lineo, & caput involvebant, præſertim in publicum prodeuntes*. Maimonid. cap. 5. Efel. §. 19. inquit, *unde eſt, quod lugenti prohibita capitis nudatio? nimirum, quia Ezechieli dictum; non operias barbam. Prorſus itaque lugentes reliqui tenebantur operire caput. Et quidem ſudarium ſeu linteum illud, quo operiebant caput ſuum, operiebat etiam ex parte labium lugentis, juxta quod dicitur, barbam operies, ubi* Ὄγκελος *declarat: ſicut lugens ſe operit*. Etiam apud nos in qnibuſdam urbibus non ſolum fæminæ linteis candidis, ſed & viri nigris, pellucidiſque faciem velati tegminibus honoratiorum funera comitantur, ut cuique notum. Jam ad reliqui corporis lugubria tegumenta progredior. Erant ea plerumque coloris nigri, qui color luctui & triſtitiæ ſemper habitus fuit convenientiſſimus. *Pullus veſtium color ſive olim, ſive hoc tempore fere funeribus dedicatus*, inquit, *Bonfrerius* Comm. in Deuter. cap. XXI. v. 12. *Magna ex parte lugentium & aliorum, qui funus ſequebantur veſtitus pullus*, i. e. *niger erat*, inquit, *Tiraquellus* in Alexand. ab Alex. loco ſæpius adducto pag. 307. *Pulla veſte amicti erant* in funere Auguſti Tiberius & Druſius, teſte *Dione* lib. LV. *Atrata plebs* in exequiis Germanici. *Tacit. lib.* III. *Ann.* Nec Viri ſolum, ſed & fæminæ pullatæ, & atratæ (Græci vocant μελανομενοῦντας) priſcis temporibus veniebant exequias. Sic enim *Dionyſius Halicarnaſſeus*, Hiſtoricus bonus, Rhetor ac Criticus nobilis, quo curatius tempora nemo obſervavit (judice *Scaligero* in animadverſionibus Euſebianis) operis ſui, quod ipſe ἀρχαιολογίαν Ῥωμαϊκὴν appellat lib. VIII. *Romanorum matronæ, ut mos eſt, illis in luctu domeſtico & neceſſariorum funeribus, depoſito auro & purpura, cæteroque ornatu atratæ ipſum per annum integrum luxerunt*. Quæ vero deinceps veſtes in luctu erant, iiſdem in funus prodierant. Poſtea & color albus ſignum luctus eſſe cœpit Romæ, allatis aliis ex peregrinis regionibus coloribus; unde *Herodianus* literis conſignavit, fæminas Romanas in exequiis Imperatoriis veſtibus candidis fuiſſe uſas, *Juſtus Lipſius* ad lib. II. Annal. Taciti tradit, quod fæminæ Romanæ florente priſca republ. uſæ fuerint in luctu *nigris* veſtibus, *albis* vero, ſub Imperatoribus republic. extincta, in adoleſcentum funeribus cæruleam veſtem frequentes induiſſe Romanos ex Catone docent *Cœlius Rhodiginus* Lect. Antiquit. lib. 17. cap. 21. & *Alexand. ab Alex.* Genial. Dier. lib. III. cap. 7. Græciæ mulieres in luctu nigro amiculo contectas fuiſſe, clare proponit *Ardemidorus* lib. III. cap. 3. quanquam *Alexand. ab Alex.* loco jam alleg. *apud Græcos fæminas, viroſque in candida veſte cum coronis ampliſſimi viri exequias proſequi*, afferat. Refert idem eodem loco, Syracuſanis etiam fuiſſe in more, ut candido amictu velati & fronde coronati efferrent mortuos; Argivos quoque in luctu albas veſtes aqua ablutas induiſſe & in candido amictu funus comitatos eſſe. Album colorem etiam hoc tempore apud Chinenſes in luctu funebri adhiberi, ait *Bonfrerius*, Com. in loc. cit. *Diodorus Siculus* de Carthaginenſibus refert, eos inſigni affectos clade civium præſtantiſſimorum in luctus publici ſignum ſolitos fuiſſe, muros civitatis nigro circumdare panno. Sic & hodie, ad majoris luctus demonſtrationem, Imperatoris, Regum, Electorum, aliorumque Principum mortuorum palatia, vel certe præcipua eorum loca veſtiuntur panno coloris atri, more vetuſtiſſimo, & alias quoque apud Gentes uſitato, Judæos mutaſſe veſtes in funeribus ſuorum, aſſumptis eis, quæ luctui funebri convenirent ex Ezech. XXVI. 16. colligi poteſt; *Vementa ſua varia abjicient, & induentur ſtupore*, i. e. inquit Menochius Com. in h. l. *veſtem ſuam acu pictam deponent, & induentur veſte lugubri, qualem aſſumunt, qui præ dolore quodammodo ſtupent*. Sane David ſe dicit incedere קודר pullatum, quaſi quilugeret matrem *Pſalm.* XXXV. 14. ubi Hebræam vocem Kadar non niſi tenebricoſum obſcurumque deſignare poſſe colorem,

rem, exemplis probat *Dn. L. Gejer.* loc. sæpius alleg. cap. XXII. §. 5. p. 401. Vide *Lorinum* ad Psalm. 34. (35.) 14. *Mart. de Roa* part. 2. singul. lib. 2. c. 2. pag. 152. seqq. *Menochium* lib. 8. Reip. Hebr. cap. 6. quæst. 5. qui omnes in colore nigro lugentibus Hebræis usitato, consentiunt. *Bonfrerius* vero Jesuita loc. alleg. dubitat, an certus ei rei color fuerit dedicatus, cum nec Scriptura nec Josepus uspiam id indicet, quin potius, solis vestium sordibus, vel sordidato duntaxat habitu luxisse Judæos in funeribus autumat. *Buxtorfius* Synagog. cap. 35. pag. 433. inquit, Judæi moderni *pullis vestibus in luctu non utuntur, sed vestes illas, quibus obitus tempore quis indutus fuit, nec ullas alias, toto luctus tempore per integrum scil. annum gestare tenetur*. Mutabant & Christiani olim in luctu ac funere vestes. Tertulliani discipulus, sed Magistro ipso major *Cyprianus*, in sermone de mortalitate meminit atri seu lugubris vestitus, quem in funere cognatorum superstites induebant. *Mortuo Chlodoberto Chilperici Regis filio, viri lugentes, mulieresque lugubribus vestimentis indutæ, ut solet in conjugum exequiis fieri, in hoc funus prodirunt*, ait *Turonensi* lib. v. Hist. Franc. cap. 34. Redeo ac victorem Orbis populum. Ductabatur Romæ pompa funeris, si paullo illustrior, meritisque in Rempub. insignis fuisset defunctus, primum in forum ad Rostra, ibique locabatur. Aderat mox, si per ætatem licebat filius, vel sanguine junctorum unus, aut in defectu eorum, alius vir doctissimus, qui defuncti præconia oratorie persequebatur, Tiberius, ut *Svetonius* fidem facit, novem annos natus erat, quum pro Rostris defunctum patrem laudaret. Primus autem *Valerius Poplicola* Brutum mortuum funebri oratione laudasse fertur pro Rostris, anno primo post Reges exactos. Vide *Plutarchum* in Poplicola, *Rosinum* Antiq. Roman. lib. 5. cap. 39. & inprimis *Dionysium Alicarnasseum* lib. 5. de origine hujus ritus erudite disserentem. Dubitat vero ibi eruditissimus Scriptor, *utrum Valerius primus hunc morem apud Romanos instituerit, an institutum a regibus secutus fuerit?* Hæsitat quoque *Livius lib.* II. extiteritne apud Romanos earum orationum inventor. *Quod tamen hoc sit Romanorum vetus inventum*, addit Dionysius, *in funere illustrium virorum, virtutes eorum laudari, neque a Græcis primum institutum fuerit, ex communis historiæ scriptis didici;* Idem eodem loco testatur, sero Athenienses has laudationes funebres, quas ἐπιταφίυς λόγυς vocant, cæteris funeris ritibus addidisse. *Anaximenes* tamen orator hujus instituti autorem fuisse Solonem, literis prodidit, teste *Petro Fabro* Semestrium lib. III. cap. 13. p. 176. Adeo autem illam Poplicolæ, defuncti collegæ laudationem atque commendationem placuisse populo Romano, refert jam dictus *Petrus Faber*, ut ab eo tempore consuetudine receptum fuerit, ut præclarorum virorum mors funebri oratione decoraretur. Habebatur quidem is honos primum solis viris, translatus vero deinde etiam est ad fœminas. Sic Julia Augusta *laudata est pro Rostris a C. Cæsare pronepote, qui mox rerum potitus est*, ut refert *Tacitus* init. lib. v. Anal. Caligula suam aviam *defunctam etiam prætextatus pro Rostris laudavit*, teste Svetonio c. x. *Fuitque in usu apud Ægyptios*, (verba adnumero *Alexandr. ab Alex.* loc. all.) Rege *defuncto antequam justa dentur, per Sacerdotem, qui proximam tenebat dignitatem, omnem vitæ seriem, & ipsius dicta factaque & an fuerit fortissime præliatus, an vero segnis ac deses ex alto suggestu in maximo omnium conventu perlegi & recenseri: & si vitia prævalebant, honore funeris privari atque insepultum cadaver abjici. Si vero virtutes præcellerent, omni honore cumulari, unguentis deliniri & laudibus celebrari*. Idem, paulo aliter tamen ex *Steph. Pasquierio* refert *Limnæus* de Jure Public. Imp. Rom. Tom. I. lib. II. cap. 12. num. 7. Ita enim ille: *Apud Ægyptios olim Regis demortui corpus omnium exponebatur adspectui, ea cuique data licentia, denati in laudem, quæ ab ipso laudabiliter gesta, juxtaque in vituperium contraria, exponere. Quod si vituperantium voces & numerus major deprehendebatur, ea in contingentia, sepultura denegabatur corpori. Hoc reges omnium timebant maxime, tum propter ignominiam, tum quod communi errore sibi persuasum haberent, animas hominum vagas usque persistere, donec consuetis ceremoniis sepulturæ traderetur corpus, proindeque ne perpetuæ huic pœnæ subjicerentur, omnem movebant lapidem, ut recte agendo, nullius in se concitarent odium*. Judæi, ubi ad sepulchretum pervenerunt, propter sepulchrum feretrum humi deponunt, sepulchrum circumeunt, & longam admodum precem recitant hodie, quam, צדיק הדין *justificationem judicii* vocant, vide *Buxtorfium* Synagog. Judaicæ cap. 35. *Srbickardum* de Jure Regio Hebr. cap. VI. Sunt qui existimant, in verbis Prophetæ Esaiæ LVII. I. *Justus perit, & non est, qui recogitet* &c. describi Concionem funebrem, quam Esaias Regi Ezechiæ pie defuncto habuerit. Christianos defunctorum gratia Orationes instituisse, ex antiquorum Patrum scriptis notum

notum est, in quibus complures tales inveniuntur. *Dionysius*, qui Areopagitæ titulum præfert, describens ritus Christianorum sui temporis circa mortuos c. 7. Ecclesiasticæ Hierarchiæ pag. 218. Edit. Paris. An. 1562. defunctum ante humationem ad Pontificem in loco sepulturæ consistentem deferri, inquit, qui εὐχαριστήριον εὐχὴν, *precem complectentem gratiarum actionem* super eum peragit, (quem ritum etiam tangunt *Gregorius Nyssenus* in funere Macrinæ Virginis S. *Augustinus* lib. 9. Confess. de funere matris suæ Monicæ) *finita prece osculo salutat Præsul defunctum, quod & reliqui, qui præsentes sunt, faciunt* (Quod ipsum tamen seculo septimo improbavit Concilium Antisiod. can. 12. *non licet mortuis nec Eucharistiam nec osculum tradi &c.*) *deinde oleum ipsi infundit* (quæ alibi non fuisse usitata observat *Chemnitius* Exam. Concil. Triden. parte III. cap. v. in Historia Purgatorii) *prodit postea præcipuus ex ministris, qui dimissis Cathecumenis, Sanctosque jam mortuos concelebrat, & pari laudatione modo vita functum prosequitur, hortaturque omnes, ut sibi ipsis identidem postulent beatum in Christo excessum*. Habemus hic specimen Orationum ac laudationum funebrium. Confer *Socratem* lib. v. Histor. cap. 9. ubi Gregorius in funere Meletii Antiocheni orationem habuisse dicitur. Omnes vero istas orationes funebres, quæ in scriptis Patrum extant, habitas esse ipso die sepulturæ, & ad ipsum sepulturæ locum nemo affirmaverit. Sufficit nobis hoc Concionum funebrium institutum fuisse S. Patribus admodum usitatum.

CAPUT VII.

De ipsa Funeratione.

Romani finita oratione & commendatione defuncti, per forum extra urbem, si comburendus erat mortuus (hoc enim cuique liberum erat, teste *Rosino* Antiquit. Rom. lib. v. cap. 39. funus recta deportabant in locum cremationi destinatum, qui modo conjunctus erat cum sepulcro, modo ab eo separatus. Deportatum una cum ferali lectulo Rogo vel Pyræ lignis, *lege XII. Tabul.* non dolatis extructæ & cupressis aliquando, gravem ustrinæ fœtorem jucunditate odoris comprimentibus, devinctæ imponebant, oculis iterum patefactis. *Morientibus enim oculos operire, rursusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est*, inquit *Plinius* N. H. lib. 11. c. 37. Ipsi mortuo sanguine proximi (quorum vicem subibant in funere Imperatorum Consules & Magistratus) facie aversa pyræ facem accensam inferebant. Rogo jam incenso (in imperatorum ac illustrium virorum funeribus) militum turba plebsque cætera sinistro gyro ter circumcursitabat & Præficæ h. e. planctuum principis fletibus respondebat. Ritum hunc tangunt *Homerus* & *Virgilius*, ille Græcorum, hic Latinorum poetarum pater ac princeps. Ille Illiad. Ψ.

> Οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρὸν εὔτριχας ἤλασαν ἵππυς
> Μυρόμενοι.

Hic lib. XI. Æneid. in funere cæsorum Trojanorum imprimis Pallantis.

> *Ter circum accensos cincti fulgentibus armis*
> *Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem*
> *Lustravere in equis ululatusque ore dedere.*

Talis Decursio funebris, Græcis περιδρομὴ facta est in funere Augusti, *Dio* lib. LVI. Syllæ, *Appian.* lib. I. bell. civilium. Pertinacis, *Xiphilin.* in Severo & ipsius Severi, teste eodem ibidem. Cæterum & Græcos cadavera rogo imposita combussisse notum est. In populo vero Hebræo morem illum Gentilium comburendi cadavera usitatum fuisse, non legimus. Neque enim is igni, sed terræ, omnium matri committebat mortuos suos. Hinc *Calvinus* Com. in I. Sam. cap. 31. 12. *Insitatum erat*, inquit, *apud Judæos igne cremare corpora: quandoquidem Patres sepultos fuisse & humatos non crematis corporibus, scimus*. Imo *ignominiosum fuit*, *quod Josias ossa hominum sepultorum in altari Bethel cremavit*, 2. Reg. 22. 20. In contrarium nonnulli afferunt, I. *exempla* v. g. *Saulis & filiorum ejus*, quorum cadavera ex muro Bethsan sublata combusserunt Jabesitæ, auferentes postmodum ossa & cineres, eademque sepelientes I. Sam. 31. 12. 13. *Jorami*, 2. Chron. 21. 19. *mortuus est infirmatus malis & non fecerunt ipsi populus ejus combustionem, secundum combustionem patrum ipsius*. *Asæ*, regis cap. XVI. 14. *Posuerunt eum in lectica, quam repleverant aromatibus & speciebus* h. e. aromaticis speciebus, *operi pigmentario confectis & combusserunt ei* (propter eum, *Munsterus*, bustum ei fecerunt, Tigurini) *combustione magna valde*. Idemque Sedechiæ, Jeremiæ 34. 5. *In pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum, regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent tibi*. 2. *dictum*

Amos

Amos VI. 10. *Et tollet eum* (domi mortuum) *patruus ejus & cremabit eum* (vel juxta alios, *& avunculus ejus*) *ad educendum ossa de domo*. Unde *Abulensis* I. Reg. 31. quæst. 18. contendit, carnes principum virorum, (de vulgaribus enim cadaveribus aliam fuisse rationem conceditur,) comburi solitas, ne putrescerent, & gravem ex se fœtorem emitterent, ossa vero, quæ a tabe & vermibus libera sunt, mandari sepulturæ. Vel eatenus combustionem in funere regio receptam censet, ut solummodo amburerentur, ut ita diutius odorem conceptam cadavera suffitibus afflata retinerent. Verum exemplum Saulis, quo maxime nititur *Abulensis*, rem non conficit, Est enim in Saulis ἀκεφάλῳ cadavere, filiorumque ejus corporibus peculiaris ratio, ex qua nullo modo conjectare licet, solenne fuisse apud Judæos, comburi Regum carnes & ossa sepeliri. Male habita illorum cadavera a Philisthæis fuerant, itaque incolæ jubes Gilead nocte quadam excurrunt Philisthæis ea eripiunt, & ne denuo novam illius inferrent ignominiam eademque effossa male tractarent, flammis absumsere. *Casp. Sanctius* Comm. in h. l. aliam affert rationem; *Cum aliquot dies*, inquit, *ut necessarium videtur, ex historia, cadavera illa pependissent in muro, aspirabant jam gravem aliquem & intolerabilem halitum, quem nec ipsi, qui ex muro sustulerant, ferre possent, neque alii ad carnes illas regii cadaveris fœtentes & putridas exequiales honores obire sustinerent. Quare commodum visum est, imo & necessarium nudare carnibus ossa, quibus in patria Regio more parentarent, & carnes incendio consumere, ne quid secum tetrum & fœtidum adducerent, quod Regi futurum esset ignominiæ*. Hæc ille. Alias denique Adm. Rever. *Dn. Lic. Gejer* de Hebræor. Luctu cap. VI. §. 4. hujus facinoris profert causas; postquam enim eam, quam nos primo loco diximus, attulisset, inquit, *vel saltem Jabesitæ peculiare quid, gentibusque aliis conforme exequiarum genus elegerunt circa primum hunc regem, qualem antebac neminem Israelis populis habuerat, cujus proinde tumulandi rationem genuinam videntur conjicere adhuc non satis potuisse; accedit, quod alias iidem hi Jabesitæ non parum a reliquis se alienos præbuerint Israelitis, adeo ut cum urbes universa atque singulæ ad expugnandos Benjaminitas convenerint, hi tamen cives soli se subduxerint Judic. 21. 8. ut hac ratione non exiguam singularitatis aut cum gentilismo collusionis suspicionem de se præbuerint. Quid itaque mirum, si cum primo hoc Israelis rege inusitatum quoque, aut vicinis forte gentibus receptum sepulturæ genus introducendum sunt arbitrati*. Quod concernit exempla Jorami, Asæ & Sedechiæ, non dicitur in fonte, *combusserunt* אותו *ipsum*, (sicut I. Sam. 31. 12. de cadaveribus Saulis, filiorumque ejus dicitur, combusserunt אתם illa) sed לו *ei*, quod idem est, ac *combusserunt in honorem ejus*, vel *propter* aut *super eum*. Recte Lutherus; Die machten über ihm einen Brand/ item, sie machten ein sehr groß brennen/ &, wie man über deine Vater gebrennet hat/ so wird man auch über dich brennen. Non itaque ipsum corpus Asæ Regis, sed aromata super eum combusta sunt. *Nonnemo interpretum*, ait *Schickardus*. de jure Regio Hebreor. cap. 6. *opinantur, corpus* (Asæ) *cremasse* (Hebros,) *at ego lectum cum aromatibus tantum deflagrasse statuo, quia eodem V. ipsum* cadaver diserte humatum esse dicitur. Hinc *Estius* h. l. *combusserunt* scil. *odoramenta, super eum*. Et Tirinus; *Et combusserunt super eum*, Hebraice, *ei combusserunt*, supple, inquit, *aromata, quæ supra & juxta cadaver continuo exurebantur. Unde patet, non tam ipsum cadaver apud Judæos, quam juxta cadaver aromata comburi consuevisse, ut multis exemplis docet Gaspar Sanctius & alii*. Sic quoque promittit Sedechiæ Dominus; *Secundum combustiones patrum tuorum, regum priorum, sic comburent tibi*, i. e. sic adolebunt in exequiis tuis aromata & facient ustiones odorum captivi Judæi in honorem tuum, teque tanquam regem suum justis funebribus prosequentur. Qui honor denegatur Joram 2. Chron. 21. 9. Intactis ergo corporibus hæc aromatum ustulatio peracta fuit apud Judæos, adeoque magna diversitas est inter Hebræa & Romana busta. Hebræi thura cremabant & suffimenta alia, ipsaque supellectilia tantum & quidem in solius magnatis, puta Regis & Rectoris Synedrii funere, ut postea audiemus, Romani vero ipsa corpora comburebant. Apud Amosum vocem ומסרפו, quæ nuspiam alias in S. Codice occurrit, quamque aliqui reddunt, *aut crematur ejus*, R. Nathan exponit per אחי אמו *fratrem matris ejus*, unde etiam *Lutherus*, sein Vetter und sein Ohme. Quod & *Schindlero* placuit in Lexic. Et licet מסרף idem sit, quod משרף *comburens*, ob cognationem, alternationemque illarum literarum, nec tamen inde sequetur Romana cadaverum crematio. Nam מסרפו idem est ac משרף לו *cremans illi*, vel in honorem ejus pro more adolens thymiamata inter sepeliendum aut efferendum, ne pestilenti odore incestarentur, ut loquitur *Coccejus*, præsentes. *Vide Dn. L. Geier.* loc. alleg. Regredior ad morem combu-

ren-

rendi Gentilium. Galli etiam & Romani comburebant defunctorum corpora, ut de illis *Cæsar*, de his *Cornel. Tacitus* testatur, sed Christianismo invalescente mos iste penitus est sublatus & pœnæ loco habitus. Hinc *Pererius* in cap. L. Gen. num. 4. *Apud Christianos ejusmodi mortis genus probrosæ & infamis pœnæ loco, nefandæ libidinis & obfirmatæ hæreseos reis infligitur*. Observat etiam *P. Martyr* ad 1. Samuel. 31. 13. *eam comburendi rationem a Christianis nunquam receptam esse*. Porro antiquissimis temporibus varia pecudum & animalium genera, defuncto in vita charissima ad rogum mactata, ignibus injiciebantur apud Gentiles. Quod nec *Homero* incognitum, & *Plinius* Epistolarum scriptor testatur libr. IV. Ep. 2. *Habebat puer*, (Reguli filium intelligit) *manulos multos & vinctos & solutos, habebat canes majores, minorisque: habebat luscinias, psittacos, merulas; omnes Regulos circa rogum trucidavit*. Aliquando & vivi homines, puta captivi vel servi in societatem illustris cadaveris immolati & concremati leguntur, de quo ritu *Tertullianus* lib. de Spectaculis C. de munere. *Nam olim quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari* (nota causam crudelitatis) *creditum erat captivos vel malo ingenio servos mercati in exsequiis immolabant*. Gallis quoque solenne erat in ignem inferre, quæ vivo cordi fuisse putabant, animalia, servos, clientes, teste *Cæsare* lib. VI. bell. Gall. De antiquis Germanis inquit *Tacitus*, libro de moribus Germ. *Funerum nulla ambitio, id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur, struem rogi nec vestibus, nec odoribus cumulant, sua cuique arma, quorundam igni & equus adjicitur*, equus non vivus, sed ante jam mactatus, teste *Cæsare* loc. jam cit. Vide *Cluverii* Germ. Antiq. lib. I. cap. 53. pag. 333. seq. arma autem una cremabantur, utpote pretiosissima atque charissima Martiæ genti bona, per quæ claritatem adepti erant. Descriptio regni Africani Gvineæ, quæ primum a Batavis edita, refert; regni ejus incolas alterum credentes mundum maximam suppellectilis partem defunctis adsignare, ut quocunque venirent, haberent, quod ad usus quotidianos necessarium esset. Singulos item nobiles, qui in aula Regi ministrarunt, ei defuncto mancipium aliquod largiri, cujus ministerio in altero mundo utatur, alii alios, uxores etiam & filios in servitium ei mancipare simulque sepelire. Vide den VI. Theil der Orientalischen Indien cap. 43. & 44. pag. 107. 108. 109. *Thauri, gens Scythica, cum regibus extinctis gratissimos eorum amicos una sepeliunt*, inquit *Kornmannus* de Miracul. Mortuor. *part.* VIII. *cap.* 4. idem ait *cap.* 7. *Scythæ pop. ut Plutarchus refert, cum mortuis regibus pincernas, cocos & pellices sepeliunt. Credo ne quid necessarii officii post obitum eis desit*. Quidam etiam spontaneo vivicomburio præ nimio amore erga defunctum vitam finire non recusabant. De indicis mulieribus præter alios autores id affirmat *Cicero* V. Tuscul. *Mulieres vero in India, cum est cujusque earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit. Plures enim singulis solent esse nuptæ, quæ est victrix, ea læta prosequentibus suis una cum viro in rogum imponitur: illa victa mœsta discedit*. Eundem morem Thracibus quoque adsignat *Pomponius Mela*, scriptor principibus Latinorum accensendus (juxta *Barthium* Adv. lib. XV. c. 6.) lib. II. de Situ Orbis cap. 2. *Nec fœminis quidem segnis est animus super mortuorum virorum corpora interfici, simulque sepeliri votum eximium habent: & quia plures singulis nuptæ sunt, cujus id fit decus apud judicaturos magno conamine affectant*. Dicit hic Mela, *super mortuorum virorum corpora interfici, non segnem fuisse fœminis animum*, quod explicans *Solinus cap.* XVI. inquit, *Fœminas insilire defunctorum conjugum rogos*. Sed integra ipsius adscribam verba; *Uxorum*, inquit, *se numero jactant; & honoris loco ducunt multiplex conjugium. Quæ fœminæ tenaces sunt pudicitiæ defunctorum insiliunt conjugum rogos, & quod maximum insigne ducunt castitatis, præcipites in flammas eunt*. De quibusdam etiam fœminis Romanis idem testatur Romanus Sapiens lib. II. decl. 2. *Quædam se maritorum rogis ardentibus miscuerunt*. Sed addam cætera. Apud Romanos, Græcosque qui funus sequuti & imprimis, quibus maxime in amoribus fuerat mortuus, vestimenta sua detracta, nonnulli arma, enses, balteos, mulieres, armillas, Zonas vittasque & cætera hujusmodi, in rogum conjiciebant, quæ peculiari nomine Δῶρα, *Munem* dicebantur, vide *Svetonium* in Cæsare cap. 88. confer & *Alexandr. ab Alexandr.* Gen. Dier. lib. III. cap. 7. *Kirchman.* de F. R. lib. III. cap. V. Item thura & unguenta, odoresque omnium generum, quos lancibus interdum ferebant, igni injiciebant. Hinc *Sixtinus Amama*, in Antibarbar. Bibl. lib. IV. pag. 738. *Apud Romanos*, inquit, *in ambitiosis funeribus & exequiis, qua* μετὰ πολλῆς φαντασίας *peragebantur*, una cum ipsis cadaveribus magna aromatum vis flammis absumpta fuit, sicuti in funere Neronis. Qui in

fu-

funere quoque suæ Poppeæ plus cinnamomi & casiæ combussisse dicitur, quam universa Arabia uno anno ferret, Plin. XII. 18. Nec absimilis Israelitarum mos, qui super Lectis defunctorum Regum aromata adolebant, ut ex Sacrosancta Vetusti Fœderis Historia locis supra allegatis constat. Exemplum quoque hujusmodi sepulturæ refert *Josephus* Antiq. XVII. 10. & de Bello Jud. I. ultimo, ubi de funere Herodis, *hoc sequebantur D. ministri aromata ferentes*. Et plenius *Josippus* de eodem; *Quinquaginta ministri ad latus feretri gestabant totidem aurea thuribula, lignum odoriferum ustulantes maxima copia & myrrham purissimam continue in lectum injicientes*. Comburebant etiam super Reges & Synedrii Rectores supellectilia & utensilia eorum, *non ulli parcebatur Sindoni* (verba sunt *Schickardi* de Jure Regio Hebræorum cap. VI. theor. 19. pag. 164.) *non pretiosis peristromatibus, non aulæis, non cervicalibus; ipsæ sellæ regales &c. cremabantur; Solum sceptrum & corona non conflabantur, sed recondebantur una cum cadavere, prout supra in Herodis funeratione memoravimus*. Sic quoque *Maimonides* ultimo totius tituli Efel. (cap. 14. §. 26.) paragrapho; *Si rex aut princeps moritur, comburendus est ejus lectus, omnisque suppellex, qua ministratum fuit ipsi*. Idem in tractatu Melachim cap. 2. §. 1. *non utuntur ulla supellectile regali, sed cum ille moritur, comburunt universam coram ipso*. Cum privato vero defuncto suppellectilem, qua in ægritudine usus fuerat vivus, sepelire Judæos, *Schickardus* docet loc. alleg. verbis præcedentibus. Verum hujus consuetudinis in historia V. & N. T. nulla extant vestigia, sequiori ergo ævo eam obtinuisse hinc manifestum est. Refert insuper *Casaubon.* Exercit. 16. num. 97. ex jam dicto Mose Maimonide, *una cum supplicio affectis ipsa supplicii instrumenta apud Judæos fuisse sepulta, veluti lignum super quo fuit aliquis suspensus cum ipso suspendioso, lapis cum lapidato, gladius cum occiso, sudarium sive mantile, cum strangulato*. Sic quoque cum Martyribus Christianis defossa nonnunquam una fuerunt supplicii instrumenta. Sic repertum corpus S. Clementis, Episcopi Romani una cum anchora, qua illi ad collum alligata, demersus fuit in mare, videatur *Baronius* Tom. II. Annal. an. 102. ejusque Epitomator, *Spondanus* ad eundem annum num. II. Refert etiam *S. Ambrosius* exhortatione ad Virgines in princip. Tom. 5. sumpsisse eum a sepulchro S. Agricolæ crucem & clavos, quibus fuit ille cruci affixus. Quin imo etiam plurimi martyrum jusserunt sepelienda sua corpora una cum instrumentis martyrii; Sic Sabinus Episcopus Spoletinus & martyr jussit sepeliri una cum saxo, quo erat demergendus in flumen, ut testatur *Surius* Tom. II. die 13. Martii. Nec non S. Babylas, Episcopus Antiochenus cum vinculis & catenis, in quibus post fidei confessionem vitam mortalem deseruit, sepeliri voluit, referente *Henric. Spondano* ad An. Chr. 253. num. XX. confer *Johan. Baptistam Casalium* de Veter. S. Christian. ritibus cap. *66*. pag. 267. Denique Romani, ut & Græci ustulato, quantum satis erat corpore rogum & reliquias vino respergentes, puto, ut flammas prunamque favillis sopitam extinguerent, ossa legebant amici & propinqui. Quod munus *Ossilegium* dicitur. Vide, si lubet, *Tibullum*, lib. III. Eleg. II. elegantissime omnes Ossilegii ceremonias describentem. Sed ut commodius legi possent ossa, lapideæ arcæ inditum fuisse cadaver, refert *Schedius* de Diis Germ. pag. 453. Collecta ossa & cineres vino, lacte, odoribus, imo etiam lacrymis perspersa & irrigata & linteo ventilata vasculis pro cujusque facultate pretiosis includebant, (quæ Græcis ὀστοθῆκαι vel ὀστοδοχεῖα, Latinis vero *Urnæ*, item *Ossuaria* & *Cineraria* dicebantur,) & monumento inferebant. Qui vero non comburendus erat defunctus, statim in arcam vel loculum, ad hoc ipsum paratum, locabatur, una cum omni isto ornatu sepulchrali, quo erat per forum domo exportatus, conjectis in monumentum, ut ante in rogum, vestibus & aliis ornamentis. Situs vero & status mortuorum in sepulchris diversimode fuit observatus. Ægyptii ponebant defunctos suos stantes in pedes, ut canit *Solinus*:

——— ——— Ægyptia tellus
Claudit odorato post funus stantia saxo Corpora.

Phryges non defodiunt mortuos sacerdotes, sed plura lapides X. cubitorum erectos eos statuunt, inquit *Kornmannus* de Miracul. Mortuor. *part.* 8. *cap.* 4. Phœnices sepeliebant *supinos*, ast convertebant ad Occasum, (tanquam anima ac corpore occiduos) Athenienses versus Orientem. Nasamones, Africæ populi, majorem partem non tantum *sedentes* expirare, sed etiam hoc situ humari volebant. Hinc Lacon quidam, cum homines defunctos in sellis sedentes videret; *Absit*, inquit, *ut hic sedeam, unde seniori surgere fas non est*. Vide *Brussonium* lib. IV. cap. 10. de morte. *Hodieque subinde* (inquit Drexelius

xelius Consider. 1. de æternit.) *Reges & Cæsares in subterraneis mausoleis componuntur* sedentes *taciturna & lugubri majestate. Corpus Caroli M. aromazatum est*, inquit Monachus Engolismensis in vita Caroli M. *& in sede aurea* sedens *positum est, in curvatura sepulchri, ense aureo accinctum, Evangelium aureum tenens in manibus & genibus reclinatis, humeris in cathedra & capite honeste erecto ligato aurea catena ad diadema. Et in diademate lignum sanctæ crucis positum est &c.* Christiani solent sepelire 1. *supinos*, quia mors nostra proprie non est mors, sed brevis quidam somnus. 2. *vultu ad cœlum conversos*, quia solo in cœlo spes nostra fundata est. 3. *versus Orientem*, argumento sperandæ & exoptandæ resurrectionis, vide *Casal.* de Vet. Christian. ritibus *cap. 66. fol. 266. Innocent. Cybum* de sepulchro, Dialogo 2. & *Kornmann.* de Miracul. Mortuor. *part.* VII. *cap.* 18. Tandem, feralibus officiis, justisque persolutis apud Romanos, qui funus prosequuti fuerant, aqua ter lustrati, (quod & Græcis usitatum fuisse testatur *Suidas* in verbo κατιλλέιν) *Vale & Salve*, aut ipsum etiam *Vale* ter repetitum, composito inclamabant, terramque levem ei precati domuitionem parabant, pronunciato a Præfica verbo novissimo ILICET. De Hebræis audi *Maimonidem* cap. IV. Esel. §. 4. *Fodiunt*, inquit, *in pulvere speluncas, faciunque foveam in latere ejusdem Speluncæ, in qua sepeliunt mortuum*, posita ejusdem facie sursum versus, *rejectaque super ipsum rursus terra ac lapidibus. Sepeliunt vero mortuum in arca lignea & comitantes ipsum dicunt*; Vade in pace. Refert etiam *Anton Margar.* Judengl. p. 60. quod *absolutis illis* (quæ C. VI. retulimus) *committatur mortuus sepulchro suo, agnatis proximis primam injicientibus terram, quos reliqui postmodum imitentur comites. De ultimo* Vale *mirari quis posset*, inquit *Dn. L. Geier* loc. alleg. cap. VI. §. 19. in fine, *cur dicant*: לך בשלום *cum improbetur a Talmudicis in fine Cod. Berachoth, eo quod ita David dixerit Absolomo 2. Sam. 15. 9. qui tamen suspensus fuit; quare malunt potius* לך לשלום abi ad pacem, *ceu Mosi dixit Jethro Exod.* 4. 18. *vide sis Buxtorf.* Instit. Epist. ad Epist. 2. p. 9.

CAPUT VIII.

De Loco Sepulturæ.

ET nunc jacet ille noster tumulo suo compositus, nos vero antequam a funeratione domum eamus, circumspiciemus paululum, quo loco consistamus. Extra urbem juxta vias pleraque Græcia sepeliebat mortuos suos. Athenienses de Solonis instituto nullum in urbe sunt sepulchrum passi, inquit *Melchior Junius* Quæstion Polit. Quæstion. CX. *Lege Solonis probibitum erat, ne intra urbem sepelirentur*, scribit *Cicero II. de LL.* Hinc Marco Marcello quamvis illustri viro a Magio Chilone interfecto locum sepulturæ ut darent intra urbem *Servius Sulpitius*, qui Achajæ & reliquis regionibus cum imperio præerat, ab Atheniensibus impetrare non potuit, ut ipse scribit in *Epistol. ad Cicer.* lib. IV. Epist. Famil. XII. quod religione se impediri dicerent: neque antea cuiquam id concessissent. Et ne de Corintho dubites altero Græciæ oculo, testis est *Pausanias* lib. II. *Accedentibus*, inquit, *ad eam occurrere in via tumulos, cum alios, tum prope ipsam portam Diogenis Synopensis, quem Canem Græci appellarunt.* Apud Sicyonios etiam vetus lex humari quenquam intra suos muros vetabat, ut autor est *Plutarchus in vita Arati* in fin. Idem obtinuisse apud Smyrnæos *Cicero* pro Flacco & Syracusanos V. Tuscul. non obscure tradit. Scribit *Dares Phrygius*, libro de excidio Trojæ, Priamum Hectorem filium suum ab Achille occisum, more suorum ante portas sepeliisse & ludos funebres fecisse. *Plato*, θεῖος Philosophus lib. XII. de Legibus; non modo in agris jubet fieri sepulchra, sed agros steriles, nullique alii futuros usui destinat funeribus: ut quæ sine detrimento vivorum recipit mortuos, ea potissimum terra compleatur: quæ autem terra fruges ferre, & ut mater cibos suppeditare possit, eam vetat mortuorum corporibus occupari. Quidam tamen Græcorum etiam intra urbem humabant, quod Spartanorum exemplo manifestum est. Horum enim Legislator Lycurgus mortuos in ipsis Urbibus & prope deorum ædes voluit sepeliri, ut Laconica juventus assuesceret non metuere aut horrere mortem. Ante Lycurgi quidem Leges apud Lacedæmonios religionis pollutionisque causa intra urbem cadavera non fuerunt sepulta. Utramque leges apud *Plutarchum* in Lycurgo & Laconicis. *Polybius* lib. VIII. Histor. qui nunc in exerptis legitur, refert, Tarentinos,

tinos, cum oraculo didicissent, beatiores sese fore, si cum pluribus habitarent, intra urbem mortuos suos recondere cœpisse. Imo Græcos antiquissimos casco illo ævo in ipsis Deorum templis fanisque vita functos humasse, multis ostendit *Arnobius* lib. VI. adversus Gentes: *Quid?* inquit, *quod multa ex his templa, quæ tholis sunt aureis & sublimibus elata fastigiis auctorum conscriptionibus comprobatur, contegere cineres atque ossa, & functorum esse corporum sepulturas*. Sæpe in ipso foro aut medio urbis sepulchri monumento donabant, si cui honorem habitum irent. Sic Cœpio Catonis frater in foro Aeni, quæ Thraciæ urbs est, funeratus est, ut sæpe laudatus *Plutarchus* in Catone Uticensi scriptum reliquit. Plura exempla vide apud *Kirchmannum* de Fun. Rom. lib. II. cap. 26. Fallitur ergo & fallit alios *Alphonsus Tostatus*, Abulensis in Hispania Episcopus, qui vastos in Scripturas commentarios conscripsit, explanans verba Gen. cap. L. v. 13. *sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo*, quando ait; *signate dici speluncam illam emtam in jus sepulchri, fuisse in agro & extra civitatem, quia nunquam fuit mos sepeliri corpora mortuorum intra civitates, nisi apud Christianos, qui intra civitatem & prope templa habent loca in usum sepeliendi mortuos sacratas, quæ appellant cœmeteria*. Refutat eum *Bened. Pererius* Comm. ad eundem Gen. locum, Disp. 4. *illud non recte*, inquiens, *a Tostato, quod putat ante Christianos nullo tempore nullaque in gente morem fuisse sepeliendi mortuos intra civitates vivorumque domicilia*. Apud Romanos rerum dominos primitus intra urbem humo fuisse coopertos, qui naturæ concessissent, *Servius* vult, celeberrimus ille Virgilii interpres, ad verba libri XI. Æneidos:

> *Innumeras struxere pyras & corpora partim*
> *Multa virum terræ infodiunt, avectaque partim*
> *Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt.*

Sic annotans: *Urbique remittunt*. Deest unicuique, *inquit*, & meminit antiquæ consuetudinis. Nam ante etiam homines in civitate sepeliebantur; quod postea Duillio Cos. Senatus prohibuit & sanxit, ne quis in Urbe sepeliretur: unde Imperatores & virgines Vestæ, quia legibus non tenerentur, in civitate habent sepulchra. Hæc Servius. Accedit autoritas *Prudentii*, dulcissimi Poetæ *lib.* I. contra Symmachum:

> *Et tot templa Deum Romæ, quod in urbe sepulchra*
> *Heroum numerare licet, quos fabula manes*
> *Nobilitat, noster populus veneratus adorat.*

Et quidem in suis quemque ædibus suorum composuisse exuvias, exindeque *lares*, quos domesticos vocant deos, colere cœpisse Romanos, plurimi tradunt. Ita enim *Isidorus* lib. XV. Originum c. 2. *Prius in domo sua quisque sepeliebatur*. Et jam ante laudatus *Servius*, domesticos intra parietes terræ mandatos fuisse mortuos, unde Larium & Penatium religio extiterit, autor est in lib. V. Æneid. ad verba, *Præterea si nona diem*. Et rursus in eum locum lib. VI. Ejusdem operis, *Ædibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro*, inquit, *Ut supra diximus, omnes homines in suis domibus sepeliebantur, unde ortum est, ut Lares colerentur in domibus, unde etiam umbras Larvas vocamus*. Hinc *Alexand. ab Alexand.* l. 6. Genial. Dierum cap. 14. ita inquit: *Sed quum a prima origine intra suas quisque ædes defossa cadavera haberent* (de priscis Romanis loquitur) *unde Lares in singulis ædibus colendi religio pervasit* &c. quod ipsum & lib. III. cap. 2. docet. ad *Joan. Meursium*, prænobilem Græcæ literaturæ mystam, Exercit. Crit. lib. III. c. 20. ubi in hunc modum loquitur: *Sepulchra Romanos, sed & Græcos juxta vias in finibus agrorum habuisse satis constat omnibus. Primitus tamen in ædibus ea constituebant*. Verum hæc non placent *Kirchmanno*, qui omnium in hoc argumento conatus superavit. Apud Latinos fortean id obtinuisse concedit lib. II. de Funer. Rom. cap. XX. non vero in ipsa Orbis regina ac domina, Roma, cum Romæ sub ipsis urbis incunabulis multo ante latas a Decemviris leges more quodam receptum fuerit, ut extra urbem sepelirentur vita functi, probat idipsum exemplo Numæ secundi & Servii Tullii sexti Romanorum Regis. Ex quod P. Valerio Publicolæ & A. Posthumio Tuberti virtutis causa sepulchrum in Urbe a Senatu concessum sit, teste *Cicerone* II. de Leg. *Quale autem*, inquit, *honoris argumentum & virtutis fuisset præmium, si promiscue omnibus in urbe sepeliri licuisset*. Videatur ipse loco citato & cap. XXVI. ejusdem libri, ubi objectioni occurrit. Quod vero *Servius* ad lib. XI. Æneid. verbis supra adductis asserit, postea Duellio Consule

ſule Senatum prohibuiſſe & legaſſe, ne quis in Urbe ſepeliretur, id non Duellio Coſ. primum, qui una cum L. Papyrio Craſſo conſulatum obtinuit, ut *Livius* Hiſtoriæ Romanæ princeps teſtatur lib. VIII. Decad. I. eo loci ubi Auſonum bellum deſcribit. (circa ann. Urbis CCCCXC.) ſed multo ante factum eſt. A Decemviris enim, (ad quos a Coſſ. quemadmodum ante a Regibus ad Conſules translatum Rom. Imperium, quanquam & illi iterum abdicati ſiut & Tribuni Plebis & Conſules in eorum locum rurſus ſucceſſerint, vide *Val. Forſterum* Hiſt. Jur. Civil. Rom. lib. I. cap. 23. num. 8.) cautum fuit lege XII. Tabularum, *ne quis in urbe ſepeliretur, neve ureretur*, teſte *Cicerone* II. de Leg. Leges vero XII. Tabularum, corpus omnis Romani Juris, docente jam dicto *Valent. Forſtero* loco allegato num. I. anno poſt Romam conditam trecenteſimo juxta *A. Gellium* lib. XX. cap. I. vel ut alii ſcribunt CCCII. compoſitæ ſunt ac ſcriptæ. Ipſi Imperatores poſtea leges dederunt de non ſepeliendis intra Urbis pomœria mortuis. *D. Adrianus* reſcripto mulctam aureorum quadraginta fiſco inferendam decrevit tam in eos, qui quempiam intra mœnia humaſſent, quam in ipſos Magiſtratus, qui id paſſi eſſent, locumque publicari & corpus exhumari transferiique juſſit, Digeſtorum lib. XLVII. Tit. 12. *de ſepulchro violato* §. 5. *Divus Adrianus*. Intra urbes ſepeliri mortuos vetuiſſe Antoninum Pium, refert *Jul. Capitolinus* in vita ejus. Quæ autem ratio, cur cadavera in urbibus ſepeliri non permitterent? Accipe cauſam ex *Juſtiniano Codice*, titulo de Relig. & ſumpt. fun. I. Mortuorum: *Ne ſanctum municipiorum jus pollueretur*, vel *ne funeſtarentur ſacra civitatis*, ut inquit, *Julius Paulus*, Sententiarum lib. I. ſub titulo de Sepulchris & lugendis. Tum etiam ne cœlum illud urbanum, unde proxime ſpiritus duceretuer, putreſcentium corporum nidore corruptum peſtem importaret. Satis ei rei probandæ eſt *Iſidorus* lib. XIV. Orig. cap. XI. *Prius autem quiſque in domo ſua ſepeliebatur. Poſtea vetitum eſt legibus, ne fœtore ipſo corpora viventium contacta inficerentur*. Tholoſanus in Syntagm. Juris Univerſi lib. XXXIII. cap. 23. num. 8. prohibitæ domeſticæ ſepulturæ hanc etiam reddit rationem, *ne licentia illa ſepeliendi familiares daret delinquendi & occiſos occultandi occaſianem*. Combuſtionem vero in urbe fieri prohibebant propter flammæ periculum, teſte, *Cicerone* lib. II. de LL. Intra ambitum ergo murorum cujuslibet defuncti corpus humari Leges vetabant, quas tamen poſtea abrogavit *Leo Imper.* & cujuſvis arbitrio permiſit, ſive extra muros ſive intra civitatem ſepelire mortuum vellet, ut ex ejus *Novel. LIII.* notum eſt. Extra Urbem vero loca deſtinata ſepulchris erant duplicia, *privata & publica*. Privata erant, quæ quiſque in ſuo horto ac agro ſepulturæ aſſignarat. Qui fundum viæ publicæ proximum habebant, in ea potiſſimum parte ſepulcra condebant, quæ viam ſpectabat, ſive ut iter facientibus innoteſcerent, ſive ut *prætereuntes admonerent mortui & ſe fuiſſe & illos eſſe mortales*, notante *Varrone*, diligentiſſimo antiquitatis inveſtigatore lib. V. de lingua latina. Pie in rem præſentem *Chryſoſtomus* Serm. de Fide & Lege; *Omnis*, inquit, *civitas, omne caſtellum, ante ingreſſum habet ſepulcra, ante portas, ante agros ſunt ſepulcra, ut contendens intrare civitatem, quæ imperat & floret divitiis & potentatu aliiſque dignitatibus, priuſquam videt, quod ſecum concipit, videat primum, quod ſit*. Hinc ſolemnes formulæ, quibus Viatores vel hoſpites in Epitaphiis ſolent compellari. SISTE VIATOR. VIATOR ADSTA. ASPICE VIATOR. & ſimiles. Exſtruebantur ergo ejuſmodi monumenta & ſepulcra ſecundum vias militares & λεωφόρυς ſeu publicas & quidem celebriores, ut *Appiam*, *Aureliam*, *Flaminiam*, *Latinam &c.* Juxta *Viam Appiam*, quam Statius *reginam longarum viarum* appellat, ſepultum eſſe quinto ab Urbe lapide *Pomponium Atticum*, refert *Cornel. Nepos* in vita ejus, *Marcum Tullium* ſexto, teſte *Georgio Fabricio Chemnicenſi* (viro excellenti ingenio & judicii rectiſſimi *Barthio*) Adverſ. libr. XLIV. cap. 26. tractatu de Roma cap. XX. *Deſiderius Lignamineus* Patavinus anno MDXLIV. in Inſula Zacyntho Ciceronis ſepulchrum inventum eſſe aſſerit. Rem ipſam narrat *Franciſcus Fabricius* in Hiſtoria Ciceronis, ſub finem anni ejus ultimi, ſed ipſe huic rei fidem non adhibet. Eſt & *Ennii*, ſummi Epici poetæ, juxta *Ciceronem* de Opt. Orat. cap. I. in *Via Appia* ſepulchrum, teſte *Ovidio*: & *Severi* Imper. (qui primus & ſolus Africa oriundus ad Imperii Rom. faſtigium pervenit (teſte *Æl. Spartiano* in Antonino Geta. *Gallieni* Imp. (qui a Claudio in cœleſtium eſt numerum relatus, vix exequiis dignus, judicio aliorum,) tradente *Sext. Aurelio*. Juxta *Aureliam* reconditus eſt *Galba* Imp. (alieno imperio felicior, quam ſuo, ut ſcribit *Tacitus* I. Hiſtor.) docente *Svetonio* in vita. In *Via Latina Domitianus* (ſceleratorum Imperatorum ultima linea, qui ex intolerabili & impudenti arrogantia *Dominus & Deus noſter* audire voluit,) au

tore

tore *eodem* in vita ejus. In via *Ostiensi* Divus *Paulus*, vas electionis ac Gentium Doctor, teste *Prudentio*. Monumentum *Petri* & *Pauli* in via Ostiensi suo tempore extitisse, dicit *Tertullianus* in Apologetico & *Eusebius* ex Cajo quodam scriptore Ecclesiastico confirmat. In *Via Lavicana Didius Julianus* Imp. Juris peritissimus, *eruditione melior*, *quam animo*, sepultus est, ut in ejus vita scribit *Ælius Spartianus*. *Via Nomentana*, ad secund. lapidem visitur *Bacchi templum*, sphærica forma cum columnis geminatis in gyrumque ita dispositis, ut templi testudinem sustineant, ubi vermiculato opere varia ornamenta cernuntur. Ibique porphyreticum sepulcrum, vitibus ac uvis sculptis exornatum, quod vulgus *Bacchi sepulchrum* appellat. Ita *Henric. Kornmannus* de Miraculis Mortuor. parte IV. cap. 115. *Via Attallana* (narrat *Leander Albertus*, Bononiensis, in descriptione Italiæ & quidem regionis ejus V. nempe Campaniæ pag. 268.) *quæ Romam euntes in Appiam ducebat*, *utrinque tota propemodum habet sepolcra vetera*, *majori ex parte integra*, *quæ cellullæ non inelegantes videntur & inhabitari commode possent*, *si ligneæ adderentur fores*. *Singula in latere pedes continent octonos omnia ferme: sunt tamen aliqua pedum quinum*, *aliaque minoris quoquo versum latitudinis*, *Constante e latere cocto exacta mensura conformato*, *& parietes haud externe solum elegantissime structi cum coronis*, *verum etiam intus toti nobilissimis coloribus & auro depicti*, *coronis item affabre deornati sunt*. *Intratur ostiolo modico*, *quod viam spectat*, *cui ex adversum ipso in pariete quædam ædicula est*, *media muri crassitudine excavata*, *fenestræ instar*, *altitudine plerumque duorum pedum*, *tota coronis elaborata*, *superne vel in angulum acutum vel in fornicem desinens*. *Ad latus utrinque minoris sunt species pyramidum*, *ordine tanquam humanæ manus digiti paulatim deficientes*. *In illa majore patrum familias cum cineribus urna collocabatur*, *in cæteris matrumfamilias & liberorum*, *& pro suo cujusque gradu*. Hæc Italus ille scriptor, & oculatus arbiter, quæ pluscula posui, quia rei huic illustrandæ faciunt. Plura petes ex jam ante laudati *Georgii Fabricii* Chemnicensis Roma cap. XX. & *Kirchmanno* de Funer. Rom. lib. II. cap. 22. *Propertius* tamen poeta jucundissimus, maluit in sylvis sepeliri, quam in agris juxta vias, sic enim *lib.* III. voti sui summam complexus est.

> *Di faciant*, *meane terra locet ossa frequenti*,
> *Qua facit assiduo tramite vulgus iter*.
> *Post mortem tumuli sic infamentur amantum*,
> *Me tegat arbore ea devia terra coma*.
> *Aut humet ignotæ cumulus vallatus arenæ*,
> *Non juvat in media nomen habere via*.

Publica vero loca, alia inopum destinata erant funeribus, ubi & servi & cætera vilia capita sepeliebantur, dicebanturque *Puticuli* a puteis fossis, vel quod corpora ibi putresceret, nomen trahentes. Erat talis locus non procul ab Urbe domina, extra portam Esquilinam, ut autor est *Varro*, vir ætate sua doctissimus lib. IV. de Ling. Latin. dicebanturque peculiari nomine *Sestertium*. Alia loca publica erant, in quibus eorum locabantur monumenta, qui præclare de Republica meriti. Viris enim celebribus publice locum sepulchro adsignabant interdum Romani, tanquam singulare virtutis præmium, idque potissimum in *campo Martio*, loco illustri, *ubi solos reges sepelire mos erat*, juxta *Appianum* lib. I. ἐμφυλ. de Sylla ibi sepulto. Hinc *Tholosanus*, JC. celebris, inquit in Syntagm. Juris universi lib. XXXIII. cap. 23. *In Campo Martio tantum reges humari primum consuetum*, *tradit Appianus* lib. I. *de Bello Civil. & Herodianus in* 4. *ubi de Sepultura Severi agit*, *&c.* Cæterum in montibus etiam vel ad montes habuerunt sepulcra. Sic enim *Isidorus* lib. XV. cap. 12. *Potentes aut sub montibus aut in montibus sepeliebantur*. Asserit & *Georgius Gualterius* in Tabulis Siciliæ; *Monumenta ad montes vetusta passim per Siciliam reperiri*, *inprimis Pantalicæ in ditione Cæs. Cajetani*, *ubi præruptis hinc inde collibus ab imo ad eorum fastigia usque ea excisa*. *Quæ cum innumera sint*, *qua sublimioris*, *qua abjectioris sortis mortalium conditoria fuisse autumat*. Illustris locus & clarum vestigium hujus moris est apud *Ambrosium Leonem* in descriptione Nolæ Urbis Italiæ lib. III. cap. 2. ubi refert; *Ætatem quæ secuta est illam priscam* (qua extra urbem secundum celebres vias sepulchra extruebant Romani) *in excavatis in monte verrucave aliqua magnis concameratisque cuniculis*, *quæ aliquanto tractu semota sint ab urbe*, *excavasse sepuchra singulis defunctis*, *quæ sicuti capsæ longa serie & sibi hærentes ordinatæ*, *tum in dextro tum in lævo cuniculi latere soloque calle*, *qui in medio est cuniculo relictus discriminante structa spectentur*. *Atque ita in visceribus montium*

tium & terræ factam esse veluti civitatem mortuorum, *ubi tanquam per vicinias, ita per cuniculos iretur. Neapoli* (addit) *atque Syracusis ejusmodi mortuorum civitates excavatas etiam nunc est cernere, quanquam neque tempestate nostra, neque longis anteactis temporibus quisquam in eis conditus sit*. Hæc ille. Ex hactenus dictis constat extra urbem sua sepulchra & loculos habuisse Romanos, in quibus cineres suorum conderent, idque jussu Legum. Ubi tamen prætereundum silentio non est, etiam post latas XII. Tabulas quosdam in ipsa Urbe fuisse sepultos, quos legibus solutos virtutis causa id consecutos fuisse *Cicero* existimat, II. de Legib. *Quid? qui post* XII. *in urbe sepulti sunt clari viri? M. Credo, Tite fuisse aut eos quibus hoc ante legem virtutis causa tributum est, ut Publicolæ, ut Tuberto, quod eorum posteri tenuerunt: aut eos, si qui hoc, ut C. Fabricius, virtutis causa soluti legibus consecuti sunt*. Hinc *Alexander ab Alexandro* lib. III. Genial. dier. cap. 2. *Cineres tamen ejus*, inquit, *qui triumphasset, aut Imperatoris, qui hostes bello domuisset, vel armis rempubl. auxisset, in urbem ferre licebat, quibus hoc honoris causa, ut in foro conderentur, tributum est*. Idem repetit lib. VI. cap. 14. Solum tamen omnium Imperatorum Trajanum intra Urbem in foro sepultum esse, tradit *Eutropius* lib. VIII. Adde autem Vestales in urbe habuisse sepulchra, quia legibus non tenerentur, ut tradit *Servius* ad libr. XI. Æneid. in loc. antea cit. Ægyptii medicata & condita suorum cadavera vel in propriis sepulchris, vel quibus ea desunt, domi servabant ad firmiorem parietem arca corporis erecta, ut scribit *Diodorus Siculus* lib. II. Bibl. Histor. cap. V. De Septentrionalibus populis refert *Christianus Cilicius* belli Dithmarsici lib. I. *Erant eorum sepulturæ in silvis & agris tumulosque aggestis lapidibus vestientes muniebant, quod genus complures passim adhuc visuntur, qui gigantum strata vocantur*. De sepulchris juxta publicas & regias vias testem produco *Joh. Adolphum Cypræum* Annalium Eccles. Slesvic. lib. I. cap. 2. *Dani cum pyramides ac obeliscos exstruere non potuerint*, (propter defectum artificum) *olim in memoriam regum ac Heroum suorum ex terra coacervata, ingentes moles montium instar eminentes statuisse, credibile omnino & probabile est*. Atque illis adeo in locis plurimum, quo sæpe homines commearent, aut iter haberent, ut in viis publicis, quo posteritati memoriam clarissimorum virorum consecrarent, & quodammodo immortalitati mandarent. Apud Judæos extra civitatem in locis a viventium habitaculis separatis mortuorum cadavera fuisse condita, tum ob nitorem & sanitatem, tum ne contaminarentur, notum esse debet ex Historia Sacra. In regione Gergesenorum occurrebant Servatori duo dæmoniaci e monumentis prodeuntes, in quibus domicilium habebant, sævi valde, adeo ut nequiret quisquam præterire per viam illam, *Matth.* VIII. 28. Annotat ad hunc locum Menochius; *Judæi*, inquit, *non in urbibus, sed in agris extra urbes sepulchra constituebant, cubiculis similia, quæ plures homines possent capere*. Hospites & peregrini peculiarem ad sepulturam nanciscebantur agrum *Matth.* XXVII. 7. Filius Viduæ Naimitanæ efferebatur porta Urbis Nain, numeroso populo funus comitante, *Luc.* VII. 12. Lazari sepulchrum fuit extra Bethaniam *Joh.* XI. Josephus Arimathæus monumentum sibi extra muros Jerusalem in horto excidi curaverat nec primus nec solus ἐν τῇ πέτρᾳ, *in petra*. (Erat enim solum circa Jerusalem ad sexagesimum usque lapidem, ὑπόπετρον petrosum, saxosum h. e. subtus lapidosum, ut appellatur a *Strabone*.) Matth. XXVII. 60. Marc. XV. 46. Luc. XXIII. 53. Joh. XIX. 41. Sunt qui existimant vallem Cedron, quæ a posterioribus Judæis vallis Josaphat cœpit appellari, commune totius Civitatis Hierosolymitanæ, cui contigua, quamquam totam ab Oriente cingebat, cœmeterium fuisse, ubi vulgus & ignobiles omnes sepulti fuerint. Hinc *Cornelius a Lapide* Comm. in Jerem. cap. XIX. vers. 6. inquit, *Commune Judæorum sepulcrum erat in valle Cedron, in ea parte, quæ Gehenna, seu Topheth appellatur, ut patet ex* IV. Reg. XXIII. 6. *Indeque hæc vallis dicta est Cadaverum, Cineris, Calvaria & regio mortuis, vide* Jerem. XXXI. vers. 40. Ibique nunc Turcas sepeliri, refert *Adricomius in descriptione Jerusalem num.* 204. Sepulchretum, inquit, *Drusius Præteritor.* lib. I. ad cap. Matth. XXVII. vers. 7. Hebraice dicitur *domus sepulchrorum*. Is assinabatur cuique urbi, & quidem situm erat extra terminum ejus. Non enim sepeliebant mortuos suos in termino urbium suarum. Ex libro præceptorum, 206. 3. Monumenta igitur Judæorum extra urbem. In agris quandoque sæpe etiam in montibus vel collibus. Patriarcharum Principes, *Abraham, Isaac ac Jacob* in spelunca agri sepultos esse, in Genesi legimus. Ægyptii Servatoris *Josephi* λείψανα in parte agri Sichemitici composita narrantur in libro Jesu Nave XXIV. 32. Josue, dux Hebræorum & *Eleazer* summus sacerdos filius Aaron in monte Ephraim sunt reconditi, ut dicitur

citur ibidem. Et 2. Regum XXIII. 16. *Reversus Josias vidit sepulchra, quæ erant in monte*. Reponebantur defunctorum corpora in speluncis excisis, conditis singulis in separatis foraminibus, quorum *octo*, vel ut alii *tredecim* cavari solebant, ut essent totidem corporum conditoria. Quale monumentum Josephus inciderat in petra seu in spelunca petræ. Locus vero ubi sanctissimum Domini corpus positum est, unum erat ex illis octo vel tredecim foraminibus, quæ diximus cavari solita in quovis monumento, docente magno *Casaubono*, quem vide Exercit. XVI. num. XCVIII. XCIX. CXXII. Non desunt interim exempla in Veteris Instrumenti Scriptura eorum, qui intra urbem sunt tumulati. Ramatha urbs sita in monte Sophim, natale solum, domicilium pariter ac sepulchrum præbuit *Samueli* 1. Sam. I. & XXV. ossaque ejus possedit, donec ab Arcadio Imperatore in Thraciam transferrentur. Sic enim 1. Sam. XXV. 1. dicitur *& sepelierunt eum, in domo sua, Rama*. Sic & *Manasse* in horto domui regiæ contiguo sepultus est, 2. Reg. XXI. 18. *David* vatum regumque sacrorum maximus in arce Sion, quam ipse de suo nomine civitatem David appellavit, sepultus est 1. Reg. II. 10. cujus monumentum adhuc post Christi resurrectionem ostensum fuit, Actor. II. 29. Hoc sepulchrum (Davidis) ab Hircano thesauris spoliatum ingentibus, Adriani Imperatoris tempore demum collapsum est, inter cujus rudera *Hieronymus* Oratorium aliquando delegit suum v. Epist. hujus 17. ad Marcellam & *Baron.* Tom. I. an. 34. num. 245. 249. Et quamvis indicare videtur *Hieronymus* Davidicum Mausolæum, ad quod se precari solitum scribit loco jam dicto, extra urbem fuisse, fortasse, quia post tot vastationes & reædificationes extra urbem reluctum est, ut inquit *Lorinus* Com. in Acta Apostol. cap. II. 27. Erant autem in extremitate montis Sion seu prope mœnia sepulchra Regum in horto regalis palatii, cujus mentio fit 2. Reg. XXV. 4. & 2. Paralip. XXVI. 23. ubi Rex Ozias dicitur sepultus in agro regalium sepulchrorum, non in ipsis regiis sepulchris, eo quod esset leprosus, ne scilicet contactu suo alia cadavera contaminaret. Sic quoque legimus de rege Joram 2. Paralip. XXI. vers. 20. *Sepelierunt eum in civitate David, veruntamen non in sepulchro regum*. Et de Joas lib. 2. Paralipom. cap. XXIV. vers. 25. Eadem habentur verba de Achaz, cap. XXIII. 27. *Sepelierunt eum in civitate Jerusalem, neque enim receperunt eum in sepulcro Regum Israel*. Hinc *Benjamin Tudelensis* in libro itinerum suorum, interprete Bened. Ariamontano inquit; *Sunt in Sion monte Davidicæ familiæ sepulchra, & regum eorum, qui post David surrexerunt, sed locus ipse ignotus vulgo est*. Venio ad Christianos. Hi communem humandis defunctorum corporibus destinatum locum, ut a nomine ordiar, appellabant κοιμητήριον a κοιμάω, cœmeterium, *nimirum voce fidei ac pietatatis plena, resurrectionis videl. spem testificante, declaranteque Dei omnipotentiam, qui tanta facilitate possit mortuos ad vitam revocare, quanta potest quilibet nostrum excitare dormientem*, ut ait *Pererius* in cap. 50. Gen. v. 13. unde & Veteribus Hebræis sepulchreta non בית מתים *domus mortuorum*, sed בית חיים *domus vivorum*, fiducia resurrectionis vocantur, teste *Schikardo* de Jure Hebr. cap. VI. pag. 169. *Veteribus Hebræis* בית חיים *domus viventium, cœmeterium nominatur*, inquit, *D. Chytræus* Libr. de vita & morte pag. 101. *quod pii illic cubantes* Deo *vivant, & certo revicturi sint*. Θεῷ γάρ ζῶσι πάντες οἱ κατὰ Θεὸν ζήσαντες, κἂν ἐνθένδε ἀπαλλαγῶσι, *Deo enim vivunt omnes, qui secundum Deum vixerunt, etiamsi ex hac vita discesserint*. Cœmeterio autem a dormitione nomen obvenit, quasi dicas *dormitorium*, quod corpora fidelium ibi requiescant, in sepulchris tanquam in lectulis atque cubilibus suis, *non mortua, sed data somno*. Mors Christianorum dormitio est, somnus est ac quies, de qua excitationem sperant & expectant in lætissima illa resurrectionis die. Deo enim non magis difficile est mortuum, quam cuivis dormientem excitare: *Puella non mortua est, sed dormit*, Matth. IX. 24. *Lazarus amicus noster κεκοίμηται, dormit*, inquit Christus ὁ Σωτήρ Joh. XI. 11. Et postea, ut explicet, dicit manifeste, Λάζαρος ἀπέθανε, *mortuus est*. Et Stephanus princeps martyr *obdormivit*, Actor. VII. 60. confer Dan. XII. 2. 1. Thess. IV. 13. In Vet. T. frequentius reperitur hic loquendi modus, usitatus de mortuis in Domino; (*Et dormivit cum patribus suis*) præsertim in Libris Regum & Paralipom. Profanis etiam scriptoribus mors perpetuum somnium & ferreum dicitur, sicut apud *Homerum* Iliade 30. vers. 241.

> Ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσών. κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.

> *Statim ut cecidit, dormivit ferreum somnum*.

Eodem pertinet illud Catullianum ad Lesbiam:

Nobis cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

Non prætereunda hoc loco est absurditas & in Græca literatura imperitia illius, de quo Poetæ duri duriter cecinerunt;

Durus Durandus jacet hoc sub marmore duro,
An sit salvandus ego nescio, nec ego curo.

Is enim libro I. ration. divin. officiorum cap. V. num. 4. Cœmeterium dictum putat a *cimen*, quod est duce, & *sterion*, quod est statio, propterea, quod ibi defunctorum ossa dulciter quiescunt. Vel quia ibi sunt cimices, i. e. vermes ultra modum fœtentes. Satis ridicule istud quidem. Cœmeteria alias dicuntur etiam πολυάνδεια a multitudine sitorum, item sepulchreta vel conditoria a *Petronio*, vel etiam conditiva, requietoria, quietoria aliis, Germani pulcherimo nomine appellant Gottes-Acker, in quo Deus suam habet sementem ac segetem, quam in consummatione seculi & illustri adventu suo tanquam messi jam maturam demetet & in cœleste horreum invehet, Zizaniis in ignem missis inextinguibilem. Erant autem primitus cœmeteria specus subterraneæ *extra urbem*, Romæ præsertim. Audiamus S. *Hieronymum* hæc ipsa cœmeteria sæpius obeuntem, sic enim de seipso scribit in cap. XL. Ezech. *Dum essem Romæ puer, & liberalibus studiis erudirer, solebam cum cæteris ejusdem ætatis & propositi, diebus Dominicis sepulchra Apostolorum & martyrum circumire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossa ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepultorum; & ita obscura sunt omnia, ut propemodum illud Propheticum compleatur; Descendant in infernum viventes: & raro desuper lumen admissum horrorem temperet tenebrarum, ut non tam fenestram, quam foramen demissi luminis putet: rursumque pedetentim acceditur, & cœca nocte circumdatis illud Virgilianum proponitur: Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.* Paria leges apud *Prudentium* de Cœmeterio Cyriacæ in agro Verano. Morem hunc antiquorum Christianorum condendi cadavera piorum in lateribus tumbarum, cryptarumque arenariarum, ut vocabant, fornices sustinentibus, originem habuisse a Servatoris Mundi τȣ̃ θεανθρώπȣ sepulchro existimat Cardinalis *Baronius* ad Annum XXXIV. num. 134. Sed communem morem sepeliendi Judæorum, quem & in Christi corpore servatum apparet, nihil ejusmodi habuisse, quod cum sepulchris in lateribus cryptarum comparari possit, ostendit *Casaubonus* Exercit. XVI. num. XCIX. Moris enim Judaici fuit, ut tota familia in una spelunca sepeliretur, repositis singulis corporibus in separatis foraminibus ad id excavatis. Cryptæ vero jam dictæ Christianorum ex utraque parte ingredientium per parietes habebant corpora sepultorum, ut modo *Hieronymus* testis ocularis referebat. Cæterum cœmeteria ista non tantum conditoria mortuis, sed & latebras & perfugia vivis grassante persecutione præbebant. Clare hoc indicat *Chrysostomus* Hom. XL. ad populum inquiens; *Hi quidem in monumentis & sepulchris, hi vero in desertis latitabant. Mulieres teneræ & delicatæ continua fame detinebantur. Itaque considera, si qua tunc pretiosi sumptus, si qua delitiarum erat delectatio. Subiitne concupiscentia unquam mulierem in sepulcro latentem & expectantem ancillulam, ut veniat prandium afferens, & ne forte deprehensa sit trepidantem & in timore tanquam in fornace jacentem?* Idem docet jam citatus laboriosus Annalium pater Tom. II. Annal. ad Annum CXXX. *Cœmeteriorum usus*, inquit, *non modo inserviebat humandis defunctorum corporibus, ex quo & nomen est inditum, sed & persecutionis tempore ad latebras Christianorum. Mirabile dictu: vidimus sæpiusque lustravimus Priscillæ cœmeterium, haud pridem inventum atque refossum via salaria, tertio ab urbe lapide; quod nullo magis proprio vocabulo dixerimus, præ ejus amplitudine, multisque atque diversis ejusdem viis, quam subterraneam civitatem &c.* In his cryptis a se effossis Christiani tempore persecutionis stationes synodosque habebant suas & sacramenta administrabant, quod multis docet *Onuphrius* proprio libello de Cœmeteriis cap. XI. A tempore vero Constantini Magni, mutata Orbis Romani facie, Christiani, qui fugere & latere, omnesque malorum ideas perpeti hactenus fuerant coacti, eluctati decumanos tempestatum hinc inde ingruentium fluctus, & in libertatem vindicati, & templa sua passim intra urbes habere cœperunt & spatia quædam juxta templa sepeliendis mortuis destinarunt, vel prisca illa martyrum dormitoria Ecclesiis publicis ac sacellis decorarunt, aut etiam nova cœmeteria extra urbis portas, sed ita, ut non longe abessent, condiderunt, quibus adjunctum interdum templum, interdum nullum. Abunde, quæ ad *communem* sepulturæ *locum*, dixi. *Rarus* superest, quem pari cura adtexam. Erat is in ipsis templis *Augustinus* Hippo-

ponensis Præsul jam ante sua tempora sepeliendorum mortuorum in templis & prope martyrum monumenta usum fuisse, docet Libro de cura pro mortuis c. 4. Quanquam non adeo frequenter primum ipsis templis & Basilicis inferebant suorum cineres atque ossa. Sed Personæ Sacerdotales & Reges Basilicarumque conditores tantum intra templorum parietes recipiebantur. Sic *Ambrosius* Mediolanensium Episcopus in Basilica a se erecta sibi sepulchrum elegit. Vide Serm. 77. inter Ambrosianos. Constantinum Magnum Constantinopoli in vestibulo templi Apostolorum sepultum, scribit *Chrysost.* Hom. 26. in Ep. 2. ad Cor. Honorius Imp. Romæ in Templo S. Petri humatus legitur, taceo alios. Alicubi ipsi quoque proceres & principes viri in capellis & in muro Ecclesiæ, non intra Ecclesiam humabantur, ut in multis Basilicis Hispaniæ observatum est, teste *Garsia Laoisa*, Hispaniensium Conciliorum editore in cap. 18. Concil. Bracarensis 1. *Queruntur eruditi*, inquit *Christophorus Browerus* Jesuita in Vita S. Ludgeri in fine lib. 2. *Sacrosancta terrarum sola, quæ par sit nitere munditie & puritate, per vilium capitum junera, quæ se in adyta quoque templorum insinuant, quodammodo infuscari & ex sacrariis fieri πολυάνδρεια & busta mortuaria.* Cum autem mos hic inferendi templis cadavera adeo, vulgo etiam invaluisset, aliquoties legibus coercendus fuit. Sic enim Gratianus, Valentinianus & Theodosius Impp. in templo aliquem sepeliri vetuerunt lege, quæ extat in lib. 1. Codicis Justinianei, tit. 11. De sacrosanctis Ecclesiis; *Nemo Apostolorum vel Martyrum sedem humanis corporibus existimet esse concessam.* In primo Concilio Bracarensi c. 36. sancitum est, *ne corpora defunctorum intra Basilicas sanctorum tumulentur, sed fiant omnes sepulturæ extra civitatem*, vel etiam, *si necesse sit, deforis, circa murum Basilicæ* ibid. cap. 18. Mandavit & Carolus M. lib. 1. Capitularium, ut *nullus deinceps in Ecclesia mortuum sepeliat.* Conferantur *Theodulphi* Episcopi Aurelianensis Epistola ad Fratres & Compresbyteros suos, veterumque quorundam Conciliorum hac de re decreta, quæ legi possunt apud *Gretzerum* lib. 11. de Funer. Christ. cap. VIII. Haud tamen diu hoc unquam servatum est. Consulere Lector potest *Onuphrium* libell. de Ritu sepeliendi mortuos, ubi texit Catalogum Imperatorum, Regum, Principum, Pontificum, Episcoporum, aliisque dignitatibus conspicuorum hominum, qui vel ad limina vel in porticibus Ecclesiarum vel in ipsis Ecclesiis humati sunt, & passim in vetustissimis templis literati id testantur lapides. Obiter addo, Reges ac principes plerosque in certis locis sua habere monumenta & Sepulchra: *Castellæ Veteris Reges* Legione in Hispaniis. *Galliæ Reges* in cœnobio Dionysiano: *Angliæ*, ad Londinum totius Angliæ epitomen, in templo Westmonasteriensi, quod Henrici VII. sacrario maxime celebre est. *Scotiæ*, Bursiæ. *Svecorum Reges* Stokholmiæ. *Danorum* Barsholmiæ & Roeschildiæ. (Hæc inter alias, *Christiani* III. exuvias conservat, qui sancti Regis nomen promeruit & primus apud Danos renascentis Ecclesiæ parens Sacra Biblia in patrium sermonem transferri, typisque divulgari curavit Anno MDXLIX. Situs ibi & *Sveno*, Rex ejus nominis III. qui totam Angliam subegit.) *Poloniæ Reges* Cracoviæ; *Electores Saxoniæ* Freibergæ; *Palatini*, Heydelbergæ; *Brandenburgici* Coloniæ ad Svevum. *Duces Austriaci*, Viennæ; *Principes Wurtebergici*, Tubingæ; *Megapolitani*, Sverini. *Pomerani*, Wolgasti. *Holsati* Slesvici &c. Vide *Melchiorem Junium* quæstion. Polit. 109. *Locum sepulturæ Imperatoriæ certum destinatum non reperio*, scribit *Lymnæus* Tom. 1. lib. 11. de Jure Publico cap. 12. in fine. Et res ipsa docet. *Carolus* enim cognomento *Magnus*, ille qui Francorum regum primus Cæsareum nomen indeptus est, & *Otto* III. (qui dictus est *Mirabilia mundi*) Aquisgrani tumulati sunt, *Arnolphus* Imp. Œtingæ, *Conradus* I. Fuldæ, *Henricus Anceps*, qui de Saxonum gente primus imperavit; Quedlenburgi, quæ mihi patria est; *Henrici* II. (qui Claudus, item Sanctus dictus est, & Bambergensem instituit Episcopatum) Bambergæ, *Lotharii* II. vero *Saxonis*, in monasterio Ducatus Brunsvicensis, quod ab ipso nomen habet, monumentum visitur. *Otto M.* (qui Magdeburgensem fundavit Episcopatum) Magdeburgi. *Ludovicus Bavarus* Imp. Monaci in Bavaria; *Rupertus* Imp. Heydelbergæ; *Fridericus Austriacus*, hoc nomine III. qui Augustum Cæsarem proxime attigit imperii diuturnitate (regnavit enim per 53. annos, hinc Poeta; *Ante & post ipsum non extitit Induperator, Qui sua tam longo tempore sceptra tullit.* Et alioqui habuit non pauca cum Augusto communia, teste *Bucholcero*, aliique Augusti Austriaci Viennæ sepulti sunt. Spira Nemetum

Sex Cæsaribus tribuit commune sepulchrum,
Francorum summi, quos genuere Duces.

Pra-

Praga totius Bojohæmiæ compendium & urbium regina *Caroli IV. Ferdinandi I. Maximiliani II.* ossa tegit & conservat, alii alibi siti sunt.

CAPUT IX.

Sepulcri Etymon, Ὁμωνυμίαν & Συνωνυμίαν *exhibens*.

LOcum sepulturæ vidimus. Jam ipsa sepulcra introspiciemus. Dicitur autem sepulcrum, (ut rem ab originatione vocis ordiar,) amandatis ineptis quorundam deductionibus, a sepultum τοῦ sepelio, *Isidorus* Origin. 15. cap. 11. quod est humo, humo condo, terræ committo, terra obruo aut tego. Scripturæ V. T. phrasi *sepeliri* est *colligi*, *congregari*, Num. 20. 26. Ezechiel. 29. 5. &c. *ad patres suos*, *ad populum suum*, *ad sepulcra sua colligi*, passim. Ipsum vero verbum *sepelio*, originis admodum obscuræ est, fatente ipso *Christiano Becmanno* in Orig. LL. quem vide. Græcum nomen τάφος; quod habetur Matth. 23. 27. & 29. 27. 61. 64. & 66. 28. 1. & Rom. III. 13. a verbo θάπτειν *sepelire*, *humare*, derivatum, proprie *sepulchrum* significat. Apud Hebræos v. בור & קבר *sepulchrum* denotant. Quandoque etiam vox שאול pro sepulchro in Scriptura usurpatur, ut Gen. 40. 38. 1. Reg. 2. 6. Job. 14. 6. 13. cap. 17. 23. Psal. 16. 6. Psal. 141. 7. Esa. 38. 18. Ezech. 31. 13. Jon. III. 7. Et ostendit ἐτυμολογία vocis שאול, quod significet in genere quoddam quasi *petitorium* sive *postulatorium*, quod tam de sepulchro, quam inferno accipi potest. Derivatur enim a themate שאל, quod est *petere*, *postulare*, *rogare*. *Sepulchrum*, (inquit Buxtorfius in Lexic.) *sic a petendo & postulando dictum*, *quod ore biante & dilato Esa. V. v. 14. Hab. II. v. 5. repleri expetat*, unde & insatiabile dictum Prov. 27. v. 20. & 30. v. 16. Quando autem dicimus, vocem hebraicam שאול *quandoque* in Scripturis pro sepulchro usurpari, tum separamus nos & a quibusdam Pontificiis itemque Calvinianis. Sunt enim apud Pontificios, qui negant vocem Hebræam *Scheol* unquam in Scripturis significare sepulcrum, ex quibus sunt *Andreas Crocquetius*, Benedictinus, in Catechesibus suis Catechesf. 19. ubi ait: *Et ne vehementius sibi placeant, ob suum illud Scheol, nunquam efficient, ut uno saltem Scripturæ loco prolato præclaram illam interpretationem sepulchri confirment*. *Martinus Delrio* in Adagialibus Sacr. V, T. tom. 1. p. 209. seqq. ubi per 86. dicta Scripturæ ostendere conatur שאול in V. T. semper notare inferni receptacula, confer *Lancellottum* in Hæretico, quare & Cathol. quia & alios. His jungi posset *Bellarminus*, nisi unica vocula semetipsum ab illorum consortio separasset; dicit enim lib. 4. de Christo cap. 10. art. 4. itemque de Purgatorio lib. 2. cap. 10. sect. 9. *vocem Scheol vel nunquam usurpari pro sepulchro*. Sed illis opponimus 1. Loca supra adducta 2. alios ex Papistis, ut *Jansenium*, in cap. 15. Proverb. v. 12. & 25. sic scribentem, *Dictio Hebraica* (Scheol) *significat proprie sepulchrum*, eadem repetit in cap. 30. v. 16. & rursus in Ps. VI. v. 5. & pluribus aliis locis asserit, quod sumatur pro morte seu statu mortuorum. *Cardinalem Cajetanum*, qui loc. Num. 16. v. 30. non de inferno sed sepulchro exponit, dicens, *hanc esse sententiam illorum verborum; Descendunt in infernum vivi*, *i. e. vivi sepelientur*. (Eodem modo *Hieronymus Oleaster*, Dominicanus: *Ecce*, inquit Com. in h. l. *res insolita*, *quod scil. homo vivus sepeliatur vel ingrediatur sepulcrum*. Quanquam *Epiphanius* in Ancorato, *Hieronymus* in Comment. Eph. IV. *Beda* in Com. Num. 16. rectius accipiant de inferno, *quia in flagrante crimine sine ulla conversione ab ira divina subito absorbentur*, ut inquit *Gerhardus* Loco de inferno num. 21.) *Ferum & Pinedam* ipsumque *Thomam*, quorum hic Lect. 2. in Jobum, ille Comm. in Job. 17. cap. iste Sermon. 52. locum Job. 17. v. 13. non nisi de sepulchro interpretantur, *Genebrardum*, qui locum Job. 14. v. 13. *Sanctium*, qui locum Esa. 38. v. 18. de sepulchro accipiunt &c. Calviniani vero, ut *Hugo Sanfordus* l. 2. de descensu Christi ad inferos dist. 11. p. 14. seqq. & alii disputant *per Scheol nihil aliud in Scripturis, quam sepulchrum, & ex consequente statum mortuorum simpliciter & in genere notari*, scil. ut obtineant, per descensum Christi ad inferos in Symbolo Apostolico intelligendam esse sepulturam, sed ostendit *Gerhardus* Loco de Morte §. 173. *& Loco de inferno* §. 4. *nomen* שאול quinque potissimum modis in Scripturis accipi 1. pro *Inferno* seu τοῦ damnatorum, in quo scilic. damnati torquentur. 2. *pro doloribus inferni*, qui in hac vita hominem quandoque tangunt & angunt. 3. *pro extremo humilitatis gradu*. 4. *pro morte & transitu ex hac vita*, *sive pro statu & conditione mortuorum in genere*, & 5. *pro sepulchro*. Hasque significationes omnes & singulas exemplis e Scriptura petitis ibidem comprobat. Hebræo שאול respondet Græcum ᾅδης, quo LXX. Interpp. illud semper exprimunt, (si excipias loca 2. Samuel. 22. 6. ubi vocem

Scheol

Scheol non verterunt ᾅδην, sed θάνατον, i. e. *mortem*, & Ezech. 23. 21. ubi non ᾅδην iterum sed βόθρον i. e. *foveam* habent) & Latinum *infernus*, quo vulgata Verſio utitur. Sicut igitur Hebræum Scheol quandoque pro ſepulchro uſurpatur, ita quoque Græcum ᾅδης & Latinum infernus apud interpretes ſæpe pro ſepulchro ponuntur. *Stapletonus* in Promptuar. Cathol. ſuper Evangel. in feria S. Hebdom. 2. quad. ſcribit; *Etſi vox Hebræa Scheol aliquando & perraro foſſam ſeu ſepulchrum ſignificet, tamen Græca vox 70. Interpp.* ᾅδης *in illa ſignificatione nunquam accipitur.* Scribit quoque *Lorinus* Tom. III. Com. in Pſal. 113. 25. *Licet pro ſepulchro infernus quandoque accipiatur, at non* ᾅδης. Satis audacter, ſed falſiſſime. Nam in omnibus illis locis, in quibus *Scheol* diximus notare ſepulchrum, eſt apud 70. Interpp. vox ᾅδης. Imo quandoque vox τάφος & ᾅδης inter ſe permutantur, vide Tob. 3. 12. & 6. 16. Et *Stephanus* in Lexico ex vocis etymo oſtendit ᾅδην in genere dici *quemlibet locum tenebricoſum & inviſibilem*, quod etiam ad ſepulchrum applicari poteſt. Autor quoque Lexici Græco-Latini, quod eſt in Apparatu Regio expreſſe habet pag. 7. ᾅδης, ȣ, ὁ, *Orcus, Tartarus, ſepulchrum*. Cæterum, ne æquivocationum, errorum parentum, tricis impediamur, notandum eſt, *Sepulcrum*, quodloquendo proprie, *locus eſt, in eum finem conſtructus, ut mortuum corpus humanum vel oſſa ejus perpetuo contineat*, ſæpe ad alia, figurata locutione transferri. Ad peſſimam hominis naturam, peccato depravatam, accommodatur Pſalm. v. 10. Rom. 3. 13. *Sepulcrum apertum eſt guttur eorum*. Flacius: *vocat omnes homines ſepulcra aperta, quod ſicut ex illorum putredine teter ac peſtilens fœtor exhalat; ita & ex omnium hominum peſſimo theſauro cordis, per guttur ac os eorum, non niſi peſſimi ſermones & conſilia exeant*. *Cornel. a Lapide* Com. in Rom. 3. v. 13. inquit. *Quilibet homines peccato & concupiſcentia corrupti, inſtar ſepulcri patentis, ſpurca, tetra, fœtida, doloſa, maledicta exhalant, proloquuntur & eructant. Guttur eorum, quaſi ſepulchrum patens, fœditatem, putorem & abominationem lethalem mortui cordis, quaſi cadaveris intus ſepulti ſemper exhalat*. *Eraſmus*, magnus ille ſuperioris ſeculi literarum vindex & reſtitutor, in milite ſuo Chriſtiano his verbis rem circumloquitur, quæ quia id merentur, adſcribam: *Audis quempiam ſermones impios, tumidos, maledicos, impudicos, obſcœnos proferentem, verbis rabioſis in proximum debacchantem, cave putes, iſti homini vivam eſſe animam? jacet in ſepulcro pectoris putre cadaver, unde ejuſmodi fœtores exhalantur & proximum quemque inficiunt. Chriſtus Phariſæos ſepulcra dealbata vocat. Quid ita? Nempe, quia mortuam animam ſecum circumferebant. Et regius ille Propheta, ſepulcrum, inquit, patens guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant. Piorum corpora templa ſunt Spiritus S. impiorum ſepulcra cadaverum, ut potiſſimum in eos quadret illa Grammaticorum Etymologia,* σῶμα *quaſi* σῆμα *ſepulcrum, pectus, guttur & os, hiatus ſepulcri*. Hæc ille tam eleganter, quam vere. Regium Pſaltem imitatus *Hieremias* v. 16. *pharetras* Chaldæorum nominat *ſepulchrum patens*. Sicut enim ſepulcrum continet mortuos, eoſque conſumit & incinerat ſine fine & numero; ſic pharetra eorum continet mortem, id eſt, ſagittas plurimas mortiferas, quæ pluribus mortem afferent. Ita *Maldonatus*, vel ut *Menochius* exponit; *Quaſi ſepulcrum patens; quaſi dicat*, inquit, *quæ gens adeo perita eſt in jaciendis ſagittis, ut quod habet tela in pharetra, tot homines ſe interfecturum, ita ut pharetra ſepulchrum, ſagittæ homines mortui eſſe videantur*. Vide adhuc quatuor alias hujus phraſeos explanationes apud *Corn. a Lapide* comm. in h. l. Salvator Matthæi 23. 37. *Phariſæos*, ſanctimoniæ iſtos ſimulatores, qui foris nitebant, intus turpiſſimi, τάφȣς κεκονιαμένȣς, *ſepulcra dealbata* vocat, ut modo inſinuabat laudatus Eraſmus. *Euſtathius*, celebris ille Homeri & valde diſertus interpres, τάφȣς quoque ſæpius *funebres epulas* dicit, Homerus vero vel τάφȣς ſimpliciter, vel ἐπιδορπίȣς τάφȣς nominare ſolet, Iliad. φ. & ψ. vid. Euſtath. com. ad ea loca. Pro *ventre & viſceribus* τȣ̃ τάφȣ vox uſurpatur apud *Val. Maximum*, hiſtoricum rerum varietate nobilem l. 4. cap. 6. de Gentis cariæ Regina Artemiſia loquentem: *Quid enim aut eos colligas, aut de illo inclyto tumulo loquare, cum ipſa Mauſoli vivum ac ſpirans ſepulcrum fieri concupierit, eorum teſtimonio, qui eam extincti oſſa potione aſperſa bibiſſe tradunt*. confer *Gellium* lib. x. cap. 18. Alluſit huc *Ovidius*, Elegiacorum poeta princeps lib. VI. Metamorph. fabul. VII. de Tereo, qui Ityn filium inſcius comederat;

> *Flet modo, ſeque vocat buſtum miſerabile nati.*

De liberis Thyeſte, quos ipſe parens in cœnam ab Atreo propoſitos, comederet, apud *Ciceronem* Lib. I. Tuſculan. quæſt. dicitur; *Natis ſepulchrum ipſe eſt parens*. Hinc & *vultures*, quibus mortuos ſuos pro-

projiciebant Iberi, Asiæ populi, ut suis sepelirent visceribus, τάφοι ἔμψυχοι dicti sunt. *Senem* etiam *decrepitum* ἔμψυχόν τινα τάφον, id est, vivum quoddam sepulchrum dici invenio. *Crucem*, servile supplicium apud Romanos, notante *Lipsio* de Cruce lib. I. cap. 12. sepulchrum vocat Servus ille apud *Plautum*, in Milite Act. II. Scena IV.

Noli minitari: scio crucem futuram mihi sepulchrum:
Ibi mei majores sunt siti, pater, avus, praavus, abavus.

Sed & *Avari* sepulchra pauperum dicuntur, sic enim *S. Ambrosius*, citante *Cornel. a Lapide* Com. in cap. V. Esai v. 14. *Avari, potentes & rapaces inhiant opibus pauperum sine fine & termino, eosque devorant, ac si essent infernus & pauperum sepulchra*. Pro ipsis *sepultis* sepulchrum sumitur Esa. XXXVIII. 18. *Non sepulcrum confitebitur tibi, neque mors laudabit te*, h. e. sepulti & mortui. Vide Dn. *Glassium* Philol. S. lib. V. tract. I. cap. III. pro *calamitatibus maximis & gravissimis periculis*, Psal. LXXXVI. 13. LXXXVIII. 4. &c. vide eundem d. l. c. X. *Babylonica Judæorum captivitas* sepulchrum metaphorice vocatur Ezechiel. XXXVII. 12. 13. Captivitas enim habetur pro morte civili. *Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris* &c. quibus verbis Resurrectio mortuorum simul præfiguratur juxta *Theodoretum* in h. l. *Rivetus* in Hoseæ cap. XIII. I. tom. 2. oper. p. 779. inquit; *Præterea vita ærumnosa & tristis pro morte censetur; idcirco exules mortui dicuntur, & exilium sepulchri nomine notatur Ezech. c.* XXXVII. Ipsa vero sepulchra, corporis humani post mortem receptacula, non una expressit nominatione veneranda antiquitas. Dicebantur generali nomine *Memoriæ & monumenta* Romanis, μνημεῖα & μνήματα Græcis, scil. ἀπὸ τοῦ μνᾶσθαι *a commemorando, reminiscendo*. *Quia* (ut loquitur *Augustinus* de cura pro mortuis cap. IV.) *eos, qui viventium oculis morte subtracti sunt, ne oblivione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam revocant, & admonendo faciunt cogitari*. *Cicero* Epistol. ad Cæsar. *Sed ego, quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor, ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quam ad præsentis temporis gratiam*. *Florentinus* JCtus lib. VII. Instit. *Monumentum*, inquit, *generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita, in qua si corpus vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum*. Est ergo & dicitur monumentum a *moneo*, eo quod *moneat mentem* veluti. Avitæ enim virtutis posteros admonent monumenta, vel etiam propriæ mortalitatis, *Varro* lib. V. de lingua Latina: *Monere*, inquit, *a memoria dictum, quod is, qui monet, proinde sit, ac memoria. Sic monumenta, quæ in sepulchris: & ideo secundum viam, quo prætereuntes admoneant, nomine mortuorum, & se fuisse, & illos esse mortales*. Prisca loquendi formula est. *Posuit corpus ejus in memoriam, quam sibi suisque construxerat*. Ipsa quandoque *sepultura* pro sepulchro usurpatur, in Jure præsertim Canonico, C. *abolendæ*, XIII. in verbis effodi sepultura. Et C. *aurum* LXX. *caus.* XII. *quæst.* II. *In sepulturis Christianorum requies defunctorum est*. Quo sensu *Servus Sulpitius* vocem accipere videtur scribens ad Ciceronem lib. IV. Epist. Famil. XII. se ab Atheniensibus, M. Marcello *locum sepulturæ* ut darent, intra urbem, impetrare non potuisse. Appellatur etiam sepulchrum, *Conditivum*, a *Seneca* Epist. LX. *Qui latitant & torpent, sic in domo sunt, tanquam in conditivo*. *Conditorim*, a *Plinio* lib. VII. cap. XVI. *Divini thesauri conditorium*, a *Tertulliano* de resurrect. Carnis, *Quietorium*, *Requietorium*, *defunctorum sacra quies*, ab aliis. In sepulchris enim velut lectulis & cubilibus suis requiescunt corpora a malis & laboribus, donec extrema die a Filio Dei, victore mortis & datore vitæ iterum suscitentur, quo sensu etiam sepulchrum *portus corporis* dicitur apud *Ciceronem* lib. I. Tuscul. quæst. ubi ita e veteri poeta: *Neque sepulchrum, quo recipiat*, (forte quo recipiatur legendum) *habeat, portum corporis: Ubi, remissa humana vita, corpus requiescat a malis*. Dici etiam consuevit *tumulus*, quod coacervata ibi terra tumeat. Exaggerare enim terram solebant, & quo altius educebatur terra, eo honorificum magis. A tumore ergo illo terræ, latinum nomen tumulis quæsitum. *Ossuarium*, quod ex veteri inscriptione disco: JULIA. FUSCINIA. OSSUARIUM. VIVA. SIBI. FECIT. *Locus*, *Augustinus* de Civit. Dei lib. I. cap. I. *Testantur id martyrum loca & basilicæ Apostolorum*. τόπος αἰώνιος, *locus æternus* Tob. III. 6. *Præcipe jam nunc me his augustiis excedere in locum æternum* &c. Hæc verba non habentur quidem in vulgata versione nec in Lutheri Germanica, habentur tamen in textu Græco. Item *Cinerarium*, unde per contemtum *Cinerarii* dicebantur olim, qui cineres & reliquias martyrum venerabantur, apud *Hieronymum* in Epistola quadam ad Riparium. Traduxit huc antiquitas etiam appellationem *Sarcophagi*, qua

qua utitur in hac ſignificatione *Juvenalis* Satyr. x. quia corpora defunctorum condita abſumit ſepulchrum, unde & inter res inſaturabiles numeratur Prov. c. 30. 15. 16. Optime Plato tellurem omnem *mortis Stomachum* appellavit, quia quos una mors devorat, tellus ſtomachi in morem, conceptos, tumulatoſque concoquit, & ut ita dicam, digerit, ut annotat ad h. l. *Ferd. Quirinus de Salazar Orcivus theſaurus* pro ſepulchro uſurpatur in Epitaphio Nævii Poetæ apud *A Gellium* lib. I. cap. 24. *Stabula cadaverum* ſepulchra dixit *Tertullianus* de Reſurrectione carnis cap. 37. *Sedes* pro ſepulcro habetur apud *Virgilium* VI. Æneid.

—— quam ſedibus oſſa quierunt.

Sic *Apoſtolorum ſedes* l. penult. cap. de ſepulch. viol. Et in antiqua inſcriptione: HANC. SEDEM. SIBI. VIVI. POSUERUNT. item *Domus* pro eo ſumitur. Nulla enim domus noſtra, eſt, atque ſepulcrum. Jobus veriſſime cap. XXX. 23. *Quandoquidem novi, quod me ad mortem rediges, & domum condictam* (conſtitutam) *omni viventi*: Huc trahunt nonnulli illud Prophetæ Eſa. cap. 14. 18. *Cubaverunt glorioſe, quiſque in domo ſua*, h. e. in ſepulchro ſuo, ita *Emanuel Sa*, *Menochius*. Alias ita exponunt; glorioſe ſepulti ſunt, non cum plebe, ſed in domo i. e. in parentum & regum ſepulchro, *Tibullus* lib. III. Eleg. II.

Atque in marmorea ponere ſicca domo.

Hinc *domus congregationis* vel *conventus*. Eo enim tandem conveniunt mortales omnes, certo & conſtituto humanitatis & mortalitatis fœdere. *Domus æterna*, *οἶκος αἰῶνος*, *domus æternitatis*, *domus ſeculi*. Scribit *Diodorus Siculus* lib. I. Bibl. Hiſtor. Ægyptios ſepulchra *ἀϊδίους οἴκους*, *domus æternas*, illas vero, in quibus vivi degimus, domos, *καταλύσεις* i. e. *diverſoria* ſive *hoſpitia* nuncupaſſe, puta, quod mora tam brevis ſæpe ſit in illis, quam in iſtis certa & æterna; putabant enim in ſepulchris perpetuo commorandum functis. Antiquitatum *Fabricii* l. 2. Epigram. 38. *Hæc domus æterna eſt, hic ſum ſitus, hic ero ſemper*. Κατάλυμα vero, pro quo & *κατάλυσις* dicitur, locus eſt in diverſorio publico, in quo ſarcinæ deponuntur. Chaldæos *domum dormitionis*, *domum ſepulchri*, *περιφραστικῶς* ſepulchrum diceret, annotat *Johan. Druſius* in Jobum commentans. Quidam etiam *domum luteam* Job. IV. 19. pro tumulo accipiunt, *qui habitant domos luteas*, Paraphraſtes Caldæus vertit, *in ſepulchro lati*, i. e. luteo. *Johannes de Pineda* vero, item *Eſtius*, *Emanuel Sa*, *Menochius* & *Tirinus*, in h. l. *Rivetus* etiam in Hoſeæ cap. 5. v. 12. per domum luteam ipſum corpus ex luto & limo formatum intelligunt, quod videtur inhabitare animus, ut ita Habitatores domorum lutearum, hominum periphraſis ſit, quomodo ipſe Paulus Apoſtolus corpus noſtrum *terreſtrem domum* 2. *Cor.* v. I. & *Sap.* IX. 15. *terrenam habitationem* vocare non dubitant. Porro ſepulchrum afficitur nomine *tenebrarum*, cum alibi, tum Pſal. 88. 13. *Non cognoſcentur* בחשך *in tenebris mirabilia tua*, & Tobiæ XIV. 10. *ἤγαγεν αὐτὸν εἰς τὸ σκότος*, & poſt aliquanto *καὶ αὐτὸς κατέβη εἰς τὸ σκότος*. Vide *Druſium* in Jobi cap. XVII. 13. & in annot. ad Coheleth cap. v. 4. Dicitur & בית חשך *domus tenebrarum*, in libro ſelectarum gnomarum, notante eodem. *Terram tenebroſam & opertam mortis caligine* Job. x. 21. de ſepulchri conditione poſt Hebræos *Lyra* & quidam recentiorum, ut *Eman. Sa*, *Menochius*, *Tirinus*, *Rivetus* commen. in Pſalm. XXIII. v. 4. pag. 140. a. tom. 2. Operum interpretantur, alii tamen hæc de ſtatu damnatorum intelligunt, ut notant *Pineda & Coccejus* h. l. Regius Propheta *terram oblivionis* etiam vocat ſepulchrum, Pſalm. LXXXVIII. 13. quoniam mortuorum memoria ſimul cum ipſis ſæpe effertur, juxta illud Pſal. XXXI. 13. *Oblivioni datus ſum, ſicut mortuus, a corde*; vel quod ibi omnium ſit oblivio rerum. Item *ſilentium*, *locum ſilentii*, דומה, *quod illic ſit ſilentium a celebrando Deo*, ut exponit *Buxtorfius* in Lex. Hebr. & Chald. Non enim mortui publicam ad vivos orationem habent de Dei laudibus. *Pineda* comm. in Job. Eſt autem hoc quoque defunctorum ſilentium quies quædam atque ceſſatio ab omni vitæ actione, cum ſilere is quoque dicatur, qui nihil agit, juxta illud Exod. XIV. 14. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*. Loca habentur Pſalm. XCIV. 17. & CXV. 17. utrobique vocem ſilentii proprie reddidit Megalander *Lutherus*, Pſal. XCIV. Wo der HErr mir nicht hülffe / ſo lege meine Seele ſchier in der Stille / Pſalm. CXV. Die Todten werden dich HErr nicht loben / noch die hinunter fahren in die Stille. Hinc quoque Latini Poetæ *ſilentes* pro mortuis dixere. In locum hunc poſteriorem ita *Simeon de Muis*; In ſilentium, *ideſt*, *ſepulchrum*, *ſic nominatum*, *quod ibi perpetuum ſit ſilentium*, *& ut ait Kimchi*, *in ſepulchro corpus ſit inſtar lapidis muti*. *Hinc etiam Latini* ſilentes *pro mortuis dicunt*. *Ex Exra vertendum*, in exciſionem, id

id est, locum excisionis, *eodem sensu*. Hæc ille. Martyris cujusdam sepulchrum in Ecclesia primitiva peculiariter dicebatur *Confessio* vel *Martyrium*. Hinc intelligimus, inquit *Cornel. a Lapide* comm. in cap. XI. Esaiæ pag. 169. illud, quod toties in vitis Sanctorum legimus: *Hic Sanctus sepultus est in Confessione S. Laurentii, S. Susannæ, S. Priscæ &c.* Nam in *Confessione*, id est, quod in crypta vel sepulchro. Unum adhuc adjiciam, sic Caput hoc finiturus. Infantes infra certum ætatis annum vita functos non cremabant Ethnici Veteres, (unde *infantem minorem igne rogi*, dicit *Juvenalis* Sat. XV.) sed sepeliebant. Sepulchra vero eorum peculiari nomine *Suggrundaria* appellabant. Testem hujus rei produco *Fulgentium Placiadem: Suggrundaria antiqui dicebant, sepulchra infantum, qui nec dum XL. dies implessent, quæ nec Busta dici poterant, quia ossa, quæ comburerentur non erant, nec tanta cadaveris immanitas, qua locus tumesceret*. Vide *Caspar. Barthium* Advers. lib. XI. cap. 21.

CAPUT X.

De Sepulchrorum generibus, varia structura, ac ornamentis.

Sepulchra non unius generis fuisse, nec unicuique in quodlibet inferendi jus, jam porro dicam: Vel enim quis *sibi soli* vel *uxori* simul *suæ*, ut unita sepultura perpetuum sibi daret conjugem, vel *sibi familiæque suæ, ac posteris*, monumentum vivus exstruebat, heredum officia præsumens, aut exstrui in testamenti tabulis jubebat. Fuit autem id moris apud Romanos, ut cum heredes negligentius circa hanc rem versari viderent, plerumque dum viverent, sibi suisque sepulchra ipsi pararent. In Sacris de Asa 2. Chron. XVI. 14. legimus; *sepultum fuisse in sepulchris suis, quæ foderat sibi in Civitate Davidis*. Et de Sebna, Esa. XXII. 16. quod in Jerusalem curasset sibi sepulchrum excidendum. Idem de Josepho Arimathæensi dicitur Matt. cap. XXVII. 60. Cæterum privorum, conjugumque sepulcra *Requietoria* dicta fuisse ex inscriptione veteri probare vult *Johann. Meursius* Exercit. Criticarum part. II. lib. III. cap. 20. sed id generale nomen est, *singularia* forte vel *priva* rectius dicentur. Quæ vero omni familiæ posterisque fiebant. *Communia* appellabantur respectu familiæ, aut heredum & posterorum, qui inferendi jus habebant commune. Hinc *Ausonius* Epitaph. XXXVII.

Me sibi & uxori & gnatis, commune sepulchrum
Constituit, seras Carus ad exsequias.

Dicebantur hæc sepulchra etiam *Loci communes*. Cicero Verr. VI. *Dico nihil istum ejusmodi rerum in provincia reliquisse, &c. nihil in ædibus cujusquam, ne in oppidis quidem, nihil in locis communibus, ne in fanis quidem &c.* Confer Prologum Casinæ Plautinæ. Non interim ignoro, communia etiam vocari sepulcra, in quibus promiscue multi ex plebe condebantur. Neque enim unicuique ex populo sepulcrum suum erat, ut ex supra dictis patet, Bene *Adrianus Turnebus* lib. V. Advers. cap. XVI. *Cum olim*, inquit, *qui locupletes erant, in suis fundis aliquid loci sepulturæ ponerent, & privata haberent ibi sepulcra sibi familiæque suæ, aut heredibus, plebs, quæ agris fundisque carebat, in loco aliquo communi sepulturæ destinato humabatur*: sepulchrumque commune *vocabatur, ubi sepeliebatur. Ex quo scripsit* Horatius *lib. I. Satyr.* 8.

Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum.

Sic *Lucretius*, Terram mortuos omnes gremio suo receptantem, *commue sepulcrum* appellat lib. V. Et *Catuylus Trojam commune sepulcrum Europæ Asiæque* i. e. heroum belli Trojani tempore ex Europa & Asia occumbentium vocat. Ista vero communia quæ dixi sepulcra, alia *Familiaria* erant, alia *Hereditaria*. Illa dicebantur, *quæ quis sibi familiæque suæ constituerat*: Hæc autem, auctoribus *Cajo* & *Ulpiano* erant, *quæ quis sibi heredibusque suis paraverat, vel jure hereditario acquisiverat*. Familiare sepulcrum ad Familiam, etiamsi in ea nullus heres esset, ac heredes etiam extraneos pertinebat, ex *Leg.* XIII. *C. de Religios.* Non vero ad affines aut cognatos, heredes non institutos. His enim nullum inferendi jus fuit, ex *Leg.* VIII. *C. de Religios. & sumpt. Fun.* Sed hæc sibi invicem contrariari videntur, igitur respondet *Treutlerus* Conf. 58. n. 249. procedere, quando in ultima voluntate dispositum reperitur, aut in contractibus per instrumenti tenorem, vel per pacta majorum sic conventum sit, ut sepulcrum familiare sit toti familiæ commune in aliquo loco religioso: & tunc omnes habere jus sepeliendi, qui censentur da familia, nec per divisionem ad unum posse devenire. Secus autem esse, si sepulcrum sit destinatum

tum ei soli, cui universitas bonorum loci obvenit, vel qui domicilium ibi habet cum jure Patronatus, tum enim id ad alios cognatos non pertinere ex *lib.* 8. In Hereditario vero, (quod & *Gentile*, aut *Gentilitium*, vel etiam *patrium*, *avitum* & *majorum monumentum* nuncupabatur) heredibus, & qui heredum loco erant, sepeliri licebat, etiam illis, quibus hereditas tanquam indignis ablata, ut docet *Ulpianus* D. de Religios. & sumpt. funer. lib. XXXIII. Quamvis enim jus heredum & filiorum amiserint, sola tamen humanitatis ratione jus paterni sepulcri retinent, tum quod naturaliter jura sepulcrorum liberis quasi adhæreant, tum quod aliquando Domini, vivo adhuc Patre habiti sint. Manet itaque, inquam, jus sepulcri etiam apud illos, qui ab hereditate exclusi, nisi testator specialiter odio commotus illis inferendi jus denegasset, ut idem docet *Ulpianus lib.* VI. Solebant enim veteres controversiarum, quæ inde oriri possent, tollendarum causa expresse & diserte cavere haud raro in Sepulcrorum cippis, de personis, quas vel inferri monumento suo, vel ab eo excludi volebant; unde hæ inscriptionum formulæ in Romanorum monumentis:

SIBI. ET. CONJUGI. ET. LIBERIS.
ET. LIBERTIS. LIBERTABUSQ;
EORUM. FECIT.
HOC. MONUMENTUM. HEREDES.
NON. SEQUITUR. HOC.
MONUMENTUM.
EXTERUM. HEREDEM.
NON. SEQUITUR, &c.

Augustum Cæsarem Julias, filiam nepotemque probris contaminatas suo inferri sepulcro vetuisse, *Svetonius* narrat in vita ejus in fine. Cæterum in hæc familiaria & hereditaria monumenta inferre mortuum, alteri licebat minime, libenter enim suorum tantum modo cineres admisceri sibi volebant. Solon, Atticorum Legislator, pœna coercuit illos, qui sepulcra delebant, aut in gentilitia alienum inferebant, quam legem inter cæteras ad Romanos transtulerunt Decemviri, ad id in Græciam a Romanis missi, *Cicero* II. de LL. Et, quod omittendum non est, majorum suorum, charissimorumque monumentis condi, interque suos post fata cubare jucundissimum esse consuevit humanitati. Hinc *Hector* magnus Achillem rogavit, ut se exanimen parentibus redderet, patria sepultura afficiendum. Sed sacra potius videamus exempla: *Jacob* duodecim tribuum pater dormire cum patribus suis, condique in sepulcro majorum suorum volebat, *Genes.* 47. 30. quam ipsam voluntatem optimi parentis optimus filius Joseph exequutus est, *Genesios extremo v.* 13. Quanquam altius conscendisse putandus sit Sanctissimus Patriarcha: neque enim hujus desiderii causa fuit tam naturalis affectus, quam 1. terræ Canaan promissio. 2. Ecclesiæ conjunctio. 3. Messiæ expectatio. 4. sperata cum Christo resuscitatio, docente Avunculo meo, *Gerhardo* in h. l. Hinc D. *Calixtus* in eundem hunc locum: *Naturæ alias consonum est desiderium, ut cupias, corpus tuum vita functum ossibus majorum, eorumque quos amaveris, conjugi, Hoc tamen non tam respexisse videtur,* (Jacob) *quam testatum ivisse fiduciam suam de adimplendis divinis promissionibus*. Senex ille Tobias filium monet sibi cognominem, ut matrem suam Annameodem tumulo secum componat. Sic Johannis Chrysostomi mater ab ipso, ut sua cum mariti ossibus ossa jungeret, rogavit, lib. I. de sacerdotio. Et Monica S. Augustini mater, ut ad maritum suum sepeliretur, moriens rogasse fertur. Hinc *S. Hieronymus*: *Quos conjunxit unum conjugium, conjungat unicum sepulchrum, quia una caro sunt, & quos Deus conjunxit, homo non separet*. Moris hic recordor Veterum, cujus meminit Doctissimus *Meursius*, Exercit. Critic. p. II. lib. II. cap. XV. & *Kirchman.* lib. III. de Fun. Rom. cap. XIV. quo conjuges, amici & amasii, qui fide & amore inter se mutuo insigni fuissent, uno eodemque componebantur tumulo. Judæis etiam hanc consuetudinem fuisse generalem, ut scil. uno conjuges sepulcro clauderentur, docet *Abulensis* II. Reg. XV. q. 14. & ex eo *Lorinus* in cap. V. Actor. v. 10. Et probant exempla; Nam Abraham & Sara & Genes. XXV. 10. Isaac & Rebecca Gen. 49. 31. Jacob & Lea *ibid.* eodem tumulo clausi sunt. Hinc *Sanctius* in c. II. Act. p. 79. *In sepulchra illa* (Hebræorum) *non unum tantum inferebatur cadaver, sed tota familia in illa jus habebat quasi hæreditarium, quare in sepulcro Abrahæ conditi sunt postea Isaac & Jacob & sæpe posteri inclusi esse dicuntur in parentum monumentis. Et inde natus est dicendi modus; dormire cum patribus suis & apponi ad parentes suos. &c.* Hæc ille. Juxta Sanctorum quoque corpora sepeliri fidelibus semper optatissimum fuit. Sic & Propheta voluit juxta alium Prophetam sepeliri, I. Reg. 13. v. 31. S. *Maximus* Serm. 77. de SS. Oct. Advent. & Solut. *Ideo namque* inquit, *hoc a majoribus provisum est, ut sanctorum ossibus nostra corpora sociemus, ut dum illos Tartarus me-*

tuit, nos pœna non tangat, dum illos Christus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Adtexam cætera de Sepulcrorum generibus: Erant enim præterea *publica monumenta* apud Romanos, in quibus ij locabantur, qui honoris ergo de publico sepeliebantur. *Meursius* loc. alleg. lib. 3. cap. 20. Erant & alia peregrinis vel in bello cæsis structa. Eaque πολυάνδρια dicebantur, qualia Athenienses illis, qui in bello pro patria occubuissent, in Ceramico extra urbem publico sumptu constituebant, vide *Meursium* l. c. cap. 35. *Kirchman.* de F. R. lib. 11. cap. 25. Judæorum Pontifices 30. argenteis, quibus proditor Judas inductus, operam suam improbam illis addixerat, emisse legimus *Matth.* 27. 7. agrum figuli cujusdam *ad sepulturam peregrinorum*, i. e. eorum, qui ex variis Orbis terrarum partibus annuatim ad solennia Hebræorum festa venirent, adoraturi Dominum, *Hunnius* in h. l. vel etiam, quorum alias complures essent Hierosolymis, quipe in Judææ metropoli & τῆς οἰκȣμένης i. e. Orbis habitabilis (ita credebant Veteres,) umbilico, ibidemque decederent extra patriam. Peregrina alias sepulchra appellabantur, in quibus aut honoris aut amicitiæ aut necessitatis causa alii non ejusdem familiæ sepeliebantur, quorum respectu peregrina dicebantur. Sic Salvator noster in peregrino sepulcro est compositus, & Ennius in monumento Scipionum. Vide *Marcum Zuerium Boxbornium*, in Quæstion. Romanis, quæst. 10. Hactenus de sepulcris proprie dictis, restant monumenta, quæ memoriæ gratia alibi sepultis, aut religionis causa sepulturæ plane expertibus erigebantur, ut si *nudus in ignota jaceat Palinurus arena.* Græci Κενοτάφια appellant. *Statius, inania busta & vacua sepulcra* vocat, lib. 12. Thebaid. *Inane sepulcrum* ejusmodi monumentum nuncupat *Ovidius* lib. VI. Metamorph. Fabula de Progne. *Tumulum honorarium Suetonius in* Claudio, ab initio. Taleque Druso in æstivis castris mortuo & Romam e Germania devecto ibidemque in Martio campo tumulato, ab Exercitu prope Rhenum esse excitatum, scribit. *Budæus* in Pand. *Quorum cadavera*, inquit, *haberi ad sepulcrum non poterant, ut qui peregre obiissent, aut naufragio periissent, iis Cenotaphium extruebatur, quod tantum valebat, quantum sepultura plena.* Dixi religionis causa talia extructa fuisse sepulturæ plane expertibus. Credebant enim Ethnici, defunctorum animas, si honore sepulcri carerent omni, stygiam paludem tranare non posse. Hæcque superstitiosa opinio Cenotaphiorum usum adinvenisse videtur. Honorarium Scipionis Africani monumentum sub pinu ænea Romæ fuit, teste *Georgio Fabricio*, in tractatu de Roma cap. 29. *Sepulchrum Scipionis Africani*, inquit, *sub pinu ænea honorarium: nam Liternenses hospites de vero Scipionis tumulo se merito jactant. Dicitur autem in Vaticano pinus altissima ænea fuisse erecta, Carthaginem versus, de qua una adhuc nux aliquot pedum altitudine, ante basilicam S. Petri cernitur, vetusti operis & inaurata.* Hæc ille. Athenis, in sacro Minervæ Campo, e Piræeo in Urbem ascendentibus juxta viam Euripidis in Macedonia tumulati, κενοτάφιον fuisse, autor mihi est *Joh. Meursius*, Athenarum Atticarum l. 1. cap. 1. Moris etiam Pythagoricum fuit, ut iis, qui a Philosophia sua defecissent, Cenotaphia tanquam mortuis extruerent, ut confirmant *Origenes* lib. 1. contra Celsum, *Clemens Alexandrinus* lib. v. Strom. & *Jamblychus* in vita Pythag. Inanis & honorarii tumuli γνώεισμα sive signum apud Athenienses fuit Ἴκρίον, sive lignum surrectum, vide *Marcellinum* in vita Thucydidis. *Paulus Warnefridus* Diaconus Aquilejensis Carolo M. inprimis charus, (ita ut ejus opera diebus Dominicis & Festis ex Evangeliis & Epistolis lectiones, quæ hodieque usurpantur adsignasse feratur, lib. v. de Rebus gestis Longobardorum scribit; Longobardos intra sepulcra, quæ ad amicorum suorum alibi tumulatorum memoriam refricandam extruxerant, perticam fixisse, inque ejus summitate ligneam columbam posuisse, quæ in illam cœli plagam versa, ad quam illorum dilectus occubuisset & quiesceret. Cenotaphia etiam Christianos in honorem Martyrum excitasse, colligi potest ex *Prudentii* lib. περὶ ςεφάνων, taliaque in commemorationibus defunctorum erigi dicit *Gretserus* de fun. Christ. lib. III. c. VI. Venio ad alteram capitis partem, structuram & ornamenta Sepulcrorum contemplaturus. Singularia autem vel Priva sepulcra nihil aliud fuere antiquissimis temporibus, quam scrobes in terra cavati, quibus infodiebantur potius, quam sepeliebantur cadavera, docente *Kirchmanno* lib. III. cap. 15. Talem scrobem coram sibi fieri imperavit Nero, cum mortem sibi instare videret, ut autor est *Suetonius* in vita ejus. Communia vero, Familiaria puta & Hereditaria monumenta, subterranea plerumque fuerunt ædificia, concamerata, pavimento strata, ac parietibus circumsepta, in quæ per gradus aliquod fuit descendendum. In parietibus per ambitum loculi fuere dispositi, in quibus urnæ locarentur. In his sepulchris habitabant pulverei ac cinerosi mor-

mortui, tanquam in domiciliis. Vide hæc plenius apud *Marlianum* lib. IV. Topographiæ Urbis Romæ cap. 19. & *Georgium Fabricium* libello de Roma cap. 20. istorum sepulcrorum αὐτόπτης. Et ne admodum diversam fuisse putes Græcorum & Romanorum faciendorum loculorum & urnarum condendarum rationem, subjungit jam dictus *Georgius Fabricius; Testatur Ciriacus Anconitanus (cujus scriptas quasdam chartas evolvi) se Patris in Achaja ad ædem S. Andreæ (qui ibidem martyrio coronatus est,) antrum subterraneum ex integro solidoque lapide vidisse, miro artificio fabricatum, in quod per gradus sedecim descensus fuerit, quodque ad tetragonos parietes habuerit, loculos quatuordecim, in quibus singulis binæ aut ternæ urnæ funerales fuerint locata.* De Ægyptiorum Sepulcris ita *Furerus*, in Itin. Terræ S. fol. 25. *Ad locum illum delati sumus, ubi sepulcra sunt, quæ tantum continent ambitu suo, quantum urbs Alexandria, quem locum ut & cadavera ipsa incolæ Mumias vocant. Sunt autem Sepulcra singula lapidibus instructa instar putei cum foramine quadrato, profunditate hastæ longitudinem exequante, in quæ non est difficilis descensus. In imo aliud foramen est minus, per quod difficulter transiri potest: ubi angusta est caverna cadaveribus plena, quæ tamen omnia eleganti ordine disposita sunt. Juxta hanc aliæ sunt continuæ, eadem forma, ita ut ab una ad alteram transiri possit tanquam in labyrintho quodam. Ipsa cadavera vetustissima erant, & sive aromatum copia, sive vetustate, nigra admodum, ex urbe Memphi huc delata.* Porro, in ipsis monumentis suis columnas & statuas erexerunt Romani, pariter ac Græci, quod notum omnino est ex Veterum historia. Domunculas etiam atque ædificia superponere sepulchris solenne fuisse Romanis, vetus inscriptio docet: M. AURELIUS. ROMANUS. ET. ANTISTIA. CHRESIME. UXOR. EJUS. FECERUNT. SIBI. LIBERTIS. SUIS. POSTERISQUE. EORUM. MONUMENTUM. CUM. ÆDIFICIO. SUPERIMPOSITO. Neque infrequens cum in Urbe, tum in reliqua Italia, atque etiam in Græcia fuit, circumvallare veluti & munire defunctorum tumulos sepimentis, puta maceria, aut aliqua humili levique materia, quandoque silice vel saxis. Neronis monumentum lapide Thasio circumseptum fuisse *Svetonius* refert in Nerone. Vel denique ferro, ut de Augusti Mausoleo refert *Strabo*. lib. V. γεωγ. Apud Danos nihil hoc ritu olim fuit frequentius, qui grandibus saxis vel quadrato vel rotundo ordine tumulos cingere & sepire solebant. Vide *Olaum Wormium* Monumentorum Danic. lib. III. de Monumentis Scaniæ. Ipsos autem tumulos in monticuli seu collis magnitudinem aggesta gleba & lapidibus extruebant. Vide eundem lib. I. cap. VI. Germani veteres operosa sepulchra ut ingrata defunctis aspernati sunt: itaque humili condebantur tumulo. Rei huic fidem facit *Tacitus*, libello de Moribus Germanorum: *Sepulchrum* (apud Germanos) *cespes erigit*, (Cespes non unus, qui parum erigebat sepulchrum: sed complures, in unum tumulum adgesti, inquit *Cluverius* antiquæ Germ. lib. I. cap. 53.) *Monumentum arduum & operosum honorum ut gravem defunctis aspernantur.* Scotis sepulchra nobilium obeliscis decorare mos fuit, totidem affixis, quot ipsorum ductu hostium occidissent nobiles, ut notat *Hector Boethius* de moribus Scotorum, quos præmittit historiæ suæ Scoticæ pag. 2. De Turcis scribit *Busbequius* D. Legationis Turcicæ Epist. I. pag. m. 83. quod *soleant procul comportatis ingentibus saxis sepulchra suorum, alioqui inania, nulla injecta terra, tegere, ea quidem de causa, ut malo dæmone accusante & rationem vitæ a mortuo exigente (nam ita credunt, defendente vero bono Genio, locus sit ubi mortuus sedere & se caussæ commodius dicendæ possit erigere. Idcirco vero gravis lapis injicitur, ut tutiora sint cadavera a canum, luporum, reliqaarumque bestiarum injuriis:* In Africa extra Fessam, urbem totius Barbariæ, nobilissimæ Africæ regionis principem, multos ubique non procul ab urbe campos reperias, qui in publicam defunctorum sepulturam a nobilibus quibusdam sunt relicti. Sepulchro fere oblongum atque figura triangulari saxum superimponunt. Si quando nobilis aut alicujus momenti civis moritur, huic saxum unum ad caput, unum item ad pedes ponunt, quibus epitaphium insculpi consuevit, una cum die & anno, quo ex hac vita migravit, ut refert *Joh. Leo Africanus*, in descriptione Africæ lib. III. pag. m. 258. Sed ad Romanos Græcosque regredior, illi variis rerum simulachris exornare monumenta assolebant antiquitus, quod ex plurimorum sepulchrorum ruderibus Romæ observavit sæpe laudatus *Gorgius Fabricius*, in Roma p. 202. 203. ad quem curiosum harum rerum indagatorem remitto. Diversis quoque emblematibus & signis, quibus defunctorum studia conditionesque plerumque denotarent, tumulos suos decorare consueverunt. In Archimedis Syracusani, unici (ut *Livius* ait) spectatoris cœli siderumque, sepulchro depictam

sphæ-

ſphæræ figuram & cylindri notavit *M. Tullius*, ut teſtatur ipſe V. Tuſcul. Ipſius vero Iſocratis monumento pilam triginta cubitorum erectam fuiſſe, ac in illius faſtigio Siren ſeptem cubitorum, cantantis ſpeciem præ ſe ferentem, ad eloquentiæ ſuavitatem ſignificandam, *Plutarchus* in x. Rhetoribus & *Philoſtratus* in vita Iſocrat. tradunt. Vide & *Jacobum Pontanum* Progymn. lib. IV. prog. 65. Apud Hebræos potentiorum ſepulchra non erant in terra defoſſa, ut noſtra ætate plurima, ſed in ſpelunca ex lapide cavato. Probat id ſpelunca, quam ab Ephrone emit Abraham in ſepulchri poſſeſſionem, *Gen.* XXIII. & Sepulchrum Chriſti mundi Salvatoris, quod ſibi Joſeph ad Hebrææ gentis conſuetudinem excavarat in ſaxo, ut ſequente capite pluribus dicetur. Neque corpora humata erant plerumque aut incluſa thecis, ſed in loculis ita expoſita, ut videri, tangique ab ingredientibus poſſent. Ex quo intelligimus, quomodo cadaver ejus, qui a latronibus eſt occiſus, tangere potuerit oſſa Eliſæi Prophetæ, 2. Reg. XIII. 21. Chriſtianorum ſepulchra foſſæ erant plerumque lapidibus ſtratæ. Confirmo id teſtimonio *S. Hieronymi*, qui in Epiſtola 49. Tomi I. ad Innocentium de muliere ſepties icta, ſcribit; *Clerici, quibus id officii erat, cruentum linteo cadaver obvolvunt, & foſſam humum lapidibus conſtruentes, EX MORE tumulum parant. Sepulturæ mandantur Chriſtianorum corpora*, inquit *Gretſerus* lib. II. de Funer. Chriſt. cap. IX. *& aliquando quidem terræ infodiuntur; terram autem optimum habemus operimentum*, inquit, *S. Chryſoſtomus* hom. 84. in Johann. *& ipſi corporum naturæ decentius*. Aliquando quaſi in conclavibus cameratis & fornicatis, quibus cœmeteria vel templa conſtant, deponuntur; pro varia regionum conſuetudine, ſunt & qui extra humum, in ſublimi, nempe in Eccleſiarum parietibus, ſepulchra ſibi erexerint. Sepulchris cruces fuiſſe impoſitas, non uno documento probat jam dictus *Jacobus Gretſerus* Tom. I. de S. Cruce lib. I. cap. 15. Ipſeque Kennethus, Scotorum Rex, *ſepulchrum omne ſacrum haberi, idque Crucis ſigno adornari* juſſit, ut refert ſupra citatus *Hector Boethius* lib. X. Hiſtoriæ Scoticæ. Martyrum vero reconditoriis altaria, in quibus ſacris Myſteriis fruebantur, ſuperædificare in more habebant Chriſtiani Veteres: *Prudentius* in triumpho Hippolyti:

Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis
Propter ubi appoſita eſt ara dicata Deo.
Illa ſacramenti donatrix menſa, eademque
Cuſtos fida ſui martyris appoſita.
Servat ad æterni ſpem judicis oſſa ſepulchro,
Paſcit item ſanctis Tybricolas dapibus.

Vide *Barthium* Adverſar. lib. XLIV. cap. 2. His rurſum Martyrum ſepulcris & altaribus ſuperædificabantur Templa, quæ dicebantur *Martyria*. Vide *Cornel. a Lapide* Comm. in XI. cap. Eſai. Reſtat materiæ Monumentorum diverſitas. Sepulcra enim alia erant *lapidea*, alia *teſtacea*, qualia Corinthiorum fuiſſe pleraque teſtatur *Strabo* lib. VIII. alia *marmorea*, *ænea* alia. Tumulos Pontificum, Martini Quinti, in S. Johanne Laterano, & Sixti Quarti in S. Petro Vaticano, *æneos*, Piorum Secundi & Tertii, Hadriani Sexti *marmoreos* eſſe dicit *Georgius Fabricius* in Roma ſua cap. XXI. Æthiopum quorundam fuiſſe *vitrea* monumenta, refert *Herodotus* lib. III. cap. 6. his verbis: *Poſteaquam mortuum ſive Ægyptiorum ſive aliorum more areſecerunt, totum gypſo obducunt, picturaque exornantes repræſentant, quod fieri poteſt, effigiem ejus: deinde cippum ei cavum e vitro, quod apud illos multum eſt, & facile effoditur, circumdant: in cujus medio mortuus interlucet, ut ab hominibus conſpici queat, nullum de ſe ſpargens odorem*. Alexander ab Alexandro lib. VI. Genial. dier. cap. 14. *Ægyptiis*, inquit, *tria fuere ſepulchrorum genera: unum præcipuum & maximi ſumptus, quod argenti talento taxabatur: medium minarum viginti: humile vero ex levi materia, minimæ impenſæ. Clariora fuere Æthiopibus: nam ditiorum monumenta ex auro fiunt, tenuiorum ex argento, in opes autem conduntur fictilibus*. Hæc ille. Diverſa reconditoria! Omnium tamen illorum, qui diſparibus monumentis teguntur, parem in exitu ſortem fuiſſe, ipſa impellente Philoſophia ſcribit *Seneca;*

Æquat omnes cinis
Impares naſcimur, pares morimur.

Tandemque in uno ſimiles cuncti videmur, quod omnes, excepto nullo, ad tumulum, ſive lapideum ſive aureum, vadimus.

CA,

CAPUT XI.

Sepulcra aliquod inſignia repræſentans.

INtueri Monumenta, quæ Regum & magnorum hominum cineres ac oſſa contegunt, magnum ſemper habitum eſt ad Virtutem incitamentum. *Chryſoſtomus* in Babylam Mart. ſive contra Gentiles, inquit; *Poſt ſermonis facultatem ipſa certe Sanctorum ſepulcra proximum locum obtinent ad animos hominum in ipſos Sanctos intuentium, ad virtutum earundem æmulationem excitandos*. Ad illa itaque ſæpius deducti Regales pueri, cum ut ad virtutum majorum æmulationem excitarentur, tum ut agnoſcerent, Reges & Principes, æque alios caduca veſtitos toga, mortique tributarios eſſe. C. Julium Ceſarem cupide inſpexiſſe ſepulcrum Alexandri M. tradit *Lucanus* lib. x. Auguſtus Imperator Alexandriam ingreſſus, id quod primum in ea urbe conſpicere optavit, Alxandri illius Magni corpus fuit, idque adtrectatum floribus totum conſperſit & coronæ proſequutus eſt honore. *Dio* lib. LI. *Chemnitius* Exam. Trident. de Reliq. Sanctor. part. IV. p. m. *669*. Inſpectionem hanc ſepulcrorum *ſcholam* vocat *noſtræ humilitatis* jam adductus *S. Chryſoſtomus* de fide & lege. *Ubique ante oculos noſtræ humilitatis ſchola; & docemur, in quid deſinamus tandem, docemur, qualia futura ſint phantaſmata*. Contemplaturi itaque Sepulchralium Pyramidum & Mauſuleorum ſtructuras, moleſque, ante omnia Domini ac Servatoris noſtri, qui ſalutis noſtræ cauſa non naſci tantum, ſed & mori ac ſepulchro includi voluit, Monumentum, (quod B. *Athanaſius* ſeculo ſuo Orbis oculus, Or. in S. Paraſceven, *immortalitatis receptaculum, reſurrectionis officinam, & ſepulchrorum diſſolutionem* ſeu *deſtructionem*, *Euſebius* vero *Cæſarienſis* ſeculi ſui ſine controverſia vir eruditiſſimus (Judicé *Caſaubono*) lib. III. de Vita Conſtantini, cap. 24. *Sanctiſſimum Salutaris reſurrectionis Chriſti locum* & cap. 25. *divinum immortalitatis monumentum*, Germani noſtri das heilge Grab vocant,) intuebimur. Fuit id non proprium, ſed alienum, nempe Joſephi, oriundi ab Arimathæa. Qui enim *in vita non habebat domicilium, neque poſt mortem habet tumulum*, ut pie *Theophylactus* in XIX. Johan. Et *in alienum ſepulchrum ponitur, quia pro aliorum ſalute moriebatur*. Novum tamen fuit, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη, ut inquit dilectus Jeſu diſcipulus in ſuo Evangelio cap. cit. v. 41. ac in ſolida rupe exciſum & excavatum in horto. Obſervant ex Thalmudicis & Rabbinicis ſcriptis *Iſaacus Caſaubonus* Exercitat. XVI. num. XCVIII. & XCXIX. *Gerhardus*, Avunculus meus deſideratiſſimns in Harmonia Evangelia Hiſtoriæ Paſſionis Chriſti cap. XIX. & alii. Moris fuiſſe inter Judæos, ut pro condendis ſuorum exuviis in petris ac rupibus, quas magna copia regio circa Hieroſolymam inprimis offerebat, cavernam exciderent, quatuor cubitorum ſupra ſex, id eſt, ut videtur *Caſaubono*, longam ſex, latam vero quatuor cubitos. In hujuſmodi caverna (quam appellabant Hebræi קבר i. e. ſepulchrum ab uſu & fine, ac מערה, ſpeluncam ſive antrum a forma, unde & ſanctum illud Domini monumentum apud Scriptores Eccleſiaſticos ſæpiſſime, præſertim *Euſebium* l. cit. & *Sozom.* lib. 2. H. E. *ἄντρον, σπήλαιον, antrum ſacrum, ſpelunca ſancta, ſalutare antrum* &c. appellatur) *octo* (ſecundum alios *tredecim*) excavabant foramina, quæ conditoria erant pro ſingulis corporibus reponendis. Neque enim ſinguli ſeparatim a ſuis ſepeliebantur, ſed tota familia in ſpelunca una, conditis ſingulis corporibus in ſingulis foraminibus. Ut ex *R. Samuele Ben Meier* docet *Caſaubonus* & ſupra cap. VIII. ex eodem inſinuatum eſt. Ante os ſpeluncæ חצר i. e. *atrium* erat ſive *area*, lapis etiam, quem גולל appellabant, advolvebatur foribus, an monumenti totius, an vero conditorii, in quo repoſitum erat aliquod corpus? Dubitare videtur *Caſaubonus*, lapidemque, cujus Evangeliſtæ meminerunt, non foribus horti, ſed vel monumenti vel conditorii illius, in quo poſitum fuerat corpus Dominicum, advolutum fuiſſe aſſerit, Exercit. XVI. num. CXXII. *D. Calixtus* in Concordia Evangel. lib. 7. c. 1. non tam monumenti, quam conditorii foribus eundem fuiſſe advolutum exiſtimat. *Et certe* (inquit) *lapidem, cujus meminit hiſtoria Evangelica* (Matth. 28. 2. Luc. 24. 2.) *maxime veroſimile eſt, advolutum fuiſſe ori foraminis ſive conditorii, in quo quieſcebat corpus Domini. Parum inter erat cætera omnia claudi, præſertim cum monumentum eſſet novum, in quo nondum quiſpiam poſitus fuerat*. Nec eſt, cur cum *Maldonato* in Matth. 28. 3. duos vel cum *Barradio* Harm. Tom. 4. l. 8. c. 2. & 3. tres lapides diverſis veſtibulis ſpecus, conditorii oſtiis occludendis fingamus, cum unius tantum, tum in hiſtoria Evangelica, tum apud Patres fiat mentio. Tale ergo fuit monumentum Chriſti, in quod ingreſſus patebat, tanquam in Cameram excavatam, Marc. XVI. 5. Mulieres ingreſſæ ſunt in monumentum, ipſum autem conditorium, quod

unum

unum erat ex octo vel tredecim illis cavatis foraminibus, in quo repositum erat sanctissimum Christi corpus, tantum introspici poterat. *Cæs. Baronius* Tom. 2. Annal. Eccles. anno 34. num. 187. & *Cornel. Jansenius* Comment. in Concord. Evangel. existimant, speluncam fuisse duplicem peramplam, cujus pars anterior vestibulum, posterior seu interior autem pariete quasi interstincta specum sepulchralem demum exhibuerit, idque ex *Cyrillo Hierosolym.* Catech. 14. ostendere conatur *Baronius*. Scribit ibi Cyrillus, adhuc sua ætate sepulchra Judaica ante aditum ipsum habuisse σκέπην quandam ex eodem lapide, ac talem forsan non defuisse Monumento Dominico, sed hoc non statim est vestibulum peramplo eidem saxo incisum; σκέπη enim προσκέπασμα aut parvam quandam Loricam notat circum monumentum, terram forte aliquod pedum eisdem adjungentem, & a reliquo horti agro hominumque usu separantem, aut projectum seu protectum, prominentiam quandam Græcis γεῖσον dictam, qua magnarum ædium superliminaria ornari assolent ac muniri, ne stillicidia fores, & qui consistunt in iis, male habeant. Vide *Casaubonum* d. Exercit. num. 122. Distabat autem gloriosum, τȣ̃ Σωτῆρος nostri Sepulcrum a monte Calvariæ sive Crucis Dominicæ sede, centum & octo pedum spatio, a monte autem Sion passibus mille, teste *Adrichomio* in descriptione Jerusalem num. 239. Cæterum elevatum fuisse in aliquam altitudinem supra terram quietorium Christi, quidam suspicantur, verum id viris doctis & antiquitatum Judaicarum peritis non fit verosimile. Præsertim cum jam dictus *Cyrillus Hierosolymitanus*, in Catechesi 13. inter Christi ac Regum sepulchra hoc ponat discriminis, quod sepulchrum Domini non fuerit exaggeratum supra terram, ut solent esse Regum monumenta: ἆρα μετὰ τὰς τῶν βασιλέων ὑπερανέχει τῆς γῆς, h. e. *num ut Regum sepulchra supereminet supra terram?* quæ interrogatio negationi æquipollet. Verius igitur esse existimat *Casaubonus*, rupem, in qua monumentum illud fuit excisum, aut nihil aut parum admodum supra soli superficiem eminuisse, cum & ab *Eusebio* semper ἄντρον vocetur, lib. 3. de Constantino Magno, *Beda*, qui ob vitæ Sanctimoniam morumque gravitatem venerabilis cognominatus est, & sub finem septimi & sub initium sequentis seculi floruit, formam sepulchri Christi his verbis describit, in cap. xv. Marci: & lib. de locis sacris. *De monumento*, inquit, *Domini ferunt, qui nostra ætate de Hierosolymis Britanniam venere, quod domus fuerit rotunda, de subjacente rupe excisa, tantæ altitudinis, ut intro consistens homo vix manu extensa culmen possit attingere. Quæ habet introitum ab Oriente, cui lapis ille magnus advolutus est. In cujus monumenti parte Aquilonari, sepulcrum ipsum, hoc est, Dominici corporis locus, de eadem petra factus est, septem habens pedes longitudinis, trium vero palmarum mensura cætero pavimento altius eminens. Qui videl. locus non desuper, sed a latere meridiano per totum patet, unde corpus inferebatur. Color autem ejusdem monumenti ac loculi, rubicundo & albo dicitur esse permixtus.* Verum ex hac descriptione Veterem sepulchri Dominici formam nos posse discere nemo sibi persuadeat. Prima enim speluncæ illius forma ac facies plane est immutata, idque ante plurima retro secula, ut nec hodiernæ nec proximorum sæculorum descriptiones veterem formam exhibere judicandæ sint. Scribit namque *Eusebius*, Locum sepulchri aggesta terra aliisque rebus a paganis fuisse obrutum, atque ita sepultum quasi sepulchrum esse Salvatoris, ne ulla extaret ejus memoria. Verba *Eusebii* lib. 3. de Vit. Const. cap. 24. & seqq. hæc sunt: *Istud Servatoris sepulchrum impii quidem & scelerati homines ex hominum memoria delere cogitabant, & (quæ eorum inscitia fuit) censebant veritatem ad hunc modum se posse occultare. Itaque primum permultum capere laboris cœperunt, in terra aliunde & extrinsecus invehenda, qua locum universum obducerent, deinde cum molem terræ in immensam altitudinem erexissent, constravissentque lapidibus divinum sepulchrum, ingente aggere supra injecto obtegere. Post eum nihil jam illis ad opus explendum deesset, super illum terræ cumulum, nefandum revera & exsecrabile bustum animarum construere & recessum lascivæ Veneris dæmoni una ædificare, simulacrisque mortuis complere: tum detestabiles ibi victimas, super impuras aras & omni nequitiæ labe pollutas immolare.* Hieronymus etiam ad Paulinum Epist. 13. inquit; *Ab Adriani temporibus usque ad imperium Constantini per annos circiter CLXXX. in loco resurrectionis simulachrum Jovis, in crucis rupe statua ex marmore Veneris a gentibus posita colebatur.* Sed de Jovis Capitolini templo aliter statuunt *Dio* in Vita Adriani, *Xiphilinus* & alli. Illud scil. non eo loco, quo crucem passus est & sepultus Salvator noster, sed quo olim augustissimum illud Salomonis templum steterat, excitatum atque erectum ab Adriano esse. Seculo itaque quarto demum, cum, mutata Orbis Romani facie, post graves

& diu-

& diuturnas persecutiones sub Constantino Magno respiraret rursum Ecclesia, Maximo illi Romanæ urbis (ut est in antiquis Epigraphis) liberatori, quietis fundatori, & reip. instauratori in mentem venit, Monumenti Dominici inquirendi ac ibidem templi excitandi, dum aliis passim in locis sacras excitasset ædes. Sic enim rursus *Eusebius*, qui ea & vixit & scripsit ætate, loco supra citato. *His rebus ad hunc modum constitutis, aliud quoddam opus maxime memorabile apud Palæstinorum gentem divinus iste imperator efficere aggressus est. At quodnam quæso? Sanctissimum illum Salutaris Christi resurrectionis locum Hierosolymis existimavit ita a se illustrari debere, ut omnibus eximius & veneratione dignus videretur &c. Ruffinus* l. 1. c. 7. & 8. nulla facta Constantini M. mentione Helenam matrem Constantini inventis in loco passionis tribus crucibus templum ibi regia ambitione mirificum extruxisse refert. *Socrates* etiam lib. 2. c. 13. Helenæ tribuit monumenti inquisitionem pariter & inventionem, eamque ibi templum constituisse pronunciat. *Sozomenus* lib. 2. c. 1. habet, cogitasse quidem primo Constantinum gratitudinis ergo exornare Hierosolymis Calvariæ locum templo, sed Helenam interea eo loci devenisse, & ægre quidem eruisse tandem destructo Veneris fano sepulchrum cum crucibus ad latus loci confuse positis, & hinc augustam illam impositam ibi Basilicam esse. Ita se accepisse, adjicit *Adricomius* in descriptione Jerusalem, num. 242. refert, a S. Helena, Constantini Magni matre (cujus multa & egregia erant per Romanum Imperium opera) hoc in loco conditam esse basilicam, quæ reliquas totius Orbis amplitudine atque pulchritudine longe excelluerit: *Nam*, inquit, *auratis corusca laquearibus & aureis dives altaribus, marmoreis septuaginta tribus columnis fulcitur: & tam resurrectionis, quam crucifixionis locum sub uno eodemque tecto comprehendit: quod in sui medio rotundo patet foramine apertum, sub quo in inferiori Ecclesiæ parte Dominicum consistit sub dio sepulcrum: cui passionis Christi theatrum, mons Calvariæ, nunc viginti octo pedes altus, chori loco adhæret, qui octodecim gradibus, quorum singuli pedem & semissem in altitudine continet, sui accessum præbet.* Hæc ille. Sed magnificentissimum illud templum ad Christi sepulchrum a Calipha & Sultano Ægyptio (qui *Hacham* sive *Albacham* ab aliquibus nominatur) destructum est sub exordium seculi XI. sive Anno Salutis nostræ 1010. vel 1012. Hodiernam sepulchri Domini formam *Bernhardus Brendenbachius*, *Adrichomius*, *Brocardus*, *Wol. Munzer*, qui circa an. 1483. 1556. loca illa sancta adierunt & lustrarunt, hoc modo describunt: *Nimirum in medio templi rotundi, sub apertura ampla ac dio petra est excisa quadrata XVI. pedes longa, VIII. pedes lata, altaque totidem, marmore candido exterius obducta, interius strata.* Versus ortum est janua *non satis alta. Ingressis vestibulum apparet & paries medius speluncam bipartiens, in quo per humile ostiolum irrepere potius, quam ingredi in partem petræ posticam licet, in qua ad dextram & latus septentrionale locus sepulti olim Domini seu caverna conspicitur, marmore grisei coloris intecta, trium altitudine palmorum, octo pedum longitudine pendentibus e sublimi faculis perpetuo igne lucentibus. Intrare neminem facile, nisi qui ante 9. Zekinos s. Ducatos quos vocamus, solverit.* Simulacrum illius Monumenti videre est Gœrlicii in Lusatia superiori, quod Patricius quidam illius urbis *Georgius Emmericus* superiori seculo XV. ex Palæstina redux ad imaginem non veteris & verioris dormitorii sacri, sed recentioris formæ condidit. Vidimus mundi Creatoris exiguum, quo clausus fuit, vasculum, in quo mors ipsa emortua est, & vita finem nesciens, exorta. Secedamus in Sanctorum Regum aliorumque sepulcrorum secreta. Monumenti familiæ Davidicæ Regumque post David, quod Maximus Regum ac divinæ homo sapientiæ Salomon regio opere & munificentia extruxit, ut tradit *Josephus* lib. 8. Antiq. cap. ult. designatio prolixa habetur apud *Pinedam* lib. 8. de rebus Salomonis cap. 111. p. 772. ex traditione *Danielis Barbari*, Patriarchæ Aquilejensis, qui cum Jerosolymis locum monumentorum regalium lustraverat, & descriptione *Sebastiani Serlii* lib. 111. de Architectura, cui ipsimet ædificii vestigium sua manu designatum Daniel Barbarus tradiderat. Verba ipsa lubet adscribere, cum raro in Studiosorum manus autor iste incidat: *Sub præcelso & marmoreo monte tres omnino cellæ excavatæ distinguuntur suis testudinibus, in eodem nativo saxo excisis. In primo ingressu, seu prima cella quatuor delubra, bina ex utraque parte, quasi quatuor reconditoria singula hominis capacia cernuntur. In medio, i. e. in secunda cella, quæ amplissima est, sunt delubra octodecim ex alterutra parte novena: testudo vero quæ maxima est, incumbit quatuor pilis, aut parastatis, aut columnis, ex ipso eodem nativo marmore formaris, & in maximæ longitudinis Basilicæ seriem recta dispositis, quas aliæ duæ minores præcedunt: in ultima vero cella, quæ magnitudi-*

tudine respondet primæ, duo item alia sunt reconditoria, e regione vero objicitur figura januæ, sed obstrusæ, qua forte aditus ulterior dabatur. Hoc ipsum quod jam descripsit *Serlius* subterraneum ædificium, vestibulum tantum fuisse sepulcri Davidis & Salomonis, non ipsum sepulcrum, existimat *Vilalpandus* in Ezechielem tomo II. parte II. lib. v. distinct. 4. capitul. 61. atque per illam, quæ obstruosa dicitur porta, patuisse forte aditum ad Davidis sepulcrum interius. *Sed procul dubio*, inquit, *Johannes de Pineda*, Hispalensis, loc. citat. *cum Petrus Actor.* 2. 29. *ait de Patriarcha David:* Quoniam defunctus est, & sepultus: & sepulchrum ejus apud nos est usque in hodiernum diem: *de monumento loquebatur, non quidem abdito & inviso, sed quod palam ab omnibus videri potuisset. Nisi forte dicas loquutum de illo, quod dicebat Josephus* (lib. 16. Antiq. cap. II.) *in aditu alterius interioris & reconditioris monumenti ab Herode, candido marmore & impendiis sumtuosissimis extructum, & sepulcrum Davidis dicebatur, ut quod esset alterius interioris & verioris sepulchri testis & index. Nam neque de illo subterraneo & penitus abstruso reconditorio Salomonis, sed alio externo & sublimi, intelligi posse videtur, quod Dio Cassius in Adriano scribit. Cum Judæorum cladem & quæ illam prænunciaverant prodigia commemorat?* Nam Salomonis (*inquit*) sepulchrum, quod illi in supremo cultu & reverentia habebant, sponte & nullo impellente discussum corruit. *Cum quo illud facit, quod Hieronymus ait, scribens* (*Epist.* 17.) *ad Marcellam*, se ad Davidis Mausolæum precari solitum. Hæc Pineda. Quæ *Benjamin Tadelensis* Itiner. pag. 45. & 46. Edit. L. Emper. affert *de duobus viris ætate sua ostium speluncæ reperientibus, tandemque ad magnum quoddam palatium pervenientibus, columnis marmoreis inædificatum, argento auroque obductum, in cujus conspectu mensa erat, & sceptrum aureum, una cum aurea corona,* quod ipse ait fuisse *sepulchrum Davidis, ad cujus sinistram aliud Salomonis, similiterque omnium regum e stirpe Judaica* &c. hæc fabulam spirant Judaicam. Inter Bethlehem & Hierosolymam conspicitur Sepulchrum Rachelis, uxoris Jacobi Patriarchæ, de quo iterum ita differit in suo Itinerario *Benjamin Tudel.* ut latine loqui eum fecit Arias Montanus: *Bethlehem Judæ, cui dimidii fere milliaris spatio Rachelis sepulchrum proximum est in bivio: estque tumulus constructus lapidibus duodecim, juxta numerum filiorum Jacob, supraque tumulum est testudo quatuor columnis innixa. Porro tumuli lapides Judæorum illuc prætereuntium nominibus multis & variis incisi sunt*, Genesios 35. 20. dicitur; *Erexitque Jacob titulum*, h. e. ut explicat *Brocardus Monachus*, terræ sanctæ lustrator, part. I. c. 7. §. 56. pyramidem pulchram valde, in typum monumenti ipsius Rachelis, in cujus basi duodecim disposuit lapides grandes, juxta numerum filiorum ipsius Jacob. Enimvero, adeo artificiosum ac grande fuisse opus, quod Jacob extruxit ipse, non facile crediderim. Neque enim exiguo illo tempore, quo ibi permansisse putatur, excelsum aliquod, aut valde politum extruere ædificium potuisse videtur; si vero illud posterioribus temporibus magnificum visum est, forte ab aliquo de Jacobi posteris idipsum instauratum & augustius extructum est. Ex recentissimis monumentum Rachelis ita describit *Quaresmius* l. 6. peregr. I. c. II. quod sit *sepulcrum magnum capella inclusum. Et licet sacellum fuerit aliquando collapsum & demolitum, fuit continuo restauratum &c.* Uxoris Lothi, quæ non sine magno secreto anonyma in Scripturis reperitur, prodigiosum sepulchrum (liceat ita appellare στήλην ἁλός, ut vertunt 70. i. e. *statuam salis*, in quam versa est Uxor Lothi, ob transgressum mandatum divinum Gen. 19. 26. ut perpetuum *monumentum extaret incredulæ animæ*, ut loquitur autor *Sap.* x. 7. essetque Exemplum & condimentum, ut ajunt Veteres, unde salirentur alii & ad sapientiam veram proficerent, admonente ipso Servatore, ut memores simus uxoris Lothi Luc. 17. 32.) etiamnum extare perhibetur ab iis, qui in illis regionibus peregrinati sunt. Sic enim *Adrichomius* in Theatro Terræ sanctæ in Tribu Judæ pag. 55. num. 230. *Statua salis, in quam uxor Loth respiciens est conversa, incredibilis animæ stans memoria. Testatur Josephus se suo adhuc tempore statuam hanc vidisse, quin & hactenus manet, & extat, si Brocardo* (itiner. 6.) *si Breidenbachio* (ib.) *si Salignjaco*, (tom. 9. cap. 6.) *oculatis testibus credendum est, qui positam dicunt inter Engaldi, & mare mortuum.* Supra citatus *Benjamin Tudelensis* loc. alleg. *inquit: A mari* (Sodomitico) *ad cumulum Salis, in quem Lothi uxor conversa est, duæ leucæ sunt. Constat enim adhuc cumulus ille, qui a gregibus aliquando lambendo imminutus, denuo ad pristinam crescit raolem.* Refert quoque *Liranus*, statuam hanc non minui, quantumcunque animalibus eam lambentibus. Sed *fabula videtur*, inquit *Estius* in h. l. Elegans hac de re exstat Epigramma *Joh. Lauterbachii*.

Quod

Quod ſpectas oculis viator, hoc eſt
Sepulcrum, nec habet ſuum cadaver;
Quod ſpectas oculis viator, hoc eſt
Cadaver, nec habet ſuum ſepulcrum.
Sepulcrum tamen eſt, & eſt cadaver.
Qui poſſit fieri, rogas; habeto:
Conjunx facta Lothi ſalis columna.

De *Moſis*, Prophetæ magni, Deique nuncii, ac Legislatoris illuſtriſſimi ſepulchro, quod Deus ipſe illi fecerat, nihil habeo, quod dicam, nulli enim humano oculo id unquam patuit, *Deut.* 34. 6. (Ex 2. *Macc.* 11. 5. nugantur aliqui, a Jeremia inventum eſſe ejus ſepulchrum, idque confirmant autoritate *Dorothei* & *Epiphanii*, ait *Pellargus* comm. in Deuter. cap. ult. pag. 460. Recte *Joh. Marullus* de ſepultura Moſis a Deo populo Hebræo abſcondita; *Moſis ſepulchrum*, inquit, *ignoratur, ſed vitæ illius integritas atque ſanctitudo, nullis unquam oculis obliterabitur: quiſquis illi ſimilis eſſe curaverit, profecto non quærat, quo loco ſepultus jaceat, ſed ubi in ſempiternum vivat.* Aſt quare Moſis ſepulcrum ab omnium oculis remotum, cujus adhuc viventis omnium oculis patebat domicilium? Duplicem rationem reddit D. *Auguſtinus lib.* 1. *de mirabilibus Scripturæ c.* 35. inquiens; *Duabus de cauſis, ut ſapientes ajunt, mortis ejus & ſepulchri nemo erat conſcius: quatenus iſtam faciem, quæ conſortio ſermonis Domini rutilaverat, mortis mœrore repreſſam nullus videret; & ne ſepulchrum ejus populus Iſrael, ſi cognoviſſet, ubi eſſet, adoraret: unde & virgam, in qua ſigna fecerat, ut plurimi putant, ne adoraretur, ſecum abſtulerat, quoniam & ſerpentem, quem fecerat, filii Iſrael poſtmodum adorabant.* Lutherus etſi non improbat eorum opinionem, qui propter Judæos ignotum volunt ſepulchrum, ne idolum facerent: addit tamen, *magis ſignificari, veniente luce Evangelii miniſterium legis ſic tolli, ut Judæi neque invenire, neque reparare unquam poſſint.* Monumentum, quod *Simon Maccabæus*, Parentibus ac fratribus vita functis ſibique ipſi in patria ſua urbe *Modin* extruxit, deſcribitur l. Maccab. cap. 13. 27. 28. *Et ædificavit Simon ſuper ſepulcrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificium altum viſu, lapide polito* λιθῷ λευκῷ ἢ ἀναξεσμένῳ, *Joſephus*, Candido & polito marmore, Ejus interpres *Gelenius*, *retro & ante. Et ſtatuit ſeptem pyramidas, unam contra unam* (i. e. ſingulas ſingulis adverſas, vel alteram e regione alterius) *patri & matri & quatuor fratribus. Et his circumpoſuit columnas magnas: & ſuper columnas arma, ad memoriam æternam: & juxta arma naves ſculptas*, (cum regiæ Majeſtatis inſignibus naves conjunxit, quæ humanæ vitæ fugacitatem portendebant,) *quæ viderentur ab omnibus navigantibus mare.* Hujus ſepulcri pulcra apud jam dictum *Joſephum* hiſtoriæ ſcriptorem diligentiſſimum, *lib. III. antiq. Judaic. cap.* 11. deſcriptio eſt, ubi inter cætera ait, fuiſſe illud e *lapide albo & polito*, uti dictum, habuiſſe porticus circumcirca & στύλους μονολίθους, *columnas, quæ ſingulæ uno tantum lapide conſtarent.* Septem etiam pyramidas, *quæ*, inquit, *ad hoc uſque tempus ſervantur*, appellat ibidem μνημεῖον μέγιστον θαυμαστόν τε ἰδεῖν, &c. Et multo poſt eum S. *Hieronymus* libro de locis Hebraicis: *Modin vicus juxta Dioſpolin, unde fuerunt Machabæi, quorum hodieque ibidem ſepulchra monſtrantur.* De Porſenæ Regis Hetruriæ, in Urbe Cluſio, monumento (in cujus baſi quadrata Labyrinthus fuit inextricabilis) videatur *Plinius* lib. 36. cap. 13. Auguſti Cæſaris, principum omnium optimi, maximi, ac Patris patriæ ob clementiam dicti, Mauſoleum (ſic enim ex admiratione monumenti Mauſoli, quo de paulo poſt, ſepulcra magnifico illuſtria impedio Romani appellare conſueverunt,) quod ipſe vivus ſibi ſexto ſuo conſulatu extruxerat, teſte *Svetonio* in vita ejus, αὐτόπτης *Georgius Fabricius* in libello de Roma c. 20. his verbis deſcribit. *In Mauſoleo*, (Auguſti Cæſaris) *quod exemplo Cariæ Regis extructum eſt, in valle Martia, inter viam Flaminiam & ripam Tiberis, poſt ædem S. Rochi, Moles rotunda ex immenſis aggeribus, marmore olim Lunenſi incruſtata, cum circumjectis ſilvis, & amplis ambulationibus. Ad latera poſiti erant bini obeliſci, quorum unus in via projectus fractuſque jacet. Habuit plura oſtia, & loculorum ſeriem intra aggerem, quorum adhuc apparent veſtigia. Ante molem res geſtæ Auguſti, quod ipſe teſtamento mandaverat, tabulis æneis inciſæ erant. A tergo lucus fuit cum porticu. Interior murus reticulato opere variatus, & in media area Auguſti tumulus ex niveo marmore ferreis cancellis incluſus: in cujus ſummo ſimulacrum ipſius æneum. Inter tumulum & murum interiorem conſitæ populi. Ut autem Auguſti ſepulcrum in medio ſtetit, ita loculi cognatorum & amicorum, cum quibus communem eſſe illam ſepulturam voluit, a lateribus in muro effoſſi erant.* Hadriani Imp. monumentum, quod juxta Tiberim ſibi fieri curaverat, ad lapidis jactum a mœnibus abfuiſſe, tradit *Procopius* de bello Gothico, hodie muris incluſum præſidium præbet Romano Pontifici ac vulgo *Caſtellum S. Angeli* appellatur. *In mole ad Tiberim,*

rim, inquit ſæpe laudatus Georgius Fabricius loc. citat. *duos habuit ambitus* (ſepulcrum Hadriani) *& duplicem columnarum ordinem. Primus ambitus quadratus ex ſolidis lapidibus fuit, interior moles oblonga & præalta ex Pario marmore. Ex hoc duplici ambitu arx nunc eſt extructa, quæ Caſtrum S. Angeli vocatur, Columnæ, quæ circumpoſitæ fuerunt ad S. Petri Baſilicam ornandam, translatæ ſunt, & earum loco ad arcis munitionem alius murus circumdatus*, Severi Impetatoris Monumentum in hunc modum deſcribit: *Supra Septizonium, inter Palatium & Cælium* (ſepulcrum Severi.) *De ſeptena columnarum ſerie, ex qua aſſurgebat, tres ſeries adhuc reliquæ, una alteri ſuperimpoſita. Integra ſeries illa eſt, quæ Eurum ſpectat, in cujus prima ſecundaque parte ſuperſunt columnæ octo, in tertia ſex. Intra illas columnas moles ex quadratis lapidibus aſſurgit, quæ in altum pyramidis aut obeliſci more, magis magiſque contrahitur atque acuitur. Opus ſane mirum & magnificum.* Ita ipſe. Plura alia Romæ magnifice extructa ſepulcra ex Romanis adduci poſſent antiquitatibus, verum cum pleraque ſint diruta ac temporis proceſſu obſoleta reddita, (*ſenium enim etiam ſaxis*, ut cum Poeta loquar, *marmoribuſque vel tandem venit*, & his quoque ſua ſunt funera) hæc e multis retuliſſe ſatis ſit Mauſoli terræ Cariæ Regis ſepulcrum memoratiſſimum, dignatumque numerari inter ſeptem omnium terrarum ſpectacula, ſumtibus pluſquam regalibus Halicarnaſſi extrui juſſit Artemiſia, ejus uxor, ultra affectionis humanæ fidem viri amans, ut loquitur *Gellius* lib. 10. cap. 18. Patere id ait *Plinius* N. H. Libro 36. cap. V. ab Auſtro & Septentrione ſexagenos ternos pedes. Brevius a frontibus, toto circuitu pedes quadringentos undecim, attolli in altitudinem 25. cubitis, cingi columnis 36. Subjungit, Artemiſiam Reginam, quæ conſervandæ mariti memoriæ cauſa id opus extrui juſſerat, opere nondum abſoluto obiiſſe; Sculptores tamen inde non receſſiſſe niſi opere jam perfecto, id gloriæ ipſorum artiſque perpetuum monumentum judicantes. In Ægypto juxta Memphim Regiam quondam poſt Thebas urbem barbara Pyramidum erant miracula, Regum ſepulcra. Eſt autem Pyramis, moles quadrata, quæ flammæ inſtar e lato ad ſublimitatem acuminando gracileſcit; a qua figura nomen traxiſſe judicat *Georgius Fabricius* loc. alleg. Pyramidas haſce Ægyptiacas, (*quæ Romam translatæ, etiamnum intuentibus ſunt ſtupori*, inquit *Cornel. a Lapide* in cap. 22. v. 19.) *regum pecuniæ otioſam ac ſtultam oſtentationem* vocat *Plinius* lib. 36. cap. 12. *Strabo* Geogr. lib. 17. βαρβαρικὴν ματαιοπονίαν, *barbaricum, inanem, vanumque laborem*. Refert *Petr. Bertius*, in deſcriptione Ægypti, *in ſumma Pyramide planitiem eſſe capacem hominum L. in qua conſiſtens peritiſſimus, robuſtiſſimuſque aliquis ſagittarius, telum nunquam ita emittet, ut extra baſin pyramidis cadat, ex quo*, inquit, *quanta hujus operis vaſtitas ſit, cogitari poteſt*. Sed *veſana dementia eſt*, judice *Plinio* lib. cit. cap. 13. *quæſiiſſe gloriam impendio nulli profuturo*. Sepulcralium harum pyramidum, Regum Ægyptiorum portentoſam magnificentiam deſcribunt præter *Plinium* loc. alleg. *Herodotus* lib. II. *Strabo* lib. dicto. *Diodorus Siculus* lib. II. Idem hic, Græcorum hiſtoricorum celeberrimus, Siculus, (quem inter Græcos deſiiſſe nugari, ait *Plinius* in præfat. libb. de hiſtor. natur.) in Bibliotheca ſua hiſtorica, quam vocat, ſeu Univerſali totius fere Orbis habitati hiſtoria lib. I. cap. 47. & 48. & 49. editionis Laur. Rhodomanni, Oſymanduæ Regis Ægyptiaci magnificentiſſimum ſepulcrum prolixe admodum deſcribit, illudque non modo ſumtuum magnificentia, ſed artificum etiam induſtria longe ſupergreſſum eſſe alia ſepulcra ait. De tribus vero Pyramidibus, ſub quibus Helenæ, optimæ Adiabenorum Reginæ ejuſque filiorum, Regum Izatæ & Monobazi ſepulcrum fuit, vide *Joſephum*, diſſertiſſimum ac nobilem Judaicæ gentis Hiſtoricum, Antiq. Judaic. lib. 20. cap. II. Eas *Hieronymus* in Epitaphio Paulæ *Mauſoleum Helenæ* appellat, tertioque ſtadio ab urbe Hieroſolymitana diſſitum erat, ut modo laudatus *Joſephus* l. c. refert. *Muhammetis* pſeudoprophetæ (qui prodiit & ſparſo deteſtando dogmate adſeclas colligere cœpit ſeculo poſt Chriſtum natum ſeptimo, imperante Heraclio) ſepulcrum neque cœlum, neque terram tangere a quibuſdam perhibetur. Cadaver enim flagitioſi hujus impoſtoris in arca ferrea conditum vi magnetis in aere pendere dicunt in Mecha Arabiæ urbe. *Johannes Hugo a Linſchoten*, Batavus, qui terras illas adiit Anno MDLXXXIII. Itinerarii ſui cap. IV. p. 8. *Mecca*, inquit, *oppidum, quod in Arabia ſitum, notum eſt ex cadavere Machometi, id ibi ferreæ ciſtæ incluſum, ſubductum a terra pendet, ſub cælo ex Magnete fabrefacto, magnaque viſitantium Turcarum & Maurorum religione celebratur.*

Et ſic ſublimi gravis hæret in aere Maſſa,
Quam nullum vinclum fulcraque nulla tenent.

Ve-

Verum *Ludovicus Vartomannus*, Bononiensis & Patricius Romanus qui Anno recuperatæ gratiæ MDIII. & *Johannes Wildius*, Norimbergensis, qui hoc nostro seculo profectiones ad hæc loca susceperunt, in Hodeporicis suis idipsum plane negant. Illius verba adscribam ex *libro I. cap. XI. Itiner.* ut latina ea fecit Archangelus Madrignanus: *Sed tempus jam appetit, ut eorum refellam opinionem, qui autumant, Mahumetis, viri impurissimi arcam apud Mecham in aere absque adminiculo pensilem consistere. Ego longe aliter sentio, adfirmoque ea nec vera, neque verisimilia esse, utpote qui coram hæc perpendi, vidique locum, ubi humatus est Mahumetes in memorata urbe Medina Talnabi: moram enim inibi tridui fecimus, ut in horum omnium certissimam deveniremus notitiam.* Hieronymus Welsch. Ducis Wurtenbergensis consiliarius, qui loca hæc adiit An. 1633. itinerarii sui cap. XXVIII. rem ita narrat. Medina Thalnabi / eine Stadt auch wie Mecha / in Reich oder glückseligen Arabien liegend / unter einen Seriph / so mit dem Bascha zu Cairo in guter Verstandnüß lebt / ist sechs oder 7. Tagreis von Mecha / liegt in einem auch ziemlich ohnfruchtbaren Ort / hat eine Ring-Maver / mitten darinnen stehet der grosse Tempel / so oben offen / wo der Mahomet begraben liegen solle / umb das Grab ist ein eisernes verguldtes Gitter; dasselbe aber hängt nicht auß Krafft des Magnets in der Lufft (wie etliche vorgeben) sondern stehet auff etwas erhöchten Säulen / &c. Wildii verba legi possunt in Itinerar. ejus cap. 25. Vacuum tamen & ementitum Meccæ haberi Mahumetis sepulcrum ex verbis *Kornmanni* de Miraculis Mortuorum parte 4. cap. 121. colligere est, quæ subjicio; *Mahumetes*, inquit, *Turcicæ sectæ primarius, Medinæ Talnabi in Arabia Petrea sepultus est.* Cosmogr. lib. 5. cap. 44. *Et sunt eo frequentes peregrinationes, Dicitur & alias Mechæ* ψλθήελον, *vacuum & ementitum sepulcrum habere, quod anno Christi* 1470. *fulmine tactum est, ad quod etiamnum hodie Hagsilar, & peregrinatores Turcici frequentes confluunt.* Michael Bapst in Chronicis Turcicis p. B. 5. de Sinensium speciosis & magnificis mausoleis videantur Sinæ & Europæ admiranda ante paucos annos ab Anonymo edita pag. 237. seqq.

CAPUT XII.

De Sepulcrorum Religione.

QUanta religione erga defunctos suos, eorumque tumulos seu conditoria Gens quælibet per Orbem humanum ducta fuerit, quæ modo Diogeniana illa ac plus quam belluina opinione de contemtu sepulturæ non effascinata fuit, Historiæ docent non tantum, sed & vasta LL. volumina. *Tholosanus* lib. 33. Syntagm. Juris Univers. cap. 23. n. 29. *Sepulcrorum*, inquit, *magna visa est antiquitus religio, ut de illis non minus, imo magis quam de habitatione, quamdiu vixerint, soliciti fuerint: & caverint, ne ullo modo polluerentur, etiam extraneorum sepultura, ut neque ex gente sua scelestos paterentur sepulcris suis condi. Veluti Octavianus Cæsar non passus in suo Juliam, stupris diffamatam, poni, quamvis ei testamento legaverit.* Res hæc nota est ex *Svetonio* in vita Octavii Augusti & *Dione Cassio* lib. 56. *Besoldus* Consid. Polit. Vitæ & Mortis lib. III. cap. I. p. 102. *In pari religione*, ait, *fuisse corporis sepulcrum & sepulcrum animæ corpus. Sanctitatem* sepulcris adsignat *Cicero* lib. 4. de Republ. apud Nonium & Philip. 9. *Sacra* vero vocat *Catullus*. *Sacratos morte lapides*, *Quintilianus* declam. X. *Aggeres consecratos*, Imp. Julianus I. pergit audacia. Proprie tamen *Religiosa* dicebantur Sepulcra, Sacra & Sancta secundum similitudinem. Verum, non totum solum vel fundus, in quo monumentum erat exstructum, religione tenebatur, sed portio tantum illa fundi, ubi corpus ossave hominis aut reliquiæ conditæ erant & alias sepulcrum dicitur, vide *Franzium* Digestorum lib. II. titul. 7. Hinc antiquitus quantum terræ spatium religioni cederet, designabant, monumentisque inscribebant. Loquuntur idipsum his notis signati lapides *In. Fr. P. X. In Agr. P. XX.* Hoc volunt: *In fronte pedes decem, in agrum pedes viginti patere.* Notanter dixi, *ubi corpus ossave hominis condita erant.* Nam antequam corpus, vel principale corporis membrum, caput, (cætera enim corporis membra secluso capite locum religiosum non faciebant, ubi est caput conditum, ibi est locus religiosus & non ubi sunt corporum membra, respondet *Paulus* in l. cum in divers. 44. D. de religios. & sumptibus fun.) esset illatum, locus religiosus non censebatur, sed illatione, eaque legitima demum fiebat. Unde Cenotaphium, vacuum inquam Mausoleum, quod tantum memoriæ aut honoris causa erectum, proprie, ut tale est, locum religiosum non fuisse, vulgare est negotium. Illatio autem eo animo fieri debebat, ut corpus non ad tempus aliquod in locum quempiam deponeretur, sed ut ibidem sepulturæ causa perpetuo maneret. Temporalis enim sepultura non facit locum religiosum, juxta jam dictum *Paulum* Jctum, *l. Si quis*

enim

enim eo animo, 40. *D. de Religiosis & sumpt. Fun.* Violatæ Sepulcrorum religionis summum crimen strictumque habebatur. *Sepulcra violari, cineresque eorum dissipari sceleratissimum omnium putabant*, inquit *Turnebus* Advers. lib. XIV. c. 21. *Lapidem de Sepulcris movere, terram evertere & cespitem evellere, proximum sacrilegio majores nostri semper habuerunt*, ait Imperator Julianus l. pergit audacia 5. de sep. viol. Hinc, *Violatio sepulcrorum & sepultorum rerumque quæ horum sunt, ad crimen sacrilegii pertinere videtur*, inquit, *Tholosanus* loco ante citat. num. I. *Læsæ religionis crimen sepulcri violati* est juxta Imp. Gordianum l. 1. Cod. h. tit. *Summæ immanitatis ac sceleris, quietem mortuis invidere.* l. nemo III. Cod. de Episcop. audient. ubi hæc verborum fulmina; *Nullam accipiat vinculorum requiem, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit*. Sacra enim defunctorum securitas & templum quietis esse debet Sepultura, quam veteres in votis habuerunt dedicando monumenta *Perpetuæ Securitati*. Quod etiam innuit Josias 2. Reg. 23. 18. *Dimittite eum quiescere, nemo commoveat ossa ejus*. Cassiodorus l. VI. var. Epist. 8. sic scribit. *Defunctorum quin etiam sacram quietem æquabilia jura tuæ conscientiæ commiserunt: ne quis vestita mormoribus sepulcra nudaret: ne quis columnarum decorem irreligiosa temeritate præsumeret: ne quis cineres alienos aut longinquitate temporis, aut voraci flamma consumtos, scelerata perscrutatione detegeret: ne corpus, quod semel reliquerat molestias mundanas, humanas iterum pateretur insidias. Nam etsi cadavera furta non sentiunt, ab omni tamen pietate alienus esse dignoscitur, qui aliquid mortuis abrogasse monstratur. Vide quæ tibi commissa sunt, castitas viventium, & securitas mortuorum*. Loco hoc Cassiodori adductus, simul ad *violationis sepulcrorum modos* transeo. Erant autem illi varii, inprimis religio sepulcri antiquitus violabatur *illegitima cadaveris illatione*, quando scil. qui jus inferendi non habebat, contra vel præter voluntatem Domini mortuum inferebat. *Dolosa inhabitatione*, si quis in sepulcro dolo malo habitaverit, ædificiumque, aliudve, quam quod sepulcri causa factum sit, habuerit. l. III. D. de sepul. viol. *Monumenti demolitione*. Si quis sine scientia Domini abstulerit de sepulcro saxa, columnas, statuas &c. 54. Cod. D. de Sepul. viol. & leg. II. D. eodem. *De Sepulchris nihil est apud Solonem amplius*, ait Cicero II. de LL. *quam, ne quis ea deleat, neve alienum inferat: pœnaque est, si quis bustum, (nam id puto appellari τύμβον) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, dejecerit, fregerit*. Imo lapsa & corrupta monumenta reficere non licebat, nisi Pontificis permissu: & ea conditione, ne corpora tangerentur. Tantum abest, ut sepulcri conditionem deteriorem facere permitteretur, ut meliorem non liceret, ut ait *Besoldus* loc. alleg. Violabatur etiam Sepulcrorum religio *Illati cadaveris contrectatione*, ut modo celeberrimus quondam in Acad. Tubing. Antecessor insinuabat, iem *Mutilatione, Spoliatione*. Etsi enim (verba sunt jam laudati JCTI,) thesaurus, aut pecunia in monumento inventa, religiosa non sit, nihilominus sepulcrum violatur, cujus lapis movetur, terra sollicitatur, cespes volvitur, pecuniæ sumendæ causa. *Ossium* denique *translatione illicita*. Dixi supra, Corpus ad tempus loco alicui commendatum, locum istum non facere religiosum, illud ergo alio transferri licite poterat. Corpora vero perpetuæ sepulturæ tradita, h. e. eo animo in loco quodam condita, ut ibi perpetuo manerent, non petita licentia a Principe vel a Pontifice, erui, alioque transportari sine sepulcri violatione non poterant. Vide, præter innumeros alios, *Tholosanum* Syntagm. Juris universi lib. 33. cap. 23. num. 12. 13. Impetrata tamen a Magistratu venia, justaque causa interveniente, translatio institui poterat. Sic quandoque corpora præstantium virorum in loco ignobiliori condita ad celebriora monumenta, vel ex peregrina terra, ubi fatis concesserant, ad avita patriaque sepulcra, magna pompa ac solemnitate solebant portari apud Gentiles. Exemplis idipsum probat *Gerhardus*, avunculus meus desideratissimus, tom. 7. LL. Theol. num. 101. Antiquissima ἀνακομιδὴ fuit Ossium Josephi, Ægyptii Servatoris, ex Ægypto in Palæstinam a Mose facta Exod. 13. 19. in Ecclesia primitiva Apostolicæ vicina nondum receptas fuisse translationes reliquiarum, certum esse, inquit jam dictus *Gerhardus* loc. cit. num. 120. Sub Constantino Magno autem transferri cœpisse sanctorum λείψανα ex sepulcris obscurioribus ad monumenta celebriora. Idque Constantinum ex Zelo pietatis non malo fecisse, ait *Chemnitius* Exam. Concilii Trid. de Reliq. Sanct. parte IV. Scribit *Hieronymus* contra Vigilantium; *Constantinum sanctas reliquias Andreæ* (primogeniti Apostolorum,) *Lucæ & Timothei transtulisse Constantinopolim*. Constantini factum magno studio imitati sunt & alii. Arcadium enim, narrat idem *Hieronymus*, ossa Samuelis post tam longum tempus de Judæa transtulis-

ſtuliſſe in Thraciam. *Ruffinus* lib. 2. c. 28. deſcribit translationem reliquiarum Johannis Baptiſtæ, Novi Teſtamenti prodromi, ex Palæſtina Alexandriam. Taceo innumera hujus generis exempla alia. Cæterum hæ *μεταθέσεις ὀστέων ἐκ τάφου εἰς τάφον* factæ poſtea ſunt ſuperſtitionis ſeminaria, ut late demonſtrat *Chemnitius* loco all. aliique noſtri Theologi. Sed a linea evagor, redeundum eſt in viam. Hactenus modos aliquod, (neque enim omnes recenſere animus eſt,) quibus ſepulcri religio violari potuit, vidimus. Quæ vero Pœna ſepulcri violati reis irrogari ſolita fuerit, cognoſcere cupidum Juriſconſulti plenius edocebunt. Unum ſaltem atque alterum adjicio, ne deſiderio hujus rei flagrantem ægrum dimittam. Ex reſcripto D. Severi Sepulcri violati pœna eſt capitalis in eo, qui manu armata cadavera ſpoliavit: in alio autem, qui ſine armis id fecit, eſt pœna metalli *l.* 3. §. *adverſus* 7. *D. de ſep. viol. Paulus* JCtus maximi nominis, lege final. ſeu 11. D. de ſepul. violato: *Rei ſepulcrorum violatorum*, inquit, *ſi corpora ipſa extraxerint, vel oſſa eruerint: humilioris quidem fortunæ ſummo ſupplicio adficiuntur, honeſtiores in inſulam deportantur: aut alias relegantur: aut in metallum damnantur*. Julianus Imp. l. pergit audacia 5. de ſepul. viol. *pœnam ſacrilegii* ſtatuit in eos, qui lapides ſepulcrorum amovent, terram evertunt, ceſpites evellunt, qui ornamenta quædam e tricliniis vel porticibus eorundem auferunt. Ab Impp. Theodoſio & Valent. Leg. 7. cod. de repudiis, crimen violati ſepulcri inter cauſas relatum eſt, cur uxor a marito divortium facere poſſet, ſi nimirum *ſepulcrorum diſſolutorem* eſſe probaverit. Illud non prætereundum, Hoſtium ſepulcra non fuiſſe religioſa apud Romanos, ideo violari ſine piaculo poterant, lapideſque inde ſublatos in quemlibet uſum converteꝛe, non erat vetitum, *Paulus* JCtus lib. 4. D. d. 1. Porro *Græcos* Sepulcris ſuorum tribuiſſe aliquam religionem, ipſaque impune violari non potuiſſe, vel unicus locus Solonis ex *Cicerone* 11. de LL. ſupra adductus idipſum demonſtrat. Apud *Judæos*, quanquam inquinari pollui que cenſebantur, qui ad loculos defunctorum accederent, quippe quibus, ut mortui, ſic & illorum reconditoria immunda erant, violare tamen ea, confringere, &c. nefas putabatur. Imo, *Nulla in ſumma*, (verba ſunt *Tholoſani* Syntagm. Juris Univerſ. lib. 33. cap. 23. num. 29.) *fuit Reſpublica bene inſtituta, quæ non improbaverit & aliqua pœna non caſtigaverit ſepulcrorum violatores propter vitia, quæ animos ad ſcelus hoc committendum alliciunt, quia ſolent effodi, violari & inverti ſepulcra ab impiis potiſſimum tres ob cauſas: vel ut in uſus alios rudera & lapides transferantur: vel injuriæ cauſa: vel quod vulgarius eſt, ſpoliandi mortuos*. A Chriſtianis denique primitivæ Eccleſiæ, loca, ubi defunctorum corpora ac præcipue ſanctorum & Beatorum Martyrum reliquiæ compoſitæ, religioſa ſanctaque fuiſſe habita, probatione indiget nulla. Notumque eſt, religionem Sepulchris tributam demum abiiſſe in aliquibus locis in ſuperſtitionem. Eo enim ventum eſt, ut ipſa ſepulcra adorarentur a quibuſdam, de qua ſuperſtitione conqueritur *S. Auguſtinus* de Moribus Eccleſiæ Catholicæ cap. 34. *Nolite conſectari turbas imperitorum, qui in ipſa vera religione ſuperſtitioſi ſunt. Novi multos eſſe ſepulchrorum & picturarum adoratores*, &c. Imo ipſis Cenotaphiis ſanctorum hominum exhibuiſſe religionem Chriſtianos veteres ex his verſibus Prudentii lib. *περὶ στεφάνων* colligere eſt:

> *Hoc colunt cives, velut ipſa membra*
> *Ceſpes includat ſuus & paterno*
> *Servet amplectens tumulo beati Martyris oſſa.*

CAPUT XIII.

Quod funerationem ſubſequi conſueta explanat.

VIdimus hactenus exequiales apparatus, longumque funebrium ordinem pomparum, ipſum Sepulturæ locum conſideravimus, ac ſepulcra ab omni parte inſpeximus. Jam quid poſt ſepulturam factum ſit, reſtat delibemus. Neque enim defuncto ſepulcro illato, a parentationibus ceſſatum eſt, ſed *certi* quidam *dies* apud Græcos pariter & Romanos deſtinati erant, quibus *juſta mortuis perſolverentur*, (juſta vocabant Latini ſuprema officia, quod juſte fierent iis, qui de nobis bene merentes mortui fuerant.) Publice quidem celebrabantur *Feralia*, Diis Manibus ſacrata feſta, a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus ſic dicta, ut *Feſtus* ἐτυμολογεῖ. Solemnis & ſtatus harum publicarum feriarum menſis erat Februarius apud Romanos, *Cic.* 11. *de LL.* dies ejuſdem menſis nonuſdecimus. Eodem tempore & Græcos in diverſis urbibus mortuorum Manibus inferias dediſſe, annotat *Caſaubonus* lib. Animadverſ. in Athenæum cap. 19. Privatæ vero feriæ, quibus defunctis parentare conſueverant, dicebantur *Novemdiales* & *Denicales*. Nono poſt funerationem die parentalia

talia & sacra funebria concludebantur. Denicalibus feriis familia funere polluta purgabatur certis quibusdam ceremoniis. Parentabatur autem Inferiis, Epulis & Ludis. *Inferiæ* erant sacrificia, quæ Manibus offerebantur. Nomen manavit, vel ab inferis, ut *Servius*, vel ab inferendo, quia sc. mortuorum sepulchris inferri solebant, ut *Turnebus* vult. χοαὶ a Græcis vocabantur a fundendo. Fundebant enim lac, mel, aquam, vinum, sanguinem, unguenta. Vide jam dictum *Turnebum* lib. IV. Advers. cap. 20. Constabant *parentalia hæc Sacrificia liquoribus* præcipue ac *cæsis Victimis*, victimis, inquam, non ex animantibus tantum, sed & humanis sæpe. Nam & hoc abominabili, sed spiritibus hominum osoribus grato sacrificio defunctorum, inprimis illustrium Manibus parentare solebant Pagani, ut supra, cap. VII. demonstravi. Inferias Manibus dedisse Romanos, testatur *Virgilius* non uno loco, *Tacitus* lib. III. Annal. de funere Germanici, *Cicer.* Orat. pro L. Flac. alii. De Græcis refert id *Theodoretus* De Curatione Græcarum affectionum lib. VIII. qui est de Martyribus pag. 541. Edit. Colon. *Quod autem majores vestri*, inquit, *etiam libamina defunctis obtulerint, conscii & vos estis, qui nocte intempesta præter legum sanctiones, id nunc facere audetis. Sed enim Homerus quoque testatur. Is enim Ulyssem inducit Laertæ filium, Circe ita fieri præcipiente, egesta terra, in foveam libamina effudisse. — Narrat præterea, quo pacto animarum turba concursu magno festinarit ad ea libamina percipienda. Quid ego autem vobis nunc poetæ versus adduco? Aristocles enim Peripateticus Lyconem Pythagoricum testem citat, Aristotelem Nicomachi filium eo ritu mortuæ uxori rem divinam facere solitum, quo Athenienses Deæ Cereri faciebant.* Hæc Theologus vetustissimus. Inferiarum apud Ethnicos appendix quasi & corollarium erant *coronæ* ac *flores*, quibus tumulum spargebant. Romani liliis purpureisque rosis præprimis, sæpe & coronis laneis, vel insulis, quas tænias vocabant, (vide *Virgilium* lib. V. & VI. Æneid. *Dioscorid.* lib. III. Ανθολ. *Varronem* lib. VI. Ling. Latin.) Græci Amarantho ac Apio potissimum (teste *Philostrato* in Heroicis) sepulcra conspergebant. Vide de his plura apud *Kirchmannum* de F. R. lib. IV. cap. 3. Morem hunc Gentilium floribus, frondibusque ornandi monumenta antiquiores Christianos non fuisse secutos, ex *Minutio Felice* in Octavio colligi haud obscure potest, ubi inter crimina Christianis objecta a Cæcilio refertur; *Coronas etiam sepulchris denegatis* &c. confer *Justinum* Martyr. lib. II. Apolog. Consuevisse tamen postea super tumbas mortuorum varios flores spargere, videre est ex *S. Ambrosio* Oratione in obitum Valentiniani Imp. *Non ego*, inquit, *floribus tumulum aspergam, sed spiritum ejus Christi odore perfundam. Spargant alii plenis lilia calathis, nobis lilium est Christus: hoc reliquias ejus sacrabo, hoc ejus gratiam commendabo.* Et ex *S. Hieronymo* ad Pammachium: *Cætori mariti super tumulos conjugum spargunt violas, rosas, lilia, purpureosque flores & dolorem pectoris his officiis consolantur.* Succinit *Prudentius*, Christi Vates suavissimus, in hymno Exeq.

Nos tecta fovebimus ossa,
Titulumque & frigida saxa
Violis & fronde frequenti
Liquido spargemus odore.

Non ergo tantum vagis floribus, sed & odoribus sepulcra aspergebant. Suspendebantur etiam in cippis Sepulcrorum *lucernæ*. Masgabæ parentalia multis luminibus fuisse celebrata, docet *Svetonius* in vita Augusti. Ex Ægypto Romam migrasse hunc ritum existimat *Kirchmann.* lib. IV. de Fun. Rom. cap. IV. Ita enim *Heradotus* lib. II. *Cui singulis diebus omnifarii odores inferuntur, noctibus perpetuo incensa lucerna adstat.* Apud Christianos adeo usitatum fuit ad defunctorum, inprimis autem Martyrum & sanctorum tumulos cereos & lampades accendere, ut calumniandi inde Orthodoxos ansam arripuerit Vigilantius. Nam apud *Hieronymum* hæ ejus criminationes exstant: *Prope ritum gentilium videmus sub prætextu religionis introductum in Ecclesias, sole adbuc fulgente moles cereorum accendi. — Magnum honorem præbent hujusmodi homines beatissimis Martyribus, quos putant de vilissimis cereolis illustrandos: quos agnus, qui est in medio throni, cum omni fulgore majestatis illustrat.* Respondet Pater sanctissimus: sese non clara luce cereos accendere, sed nocte, ut ejus tenebras hoc solatio temperent & vigilent ad lumen, concedit interim, quasdam forte fœminas propter imperitiam & simplicitatem id facere Confer *Damascenum* Oratione de Fidelibus defunctis, & *Gregorium Turonensem* lib. de gloria Confessorum cap. 104. Porro, solemne fuit antiquis, Græcis & Romanis, *cœnas ferales* apparare, statis & anniversariis sæpe temporibus. Cum in honorem ac memoriam defuncti, tum ut per vini, cibique lenimen ejus desiderium levaretur. Ex epulis hisce funeralibus quædam inferebantur monumentis, apud Paganos, Dis

Dis Manibus ſacra. Guſtare ea, piaculum erat. Putabat autem ſtulta Gentilitas, mortuorum animas, ab inferis reduces iis veſci & delectari. Reprehendit hunc *gentilium infidelitatis errorem*, ut ipſe vocat, *S. Auguſtinus* ſermone XV. de Sanctis: *Miror, cur apud quoſdam infideles hodie tam pernicioſus error increverit, ut ſuper tumulos defunctorum cibos & vina conferant, quaſi egreſſæ de corporibus animæ carnales cibos requirant.* Hanc præter *Dæmoniacam cœnam*, ut *Tertullianus* appellat, in de Spectacul. ſuas habebant Epulas, quas amici ac ſanguine proximi ad Charitatum ſuarum buſta inire ſolebant, *ſibi potius, quam mortuis parentantes*, ut jam laudatus Doctor, quem Magiſtri titulo honorabat *Cyprianus*, de Teſtimonio animæ cap. 4. loquitur. Et fortaſſis noſtro ſeculo aliqua ab illis ſive ineptiis, ſive ſuperſtitionibus hæret macula. Et apud Romanos quidem, peractis ad ſepulchrum juſtis, convivia interim domi fuiſſe apparata, ad quæ amici atque cognati convocabantur, ex hiſtoriis accepimus. Cœnæ vero hæ exequiales, quæ quidem privatim inſtituebantur, *Silicernia* audiebant, de cujus vocis etymo prolixe differentem vide *Kirchman.* de Funer. Rom. lib. 4. cap. 4. Hinc ſenes capulares, dicti *ſilicernii*, quaſi pro quibus jamjam morituris cœna funeralis paranda eſſet, unde & paulo preſſius ſumit vocabulum Silicernii *Alexander ab Alexandro* lib. III. Gen. dier. c. 7. pro *cœna* vid. *ferali, quæ unis ſenibus, & his, qui multum ætate proceſſiſſent, exhibita. Varro*, linguæ Romanæ peritiſſimus: *Funus executi, laute ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus, i. e. convivium, in quo pranſi diſcedentes dicimus aliis alii, Vale.* Interdum & publice defuncti heredes, ditiores puta & copioſiores, ſolebant populum Romanum Convivio excipere, ut in funere Africani Q. Maximus, teſte *Cicerone* pro Muræna. In funere Syllæ Fauſtus, teſte *Dione* lib. 37. In memoriam filiæ C. Julius Cæſar, teſte *Svetonio* cap. 26. Solebat etiam cruda caro populo diſtribui, quæ *viſceratio* dicebatur. *Livius* id docet non ſemel. Inprimis lib. 40. & 41. itemque *Blondus* libro II. Rom. triumph. narrat, Publii Licinii cauſa, viſceratione data, gladiatores centum viginti pugnaſſe, ludos funebres per triduum factos & poſt ludos demum epulum datum, quo cum toto foro ſtrata triclinia eſſent, tempeſtatem cum multis procellis coortam coegiſſe, ut in foro tabernacula conſtituerent, Græci quoque ſepulchrales epulas dabant, quas περίδειπνα appellabant & ἐπιτάφια δεῖπνα, Homerus vel τάφους ſimpliciter vel ἐπιδορπίους τάφους nominat, Iliad. φ. & ψ. ut cap. IX. diximus. Aſt partim ante tumulationem & quidem prope monumentum, partim domi poſt ſepulturam talia agitabant convivia. Confirmat idipſum jam dictus *Homerus* Iliad. ω. & *Lucianus* in fine libri de luctu. *Triduo poſt* (verba ſunt *Alexandri Sardi* Ferrarienſis de Moribus & Ritibus Gentium lib. I. capit. 26.) *Græci ipſi apparant cœnam neceſſariis, qui coronati lugentes adhortantur, ut cibum capiant, quod cunctanter ipſi quidem faciunt, ne poſt chariſſimorum mortem vitam exoptare videantur, quare & ſæpius cibum recuſat Achilles apud Homerum interfecto Patroclo.* Alexander ab Alexandro Genial. dier. lib. III. cap. VII. *Athenis*, inquit, *per funeri præfectos epulum apud defuncti maxime neceſſarium dari conſuevit.* De Argivis vero ait; *Argivorum inſtitutum fuit, ut defuncti affines ſtatim ab exceſſu Apollini ſacrificent & trigeſimo poſt die Mercurio, Apolliniſque ſacerdoti hordeum dent, ignemque extinguant, & rurſus accendant, carneſque victimarum percoquant, quibus poſtea veſcuntur.* Scythas etiam poſt funus amicos excipientes epulum præbuiſſe cadaver comitantibus, idem ibidem refert. *P. Bertius* commemorat, permultos in Livonia (remotiora ab orbe culto loca occupantes) gentilium ritu vivere, mortuum aliquem terræ mandaturos genialiter circa corpus epulari, defunctumque invitare ad bibendum, poſtea monumento mortui cibum, potum ac nummulos aliquod ſecurimque imponere, his verbis additis; *Abi in alium orbem Teutonibus imperaturus, uti tibi tuiſque in hoc orbe imperarunt.* Funeralia hujuſmodi convivia apud Judæos quoque uſitata fuiſſe, colligi poteſt ex 2. Sam. III. 35. ubi *ad Davidem*, Abnero ſolenniter modo compoſito, *venit populus univerſus ut comederet panem cum Davide.* Ad quem locum annotat *Sanctius* Jeſuita num. 38. *Deinde colligo*, inquit, *in parentali alicujus honore publicum populis exhiberi convivium, quod uſque adeo ſolenne fuit Hebræis, ut Joſepho teſte, qui id ſæpe in ſua Gente viderat, id omittere probro fuerit, & impium haberetur.* Sic autem Joſephus lib. 2. *de bello cap.* I. *ubi ſic de Archelao:* Diebus ſeptem in lugendo patre conſumptis, epuliſque feralibus prolixe populo exhibitis (hic autem mos apud Judæos cibandi tantam multitudinem, neceſſario multos ad inopiam redegit; nam qui eum neglexerat, impius æſtimabatur candida veſte indutus procedit ad templum. Sed diverſa plane eſt ratio con-

convivii feralis Davidici; ibi n. lugentem cibare voluit Davidem populus, Archelaus vero ipsummet populum post funebrem Herodis pompam, convivio excepit, more Romanorum, apud quos quandoque publice defuncti heredes ditiores scil. populo exhibere solebant ferales epulas, ut supra vidimus, quæ consuetudo tunc in populo Judaico quoque increbuerat. Insinuat & *Baruch* Propheta *cap.* VI. 31. *Rugiebant* (sacrificuli,) *in conspectu deorum suorum, sicut quidam* ἐν περιδείπνῳ νεκροῦ, *in epulo ferali Tobie* IV. 18. præcipit Tobias Senior filio suo ἔκχεον τοὺς ἄρτους σου, *effunde panes tuos* ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων, *super sepulturam justorum*, h. e. in honorem justi defuncti & jam funerati pauperes ciba, *Jerem.* XVI. 5. interdicit Deus Prophetæ; *Ne ingrediaris domum epuli feralis* (in Hebræo enim est מרזח, quæ vox significat *convivium funebre*, in exequiis mortuorum ad consolandum propinquos mortui parari solitum, notante Corn. a Lapid. ad h. l.) *nec abeas ad plangendum, neque condoleas eis*, vers. 7. *Et non frangent eis panem* (puta feralem,) *super luctum, ad consolandum eos super mortuo, nec bibendum iis præbebunt calicem consolationum super Patre suo & matre* vers. 8. *Et domum convivii* (funeralis) *non ingrediaris, ut sedeas cum iis ad comedendum & bibendum*. Ad quæ verba *Hieronymus* in Commentariis: *Lugentibus cibos ferunt, conviviaque præparant, quæ Græci* περίδειπνα *vocant, & a nostris vulgo appellantur parentalia, eo quod parentibus justa celebrentur*. Innuit hic venerandus Ecclesiæ Doctor alium Judæorum ritum, lugentes vid. apud eos non comedisse proprium panem. Tradunt enim Hebræorum Magistri moris Judaici fuisse, ut propinquis demortui ac tumulati hominis convivium appararent vicini & amici, mittentes eis edulia, cum quod ipsis non vacaret a luctu epulas parare, tum ut hac ratione mœrentes ad vescendum & ad deponendum luctum invitarent. Prima saltem die lugenti interdictum est comedere de suo, *teneturque insidere lecto inverso, diebus autem luctus subsequis permissum ipsi, edere de suo & insidere mattæ*, seu storeæ *aut pavimento &c.* inquit, *Maimonides* H. Efel. sub finem cap. IV. *Buxtorfius* Synag. Judaic. cap. 35. *Prima*, inquit, *vespera, qui luget, cibo suo non vescitur, sed amici accedunt, cibum suum secum afferentes. Ova illi edenda præcipue mittuntur consolationis ergo, &c.* Similem morem *Ambrosius Leo* III. de Nola urbe Italiæ cap. 2. Nolanis tribuit, quem tradit his verbis; *Postquam a funere editimisque dimissi sunt filii affinesque defuncti, domum se conferunt, sola amicorum turba comitante, ubi offendunt mensas opipare paratas. Vicini enim amicique ac affines varias optimasque dapes eo præmiserant. Discumbitur a cunctis, fiunt colloquia nihil ad defunctum attinentia, sed ea, quæ tristes animos mitigent ac levent*. Transeo ad Christianos. Mos enim iste gentilium deferendi ad sepulcra defunctorum dapes, etiam in Ecclesiam inter Gentes collectam irrepsit, & cum illo pernitiosa temulentiæ pestis. Eo namque intemperantiæ demum ventum est, ut plerique ad sepulcra luxuriose epularentur, seque ipsos vino quasi sepelirent. Ut S. *Augustinus* conqueritur lib. de moribus Ecclesiæ Catholicæ cap. XXXIV. *Novi*, inquit, *multos esse sepulcrorum & picturarum adoratores. Novi multos esse, qui luxuriosissime super mortuos bibant; & epulas cadaveribus exhibentes, super sepultos seipsos sepeliant, & voracitates ebrietatesque suas deputent religioni*. Confer eundem Sanctissimum Hipponensem Antistitem Epist. LXIV. ad Aurelium, & lib. XX. contra Faustum, quibus in locis vehementissime in hunc morem vel potius morum labem invehitur, cum in Africa contagio ista præcipue invaluisset. Nec tacuit *Gaudentius*, Episcopus Brixiensis, sermone IV. *Gulæ suæ causa, primum cœperunt homines prandia mortuis præparare; quæ ipsi comederent: post hoc etiam sacrificia ausi sunt eis sacrilega celebrare. Quamvis, nec ipsi mortuis suis minus sacrificent parentalia, dum super sepulchrorum mensas tremulis ebrietate manibus vina fundentes, spiritum balbutiunt*, vide & *S. Ambrosium* Mediolanensem præsul lib. 2. de Helia & jejunio. Funebria autem hujusmodi convivia præberi consueverant vel in ædibus privatis, vel etiam publice in ipsis Ecclesiis & cœmeteriis ad charorum tumulos. Quin & anniversarias Martyrum festivitates conviviis celebrabant partim domi, intra privatos parietes, partim quoque in ipsis Martyrum Basilicis, vide *Theodoretum* lib. VIII. ad Græcos sub finem, S. *Gregorium* Epist. lib. IX. Epist. 71. ad Mellitum Abbatem. *Chrysostomum* Homil. in S. Julianum. Postea, cum desiderarent maxime S. Ecclesiæ Dd. ab Ethnicorum stultitia & superstitione Christianos longius recedere, annisu & studio eorum, quorum intererat, consuetudo ista epulandi, sive in Dominicis, sive in cœmeteriis, sive quomodocunque ad defunctorum sepulcra tandem penitus sublata & ex Ecclesia explosa est, ita ut posteris temporibus usus ejus nullus fuerit. Cautum etiam est in Conciliis, ne ulli in Ecclesiis accubitus & convivia instituerentur.

In

In Synodo Laodicena, canone XXVIII. *Non oportet in Basilicis seu Ecclesiis, agapen* (sic enim dicebantur hæc & similia convivia, & maxime, quæ in pauperum subsidium apparabantur. Ipseque *Judas* in Epistola sua *vers.* 12. agapæ vocem pro prandio vel cœna usurpat ;) *facere, neque in domo Dei manducare, vel accubitus sternere*. Similia statuit Concil. Carthaginense III. cap. 50. & Canon Trullianus LXXIV. *Alicubi hoc ita reformatum est* (verba sunt *Chemnitii* Exam. Concil. Trident. de Purgatorio) *ut in memoriam defunctorum, amici cibos & alia donaria in usum pauperum & Clericorum conferrent, sicut colligitur ex Origene* lib. III. *in Job, & qui conferebant, vocabantur* Sportulantes. *Cyprianus* lib. I. Epistol. 9. *Postea tales Sportularum collationes fieri cœperunt, quando celebrabatur Eucharistia, vocabantur Oblationes*. Loco viscerationis Gentilibus usitatæ Christiani stipe seu eleemosyna post curatum funus pauperes donabant. Morem hunc in Occidentalibus Ecclesiis viguisse, refert *Hieronymus* ad Pammachium. De orientalibus idipsum affirmat *Chrysostomus hom.* XXXII. *in Matth.* Defunctorum etiam ad altare Domini in tremendis mysteriis commemoratio & commendatio institui cœpit, ut ex *Origine, Cypriano, Chrysostomo, Augustino*, aliisque constat. Sed hujus rei in S. *Canonica Scriptura* utriusque Fœderis nec vola est, nec vestigium, h. e. *nulla litera, nulla syllaba, nulla dictio, nulla oratio exstat, continens vel doctrinam vel mandatum vel promissionem vel exemplum de oratione pro mortuis*, ut loquitur *Chemnitius* loc. alleg. Erant ergo Oblationes & Orationes pro defunctis *incertæ traditionis consuetudo*, quam post Apostolorum tempora humaua illa erga mortuos affectio sensim cœpit in Ecclesiam invehere, & tandem superstitiosa observatio roborare. Quod non diffitetur *Tertullianus*, quando Oblationes pro defunctis *non ex scriptura, sed ex consuetudine fluxisse*, dicit in De corona militis. Et *Epiphanius* itemque *Augustinus*, referente *Chemnitio* loc. cit. dicunt, consuetudinem orandi pro defunctis *non esse præceptum patris, hoc est Dei, sed institutum matris, hoc est, Ecclesia & traditionem Patrum*. Commemorationi autem recens mortuorum alii destinabant tertium, nonum, & quadragesimum diem ab obitu, alii tertium & trigesimum, alii diem septimum & quadragesimum, ac denique anno vertente eorum memoriam celebrabant. Vide de his curiose tractantem *Gretserum* de Fun. Christ. lib. III. cap. I. Revertor ad Gentiles, & primo Romanos, qui Funeribus etiam *Gladiatores* adhibebant. Ipsiusque muneris gladiatorii causa fuit & origo funus. Sic enim *Tertullian.* de Spectaculis cap. de munere : *Olim, quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos vel malo ingenio servos mercati, in exequiis immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos paraverant, armis, quibus tunc & qualiter poterant, eruditos, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant. Hæc muneris origo*. Et cum eo *J. Lipsius* Saturnalium Sermonum lib. I. cap. VIII. *Origo gladiatorum a re funebri*. Et postea; *Causa tamen & origo funus. Servius* lib. 10. Æneid. *Moris erat*, inquit, *in sepulchris virorum fortium captivos necari : quod posteaquam crudele visum est, placuit gladiatores ante sepulcra dimicare, qui a Busti cineribus Bustuarii dicti*. Ipsi Gladiatores morti sese ob lucrum prostituentes dominis se venundabant, unde *homines ad gladium comparare* dicebantur, qui tales emebant. *Lactantius* lib. VI. cap. XII. *Unde bestias emis ; hinc captivos redime, unde feras pascis, hinc pauperes ale, unde homines ad gladium comparas, hinc innocentes mortuos sepeli*. Munus autem Gladiatorium primum Romæ datum est, in foro Boario Ap. Claudio & M. Fulvio Coss. anno ab V. Cond. CCCCXC. a M. & D. Junio Brutis, in defuncti Patris memoriam, teste *Valerio Maximo* lib. II. cap. IV. Anno Urbis DLXXX. paria gladiatorum bustuariorum triginta septem dedisse T. Flamminium in funere Patris, idque ante cætera insigne fuisse munus, refert *Livius* lib. XLI. His ludis Gladiatoriis (ita enim vocabant cruentos illos congressus. Quo de *Lactantius* lib. VI. cap. XX. *Adeo longe ab hominibus secessit humanitas, ut, cum animas hominum interficiant*, Ludere *se opinentur*,) matronis interesse non erat licitum. *Eos quidem ludos*, inquit, *Alexander ab Alex.* lib. III. cap. VII. *apparatu magnifico continuis* IX. *diebus, in hisque gladiatorum paria, qui venalem sanguinem habebant, Romani exhibuere: ad quos intromitti matronas nefas habitum. Idque adeo usu & moribus interdictum fuit, ut P. Sempronius uxori, quod ludis funebribus inter fuisset, repudium dederit*. Primis quidem temporibus in Imperatorum & Primorum duntaxat funeribus præberi solebant Gladiatorum spectacula. Hæcque per triduum aut quatriduum durabant, ut ex *Livii* lib. XXIII. XXXI. XXXIX. aliisque constat (ut ita falli videatur *Alexander ab Alexandro*, qui novem continuos dies ludos ejusmodi exhibitos fuisse modo dicebat ;) sequenti vero ævo etiam a privatis hominibus dari

ri cœperunt gladiatores, quod *Lipsii* potius verbis docebo; sic enim ille loco supra alleg. *Hæc certamina primo in honorem Imperatorum procerumque; Sed paulatim, ut solet, res increbuit; & a tenui canali in mare quoddam (fas sic loqui) excrevit editionum. Dare enim cœperunt vulgo etiam privati & plerisque ea cura in testamentis. Cavebant*, *inquam*, *post mortem suam tot & tot paria sibi edi. Imo vulgo*, addit, *eo mos invaluit, ut ditiori aliquo mortuo, populus munus efflagitaret, velut debitum & ex præscripto legis.* Nec viris hic honor habebatur solum, sed & fæminis. Pergat Lipsius. *Nec vero in virorum saltem funeribus stetit hic mos: transiit etiam ad fæminarum. Dux & autor rei stirps illa Veneris Cæsar Julius: qui munus populo epulumque in filiæ memoriam pronunciavit, quod ante eum nemo, ait* Svetonius cap. 26. *& confirmat Dio*: ἐπὶ τῇ θυγατρὶ καὶ θηρίων σφαγὰς καὶ ἀνδρῶν ὁπλομαχίας ἐποίησεν, h. e. Filiæ suæ & ferarum cædes & virorum pugnas exhibuit. *Nec dubitate, quin Divi exemplum cupide imitatus sit vulgus*. Hæc ita Lipsius, a quo plura adhanc rem petes, si operæ tibi est. *Scævola* D. De Annuis leg. L. XX. §. 3. *Lucius Titius testamento patriæ suæ civitatis Sebastenorum centum legavit, uti alternis annis ex usuris ejusdem certamina sub nomine ipsius celebrarentur: & Modestinus* in L. XVI. D. de usu & usufruct. *Legatum civitati relictum est, ut ex reditibus quotannis in ea civitate memoriæ conservandæ defuncti gratia spectaculum celebretur*. Sustulit Munus Gladiatorum in funeribus dari consuetum Constantinus Imper. *Cruenta*, inquit, *spectacula in otio civili & domestica quiete non placent; quapropter omnino gladiatores esse prohibemus*. lib. XI. Cod. tit. 43. De Gladiatoribus penitus tollendis. Instituerunt & Græci certamina Gymnica & ludos in illustrium ac magnorum virorum funeribus, ut *Cicero* annotat. II. de Leg. & ex *Homero* & *Luciano* notum est. Hinc *Alexander ab Alex*. Genial. Dier. lib. III. cap. 7. Græcis Gymnica certamina & equestria in defuncti memoriam populo dari, servatum est: Nonnunquam navium cursus, & naumachiam. *Divitum sepulturæ apud Thraces sunt hujusmodi*: inquit *Herodotus* lib. IV. *Prolato triduum cadavere, mactatisque omnifariis hostiis, convivantur. Illudque defletum prius, deinde combustum sepeliunt, aut aliter humo contegunt, aggestoque desuper tumulo cum alia omnis generis certamina proponunt, tum præcipue certa cum ratione monomachiam*. Sed relictis hisce barbaris spectaculis, de *Epitaphiis*, quibus Sepulchra exornare consuevit prisca gens mortalium, tempus me monet ut agam. *Monumenta ut plurimum*, inquit *Stephanus Joh. Stephanius* in Notis ad Saxonem Gram. p. 2. *operosis titulis & splendidis inscriptionibus insignita erant, quæ rerum a majoribus præclare gestarum laudes amplissimas complectebantur. Hinc tituli vox usurpata est non modo pro nuda* ἐπιγραφῇ, *verum etiam pro laude, existimatione, encomio, elogio, gloria, celebritate, illustri fama, & quicquid nomen alicujus æternitati consecraret*. Hæc ille. Inscriptiones & tituli hi Monumentorum maxime frequentes erant apud Romanos, adeo, ut & servorum, viliumque capitum tumulos quandoque titulis insignirent, quod literati testantur lapides. Ponebantur hæ ἐπιγραφαὶ sive Epitaphia in prima & obvia tumuli parte h. e. in fronte. Unde Virgilius in Culice; *His tumulus super inseritur, tum fronte locatur Eulogium*. Concipiebantur interdum prosa, haud raro ligata oratione. Erantque solemnia inscriptionum verba: DIS. Man. Sacr. itemque iis res præclare gestæ, laudes, familia, ætas, vitæ conditio, dies obitus continebantur, nonnunquam patria, fortunæ, opera, &c. Cujusmodi illud Regis Poetarum Epitaphium est, cujus ipsemet autor perhibetur:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.

Interdum causa, genusque mortis; cape exemplum, Romæ in Xenodoch. S. hoc exstat Epitaphium;

Hospes disce novum mortis genus, improba felis,
Dum teneo, digitum mordet, & intereo.

Elogia in fronte plerumque, honores & res gestas, quibus præclarum sibi nomen pepererant vivi, tumulis inscribi svevisse, docet *Cicero* II. de Finibus: *Ante molem res gesta Augusti, quod ipse testamento mandaverat, tabulis æneis incisæ erant*, inquit *Georgius Fabricius* in delineatione Mausolei Augusti Cæs. cap. XX. Romæ suæ. *Plutarchus* in Sylla; *Monumentum Syllæ in campo Martio est: Inscriptionem ab ipso ferunt conceptam & relictam, cujus hoc caput est; se neque ab ullo amicorum beneficiis, neque ab ullo inimico maleficiis superatum fuisse*. Eleganter in rem præsentem *Pineda* in Jobi cap. 3. v. 15. numer. 5. *Jubebant*, inquit, *defunctorum*

Epi-

Epitaphia consistere paulisper viatores, audire salutaria monita, in memoriam revocare vitam & res gestas hominis defuncti & denique de se simile quippiam cogitare; nam quanquam non omnium monumentorum eædem inscriptiones essent, sed illa omnibus communis semper fuisse videtur. MIHI HERI, TIBI HODIE. Eccles. XXXVIII. 23. in hanc sententiam extat Epitaphium Neapoli ad S. Laurent.

Hospes quid sim, vides, quid fuerim, nosti, futurus ipse quid sis, cogita.

Ejusmodi etiam fuit Epigramma, quod M. Pacuvius, Tragœdiarum scriptor vivus sibiipsi conscripsit, & sepulchro suo incidendum reliquit:

Adolescens, tametsi properas, hoc te saxum rogat,
Ut se aspicias: deinde, quod scriptum est, legas.
Hic sunt Poeta Marci Paccuvii sita
Ossa, hoc volebam, nescius ne esses. Vale.

Item illud;

Fui, ut es, Eris ut sum, Fui, non sum, Estis, non eritis, Nemo immortalis.

Item;

Hoc satis in tumulo fragilem te noveris esse,
Mors certa est, tempus perbreve, vita nihil.

Vide Aul. Gellium Noct. Att. libr. I. cap. 24. Justus Lipsius, quem Literarum seculi nostri lumen *Scaliger* appellat, Senecam Belgicum *Pareus*, Trismegistum, Doctorumque Solem *Raphelingius*, Senatus eruditorum principem *Dousa*, Scientiarum Patrem *Baudius* &c. e sepulchro cum vivis ita loquitur;

TUMULUS.

Quis hic sepultus, quæris? ipse edisseram:
Nuper locutus & stilo & lingua fui,
Nunc alteri licebit. Ego sum LIPSIUS.
Cui literæ dant nomen & tuus favor.
Sed nomen, ipse abivi, abibit hoc quoq;
Et nil hic Orbis, quod perennet, possidet.
Vis altiore voce me tecum loqui?
Humana cuncta fumus, umbra, vanitas.
Et scenæ imago, & verbo ut absolvam,
NIHIL.
Estremum hoc te alloquor,
Æternum ut gaudeam, tu appreeare.

Unum omnes docti indoctique, opulenti ac pauperes habent Epitaphium, quod illis Moses scripsit; ET MORTUUS EST, Gen. V. *Bene vixisse, pulcherrimum omnium Epitaphium est.* Magna interim & singularis gratia est Epigrammatum eorum, quæ Veteres maximam partem veræ pietatis ignari, ex ipsis animi sui penetralibus eliquata, quisque charissimorum pignorum conditoriis inscripsit, nec sine gemitu & interdum vel lacrymis ea legere possumus, adeo intimos sensus recordatione communis fragilitatis percellunt, ut inquit *Barthius* lib. V. adverf. cap. 13. Sed nolo hic ejusmodi Cipporum ritulis chartam complere, ne & læctori tædium; mihi autem laborem haud necessarium pariam. Apud Græcos etiam Epitaphiorum usum fuisse, supervacaneum puto, ut probem, parcius tamen iis usi sunt Lacedæmonii: *Epitaphium carmen* (inquit *Ludov. Cœl. Rhodiginus* Lection. Antiq. lib. XVII.) *quo exprimeretur nomen, indere haud fuit fas* (apud Spartanos) *ni viris in bello esset strenue persunctus. Idque ex Lycurgi instituto.* Danorum etiam antiquiores non tantum tumulos suorum lapidibus literatis seu Epitaphiis exornasse, sed etiam victoriarum & rerum præclare gestarum trophea & arcus quasi triumphales, patriis, hoc est, Runicis literis insignitos, ad posteros transsisse, refert *Olaus Wormius* de Mont. Danic. lib. I. cap. 13. & 14. Exuviis etiam hostium, armisque non Romani solum, sed & Gothi sepulchra sua ornabant, vide *Placid. Lactantium* ad lib. XII. Thebaid. Statii & jam dictum *Olaum Wormium*, Monum. Danic. lib. I. cap. VI. Apponi etiam solebant ad monumenta Heroum militaria signa, tanquam laudis & virtutis trophæa, inquit *Polydor.* de rerum inventione lib. VI. cap. 10. Innuit hunc ritum etiam *Seneca* lib. IV. Controverf. IV. *Bellum cum esset in civitate, vir fortis, in acie amissis armis, de sepulchro viri fortis arma sustulit. Fortiter pugnavit & reposuit, præmio accepto accusatur sepulchri violati.* Redeo ad Epitaphia, quæ non admodum curare Judæos, dicit *Schickardus* de Jure Regio Hebræorum cap. VI. *Ita neque curant* (inquit) *an vel qualia ipsis Epitaphia erigamus. Laudo Maimonidem, qui censet, famam recte factorum, quæ in viva posteritatis memoria perennat, esse splendi-*

didissimum Mausoleum, quovis marmore durabilius, quavis statua pulchrius. Subjicit verba *Maimonidis*, & post ea ait. *Nudæ tamen inscriptiones nominum & annorum non improbantur, quia historias & Chronologiam juvant*; additque; hujus rei exemplum aliquod femineum. Clausula harum inscriptionum plerumque erat; *Sit anima ejus in Paradiso: Anima ejus collecta sit in horto voluptatis, Amen, Amen, Amen, Sælah.* Item; *Sit anima ejus colligata in fasciculo viventium; vel Tu titulus es sepulchri Eliæ filii Salomonis, qui discessit in paradisum Eden, prima die mensis N. Anno N.* Vide jam dictum *Schickardum, David Chytræum* de Morte & vita æterna pag. 106. *Gerhardum* Loc. VIII. de Morte §. 84. Sepulchris inscriptiones addere usitatissimum quoque fuit apud Christianos. Loquuntur id Templa & cœmeteria passim Epitaphiorum plenissima. *Prudentius* in passione Hyppoliti Episcopi & Martyris:

> *Innumeros cineres sanctorum Romula in Urbe*
> *Vidimus &c.*
> *Incisos tumulis titulos, & singula quævis*
> *Nomina difficile est, ut replicare queam.*
> *Plurima literulis signata sepulchra loquuntur*
> *Martyris aut nomen, aut Epigramma aliquod.*

Epigraphas cum antiquitas tum recentiores qui legere cupit, consulat Epitaphia *Georgii Fabricii*. Monumentorum Italiæ lib. IV. a *Laurentio Schrodero* divulgatos: Delicias Itinerum *Nathanis Chytræi*: Inscriptiones marmorum totius Europæ *Petri Appiani, Cyriaci Anconitani, Martini Smetii &c.* Unicum nunc id restare videtur, ut de luctus tempore dispiciamus. *Est de mortuis eis, qui diliguntur, tristitia quodammodo naturalis*, inquit Augustinus sermone 32. Hinc Spartanus quidam mortuum deflens filium, increpanti respondit; *Quid facerem? Non enim ego, sed natum mea mihi luctum excussit.* M. Antonius Pius, cum Marcus Philosophus mortuum Educatorem suum fleret, revocareturque ab aulis ministris ab ostentatione pietatis, dixisse scribitur; *Permitte illi, ut homo sit, neque enim Philosophia vel imperium tollit affectus.* Hinc quoque lugere mortuos, magistra natura, consuetudo tenet omnium Gentium, præter nescio quas, quæ puerperia lugent, natosque deflent, ac funera contra velut sacra lætæ festo cantu, lusuque celebrant. Unde Ludovicus Cortesius, Jurisconsultus Patavinus, ut refert *Bernandinus Scardeonius* de claris Jurisconf. Patav. lib. 1. class. 8. moriens, contra communem mortalium morem ex testamento interdixit suis propinquis lacumas & solitas funerum lamentationes, Ennii summi Vatis exemplo, & quæcunque lugubria solent ad mœstitiam parari, abesse prorsus voluit. Contra vero pro his acciri jussit musicos, Cantores & citharœdos & tibicines omnis generis, qui vario concentu, una cum Clero funerum pompam partim præirent, partim sequerentur &c. vide *Kornmannum* de Miraculis mortuorum part. VIII. cap. 3. Hujus testamenti meminit Paulus de Castro JC. idque tanquam hominis non sanæ mentis in dubium vocat, in l. *quidam in suo D. de condit. instit.* Apud Israelis posteros luctum pene *pro parte sacri cultus* haberi, annotat *Schickardus*, Vir Orientalium LL. peritissimus, in suo Mischpat hamm. p. 170. & ex Mosis Maimon. Jad chasaka multis probat *Dn. L. Mart. Gejer.* tractat. de Hebræor. Luctu cap. 1. Quanto vero tempore lugendi sint defuncti, diversa fuere non tantum apud diversas gentes, sed apud easdem quoque diversis temporibus instituta & consuetudines. *De tempore luctus*, inquit *Jacobus Gretzerus* lib. 1. de Fun. Chr. cap. ultim. *nihil aliud habeo dicere; quam fuisse incertum tam Ethnicis, quam Judæis & Christianis.* Apud Romanos lugendi tempus pro conditione, ætate & cognatione hominum, a Numa Pompilio constitutum est. Puerum trimo minorem indefletum voluit, majores natu tot mensibus lugendos statuit, quod quisque annos vixisset, neque tamen ultra menses decem. *Longissimum* enim *luctus tempus decem mensibus terminavit. Quod spatium a morte viri viduis quoque abstinendi præfinitum est, a secundis nuptiis*, ut refert *Plutarchus* in vita ejus. Gratianus vero, Valentinianus & Theodosius Impp. duos adhuc menses adjacerunt, integrum annum lugendo marito præscribentes, *Leg. 2. Cod. de secundis nuptiis*, ita quidem, ut ante exactum tempus luctus nubere nemini possent, nisi id peculiariter a Magistratu impetrassent. Ab his Romanorum legibus recedit Jus Canonicum, dans viduæ potestatem etiam intra annum luctus nubendi c. Ephemium 2. q. 3. Sed hanc juris Canonici dispositionem approbare non possumus, inquit, *Gerhardus* Tom. 7. LL. §. 199. *cum repugnet honestatis publicæ & introducat sanguinis confusionem & prolis incertitudinem, quin & maleficii suspicionem confirmet.* Vide Constit.

stit. Electoral. Saxonicæ & confer. *Dn. D. Bened. Carpzovii* lib. 2. Jurispr. Eccles. tit. 9. dist. 159. Mulieribus ergo certum luctus tempus definitum est, quo lugerent, idque annuum, non viris. Sic enim expresse lex IX. ff. De his, qui not. infam. *Uxores viri lugere non compelluntur. Seneca* Epist. LXIII. *Annum feminis ad lugendum constituere majores, non ut tamdiu lugerent, sed ne diutius: viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum*. Utut autem vidui jure divino & civili certum lugendi tempus non habeant præscriptum, honestatis tamen, vitandique scandali ergo tenentur apud nos de jure Saxonico ad integrum semestre a novo matrimonio abstinere, vide *Dominum Carpzovium* loc. cit. dist. 160. & *Gerhardum* loc. allegat. §. 200. Nec parentibus, liberis utriusque sexus, cæterisque agnatis & cognatis, Leges Civiles certum lugendi tempus præscribunt, sed secundum pietatis rationem & animi sui patientiam prout quisque voluerit lugendos relinquunt *L. parentes* XIII. *ff. de his, qui not. infam.* Si *Nicephoro Calisto* lib. XVIII. hist. cap. 30. credimus, in Chubda civitate, quæ vicina est civitati Tangast in finibus Indiæ, præfectum mortuum, lege ita jubente conjuges ejus perpetuo lugente, neque unquam a sepulcro discedunt, pulla veste indutæ, & capite novacula raso. De Græcis nihil habeo, quod dicam, nisi quod *Solon* Atheniensibus flebiles lamentationes & cætera dolorem testantia, velut inania & nihil vitæ proficientia sustulerit, & *Lycurgus* Spartanorum Legislator Lacedæmoniis II. dierum spatio luctum terminaverit, teste *Plutarcho*. De antiquis Germaniæ populis refert *Tacitus*, libello de Moribus Germ. *Lamenta & lacrymas cito, dolorem & tristitiam tarde ponunt. Feminis lugere honestum est; viris meminisse*. Non luxisse mortuos Germanos nostros, cæterosque Celtas præter Tacitum testatur quoque *Plutarchus* in Consultatione ad Apollonium his verbis; *Ex ipsis vero barbaris, si qui luctum exercent, non animosissimi Germani, non Galli, aut si qui alii generoso pleni sunt spiritu, id faciunt, sed Ægyptii, Syri, aliique horum similes*. In V. Testamento uniforme luctus tempus non reperitur. Ægyptii mortem Jacob Patriarchæ luxerunt septuaginta dies *Genes. lib.* 3. nisi forte XL. dies ἐνταφιασμοῦ connumerantur XXX. diebus fletus, ut junctim constituant LXX, ut observant *Estius*, *Menochius*, *Calixtus* ad hunc loc. *Pererius* in Comment. *Dicitur*, inquit, *Flevitque eum Ægyptus septuaginta dies. Non est intelligendum, Ægyptios per septuaginta dies continentur lacrymas fudisse, nam ne ipse quidem Heraclitus, etiamsi totus lacrymis exstillasset, tamdiu lugendo esse potuisset. Vocabulo igitur luctus significatur totum id, quod circa funus exhiberi solet, nempe cum homines habitu & persona cultuque funebri amicti prodeunt, quod hodieque apud Christianos solemne est*. Eadem adfert *Rivetus* Exercitat. CLXXXVII. in Genes. in h. l. *Fletum*, inquit, *intelligere debemus de luctu ceremoniali, id est, quod totidem diebus signa quædam luctus pro suo more exhibuerunt, quomodo apud nos atrati incedunt & pullati, qui mortuos lugent*. Aaroni & Moysi Viro Dei solemnem luctum exhibitum a Filiis Israel per integrum mensem sive XXX. dies num. cap. XX. 30. & extremo *Deut. vers.* 8. legimus. Pium Principem ac Patrem Patriæ, Regem Josiam omnes ordines luxerunt, Jeremias maxime, omnesque cantores atque cantatrices lamentationes ac lessos, quos *Jeremias* ediderat, per complures annos lamentabili voce & cantu lugubri recitarunt, 2. Paral. 35. 24. 25. Judam quoque Machabæum per multos dies luxisse populum Israel, docet 1. lib. Machab. cap. 9. 20. Legitimum vero luctus tempus apud Judæos 30. diebus fuisse circumscriptum, ex *Josepho* docet S. *Ambrosius* initio Orationis de obitu Theodosii, de luctus defunctorum tempore agens: *Utraque observatio*, ait, *habet autoritatem, qua necessarium pietatis impletur officium; luctus quidem legitimum & idoneum fuisse tempus 30. dierum apud Judæos, ex Mosaicis legibus Josephus* (lib. IV. ἀρχαιολογίας cap. VIII.) *tradit. Non prius licebat cubile attingere, quam abrasa fuisset, lugubremque habitum induisset atque propinquos & amicos eluxisset. Cum autem triginta dies in hoc luctu perfecisset (sufficiebant enim bene institutis triginta dies illi ad lacrymas & luctus charissimorum) tunc poterat ad nuptias & matrimonium se conferre*. Consentit *Moses Maymonides* H. Efel. cap. 6. §. 1. ubi inquit; *Ex sententia scribarum Lugens totos triginta dies quibusdam indulget lugentium ritibus. Unde vero sapientes confirmant dies 30. videl. quia dictum est, (Deuter. 21. v. 13.) & flebit patrem suum, matremque suam mense integro, cunctis itaque 30. diebus mœrore afficitur lugens*. Sed & alibi ejusmodi luctum in funeribus fere septem tantummodo dierum fuisse apud Judæos, legimus. Certe Ecclesiasticus cap. 22. 13. ad septenarium duntaxat luctum super mortuo restringit inquiens; πένθος νεκροῦ ἑπτὰ ἡμέραι, *Luctus mortui septem dies*, vel defunctus septem dies est lamentabilis. Hinc *Joh. Steph. Menochius* Rep. Hebr. lib. 8.

cap.

cap. 5. quæst. 10. *Hic videtur communis fuisse exequiarum modus, ut sc. unam Hebdomadam non excederent, sed per tot dies justa funebria celebrarentur, quod solebant dare lætitiæ nuptiali, ut patet ex Gen.* 29. 27. *& Tob.* 11. 21. confer *Jansenium* in h. l. *Bonartius* hoc Syracidæ conciliaturus cum altero cap. 38. v. 17. amare fer luctum illius uno die, ait comm. fol. 317. *olim luctum vehementem adhibitum fuisse in funeribus amicorum, uno vel duobus diebus, prout conditio & dignitas illorum postulabat, moderatiorem v. & cum interpolatione diebus septem, nisi forte essent viri illustres beneque de republ. meriti, quorum planctui dies triginta impendebantur. Quodsi essent mariti, uxores, parentes, &c. forte spatium annuum concedebatur. Casparus Sanctius* in cap. 11. lib. II. Regum ad verf. 27. Transacto autem luctu &c. annotat; *Planctus autem ille, ut opinor, septemdialis fuit; nam licet in aliquos principes productus fuerit ad spatium temporis longius planctus ille, ut in funere Aaron, cui impensi fuerunt dies triginta*, num. xx. verf. 30. *& totidem Mosi*, Deut. 34. *aliis quasi legitimus planctus septem dierum fuit. Sic Jacobum septem diebus honorario planctu prosecuti sunt Ægyptii in terra Canaan, licet in Ægypto in ejus parentalibus dies multo plures consumpti sint. Et hunc septemdialem luctum esse legitimum, docet illud Eccles.* 22. *v.* 13. *Luctus mortui septem dies, &c.* Gen. L. 10. quoque dicitur; *Et fecit patri suo luctum septem dierum.* Ad quæ verba Augustinus in Quæstionibus super Gen. *Nescio*, inquit, *utrum inveniatur alicui sanctorum in Scripturis celebratum esse luctum novem dies, quod apud Latinos novendial appellant. Unde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorum istum in mortuis suis numerum servant, qui magis est in gentilium consuetudine. Septimus vero dies autoritatem in scripturis habet. Unde alio loco* (Eccles. XXII. verf. 13.) *scriptum est.* Luctus mortui septem dierum, fatui autem omnes dies vitæ ejus. *Septenarius autem numerus propter Sabathi Sacramentum præcipue quietis indicium est, unde merito mortuis tanquam requiescentibus exhibetur.* Hæc ille. De nobili illa gentis suæ servatrice, Judith. cap. XVI. 29. dicitur; *luxit illam omnis populus septem diebus.* Brevior ergo luctus fuit, vel longior pro dignitate mortui. Docet id iterum *Maymonides* H. Efel. cap. 13. in medio verbis, ut latina ea habentur apud *Schickardum* de Jure Regio Hebr. cap. VI. *Non deflent mortuum ultra triduum* (lacrymantes) *nec lugent, ultra septiduum* (in terra discalceati sedentes) *intellige hoc de vulgo. Nam sapientiæ studiosos plangunt pro modulo eruditionis illorum. Non tamen quempiam deflent ultra mensem, nec lugent, ultra annum. Ecce enim nunquam habuimus majorem Mose nostro Præceptore, & de illo scribitur* (Deut. ult. verf. 8.) *triginta diebus finitum esse fletum, sic nec ullum habuimus doctiorem R. Jebuda Sancto* (qui a morum honestate sic denominatus, collegit librum Mischnajot, Imperatori Antonino familiariter notus, e familia Hillelis & ipsius Davidis, itaque Christi cognatus, juxta carnem) *& tamen non ultra XII. menses continuarunt luctum.* Parentes tamen mortuos liberi lugent per annum, ut etiam *Bonartius* observat. loc. all. confer *Buxtorfium* Synag. Judaic. cap. 35. Servos vero non plangunt, nec parvulos seu minorennes, teste sæpius citato *Maymonide* H. Efel. cap. 2. ante fin. Dolor moderatus & externa hujus luctus signa non improbantur apud Christianos. Tametsi argumenta multa tum ex scriptura, quam ex ratione & exemplis adversus luctum pro mortuis adferri possint & soleant, nulla tamen sunt, quæ absolutæ concludant contra omnem luctum & planctum, sed tantum adversus immoderatum, ex impatientia vel diffidentia orientem. Quo referendum illud Apostoli 1. Theff. 4. 13. *De dormientibus non contristemini sicut alii, qui spem non habent.* Ubi non absolute luctum prohibet *S. Paulus*, sed comparate ad eos, qui spe beatæ vitæ & resurrectionis erant destituti. Hinc etiam Christiani Doctores veteres morem lugendi defunctos non reprehenderunt, ubi modum non excessit. Quod si vero fines decentiæ transcenderet planctus & luctus, aut aliquid affectati, ut fit interdum, resiperet, quem *S. Chrysostomus* Homil. 61. in Joh. circa fin. *muliebrem morbum vocat*) non defuerunt hortatores, qui lugentes intra cancellos rationis revocarent. Proinde recte invehitur jam dictus *Chrysostomus* in Christianos sui seculi, qui cruentarant brachia, sciderant capillos, laniarant genas, nigrisque se obvelarant vestibus, Homil. 61. in cap. 2. Joh. *Non*, inquit, *lugere, sed ἀμέτρως, sine debita moderatioue lugere, veto. Non sum immanis atque crudelis, video naturam dolere & quotidianam requirere consuetudinem: Non licet nullo affectu moveri, quod & Christus ostendit, lachrymatus super Lazarum: Ejus exemplum sequere; lacrimare, sed leniter & prudenter & cum Dei timore.* Idem inquit Homil. 3. in Epistol. ad Philipp. *Defleamus* (mortuos) *sed non præter decorum. Cyrillus* in Johan. lib. 7. cap.

cap. 20. ait; *Erudiit nos Dominus* (scil. ad sepulchrum Lazari, amici sui flens Joh. 11. 34.) *suis lacrymis, quonam modo charos nostros vita functos moderatis & lege rationis temperatis lacrymis flere debeamus. Nam ex toto, nec compati, nec mœrere, ferinum est & durum, horum vero exuberantia, muliebre. Tu vero cur impatienter feras subductum*, inquit alicubi *Cyprianus, quem credis reversarum. Profectio est, quam putas mortem. Ignoscimus matris lacrymis, sed modum quærimus in dolore*, ait *Hieronymus* Epist. 25. ad Paulam super obitu Blæsillæ. *Permittantur pia corda charorum, de suorum mortibus contristari, dolore sanabili & consolabiles lacrymas fundant*, dicit *S. Augustinus* Sermon. 34. de Verbis Apostoli. *Non culpamus affectum, nisi cum excedit modum*, inquit, *Bernhardus* Sermon. 26. in Cantica. *Grandis enim in suos pietas, impietas in Deum est*, ait modus citatus *Hieronymus* loc. alleg. *Formidandum enim omnino*, inquit, *Cyrillus* dicto loco, *ne divinam contra nos iram provocemus nimio luctu, adeo obnixe reluctantes, quod ipse, qui vitæ & mortis habet imperium, constituit faciendum*. De tempore vero luctus, quid antiqui Christiani senserint, ex libro 8. constit. Apostolic. (quas non ideo adducimus, quod censeamus esse Apostolicæ originis, vel autoritatis, sed quia non plane omnis expertes sunt antiquitatis) cap. 48. quodammodo colligi potest, confer *Lorinum* ad cap. 8. Actor. v. 2. *Tholosanum* Syntagm. Juris univ. lib. 2. cap. 4. Fuisse apud Christianos in usu, ut mortuos per septem dies deplorarent, docet Magister Historiæ Scholasticæ, P. *Comestor*. Accedit huic mori mysterium, quod tangit *Ambrosius* Orat. de Fide Resurrect. *Nunc die septimo ad sepulchrum redimus, qui dies Symbolum futuræ quietis est*. De *consecratione* autem & θεοποιΐα Gentilium, quomodo nempe fatua Gentilitas, nonnullos vita functos, post delatum sepulturæ honorem, modo citius modo tardius, certis quibusdam ritibus & ceremoniis in deos retulerit, (quam rem pulcherrima narratione exponit in vita Antonini *Herodianus*) vide differentem *Kirchmannum* lib. IV. cap. 13. & 14. Redolet istam Ethnicorum ἀποθέωσιν superstitiosa Papalis Canonizatio, qua Pontifex Rom. per suam, quam sibi sumit, omnipotentiam, sanctos esse jubet & in certum divorum ordinem adscribit post fata, bene de se meritos, de cætero sæpe pessimos. Vide *Henricum Kornmannum* de miraculis Mortuorum parte VIII. cap. XX. Narrat. *Guliel. Camdenus* Strabo ille Britannicus in Britannia sua p. 131. Henricum VII. Regem Angliæ sanctas Henrici VI. Regis virtutes tantopere admiratum fuisse, ut cum Julio II. Pontific. Roman. egerit, de illo inter Divos referendo. *Sed* (addit) *quo minus hoc fieret, in causa erat Pontificis avaritia, qui pro regis Apotheosi nimis magnam pecuniæ vim exegit, ut videretur non Principis sanctitati, sed auro honores illos delaturus*.

CAPUT XIV.

De Excessu circa sepulturam, cum ratione sumptuum, tum ratione subjecti sepeliendi.

Excessus circa funerationem positus inprimis fuit antiquitus in inutili sumptuum profusione. Jure merito culpandi hic sunt Tybricolæ, quos modum excessisse in impendendis in res funereas atque adeo perituras sumptibus, ex præcedentibus oppido conjicias. Vidimus enim quanto studio præparata apud eos functorum corpora, vermibus esca futura, quanta pompa educta, quam splendidis vestibus, pretiosisque rebus aliis funerata, quantis impensis sepulcra condita, Epulæ, ludi instituti ac munera data. Et quanquam de sumptibus funerum caverunt Leges 12. Tabular. *Sumptum minuito; tria, si voles, reicinia* (vestimenti genus erat) *& vincula purpuræ & decem tibicines adhibeto; hoc plus ne facito*. Ac alibi: *Neve aurum* (mortuo) *addito* &c. (Fragmenta legum harum Xviralium recenset *Cicero* in fine libri II. de LL. ubi inter cætera ita loquitur; *Nostræ quidem legis interpretes, quo capite jubentur sumptus & luctum removere a deorum manium jure, hoc intelligunt, inprimis sepulchrorum magnificentiam esse minuendam*.) Non tamen vim suam Leges XII. Tabul. obtinuerunt, sed ad immensos sumptum progressa ista res est. Sylla legem promulgavit, qua funebres impensæ & ambitiosæ exequiæ atque ad rogum munera, nec non conviviorum impendia præscripto fine taxabantur; sed legem hanc suam in Metellæ conjugis funere transgressus ipse, profusione maxima exequias dedit. *Alexand. ab Alexandro* lib. VI. Genial. Dier. cap. 14. Athenienses, quos ad summam superstitionem anxios fuisse in rebus funereis alibi dixi, postquam sumptuosa funera ac ampla nimis sepulcra facere cœperunt, Solonis lege prohibiti sunt, ne sepulcrum facerent operosius, quam quod decem homines efficerent triduo. Neque id opere tectorio exornari, nec Hermas, quos vocant, licebat imponi, ut refert *Cicero* lib. II. de Legibus, ex Demetrio

Phalereo. *Posteaquam*, inquit, *ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera & lamentabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt. Quam legem iisdem prope verbis nostri Xviri in undecimam tabulam conjecerunt. Nam de tribus reiciniis & pleraque alia Solonis sunt;* subjicitque legem jam dictam Solonis, qua amplitudo ac magnificentia ædificandorum sepulcrorum Athenis inhibita fuit. Et post aliqua inquit: *Sed ait rursus idem Demetrius, increbuisse eam funerum sepulcrorumque magnificentiam, quæ nunc fere Romæ est. Quam consuetudinem lege minuit ipse.* Lycurgum itidem, omnem circa mortuos & sepulcra superstitionem sustulisse tradit *Plutarchus* in Lycurgo & Lacon. Ulysses maxime sibi curæ esse, ut splendido opere defunctus sepeliatur, quippe quod ad memoriam extendendam maxime faciat, proclamat apud *Euripidum* Hecuba. Ita quidem fatuus ille, ut malit in vita re esse tenui, quam honorata sepultura carere. *Barthius* lib. 53. adversf. cap. VII. Hephestionis funus Babylone ab Alexandro celebratum, quæ toto sunt terrarum Orbe unquam edita, facile excessit magnificentia, & sumptu, quando ad duodecim talentorum millia traduntur effusa, quo nomine in proverbii faciem trahi scienter potest *L. Cælius Rhodigin.* Lect. Antiq. lib. 17. cap. 19. Ægyptios de structura domorum minus fuisse solicitos, in adornandis autem sepulcris eximie, nihil studii fecisse reliquum, refert *Diodorus Siculus* lib. I. cap. 51. Inprimis mirifica & portentosa magnificentia extructa fuerunt apud illos priscorum regum sepulcra, ut apud eundem lib. dicti cap. 48. & 49. legere est, ubi prolixe describit monumentum regis Osymandnæ, quod non modo sumptuum magnificentia, sed & artificum industria cætera antecelluisse dicit. *Rarum & memorabile est* (inquit *Corn. a Lapide* com. in Jer. cap. 22. 19. *quod scribit Plinius lib. 36. cap. 12. justo judicio Dei factum esse, ut ignoretur, quinam fuerint Pyramidum Ægyptiarum autores, eo quod ipsi in insanis hisce fabricis (quæ Romam translatæ, etiamnum intuentibus sunt stupori,) regum opes exhauserint, & nominis æternitatem apud posteros quæsierint.* Erat & alia vanitatis & superstitionis species, ut hoc obiter addam, apud Ægyptios veteres, si non omnes, saltem aliquos. Hi enim corpora medicata i. e. aromatis condita & exsiccata, nec cremabant, nec sepeliebant, sed domi in conclavibus & lectulis asservabant, mensisque itidem adhibebant tanquam convivas. Vide *Cic.* I. Tusc. *Pompon. Melam* de Situ Orbis lib. I. cap. IX. *Lucianum* in De luctu. Unde *Silius Italicus* lib. XII.

> *— — Ægyptia tellus*
> *Claudit odorato post funus stantia saxo*
> *Corpora, & a mensis exanguem haud separat umbram.*

Retinuerunt hanc inveteratæ consuetudinis vanitatem Christiani nonnulli in Ægypto ex Paganismo conversi aliquandiu, quam acriter reprehendit Antonius Eremita, ut in ipsius vita, quæ sub *Athanasii* nomine circumfertur, habetur: *Mos etenim Ægyptiis est, nobilium & præcipue beatorum Martyrum corpora linteamine quidem obvolvere, & studium funeri solitum non negare; terra vero non abscondere, sed super lectulos domi posita reservare. Hunc honorem quiescentibus reddi, inveteratæ consuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antonius sæpe & Episcopos deprecatus est, ut populos Ecclesiastica consuetudine corrigerent, & laicos, viros ac mulieres rigidius ipse convenit, dicens: Nec licitum hoc esse, nec Deo placitum, quippe cum Patriarcharum & Prophetarum sepulchra, quæ ad nos usque perdurant, hæc facta convincerent.* Eandem fuisse ipsius Athanasii mentem, testatur *Damascenus* Orat. I. de imaginibus; *Scimus B. Athanasium Sanctorum reliquias non in urnis collocandas, sed humi condendas esse eo consilio censuisse, ut absurdum Ægyptiorum morem abrogaret, qui mortuos suos non sub terram condebant, sed in lectulis & scimpodiis collocabant.* Notandum hoc contra nonnullos, qui honeste sepulta corpora effodiunt, ut membra & partes defunctorum, omnium oculis subjiciant, & adorari curent. Qua de re *Erasmus* in peregrinatione, sic Menedemum loquentem introducit; *Dictu mirum, quantum ossium illinc prolatum sit,* (loquebatur de sacrario Cantuariensi) *calvaria, menta, dentes, manus, digiti, integra brachia, quibus omnibus adoratis fiximus oscula, nec erat futurus finis, nisi qui tum mihi comes erat peregrinationis parum commodus, interpellasset ostentandi studium.* Sed ut ad impensas funereas revertar; in sumptibus parentalibus faciendis, non videri cessisse ulli genti Danos, inquit *Olaus Wormius* Monumentorum Danicorum lib. I. c. 6. Hoc ut probet inter alia adducit exempli loco *ex Saxone Grammatico* Haraldum Gormonis filium, qui universum regni exercitum, boumque numerum ingentem inusitatæ magnitudinis saxo in Jutico littore reperto applicuit, quo matris tumulum insigniret. Gallorum etiam funera

pro

pro cultu fuere magnifica & sumptuosa, attestante *Cæsare* Comment. VI. de Bell. Gall. item in Hispanicis, de Viriathi ducis ipsorum funere loquens; Οὐρίαθον μὲν λαμπρότατα κοσμήσαντες ἐπὶ ὑψημοτάτης πυρᾶς ἔκαιον. i. e. *Viriathi corpus magnificentissime exornatum in altissimo rogo cremarunt*. De Judæis scribit *Hieronymus* & post eum *Nicolaus de Lyra*, moris fuisse apud eos, sepeliri sumptuose, præsertim nobiles. Cardinalis *Baronius* ad annum Christi XXXIV. numer. XCI. & *Pineda* in Jobi cap. III. v. 15. num. 4. referunt; Tantum olim excrevisse apud Hebræos hanc funerum impensam, ut interdum ejus magnitudine deterriri cognati & propinqui, relicto cadavere se aliquandiu subducerent. Moderata autem hæc fuisse a Gamaliele seniore, filio Simeonis, nepote Hillelis, ad cujus pedes Sanctus Paulus Apostolus Jerosolymis in Judaismo enutritus creditur, atque statutum, ut non nisi ineis velis cadavera obvolverentur, cujusvis essent conditionis aut ordinis. Ex *Zœm. Dav.* fol. 36. b. citat. *Schikardus* de Jure Regio cap. VI. verba, quæ ut toga donata adscribam: *Rabban Gamaliel senex præceperat ante obitum, ut se vilissima veste linea sepelirent. Nam prius consueverant mortuos in holosericis efferre, ut sepultura consanguineis gravior fuerit (minusque tolerabilis) ipsa morte, sicut est in Talm. cap. 2. Mass. Schabb.* Sed de lege Judæorum, qua luxus vestium sepulchralium prohibebatur, egi supra *cap.* V. ubi de vestitu. Augebat maxime sumptus auri pecuniæque ac aliarum pretiosarum rerum in sepulchra illatio, pluribus populis familiaris admodum. Non repetam ea, quæ *cap.* VII. dixi de munerum in rogum conjectione apud Gentiles. Cum auro & argento, inquit *Kornmannus* de miraculis mortuorum part. x. cap. XIX. morem sepeliendi olim apud Romanos usitatum fuisse, apparet ex Ulpiani responso, qui tamen hisce verbis prohibetur in l. & si quis §. non oportet. de relig. & sumpt. fun. Non oportet ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud hujusmodi, quod homines simpliciores faciunt. Refert *Besoldus*, Consider. Polit. de vita & Morte c. 3. ex Arngrim. Jona de Islandia l. 2. ad fin. In Islandia quondam, indignum præclaro parente habitum fuisse filium, qui in armis minus posset: utque posteri cum majorum rerum gestarum gloria magis cuntenderent, vetuisse, bona parentum armis quæsita, ad filios devolvi hereditario jure; quin ea potius, cum defunctis Dominis inhumanda censuisse; ut sunt aurum, argentum, gladii, clypei, equi &c. Occasionem investigandi hujusmodi thesaurum sepulchris includi solitum Dario dedit inscriptio monumenti Nitocris (vel ut Plutarchus vult, Semiramidis) reginæ Babylonis. Hæc enim cum sepulchrum sibi exstruxisset admirandi sumptus supra portas urbis, inscribi jussit hæc verba; *Quicunque Rex pecuniis indiget, aperto monumento, quod voluerit, accipiat*. Quas literas cum legisset Darius, frustra opinatus est, thesaurum ibi reconditum esse, sepulcris lapide revoluto, non quidem pecunias, sed literas alias vidit ita dicentes: *Nisi pecuniis esse inexplebilis & turpis lucri cupidus, defunctorum sepulchra non aperuisses*. His lectis ab ulteriore investigatione & infestatione cessavit, vide *Herodotum* l. 1. Salomon Rex ditissimus; ut est apud *Josephum* lib. VII. antiquit. cap. ult. Præter solemnia illa in Regum funeribus, ingentem pecuniæ vim patrio intulit sepulchro: de qua post multos annos Hircanus Pontifex, cum ab Antiochio Rege, cognomine Pio, Demetrii filio, urbs Hierosolyma oppugnaretur, tria talentorum millia extraxit, eorumque partem Antiocho, ut obsidionem solveret, numeravit, seque ac urbem oppugnationis periculo exemit. Unde *Egesippus* lib. 1. de excid. Urbis Hierosolym. cap. 1. *Repulit. Hircanus auro, quem ferro nequibat, reseratoque, ut Josephus autor est, Davidis sepulcro, tria millia auri talenta eruit*. Refert *Josephus* loc. cit. Herodem Regem postea ad exemplum Hircani alia cella aperta, magnum inde auri summam sustulisse. Vide & eundem lib. XVI. cap. XI. de Herode, ubi tamen paulo a seipso diversus est. Hic autem mos defodiendi pretiosa cum cadaveribus, irrationabilis visus est Hebræis Doctoribus; *Præcipiunt* (inquit *Schickardus* loc. sæpius alleg. pag. 163.) *sapientes* (Hebræi) *cavere, ne quid facile una defodiatur, quod aut pretiosum sit, aut honestius utiliusque possit egenis erogari*: subjicit verba Magistri Hebræorum *Maymonidis* ex H. Efel. cap. 14. quæ latina facta adscribam, quantum ad nostrum institutum; *Docendi tamen sunt homines, ne sint dissipatores, vel assuescant intempestivis perditionibus. Præstat enim ea dare pauperibus, quam sic inutiliter vermibus objicere*. Irrepere etiam in Ecclesiam Christianam quandoque cœpit luxus & ostentatio circa sepulturam. Quam rem vehementer detestati sunt Sancti Patres. *Hieronymus* in fine libri de vita Pauli Eremitæ; *Cur & mortuos vestros auratis obvolvitis vestibus? Cur ambitio inter luctus, lacrymasque non cessat? An cadavera divitum, nisi in serico, pu-*

 tre-

trescere nequeunt? S. Chrysostomus homil. 84. *Tu cum audieris nudum Dominum resurrexisse, cessa, quæso, ab insana funeris impensa. Quid sibi hoc superfluum vult, & inutile dispendium, quod ipsis, qui faciunt, plurimum affert detrimenti, mortuis nullam utilitatem, vel damnum potius. Sumptuosa namque sepultura, interdum causa est, ut fures cadaver effodiant & nudum & insepultum projiciant*. Et post pauca; *Quod ego non ut sepulturam tollam, dico, absit, sed luxuriam & superfluam ambitionem*. Idem ibidem dicit, *Dominum non addidisse* (Matth. xxv.) *mortuus fui & sepelistis me, quia sponte sua homines non solum hanc eleemosinam facere solent, sed etiam nimium in ea facienda excedere*. Huc pertinet illud Ambrosii; *Quid proficit sepulchrorum superbia: Damna sunt potius viventium, quam subsidia mortuorum*. Illudque Drexelii Jesuitæ in Tobia part. I. cap. IV. §. I. *Sæpe funeris sumptuosa nimium pompa est, ipsis mortuis induimus superbiam. Ah quid ista manes juvant? Verbo veteri non raro dixeris; Honorantur, ubi non sunt, & ubi sunt, cruciantur*. Quidam Christianorum non pretiosis tantum vestibus defunctorum involvebant corpora, sed & alias res sumptuosas, aurum etiam & argentum sepulchris inferebant, quæ illecebræ & irritamenta erant furibus, violandi, effringendique mortuorum monumenta. Vide *Gretserum* lib. I. de Funere Christian. cap. VI. *Pinedam* loc. supra all. *Ædificia tegant cineres*, inquit *Cassiodorus* lib. IV. Var. Ep. XXXIV. *columnæ vel marmora ornent sepulchra, talenta non teneant, qui vivendi commercia reliquerunt. —— Imo culpa genus est, inutiliter abditis relinquere mortuorum, unde se vita viventium sustentare potest*. Hactenus de prima Capitis parte, succedit altera, quæ est de Excessu circa sepulturam, ratione subjecti sepeliendi. Quidam enim Gentilium non contenti magnos impendisse sumptus funerandis humanis corporibus vita functis, ipsa quoque animalia bruta hoc *honore supremitatis*, ut vocat *Ammianus Marcellinus*, affecerunt. Sic equis & canibus suis honorificam Reges & Impp. nonnulli sepulturam præstiterunt. *Cui non compertum*, inquit *Kornmannus* de Miraculis mortuorum parte VII. cap. XIV. *quanta pompa* Cimon Atheniensis *sepelierit in proprio sepulcro vicino, equos suos, quibus cum trina vice in ludis Olympicis victor evaserat*. Magnus ille Alexander exquisitissimas famoso equo suo, *Bucephalo*, duxit exequias, urbe insuper ejus nomine in rei memoriam dicata ad flumen, *Idaspen*, ubi mortuus conciderat, ut plurimi tradunt Scriptores. Equos suos sibi inprimis charos sepulchro honorarunt Augustus Cæsar, Antoninus Verus, Nero, Caligula, Adrianus, Commodus Verus; Adriani Imp. adoptivus filius, ut refert *Kornmannus* loco jam citato. Adrianus insuper Boristhenis equi tumulum Epitaphio ornavit, quod ipsum cum notis vide apud *Barthium* libr. XXIII. adverſ. cap. VIII. Agrigentini equis suis in certamine probatis non negarunt sepulturam, imo complurium Equorum tumulos in Agrigentina regione Pyramidas habuisse, testatur *Plinius* lib. VIII. H. N. cap. XXII. *Miltiades tres equas Olympiæ victrices* (quæ ad Olympiam, quinquennalibus ludis illustrem Urbem, curuli certamine victoriam erant adeptæ,) *tumulo in Ceramico* (Athenis) *composuit, Evagoras Lacon itidem Olympionicas Equas magnifice sepelivit*, ut narrat *Ælianus* lib. XII. de Animalibus cap. XL. Canes etiam sepulturæ honore affecit Adrianus Imper. affirmante id *Ælio Spartiano* in Adriano. Quanto impenso columnarum de porphyrite tumulavit Polliacus dilectissimum suum canem, ornando eum bellissimo Epitaphio, inquit *Kornmannus loc. alleg.* Romæ in hortis Cardinalis Urbini Epitaphium Canis tale legitur;

> *Quod potui, posui tibi fida catella sepulchrum,*
> *Digna magis cœli munere, quam tumuli.*

Ibidem Corvum aliquando, (qui omnes senatores & patricios nominatim appellare fuit solitus,) prælatis coronis ac præcedente tibicine duorum Æthiopum humeris elatum esse, refert *Plinius* lib. X. cap. XLIII. Ægypti Regem nomine Marhem Cornici ita edoctæ, ut hinc inde sub alis literas portaret, præpete volatu, sepulchrum exstruxisse, asserit *Ælianus* lib. VI. Animal cap. VII. Lacydem Philosophum Peripateticum, Anserem ita ipsi adhærentem, ut nec domi, nec foris ab eo discederet, post mortem non minus ambitiose, quam aut filium aut fratrem sepulturæ honore affecisse, autor est idem *Ælianus* lib. VII. Animal. cap. XLI. Narrat *Diodorus*, referente *Kornmanno loc. cit.* de quoddam, qui in sola sepultura diversorum Animalium aliquot vicibus impenderit centum talenta. Persæ & Parthi consueto more sepeliverunt suos equos, Molossi suos canes, teste *Rhodigino* in antiquit. lect. LVIII. cap. 13. *Statius* Poeta lib. II. Sylvar. in Epicedio Pileti:

— *ge-*

—— gemit inter bella peremptum
Parthus equum fidosque canes flevere Molossi:
Et volucres habuere rogos, corvusque Maronis.

Ægyptii boves, feles, canes, ursos, lupos, Ichneumones, accipitres & quas Ibides vocant, aliaque animalia, quæ non viva tantum, sed & demortua venerabantur. Sic enim de illis *Herodotus* lib. II. *Quibuscunque in domibus felis oppetit mortem, earum domorum habitatores cuncti sola supercilia eradunt: totum autem corpus & caput, in quorum domibus moritur canis. Efferuntur autem feles mortuæ ad sacra tecta, ubi salitæ sepeliuntur in Urbe Bubasti. Canes fæminas in sua quisque urbe tumulant, sacratis in loculis. Eodem modo, quo canes fæminæ, ichneutæ sepeliuntur. Nam Mygalas,* i. e. mures araneos, *& accipitres in urbem Butum asportant; Ursos autem, qui sacri sunt, & lupos non multo vulpibus grandiores, eo loci sepeliunt, ubi jacentes inveniunt.*

CAPUT XV.

De Neglectu Sepulturæ, abolendique cadavera varia ratione apud Gentes.

Quanquam maxima Gentium pars in alia omnia discors, in hoc conveniebat, humanorum post fata corporum curam exacte gerendam esse, non defuerunt tamen, qui spernerent penitus. Plurimi Veterum sapientiæ Consultorum, inprimis Stoicorum rigida & ab humanitate remota secta, sepulturam corporum, ejusque curam fecerunt minimi, parum omnino interesse rati, an corpus periturum supra terram, an infra contabesceret, ignis, aer, fluctus an mare illud consumeret. Obvia sunt eorum scita. Quibusdam illud semper in ore:

Libora fortunæ mors est, capit omnia tellus,
Quæ genuit, cœlo tegitur, qui non habet urnam.

Sentienti, dicebat alter, *onus est terra, non sentienti supervacaneum.* Mecænas, cætera effæminatus, hoc unum mascule dixisse fertur;

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.

Diogenes ille Cynicus, quomodo se sepeliri vellet, interrogatus, jussit cadaver ejici inhumatum in apricos campos; Tum amici; volucribusne & feris? Minime vero, inquit, sed bacillum prope me, quo illas abigam, ponite. Rursum illi; Qui poteris? non enim senties? Quid igitur, inquit, mihi ferarum laniatus oberit, nihil sentienti; Ferarum ventre an terra condar, quid refert? Apophthegm. *Erasmi* lib. III. confer *Ælianum* Variæ histor. lib. VII. cap. 14. *Diogenem Laertium* in vita ejus. Demonactem amici rogabant, quomodo vellet sepeliri: *Ne quid*, inquit, *ista res nos habeat sollicitos; fœtor me sepeliet*, & dicentibus; indignum facinus, si talis viri corpus laceraretur a canibus; quid, inquit, incommodi, si & mortuus alicui sim usui. *Erasmus* lib. VIII. Apoph. Solon unus ex septem Græciæ sapientibus & Atticarum legum scriptor solus ex septem in Cypro diem suum obiit, ossa vero transferri Salaminem, (unde oriundus erat Sapiens,) ac in cinerem redacta spargi illic voluit. *Meursius* in Solone. Theodorus Cyrenæus, Philosophus non ignobilis, Lysimacho Regi, crucem minanti, istis quæso, inquit, ista horribilia minitare, purpuratis tuis, Theodori quidem nihil interest, homine, an in sublimi putrescat. *Tullius* in extrema prima Tusculana: *Seneca*, Romanus sapiens, Epistol. XCII. pag. 768. *Nemo liber est*, inquit, *qui corpori servit, cujus morosum imperium, delicatumque est. Ab hoc modo æquo animo exit, modo magno prosilit, nec quis deinde reliquiis ejus futurus sit exitus, quærit. Sed ut ex barba capillos detensos negligimus, ita ille divinus animus egressurus hominem, quo receptaculum suum conferatur, ignis illud exurat, an feræ distrahant, an terra contegat, non magis ad se judicat pertinere, quam secundas ad editum infantem. Utrum projectum aves differant, ac consumatur* canibus data præda *marinis, quid ad illum? qui tunc quoque, cum inter homines est, nullas minas timet, ullas ne timebit post mortem? Neminem*, inquit porro, *de supremo officio rogo. Nulli reliquias meas commendo, ne quis insepultus esset, rerum natura prospexit. Quem sævitiæ projecerit, dies condet.* Græcus Scriptor apud *Stobæum* Sermone XXXVIII. *Si non tegaris terra & insepultus sis, quæ hæc molestia? aut quid refert, igne comburi, aut a cane devorari, aut supra terram existentem a corvis, seu defossum a vermibus?* Nonnullæ etiam Gentes eo processerunt immanitatis, humanitatis, quam naturæ lex imperat, oblitæ in tantum, ut mortuorum corpora in cibum converterent & epulis immista, intra viscera sua recluderent, honestum esse arbitratæ, suis

in

in proprio ventre conditorium struere. Unde *Petronius Arbiter* in Satyr. *Apud quasdam gentes scimus adhuc legem servari, ut a propinquis suis consumantur defuncti, adeo quidem, ut objurgentur ægri frequenter, quod carnem faciant pejorem.* Ex Britannicis populis Iberni, efferati homines, parentum defunctorum corpora frustillatim dissecta vorarunt, pietatis esse rati, si egressi ex viventium illorum visceribus, ingressum in sua vicissim non denegarent functis. *Strabo* lib. IV. Massagetæ, Derbices, Essedones (Scytharum hi populi sunt) mortuorum corpora cæteris mixta carnibus comedentes pulchrum sibi illud & jucundum ducebant epulum. De illis *Strabo* lib. XI. *Mortis genus optimum censent, si senio confecti cum carnibus ovillis in frusta concidantur, unaque devorentur: qui e morbo decedunt, eos abjiciunt, tanquam impios & dignos, qui a feris vorentur.* Idem de Derbicibus. *Qui* LXX. *annum excesserunt, eos jugulant, carnes genere proximi absumunt: vetulas strangulant, inde sepeliunt, qui intra* LXX. *annum moritur, non editur, sed humatur.* Eadem habet *Ælianus* lib. IV. Var. Hist. cap. I. ubi vitiose legitur βερβίκκαι pro Δερβίκκαι. De utrisque vide *Hieronymum* Epistol. contra Jovinianum, lib. 2. de Massagetis vero Herodotum lib. I. in fine. Senio autem confectos parentes, imbellem turbam, mactare, & carnibus ipsorum vesci solebant, tum ut a se potius, quam a vermibus absumeretur. De Essedonibus ita *Pomponium Mela* de Situ Orbis lib. II. cap. I. *Essedones funera parentum læti & victimis ac festo coitu familiarium celebrant. Corpora ipsa, quod dictu auditque fœdum est, laniata & cæsis pecorum visceribus immista epulando consumunt. Capita ubi fabre expolivere, auro cincta pro poculis gerunt. Hæc sunt apud eos ipsos pietatis ultima officia. Silius Italicus* lib. XIII.

> *At Celtæ vacui capitis circumdare gaudent*
> *Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula servant.*

Hinc *Æneas Sylvius*, alias Pius II. P. R. in descriptione Asiæ cap. XIII. *Essedones*, inquit, *ossa capitum suorum parentum, auro cincta, in poculorum tradere ministerium, asserunt.* De Essedonibus idem, quod jam ex Pomponio Mela adduximus, tradit *Herodotus lib.* IV. nisi quod defunctorum capitibus inauratis pro sigillis eos uti dicat. De Padeis gentes Indica refer idem *Herodotus lib.* III. illos in more habuisse positum, ut quoties aliquis civium ægrotarit, illum sui maxime familiares interemerint, quod dicant, illum morbo tabescentem carnes ipsis corrupturum. Et licet ille neget se ægrotare, nihilominus isti non ignoscentes, necant eum epulanturque. Hodie adhuc in India Occidentali populi nonnulli efferati ipsi devorant suos mortuos, quos tamen plerumque trucidant, ne morte expirent naturali, minusque delicatas superstitibus epulas præbeant, referente *Wendelino* Politic. lib. II. cap. 21. pag. 265. Fuerunt, qui avium canumque laniatibus mallent corpora exponere, quam humo tegere. Persæ veteres, nobilissima natio, quanquam fato defunctos cera circumlitos, ut maxime diuturni essent, domi condebant, ut refert *Alexander ab Alexandro* Gen. Dier. lib. III. cap. 2. Aliquibus tamen ex eadem gentes solemne fuit, canibus, feris & volucribus dilaniandos objicere mortuos, ut scribit *Procopius* lib. I. de bello Persic. *Agathias* lib. II. Histor. Solemne iis fuisse, ait, corpora extra urbis mœnia elata in campo deponere, ut pabula dent carnivoris alitibus. Execrabilia autem ea censere, quæ devoratorem aliquem non primo quoque tempore invenirent, eaque demum lugeri a cognatis solita tanquam solo barathro digna, & malis Dæmonibus mancipata. Verum hoc, quod de Persis referunt Procopius & Agathias, postremis temporibus apud illos in usu fuisse observat *Kirchmannus* in Appendice ad Lib. de Funeribus Rom. cap. II. Antiquissimos autem Persas mortuos suos humasse: nisi quod Magi in Persia illos feris prius laniandos objecerint, ut tradit *Cicero* I. Tuscul. *Magnorum mos erat non humare corpora, nisi a feris essent ante laniata.* De Parthis, procul a nostro Orbe sitis, scribit *Justinus* lib. XLI. *Sepultura vulgo aut avium aut canum laniatus est; Nuda demum ossa terra obruunt.* Hircanis, quorum horrida & inculta vita fuit, canes ad hoc officium nutriti, pro sepulcro fuere, qui sepulcrales hinc dicti. Ita enim sub finem I. Tusculanarum *Tullius: In Hircania plebs publicos alit canes; optimates, domesticos. Nobile autem genus canum illud scimus esse, sed pro sua quisque facultate parat, a quibus lanietur: eamque optimam illi censent esse sepulturam.* Idem de Bactriis refert *Strabo* lib. XI. De Caspiis vero lib. eodem; *Caspii*, inquit, *eos, qui septuaginta, amplius, annos vixerunt, fame enectos in solitudinem ejiciunt: eminusque spectantes, si a feretro detrahi eos ab avibus videant, prædicant beatos; sin a feris aut canibus, non item; infelices si omnino non detrahantur.* Unde Ale-

Alexande Sardus de Moribus & ritibus Gentil. lib. I. cap. 23. pag. 69. *Caspii collocant in solitudine septuagenarios, feliscesque credunt, qui vivi devorantur.* Iberi, quod *Silius Italicus* docet lib. II. Punicor. Vulturibus mortuos exposuerunt. Hinc Diogenem dixisse ferunt, si canes cadaver suum lacerarent, Hircanam sepulturam fore; si vultures, Iberam, teste *Stobæo*, Sermon. 122. Chii combustis cadaveribus & ossibus collectis in mortuario ea contundunt; deinde navigio imponentes, in altum navigant, atque per cribrum ad ventorum flatus dispergunt, donec omnino dissipentur & aboleantur, ait *Kornmannus* de mirac. mortuor. part. VIII. cap. IV. Quosdam Æthiopum, qui ἰχθυοφάγοι dicuntur, ante demortuos in paludes, (nonnulli Meroitarum in flumen Nilum) projecisse piscibus escam futuros, autor est *Sextus Philosophus* l. III. Alii ex eadem gente circumfuso viro intra penetralia domi servabant. *Æthiopes exanima corpora vel in flumen dejiciunt vel vitro operta, ita ut intra spectentur, & posteris spectaculo sint, asservant*, ait *Alexand. ab Alexandro* Gen. Dier. lib. III. cap. 2. Lothophagos ex ultima dicunt barbarie suos in mare defunctos abjicere, inquit *Kormannus*, de miracul. Mortuorum part. VII. cap. I. Hyperborei, qui in extimo Orbis tractu, in littore Septentrionalis Oceani, ultra Aquilonem (unde & nomen eis a Græcis quæsitum,) fuerunt, si fuisse credimus, vitæ saturi semetipsos ex quadam abrupta rupe in mare dedere præcipites, voluntario interitu obeundi tarditatem castigantes, si *Plinio* fides, id affirmanti lib. IV. cap. 12. Troglodytas quosdam ferunt adducti in collem defuncti colla laqueis ex paliuro contextis cruribus alligare, saxisque non sine risu petere ac obruere, quousque corporis faciem occultent: imposito dehinc capreæ cornu omnino hilares discedere. Videantur *Strabo* lib. XVI. & *Photius* in Bibliotheca. *Colchi mortuos suos in pellibus sepeliunt & insutos ex arboribus suspendunt*, ut tradit *Ælianus* lib. IV. Var. histor. cap. I. Tibareni præcipitant senes, vel ut ait *Hieronymus*, suspendunt in patibulo. Sogdiani interficiunt parentes, more, ab Alexandro sublato, interficiunt & Triballi, fustibus Sardi, tanquam eos, qui otiose degant, inquit *Alexander Sardus* de Moribus & Ritibus Gent. lib. I. cap. 23. pag. 69. De principum funeribus & sepulturis apud Septentrionales populos, refert *Olaus Magnus* Archiepiscopus Upsaliensis lib. XVI. Histor. cap. 37. *Morem antiquorum fuisse, cadavera principum in frondosis arboribus, præsertim quercinis, tanquam sacris locis, numinibus consecratis, suspendere.* Verum hanc Olai Magni narrationem in dubium vocat *Olaus Wormius* Mon. Dan. lib. I. cap. VI. in fine. Incolæ regionis האולם, quam *Zeilan* vulgo vocant, notante *Aria Montano* & *L'Empereur* in notis ad Itiner. *Benj. Tud.* p. 214. qui ut in eodem traditur itinerario pag. 107. mortuos suos non sepeliunt, sed variis aromatibus condiunt, ac in scamnis secundum distinctas familias sepositos sindonibus obtegunt, ut exsiccata carne & ossibus, hominibus vivis similes videantur, adeo ut hic illorum singuli suos parentes, totamque familiam multis retro annis dignoscant. Simile quid de Ægyptiis refert *Diod. Siculus* lib. I. cap. 8. Cremare exsangues reliquias, antiquissimum institutum Græcorum fuit & Troicis temporibus apud illos usitatissimum. Mos ille etiam ad Romanos pervenit, unde *Tacitus* lib. XVI. Annal. de Poppæa; *Corpus non igne abolitum, ut Romanus mos*. *Sixtinus Amama* in Antibarbaro Biblico lib. IV. pag. 736. ad Jerem. cap. XXXIV. v. 5. inquit, *Apud Romanos & Græcos frequentata fuit cadaverum crematio. Consuetudinem illam istos ab his, hos ab Hercule accepisse Vetus in Homerum Scholiastes ad Iliados A. prodidit.* Simul tamen in usu fuit Humatio apud Græcos pariter & Romanos, ut I. capite probatum dedi. Hinc *Kirchmannus* inquit lib. I. de Fun. Rom. cap. I. *Ex dictis igitur liquet & Combustionis & Humationis morem apud Græcos obtinuisse, nec introducto uno exolevisse alterum, sed remansisse utramque, aliis hunc, aliis istum usurpantibus, pro cujusque arbitrio, opinor, & voluntate.* Romanos autem ad exemplum Græcorum & humasse & combussisse mortuos, sequenti docet capite. Universis etiam Celtis per Illyricum, Germaniam, Gallias, Hispaniam, Britannicasque insulas communis fuit hæc Νεκροκαυςίαν ut docet *Philipp. Cluverius* German. Antiq. lib. I. cap. LIII. Orientales vero populi non comburebant cadavera. Non Hebræi, ut supra cap. VII. ostendi. Non Persæ; Hi enim ignem Deum esse opinabantur, atque ideo cadaver hominis Deo consumendum objicere nefas putabant. Non Ægyptii; His namque persuasum erat, ignem esse animatam beluam, arreptaque quævis devorare atque consumere, ubi vero expleta & saturata sit, simul cum ipsa re devorata emori. Utrumque refert *Herodotus* lib. III. p. m. 226. Cæterum postquam Christiana religio per Orbem obtinuit, ritus ille gentilis cremandi mortuos est sublatus. Diserte

ferte etiam scribit *Macrobius*, qui sub Theodosio juniore vixit, morem illum suo tempore plane exolevisse, lib. VII. Saturnal. cap. 7. Antoninum Cæsarem plane sustulisse humanorum corporum combustionem, dicit *Christ. Besoldus* Consider. Politic. Vitæ & Mortis cap. I. *Hieronymus Magius* in Æm. Prob. Annot. in Alcibiadem. Verum id neque fictum, neque scriptum, neque pictum usquam se meminisse legere, dicit *Kirchmannus* lib. I. cap. II. Illud estra dubium est, invalescente Christianismo Νεκροκαυςίαν exolevisse. *Nuspiam cremandorum cadaverum in jure nostro mentio fit*, inquit *Finckelthaus* Disp. de Jure Sepult. thes. XXVII. *siquidem Ulpiani & aliorum J. C. ejus ætatis seculo jam usus urendi corpora desiit, & præsertim Justiniani & Compilatorum Juris, qui jam receperant fidem Catholicam*. Et Græci quoque barbari & crudelis istius moris tandem pertæsi, sepulturam præmaluere. Vide *Meursium* in tractatu de Funere. Sed varia apud diversas gentes abolendi corpora defunctorum servata discrimina, cultissime paucis inclusit versibus *Silius Italicus lib.* XIII. *Punicor.* quos potius apud ipsum lege, si vacas. Confer & de his plura cognoscere cupiens *Alexandrum ab Alexandro* lib. III. Gen. dier. cap. II. *Kirchmannum* in Append. ad lib. de F. R. cap. II. *Kornmannum* de Miraculis Mortuorum parte VIII. cap. III. IV. seqq.

CAPUT ULTIMUM.

Quinam in funeribus moderationem adhibuerint?

MEdium tenuere, qui certa quadam ratione esse curam sepulturæ habendam, honesteque, sine luxu tamen & superstitione recondenda defunctorum corpora statuerunt. Inter Gentiles, Veteres Germaniæ, communis patriæ, populi, ut animositate cæteris nationibus superiores, ita in moderatione circa funera nulli fuere secundi. Sic enim *Tacitus*, explicatis universis & singulis morum Germanorum partibus, tandem concludit; *Funerum nulla ambitio, id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur, struem rogi, nec vestibus nec odoribus cumulant. Sua cuique arma, quorundam ignis & equus adjicitur: Sepulchrum cespes erigit. Monumentorum arduum & operosum honorem, ut gravem defunctis, aspernantur*. Priorum verborum hæc est sententia, ut mentem Historici explanat *Phil. Cluverius* Germ. antiquit. lib. I. cap. LIII. seu ultimo: Omnium pariter mortuorum apud Germanos corpora fuisse cremata, sed sine ambitione ac pompa, vulgaribus lignis, clarorum tantum virorum corpora certis combusta lignis, id est, quæsitis atque delectis. Germanorum in funeribus modestiam. Indi quoque observarunt. *Selinus* de iis cap. LV. *Nullus funerum apparatus*. Et *Strabo* lib. quinto decimo λιταὶ δὲ καὶ αἱ ταφαὶ, καὶ μικρὰ χώματα, *in tumulis & sepulturis perparci sunt, in cultu corporis contra nimii*. Cyrus Rex, qui Persis Imperium constituit, lautum ac sumptuosum funus, monumentumque conspicuum contempsit, humari tamen & sepeliri voluit, apud sapientissimum *Xenophontem* lib. III. Cyropæd. quando ita ad suos; *Mei pueri, cum decessero, nolite neque in auro, neque in argento, neque in alio aliquo lapide collocare corpus meum, sed illud terræ reddite quamprimum*. Atque hoc nomine præcipue laudatur Saladinus, magnus ille Orientis Monarcha, qui noluit opulentiam suam ostentare vermibus, sed morti vicinus, condito testamento, omnem funeris pompam abdicavit, jussitque tantum in lancea præferri lineæ interulæ lacerum fragmentum, (juxta alios, atri coloris obsoletam tunicam) præcinente quodam ad populum hujus sententiæ epiphonema:

> *Floruit in toto qui Rex oriente superbus,*
> *Hunc nisi panniculum, possidet ecce nihil.*

Vel ut alii referunt;

> *Vixi divitiis, regno, tumidusque trophæis:*
> *Sed pannum heu! nigrum, nil nisi morte tuli.*

Maximilianus I. Imperator Austriacus triennio ante mortem capulum funebrem e querno ligno, arcæ viatoriæ inclusum, circumferri secum jussit: cavitque testamento, ut exanime corpus suum, rudi linteo involutum sine ulla exenteratione, illi imponeretur, naribus, ore, auribusque viva calce, (En! aromata, quibus condiri voluit) oppletis. Germana simplicitas: Ein Tuch ins Grab / damit schabab. Neque enim in aream descendit mortuus, ubi festivitates & choreas ducet, sed ubi a vermibus devorabitur. Quæ item insania, miseriam humanam, cujus per mortem nostrorum admonemur, pomposis vestibus velle obtegere, luctumque convertere in luxum? Sic namque ducenda sunt funera, ut dolor esse funeribus, non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur. *Euripides* mihi in mente, in Polydor:

Men-

Mentes hominum insaniunt, cum sumptus inutiles pro mortuis expendunt. Menander in Perinthia; *Nunquam æmulatus sum cadaver sumptuosum. Nam spatii non amplius occupat, quam valde pauper.* Scite *Plinius* in Epistolis contra nimiam sepulchralium monumentorum curam; *Impensa monumentorum supervacanea est, memoria nostra durabit, si vitam meriti fuerimus.* Superfluos honores ipse rejicit *Horatius* l. II. Od. ult. in suo futuro funere:

Absint inani funere næniæ,
Luctusque turpes & querimoniæ,
Compesce clamorem, ac sepulchri
Mitte supervacuos honores,

Divinus *Plato* magnis impendiis sepulchra fieri in Republ. sua non concedit, cujus sententiam ita retulit in extremo II. de Legib. *Cicero; Extrui vetat sepulchrum altius, quam quod quinque homines, quinque diebus absolverint, nec e lapide excitari plus, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui, incisam quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius.* Apud Judæos quoque prohibitam fuisse sumtuositatem, præsertim circa indumenta sepulchralia, supra, cap. V. ex *Maimonide* audivimus. Detestabantur Christiani Doctores Veteres barbaricum atque adeo Cynicum illum abjiciendi cadavera humana morem, suosque edocebant, honeste esse recondenda fidelium defunctorum corpora. *Justum est, par est,* inquit *Cyrillus* lib. X. contr. Julian. *omnes eo reponi, unde corpus hoc animi pondus hominis architectus desumpserat: Defunctorum interim reliquias viderit quispiam apud nos non nudas & negligenter in terram projectas, sed bene compositas. Occultatæ namque sunt quodammodo in sinu matris in profundis terræ.* Præclare *Augustinus* l. I. de Civ. Dei. cap. 13. *Non sunt contemnenda & abjicienda corpora defunctorum maxime justorum atque fidelium, quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona opera sanctus usus est Spiritus. Si enim paterna vestis & annulus, ac si quid hujusmodi tanto charius posteris, quanto erga parentes major affectus; nullo modo ipsa spernanda sunt corpora, quæ utique multo familiarius atque conjunctius, quam qualibet indumenta gestamus, Ambros.* tom. 4. Oper. discipuli sui dicta confirmans: *Nam si viventes nudos,* ait, *lex operire præcipit; quanto magis debemus operire defunctorum corpora? Si viantes ad longiora deducere solemus, quanto magis in illam æternam domus profectos, unde jam non revertentur.* Moderatos etiam sumptus in rebus funereis pro ratione status, conditionis, regionis, facultatum, ac temporum admittebant. Sic enim jam dictus *S. Ambrosius* lib. I. de Abraham. cap. IX. super illud Genes. XXIII. Surrexit Abraham de officio funeris: *Docemur,* inquit, *ut non diutius inhæreamus mortuis;* sed quantum satis est, *officii deferamus.* Et *S. Chrysostomus* Homil. LXXXIV. postquam valde reprehendisset illos, qui mortuos pretiosis involvunt vestibus, atque ita sepeliunt, tandem concludit; *Non tamen sepulturam prohibeo; sed modus servetur, ut tegatur corpus, non nudum mandetur terræ.* In luxum vero immoderatum & superfluos sumtus, qui vel in corporibus vita functorum splendide ornandis vel in exequiis ambitiose apparandis a quibusdam adhibebantur, acriter invehebantur, ut ex locis cap. XIV. adductis, aliisque manifestum est.

AUCTARIUM.

Ritus funebres in nostris Ecclesiis usitati, ex D. Dav. Chytrei libell. de Morte & Vita æterna p. 106. seqq.

Convocatis nolarum sonitu funera comitaturis, corpora defunctorum imposita feretro, quod pullo velamine vel serico tectum est, præeuntibus ac pia carmina de morte & beneficiis Filii Dei præcinentibus Scholasticis, [alicubi & crucifixi imago nigra pompæ præfertur] & sequentibus funus cognatis & contribulibus, aliisque amicis & concivibus in cœmeterium vel templum, in quo doctrinam Evangelii de Christo, victore mortis & datore vitæ æternæ, vivi audiverunt, deducuntur. Ac in aditu templi & cœmeterii eleemosynas pro pauperibus singuli funus comitantes in pellvim offerunt. Interea corpus defuncti, sandapilæ inclusum, inter cantiones & preces mandatur terræ. Alicubi imposita feretro sandapilæ in medio templo aut choro in conspectu populi relinquitur & post finem concionis primum humatur. Sed in hac urbe [Rostochii] Interea dum funus terra obruitur, & Responsoria funebria canuntur, fœminæ etiam ex intervallo viros sequuntur: Quibus congregatis, sacerdos, cum id ab amicis defuncti petitur, concionem funebrem de morte & consolationibus, morti opponendis, pronunciat & defuncti pietatem ac virtutem celebrat. Postea recitatis precibus & rursus decantato carmine pio, quo singuli omnibus momentis mortem imminentem expectare, & se ad illam vera pœnitentia & fide ac vitæ emendatione præparare jubentur, singuli domum revertuntur.

De Russorum Ritibus circa Funera ad Davidem Chytræum præscripta. Vide descriptionem Orbis terræ Michaelis Neandri.

JOH. BENEDICTI CARPZOVII

DISPUT. PHILOLOG.

DE SEPULTURA

JOSEPHI PATRIARCHÆ

SUMMARIUM.

I. *Cartesii* Holmiæ donati *ossa* diu post ejus obitum e Svecia in Galliam *inepte translata*.

II. Contra *Josephus Patriarcha sapiente & pie ossium suorum ex Ægypto in Palæstinam translationem* desideravit & obtinuit, de qua, omissis iis, quæ ad Theologos spectant, hic Philologice agitur.

Præmissis

III. Tribus Scripturæ locis eam describentibus, *Genes.* L. 24. 25. 26. *Exod.* XIII. 19. & *Jos.* XXII. 32.

IV. In quibus binæ anomaliæ observantur, una *Grammatica*, in verbo וַיִּשֶׂם.

V. Altera *Accentuatoria*, in *Tiphcha* pro *Munach* posito.

VI. Et una Fl. Josephi Historici, cum adversionibus quibusdam.

VII. Ordo dicendorum proponitur,

juxta quem spectantur sepulturæ,

I. *Antecedentia*, nempe

(1) *Josephi de ea mandatum*, de quo quæritur,

(α) Cur fratribus, non filiis suis, eam commiserit?

VIII. Responsio *R. Abarbanellis*, *R. Bechai*, *Talmudicorum in Sota*.

(β) Cur in Palæstinam voluerit ferri, ibidemque sepeliri?

IX. Responsio *R. Abarbanelis*, & *Raschi*, ad גלגול המתים confugientium.

X. Quam *R. Abarbanel* (alibi aliter licet sentiens,) prolixe vindicat.

XI. *R. Menasse ben Israel* autem allegorice interpretatur.

XII. Alia Responsio *R. Isaac ben R. Samuelis Adarbi*, iterumque alia a *Raschi* adducta.

(γ) Cur non statim post mortem, sed diu post demum se transferri jusserit?

XIII. Responsio *Raschi*, *R. Abarbanelis*, *R. Aben Esræ*, *Talmudicorum in Sota*, & *Pseudo-Augustini*.

XIV. (2) *Mors Josephi*. Quo anno ætatis, & num primus fratrum omnium mortuus? ex *Seder Holam*. Ejus ambitio juxta *Talmudicos*, humilitas juxta *Schemoth Rabba*. An Rex Ægypti fuerit? ex *Pirke R. Eliefer* & aliis.

XV. (3) *Pollinctura Corporis*. Utrum Ægyptiorum an Hebræorum more unctum fuerit? *Schikardi* lapsus circa versionem Uzielidis. *Gilb. Gaulminius* laudatus. Elegans observatio *Baal hatturim*.

(4) *Corporis in ferali arca asservatio*. Ubi

(α) de *arca* quoad Efficientem, Materiam, Formam, Quantitatem.

XVI. (β) de *loco*, quo reposita. Sententia *Jonathæ*, *Sepher Hajaschar*, *R. Bechai*, *Talmudicorum*, *Pthirath Mosche*, *R. Abraham Seba*

II. *Factum ipsum*, Circa quod notantur

XVII. (1) *Circumstantia temporis*. Quod anni inde a Josephi morte iisque ad translationem ossium transierint.

(2) *Funeris Curatores*, qui sunt

XVIII. (α) Moses, de quo *Talmudici* & *R. Bechai*.

XIX. (β) Iſraelitæ, de quibus *R. Samuel Laniado* Talmudicos ſecutus, & *R. David Kimchi* a Laniado refutatus.

(3) *Actus ſepeliendi* tergeminus,

XX. (α) *Inchoathivus*, Loculi cum Joſephi oſſibus inveſtigatio & inventio ſecundum *Talmudicos* & *R. Bechai*, Joſephus cur *bos* dictus?

XXI. (β) *Continuativus*, ſolennis reliquiarum per deſertum deportatio, ex *R. Bechai* & *Maſſech. Sota*.

XXII. (γ) *Conſummativus*, ultima oſſium in dormitorium illatio. Quando & quibus ritibus facta?

(4) *Locus Sepulturæ*. Ubi tergemina quæſtio,

XXIII. (α) Cur oſſa non illata conditorio paterno? Reſponſio *R. Abarbanelis*,

XXIV. (β) Cur in agro Sichemitico ſepulta? Reſponſio *R. Abarbanelis*,

XXV. ſuggillata a *R. Sam. Laniado*.

XXVI. (γ) Quale pretium *centum Keſitæ*, quod a Jacobo pro iſto agro perſolutum? ex *R. Aben Eſra*, *Raſchi*, *R. Davide Kimchi*, *Recentiſſima verſione Scripturæ Rabbinica*.

III. *Conſequentia*,

XXVII. (1) *Monumenti ſepulchralis erectio*. Quale illud ex deſcriptione *Hieronymi*, *R. Benjamin Tudelenſis*, *R. Uri bar Simeon*, *Franciſci Quareſmii*.

(2) *Inſcriptio ſepulchralis*.

XXVIII. (α) Hæc non quidem facta, quantum conſtat, ab ipſis funeris Curatoribus, non obſtante, quod monumentum erexerint, נפש dictum Rabbinis, de quo *R. Moſis Maimonidis* locus male a plerisque intellectus exponitur. Judæorum ad ſepulchra Sanctorum peregrinatio & preces.

(β) Conficta tamen ab aliis exercitii ergo, cujuſmodi tres recenſentur,

XXIX. Prima *Jacobi Saliani*.

XXX. Secunda *Immanuelis Theſauri*.

XXXI. Tertia *Noſtra*.

I. **R***Enati Carteſii* vitam Gallica lingua deſcriptam, & Pariſiis Anno MDCXCI. editam celeberrimi Actorum Eruditorum Collectores, ſequenti anno MDCXCII. menſe Junio recenſuere. E qua poſt alia memoratu non indigna *pag.* 287. referunt, *ipſum Holmiæ Anno MDCL. defunctum, & ejus corpus in cœmeterio Orphanotrophii, ubi nunc S. Olai fanum eſt, ſepultum. Plus quam tribus dein luſtris ab ejus obitu jam exactis, Anno nempe MDCLXVI. Alibertum, Generalem Franciæ Theſaurarium, veteris amicitiæ memorem, veniam impetraſſe, ſacrum illud depoſitum e Svecia in Galliam tranſportandi, unde ſolennibus ceremoniis Carteſii cineres ac oſſa in præſentia Gallici tunc Legati Terloni effoſſa, cupreoque ſarcophago incluſa fuiſſe; ac poſtmodum, cum ineunte Anno MDCLXVII. Lutetiam delata eſſent, magna cum pompa die ſequenti 24. Junii in Baſilica S. Genoveſæ de Monte ſepulturæ tradita fuiſſe.* Factumne hoc ex ſuperſtitione, an odio religionis Evangelicæ, ne inter hæreticos ſcilicet oſſa viri Romanenſium ſacris, dum viveret, addicti, recubent, (quod Chanuti, Gallici in Svecia Legati cautio, ne in templo Regum ſepulchris ſuperbiente terræ mandaretur, ſed in cœmeterio, quod aliquos religionis conſortes capiebat, ſepeliretur, fere arguit,) & num ab amico id ante obitum petierit Carteſius? non diſquiremus. Res ipſa certe uti commodis carebat, nihilque ſive corpori, ſive animæ pridem demortui afferebat emolumenti, ita conſilio inepto ſtolidoque acta nobis videtur.

II. Fuit tamen aliquando, cum ſapienter & ſancte tale quid deſideraret *Joſephus Jacobi Filius*, pieque ejus juſſa exequerentur Iſraelitæ, diu poſt illius obitum ex Ægypto in Palæſtinam migrantes. Laudat enim factum Apoſtolus, & inter fidei documenta refert: πίϛει Ἰωσὴφ τελευτῶν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε, καὶ περὶ τῶν ὀϛέων αὐτοῦ ἐνετείλατο, *Fide Joſephus moriens de exitu filiorum Iſrael meminit, & de oſſibus ſuis mandavit*, inquit, *Hebr.* 11. 22. Dignum omnino attentione & meditatione Theologorum, qui cum *in Theſi* verſantur, articulum *de fide* exemplo hoc egregie confirmant. Chryſoſtomus *Homil. XXVI. in Hebr. fol.* 1919. ὁ Ἰωσὴφ ἀλλοτρίᾳ ὤν, καὶ οὐδέπω ὁρῶν ἐκβεβηκυῖαν τὴν ὑπόσχεσιν, οὐδὲ οὕτω κατέπεσεν, ἀλλ' οὕτως ἐπίϛευσεν, ὡς καὶ περὶ τῆς ἐξόδου εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν ὀϛῶν αὐτοῦ ἐντείλασθαι. οὐκ ἄρα μόνος αὐτὸς ἐπίϛευσεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἐνῆγεν εἰς πίϛιν, ἵνα ἀεὶ με-

μεμνημένοι, ὅτι ὐκ ἂν περὶ τῶν ὀςῶν αὐτȣ̃ ἐνετέλατο, εἰ μὴ πεπληροφόρητο, προσδοκῶσι τὴν ἔξοδον. *Josephus cum esset in terra aliena, & necdum videret evenisse prodictionem, ne sic quidem despondit animum, sed ita credidit, ut etiam diceret de exitu, & de suis mandaret ossibus. Non ergo ipse solus credidit, sed etiam alios induxit ad fidem, ut semper recordantes, quod non mandasset de ossibus, nisi id sibi certo fuisset persuasum, expectarent exitum.* Habent insuper, quod in eversione *Antitheseos* agant, cum ex eo Bellarminus *lib.* II. *de Reliq. Sanctor. cap.* III. Alphonsus a Castro *libr.* 13. *advers. Hæreses, titulo: Reliquiæ Sanctor.* & alii, pro asserendo reliquiarum cultu disputant. Et egerunt hoc præclare e Nostris Gerhardus *lib.* II. *Conf. Cath. part.* II. *art.* X. *cap.* III. *pag.* 675. & e Calvinianis Rivetus *Exercit.* 191. *in Genes. Tom. opp. fol.* 712. Sunt & alia, quæ hinc eliciuntur, non pauca Religionis Christianæ dogmata. Sed in istam Theologorum messem falcem nostram non immittemus; saltem *historiam Sepulturæ Josephi* notis quibusdam Philologicis illustraturi.

III. In hac tradenda tria Scripturæ loca concurrunt. Primus est *Genes. L.* 24. 25. 26. qui & Josephi de sepultura sua mandatum, & corporis post obitum pollincturam, atque in loculo asservationem describit: ויאמר יוסף אל-אחיו אנכי מת ואלהים פקד יפקד אתכם והעלה אתכם מן--הארץ הזאת אל--הארץ אשר נשבע לאברהם ליצחק וליעקב: וישבע יוסף את-בני ישראל לאמר פקד יפקד אלהים אתכם והעליתם את--עצמתי מזה: וימת יוסף בן--מאה ועשר שנים ויחנטו אתו ויישם בארון במצרים: *Dixit autem Josephus ad fratres suos: ego morior: & Deus visitando visitabit vos, & educet vos ex hac terra, in regionem, quam juravit Abrahamo, Isaaco & Jacobo. Idcirco adjurabat Joseph filios Israel, dicendo: Cum visitando visitabit vos Deus, abducatis ossa mea hinc; Tunc moriebatur Joseph, cum centum & decem annis vixisset. Et condiverunt eum aromatibus, & positus est in arcam in Ægypto.* Secundus est *Exod.* 13. 19. qui asservati corporis exportationem ex Ægypto religiose a Mose cum populo emigrante observatam narrat: ויקח משה את-עצמות יוסף עמו כי השבע השביע את-בני ישראל לאמר פקד יפקד אלהים אתכם והעליתם את עצמתי מזה אתכם: *Et sumsit Mose ossa Josephi secum; quia adjurando adjuraverat filios Israel dicendo: Visitando vos Deus visitabit, & abducatis hinc ossa mea vobiscum.* Tertius est *Jos.* 24. 32. qui reliquiarum istarum ex Ægypto in Palæstinam translatarum decentem humationem persequitur, ut ultimæ voluntati Patriarchæ plene satisfactum constet: ואת-עצמות יוסף אשר העלו בני-ישראל ממצרים קברו משכם בחלקת השדה אשר קנה יעקב מאת בני-חמור אבי-שכם במאה קשיטה ויהיו לבני--יוסף לנחלה: *Et ossa Josephi, quæ adduxerant filii Israel ex Ægypto, sepeliverunt in Sichem, in parte agri, quem emerat Jacob a filiis Chamor patris Sichem, centum nummis, & cesserunt filiis Josephi in possessionem.*

IV. Cæterum quoad *Grammaticam* nihil offert difficultatis hæc triga sacrorum textuum in fontibus, nisi in unica voce loci primi *vers.* 27. ויישם ad quam Masora notat ל וכתיב וקרי *Non reperitur amplius, atque uti scribitur, ita & legenda est.* Nempe anomalam plane docet esse, non tamen corrigendam, divinæ quippe inspirationis, a qua non recedendum sit. Quare crucem Grammaticis fixit, etiam Hebræorum doctissimis, de forma pariter & radice ambiguis. Audiamus sententias. R. Aben Esra a ישם deducit, & sententia eorum, qui a שום deductam & passivam esse volunt, rejecta, impersonaliter putat sumendam, sensumque supplendum hoc modo: ויישם בארון שם אותו אחר והנה השרש ישם על משקל וייצר ויאמר יונה המדקדק כי החירק תחת ויישם שורק והוא רחוק בעיני: *Verbum significat idem, ac posuit eum aliquis. Radix enim est* ישם *ad formam* וייצר. *Dicit quidem R. Jonas Grammaticus, Chirek pro Schurek positum esse; Sed longius hoc mihi videtur petitum.* Contra R. Salomon ben Melech *in Michlal Jophi* rejecta Aben Esræ sententia a שום deducit: ויישם שרשו שום ומשפטו ויושם ובא פתח קטון תחת פתח גדול והחירק תמורת השורק כמו ופתהו שעריך תמיד: ויש מפרשים שהוא עקר אחר שרשו ישם בפלס ויצק דם המכה מן יצק ופירושו וישם אותו המשים בארון וכן ויאמר ליוסף חסר האומר וכן רבים ובמכלל והראשון נכון *Radix verbi* ויישם *est* שום. *Ordinarie deberet esse* ויושם, *sed ponitur hoc loco Sægol pro Patach, & Chirek pro Schurek, sicuti Jes.* 60. 11. *Alii aliter derivant, & radicem ejus faciunt* ישם *secundum formam* ויצק I. *Reg.* 22. 35. *quod est a* יצק, *ut sensus sit: & posuit eum, sc. ponens aliquis in arca, quomodo sensus supplendus etiam in illo, Gen.* 48 1. *& dixit ad Josephum; ubi etiam nulla fit mentio ejus, qui dixerit, cujusmodi exempla passim occurrunt, & in libro Michlol citantur. Sed prior explicatio est præferenda.* Quæ & R. Davidis Kimchii est *in Michlol fol.* 131. e quo hoc suo more excerpsit Aben Melechus. Consentit Chassekumi *ad h. l. fol.* 47. ויישם בארון ויישם כמו ויושם על ויישם

Vox ויישם משקול על בשר אדם לא ייסך *est pro* ויישם *ad formam* τῦ ייסך *Exod.* XXX. 32. Ad quem Exodi locum, ipſe Aben Eſra non diffitetur convenientiam utriuſque vocabuli, ex ſententia R. Marini: אמר ר׳ מרינוס כי יסך כמו יוסך וכמו ויישם בארון כמו ויושם: *Dicit R. Marinus, quod* ייסך *ſit pro* יסך *ſicuti* ויישם *Gen. L. 27. pro* ויושם *ponitur*. E Chriſtianis cum Aben Eſra ſentit doctiſſimus Mercerus *Prælect. in Geneſ. h. l. fol.* 747. Sed Kimchio & Aben Melecho adſtipulantur Buxtorffius *lib.* I. *Theſ. Gramm. cap.* 41. *pag.* 231. & Waſmuthus *Hebr. Reſtit. Reg.* 36. *pag.* 170. quorum ſententiam & nos alteri præferimus.

V. Circa *Accentuationem* quoque unicam tantum Anomaliam, ſed admodum alibi frequentem, obſervamus, in eodem loco *verſ.* 25. cum Moſes Joſephum ad fratres ſuos dixiſſe ſcribit: אנכי מת *Ego morior*. *Athnach* enim ordinarie requirebat ante ſe ſervum *Munach*, Pronomen cum Participio arctiſſime conjungentem, in cujus tamen locum præmittit Subdiſtinctivum ſuum *Tiphcha*, Regem Minorem; non quidem, ut plene præſtet officium diſtinguendi, interim tamen celerem alias per Servum vocis decurſum quadantenus moretur, doceatque, Pronomen אנכי *Ego* cum gravitate quadam pronunciandum, utpote in quo ſenſus ἐμφατικώτερος lateat. Qualem & in parallelo quoad Accentuationem *Geneſ.* 37. 21. obſervare eſt, cum Rubenum Moſes dicit fratrum de occidendo Joſepho conſilia audiviſſe, additque: ויצלהו מידם *& eripuit eum e manu eorum*, ante *Athnach* itidem poſito *Tiphcha* pro Munach, in verbo ויצלהו ἐμφατικωτέρως efferendo, ad ſingularem Rubeni fervorem, & ardentiſſimum affectum, indeque provenientem eripiendi conatum exprimendum. Id quod aliis exemplis probatum dedit Waſmuthus *Inſtit. Accent. Reg.* V. *pag.* 136. *ſeq.* Hic ergo Joſephus ſuam fratribus mortem nunciaturus: *Ego*, inquit, *morior*. *Ego*, inquam, qui non frater modo veſter, ſed & vivo æque ac mortuo Parente, pater vobis exſtiti; *ille ego*, qui & Patris pater & pater totius Ægypti fui; *ego* morior, quo vivente aurea tempora habuiſtis, ſed mortuo novus Rex exſurget, qui vos, veſtroſque poſteros crudeliſſime ſupprimere conabitur. Abſit tamen ut animum deſpondeatis, dum *ego* morior, quia *Deus viſitando viſitabit vos*, &c. Ut adeo ſimul oppoſitio inter אנכי *ego*, & ואלהים *Deus autem*, fiat ἐμφατικωτέρα. Atque hanc ipſam emphaſin attendendam eſſe docet R. Abarbanel *Comm. h. l. f.* 123. *col.* 3. licet de Accentuatione parum ſollicitus: דבר על לבם באמרו לכם עוד אבל ע״כ אנכי מת ר״ל לא אוכל להועיל אל תתיאשו כי פקוד יפקוד אלהים אתכם והעלה אתכם מן הארץ הזאת וכו׳: *Loquebatur ad cor ipſorum, cum diceret: Ego Morior, q. d. Non potero amplius prodeſſe vobis; Interim tamen, licet id ita ſit, ne deſpondeatis animum, quia viſitando viſitabit vos Deus, & educet vos ex terra hac, &c.*

VI. His de Grammatica & de Accentuatione ad Textum ſacrum præmiſſis, Flavium Joſephum conferamus, qui mortem & ſepulturam Joſephi Patriarchæ, *lib.* II. *Antiquit. Judaic. cap.* IV. *fol.* 53. *ſeq.* his verbis deſcribit: Τελευτᾷ δὲ ϗ ὗτος (Ἰώσηπος) ἔτη βιώσας ἑκατὸν ϗ δέκα, θαυμάσιος τὴν ἀρετὴν γενόμενος, ϗ λογισμῷ πάντα διοικῶν, ϗ τὴν ἐξουσίαν ταμιευόμενος· ὃ δὴ ϗ τῆς τοιαύτης εὐδαιμονίας αἴτιον αὐτῷ παρὰ τοῖς αἰγυπτίοις, ἀλλαχόθεν ἥκοντι ϗ μετὰ τοιαύτης κακοπραγίας, μεθ᾽ ἧς προειρήκαμεν ὑπῆρχεν. τελευτῶσι δὲ αὐτοῦ ϗ οἱ ἀδελφοὶ ζήσαντες, εὐδαιμόνως ἐπὶ τῆς αἰγύπτου. Καὶ τούτων μὲν τὰ σώματα κομίσαντες μετὰ χρόνον αὐτῶν οἱ ἀπόγονοι ϗ οἱ παῖδες, ἔθαψαν ἐν χέβρωνι. τὰ δὲ ἰωσήπου ὀστᾶ ὕστερον ὅτε μετανέστησαν ἐκ τῆς αἰγύπτου οἱ ἑβραῖοι εἰς τὴν χαναναίαν ἐκόμισαν. οὕτως γὰρ αὐτοὺς ὁ ἰώσηπος ἐξώρκισε. i. e. *Moritur autem & ipſe*, (Joſephus) *centeſimo & decimo vitæ anno exacto, vir admirabili virtute præditus, in omnibus negotiis prudens, & poteſtate bene uſus: quibus artibus factum eſt, ut neque externum genus, neque calamitas, de qua diximus, quicquam effecerit, quo minus ad ſummam dignitatem eveheretur. Reliqui etiam fratres, vita feliciter exacta, in Ægypto ſunt mortui, quorum corpora filii & nepotes in Hebronem relata ſepeliverunt. Joſephi autem oſſa poſtea tranſlata ſunt in Chananæam per Hebræos, dum ex Ægypto populariter migrarent. Hoc enim ipſe adjuratis prius mandaverat.* Hæc ille qui (1) vera quidem narrat, cum exuvias fratrum quoque Joſephi, æque ac ipſiuſmet Joſephi ex Ægypto in Palæſtinam translatas memorat, quod ſine dubio e majorum traditione hauſit. Hæc tamen quia (2) eodem tempore, quo Dei juſſu, Duce Moſe, egreſſi cineres atque oſſa Joſephi ſecum apportabant, factum hoc aſſerit, uti inferius exponetur, ipſe incertus fuiſſe Hiſtoricus videtur, an a ſua quiſque tribu ſtatim a morte conditorio illatus, & poſtea ſolius Joſephi oſſa in ſolenni exodo tranſlata fuerint? quod fere contra ſuorum fidem affirmat. Idem (3) de ſepulturæ loco conſpicimus, relinqui lectorem ambiguum, utrum Joſephus eodem cum fratribus in Hebrone, an alio alibi ſit tumulatus? In eo autem (4) manifeſte fallitur, quod *Hebro-*

bronem ſtatuit ſepulcrorum fratrum corpora excipientium locum. Falſum hoc eſſe, docuit Stephanus omni exceptione major, *Act.* VII. 15. 16. ubi non Hebrone, ſed in agro Sichemitico terræ mandata ait: ἐτελεύτησεν αὐτὸς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν. καὶ μετετέθησαν εἰς Συχὲμ, καὶ ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ τοῦ Συχέμ. *Mortuus eſt ipſe* (Jacobus) *&* *patres noſtri* (in Ægypto,) *&* *tranſlati ſunt in Sychem, & poſiti ſunt in ſepulchro, quod emit Abraham pretio argenti a filiis Hemor, filii Sychem.* Quod teſtimonium etſi Flavius ignorabat, non tamen excuſari poteſt ipſius error, cum illo adhuc tempore omnium ſermones conditoria iſta celebrarint. Nam & Hieronymus *Paulum* memorat *tranſiviſſe Sichem, atque inde divertentem vidiſſe duodecim Patriarcharum ſepulcra*, ut habetur in Epitaphio illius *Epiſt.* 27. *ad Euſtochium virginem, Tom.* 1. *opp. fol.* 113.

VII. Jam ut rem ordine perſequamur, ſingula, quæ ad ſepulturæ hujus hiſtoriam obſervanda ſunt, in *Antecedentia*, ipſum *Factum*, & *Conſequentia* diſpertiemus.

VIII. Ad *Antecedentia* pertinet (1) *Joſephi de ea mandatum*, quod moriturus dedit fratribus. *Fratribus*, inquam, aliter ac ejus Pater Jacobus fecerat, qui cum non in Ægypto, ſed in Palæſtina ſepeliri ſimiliter vellet, negotium hoc *Joſepho cæteriſque filiis* imponebat, *Gen.* 47. 29. *ſqq. L.* 12. Quare hic quæſtionem Rabbini movent, cur *fratrum*, non autem *filiorum* fidei id tradiderit. Et parata quidem paſſim reſponſio, Jacobum Joſephi filios, Ephraimum & Manaſſen, noluiſſe inter nepotes, ſed filios ſuos numerari, *Gen.* 48. 5. 6. adeoque in eadem cum fratribus claſſe reponendos a Joſepho fuiſſe. Unde Moſes de nepotibus & pronepotibus Joſephi monuerat in *præced. verſ.* 23. 24. nihil autem dixerat de filiis, ad quem locum R. Abarbanel: ספר הכתוב שראה יוסף לאפרים בני שלשים ולמנשה בנים שניים ולזה נתקיים מ״ש לו אביו ומולדתך אשר הולדת אחריהם כי הוא עצמו לא הוליד אלא מנשה ואפרים: *Commemorat Scriptura, vidiſſe Joſephum Ephraimi filios in tertiam uſque generationem, & Manaſſe filios uſque in ſecundam; quo ipſo confirmatum eſt illud, quod Pater ejus ei dixerat Geneſ.* 48. 6. *Generatio tua, quam generaturus es poſt eos, tui erunt, &c. Nam is ipſemet nullos filios genuit, niſi Manaſſen & Ephraimum.* Fratres ergo ſuos, æque ac filios, ad officium ſibi præſtandum obſtrinxit; ſic tamen, ut ſingulorum poſteros ſimul devinciret, ſi maxime fratres ipſi ad unum omnes e vita ante emigrationem deceſſiſſent. Raſchi *ad Exod.* 13. 19. השביעם שישביעו לבניהם *Adjuravit illos, ut illi porro poſteros ſuos adjurarent.* Id permutatione vocabulorum, quod cum Scriptura *verſ.* 25. Joſephum hoc אל־אחיו *ad fratres ſuos* locutum dixiſſet, poſtea *v.* 26. adjuraſſe pronunciet את־בני ישראל *filios Iſrael*, obſervat innui R. Bechai *ad h. l. fol.* 65. *col.* 4. היה הכתוב ראוי לומר וישבע יוסף את אחיו אלא מלמד שהשביע לכל מי שהוא מבני ישראל: *Debebat hoc loco Scriptura dicere: Et adjuravit Joſephus fratres ſuos; Enimvero dum ejus loco ait: filios Iſrael, hoc ipſo docet, quod juramento obſtrinxerit unumquemque de filii Iſrael.* Ut fruſtra caſum finxerint Talmudici *in Gemara Maſſ. Sota, editionis Dn. Wagenſeilii, pag.* 298. אי לא איעסקו ביה ישראל בניה לא היו מיעסקי ביה *Si Iſraelitæ non feciſſent officium, an filii ejus hæc non curaſſent?* eumque ſic Magiſtraliter deciderint: הכתיב והיו לבני יוסף לנחלה אמרו הניחו לו כבודו במרובין יותר ממועטין אמרו הניחו לו כבודו בגדולים יותר מבקטנים: *Scriptum, eſt* (Joſ. 24. 32.) *Et fuerunt filii Joſephi in poſſeſſionem. Dicebant nempe, linquamus hoc, majori enim honori illi erit, ſi multi, quam ſi pauci eum ſepeliant. Linquamus hoc, majori enim honori illi erit, ſi viri illuſtres, quam ſi tenuioris ſortis homines eum ſepeliant.* Senſus eſt, conſtare ex citato loco, utique hæc curaturos fuiſſe Joſephi filios, quippe qui vel ſic hoc pietatis in parentem officium ſibi vindicaſſent ſolis, niſi omnium juſta perſolvendi ſtudium in ampliorem dignitatem Parenti ceſſiſſet.

IX. Majoris momenti quæſtio eſt *de ratione, quæ Joſephum in hoc deſiderium induxerit?* In ea explicanda prolixus eſt ſuo more R. Abarbanel *fol.* 123. *col.* 3. Quærit: למה השתדל יוסף להקבר בארץ כנען *Quam ob cauſam tam ſollicite curavit Joſephus, ut in terra Canaan ſepeliretur?* Reſpondet: כבר התעוררו חז״ל ואמרו למה האבות חובעים קבורת הארץ א״ר אליעזר דברים בגו מאי דברים בגו א״ר יהושע בן לוי אתהלך לפני י״י בארצות החיים וגו׳ *Pridem diſceptarunt ſapientes noſtri benedictæ memoriæ, quid ad quæſtionem, cur Patres tanto conatu petierint ſepulturam terræ ſanctæ? reſpondendum ſit. R. Elieſer dixit: Res conſideratione dignæ in ea latent. Sed quænam ſunt res illæ conſideratione dignæ? R. Joſua ben Levi dixit, indicari eas in illo, Pſal.* 116. 9. *Ambulabo coram Domino in terris viventium, &c.* Ex hujus Rabbini ſententia Patres id operam dediſſe ait Abarbanel, ut corpus ſuum veluti תשמיש קדושה *miniſterium ſanctitatis* bene cuſtodirent. Unde per-

pergit: יען היתה קבלה בידם שארץ ישראל היא ארץ החיים שבה תהיית מתים וכל בני ישראל המתים חוצה לארץ יהיו מתגלגלים לזמן התחיה עד היותם בה ולכן היה טרחם להיות נקברים שמה: *Quoniam traditione acceptum tenebant, quod terra Iſraelis eſſet terra viventium, in qua ſperanda ſit reſurrectio martuorum, & quod omnes Iſraelitæ extra hanc terram mortui per terræ cavernas revolvendi ſint in tempus reſurrectionis, donec in eam perveniant; propterea eo laborarunt, ut ſepelirentur ibi.* Communis hic eſt Judæorum de גלגול המתים *Revolutione mortuorum*, quam & גלגול המחלות *Revolutionem cavernarum* vocant, error, quaſi omnes, qui extra terram Iſraelis ſanctam, in immunda ethnicorum regione moriuntur & ſepeliuntur, per ſubterraneos meatus ad terram Iſraelis non ſine anguſtia revolvantur, ut revolutionis hujus beneficio beate aliquando reſurgant. De qua paſſim agunt, quodquod Judæorum doctrinam tradidere; ſed omnium tamen diligentiſſime conqniſitis undecunque Rabbinorum teſtimoniis expoſuit Theodor. Daſſovius *de reſurrect. Mortuor. cap.* VI. *pag.* 187. *ſeqq.* Eum hodieque adeo errant, ut non deſint, qui ad præcavendam revolutionis iſtam moleſtiam ante mortem eo proficiſcantur. Quod ante annos aliquod *R. Judam Salket*, *Archiſynagogum Viennenſem* feciſſe refert Hilarius Prachius *Præſ. ad R. Jedajæ Bakkaſcham*, *circa fin.* qui tamen vix ingreſſus iter Budæ in Pannonia occubuerit, atque ita ſubterraneas cavernas longo anfractu permeare adhuc teneatur. Idem ergo ſanctiſſimos Patriarchas, Jacobum & Joſephum, in animo habuiſſe, in Cananæa ideo ſepeliri cupientes, ut צער גלגול מחלות *anguſtiam revolutionis cavernarum* averterent, neque ex Ægypto per penitiſſimos terræ meatus, inſtar dolii vinarii eo devolvi cogerentur, vulgus Judæorum credunt, a Parſchandatha ſuo *Raſchi* ſic edocti, qui *ad Geneſ.* XLVII. 29. mandatum Jacobi Joſepho de corporis ſui translatione datum expoſiturus, diſerte hoc inter cauſa allegat, quaſi dixiſſet Patriarcha: שאין מתי חוצה לארץ חיין אלא בכצער בלגול מחלות: *Quia qui extra terram promiſſam moriuntur, non reviviſcunt, niſi per dolorem revolutionis cavernarum.*

X. Quanquam vero R. Abarbanel, emunctæ naris Judæus, *in Majene hajeſchuah*, *fol.* L. *col.* I. alienum ſe ab hac pervulgata Judæorum opinione præbuit; hic tamen in interpretatione mandati hujus Joſephiani vindicias ſententiæ a ſe commemoratæ parat. Objectionem primo proponit ab ejuſdem, quem laudaverat, Elieſaris, rationem tamen allegantis, autoritate: וככר יקשה על זה מה שא"רזל ששני חכמים ראו ארון של מת שהיה בא מן חוצה לארץ להקבר בארץ א"ר אליעזר מה היעיל זה שיצאה נשמתו חוצה לארץ ובא להקבר בארץ קורא אני עליו ותבואו ותטמאו את ארצי ונחלתי שמתם לתועבה בחייכם לא עליתם במיתתכם ותטמאו את ארצי נראה מזה שהמת בחוצא לארץ לא די שלא הועיל לו להיותו נקבר בארץ אבל הוא חטא גדול שמטמא את הארץ ואיך א"כ יעקב ויוסף השביעו שאחר מיתתם יוליכו עצמותם להקבר בארץ: *At enimvero objicitur contra hoc, quod pridem obſervatum eſt Rabbinis noſtris, cum duo ſapientes ſarcophagum cum mortuo ex polluta gentilium terra viderent ferri, ad tumulandum in terra ſancta, dixiſſe tum R. Elieſarem: Cui bono fit iſtud, cum anima ejus exierit in terra ethnica, quod adducatur corpus ad tumulandum in terra ſancta? Textum ego funebrem hunc ei lego ex* Jer. II. 7. *Veniſtis & polluiſtis terram meam, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem. In vita veſtra non acceſſiſtis, & in morte veſtra huc venitis, ut polluatis terram meam. Hinc apparet, ei, qui extra terram ſanctam moritur, nihil prodeſſe quicquam, quod ſepeliatur in terra ſancta; quin potius grande committit peccatum, quod terram ſanctam polluit. Quod cum ita ſit, quomodo Jacobus & Joſephus juramento ſuos obſtrinxerunt, ut poſt mortem ipſorum adducerent eorum oſſa ad ſepeliendum in terra ſancta?* Deinde reſpondet diſtinctione inter perſonas mortem in gentilium regione ſubeuntes, quarum aliæ piæ & ſanctæ, aliæ impiæ & profanæ ſint, e quibus iſtæ regionem ſanctam, in qua ſepeliuntur, non polluant, dignæque adeo, quæ privilegio abſque revolutionis dolore reſurgendi fruantur. Verba ipſa, licet pluſcula, dividiæ non erit, quia alibi non ſunt obvia, recenſere: אבל התשובה על זה היא כי יש רבים מבני אדם שיבלו ימיהם בטוב בתורה ובמצוות ותמיד ילכו לפני יי' בארצות החיים ומפני דבקותם ושלמותם בחייהם הם ראוים לחוליכם במותם לא"י ילקברם שמה והאנשים ההמה אינם מטמאים את הארץ כי היו גופותיהם תשמישי קדושה טהורים ונקיים והם המעותדים לתחיית המתים ולזה ראוי שיקברו בארץ החיים ויקומו מאלי גלגול ומבלי צער ויש אנשים אחרים רבים מאד שיבלו בהבל ימיהם ורצים אחר התאוות הגשמיות והם אשר בחייהם קרויים מתים וכאשר ימותו יצוו את בניהם לעשות צדקה ומתנות לאביונים מה שלא עשו בימיהם ומהם יצוו ויקברו אותם מעוטים בציצית ותפילין בהיותם לובשים בחייהם צמר ופשתים יחדו וכן יש מהם שיצוו שיוליכו את עצמותיהם להקבר בא"י בהיותם בחייהם מרחיקים ומואסים אותה כאלו בחייהם היו רשעים

רשעים ובמותם בעשו צדיקים ומקיימי המצוות וידוע שזה דעת נפסד והוא לפי שהמצוות יעשו אותם החיים לא המתים וכאר"ל מאי דכתיב ועבד חפשי מאדוניו כיון שמת אדם נעשה חפשי המצוות: *Sed parata ad hoc responsio, esse multos, qui dies suos bene consumserunt in legis & præceptorum divinorum observatione, & jugiter ambularunt coram Domino in terris viventium. Hi propter unionem cum Deo & perfectionem suam in vita declaratam digni sunt, quorum corpora post mortem ad terram Israeliticam apportentur, ibidemque sepeliantur. Siquidem homines isti terram sanctam prorsus non polluunt, quia corpora eorum fuerunt ministeria sanctitatis munda atque innocentia, ipsique satis parati ad resurrectionem mortuorum. Itaque & digni sunt, qui in terra viventium sepeliantur, & resurgant absque interventu revolutionis, & sine dolore. Sunt vero præterea alii quoque quam plurimi, qui dies suos tantum in vanitate consumunt, & concupiscentiis corporalibus indulgent, qui suo merito in vita adhuc sua vocantur mortui. Horum aliqui præceperunt morituri filiis suis, ut post mortem suam pauperibus eleemosynas & Legata distribuant, cujusmodi non fecerunt superstites. Alii eorum jubent se peniculamentis & phylacteriis involutos sepeliri, cum in vita sua lana & lino simul* (contra legem Deut. XXII. 11.) *vestiti fuerint. Atque ita sunt etiam nonnulli illorum, qui mandant, ut ossa sua transferantur sepelienda in terra Israelitica, quam vivi longissime a se abesse jusserunt & aspernati sunt; quasi scilicet vivis liceret esse impiis, & in morte demum fieri justos & præceptorum Divinorum observatores. Constat autem, opinionem hanc esse improbam, propterea quod vivi, non mortui observent præcepta, prout Rabbini nostri beatæ memoriæ dicunt: Quid vult sibi illud* Job. III. 19. *Servus liber est a Domino suo? nempe docet, hominem, cum moritur, jam liberum fieri a præceptorum observatione.* Tandem applicat distinctionem objectioni, verba R. Eliesaris non de priori, sed posteriori hominum classe intelligenda, & Sanctos Patriarchas non ferire: ועל כיוצא בזה א"ר אליעזר בחייכם לא עליתם במיתתכם ותבואו ותטמאו את ארצי כי הנה על רשעי דורו אמר הנביא אותו פסוק שהיו מתחסדים במיתתם ולא בחייהם וכבר אר"ז"ל שלא יוכל אדל לעשות משעטנז מרדעת לחמורו אבל יוכר לעשות ממנו תכריכין למת שהורו בזה שהמת הוא פטור מן המצות והחמור החי הוא יותר ראוי אליהם מהאיש המת ולכן לא יועיל לאדם הטוב אשר יעשה במותו אם בחייו לא היה נזהר בזה הנה התבאר שהאבות הקדושים להיותם בחייהם טהורים וקדושים דבקים באלהיהם ומשתוקקים לחקבר בארץ הקדושה היה נכון אליהם לצוות שאחרי מותם יוליכום להקבר שמה ושלא נאמר עליהם בחייכם לא עליתם במיתתכם ותבאו ותטמאו את ארצי כי הם בחייהם במחשבתם ותשוקתם היו עולים שמהשתמיד ולכן במיתתם גופיהם שהיו תשמישי קדושה לא היו מטמאים את הארץ: *Jam de hac altera hominum classe locutus est R. Eliesér, cum dixit: In vita vestra non adscendistis, in morte demum vestra venitis, ut polluatis terram meam. Nam de impiis seculi sui versum illum propheta dixit, qui benignos sese exhibent in morte, non autem in vita sua. Cæterum jam olim Rabbini nostri dixerunt, non posse quem facere ex heterogeneis clitellas asino suo, posse autem facere ex iis amiculum ferale mortuo. Quo ipso docuerunt, quod mortuus liber sit ab obligatione præceptorum, imo asinus vivus magis ad ea sit adstrictas, quam homo mortuus. Adeoque nihil prodest homini bonum opus, quod in morte præstat, si in vita sua ejusmodi bonis operibus non inclaruit. Manifestum ergo est, Patres illos sanctissimos, quia in vita sua mundi, & sancti, Deoque uniti fuerunt, atque ardentissime in terra sancta sepeliri desiderarunt, rectissime omnino fecisse, quando mandarunt, ut se post mortem suam transferrent in terram sanctam ad impetrandam ibi sepulturam. Neque de iis dictum est: In vita vestra non adscendistis; in morte venitis & polluitis terram meam. Nam vivi cogitationibus & desideriis suis utique adscenderunt eo indesinenter, unde eorum demortuorum corpora, quæ ministeria sanctitatis fuere, non polluerunt terram sanctam.* Huc usque Rabbi Abarbanel.

XI. Abarbanelis discipulus dicam, an æmulus? nostro seculo celeberrimus, R. Menasse ben Israel *lib.* II. *de Resur. Mort. cap.* II. *pag.* 147. ab hac sententia recedit, & eodem autore (quem alibi aliter sentire, supra monuimus) totam hanc doctrinam de גלגול המתים *revolutione mortuorum* allegorice accipiendam observat. Atque hinc *Cap. seq.* III. *pag.* 151. ad quæstionem de Patriarcharum desiderio & mandato delatus, R. Elieseris quidem & R. Josuæ ben Levi verba, e Rabbos adducit, sed aliter, quam in loco a nobis excepto Abarbanel, explicat, nempe de prioritatis privilegio, quo gaudeant in Palæstina sepulti; idque verbis Magistrorum ex Berescith Rabba confirmat: אמרו רבותנו שני דברים בשם ר' חלבו למה האבות מתכבים קבורת ארץ ישראל שמתי ארע ישראל חיים תחלה לימות המשיח ואוכלין

שנית המשיח: *Magistri nostri duo argumenta adferunt nomine R. Helbo, quare Patriarchæ voluerint in terra sancta sepeliri, quoniam defuncti terræ sanctæ primo reviviscent tempore Messiæ, & annis Messiæ fruentur.* Hæc dum perpendo, facile crediderim, Rabbinos e vera antiquorum Cabbala aliquid de Sanctis cum Christo nostro resurrecturis (quod & factum memorat historia Evangelica, *Matth.* XXVII. 52. 53.) inaudivisse, sed male ad Utopicum suum Messiam nunquam adventurum applicuisse. Josephum certe nostrum resurrexisse cum Jesu, Danhaverus ex hoc ejus desiderio colligit, apud Belium *Diss. de his Mortuis* §. XXI. *pag.* 18. Interea quid in his & reliquis, quæ R. Menasse de hoc Patriarchali desiderio habet, superstitionis Judaicæ lateat, discussum vide a Johann. Hoornbekio *lib.* VIII. *de Convinc. & convert. Judæis cap.* V. 558. *pag.*

XII. Aliter adhuc de Josepho, cur corporis sui translationem mandarit? R. Isaac ben R. Samuel Adarbi *in Dibre Schalom fol.* CLI. *col.* 3. כיון שהיה חומרו של יוסף נקי מכל טמא ולא נחנה מגוף העבירה יחזור למקום שחוצב שהוא עפר ארץ ישראל כי כמו כשחוצב משם חיה החמר ההוא נקי מכל חלודה כן חוזר לשם נקי מכל חלודה: *Quandoquidem materia Josephi fuit pura ab omni peccato, neque quicquam commodi transgressio ex corpore percepit, ideo ad eum locum, e quo excisa est, redire debuit. Atqui is fuit pulvis terræ Israeliticæ. Sicuti ergo materia illa, cum inde exscinderetur, pura fuit sine rubigine: ita etiam pura sine rubigine eo redire debuit.* Illustrat hoc Veterum Parabola e Rabbos *Parascha Beschallach fol.* LXXXI. *col.* 2. אמר ר׳ לוי משל לה״ד לאדם שהכניס ייני במרתף נכנסו הגנבים ונטלו החבית והלכו להם ושתו אותו ובא בעל היין ומצא אותם שגנבו החבית אמר להם שתיתם היין החזירו החבית למקומה לך משלם גנבו אחיו של יוסף אותו לפי כך אמר להם בבקשה משכם גנבתם אותי חי החזירו את עצמותי לשכם: *Dixit R. Levi Parabolam: Cuinam assimilatur hoc? Homini, qui vinum suum in cella sepofuit, quam fures ingressi dolium vini auferunt, indeque abeuntes illud ebibunt. Venit autem possessor vini; eosque qui dolium vini furati fuerant, deprehendit. Tum dixit illis: Ebibistis vinum, dolium restituite in locum suum. Similiter ex Sichem furati sunt fratres Josephi hunc suum fratrem; itaque dixit ad eos: Quæso vos, qui ex Sichem furati estis me vivum, restituite ossa mea in Sichem.* Nec desunt, qui Patriarcham metu idololatriæ, ad quam Ægyptii forte reliquiis suis abuti possent, transferri inde ossa & in patria sepeliri jussisse putant. Raschi iis, quæ superius adduximus, & hoc sub Jacobi persona addit: ושלא יעשוני מצרים ע״ז *& ne faciant ex me Ægypti idolum.* Quod cum de Josepho Chrysostomum docuisse Cornelius a Lapide *Commentar. in Genes.* L. XXIV. *pag.* 346. confirmet, *ne Ægyptii memores beneficiorum ejus, eum pro more suo facile ex hominibus deos appellent, corpus justi haberent in impietatis occasionem.*

XIII. Movent insuper Rabbini circa hoc mandatum quæstionem de *tempore*, cur translationem in tempus emigrationis, diu post seculum futuræ, differri, neque statim a morte sua fierit voluerit Josephus? Raschi: ולמה לא השביע בניו שישאוהו לארץ כנען מיד כמו מהשביע לעקוב אמר יוסף אני שליט הייתי במצרים והיה ספק בידי לעשות אבל בני לא יניחום מצרים לעשות לכך השביעם לכשינאלו ויצאו משם שישאוהו: *Sed quare non adjuravit filios suos, ut statim se efferrent in Canaan, eo modo, quo Jacobus statim post mortem suam efferri voluit? Dixit Josephus: Ego Dominator fui in Ægypto, adeoque vix concessuri sunt Ægyptii filiis meis, ut id faciant. Propterea adjuravit illos, ut cum liberati elim inde emigrabunt, tum demum corpus suum simul exportent.* Tantundem R. Abarbanel: לא צוה יוסף את אחיו שמיד אחרי מותו יוליכוהו לארץ כנען לפי שידע שלא יתן פרעה מקום ולא רשות לוה אלא שיקבר במצרים לזכרון גדולתו ומעשיו: *Non mandavit Josephus fratribus suis, ut statim post mortem suam se educerent in Cananæam, propterea qui noverat, non permissurum hoc Pharaonem, qui velit potius, ut in Ægypto sepeliretur, in memoriam magnificentiæ, & meritorum ejus.* In quo diutino temporis spatio, quo expectandum fuit inde usque a morte Josephi, antequam reliquiæ transferrentur, rationem quærit R. Aben Esra, cur *ossa tantum*, non *totum corpus* nominarit? והזכיר עצמות כי כל הבשר והעור ירום תולעים ויבאש ולא ימארו בשנים מיעטות רק העצמות *Meminit tantum ossium, omnis enim caro & cutis generat vermes & fœtida fit, ut intra paucorum annorum decursum ossa saltem residua maneant.* Idem tamen mali sibi ipsi improvida honoris paterni violatione Josephum attraxisse, atque his mandati verbis agnovisse, Talmudici fingunt *in Gemara Mass. Sota p.* 312. *edit. Wagens.* אמר רב יהודה א׳מ רב מפני מה נקרא יוסף עצמות בחייו מפני שלא מיחה בכבוד

בכבוד אביו דהא אמרי ליה עבדך אבינו ולא אמר להו ילא מידי *R. Judas dixit ex ore Raf: Cur de Joſepho adhuc vivo adhibetur vox Oſſa? Quia non probibuit honoris paterni* (violationem.) *Dicebant enim illi: Servus tuus pater noſter, quod nec vetavit, nec minimum quid regeſſit.* Aliter ad hanc *de tempore* quæſtionem reſpondet Auguſtinus, ſeu quiſquis autor eſt operis de mirabilibus Scripturæ, *lib.* I. *cap.* XV. *Tom.* III. *Opp. fol.* 346. cujus verba vel ideo non omittenda videntur, quod ſententiam ex Hebræorum traditione quadam haud dubie hauſit: *Joſephus*, inquit, *in Ægypto moriens, ſtatim poſt mortem devehi ad paternum ſepulchrum noluit, ſed in Ægypto interim ſepulturæ locum ſuſcepit, & poſtea de oſſibus ſuis pergenti de Ægypto populo mandavit, dicens: Efferte oſſa mea vobiſcum hinc. Quare ergo alter ad ſepulchrum Abraham in terram repromiſſionis protinus portatur, alter adhuc in terra Ægypti quandoque deportandus ſepelitur? Jacob namque nequaquam externæ gentis fœminis, niſi iis quæ de Meſopotamia ſecum venerant miſcebatur, idcirco ad paternum ſepulchrum integro corpore poſt mrtem ſtatim devehitur. Joſeph vero Aſſenetz Potiſaris Sacerdotis Heliopoleos filiam uxorem accipiens, externo ſanguini fuerat mixtus, & ideo poſt mortem in extraneo terræ limo conditus eſt. Ad terram autem poſtmodum repromiſſionis vehi voluit, dum primitus in Ægypto conditus fuit.*

XIV. Sufficiant iſta de *Mandato*, de quo præter opinionem copioſius egimus, non tamen, quod ſperamus, ſine cauſa & minus congruenter, cum illud potiorem argumenti partem abſolvat, & quicquid reſtat, ad *executionem mandati*, ſit referendum. Inhærebimus interim diſtributioni noſtræ, ſic tamen, ut parcius reliqua perſtringamus. Ad antecedentia ergo pertinet. (2) *Mors Joſephi*, quam non multo poſt oppetiiſſe videtur, non quod ſtatim eo momento, quo mandatum de ſepultura dederat, diem ſuum obierit, ſed quod inter utrumque, temporis interceſſerit ſpatium non adeo magnum. Nihil enim rerum inter utrumque terminum geſtarum narratur. Neque de morte ipſa aliud Moſes memorat, quam quod *anno ætatis centeſimo & decimo* obvenerit. Diem autem mortis nullibi deſignatum obſervo, ut diem quidem nativitatis ejus, quem R. Bechai *fol.* LXV. *col.* 4. dicit eſſe א' בתמוז *primum Menſis Tammus*, qui *Junio* noſtro reſpondet. Num primus fratrum omnium mortuus? aperte Moſes non dicit; Rabbini tamen ſic concludunt ex *Exod.* I. 6. וימת יוסף וכל אחיו *Et mortuus eſt Joſephus, & omnes fratres ejus.* Imo a ſinguli fratribus ætate ſuperatum tradunt, reclamante licet traditione alia, qua Benjaminus נולד י"א במרחשון ומת בן ק"ט שנה *Natus die XI. Menſis Marcheſvan* (noſtro Octobri reſpondentis) *& mortuus anno ætatis CIX.* adeoque uno anno junior Joſepho, apud R. Bechai *loc. cit.* perhibetur. Seder Holam Rabba *cap.* 3. *p.* IV. *fac.* 2. יוסף מת בן ק"י שנה אין לך בכל השבטים שקצר ימים פחות מיוסף ואין לך בכל השבטים שהאריך ימים יותר מלוי *Moritur Joſephus anno ætatis CX. Non habes in omnibus tribubus, qui curtarit dies minus Joſepho; neque habes in omnibus tribubus, qui prolongarit dies magis quam Levi.* Inde porro Talmudici *in Maſs. Sota p.* 313. *edit. & verſionis Dn. Wagenſeilii*, in pœnam id ei contigiſſe tradunt: אמר רב יהודה אמר רב מפני מה מת יוסף קודם אחיו מפני שהנהיג עצמו ברבנות: *Ait R. Judas, nomine Raf: Quare Joſephus primus fratrum fato functus eſt? Quia ad dignitatem adſpirabat.* Idem e Maſſeches *Berachoth cap.* IX. refert Hakſpanius *ad Lippmanni Nizzachon. cap.* I. *p.* 263. ſed ita vertit: *Quia ſe ipſum fratribus præfecit ducem.* Hoc tamen ipſi viderint Rabbini, quomodo cum eo concilient, quod in *Schemoth Rabba fol.* 116. *col.* 3. habetur: אף על פי שזכה יוסף למלכות לא נתגאה על אחיו ועל בית אביו כשם שהיה קטן בעיניו בתחלה שהיה עבד במצרים כך היה קטן בעיניו אחר שהיה מלך: *Etſi Joſephus dignus habitus eſt regno; non tamen extulit ſe ſuper fratres ſuos, neque ſuper domum paternam. Sed quemadmodum parvus erat in oculis ſuis ab initio, cum adhuc ſervus eſſet in Ægypto: ita etiam parvus fuit in oculis ſuis, poſtquam Rex fuit.* Nempe XL. annis ſecundum a Rege Ægypti fuiſſe, & XL. annis ipſummet imperaſſe fingunt in Pirke Elieſer *cap.* XI. *p.* 25. Fallor? an & R. Aben Eſra *ad Exod.* I. 16. hoc intendit. מת בגדולתו גם אחיו לא ראו ימי הרעה: *Mortuus eſt in ſumma dignitate. Quin & fratres ejus dies afflictionis non conſpexerunt.* Quanquam, cum Rex non eſſet, in ampliſſimo dignitatis gradu locabatur. Interim & Raſchi *ad Exod.* I. 5. expoſiturus verba, *Et Joſephus fuit in Ægypto*, cum dubium moviſſet, cur ea Moſes expreſſerit? מה בא ללמדנו וכי לא היינו יודעים שהוא היה במצרים *Quid docere nos iis voluit? nonne jam ante novimus, ipſum in Ægypto fuiſſe?* אלא להודיעך צדקתו של יוסף הוא יוסף הרועה את צאן אביו הוא יוסף כשהיה במצרים ונעשה מלך ועמד צדקו: *Nempe indicare tibi voluit pietatem Joſephi.*

phi. Idem Josephus, qualis erat, cum esset pastor gregis paterni, mansit idem Josephus, cum esset in Ægypto, & factus esset Rex. Perstitit, inquam, in pietate sua.

XV. Antecessit (3) *Pollinctura corporis*, quæ sicuti ad ejus asservationem necessaria erat, ita Ægyptiis, etiam nulla urgente necessitate usitata, a quibus postea mos ille mortuorum corpora ungendi ad Hebræos transiit. Cujus historiam cum magno autorum apparatu texuerit Geierus *de Luctu Hebr. cap.* v. §. 8. *pag.* 53. *seqq.* non est, cur actum agamus. Saltem id præteriit Vir summus, quod observatum Gerhardo *in Harm. Passion. cap.* XIX. *pag.* 915. abiisse Judæos a more Ægyptiorum in condiendi modo. Solebant enim *Ægyptii* corpora ventre exenterato & cerebro per nares extracto intrinsecus condire; *Judæi* vero unguenta & aromata extrinsecus corpori applicabant, illudque deinde fasciis involvebant. Quæri igitur posset, *utrum Ægyptiorum, an Hebræorum more Josephi corpus condiverint?* Nos quidem pro more Ægyptiorum pugnare non veremur, quem in Jacobi pollinctura Medici Ægyptii jussu Josephi haud dubie attenderunt, quemque in condiendo Josephi corpore, quod ab iisdem הרופאים *pollinctoribus* medicatum non male monuit R. Aben Esra, mutare vix licebat. Neque etiam ante Jacobum & Josephum quenquam fidelium post mortem unctum legimus, ut plane non dubitemus, quin Israelitæ morem istum ex Ægypto Palæstinæ intulerint, & posterioribus demum seculis immutarint. Quod autem Schickardus *de Jure Regio Hebræor. theor.* XIX. *p.* 413. corpus Josephi *fumo tostum* insuper fuisse, autore Uzielide tradit, id vereor ut Targumista affirmet. Chaldaicum enim illud וטרון יתיה *& suffierunt eum*, de suffitu aromatico pollincturam juvante rectius forte exposueris. Gilbertus Gaulmynius *lib.* II. *Notar. de vita & morte Mosis cap.* II. *p.* 288. de coronatione aut diadematis impositione interpretatus est, quod aliis dijudicandum relinquo. Certe nec phrasis repugnat, nec res ipsa adeo improbabilis, licet in Briani Waltoni *Polyglottis* retineatur versio: *& suffierunt eum*. Cæterum elegans est Glossa, quam *Baal Hatturim ad h. l.* annotavit: ויחנטו שנים בהאי פרשה ויחנטו את ישראל ויחנטו את יוסף בראיתא בכורות דיספר יספרוניה דדלה ירלוניה בשביל שחנט את אביו הנטוהו נ״ב: *Verbum, & unxerunt, bis extat in hoc eodem capite, v. 2. Et unxerunt Israelem, & vers. 26. Et unxerunt Josephum. Sic nempe exemplo illustratur, quod est in Masseches Bechoroth: Qui mortuum planxerit, eum vicissim plangent; Qui vocem extulerit cum ejulatu, ei vicissim idem præstabunt. Nam propterea quod Josephus unxit Patrem suum, unxerunt vicissim illum similiter.*

XVI. Antecedit (4) *Corporis in ferali arca asservatio*. De qua ipsum sibi Josephum ante mortem prospexisse, fabricata in finem illum arca, R. Aben Esra *ad h. l.* per ה Emphaticum in voce בארון præfixo ב Kamezato inclusum innui hariolatur: וטעם כארון בקמצות הבית היא שהכין לנפשו: *Ratio cur in* בארון *literæ* ב *habeat Kamez*, (quasi δεικτικῶς Moses dixerit: *potius est in arcam illam*,) *hæc est, quia eam sibi ipsi præparaverat*. Aliam vero punctationis causam comminiscitur Chassekuni: בארון הב״ית בקמץ ללמדך שבחייו בחרוהו לו והכינוהו בכל שאר אבות לא הוזכר ארון: *Litera* ב *in voce* בארון *cum Kamez scripta est, ut docearis, quod vivente adhuc Josepho eam ipsi elegerint & fabricarint; de nullo cæterorum Patriarcharum mentio fit alicujus arcæ*. Per ארון *Arcam* vero arcam feralem, aut capulum, vel loculum, sive sarcophagum intelligi, nemo negat. Jonathan ben Uziel in Targum transfert גלוסקמא quod ipsum Græcum est γλωσσόκομον, *lib.* II. *Anthol. c.* 47. *carm.* I. *vers.* 4. de loculo funebri usurpatum. LXX. σορὸν transtulerunt, quam vocem de Sandapila, in qua filium viduæ Nainiticæ unicum efferebant, *Luc.* 7. 14. adhibitam legimus. Sebast. Schmidius in recentissima Bibliorum versione reddit *Urnam*. Quoad *Materiam* communiter tradunt fuisse ארוז של שחכרת *fusilem*, h. e. *metallicam*, vel *æneam*, aut *ferream*; nam vox מחכת quodcunque fusile notat, & de quovis metallorum genere potest accipi. Imo e plumbo conflata fertur in Pthirath Mosche *fol.* 16. *col.* 2. ארונו של יוסף של עופרת היה *Capulus Josephi fuit plumbeus*. At Paricides Arabs, cujus verba Hottingerus *l.* I. *Smegm. Orient. cap.* 8. *p.* 379. excerpsit, *Josephum capulo marmoreo inclusum* scribit. De *forma* non memini me aliquid legere; de *quantitate* autem Pthirath Mosche *loc. cit.* וחמש אמות היה *Quinque cubitorum fuit*. Si quæras de *Loco*, in quo arcam sanctissimas reliquias capientem reposuerint, non desunt quidem e Christianis, qui in terra reconditam dicant; at Judæi omnes fere ex Targum Jonathæ respondent, traditione fulti: שקעון יתיה בגו נילוס מצרים *Submerserunt eum in medio Nili Ægyptiaci*. Unum, quem sciam, autorem libri Hajaschar *pag.* 108. *fac.* I. excipias, qui in ripa Nili humatum scripsit: וישימו את יוסף בארון אשר מלא

מלא בשמים וכל מעשה רוקח ויקברוהו על שפת היאור הוא שיחור: *Condiderunt Josephum in arca aromatibus omnisque generis unguentis plena, & sepeliverunt eum in ora fluminis Schichor.* i. e. *Nili.* Cæteri consentiunt in demersionem; in ratione tamen demersionis reddenda, & circa ejus Autorem variant. Vulgo Ægyptiis id adscribunt. Sic R. Bechai: המצרים רצו להצניעו שלא ימצאוהו אחיו לעולם ועשו לו ארון של מתכת ונתנוהו בנילוס: *Ægyptii voluerunt ipsum abscondere, ne unquam ipsum fratres ejus invenire possent, feceruntque ei arcam æneam, quam Nilo immiserunt.* Id autem bono fine fecisse tradunt Talmudici in Masseches Sota *loco sæpius citato:* קבעוהו מצריים בנילוס הנהר כדי שתברכו מימיו *Immerserunt eum Ægyptii flumini Nilo, ut prosperarentur aquæ illius.* Sed malo animo id jussu Pharaonis ex consilio Magorum factum, in Pthirath Mosche *pag.* 16. *col.* 2. refertur: בנהר נילוס נתנו ארונו של יוסף כך אמרו החרטומים אל פרעה רצונך שלא תצא אומה זו מכאן אם לא יעלו את עצמות יוסף עמהם הם לא יצאו מפני אסור השבועה: *In fluvium Nilum immiserunt capulum Josephi. Sic enim Magi ad Pharaonem: si velis, inquiebant, ne gens ista hinc exeat, fac ne inveniant ossa Josephi. Nisi enim secum ferant ossa Josephi, ipsi quoque non egredientur propter obligationem juramenti.* Contra alii id Israelitis tribuunt, in honorem Josephi, ne terra gentilium immunda corpus sanctissimum pollueretur, factum, inque eo simul rationem typicam quærunt. R. Abraham Seba *in Zeror hammor ad h. l.* ראוי יוסף להיות בנילוס להגיד על ילדי ישראל שהושלכו ביאור ולהיות במים טהורים ולא לעמוד בארץ טמאה כיחזקאל על כבר: *Dignus erat Josephus, qui reconderetur in Nilo, ut præsignificaret puerulos Israeliticos illic abjiciendos. Indigna vero terra illa propter impuritatem, quæ ipsum reciperet, puriores autem semper habitæ sunt aquæ, sicut & Ezechiel in regione Chaldæa sedit ad flumen Chebar, quando ipsi revelata est Prophetia.*

XVII. Ad antecedentia porro spectat *Ossium ex Ægypto translatio*, si sepulturam stricte pro ipsa illatione in locum quieti destinatum sumas. Sed nobis in ea latitudine accipere liceat, qua translationem istam, utpote a Josepho tantopere desideratam, ad actum sepeliendi referamus. Itaque jam ad τὸ πραχθὲν, seu *Factum ipsum* pergimus, in cujus circumstantiis occurrit (1) *Tempus*, quod est liberationis ex Ægyptiaca servitute, a Josepho prænuntiatum. Longius vero productum est intervallum, & seculo demum integro & fere dimidio post liberatio ista contigit, adeo ut centum & quadraginta quatuor anni inde a morte Josephi usque ad exodum intercesserint. Quanquam enim in supputatione annorum nimium variant, quo mundi anno sive Josephus in Ægypto mortuus, sive Israelitæ ex Ægypto educti sint, determinaturi, Calvisio *in opere Chronologico fol.* 176. & 178. morti illius annum 2309. & liberationi horum annum 2453. Torniello *in Annalibus Sacris fol.* 274. 276. illi annum 2399. huic annum 2543. Calovio *in Tabulis Chronici Biblici fol.* 38. illi annum 2369. huic annum 2513. aliis alium utrique termino annum assignantibus; in eo tamen fere consentiunt, a morte Josephi usque ad Mosis nativitatem 64. annos, atque inde usque ad exodum 80. annos transiisse, qui centum illos & quadraginta quatuor conficiunt. Dissentit tamen Ludovicus Cappellus *in Chronologia Sacra pag.* 134. Josephum judicans anno mundi 2370. mortuum, annis 138. ante exodum. Sed illam litem jam nostram non facimus, quibus sufficit, eventum prædictionis, quem pius pater moriturus de gentis suæ ex Ægypto eductione dederat, cognitum habere, atque interim spatio satis diuturno, corpus exanimum funeratione desiderata caruisse.

XVIII. Jam (2) *Funeris Curatores* si respicimus, *Mosi* translatio ossium *Exod.* 13. 19. & *Israelitis* humatio *Jos.* 24. 32. tribuitur. Solum ergo Mosen, cæteris alia agentibus, in illa occupatum volunt Talmudici, in Massech. Sota *l. c.* מילנו גדול מיוסף שלא נתעסק בו אלא משה רבכן בוא וראה כמה חביבות מצות על משה רבינו שכל ישראל נתעסקו בבזה והוא נתעסק במצות שנאמר חכם לב יקח מצות ואויל שפתים ילבט: *Quis major Josepho, circa cujus ossa nemo occupatus fuit, præter Mosen? Unde Rabbini nostri hortantur: Veni & vide, quam dilecta fuerint præcepta Mosi Magistro nostro. Omnes Israelitæ prædæ erant intenti, is autem præceptis vacabat, juxta illud Prov.* 10. 8. *Sapiens animo, accipit præcepta; Stultus vero labiis, se ipsum conturbat.* Repetit ista R. Bechai *ad Parsch. Beschallach. f.* 83. *col.* 3. Josephi merito id tribuens, quippe cui sic pietas in Parentem remunerata sit: בעוד שהיו ישראל משתדלים בצרכי הגיף ומתעסקים בשאלת כסף וזהב היה משה מתעסק בצרכי נפש בדבר מצוה וכענין שכתוב חכם לב יקח מצותי והיה ביד יוסף זכות קבורת אביו ולכך זכה בגדול ממנו זה משה ומשה גם כן זכה בגדול ממנו זה הקדוש ברוך הוא שנאמר ויקבור אותו בגיא ובבר כתבתי זה בענין יוסף: *Dum Israe-*

Israelitæ in rebus corpori necessariis occupabantur, & conquirendo argento atque auro operam dabant, Moses potius incubuit rebus animæ necessariis, præceptum (de transferendis Josephi ossibus) *observando, juxta illud Prov.* 10. 8. *Sapiens corde accipit præcepta. Cæterum Josephus habuit meritum sepulturæ Patris sui, & propterea ipse iterum promeruit, ut major eo ejus curam gereret, nempe Moses. Et Moses similiter hoc ipso promeruit, ut ejus curam gereret eo major, nempe Deus sanctus & benedictus, prout dicitur Deut.* 34. 6. *Et sepelivit eum Deus in valle. De quo ad historiam Josephi pridem egi.* Nimirum ad Parsch. Vajehi, *fol.* 65. *col.* 4. de eo egerat, ubi sibi dictum putasse Mosen scribit, quod Israelitis dixerat Josephus: השתדל משה ר״עה שהעלה את עצמותיו וחשש׳ לשבועתו של יוסף הוא שכתוב ויקח משה את עצמות יוסף עמו כי השבע השביע את בני ישראל באר הכתוב כי מפני התבועה שהשביע את בני ישראל לקח הוא בעצמו כאלו יוסף השביעו בזה: *Occupabatur Moses Magister noster in eo, ut tranferret ossa Josephi. Timuit enim juramentum ejus. Hoc est, quod Scriptura ait: Et sumsit Moses ossa Josephi secum, quia filios Israel adjuraverat. Indicat nempe scriptura, Mosen juramentum, quo filios Israel adjuraverat, sibi individualiter applicuisse, quasi Josephus ipsum juramento hoc obstrinxisset.* Deinde post pauca meritum Josephi exposuerat: יוסף קבר ליעקב אביו וקבל שכרו במי שגדול משניהם הוא משה ר״עה שנתעסק בעצמותיו שנאמר ויקח משה את עצמות יוסף עמו: *Josephus sepelivit patrem suum, eoque mercedem obtinuit in eo, quod major utroque, nempe Moses Magister noster, ossium ipsius curam habuerit, secundum illud: & sumsit Moses ossa Josephi secum.* Confer Raymundum Martini *part.* III. *Pugion. fid. dist.* II. *Cap.* 9. *fol.* 624. & Josephum de Voysin *in obs. ad illum f.* 626.

XIX. Dum ista confidenter tradunt, vident sibi opus esse conciliatione cum eo, quod *Jos.* 24. 32. habetur, את עצמות יוסף העלו בני ישראל ממצרים *Ossa Josephi transtulerunt filii Israel ex Ægypto.* Hoc ergo, inquiunt, de complemento saltem operis, non de initio ejus intelligendum, quod sic edisserit R. Samuel Laniado *in Keli Jakar, fol.* 57. *col.* 3. ח״זל אמרו מכאן שאין המצוה נקראת אלא על שם גומרה שהרי משה העלם כדכתיב ויקח משה את עצמות יוסף ולפי שהוא לא גמרה ואע״פי שהיה אנוס על־פי הדבר כי לא תעבור את הירדן הזה לא נקראת על שמו אלא על שם ישראל שגמרוה: *Sapientes nostri faustæ memoriæ ex hoc loco docent, non esse de observatione præcepti decernendum, nisi pro ratione complementi ejus. Nam Moses quidem extulerat ossa, sicut scriptum est: Et sumsit Moses ossa Josephi. Sed quia ille translationem eorum non absolvit, etiamsi sibi negotium facesserit, tamen cum non transiverit Jordanem, ea hic non denominatur ab ejus nomine, sed tribuitur Israelitis, qui illam absolverunt.* Descripsit ex Gemara Mass. Sota *p.* 299. in qua conciliatio his verbis traditur: קשים קראיא הדרי כתיב ויקח משה את עצמות יוסף עמו כי השבע השביע וגו׳ וכתיב ואת עצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים אמר ר״ חמא ברבי חנינא כל העושה דבר ולא גמרו ובא אחר וגמרו מעלה עליו הכתוב על שגמרו כאלו עשאו: *Videtur scriptura sibi contradicere: uno enim loco, scilicet Exod.* 13. 19. *scriptum est: Acceperat vero Moses ossa Josephi secum, nam jure jurando obstrinxerat &c. Altero vero: Jos.* 24. 32. *Et ossa Josephi quæ deportaverant filii Israelis ex Ægypto, sepeliverunt in Sichem, Ista conciliaturus ait R. Chama filius R. Chanina: Quando quis rem aliquam orditur, neque eam ad finem perducit, supervenitque alius, eandem absolvens, tum scriptura de eo, qui illam absolvit, ita loquitur quasi solus effectam reddidisset.* Et hanc conciliandi rationem citatus R. Laniado ita comprobat, ut etiam R. Davidem Kimchium, traditionibus Talmudicis non adeo addictum, & loca scripturæ aliter conciliantem refutet. Pergit enim: והרדק כתב דקרא כפשוטו יען כי ישראל העלו אותם ומאי דכתיב ויקח משה הוא הזהיר את ישראל לקחתם כמו ויבן שלמה והרומים לו ע״כ וקשה לפי׳ חכת עמו: *R. David Kimchi quidem scripsit, sensum Scripturæ literalem hoc velle, quod Israelitæ illa etiam extulerint. Quod vero alibi dicitur: Et sumsit Moses; id ita intelligendum, quasi jusserit Moses Israelitas ea sumere, ut* 1. *Reg.* 6. 14. *Et ædificavit Salomo; & in id genus exemplis aliis. Sic quidem ille, at obstat expositioni ejus vocula Secum,* ad solum quippe Mosen relata. Viderit ergo R. Salomo Aben Melech, qui hoc in Michlal Jophi prorsus præteriit, quomodo Kimchium suum, communem illam Talmudicorum doctrinam inter allegoricos discursus referentem, defendat. Nos verba Kimchii integra recensebimus, utramque sententiam plenius exponentia: *fol.* 261. *fac.* 2. אשר העלו בני ישראל אע״פ שכתוב ויעל משה את עצמות יוסף עמו הוא הזהיר את בני ישראל להעלותם כמו ויבן שלמה והרומים לו ובדרש כל המתחיל במצוה ואחר גומרה נקראת על שם האחרון ממי אתה למד ממשה דכתיב ויעל משה את עצמות יוסף עמו נסתלק משה במדבר ולא נכנס לארץ

ובניסו

והכניסו ישראל עצמותיו לארץ וקברו אותם ונתלית המצוה בהם דכתיב אשר העלו בני ישראל ממצרים אשר העלה משה אין כתוב כאן אלא אשר העלו: *De ossibus Josephi textus ait, quod ea deportarint Israelitæ; non obstante, quod alibi scriptum sit: Et extulit Moses ossa Josephi secum. Ibi enim sensus est: Ipse admonuit Israelitas, ut efferrent, sicuti etiam dicitur* I. *Reg.* 6. 14. *Et ædificavit Salomo; cujusmodi exempla plura sunt. Cæterum juxta expositionem mysticam sensus est: Si quis incipit rem demandatam exequi, quam alius postea absolvit, tum ea a posteriori nomen accipit. Id quod a Mose discat, de quo scriptum est: Et extulit Moses ossa Josephi secum; imo circa ea Moses etiam in deserto occupatus fuit; & non ingressus est in terram promissam. Israelitæ autem intulerunt ossa ejus in terram promissam, ibidemque sepeliverunt, atque his demum rei demandatæ executio tribuitur, sicuti textus ait: quæ extulerant Israelitæ ex Ægypto. Non inquam dicitur: quæ extulit Moses: sed quæ extulerunt Israelitæ.*

XX. Quod (3) *Actum* attinet, tergeminum observamus, *inchoativum*, *continuativum & consummativum*. Actum *inchoativum* miris fabulis Rabbini incrustant, ut sandapilæ cum Josephi ossibus Nilo submersæ inventionem atque exportationem delineent. Et autor quidem antiquissimi libri, *Dibre hajamin schel Mosche Rabbenu*, a Gilberto Gaulmynio editi Israelitas tradit juramenti sui memores de translatione ossium cogitasse, Mosen vero ea beneficio Schemhamphorasch in Nilo invenisse, indeque eduxisse. Sic enim ille *pag.* XIII. *fac.* I. ויהו בצאתם ממצרים נזכרו ישראל מהשבועה שהשביעם יוסף ואמר פקוד יפקוד אלהים אתכם והעליתם את עצמותי מזה אתכם ומשה כתב שם המפרש והשליכו בנילוס וכתב עלה שור עלה שור מיד צף הארון ולקחו ארונו של יוסף וכל ארונות של שאר השבטים וכל א' ואחד נטל אביו והלכו להם למדבר: *Et factum est, cum exirent Israelitæ ex Ægypto, ut recordarentur juramenti, quo eos adjuraverat Josephus, & dixerat: Visitando visitabit vos Deus, tum efferetis ossa mea hinc vobiscum. Moses ergo scripsit Schemhamphorasch, illudque cum adscriptis simul vocibus: Ascende bos, ascende bos, in Nilum abjecit. Statim Sarcophagus aquis innatat. Tunc illi sumserunt hunc Josephi capulum, & cum singulis cæterarum tribuum sandapilis abstulerunt, ita ut unaquæque tribus generis sui autorem deferret, sicque pergerent in desertum.* Sed in libello altero isti addito, cui titulus *Pthirath Mosche p.* XVI. *fac.* I. & 2. nihil de Israelitarum opera elationi ossium Josephi impensa, habetur, sed cura omnis uni adscribitur Mosi, quæque hic peregerit, circumstantiis admixtis quamplurimis narratur. Locum cum versione integrum adscribere, licet admodum prolixum, non gravaremur, nisi pridem recensuisset Venerandus Parens *in notis ad Schikardi Jus Regium p.* 413. *& seqq.* & Parallelus extaret in Gemara Babylonica Massecheth Sota, quam Latio donavit, notisque doctissimis illustravit celeberrimus Wagenseilius *de Uxore Adulterii suspecta pag.* 296. *seqq.* Hos ergo omnino evolvendos commendamus, quia utramqne paginam in hoc argumento facit ea narratio. Summa huc redit: Jussus a Deo Moses Israelitis redemtionem annunciat, de ossibus Josephi simul transferendis primum omnium sollicitus, cum interim in conquirendis divitiis cæteri omnes occupantur. Post triduanum laborem frustra exantlatum, obviam tandem factus Serachæ, filiæ Ascheris, decrepitæ ætatis vetulæ, de studio suo inaniter consumto queritur. Hæc rei conscia ad Nilum deducit Mosen, & monstrato loco: Hic, inquit, capulum Josephi invenies, plumbeum optimeque undique clausum, ex Magorum sententia, qui regem monuerunt, Judæos sacramenti religione impeditos, nisi Josephi ossa deferrent, nunquam Ægypto egressuros. Tum Moses in littore fluminis consistens clamat: O Joseph, Joseph! tute nosti adesse tempus, quo Deus filios suos, quos jurejurando obstrictos habes, liberaturus est; quare gloriam da Deo, nec liberationem remorare, sed ascende de profundo. Nulla mora, cœpit motitari loculus, & instar Cannæ undis innatat. Eum Moses propriis humeris exceptum avexit. Hucusque fabula, quam passim in Commentariis, variatis subinde, ut solet, circumstantiis repetunt. Unum saltem R. Bechai *fol.* LXV. *col.* 4. adhuc producemus: מה עשה משה נטל טס אחד והטילו בנילוס וכתב עליו עלה שור עלה שור לאמר לו יוסף יוסף אחיך נגאלים והשכינה מעכבת בעדך וענני הכבוד מעכבים בעדך אם רצונך להגלות ולעלות עלה ואם לאו נקיים אנו משבועתך: *Quid fecit Moses? sumsit laminam eamque in Nilum projecit inscriptis illi verbis; ascende bos, ascende bos! additaque voce: o Joseph, Joseph, fratres tui liberantur, & Majestas divina, & nubes gloriæ præstolatur propter te: si liberari & deferri hinc cupis, ascende; si non ascenderis, absoluti erimus ab adjuratione tua.* Nemini vero admirationem pariet *bovis* compellatio, qui Mosen legerit *Deut.* XXXIII. 17. Josephum vel *bovem* nominasse, vel cum eo comparasse. Et anti-

antiqua fuit traditio, Joſepho Ægyptios poſuiſſe bovis ſimulacrum. Auguſtinus ſive Autor Mirabilium Scripturæ loco ſuperius citato: *Ægyptii bovis ſimulacrum juxta ſepulchrum Joſeph ſtatuerunt, eo quod bos viro in agricoltura comparatur. Qua etiam cauſa filii Iſrael, cum in deſerto idolum adorare vellent, non aliam aliquam ſtatuam quam vitulum, id eſt, bovem fecerunt: hac vel maxime cauſa, quod ipſe in Ægypto juxta ſepulchrum Joſeph adoraretur*. Probat traditionem Gerardus Jo. Voſſius *lib.* I. *de idololatria cap.* XXIX. *pag.* 215. *ſeqq.* ſed impugnatus a Samuele Bocharto *Part.* I. *Hieroz. lib.* II. *cap.* XXXIV. *fol.* 337. & qui hunc ſequitur, Hermanno Witſio in δεκαφύλῳ *cap.* I. *p.* 311. *ſeqq.* eo potiſſimum argumento, quod Joſepho mortuo Regem Joſephi ignarum ſurrexiſſe, ex *Exod.* I. 8. conſtat, tantumque adeo abſit, ut mortuo templum exſtruxerint, ἐν ᾧ βοῦς ἐτρέφετο, σύμβολον φέρων τοῦ γεωργοῦ, *in quo bos nutriretur, ſymbolum agriculturæ præferens*, quod Suida autore Voſſius affirmat. Quicquid tamen ſit de ſimulacro bovis, quod mortuo erexerint Ægyptii, certe a Judæis bovis titulum honoris ergo ipſi tributum, negandum non eſt.

XXI. Actus *continuativus* conſiſtit in ſolenni reliquiarum ſanctarum per deſertum in Palæſtinam uſque deductione, & toto illo commorationis tempore, etiam poſt Moſis mortem, ſumma rerum agente Joſua durabat, donec terram promiſſam diſtributis inter tribus poſſeſſionibus plene occupaſſet. De hac deductione ita R. Bechai *loc. cit.* הנה זכה יוסף שיעלה משה רבינו ע"ה את עצמותיו באכלוסא הוא שכתוב ואת עצמות יוסף אמר העלו בני ישראל ממצרים קברו בשכם שהרי בידוע כי משפט הלויה בקבורתו של צדיק הוא באכלוסא שהוא ששים רבוא וכמו שדרשו ר"זל כנתינתה כך נטילתה מה נתינתה בששים רבוא אף נטילתה בששים רבוא: *Ecce Joſephus dignus fuit, cujus oſſa Moſes Magiſter noſter in ſolenni totius populi congregatione deduceret. Hoc enim vult Scriptura, cum ait* Joſ. XXIV. 32. *Et oſſa Joſephi, quæ adduxerunt filii Iſrael ex Ægypto, ſepeliverunt in Sichem. Notum quippe eſt, ritum deductionis exequialis in funeratione juſti, exigere præſentiam totius cœtus, qui eſt ſexaginta myriadum. Ut hic valeat, quod Rabbini noſtri* (de lege tabulis inſcripta) *tradiderunt: Qualis datio ejus, talis & profectio ejus. Atqui datio ejus* (ad montem Sinai) *coram ſexaginta myriadibus facta eſt. Ergo & profectio ejus* (h. e. legis in deſerto acceptæ in terram uſque ſanctam illatio) *cum ſexaginta myriadibus facta eſt*. Inſinuat nimirum ſolennem proceſſum, quo capulus Joſephi oſſa continens, æque ac ſanctiſſima arca fœderis, in qua legis tabulæ aſſervabantur, quoties profecti ſunt, deductus fuit, juxta traditionem, quæ legitur in Maſſ. Sota *loco ſæpius citato*, *pag.* 289. וכל אותן שנים שהיו ישר' במדבר היה ארונו של יוסף וארון של שכינה מהלכין זה עם זה והיו עיברים ושבים אומרים מה טיבן של ושתי ארונית האלו אמרו אחד של מת ואחד של שכינה אמרו וכי דרכו של מת להלך עם שכינה אמתו קיים זה מה שכתוב בזה: *Univerſis illis annis, quibus Iſraelitæ in deſerto fuere, arca Joſephi, & arca Majeſtatis divinæ, juxtim incedebant. Atque ſicubi ultro citroque commeantes, quærerent, ad quid conducerent duæ iſtæ arcæ? Tulere reſponſum, altera demortui, altera divinæ eſt Majeſtatis. Rogantibus porro, an fas ſit, ut mortuus cum Divina Majeſtate juxtim incedat? dictum: Iſte implevit, quod in iſta exaratum*. Tale quid cæterarum tribuum capitibus, quorum oſſa etiam transferebantur, non contigit. Nam quælibet tribus ſui tantum Patriarchæ reliquias venerabunda quidem, at cum minori ſolennitate, magiſque privatim deducebat. Idem R. Bechai poſt pauca: כל שבט ושבט העלו עצמות השבטים כגון שתאמר שבט ראובן העלה עצמות ראובן אביהם ושבט יהודה העלה עצמות יהודה אביהם וכן כל שבט ושבט: *Singulæ tribus oſſa Patriarchæ ſui tranſtulerunt. Scilicet tribus Ruben oſſa Rubeni patris ſui deduxit, tribus Judæ oſſa Judæ Patris ſui deduxit, & ſic unaquæque reliquarum tribuum.*

XXII. Actus *Conſummativus* ultima in dormitorium illatione abſolvitur, quam Andreas Maſius *Commentario in Joſuam*, *ante terræ ſortitionem*, alii *poſt eam* putant factam. Et qui poſterius defendunt, porro diſputant, utrum *ante*, an *poſt mortem Joſuæ?* Nos uti Maſio aſſentiri propterea non poſſumus, quod pacatam prius terram, & locum ſepulturæ ab hoſtium impetu liberum Iſraelitas voluiſſe, quam tantum pignus reconderent, veriſimile ſit: ita de quæſtione altera ſententiam fere ſuſpendimus. Serarius *in Cap. Ult. Joſ. q.* 16. *f.* 479. ipſum Textus ordinem ſignificare ſcribit poſterius, quando poſt deſcriptam Joſuæ mortem & ſepulturam demum de ſepultura Joſephi agitur. Sed quid? ſi perfectum קברו *ſepeliverunt*, per pluſquam perfectum *ſepeliverant*, exponamus cum Bonfrerio? quæ ſane enallage Hebræis, qui Pluſquamperfecto carent, eſt frequentiſſima, docente Glaſſio *l.* III. *Philol. S. tr.* III. *can.* 46. *pag.* 642. Nec deeſt ratio, cum parum videatur probabile, ſepulturam, quæ vivo Joſua ante plu-

plures annos, postquam a præliis quievere, fieri poterat, ad hoc usque tempus dilatam. Quibus autem ceremoniis tum usi fuerint, nec Sacra historia commemorat, nec a quoquam Rabbinorum, quantum constat, describitur. Non tamen dubium, quin omnes omnino tribus ad hæc justa convenerint, atque ad tumbam consistentes attenderint, quid in laudem Josephi ab aliquo ad hoc officium delecto diceretur. Moris erat apud Ægyptios, ut defuncti, si a Judicibus sepultura decreta esset, oratione prolixa laudarentur, cujus hanc methodum Athanasius Kircherus *Tom.* I. *Oedipi Ægyptiaci*, *Syntagm.* II. *Cap.* II. *fol.* 124. ex Herodoto, Diodoro Siculo, aliisque refert: *Ordientes*, inquit, *a pueritia, in qua vitæ institutionem, eruditionemque recensebant, ad viri ætatem descendebant, ejus erga Deum religionem, justitiam, continentiam, virtutesque cæteras commemorantes, invocatis vero inferis diis precabantur, ut eum inter pios locarent; ad quæ verba omnis multitudo correspondebat, gloriam mortui extollens, tanquam apud inferos cum beatis semper futuri.* Idem in his Josephi exequiis observasse Israelitas, eo minus dubitamus, quo magis eo tempore rituum Ægyptiacorum erant memores, præsentemque sequioribus etiam temporibus tenuisse, confirmat Gejerus *de Luctu Heb. c.* 6. §. 19. *pag.* 154. Omissis tamen iis, quæ religio vetabat, cujusmodi fuit inferorum adoratio.

XXIII. Restat (4) *Locus sepulturæ*, quem Josephus ipse de transferendi ossibus mandans, non designavit, contentus, ea olim in terram patribus promissam illatum iri. Hoc R. Abarbaneli *ad locum Geneseos f.* 123. *col.* 4. ansam dedit quærendi, quare non desiderarit paterno inferri conditorio, in quo & patrem Jacobum, & avum Isaacum, & proavum Abrahamum requiescere noverat? הנה לא צוה יוסף שיקברוהו במערה המכפלה כמי שצוה אביו לפי שהיה יודע שלא יקברו שמה כי אם שלשת האבות ונשותיהם בלבד נכן אמרו במכילתה שאמר יוסף אל אחיו וכשאתם מעלים אותי קברו אותי בכל מקום שתרצו מקיבל אני שאיני נכנס בקברות אבותי שלא יכנס בקבורותהם אלא שלשת האבות ונשותיהם ואחשוב אני עוד בזה שבעבור שכל השבטים ונשותיהם לא יוכלו להקבר במערה כי קצר המצע לכלם לכן יוסף לא בקש עליו שלא להתגאות על אחיו: מערת המכפלה *Ecce non jussit Josephus se in spelunca duplicata sepeliri, prout pater ipsius hoc mandaverat. Noverat enim ibi non sepeliendos esse, nisi tres Patriarchas cum conjugibus. Ita in Mechilta tradunt, Josephum fratres suos his verbis affatum: Quando me hinc deduxistis, sepelite me, ubicunque volueritis. Ego enim per Kabbalam didici, me non esse in sepulchro patrum meorum reponendum, quippe in quod nemo intromitti debeat præter tres illos Patriarchas cum uxoribus suis. Præterea autem & hoc puto, cum singulorum tribuum patres cum conjugibus suis non potuerint in ista spelunca sepeliri, angustior enim fuit, quam ut omnibus recipiendis sufficeret, ideo Josephum illam non petiisse, ne efferre se videretur præ fratribus suis.* Alias de spelunca Patriarchali, quæ מערת המכפלה h. e. sive *duplicata* appellative, sive nomine suo proprio *Machpela* nominatur, *Gen.* XXIII. 9. 17. 19. 25. 9. 49. 30. *l.* 13. dici nequit, quantopere disputent, & quod fabulis passim recenseant Rabbini. Sed ista nihil ad Præsentem Andromachen, cum sanctissima Josephi ossa non receperit.

XXIV. Locum ergo sepulturæ selegerunt *agrum Sichemiticum*, teste scriptura *Jos.* XXIV. 32. quem textum expositurus R. Abarbanel *ad Proph. Prior fol.* 39. *col.* I. recte annotat: ספר שעצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים הביאום וקברו אותם בשכם ונתן הסבה למה קברום שמה באמרו בחלקת השדה אשר קנה יעקב רוצה לומר לפי שיעקב קנה אותה חלקת השדה ולכבוד יוסף קברוהו בנחלה הראשונה שהיתה ליעקב אביו בארע ישראל ואפשר לומר שיעקב רמז זה בברכתו ליוסף ממה שאמר ואני נתתי לך שכם אחד על אחיך אשר לקחתי מיד האמורי ומזה הבינו ישראל שהיה כוונת הנביא שנתן לו אותו עיר שכם לקבר שם: *Commemorat primo, quod ossa Josephi, quæ Israelitæ exportaverant ex Ægypto, adduxerint jam, & sepeliverint in Sichem. Deinde rationem reddit, quare ibi illa sepeliverint? dum ait, in parte agri, quam emit Jacobus. Hoc enim vult dicere: ideo eum sepeliverunt ibi, quia Jacob partem istam agri emit; in honorem scilicet Josephi sepeliverunt eum in prima omnium possessione, quam habuit Jacobus pater noster in terra Israelitica. Dici etiam potest, Jacobum huc respexisse in benedictione Josephi, cum diceret Gen.* 48. 22. *Ego dedi tibi Sichem, partem unam præ fratribus tuis, quam accepi e manu Amoræi. Siquidem ex hoc intellexerunt Israelitæ, intentionem Prophetæ fuisse, donare ei hanc urbem Sichem, ut sepeliretur ibi.* Interspergit hic mysticam expositionem, in omnibus Rabbinorum ad hunc locum Commentariis obviam ex Mass. Sota *fol.* XIII. *col.* 2. יבדרש אמרו משכם גנבוהו ולשכם החזירוהו והוא מנפלאות תמים דעים: *Mystici Doctores hanc rationem allegant: Ex Sichem furto abstulerunt eum, & in Sichem restitue-*


fuerunt eum. Et hoc eſt ex mirabilibus perfecti ſcientiis; quæ phraſis ex *Job.* XXXVII. 16. petita. Poſtea pergit: אמרו ויהיו לבני יוסף לנחלה וגו' ככר פירשו בו והוא האמת שאותם העצמות חשבו בני יוסף להם לנחלה טובה כשנקברו בנחלתו לרעתם שצדקת יוסף עומדת להם לעד לעולם: *Quod denique ait: Et fuerunt Iſraelitis in poſſeſſionem, &c. id pridem expoſuerunt, & quidem recte, de oſſibus Joſephi, quod illa ſibi in poſſeſſionem bonam reputaverint Joſephi poſteri, poſtquam in hæreditate ſua ſepulta ſunt, cum bene noſſent, pietatem Joſephi conſtituram* (& profuturam) *in æternum.*

XXV. Hactenus Abarbanel, bene omnia, quæ ſacræ literæ de loco ſepulturæ docent, ad tria revocans capita, nempe *rem*, rei *cauſam*, & cauſæ *amplificationem*. Neque R. Samuel Laniado, qui in grandi ſuo in Prophetas priores Commentario, *Keli Jakar* inſcriptio ſemper Abarbaneli, cum honoris tamen præfatione, contradicere, ejuſque ſententiam convellere, non tam veritatis eruendæ, quam ingenii oſtentandi cauſa ſtudet, hic *fol.* LVII. *col.* 3. habuit, quod reprehenderet, niſi ut inſimulet plagii, quippe qui R. Davidem Kimchium exſcripſerit. Et negari nequit, eandem ab utroque ſententiam tradi, quam dum utriuſque verbis R. Laniado repetit, non poteſt tandem, quin per latus Kimchii Abarbanelem quoque confodiat. Nam cum uterque agrum Sichemiticum לכבוד יוסף *in honorem Joſephi* ad ejus ſepulturam electum ſcripſiſſet, eo quod prima eſſet Jacobi poſſeſſio, & vero poſtea verbum plurale ויהיו *& facta ſunt*, cum עצמות יוסף *oſſibus Joſephi* conſtruant, quæ facta ſint filiis Joſephi in poſſeſſionem; ille hoc poſterius per prius illud tolli arguit. אם הטעם הראשון שכתב הרד"ק שלכבוד יוסף רצו לקוברו שם בנחלה ראשונה שקנה אביו יעקב במאה קשיטה ויהיו הק' קשיטה הנז' ומה שיקנה מהם לבני יוסף לנחלה כי שם נפלה גורל אפרים ולו יאתה כי אלה תולדות יעקב יוסף אמנם הרד"ק ז"ל כתב ז"ל וחשבו להם העצמות האלה לנחלה טובה שנקברו אצלם עצמות הצדיק וזכותו יגן בערם: *Si prior ille ſenſus obtinet, quem R. David Kimchi aſſeruit, quod in honorem Joſephi ſepelire eum ibi voluerint, in poſſeſſione ſcilicet prima, quam pater ejus Jacobus centum nummis emerat, tum illud* ויהיו *& facta ſunt, ad centum illos nummos modo memoratos, & ad id quod illis coemptum eſt, referendum, hæc enim fuerunt filiis Joſephi in poſſeſſionem, quia ibi ſors Ephraimi cecidit, eidemque obvenit, quod habetur* Geneſ. XXVII. 2. *Hæ ſunt generationes Jacobi, Joſeph. Adeoque non conſiſtit, quod R. David Kimchi ſenſum ſacrorum verborum.* ויהיו לבני יוסף לנחלה *& facta ſunt filiis Joſephi in poſſeſſionem, hunc eſſe ſcribit: Et reputarunt ſibi oſſa illa in poſſeſſionem bonam, quod apud ſe ſepulta eſſent oſſa juſti, cujus merito protegerentur.* At Sophiſtica magis eſt, quam ſolida contradictionis objectio. Nam poſterius quidem verbum ויהיו cum עצמות conſtruendum eſſe, diſerte affirmavit uterque, prius autem, quod cum מאה קשיטה conſtruendum ſit, neuter dixit, ſed ex præcedentium verborum exegeſi, quam dederant, elicuit ſaltem Laniado per conſequentiam, quam forte nec Kimchi nec Abarbanel conceſſerit.

XXVI. Illud vero, quod de *emptione agri Sichemitici*, & de *pretio centum nummorum*, quo ſibi illum Jacobus olim vindicaverat, indicat hoc loco ſacer Hiſtoricus, Rabbini in Commentariis data opera prætereunt, quod ea ad expoſitionem loci *Gen.* XXXIII. 19. ſpectent, ubi illos ſatis quidem operoſe ſingula excuſſiſſe conſpicimus, at neque noſtrum eſt, illa huc transferre. Potiſſimum explicandum foret, quodnam genus monetæ קשיטה *Keſita* ſit, ſi *monetam* quidem, & non *agnum* deſignat, de quo admodum controvertitur. Maſora nomen non niſi *ter* in ſcriptura deprehendi obſervat, nempe in hoc noſtro *Joſ.* XXIV. 32. & in parallelo *Gen.* XXXIII. 19. ad quem remittimur, & *Job.* XLII. 11. ubi cum נזם זהב *monili aureo* conjungitur. R. Aben Eſra exponit כבשה קטנה *agnam parvam* Raſchi, per מעה *obolum*; & addit: אמר רבי עקיבא כשהלכתי לכרכי הים היו קורין למעה קשיטה: *R. Akiba ait: cum per urbes maritimas iter facerem, vocabant ibi nummum ſive obolum keſita*. R. David Kimchi *in Schoraſchim col.* CCCCLI. פירושו מעה וכן בדברי רבותינו ז"ל אמר ר' עקיבא כשהלכתי לערביא שמעתי שהיו קורין למעה קשיטה אבל אנקלוס תרגם במאה קשיטה במאה חורפן ותרגם גם כן כבשות חצאן חורפן דעאן: *Significat nummum ſive obolum. Atque ita in Talmude Rabbinorum noſtrorum legitur: Dixit R. Akiba, cum per Arabiam proficiſcerer, audivi, quod obolum nominarent Keſita. Sed Onkelos illud, centum Keſita, in verſione Chaldaica tranſtulit: centum churpon. Atqui alibi pro agnis gregis, habet churpan dehan, adeoque per Keſita intellexit agnum.* In recentiſſima verſione Rabinico-Germanica redditur *Gen.* XXXIII. 19. um hundert Groſchen *Joſ.* XXIV. 23. vor hundert Stücker Gelds. & *Job.* XLII. 11. ein Keſita / nemlich ein Münke. Et ſic omnino putamus vel monetam eſſe, figura agni forte notatam, etſi de ejus certo pretio non conſtet, vel argentum

tum tanti ponderis, quanti agnus illo tempore venum ibat. Conferantur Casp. Waserus, *lib.* II. *de antiquis nummis Hebræor. cap.* XV. *fol.* 1013. Drusius *ad Loca diffic. Genes. cap.* XCVII. *pag.* 118. *seqq.* Hottingerus *de nummis Oriental. p.* 103. *seq.* Calovius *in tractatu de nummis Hebræis, Bibliis Illustratis præmisso cap.* VII. *fol.* 187. *&c.* Nobis ista sufficiunt.

XXVII. Properandum ad *Consequentia*, inter quæ primum est *Monumentum*, quod sepulcro Josephi impositum fuisse, testatur Hieronymus in Quæstionibus seu traditionibus Hebraicis in Genesin, *Tom.* III. *Opp. fol.* 148. *a.* cum Sichemicæ ditionis Josepho a patre destinatæ meminisset: *Eodem*, inquit, *loco sepultus est Joseph; & Mausoleum ejus ibi hodieque cernitur*. Unde non de solo conditorii loco, sed simul de monumento ibi conspicuo intelligendum, quando Idem de locis Hebraicis *ibid. fol.* 194. *e.* scribit: *Sichem Civitas Jacob, nunc Neapolis dicta, juxta sepulcrum Joseph, quæ a filio Emmor sui Regis vocabulum sumsit*. Neque puto aliter R. Benjaminum *in Itinerario pag.* 39. verba sua velle intellecta, quibus sepulcrum Josephi abs se in Samaria observatum scribit: נבילש היא שכם בהר אפרים ואין שם יהודים והיא יושבת בעמק בין הר גריזים והר עיבל בה כמו מאה כותיים שומרים תורת משה לבדה וקורין להם שמריטנוש --- --- והם אומרים כי הם משבט אפרים וביניהם קבר יוסף הצדיק בן יעקב אבינו עליו השלום שנאמר ואת עצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים קברו בשכם: *Neapolis olim dicta Sichem, intra montes Ephraim condita: nec ulli hic Judæi. In valle jacet inter montem Gerizzim & montem Ebal: ubi centum circiter Cuthæi legis tantum Mosaicæ observatores; quos Samaritanos appellant. --- --- Ex Ephraimi tribu se oriundos profitentur: & in diœcesi sua habent sepulcrum Josephi justi filii Jacobi patris nostri, qui in pace quiescit; secundum illud* Jos. XXIV. 32. *Tum ossa Josephi, quæ deportaverant filii Isralis ex Ægypto, sepeliverunt Sichemi*. Quanquam enim Cippum sepulcro positum non exprimit, illum tamen vel ideo sepulcri vocabulo significari non dubitamus, quia R. Uri bar Simeon *in lichus haabboth*, quem libellum cum versione & notis recensuit Hottingerus *in Cippis Hebraicis*, non aliter quidem de eo loquitur *pag.* 35. שכם בהר אפרים העיר עומדת בין הר גריזים ובין הר עיבל ורחוק משכם כמו תחום שבת בכפר שקורין בלאטה שם קבור יוסף הצדיק ע"ה: *Sichem in monte Ephraim est urbs inter montem Garizzim & montem Ebal conspicua; a qua itinere termini Sabbathici distat vicus Belata dictus, ubi sepultus est Josephus justus, super quem sit pax*. Sed addit tamen postea: וזו צורתו *Hæc autem est figura ejus sepulchri*; quam & ipsam subjicit, & nos inde hic exhibemus.



Neque his dissentanea tradit e recentissimis Franciscus Quaresmius, qui loca hæc omnia accurate perlustravit, utpote terræ sanctæ præsul, & Commissarius Apostolicus. Is *Tom.* II. *Elucidat. Terræ S. lib.* VII. *Peregrin.* I. *cap.* VII. *f.* 803. ubi ex instituto de sepulchro Josephi: *Ossa Joseph*, inquit, *fuerunt sepulta in loco parum dissito a fonte, inter fontem Jacob & Sichem, a læva parte; ubi in colle & pede montis monstratur structura quædam, quæ ab hujus regionis incolis Sepulchrum Joseph appellatur, & ea ratione ab ipsis Turcis & Mauris venerationi habetur, ibique Mesquitam construxerunt; estque in loco satis amœno, & proximo Sichem veteri*. Plura ibidem congessit de ossibus ejus in Ægypto conservatis, inventis, translatis, de Nilo terram inundante, loculumque Josephi inundante, de ove miraculose locuta, & sepulchrum Josephi ostendente, deque aliis id genus, quæ apud ipsummet legi possunt. Ea enim dissertationi nostræ infercire noluimus.

XXVIII. Alterum foret *Epitaphium*, inprimis attendendum, si quod monumento sepulchrali inscriptum æque cognitum haberemus, ac monumentum ipsum. At nullibi de inscriptione ejusmodi sibi visa ac lecta quicquam memorant, qui cippum ejus descripserunt, non omissuri, si tantæ antiquitatis scripturam in monumento conspicuam legissent. De ipso quidem Cippo peregrinantibus ad loca sancta monstrari solito non levis etiam suspicio esse potest, esse supposititium; sed ut demus, non ipsos illum, qualis nunc est, Israelitas justa Josepho olim facientes erexisse, non tamen ideo existimandum, plane omisisse hoc conservandæ memoriæ adminiculum. Tale enim monumentum matri quoque ejus *Racheli* statuerat Jacobus, eo loco, quo difficiliori partu extinctam condiderat *Genes.* XXXV. 20. Unde religiose morem istum statuas super defunctorum sepulchris erigendi adeo tenaciter Judæi servant, ut etiam in Tal-

mudis Maſſecheth Schekalim *cap.* 11. *Miſchn. V.* R. Nathan concluſerit, ſi de reſiduo didrachmarum pro redemptione animæ ſolutarum homini jam mortuo aliquod debitum vel reſiduum ſuperſit, id erigendo cippo eſſe impendendum : רבי נתן אומר מותר המת בונין לו נפש על קברו: *R. Nathan ait : Ex reſiduo mortui ædificant ipſi Nepheſch, ſive monumentum ſupra ſepulchrum ejus.* Nam monumentum ſepulchrale Talmudicis נפש *anima* dicitur, cum phraſi biblica nomine מצבה *loc. cit. Geneſ.* XXXV. 20. & ציון 2. *Reg.* XXIII. 17. veniat. R. Moſes Maimonides *ad hunc Miſchnæ textum fol.* CXIV. *col.* 2. נפש היא בנין שעושין על הקבר והוא נקרא ציון בלשון הקדש: *Nepheſch notat ſtructuram, quam ſepulchro imponunt, idemque eſt, quod lingua ſancta Zijun vocat.* Ratio denominationis eſt, quod monumentum inſtar animæ vitam & famam atque memoriam demortui conſervet. Ea de cauſa veteri proverbio viris in celebritate conſtitutis cippos exſtruendos negant, in Bereſchith Rabba *fol.* XCII. *col.* 1. אין עושין נפשות לצדיקים דבריהם הם זכרוניהם: *Non ſunt exſtruenda monumenta juſtis, verba ipſorum conſervant illorum memoriam.* Quod proverbium in Gemara Jeroſolymitana ad allegatum Miſchnæ locum *fol.* XLVII. *col.* 1. R. Simeoni ben Gamaliel vindicatur, *proverbialiter* accipiendum, hoc eſt, non de interdicto aliquo, ne viris de egregio publico bene meritis cippi poſt mortem erigantur, ſed in laudem eorum, quippe quorum fama & memoria non tam in ſtatuarum, quam in librorum & meritorum monumentis floreat, uti & in ſolatium, ſi illis forte careant. Quod ſi animadvertamus, facile conſtabit, quomodo cum praxi veterum pariter & modernorum Judæorum hæc R. Moſis Maimonidis *in Hilkoth Ebhel cap.* IV. *halach.* IV. *Tom.* IV. *operis Jad, fol.* 278. *col.* 1. concilianda : מציינין את כל בית הקברות ובונין נפש על הקבר והצדיקים אין בונין להם נפש על הקבר והצדיקים אין בונין להם נפש על קברותיהם שדבריהם הם זכרונם: *Deſignandus eſt quilibet ſepulcrorum locus, & monumentum ſepulcro ſuperſtruendum. Juſtorum vero ſepulchris non ſtatuendum* (neceſſario ad conſervandam eorum memoriam) *eſt tale monumentum, cum verba eorum ſint memoriale ipſorum,* (h. e. memoriæ ipſorum conſervandæ ſufficiant.) Certe enim quo magis ob juſtitiam & ſanctitatem atque merita defunctus celebratur, eo ſplendidiori monumento habetur dignus, ad quod religioſe precum ibi fundendarum gratia proficiſci ſolent. R. Uri ben Simeon *in Jichus haabboth. p.* 3. אלה מסעי בני ישראל אשר ילכו מחיל אל חיל להשתטח על קברי הצדיקים ע"ה בבכי יבאו ובתחנונים להתפלל ולבקש רחמי עליהם ועל אחיהם שבגולה השי" יקבל תפלתינו ויקרב גאולתינו אמן כן יהי רצון: *Hæc ſunt itinera filiorum Iſrael, quæ fecerunt proficiſcentes de virtute in virtutem, ut proſternerent ſe ad ſepulchra juſtorum, ſuper quibus pax. Accedunt cum lacrymis, & deprecationibus, ut petant & exorent miſericordiam, pro ſe & fratribus ſuis, qui in exilio morantur. Deus excelſus ſuſcipiat preces noſtras, & maturet liberationem noſtram, Amen! Ita ſit voluntas Dei.* Sanctiſſimis igitur Joſephi reliquiis ab ipſis Iſraelitis monumentum utique poſt funerationem erectum, quod tamen ſucceſſu temporis magis cultum exornatumque, ac denuo, ſi forte bellorum injuria perculſum proſtratumque aliquandiu jacuit, innovatum eſt.

XIX. Etſi vero inſcriptionis cujuſdam ſepulchralis, (qualibus hodie omnia Judæorum monumenta ſuperbiunt,) nullibi veſtigium aliquod comparet, non defuerunt tamen, qui ingenii vel exercendi vel oſtentandi gratia conſcriberent, inque ſua literarum monumenta inferrent. Horum tres novimus. *Primus* eſt Jacobus Salianus, Societatis Jeſu Presbyter, ex annalibus Eccleſiaſticis Veter. Teſtamenti, quos edidit, celebris. Is cum hiſtoriam Joſephi operoſe texuiſſet, tandem pio ac debito funeris officio finem impoſiturus, *Tom. I. Annal. ad A. M.* 2399. *f.* 373. hoc epitaphium loculo ejus affixit:

HABET HIC LOCULUS, VIATOR, THESAURUM MAXIMUM, NEC ODOR QUEM SENTIS EX AROMATIBUS EST, NE FORTE NESCIAS : SED EX VIRTUTIBUS EXIMIIS, QUIBUS EFFLORESCIT, QUÆQUE CONCERTANT INTER SE, IN HARMONIAM ODORUM SINGULAREM. FRAGRAT HIC ADMIRABILIS CASTITAS, CUM AMABILI ÆTATIS FLORE, AC VULTUS, TOTIUSQUE CORPORIS DIGNITATE. HIC LATET QUI EXIMIIS ANIMI, CORPORISQUE DOTIBUS, MELIUS QUAM NARDO, MYRRHA, CASIA, OPOBALSAMO CONDITUS EST. QUI ANIMI MODERATIONEM, IMO DEMISSIONEM, IN IPSO PENE VERTICE RERUM HUMANARUM TENUIT. QUI

DI-

DIDICIT, DOCUITQUE INJURIAS NON ÆQUARE, SED OBRUERE BENEFICIIS, IRASCI ET NON PECCARE: AFFICTIONEM CONSOLATIONE TEMPERARE. QUI POTUIT INTER SACRILEGOS IMPIORUM RITUS, ET FORTUNÆ BLANDIENTIS CONSTANTEM FLATUM, VERAM ET INTEGRAM RETINERE PIETATEM ADVERSUS DEUM. HIC, UT VERBO EXPEDIAM, JOSEPHUS EST PATRIARCHA. ILLÆ MAGNI JACOBI DELICIÆ, ILLUD INFERIORUM PATRIARCHARUM DECUS, ILLUD COLUMEN ET FIRMAMENTUM POPULI DEI, ILLE DUARUM MAXIMARUM TRIBUUM PARENS, ILLE NAZARÆUS INTER FRATRES SUOS, ILLE CLARISSIMUS ÆGYPTI PROREX, ILLE CONSULTUS, ET INTERPRES SECRETORUM DEI, ILLE DENIQUE QVI VERE AUDIIT SALVATOR MUNDI. ANNOS C. ET X. VIVENDO EXPLEVIT. XVII. QVIPPE DOMI CUM PATRE FRATRIBUSQVE VERSATUS, MELLITAM PATRIS BENEVOLENTIAM, ET ODIA FRATRUM INVIDIAMQVE DEGUSTAVIT. XIII. SERVITUTEM ET CARCERIS ÆRUMNAS EXPERTUS EST. DIVINA DENIQVE PROVIDENTIA IPSUM PENE REGIÆ MAJESTATIS APICEM ANNIS LXXX. ÆQVAVIT. IN ÆGYPTO MORTUUS HOCCE LOCULO CONDITUS ANNO MUNDI cIↃ cIↃ CCC. XCIX. POST CXLV. IN CHANANITIDEM TRANSLATUS, DENIQVE POST cIↃ. D. XLIII. ANNOS CUM CHRISTO UT PIE CREDITUR RESURGENS, CUM IPSO GEMINA ORNATUS STOLA, BREVEM HUJUS ÆVI GLORIAM ÆTERNA COMMUTAVIT. LIBENS GRATULANSQVE POSUIT.

J. S. S. J.

XXX. *Secundus* eſt Immanuel Theſaurus, Patritius Taurinenſis, celebris inſcriptionum architectus, cujus *in Elogiis Patriarcharum p.* 44. illa legitur:

Dulces Rachelis Primitiæ
Joſeph
Ut primus evadat, undecimus naſcitur,
Egregium aliquid mediante
Natura,
Quæ tot exemplaria delineavit, ut unum abſolveret.
Paternæ virtuti, Maternæ pulchritudini compar;
Ut impares fratrum mores de ſuo
Typo corrigeret.
In ſopore vigil,
Pingente ſomno, futuræ dignitatis
expreſſit imaginem.
Sed periculoſa res eſt eminere.
Per cognatum livorem
Vivus humatur, exhumatus divenditur.
Infelix Puer,
Vel perimatur ne imperet, vel ſervetur ut ſerviat.
Bis infelix,
Ab Eunucho emitur, ut ſerviat fœminæ.
Ter infelix,
Purus impuræ ſervit, ingenuus captivæ:
Nam liberali mancipii ſpecie Domina capitur.
Hic inhoneſtum thalamum
fugit:
Sed voto repugnat forma, pudore
aucta:
Itaque inverecunda procacius proſequitur verecundum.
Hic Domino, quam Dominæ obſequentior fugit.
Illa denique impudentiæ impudicitia ſuffragante,

Arre-

Arrepto pro juvene palliolo,
Indicium criminis insonti objicit.
Quid multa? favor sequitur ream, reatus insontem.
Itaque liberalius ducens Joseph
Servili compede, quam herili amplexu constringi,
Carcerem subire maluit, quam mereri.
Sed virtus quicquid intrat, condecorat.
Læta ac mœsta somniante Pharaone,
Ut ambages solvat, vinculis solvitur.
Anguem diceres per latebras tractum,
Ut exiret nitidior.
Ægypti fata denuncians, Ægypto præficitur.
Nemo enim melius prospicit malis, quam qui prospicit mala.
Itaque ore affirmato re firmato præsagio,
Nam ferox, non ferax tempestas
Septennem fertilitatem septenni sterilitate devoravit.
Nepos nimirum Natura cum prodigit, decoquit,
Hinc optimus Promus Condus
Joseph,
Frumento gravidas Pyramides pandens,
Calefacta annona promit quod repente condiderat.
Ita Ægyptiæ Pyramides, jam sepulchra, mox horrea,
Ægyptios alunt quos tumulant.
Tunc Asia in Ægypto emendicante.
Frumentatores Fratres agnoscit Joseph.
Pia Fati Talione:
Ut ab eo vitam emerent, quem vendiderant.
Dulciorem tamen agnitionem simulato facturus jurgio,
Ceu furto deprehenso, ceu
fures deprehendit,
Pari violentia amorem pectore,
carcere fratres, includens.
Sed lubrica res Amor est:
Medullis coercitus pupillas rumpit:
Cœcusque per oculos viam rimatur.
Lætas igitur liquatus in lacrymas Joseph,
Suis se proditoribus prodit.
Cœlum diceres illam domum, Astris duodecim lætam,
Sed sine sole, dum sine Patre:
Qui demum accersitus, totam fortunam serenavit,
Omnia recuperaverat præter patriam.
Huic ossa legavit pro oraculo,
Ubi post obitum peregrinatus, tandem quievit.
Semel mortuus,
Bis tumulatus,
Ter fletus,
Quater felix.

XXXI. Sic illi. Quibus *Tertium* addere possemus Jo. Baptistam Masculum, cujus argutam, quam vocat, inscriptionem Jac. Masenius *part.* III. *Artis novæ argutiarum pag. 296. seq.* satis ingeniose etiam ad nostri seculi genium confictam, sed quis ætate illa sepulcro talia Jacobi posteros inscripturos fuisse credat? Mittamus ergo illam, atque ipsi, quod liceat, *tertiam* fingamus, non argutiolis ineptientem, sed quam ævi illius simplicitati & gravitati qua res & verba convenire judicamus.

נקברו עצמות יוסף הצדיק בן יעקב הצדיק בן יצחק הצדיק
בן אברהם הצדיק במקום הזה כאשר השבע השביע את
בני ישראל לאמור פקוד יפקד אלהים אתכם והעליתם
את עצמותי מזה וימת בן מאה ועשר שנים ויחנטו
אותו ויישם בארון במצרים ויפקוד אלהים את עמו ויקחו
את עצמותיו ויעלו ויקברו אותם שם בנחלתו מנוחו בגן
עדן עם שאר צדיקי עולם אאאס,

EN-

HENRICI ULSII DISPUTATIO DE CORPORE VELO ET SEPULCHRO MOSIS

CAPUT PRIMUM.

I. MOses, *Moschus*, *Museus*, *Musa*, *Moso*, *Monio*, *Monimus*, celebratissimum tam in orbe quam Ecclesia, quin & adoratum in *Typhone*, *Apide*, *Mercurio*, *Hercule* cum togato tum clavato, Nomen ac Numen, & Propheta omni surgente post in Israele fuit longe major *Deuter.* XXXIV. 10., & Christo Testi ac Prophetæ ex cœlo similis & *sicuti ille Deut.* XVII. 15.; Erat *Major*, *quod* Alpha esset non a vitiligine sed primitate ita dictus, *quod* testis dicendorum in tota domo qua primus & ἀξιόπιςως ac audiente atque inspectante toto Israele fidedignus factus *Exod.* XIX. 9. *Job.* IX. 28., *quod* τελσμέγιςος, *quod* opere & miraculo continuo stupendus Liberator ac Servator, *quod* in ipsa etiam Prophetia ut sic alios parasangis oppido multis antecedens: Enarrantur aliqua quæ huc spectant Num. XII. 8., *Loquebatur enim cum eo Deus de os ad os ut amicus cum amico*, id est præsens præsenti, ac sine interventu Angeli aut alterius, tum & colloquendo ad tempus ac familiariter colloquendo 3. *Job. vers.* 14. *Exod.* XXXIII. 11. *Gen.* XXXII. 30.; Loquebatur deinde cum eo *per Visionem* non obscura verba, id est ut ipsam rem ipsi exhiberet non parabolicam figuram, idque ad intellectum non in ænigmate obscuro 1. *Cor.* XIII. 12. *Ezech.* XVII. 2. Videbat & usurpabat *item similitudinem Dei oculis ac visu*, non quod essentiam Dei aut gloriam quam beati adspiciunt ac habent percepisset posteriora Dei saltem videns, sed quod similitudinem ac figuram qualemcunque ejus præ Israele acie oculorum firmata conspexit, Angelum item faciei ac fœderis cui prope adfuit tanquam imaginem gloriæ divinæ & characterem subsistentiæ: Temere vero prærogativis adjungunt Magistri habitum prophetandi quo posset Moses uti quando vellet, Metamorphosin autem & confirmationem infirmitatis majorem qua sine tremore ac metu Deo propinquavit non negamus, sed locutioni amici cum amico accensemus *Exod.* XXXIII. 11. At non minus *& Similem* facit Deus Mosen Christo Christum Mosi *Deut.* XVIII. 15., non tantum ex hoc quoad Christus per se convenire debet Mosi suo Typo, sed & quod uterque immediate ex cœlo & communione cum Deo attulit quæ docuit, & Legem ac Œconomiam peculiarem ac Novam insuper tulit ac deformavit, manuque sua imposita in alios munus ac Spiritum derivat; Ut non plena hinc in persona ac Œconomia seu lege similitudo inter hos binos elici ex verbis his *Sicut me* possit ac debeat sed dissimilitudo potius, quum corpus præstet figuræ & novitas peculiaris Legis ac Œconomiæ non retineat primam ac Mosaicam: Interea vero ob visa nunc jure Deus *Num.* XII. 7. 8. tam strenue causam agit Mosis præferendo eum longe aliis, defendendo item contra quoscunque alios, quem & in domo Ecclesiæ tota fidelem constituit testem ibidem & *Heb.* III. 2., *quod* fundamenta, *quod* primus fundamenta, *quod* in ἀσπιοσια, *quod* plene ac perfecte fundamenta sic ut nil extra Mosen ac Prophetas porro tenendum esset *Act.* XXVI. 22. XXVIII. 23., tradiderat & conscripserat.

II. Non vero hæc rationem & excellentiam omnem eximii hujus Servi Dei absolvunt; Fuit enim & Soter *Liberator* ac Dux populi prisci, qui fractis carceris & ergastuli Ægyptiaci claustris & ab opprobrio & a Tyrannide domus servitutis liberum asseruit Israelem priscum, postquam ipse mature Hercules in cunis mari innatans serpentes noxios arcuit ac necavit, aulam & coronam Pharaonis calcavit, Israelitam ex manu interempti a se Ægyptii eripuit, & liberationis insecutæ rudimenta insignia posuit ac dedit. Fuit inde in populo educto Dei Regis

Vice-

Vice-Rex, quo eum Principis nomine cum Philone in Mosis vita vel Deus ipse dignatur in verbo suo *Deut.* XXXIII. 5. adhibito in adjumentum & consilium LXX. Magnatum Synedrio, quibus de Spiritu suo dedit *Num.* XI. 24. 25., quod & perpetuum fuit in populo Dei teste Josepho usque ad Ascalonitam Herodem: Quomodo & Polybius de Romanæ Reipublicæ temperatura scribit, *Videmus Regiam potestatem in Consulibus*, *aristocraticam in Senatu*, *democraticam in populi comitiis eminere*. Fuit & Cœlum olim hominibus datum, dictique Dii Proceres qui in eo considebant & præter Angelos legislatoria potestate præditi cum Deo præcepta religiose observanda atque a Christo observata pro arbitrio imponebant: At in cœlo hoc *Deorum horum Caput* fuit Moses qui & hinc *Deus Mundi* dicitur 2. *Cor.* IV. 4., sicuti & Israelitæ in Mosen dicuntur baptizati 1. *Cor.* X. 2., i. e. disciplinæ legislationi dominio & Œconomiæ ejus more solito mediante baptismo initiati. Fuit autem & Moses cum aliis excellens *Typus* aut *Vir Signi* Zach. III. 8., Christum ex servitute cum Spirituali tum Judaica & Ceremoniali eripientem vivis coloribus pingens, qui simul in infanticidio ac tempore infanticidii natus & clarus ex Ægypto adest ac venit, gloria ac dignitate omni ibidem exposita spreta itidem & contempta. At venit eo in typica ratione & consideratione potissimum *Lex* quæ per Mosen lata est, cum Moralis tum Ceremonialis & Œconomia legis.

III. Venit & eadem ratione *in Corpore Mosis* de quo disceptatur Judæ *vers.* 9. & *Zach.* III. 1. 2.; Disceptant vero Michael & Diabolus, & Michael ille quidem qui Archangelus est, qui stat pro populo Dei, qui & *Zach.* III. 1. 2. dicitur & Angelus Jehovæ, & Jehova, & Angelus qui impuritatem aufert ac peccata *vers.* 4.; Qui hinc Angelus Fœderis increatus ac Filius Dei est, olim sub V. T. Angelus adhuc, nunc peracto & subacto omni opere ac onere Dominus.

IV. Suspicatur Beza pro *Corpore Mosis* reponendum esse *Corpus Josuæ*, Sacerdotis quippe ejus de quo legitur diserte *Zach.* III., non quod Codices authenticos incusare velit, quum longe a se prophanam hanc audaciam arceat morique malit quam locum emendare, sed quod errore Librariorum descriptum esse censeat corpus *Mosis*, quodque facile quidem accidere potuerit in libro ob autoritatem dubiam non adeo religiose habito. Quod Tempori illi condonamus, quod ad distinctiones ac differentias Temporum, enatasque inde diversas Œconomias locutiones & Ecclesiæ rationes, non tam accurate attendit adhuc.

V. Ejusdem futilitatis est quod de Corpore non vero anima Mosis in antecessum præmonere satagunt alii, ac derivare ex eo, quod serpenti pulvis in escam datus tantum sit, atque Diabolus mortis imperium in corpus ab Adamo profectum retineat.

VI. Communiter sentiunt Satanam corpus Mosis commonstrare Israelitis voluisse ut in lapidem cederet offensionis, & objectum religiosi cultus fieret, & pro more tunc recepto in cista sacra ferali circumgestaretur, quod econtra Dominus tumulo concluserit & latere homines voluerit ne in idololatriæ materiam extraheretur, quod & Romani-Catholicis placet: At egregium ac sanctissimum ipsis reliquiarum cultum non ipse Dæmon studio promovet suo collato, neque possunt sane hæc studia & facta diversa materiam litis accusationis & judicii in judicio ullam dare, minus novam dare, quum voluntate Dei constante res nunc esset judicata, & novum de ea judicium non porro exspectandum.

VII. Recedunt paulisper ab his qui de corpore Mosis a Deo vivificato & in cœlum translato cogitant, quod Satanas in pulverem ac suam escam deposcat, quum hoc a Deo illi datum ac tributum ex jure sit; Edocet vero aliud Zachariæ Scena & id de quo disceptatum ac litigatum fuit.

VIII. *Glassio* & *Junio* Corpus Mosis est Christus umbris Mosis figuratus, qui hinc & corpus Mosis ac finis legis *Col.* II. 17. *Rom.* X. 14. appelletur. Concinunt fere qui ex lite de Josua, cujus corpus & complementum etiam Christus est, ad Christum referunt; At vero sic disceptaret Christus Michael pro se non Josua in loco, neque ita *Mosis* verum *Josuæ* corpus legi deberet.

IX. Propius accedit *Hammondus* qui ad Templi Urbis & Cultus externi instaurationem ac impeditionem tunc disceptatam refert, annuente ut videtur *Zach.* III. vers. 2. 8. & 9. Durum vero est templum urbem & cultum ceremonialem vocare Corpus Mosis, & restringere ad certum ac primum tempus quod in fine Capitis in Viris signi & lapide templi posito coram Josua ad alia ac horum typicorum veritatem ac implementa, Christique Viri Zæmac tempus & ædificium, refertur.

X. Denique Corpus Mosis est aliis iterum implementum & maledictio legis in peccatorem & Josuam ac populum peccaminosum, Corpus enim implementum

rei

rei notare notissimus est; Volunt itaque legis pronunciatam maledictionem Satanam intentare voluisse hic eamque materiam disceptationis fuisse: Atque vere accusat & urget sic ob peccata Satan *Apoc.* XII. 10. ut & adversatur in loco *vers.* 3. 4. non maledicens equidem Josuæ, at causans & postulans maledictionem ac impletionem damnantis legis contra eum coram facie Dei: Atque opportune *Calvinus* in Loc. *Quum dicit Angelus se iniquitatem abstulisse admonet in squalore jacuisse Sacerdotem ac populum*, atque causantur plerique Interpretes insigne vitium in Josua, ob quod indignus esset qui Templo ac Sacris restaurandis præesset, *hic* quod segniorem in templi promovenda structura se præstiterit, *ille* quod filios Israel a copula cum alienigenis non arcuisset satis ac separasset: Et sane corpus passim adeo implementum innuit ac indicat, ut & עצם היום *Corpus diei* Exod. XII. 51. *implementum diei* sit, veluti & *Act.* II. 1. de Pentecostalis diei implemento legitur, & *Gal.* IV. 4. de implemento temporis ut sic.

XI. Adde eos qui Corpus Mosis de Libro ac Volumine Mosis ac doctrinæ Mosaicæ interpretantur, quod Satanas aut abolere & abscondere penitus voluerit ex archivis authenticis, aut corrumpere ac adulterare; Qui & vocis *Corporis* usus non infrequens est: Quid enim est obvium magis in locutione ac inscriptionibus quam *Corpus Theologiæ Christianæ*, *Corpus Juris Civilis & Canonici*; A quo nec Cicero quidem olim abludit quum ad Quint. Frat. Lib. 2. scribit, *sed utros ejus habueris libros* (*sunt enim duo Corpora*) *nescio*: Assentiunt & Patres; Ita enim Ambrosius Comm. in *Luc.* VI. *Corpus Christi Traditiones Scripturarum dicuntur*.

XII. Quum vero Corpus aliquando Tertulliano in genere tantum est ac Substantia ipsa vera Dei etiam ac Spiritus, aliquando implementum umbræ, aliquando carnale & externum opposite ad rem signatam ac spiritum testimonii, aliquando subjecta Capiti Massa, aliquando complexus multorum qui non unum & certum quid tantum est ac in se continet, meo quidem judicio binus ultimus huic loco convenit apposite significatus; Ita legimus de Corpore seu Systemate Judæorum 2. *Macc.* XV. 12. de fidelibus tanquam Corpore Christi 1. *Cor.* XII. 27. *Eph.* I. 23. *Col.* I. 18. Atque sunt etiam baptizati olim vere in Mosen 1. *Cor.* X. 2. amantque dici a Mose, *Nos autem Mosis discipuli sumus* Johann. IX. 29.

XIII. corpus autem ideo & Mosis, *quod* tota Ecclesia & congregatio vetus Œconomiæ Mosaicæ nunc restituta aut restituenda hic exhibetur, *quod* sub lege Mosis & reatu suo adhuc existens exhibetur, *quod* non Josua, qui Vir signi & persona publica, solus sed in corpore populi ipsi conjuncti Mosi initiati exhibetur, quanquam secus & umbra Christi Summi ac veri Sacerdotis sit, tum & *quod* hic in specie qua Sacerdos Summus duodecim Israelis tribus, atque ita totum Israelis Corpus, in pectore semper conjunctas habet ac portat.

XIV. Esse autem vere etiam populum reductum Judaicum V. T. Corpus illud Mosis de quo hic agitur, id confirmatum imus non ex uno fundamento, 1. ex vers. primo *Zach.* III. ubi Josuæ dicitur Satanas accusando ad dextram stetisse, 2. ex vers. secundo in quo ad Hierosolymam a Deo in peculium electam refertur, 3. itidem ex vers. secundo ubi ad eum, qui tanqua torrens recenter ex igne erutus & ereptus erat, applicatur, 4. ex vers. tertio quo ad eum, qui veste sordida adhuc indutus erat, respicitur, quin & 5. ex vers. quarto ad eum, qui coram illo Angelo Domini consistit qui peccata a Josua aufert ac eripit, qui certe pro ea temporis periodo non nisi populus Judaicus erat.

XV. Quod vero ad rem attinet, notandum I. in loco Zach. III. hanc litis disceptationem reperiri, neque ex *Libro* Apocrypho *Enochi* sicut autumat Hieronymus, neque altero *Ascensionis Mosis* velut opinatus Origenes, repetendam esse. Notandum vero & II. Disceptationem hanc fuisse elenchum verbalem, & intercessione potissimum fundamenta ejus allegante constitisse, non autem efficacia ac potentia destruente commissam pugnam fuisse, quod verba διακρινόμενος διαλέγετο haud obscure subinnuunt, quanquam a parte Satanæ blasphematum potissimum fuerit, legitur enim Christus κρίσιν βλασφημίας in eum non adduxisse. Nota porro III. pugnam ac disceptationem hanc, juxta immicitiam a Zelo Dei jam in Paradyso positam ac fundatam, Satanam inter & Christum exstitisse, qui hic stat pro populo suo recenter ex captivitate non arcu sed verbo ac spiritu Dei reducto, sed ut includatur & exhibeatur simul disceptatio omnis pro Ecclesia V. T. usque ad Virum Zæmach, sicut & in fine Capitis aperte liquidum est. Atque hinc nota IV. Comprehendi una Liberationem externam ex Babel & spiritualem ex vinculis tenebrarum ac mortis, quemadmodum & hæ binæ liberationes conjunguntur

tur & miſcentur etiam in ſalute per Cores Eſ. XLV. 1. & ſeqq., & laxatione carceris Gigantis Eſai. XLIX. 24. 25. Subnota vero & V. non tamen efficacem perfectam ac deciſoriam potuiſſe in Œconomia Vetere Moſaica committi pugnam, quum & *ad dextram* Joſuæ ſtaret adhuc Satanas, & Chriſtus non *auderet* increpare Satanam.

XVI. Nimirum totum Gentiliſmum tradiderat ac reliquerat Deus Satanæ, qui hinc & *Princeps mundi* dicitur, unde & in Palatio eo alta quies; Eripuerat autem illi ſolum populum Iſrael atque ſelegerat ſibi in peculium, atque hinc Iſrael pro tunc Semen unice mulieris erat quod oppugnat Diabolus, cum quo inimicitia illi intercedit, de quo diſceptatio fit; Lis fuit ipſi ſemper cum Jehovah & populo Dei a quo ſemel vicit per peccatum, & fortis & juſtus detentor vaſorum factus eſt, armatus per Juſtitiam & Legem ipſam ſic, ut nec potuerint vaſa illi eripi qua *forti* in indole carnali poſſeſſori, nec debuerint qua *juſto* Eſai. XLIX. 25. Et licet Gentiliſmus tandem etiam Chriſto ſubjici deberet non dejectus tamen fuit ibidem Cœlo ante Conſtantinum teſte Johanne *Apoc.* XII. 10., quum & per tenebras errorum, & per Magnates, & per inquinamenta ſeculi, & per fallacias Oraculorum, & per efficacias errorum dominaretur hactenus & jus accuſandi haberet: quanquam in cœlo adhuc appareat, quum inſtar Carnificis miniſtrare cogitur, aut reſpondere de actibus, & ſuis accuſationibus Sanctos Dei impetit: Neque tamen ſic abiit etiam Satanas, ſed altitudine ac ſede prima dejectus in *Angelum lucis* converſus ſpiritualia nequitiæ in ſupercœleſtibus effundit *Eph.* VI. 12., zizania bono tritico interſpergens *Matt.* XIII. 25., Leviathan obliquus ac tortuoſus factus *Eſ.* XXVII. 1.; Neque enim ſunt artes ejus noxiæ magis, quam cum vel blandiendo affectibus obſecundat, vel ſub extenuatione ratiocinio & ſpecie boni ac veri mendacium propinat & ad id cum zelo urgendum inſtigat, atque ſub nomine Chriſtiani populi humanum genus poſſidet; Anſa vero Diabolo ad hoc opportuna tunc erat, quod rudes & carnales plerique eſſent atque parvuli ac pueri in Chriſto, quorum eſt ignorare multa ac in variis offendere, & pro ſenſu carnali variis phantaſmatum concurſibus fluctuare, & Spiritus non diſcernere, præſertim ſi ipſis verbum Dei non in ſenſu proprio & genuino proponitur, ſed tempus vel cum apertis adverſariis, vel orationibus ingenioſis, vel exercitiis ſuperſtitioſis occupatur: Sed deprehendi poterant hi facile ab iis, qui non ignorabant quis eſſet Dominus ipſorum, qui & hinc deprehenſi reprehenſi convicti judicati & ex cœtu fidelium ejecti ſunt. Periculoſa magis abinde ſucceſſit concertatio, quum triumphato errore ac perſecutore Clerum ambitio ſocordia ac avaritia invaderet, pueris Pædagogi præficerentur, Epiſcopi in Synodis Judices fierent, & Majeſtatem principalem in ſacris ſibi vendicarent: Neque enim fortitudinis & prudentiæ exiguæ eſt ſine Magiſterio ac dominatu docere; Facilius enim longe eſt ferulam Paſtoralem in manus ſumere, in Cathedra conſidere, & edicere pro authoritate ac lege ſancta præſcribere quid faciendum vel credendum ſit; Unde & Principes poteſtatem ſuam illis ita agentibus contulerunt, ac viſum eſt utile ut qui debebant hæreſibus reſiſtere poteſtate & opibus pollerent, & populi ex lege & præcepto etiam in ſacris rebus ac fide incederent. Qua re effectum eſt, ut Eccleſia a Fratrum cura ſemota locus Antichriſto ac Regno Beſtiæ præpararetur, & qui ex humano ac multitudinis præcepto credebant & agebant Fratres & Eccleſia dicerentur. Et licet detecta & judicata hac Beſtia cum Pſeudopropheta tum Satanas etiam judicatus ac poteſtate omni privatus in ſtagno ſulphuris jaceret *Apoc.* XX. 2., atque hæreſi præſtigiis ac perſecutione in Monte Sancto non læderet porro, non hinc tamen infeſtare & accuſare deſinit vel ipſum gregem inviſibilem, quoad vel pulvis ipſi datus eſt in eſcam, vel caro adhuc, cum qua Spiritui luctandum, adhæret. Et huc ſpectat petitio, *Ne nos inducas in tentationem ſed libera nos a malo;* Sicut enim tentationem bonam ad manifeſtandum vel propriam imbecillitatem, vel fidei veritatem ac robur, vel potentiam Dei in ſe ſibi apprecantur fideles *Pſ.* XXVI. 2., ſic eam qua vel permittit Deus hominem ſibi, vel ſinit a Diabolo & per propriam carnem ac furorem mundi tentari deprecantur vehementer: Tentat & affligit vero Satanas regenitum, licet æque ac tentatum a ſe Chriſtum perdere ac vincere non poſſit, cum ipſi ſufficiat dolore ac metu omnigeno opplere, alioſque a via per hoc abſtinere. Accuſat ac exprobat indeſinenter vero & novos populi ingrati reatus, & majora præ damnatis gentibus crimina, & Dei ſancti minus cum impuris propinquitatem, & gratiæ continuum ad licentiam abuſum, Chriſtumque perpetuum peccati ſervum ac famulum.

XVII. Non vero acrior fuit concertatio hæc unquam quam durante legali Œco-

Œconomia Mosis ac de Corpore Mosis, *tum* ratione Satanæ, qui non tantum fortis verum & justus insimul erat pro tunc possessor, & sibi vim fieri queritur ante pretium redemptionis exsolutum seu ante tempus, *tum* ratione Christi cui jus & promissio Spiritus nondum aderat, sed qui gratis omnia ac precario poscere debebat, *tum* ratione populi qui & sub impuro adhuc erat reatu, & sibi in massa plurima relictus cor ad intelligendum non accipiebat, *tum* & respectu temporis, quo & peccatum imputari incipiebat, & Lex iram operans dominabatur & legalis facies ac phasis.

XVIII. Succurrit hoc non obstante tamen Michael, hisce fretus argumentis ac fundamentis, *quod* Deus Jerusalem & populum hunc sibi in peculium quod tuetur & custodit selegit *vers.* 2., *quod* Josua utut impurus fuerit ac sit, in igne Babel ob hoc fuit & nunc torrens ex eo ereptus sit *vers.* 2., *quod* coram & cum Angelo sponsionis ac fœderis constitutus & conjunctus sit qui onera ejus in se suscepit *vers.* 3., *quod* certo vestes impuræ a Christo satisfaciente ipsi exuentur, ipseque cidarin accipiet, cum peccata una die delebuntur *vers.* 4. & 9.

XIX. Apparet vero ex his non Expromissorem Angelum Fœderis & Christum Principem Michael fuisse sed Sponsorem; Remanserant enim in debitore vestes impuræ atque non novatio debiti ac debitoris exorta fuerat. Neque Expromissor conveniebatur a Satana sed Josua cui Patronum se adjungit Michael, Neque liberatus modo erat Princeps & primus debitor solutione utut non facta, sicut in expromissione obtinet, sed peccata demum una die passionis Christi futuræ in futuro demum delenda erant.

XX. Non vero increpabat eo tempore Satanam Christus, nec audebat ob blasphemias judicium ac pœnam illi inferre pro tunc. Hoc adeo intricat ac transversos agit Interpretes, ut non Christo attribuere audeant sed ad Satanam potius referant, qui adversatus quidem fuerit & accusarit sed non maledixerit Josuæ: Quin & putant blasphemum ac indignum esse prædicare de Christo quod non ausus fuerit increpare, quum Deus & Creator omnium sit, quin & ille qui ad destruendum Satanam in mundo aderat, imo & judicant non quadrare hoc nisi in eos, qui Deum Superiorem habent, Legi subjiciuntur, Judicem verentur, & sibi ab infirmitate propria metuunt: Et ne forte vel nomen Diaboli, quod a calumniando gerit, iis obsit, pergunt & inquiunt cum Grotio ac Beza ad 2. *Pet.* II. 11., Diabolum non blasphemare seculi Potestates quod & ipse talis sit, sed Angelos econtra Regibus ac Principibus exhibere honorem. At frustra hæc pariter & gratis omnino, 1. enim diserte in versu 9. Judæ Michaeli tribuitur & τὸ non judicare, & τὸ dicere *Dominus increpet te*. Similiter 2. *Zach.* III. *vers.* 2. non Josua sed Satanas dicitur maledictione liberatus & increpatione sola Dei oneratus fuisse. Neque prætereundum 3. optime *Gatakerum in Cinno cap.* IX. adnotare, τολμᾶν non tantum significare *audere* sed quandoque idem esse cum καταφέρειν *sustinere Rom.* V. 7. 15. 18. 1. *Cor.* VI. 1., qui & consentientem exhibet Platonem, Euripidem, Svetonium, Senecam, & Petronium. At & vere 4. pro tunc Michael non ausus est, tum quod Satan non fortis tantum sed & justus possessor esset, tum quod ipsi Michaeli nondum jus & potentia ad hoc ex justitia adducta esset, tum quod in Ministerio constitutus ante operis consummationem a Patre omnia gratis & precario habet & accipit, ipse vero autoritatem non exercet, tum & quod ex Œconomia Patri in re salutem & Ecclesiam tangente judicatio ac directio convenit, in quam provinciam Christus adhuc Servus ac debendi reus ante potestatem in cœlo ac terra datam non involat. Unde 5. hæc eodem sunt intelligenda modo, quo hic idem Michael *Dan.* XI. 1. auxilio alterius eguisse & confirmatus a Gabriele fuisse dicitur, quæ hinc etiam non statim ad alium referenda sunt, sed tum Characteristico personali danda quo Spiritus & Gabriel unice actuosus & procedens in Deitate est, tum provinciæ & Œconomiæ qua Michael *gratiæ* Spiritus roboris *virtutis exsertæ* juxta characteristicum Autor esse debebat, tum & imperfectioni operis a Christo pro tunc nondum consummati ac potestate Regia coronati.

XXI. Atque hinc exhibetur hoc loco imperfectior illa Bajulatio Principis & Intercessoris Michael sub toto Veteri tempore ac Testamento, quo ignis quidem ac zelus purificans in altari ac Spiritu divino Christi flagravit, at justitia ipsa nondum in obedientia adducta erat. Non tum igitur in nomine ejus rogatum fuit, certe non in jure exstante & ut lætitia salutaris consummari posset *Joh.* XVI. 24. Poterat autem solum adhuc tunc Electio Patris, jurata promissio fœderis aut Sermo jurisjurandi, promptitudo Christi Sponsoris, ignis ac zelus divini Christi Spiritus ac altaris Sponsio & bajulatio sibi imputans, Gloria nominis di-

divini, pro fundamento omni unice allegari.

XXII. Et quod Satanam attinet, potiora pro tunc adhuc econtra competebant illi, qui hinc stabat ad dextram, locum hic non præindicem absolutionis, nec accusatoris, sed ejus qui potior est jure; Erat & pro tunc non os illi modo obturatum, sed facultas ac potentia adhuc ad resistendum; Neque poterat etiam pro tunc ille adhuc abigi a Christo aut Josua ac increpari.

XXIII. Hujus ejusdem disceptationis Michaelis illustre nostroque connexum visitur exemplum aliud in aula Regum Persiæ *Dan.* X. 13. 21. XI. 1. ubi cor Magnatum & Regis tandem post resistentiam edomatur ac flectitur in salutem populi Dei, (quemadmodum & in aulis & cordibus Regum, quæ ut rivos aquarum flectit, maxime præsens Deus & operosus est, ut suis decretis convenienter cuncta in Regno voluntatem Regis adimplente eveniat); At concurrunt & obviant in opere hoc itidem sibi invicem Gabriel & Michael, quo sic gratia ac intercessione Michael accedente ad robur Spiritus, & robore Spiritus vicissim accedente ad gratiam ac intercessionem Michaelis, opus sortiatur & effectum & optatum ac salutarem effectum.

XXIV. Et hinc indubie legitur in Ecclesiæ Orientalis veteri *Commemoratione Sanctorum* etiam hoc; *Accusationis Sammaelis ne recorderis, memento autem defensionum Michaelis.*

CAPUT II.

I. SUccedit *Velum Mosis* de quo *Exod.* XXXIV. 29. 33. legitur in hunc modum, *Fuit descendente Mose e Monte Sinai a Deo, ut ignoraret splendidam esse factam cutem faciei suæ: Videns autem Aaron cum filiis Israelis Mosen, quod ecce splendida facta esset cutis faciei ejus, timebat accedere ad eum: Sed revocante eos Mose reversi sunt ad illum Aaron & omnes Principes in eo cœtu, & allocutus est eos Moses: Postea demum accesserunt omnes filii Israel, quibus præcepit omnia quæ locutus fuerat Jehova secum in Monte Sinai: Et absolvit Moses loqui cum ipsis & posuit velamen super faciem suam,* (non postquam posuisset velamen:) *Et cum compararet Moses coram facie Jehovæ ad loquendum cum illo, removit velum usque ad exitum suum, & exivit & locutus est ad filios Israel: Et viderunt filii Israel faciem Mosis, & quod radiarer cutis faciei Mosi, & reduxit Moses velum super facie sua, donec rediret ad loquendum cum Deo.* Ut videatur ostendisse prius cutem faciei radiantem Israeli in principio in signum ac indicium certum prævii commercii vereque habiti colloquii cum Deo, sed statim velo reducto obtexisse iterum. Quod repetit & applicat 2. *Cor.* III. 14. 15. 16. Paulus in verbis, *Et non ut Moses imponebat velamen super faciem suam, ne filii Israel oculos defigerent ad finem evanescentis: Sed occalluerunt sensoria eorum, in hodiernum enim usque illud ipsum velamen in Lectione Veteris Testamenti manet non revelatum quod in Christo aboletur, atque usque in hodiernum diem quando legitur Moses velamen super corde eorum jacet: Quum vero convertentur ad Dominum tolletur velamen hoc.*

II. Habet omnis homo natura vela quæ retegi debent prius illi ac levari, antequam cernere intelligere ac recipere possit mirabilia in lege Dei, quæ & efficiunt ut non videat licet oculos adhuc ad videndum habeat *Jer.* V. 21. i. e. nondum judicio justo Dei excœcatus sit, verbum & media cognoscendi affatim habeat, mente sana etiam imbuatur. Ad quæ vela pertinent indoles carnalis cujus palatum dulce amarum amarum dulce vocat, conscientia mala quæ horret Dei ac divinorum cogitationem ac meditationem, præjudicium ac stercus in mente quod retentum facit ut erronee & conforme errori præjudicato omne exeat quum Deus in Scriptura rogatur, concupiscentia amata ac defensa quæ verum illi contrarium extenuat ac non fert, arrogantia superba quæ corrigi & errasse videri non vult; Quæ impedimenta vocantur etiam præputium cordis quod abscindendum est *Deut.* X. 16. cujus ablationem Deus promittit per circumcisionem cordis promissam *Deut.* XXX. 6. Quo & facto Deus aperit cor ad intelligendum & attendendum *Act.* XVI. 14. atque ut accuratius via Dei exposita intelligatur *Act.* XVIII. 26.

III. Sed & in omni verbo vela ea licet deprehendere non minus, præprimis quum Vetera, ac speciatim quæ visa sunt fieri in prisca fœderatione, depingunt similia ac analoga prorsus implementa sub Testam. Novo 1. *Cor.* X. 6. Egregie in hunc finem Erasmus quum instruit in *Enchiridio* Militem Christianum, *Si non assequeris mysterium Scripturæ, memineris tamen subesse, quod quidem vel incognitum sperare præstabilius est quam in litera occidente conquiescere: Neque id modo in Veteri Testamento sed etiam in Novo sic est; Habet Evangelium carnem suam habet & Spiritum. Nam etiamsi detractum est Velum a facie Mosis, tamen adhuc Paulus* vi-

videt per speculum etiam & in ænigmate. Et sane velum in Scriptura Nova intelligenda etiam faciunt δυσνόητα varia ac difficilia intellectu Paulina, Deus Mundi ac Moses qui splendore præstringit & excœcat prisca sanctione & sanctitate sua, Parabolæ comparatæ ac facientes ad hoc ut non intelligantur, silentio ac emblemate involuta quum non possunt ferri.

IV. At hic Velum Mosis occurrit & quod sub Vet. Test. exstitit occasione ea, quod cutis Mosis ex commercio & colloquio cum Deo in Monte Sinai radians obtegi debuit, in figuram ac typum ejus quod ita similiter Ministerium priscum obnubendum & velandum erat.

V. Quæ res & annalibus ac fabulis eruditis gentium tradita ac notissima est; Nemo enim in iis Mercurio frequentior, at qui internuncius Jovis ad homines hominum ad Deum caducea serpentino insignis ac Sanchoniathoni apud Eusebium Saturni Consiliarius & Scriba in Monte fuit, facieque partim atra partim aurea ac luminosa distinctus, hinc & Moses in Georgio Syncello θεόπτης dictus, sed radians ex commercio cutis Mosis potissimarum occasio fabularum fuit; Non enim ob Astronomiæ excultum in Ægypto studium quam vultum igne radiantem Manetho Ægyptius apud Jos. lib. I. contra Ap. nomen Osarsiph & Osiridis ac *Solis* צפה & speculatoris illi dedit, seu *Zophaschemin* ac *Cœli speculatoris in* Philone Byblio. Hinc & πυρσοος *igne liberatus ac prodiens est*. Hinc Mercurius Luciano Jovi fulmen surripere voluisse dicitur, qui tamen semper ut Hercules hic noster Osiridis copiis præfectus & Osiridis exercitus Dux fuit, ita & Mercurius Ægyptius est, qui leges Ægyptiis tradidit ac literas & sacrorum doctrinam, vereque exstitit ἱερογραμματεὺς Ciceroni lib. III. de Nat. Deorum, Æliano Var. Hist. lib. XIV. cap. 34. Diod. lib. I. Hinc & ob radios hos, accedente vocis קרן ambiguitate, in Mose *Cornua* Mercurio dederunt & Hirco assimilarunt: Quod tamen sic & vere Hieronymus credidit & Vulgata Versio inquiens, *Descendebat Moses de Monte & ignorabat quod cornuta esset facies ejus*: Conciliat item Grotius in Loc. Exod. XXXIV. 29. verbis: *Nil vetat credere radios faciei Mosis surrexisse in cornuum speciem, indeque factum, ut Mneves, qui apud Ægyptios cum cornibus colebatur, ipsi Aben Esræ credatur esse non alius a Mose:* Quanquam autem cornua antiquis essent emblema roboris ac potentiæ *Deut.* XXXIII. 17., Regum & Majestatis Regiæ *Dan.* VII. VIII., ac in numismatibus Alexandrum ac Successores referentibus porro dignitatis & gloriæ *Job.* XVI. 15. *Thren.* II. 3., quin & tandem divinitatis ac inviolabilitatis ac protectionis Religiosæ *Amos* III. 14., stetque *Lucano* tortis cornibus Ammon, non tamen in Mose nisi faciei signasse radios testis luculentus pariter & Moses ipse & Paulus est.

VI. Non vero spectatur hic Moses radians ac tectus in persona sed Ministerio & Scriptura Vet. Test., quemadmodum splendor faciei pertinet ad gloriam ejus Ministerii, & velamen ad impedimentum illud quod prohibebat ne fiiii Israelis aciem oculorum intenderent ad finem ejus quod evanidum erat 2. *Cor.* III. Vetus Testamentum in se ac primo suave erat terramque Canaan in pignus hæreditatis mundi ac cœli tradebat *Ezech.* XX. 6., populum pro Regio Sacerdotio habens nihilque de sacrificiis & jugis ceremonialibus imponens, quanquam aliqua illi lex & conditio etiam adesset qua in formam Legis Testamentum deducebatur *Heb.* VIII. 6., juxta quam terrestri illa hæreditate quiete uti ac Dei commercio frui possent: Quæ νομοθεσία præcipue in Decalogo facta est, qui præcepta fidei ac resipiscentiæ continet: Cui accessit Lex Civilis quæ Societatis ac reipublicæ Israeliticæ jura describit, tandemque ea quæ ritus Theocratiæ & propinquæ adhabitationi convenientes exhibet. At cum fœdere in idololatria vituli rupto tabulæ primæ confringerentur, clausulæ insuper binæ legis tanquam certa fœderis legalis indicia accederent, Deusque recedens magis negligeret populum ac dominationi & legi herili ac præcepto non bono subjiceret, fit Moses Mediator non unius rei, fœderis, Œconomiæ, adjuncta ad promissionem lege vitam ac mortem benedictionem & execrationem proponens, Œconomiam item iram & phasin legalem introducens. Et ex hoc Ministerium illud priscum Mosis juxta 2. *Cor.* III. Ministerium imputans sano sensu peccatum, Ministerium literæ, Ministerium in lapidibus, Ministerium desinens, Ministerium condemnationis ac mortis factum simul est.

VII. Erat vero claritas atque gloria Ministerio huic nihilominus, eaque tanta ut præ nimietate conspici non posset sed deberet obtegi ac velari; Radiabat enim Ministerium claritate, gloria, Dei Myriadibus Sanctitatis incincti Majestate ac promulgatione, Angelorum Observatorum ac Vindicum ἐπισκοπῇ, luce gratiæ & consolationis, Dei propinqua inhabitatione ac præsentia, miraculosa brachii conjuncti extensione & efficacia, intecta nuditate, verbis apertis ac res in imagine

gine ipsa sua vera exprimentibus, justitia sine lege proposita, clave item cognitionis conjuncta, idque remotis cunctis cum umbris tum velis elongantibus & occludentibus: Radiabat ita præprimis Testamentum ac fœdus Vetus primum. Non ferebat autem Israel omnem gloriam, non datum illi erat oculis inconnivis aspicere gloriam Dei, sed erant Carnales adhuc ac indegebant velamine figurarum *Heb.* v. 12.: Non poterant ferre mysteria ad salutem ac instaurationem facientia, sed in generaliori primo elemento debuerunt cuncta fidei objici, nec gratiam ferre æquo animo norunt, nec placebat dictio simplex si non aderat lingua Sapientum, nec cultus nudus intectus ac investis, quemadmodum nec propinquitas illa nimia Dei in propinquis suis sanctificandi accepta erat iis, qui petulantiæ facilisque declinationis suæ sibi conscii erant. Et hinc velum obducit Moses quando cum populo agit, qui illud cum Deo agens removet & plenam lucem usurpat, ad indicandum tum ab una parte Ministerii involuti prisci obtectionem variam, tum ab alia plenam quam in colloquio Moses habebat a Deo illuminationem & clavem, Israelis item, qui videbat ad momentum, confirmationem ac certiorationem. Sunt vero qui non credunt Mosen idendidem ex novo colloquio cum Deo novum iterum traxisse splendorem, sed eum illi perpetuo credunt mansisse affixum, sive ut eo Deus testaretur affectum singularem in Mosen propendentem & fructum ex commercio Dei oriundum, sive ut se Deum Legislatori cum effulgentia Majestatis adesse declararet, tum ut autoritatem Mosi apud populum conciliaret, tum ut terrorem populo ut non legem suam violare auderet incuteret. Interim vero apud populum & noxam inflixit hoc Velum, quod venuste Paulus 2. *Cor.* III. 7. adnotat, dum scribit eo effectum esse, tum ut non oculos defigerent in finem ejus quod evanescere debebat sive ille Christus sit sive in se abolitio ac finitio, tum quod occalluerunt ita sensus eorum: Quia enim non vident gratiam ipsam sub illo velo jacentem quæ unice rem efficit, & quia econtra de sanctione ac sanctitate prisci veli tam sunt persuasi, hinc non possunt videre hoc inutile & abolendum tandem esse cum umbra alia quæ definit ac fugit cum corpus adest ac propinquat. Sed & per idem induratus & excœcatus est Israel in Judicio quo hucusque tenetur: Et sane effectum est per hoc ut solum Velo ac legi adhærerent & Œconomiæ illi externæ addititiæ & ad justitiam ipsam ac veram non pervenirent; Neque enim potuit illud fœdus carnale in ignorantibus Testamentum Dei aliud efficere quam singulare gaudium quoddam inane de prærogativa externa præ gentibus, & anxietatem in studio justitiæ propriæ, & litigationem cum cupiditatibus ut scortis molestis sine odio earum, ut Seneca habet Epist. XXII.

VIII. Quid vero tandem est vel erit illud Velum? Nihil attinet cogitare hic de Velo carnis Christi *Heb.* x. 20. quoad ob peccata illi imputata laceratione ejus in morte nondum exstante aditus ad Deum adhuc erat occlusus illeque a nobis in ira divisus, ut nec de Velo populorum ac gentium in Monte Domini amovendo *Jes.* XXV. 7. Neque vero per hæc Vela decet item intelligere vela seu Κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης *abscondita pudoris:* 2. *Cor.* IV. 2. Quod & Mystis Gentium & Magistris ex Circumcisione familiare, qui & ambulabant in fraude & calliditate, & verbum ac veritatem adulterabant, quod omne a se Paulus arcet declarans veritatem coram Deo ad conscientiam cujusvis 2. *Cor.* IV. 2. Dixerat *vers.* I. *Non* ἐκκακοῦμεν, communiter *non segnescimus*, aliis non *malis fracti cedimus*, Erasmo *non degeneramus*, aliis item *non deficimus*, aut & *non deterioramur*, at vere *non erubescimus* ut male nobis sit, *sed deponimus potius abscondita cuncta pudoris*, *sive* ea sint artes pudendæ tandemque pudorem injicientes, *sive* sint ceremonialia ac legalia imposita, quæ se tanquam infantiæ serperastra, servorum exercitia, idololatriæ commissæ impositæ pœnæ, impuritatis exstantis exprobrationes, ritus nobis subcontrarii, stercora & opprobria in quibus gloriantur *Phil.* III. 19. non ita commendare possunt, *sive* item Sacra Gentilium obscœnorum Deorum obscœna Ministeria tam in symbolis quam in cultibus, quæ & involvi dedebant in se, & occultabantur diu ante adspectum, & administrabantur etiam in occulto: Quo & spectant *fraudes adjectæ*, *quum* specie antiquitatis, rationis, & mellitæ eloquentiæ decipitur, *quum* graviora reticentur cœtera genio ac tempori accommodantur, sicuti & Indis non crucifixus Christus prædicabatur sed gloriosus, *quum* Oraculis colloquiis ac terriculamentis fixis dogmata communiuntur, *quum* ex Patria Magistrali & Cathedræ priscæ ac divinæ autoritate potestas fingendi addendi sepiendi immutandi dispensandi arrogatur & exercetur. Falsabant ac *adulterabant* autem, qui pietatem ac veritatem quæstui exponebant, ac aurum ejus metallo alio commixto falsabant, sive legale

gale

gale per Pseudo-Apostolos, sive fermentum traditionis per Judæos, sive fabulosum per Gentiles adjungeretur: quemadmodum & Scriptura, Codex, Canon, doctrina, falsatione Pontificia jam torquetur ac adigitur, accommodando nunc ad præjudicatum errorem, nunc ad quæstum, nunc ad hypothesin ac Ecclesiæ stabilimentum, cui debent ac debeant cuncta servire: Non hoc Mosi Velum circumpositum est. Cogitant alii nimii rigoris legalis imminutionem, tum per Decalogum prohibentem & præcipientem externos tantum actus, tum per statutum ceremoniale secundam post naufragium tabulam, qua debebant & poterant singula instaurari: Ita somniant Arminiani præcepta tria Evangelica olim plane non obtinentia, Sociniani spirituale cultus ac legis a Christo demum additum, Romani-Catholici consilium ac instrumentum plenæ perfectionis, at revera perditionis & corruptionis, cum præstet nubere quam uri, dare quam accipere, quin & vetetur acerrime obedientia & subjectio hominum. Propius accedunt Vela proprie dicta tabernaculi oppandentia nimiam Dei Majestatem & elogantia accessum omnem ac propinquationem: Quibus adde Vela obtegentia tum in re per externa proposita, tum in dictione ipsa usurpata, ut quum e. g. expiatio per sanguinem Christi *purgatio per hyssopum* dicitur *Psal.* LI. 9. a quo & veritas prisci Testamenti appellatur *Sapientia in occulto* vers. antecedente 8.

IX. *Primum* autem fuit *Velum* Testamentum Vetus legale, quod fractis primis tabulis successit in locum Testamenti Veteris primi suavis & augusta omni efficacia conjunctione ac libertate inclyti, quod puer Israel addictius regnari amans ac externa volens non ferebat: Unde *Gal.* IV. *vers.* I. legitur, *Quamdiu hæres puer est non inter ipsum & servum differentia intercedit, quanquam sit Dominus omnium bonorum, sed Tutoribus & Pædagogis subjicitur &c.* Atque hæc est Œconomia Temporis Tertia magisque legalis, quæ Secundam Testamenti Veteris nudi ac suavis vixdum inchoatam Œconomiam abolevit illico & pepulit, de qua sæpius modo in antecedentibus visum est. *Secundum* accessit *Velum* in stylo ac modo involuto revelandi ac loquendi, quum & ænigmata sonarent & Parabolæ & generalia & pauca & Emblemata Symbolica quæ non ipsam imaginem ac faciem rerum exprimebant, sed depingebant solum in schemate & externa figura; Hinc dicuntur Mosaica vel in ipso Codice Sacro umbræ futurorum *Heb.* X. I., antitypa cœlestium *Heb.* IX. 24., ὑπόδειγμα super cœlestium *Heb.* VIII. 5., Παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα *Heb.* IX. 9., Pædagogia ad Christum *Gal.* III. 24., στοιχεῖα elementa, serperastra, ac rudimenta prima ex mundanis desumpta & ad pueritiam accommodata *Gal.* IV. 3.: Unde & opposite ad hæc Ecclesia Novi T. *Urbs Veritatis* dicenda erat *Zach.* VIII. 3. Hinc & Juvenali Volumen Mosis arcanum Volumen,

Tradidit arcano quodcunque volumine Moses:

Neque latuit hoc Magistros Talmudicos in Berach *cap.* V. sub finem inquientes, *Dedit nobis Deus formas ac figuras Tabernaculi, Sanctuarii, & omnium vasorum ejus Candelabri, Mensæ, & Altarium,* לציורים שכליים *in typos rerum intellectualium, & ad cognoscendum ex iis veritates cœlestes:* Neque diffitetur Maimonides quum verba legis דברי כפלים *verba duplicata* ac sensum duplicem habentia appellat. *Tertium* accepit *Velum* promissio ac Gratia in Fœdere gratiæ nimis facili ac prona ut videbatur via proposita, quum lege redeunte & conjuncta fuit obnupta, ut & ira legis, & clausula utraque adjecta legis, & phasi elongatione rigore ac litera sibi relinquentis legis: Hinc *Rom.* IV. 15. dicitur, *Venisse Lex quæ iram operata fuit*, i. e. quæ peccatum adhuc exstans commemoravit *Heb.* X. 3., quæ illud in Chirographis ac indiciis variis exprobavit *Col.* II. 14., quæ id imputavit *Rom.* V. 13., quæ & gratiam ac spiritus fluxum impedivit ac elongavit, quæ continuo maledixit ac damnavit, & satisfactionem sumptuosam extorsit. Accepit *Quartum Velum* Cultus investis ac simplex qui erat, *Non enim dixerat Deus de præceptis ac sacrificiis quum educeret eos ex Ægypto, sed hoc verbum, inquit, præcepi ipsis. Auscultate mihi & fiam vobis in Deum, & vos mihi fietis in populum, & ambulabitis in omni via quam præcipio vobis, ut bene sit vobis* Jer. VII. 22. 23.; Quomodo & in Decalogo dicitur tantum, *Audi Israel Ego Jehova sum Deus* i. e. Testis, Legislator, Confœderatus, Salvator, & Summum bonum, *tibi modo*, me & *non alium pro* Deo, quem juxta hanc tabulam observas, *habe*. At magis ceremonialem in oculos incurrentem externum ac emblematibus eruditis distinctum illi cultum amabant; Amant enim pueri umbras, ænigmata, emblemata, & ea quæ veritatem nonnihil recondunt, ac varia cogitandi ansam præbent, cum nudæ & accura-

curatæ veritates illis ſine fructu communiter exhibeantur: Optime ad hæc Theodoretus *Tom.* IV. *Serm.* VII., *Haud itaque victimarum indigens Deus nidoriſque appetens illa inſtituit ſacrificia, ſed ut ægrorum affectibus mederetur:* Et venuſte Paulus Ricius de Agric. Cœleſti *lib.* II. *Sunt plurimæ ceremoniales leges magis propter hebetudinem & conſuetudinem hominum traditæ, quam quod ita Legislator cuperet.* Accedit adhæc *Velum Quintum*, quo nimia Œconomiæ Gloria, nimius Dei nimis propinqui & ſanctificandi ſplendor obnubi debuit ac tegi, quod & ſic vere factum eſt, *per* Moſen ac Sacerdotem Internuncium ac Interpretem, *per* vela acceſſum & propinquitatem abarcentia ac Iſraelem indignum elongantia, *per* altaria continuo ſanguine ad quaſi expiationem ſubjectionem confeſſionem & promiſſionem veri ſacrificii manantia, *per* factam Angelis & Proceribus ſubjectionem; Ad hæc alludunt verba *Deut.* V. 25. 27. *Si pergimus audire vocem Dei noſtri, utique moriemur: itaque tu eloquere nobis quæ Jehova Deus noſter dicit tibi, ut audiamus faciamuſque.* Adde *Sextum*, Clavem non in medio poſitam ſed Sacerdoti clam & Cathedræ relictam.

X. At hoc omne Velum ablatum nunc eſt ſub Novo T. ac Tempore, atque *Gloria Dei fulget retecta ac nuda nunc in facie exhibita Chriſti* 2. *Cor.* III. *verſ. ult.*; Quum enim populus Iſrael in Vindictæ die eſſet diſſolutus, Paſtor trinus ejus uno menſe deletus, urbis ac templi ſupervenit deſtructio & pompæ externæ carnalis quam maxime ablatio, tunc ſimul ablatum fuit Velum ab omnium oculis, & ceſſante tota præceptorum carnalium mole ſola relicta fuit promiſſio quam Patres audiverant, & clariſſima demonſtratio veritatis ejus & regni, quod Chriſtus gerit in cœlo ſedens ad dextram Dei. Dies enim illa incendii & deſtructionis Templi ac Hieroſolymæ docet *quid aurum quid ſtipula combuſta ſit, paleamque omnem ambuſſit* I. *Cor.* III. 13. Atque ab eo tempore fuit ἱλαςήελον vere *προτεθειμένον palam in publico expoſitum Rom.* III. 25., *& fons contra menſtruum & peccata apertus Zach.* XIII. 1. Vicit item Gloria nova longe veterem, quum per Angelos dictus fuit ſermo olim *Heb.* II. 2., & in diſpoſitiones Angelorum data eſt Lex *Act.* VII. 53., ut & Angelis habitabilis prima ſubjecta eſſet *Heb.* II. 5. nunc vero per Filium annunciatio facta eſt excluſo omni imperio Angelorum ac Pœdagogorum, Filium item confirmatum tum a voce divina, tum a miraculis quæ fecit, tum eo quod reſurrectio ac aſcenſio in cœlos irrefragabilibus teſtimoniis munitur, tum conſecuta in viſibilibus ſignis Spiritus Sancti effuſione, tum & nube maxima teſtium cuncta tradentium & demonſtrantium ad conſcientiam, ſubſequentibus prodigiis ac ſignis, everſione idololatriæ politiæ urbis templi ac hoſtium, conſtantia & conſervatione Eccleſiæ inter externa ac inteſtina certamina. Adde Miniſterii Novi claritatem perſpicuam qua ſunt explicata ænigmata ab olim *Pſ.* 78. 2., & Legem cum Clave conjunctam ac in medio omnium poſitam *Jer.* 31. 34., & multifariam Sapientiam Dei copioſe exhibitam *Eph.* III. 10., & certitudinem intelligentiæ fratre a fratre non clavem ac ſenſum porro habente *Col.* II. 3., & penetrandi per univerſum orbem efficaciam, voce Dei cædente flammas ignis, commovente aquas, faciente parere deſerta & cervas Kadeſch *Pſ.* 29. 2. 3. 4. 5. 6., & Spiritum Miniſterio huic adjunctum, at vero potiſſimum Chriſtum Prophetiæ omnis medullam, ſeu faciem Chriſti nudam in eo exhibitam, qui & nomen Dei ac Jehovæ quo ſit quod eſt, *Joh.* XVII. 26. notificat, & Gloria ac Sanctificatio Dei vere eſt, & icon ac imago inviſibilis Dei appellatur *Col.* I. 15., quoad unum cum Patre eſt & nihil a ſe ipſo velle dicere ac facere poteſt.

XI. Quod tamen pedetentim ſic evenit, poſt auroram veniente clara die; Neque enim jam ſub Œconomia Baptiſtæ viſum eſt modo hoc, quod tunc veſtis adhuc obtineret vetuſta, & regnum Dei ſolum propinquum eſſet, quin & baptiſmus ejus ad pœnitentiam magis ac non tam gratiam ac Spiritum ſpectaret, quippe ſub Œconomia ac Periodo reſipiſcentiæ ad præparationem ac pœnitentiam directus, officii magis quam beneficii & gratiæ index ac teſtis, ad diſciplinam pœnitentiæ qua ſe non putabant egere vocans ac initians, effecta etiam pœnitentiæ & effugium emergens ex ira Judæis imminente obſignans.

XII. Sed enarret Apoſtolus ipſe potius Veli remotionem hanc & Miniſterii Evangelici majorem gloriam & claritatem 2. *Cor.* III.; Commendat ac illuſtrat eo Capite Apoſtolus Miniſterium Evangelicum ex comparato cum eo Miniſterio priſco; Vocat illud priſcum *Miniſterium literæ, mortis, condemnationis, in lapidibus ſculptum, deſinens*, & hoc non obſtante tamen illi gloriam attribuit tantam, ut non aſpici quidem poſſet a Filiis Iſrael, ſed obtegi deberet ac velari; Nota non intelligere Paulum hic Miniſterium ſolius legis ſed ut erat ea in Monte Sinai cum promiſſione gratiæ con-

jun-

juncta: Nota item in antecessum gloriam hanc hic non tantum esse splendorem gloriosum aut claritatem, sed gratiam ipsam ac manifestationem & virtutem Dei exsertam & propinquitatem quam Israel non patiebatur; Quod enim Deus ita in signis ac loquela se revelaret, quod ita ipsis propinquaret, quod tam aperte gratiam salutem ac viam gratiæ in Decalogo absque labore ullo præmitteret ac promitteret, quod tam blande tanquam Regium Sacerdotium tractaret ac tractare vellet, hoc non ferebat Israel, qui vela amabat & elementa externa, & ut Moses ac Sacerdos accederet & loqueretur, sic ut fractis primis tabulis, res verti debuerit plane, Israel impuratus elongari, non funibus amoris sed jugis ac ferulis adhibitis in vincula fœderis cogi, lege superinducta clausulis & phasi ac rigore ejus teneri & contineri: Huic vero opponit Apostolus Ministerium novum Evangelicum *Spiritus*, *vivificans*, *salutare & in corda inscribens*, & arguit hinc hoc majore gloria necessario præditum esse debere, quo major est Spiritus litera, Justitia condemnatione, & manens abolendo dignius: Et hic gloriatur *vers.* 10. *Vetus ne quidem gloriosum fuisse ob excessum gloriæ sub Novo*, & concludit in fine, *Nos vero omnes iniecta facie gloriam Domini intuentes*, *in eandem imaginem transformamur a gloria ad gloriam*, *tanquam a Domino & Spiritu;* In quibus verbis componit cum Mose Christum sive in se sive in Scriptura ante oculos pictum, tum etiam faciem aspiciendam habentem, tum faciem in qua Domini gloria vere ut in speculo repræsentatur, sed ita comparat ut opponat Mosi eum item in variis, *ut* non tegatur simul ejus facies, *ut* intecte nudis & claris verbis perspicue nullaque re silentio pressa exhibeatur, *ut* intueantur idque libenter faciem hanc nitentem, dum Christus etiam nobis est Sapientia factus erudiens & confirmans in fundamentali omni, & amabilis ejus veritas, & nil optatur scire præter crucifixum: Opponit & porro in hoc, *ut* omnes doctrina in medio omnium posita intueantur & non huic aut illi tantum revelatio fiat, *ut* & transformentur intuendo addiscendo pedetentim in eandem gloriosam imaginem & sic etiam docendo lucem in messe prima magna emittant, *ut* Dominus Spiritus fundendo & eum & sensum verum largiter ad hoc obtinendum non deficiat, Deo olim Israeli sibi relicto non sic adhuc dante oculos ad videndum & cor ad intelligendum.

XIII. Hæc autem hucusque manet ἀβλεψία Judæis, ut Velum hoc adhuc pendeat in legendo ac videndo super eorum cordibus 2. *Cor.* III. 13.; *Quum* non ferrent olim splendorem propinquæ Majestatis ac Sanctitatis Dei elongantur constanter ac Mosi Diisque Angelicis ac humanis subjiciuntur, *quum* non ferrent gratiam promissionem & commoda blanda primæ Œconomiæ, Lex accessit ad promissionem protinus & ferula cogens & servitus & pædagogia in metu continuo mortis, *quum* non ferrent verba ipsam rerum formam ac imaginem exprimentia, pascebantur umbris & mundi externis elementis & fabulis & emblematis hieroglyphicis, *quum* non ferrent digna ac ingenua præcepta legemque libertatis regiam, humana venerunt ac non bona & carnalia placita; Et quæ porro Velamina sibi tunc Moses circumposuit. Et quia hoc velamen ita est ab antiquo, ita fuit exactum rigidius quam ullum aliud præceptum, ita sancitum ac pœnis communitum, quia porro Mosaicum, quin & tam operoso ac molesto labore servatum, hinc nolunt ab eo recedere etiamnum Judæi, sed *id pendet adhuc ante oculos & super corde eorum*, *tum* quia in id unice oculos intendunt legendo solum Vetus Testamentum, *tum* quia sueti pari pietatis affectu recipere statuta Cathedræ ac Procerum, *tum* quia ita dictum antiquis, *tum* quod tanto amore cordis amplectuntur ac retinent velum, *tum* quod in corde præjudicia operatur ac imprimit quæ post avertunt. Non autem absque noxa hoc esse porro subjicit Apostolus, inquiens 1. *hinc non videri finem ejus evanescentis;* Quia enim non vident ipsam gratiam sub illo velo jacentem quæ rem unice omnem efficit, & econtra de sanctitate & sanctione prisci veli adeo sunt persuasi, hinc non possunt videre vel Christum qui finis legis est, vel in se hoc inutile tandemque abrogandum esse cum umbra omni quæ desinit ac fugit cum corpus adest: Addit vero 2. *hinc & occaluisse sensus eorum & excæcari*, qui extremus indurationis gradus est; Quam & in majus provexerunt post, tum Cathedra Gentium cui se subjicere nolunt, tum verba לעולם quæ durationem ritus in perpetuum promittere videbantur, tum spurius character Messiæ ac temporis, tum similitudo Messiæ cum Mose, tum præjudicium sanctæ ac sancitæ Legis.

XIV. Abscedit imo abscessit autem sub Novo Testamento omne Velum, in quo & ænigmata ab olim explicantur a Christo, & clavis cognitionis cum Scriptura Test. Novi perspicue conjuncta est, & Unctio seu Lex in medio posita omnes docet, nisi quod *Mysteria* velata semper & ob-

& obscura quoad τὸ διότι manent, quanquam nec in se imperceptibilia sint, nec in perpetuum forte accedentibus ad nos ideis novis & auctioribus in cœlo impercepta futura. Quin & *Fides* qua talis quid est nisi perceptio veritatis ac rei a sensibus & comprehensione remotæ, ac testimonio scientis ac veracis nixæ, quanquam & circa eam occupetur cum scientia quæ examinat & novit quod & cui creditur, tum certitudo digna quin & major fortasse reperiatur, quum in ingenio humano obscuritas ac vacillatio multa in sat magni testis receptione nulla prorsus titubatio sit, fidesque demonstratio sit eorum quæ non videntur.

XV. Quod reliquum est non tandem Velum hoc a Gentibus ac præprimis Ægyptiis repetimus, quam rationem ac originem ritualium cunctorum Mosaicorum laudat ideo Spencerus, ut non ad Christum ejusque gratiam referre cogatur: quemadmodum & ex eodem fine, ac ut etiam abducat a corpore umbrarum Christo, Maimonides instituto contrario omnem eorum rationem collocat in eo, ut adversentur Ægyptiis & ritibus usurpatis ac svetis populo in Ægypto, quo sic desvescerent ab iis & eorum communione; At non inde venisse & deductos esse vel omisso alio fundamento tria historica hæc satis atque semel pro semper evincant argumenta; Primum est testimonium Hamanis qui coram Rege edisserit diversa esse Israeli instituta ab omni gente *Esth.* III. 4. inquiens, *Est populus quidam dispersus inter populos in omnibus Provinciis Regni tui, quorum Leges diversæ sunt ab omni populo, & qui Regis leges non servat*, seu ut Josephus declarant Antiq. *lib.* II. *cap.* VI. *Est gens quædam maligna segrex insociabilis, neque religionem cum aliis communem habens, neque Legibus utens similibus, sed & moribus & institutis pugnans cum tuo populo, & cum toto mortalium genere.* Secundum Testimonium continet loca ea quæ speciatim ac maxime Ægyptiis adversa fuisse instituta hæc perhibent; Quod Manetho ait apud Joseph. *lib.* I. cont. Ap. in verbis, *Cum plurima sanxisset alia Ægyptiorum præcipue moribus adversantia*, Celsus apud Orig. cont. Cels. *lib.* III. inquiens, *Judæos ab Ægyptiis oriundos Ægyptum per seditionem deseruisse, contemptis publicis Ægyptiorum ceremoniis*, Sed & Tacitus idem confirmat Histor. *lib.* V. sub init., *Moses, ut sibi in posterum Judæorum gentem firmaret, novos ritus contrariosque cæteris mortalibus indidit: Profana illis omnia quæ apud nos sacra: Rursum concessa apud illos quæ nobis incesta: Gens superstitioni obnoxia, religionibus adversa.* Accedit Tertium Testimonium, quod plane econtra Ægyptios a Judæis ac Mose didicisse suaque traxisse ingeminat; Neque enim Eupolemus tantum, quem secuti sunt Theodoretus in *Gen. Interr. 61.*, Isidorus Or. *lib.* I. *cap.* 3. Mosen affirmat *fuisse primum Sapientem Grammaticæ ac literarum ac vocum pingendarum & construendarum Autorem*, a Deo quippe in monte & Scriptura legis in tabulis edoctum, sed & agnoscit Cicero *l.* III. de Nat. Deor., & Ælianus Var. Hist. *l.* XIV. *cap.* 34., *Mercurium Ægyptium leges Ægyptiis tradidisse*, sicuti & fatetur *lib.* I. *Diodorus* eundem Ἱερογραμματέα *Osiridis fuisse*, & *Sacrorum doctrinam Ægyptiis prodidisse:* Quo & spectant apud eos Genica *Hermæ*, Stelæ *Mercurii*, *Taauthi* Cosmogonia &c.

XVI. Candide si unquam de hoc Velo confitetur & loquitur Magistrorum facile Princeps Maimonides in Mor. Nebhoch. *l.* III. *cap.* IX. *Lex data est in die nubila & obscura, ad præindicandum per hoc Velum, quod oculis nostris aspectum latentis veri invidet & eripit.*

CAPUT III.

I. AT nunc exequias paremus juxta *Deut.* XXXIV. Mosi ac tumulum quo conditur Vir laude omni major, certe uno saltem Propheta Christo inferior, quoad ille non solum Sapientia & Consiliarius Patris est, nec tantum Spiritu prænuncio Prophetas alios inspiravit omnes, nec saltem qua Verbum semper similitudine nulla visa respondit Israeli ac sonuit, sed & in diebus carnis locutus est *ex cœlo* i. e. ut Deus & Dominus domus, & oculatus primum testis *Joh.* III. 31. & Salvator ad se invitans, tum & *cum authoritate Matth.* VII. 29. i. e. non tam nixus Prophetis aut Domino, aut antiquis, sed excluso ac facessere jusso omni testimonio aliunde accepto inquit, *Ego dico vobis ;* Qui & *verba Dei* locutus est *Deut.* XVIII. 18. tum quod non posset aliud loqui & agere quam quod videbat loqui Deum, tum quod sunt revera verba loquentis Dei, tum quod juxta vaticinia hoc loqui debebat Deus, tum quod ad se traduceret ac invitaret fœderaliter ut confœderatus ac Deus, tum opposite ad priscum tempus quo ne increpare quidem audebat adhuc sed judicium omne relinquebat Deo. At vero tamen & hic similis erat futurus Mosi, non quidem in æqualitate personæ, nec in identitate legis ac Œconomiæ, sed ut respondens in analogia Typo Mosis, sed

ut similiter cum Mose Œconomiam peculiarem inchoans ac ordinans, similitudine sic apertam necessario dissimilitudinem invehente.

II. Fuit autem & in morte hac *primo* Moses Typus insignis Christi & similis Christo, quoad itinere & opere consummato demum decedit, quoad cum Christo in aditu hæreditatis decedit ac testamentum per mortem adhuc firmum facit, quoad non sibi sed aliis acquisivit, quoad in monte ac loco impuro obit, quoad plenus vigore in morte cum Christo fuit, quoad secundum os Dei mors & omnis circumstantia ejus accidit, quoad corpus item in sepulchro non repertum fuit, sicut & accedi ad sepulchrum non potuit.

III. Fuit *deinde* in morte sua Musar ac *Exemplum erudiens* ac dehortans alios ab infidelitate, quum hæc exclusionis ex terra & mortis causa unice quoad Mosen ac Aaronem sit, quod fiducia firma non satis glorificarunt Deum coram populo ac fides digna non adfuit illis, aperte causam hanc loquente Paulo *Hebr.* III. 18. 19. fide in se existente absolute necessaria quin & conditione fœderis gratiæ; Neque enim ex vero loquuntur Magistri, qui vel ob verba *propter vos Deut.* I. 37. III. 26. IV. 21. Mosen suum excusant plane culpamque omnem imputant Israeli, vel causas alias exclusionis hujus loqui audent, nimirum quod Exploratores misit aut Israelem severius paulo allocutus sit, quum tamen ejus diserte infidelitas exprimatur non credens alloquio nudo ad magis Deum sanctificandum Petram aquas daturam, sed percutiens de novo Petram typumque omnem hoc modo corrumpens *Num.* XX. 20. quod & inobedientia erga Dei verbum ac jussum dicitur *Num.* XXVII. 14.

IV. Non minus fuit in morte sua hac Moses illustris ille Vir signi *tertio* Figura præsentans *Legis*, quæ & moritur ac decedit, & ad cœlum ac gratiam qua Pædagogus non in eam ducit.

V. Quod vero *quartum* est, fuit insimul in morte hac illustre historico Prophetico Præludium ejus, quod consimilem in modum sub initio Novi Testamenti in aditu ad hæreditatem mundi accidit, quum teste I. *Cor.* X. 6. ea quæ in deserto facta sunt in typum primi temporis Novi Testamenti facta sint, ubi non minus tertia demum ab exitu ex Judæa ætate commortuis in via egressis omnibus mundus sub Constantino occupatus ac hæreditatus fuit, atque similiter in itinere ac initio retenta quidem legalia ac ceremonialia ex lege charitatis propter infirmos Judæos & lege prudentiæ Christianæ fuerunt, sed non in ipsum Gentilismum ac Ecclesiam ejus illata pariter sunt.

VI. Quod autem historiam hanc mortis ac sepulturæ attinet, excesse & abesse jubemus initio ac in antecessum figmenta Judæorum, qui & diem obitus determinant primum nempe duodecimi mensis in *Josepho*, septimum in *Seder Olam*, & טו על פי יהוה׃ *Secundum os Dei Deut.* XXXIV. 6. pervertunt, inquientes, sub osculo Dei & exsugente animam ejus Deo decessisse, quum verbi divini constantia certumque ejus implementum eo denotetur, tum & negetur mors ex debilitate ac naturæ enervatione illi sponte ac per se obveniens, quum vigore ac acie oculorum plenus Moses diem suum obivit. Addunt & Vespillones Angelos, eosque sub Principe Michael constitutos, qui ex jussu Dei sepulturam & direxerit & occultaverit, tum quod non plene pro mortuo habendus esset, tum quod Judæi cadaver ex instituto Ægyptiorum & condivissent secus & in cista sacra circumportassent, tum quod cultu ac luctu nimio prosecuturi fuissent. In hoc item fabulantur, quod hunc eundem credunt esse Montem, in cujus spelunca aut puteo Jeremias Propheta ignem sacrum ac altare incensi post præscius captivitatis ac direptionis imminentis abscondiderit.

VII. De cætero vero fuit mortis ac sepulturæ hujus locus *Mansio XLI. Israelitarum*, quemadmodum Hor Mons in quo Aaron mortuus ac sepultus est *Mansio* fuit *XXXIV.* Montana hæc Moab in quibus Moses diem obiit Geographis *Abarim* in genere dicuntur, sed ut in iis ascenderit montem excelsum Moses qui *Nebo* forte ab hoc insigni Propheta dictus, in Nebo autem hoc item progrediendo verticem petierit suum *Pisga*, dictum a פסג *extulit*, *elevavit*, *contemplatus est*, sive quod summe fuit elatus & excelsus collis, sive quod contemplationis longinquæ (quod cohæret) collis: quanquam *Abbarim* ex *Gnarabbot* confuso subnati videantur, quum de *Gnarabboth Moab* unice legatur; Significat autem vox ex etymo ערב *miscuit* loca miscella, nunc campo nunc deserto distincta, nunc edita nunc valle depressa; Non enim reperitur in tota lingua Vox, quæ tam generatim ac multa derivata continet in se & habet. Fuit autem juxta montem Nebo etiam Civitas ita dicta, & Templum Baalpegnor inclytum, quare & sepultus e regione ejus in valle Moab dicitur: Ipsa vero Montana, si Geographis credendum, incipiunt a Moabitis

bitis secundum tractum Jordanis; & extenduntur versus Galaadi montes in longum, atque suo limite terram Amorrhæorum ab Ammonitica sejungunt; Unde in confinio Ammon & Moab sepultus est. Quæ situatio quoad locum, sicuti confinium veræ Canaæ facit, sic & hæreticos prope confines Ecclesiæ veræ & quasi ex Ammon & Moab per se etiam Abrahæ suo modo cognatos pingit & constituit, atque insimul sepulchro ut videbimus probe convenit.

VIII. Optime autem se res habet, quod in itineris consummatione, ac in ipso aditu ad hæreditatem, ac perlustrata prius hæreditate suavi, diem obit.

IX. Moritur ita Moses at vero & Lex, sive *Moralis* ac violata in fœdere operum, quæ fuso sanguine pretioso æquivalente & exantlata tentatione omni usque ad mortem nil porro prætendit, sive *Ceremonialis* ac umbræ quæ præsente corpore desinit ac fugit, sive *Civilis* insuper ac forensis, quæ sublata in excidio Œconomiæ veteris non locum amplius obtinet. Ita Lex mortua est aut nos legi *demortui sumus in eo cui detinebamur*, *Rom.* VII. 6. idque *per legem*. *Gal.* II. 19. 20. Ad hanc legis morrem pertinet quintuplex celebrata abolitio aut evacuatio Fœderis Operum, quoad nimirum Lex vim ac possibilitatem vivificandi amisit per peccatum, vim damnandi per Christi sponsionem ac factam in tempore certam promissionem, vim exigendi accusandi servituti terrori ac metui subjiciendi per factam actu expiationem Novique Testamenti introductionem, vim luctæ & peccati dominantis per mortem corporis, vim omnem adversam per excitationem ex mortis in gloriosa resurrectione, in qua ultimus hostis aboletur Mors. 1.*Cor.* XV. 26. Ita Lex gradatim ἐγγίζει τῷ ἀφανισμῷ *accedit ad abolitionem Heb.* VIII. 13. Ita decedit & moritur Moses i. e. tum Lex tum Œconomia Legalis Mosaica, sive quod ea non consistit cum nova Salute ac gratia in se, sive quod adducit solum ad eam non autem introducit in eam, sive quod ea vigens ac vivens adhuc necessario insuper exclusura foret ab illa.

X. Decedit & moritur autem in limine & confinio Jordanis & Canaæ Moses hic, tum quod Lex in se est Thorah ac via ad metam & salutem usque extensa ac ducens, tum quod execratio ac rigida perfectio legis objecta ad gratiam ac hæreditatem in Christo pellit ac adigit, tum quod Œconomia legalis necessario item desinit ac Œconomiam novam non simul intrat, & quoad Christus Moſi similis peculiarem item Œconiam novam deformat, & quod imperfectiones priscæ Œconomiæ cum nova non subsistunt, & quoad scopus Œconomiæ saltem erat ad novam præparare ac deducere.

XI. Decedit vero in regione & campestribus *Moab*, qui & prosapiæ atque carnis cognatæ Abrahamicæ est, & incestuosæ carnis, & Apostaticæ ac defectricis idololatricæ simul: Quæ & causa est, quare Moab & Ammon hic ibi in Prophetis nunc externe propinquorum hæreticorum, nunc in specie Judaismi prisci deficientis Figura & imago Typica sunt; Atque revera etiam in Judæa jam Moab ac Sodoma passim in Esaia facta *Esai.* I. 10. Moses & qua Christus & qua Lex ac Figura Legis mortuus item vere est; Quid enim Judæa tempore ultimo Christi nisi desertum populorum ac regio quædam Moab, in qua carnale quidem Abrahami semen erat, sed incestuosum plane & cubile Patris in Rubene primogenito ea ætate ascendens, sed defectuosum prorsus ac Diis alienis & filiæ Dei peregrini, exauctorato Christo, propter mustum lanam ac oleum adhærens.

XII. Mortuus autem fuit non minus in regionis ejus Monte, at non simul sepultus in Monte sed valle Montis; Teste enim Isidoro lib. XV. cap. XI. sepeliebantur potentes aut in Montibus aut sub Montibus, atque inde factum est ut & postea super cadavera excelsitates, aut Pyramides, aut ingentes columnæ collocarentur. Consentit Lucanus lib. VIII. in verbis:

Et Regum cineres exstructo monte quiescunt.

Sed & Aaron in Monte Hor, Josua in Monte Ephraim occubuerunt ac humati sunt Jos. XXIV. 30. Ex more hoc prognatæ sunt Religiosæ Sylvæ ac Luci, in quibus mortuos ac præcipue Heroas humarunt & coluerunt. Unde Virgilius Manes introducit Æneid. VI. ajentes,

Nulli certa domus lucis habitamus opacis:

Unde Servius ad Virgilii verba Æneid. I. *Lucus in urbe fuit; Ubicunque Virgilius lucum ponit sequitur consecratio, dicuntur enim Heroum animæ lucos tenore.* Describitur autem ille Nicol. Perotto in Martial. lib. II., *Est locus manu consitus religiosus, & alicui Deo vel hominis cineribus consecratus: Ideoque vel circa Delubra Deum vel circa sepulchra positus est, & a luce Sa-*

Sacrificiorum lucus appellatur: Legitur adoratio eorum in verbis Cicer. Orat. pro Milon.; *Vos Albani tumuli atque luci, vos inquam imploro ac obteſtor.* Et culpantur Iſraelitæ quod *Baalim ſervirent & lucis* Jud. III. 7., 2. Reg. XVII. 16., Confer 1. Reg. XIV. 23. 24.: In quibus & Abrahamum imitari cupiebant cum Saronidis in quercetis, & carnalia Sacra effœminati peragebant in loc. cit., & Manes evocabant ac interrogabant, ſed & ſolebant teſte R. Levi Idololatræ arborem plantare juxta altaria ſua, ut ibi populus congregaretur. Non minus provenit ex hoc quod *ſuper montibus comedebant* Ezech. XVIII. 5. 6., quod Deus æque vetat ac τὸ *ſuper ſanguine comedere* Ezech. XXXIII. 25.; Veteres enim Idololatræ Oracula captaturi, & ritus mortuorum umbris gratiſſimos effuſionem ſanguinis & comeſtionem ad ſanguinem peracturi, conveniebant in Montibus, quod *edere in montibus & comedere ad ſanguinem erat:* Optime autem Fagius ad loc., *Varia eſt ſententia Interpretum de hac lege, ſed fuderunt ſanguinem Dæmoni, & juxta effuſum ſanguinem, quo magis placarent, reliquias ſacrificii comederunt*, animas quippe ad commune epulum allicientes, ac proclives ad reſpondendum facientes. Moritur autem Moſes tantum in Monte Legem in Monte Golgotha & excelſa cruce emorientem ac exſtinctam referens: Moriebatur item tunc omnis quam exſerebat adhuc efficacia Lex in Œconomia Legali, quum exigeret, accuſaret, exprobraret, ſolutionem extorqueret: Moritur autem *juxta Os* Dei quod non amplexum Dei dicit, ut nec decretum ſolum quo mors illa & circumſtantia ejus omnis determinata a Deo eſt, ſed maxime prædictionem de eo ante illi factam: Excludit & hoc Os Dei tum variationem omnem, tum fortuitum omne, tum naturæ elanguentem defectum: Terminum vitæ Diis curæ ac fixum eſſe norunt Magiſtri, qui Deo æque clavem ſepulchri ac cœli & uteri tribuunt: norunt item Gentiles, qui Parcas vitæ filum nere & occare dicunt, at quæ Parcæ ſunt Deæ, atque Jovis inſuper ac Themidis Filiæ; At hic prædixit vere Deus inſuper, qui & miſſa conſtellatione ac chiromantia omni mortem unice prædicere poteſt; At vero ſic Lex etiam omni hoc antea præindicante promiſſione, omni definiente ac determinante Signo temporum, exſtincta ac enervata ſimul eſt.

XIII. Quod autem vigore & acie oculorum plenus decedit Moſes, id, ſi ad Chriſtum Ducem referatur, indicabit eum clamore & vigore valido exſpirantem, violentam item ac ſanguineam propriaque offerente manu ſubortam victimam ac ſacrificium ac non naturæ evaneſcentis deliquium: At vero non minus acie perfecta lex & cernit ac detegit acutum nævos omnes eoſque minutiſſimos, & manſit infracta uſque ad Chriſtum ejuſque utramque obedientiam, nihil efficiente pecude omni & victima priſca ſacrificiali, & uſque ad quadrantem ſolutum ultimum & colophonem obedientiæ hunc extremum haudquaquam enervis eſt, quum & vim damnandi ac execrandi vel delinquentem & delictum inexpiatum in uno habeat ac retineat.

XIV. Ita moritur Lex Chriſtus & Moſes Rom. VII., at ut ſepeliatur *in Valle e regione domus Baal Pegnor;* In Monte fuiſſe mortuum diſerta habent verba *Deut.* XXXII. 50., at non ſepultus item ibi fuit ſed in valle, an ut ſepulchrum occultaretur ejus Iſraelitis, an vero ob figuram & ad complementum Typi. Eſt autem ſepulchrum hoc Evangelium gratia & fides quæ excludunt legem, Chriſtus plene conſummatus, qui & eſt corpus umbrarum & finis legis & infinitæ dignitatis plenitudo quæ reliquationem non fert ſed perfecte omnia diluit ac abolet. Ita ſepeliebantur etiam ceremonialia cuncta honorifice deſtructo templo ac prophanato clivo ſacro ſacrorum horum officina unicaque officina, combuſtis item tabulis Genealogicis ex quibus unice quis ex ſtirpe vera Sacerdotum eſſet nec ne dignoſci debebat antequam ad altare accedere poſſet. Sed & ita Chriſtus per Moſen figuratus in Monte impuro Golgotha, ac in regione Moabi defectoris & inceſtuoſi, quin & deſerto populorum idololatrico una cum lege ſepultus fuit, mundique idololatriam ac terram ſimul expiavit.

XV. Sepultus eſt manu Dei quemadmodum & quod carni impoſſibile erat condemnavit Deus filium in carnem mittens, & manus Dei facit ceſſare ſacrificium in excidio terræ procurato, & potentia Spiritu ac operibus ſtupendis Dei converſus eſt novus populus, adducta item in locum alia & nova Œconomia.

XVI. Neque hinc nube incinxit ac in cœlum ſtatim aut ſtationem certam cœli tranſtulit eum Deus, neque in limbum aliquem ſubterraneum traduxit, namque in valle e regione idoli Baal Pegnor ſepeliviſſe legitur: qui locus & ad ſcortationem Iſraelitas paulo ante pellexerat, & impurus inſimul maledictus ac idololatricus erat, atque ſic figura commoda loci ejus exſtitit, in quo Lex cum & in Chriſto exſpiravit & vi omni ſua deſpoliata eſt: Calvaria enim & Crux & Chriſtus

stus execratio factus rem omnem peragit. Et scortabantur item consimiliter tum temporis Judæi cum filia Dei peregrini non minus, eratque vere terra tunc etiam peregrina ac Edomo & Romanis propria seu desertum populorum; Et quid post emigrationem Dei ex templo tunc domus ea nisi domus Baal & Baalim quorum nomina tamen post delenda, nisi domus in qua Cultores Baal congregantur, sive per eos Proceres intelligantur qui utut mortui ac harioli tamen pro templis Domini habebantur a plebe, sive Romani quorum amicitiam præferebant longe Messiæ, clamantes *Non nobis est Rex nisi Cæsar*; Quæ & causa est quod Moabi nomine pro tunc Judæa in Prophetis venit.

XVII. At hoc Sepulchrum Mosis non est repertum unquam in hunc usque diem; Quum de non reperto sepulchro loquitur, supponit quæsitum illud fuisse anxie a Judæis, de quo & dubitandum minime est, sive ut de more Ægyptiaco conditum corpus conservarent perpetuo, sive ut Columnas Pyramides ædesque augustas Mosi ædificarent in loco quo humatum erat, sive ut ex impuro loco exportarent, sive ut cum ossibus Josephi & Jacobi in Canaa sepelirent. Adibant autem etiam sepulchra Gentes, ut insomnia ibidem captarent fatidica, ut Manes epulo & sanguine in scrobem effuso ad interrogandum evocarent, at potissimum ut placarent sibique per inferias conciliarent, quod & fiebat crine secto potissimum certo luctus indicio; Hinc Helena apud Eurip. in Oreste, *Vis mihi ire ad sororis tumulum, Comæ ut primitias & inferias feram meæ*. Et Cariclæa in Heliod. Æthiop. lib. VI. *Afferam tibi inferias ex ipsis meis Cincinnis*. Adde Senecam in Phædr. Act. V. Scen. I.

Placemus umbras, capitis exuvias cape,
Laceræque frontis accipe abscissam comam.

XVIII. At non repertum fuit sepulchrum hoc, sive quod Deus in vallis parte ignota ac profundissima clam sepeliverat, sive quod potius ex morte statim iterum excitaverat, sive quod plangere post excitationem & Mosen & Legem indecorum ac absurdum erat: Excitasse vero Deum statim, id apparet tum ex Mose Matth. XVII. cum Helia in Thabor apparente, tum ex eo quod Lex ac res per Typum signata non moreretur in morte sed renovaretur solum ac nova fieret, ac regula perpetua sanctitatis mori etiam tanquam moralis non posset, sed lex Regia libertatis fieret ac in cœlum ipsum exclusa spe ac fide simul intraret. At & in rei veritate sepulchrum ac abolitio legis nondum reperiri potuit; Neque enim recipitur & creditur a Judæis incestuosis hæreticis digne tanquam Christus, minus execrationis ac prætensionis legalis omnis finis recipitur, ut nec abolitio Legis & Fœderis prisci operum, nec cessatio ac Finis Œconomiæ priscæ legalis & Mosaicæ; De Judæis res in confesso est, qui & non recipiunt Prophetam ac Messiam ullum nisi qui similis Mosi est & externam tantum liberationem affert: Sed & Pelagianismus adhæret Romani-Catholicis & Œconomia Mosaica, dum *Parvum Cornu* tempora immutat ac leges, & Bestiam seu regnandi formam *quæ olim fuit ac sub Novo Test. non est* reducit ex abysso iterum. Sentiunt item Justitiarii omnes *Sociniani*, *Arminiani*, *ac Anabaptistæ* magis corrupti.

XIX. Atque sic decedit Moses diu ad Christi Sponsionem βραδύγλωσσος, & Josuæ Typo Jesu lampada tradens & introductionem concedens, Moses ille qui Judæis etiam secus Messias primus contradistincte ad Supremum dicitur, eaque ratione etiam Christi Figura illustris etiam est.

XX. Recurrit item historia hæc in Fabula erudita *Orphei*, qui teste ipso Celso apud Origenem contra Celsum lib. VII. absque omni dubio sancto afflatus Spiritu fuit, & cujus Lyra hinc in cœlum translata fertur, qui & Aristoteles ac Cicerone testibus nunquam fuit iterum, carmine & vaticinio omni ejus parem non habente: Atque ferunt etiam de hoc quod fulmine Jovis percussus fuerit in Olympo monte juxta Pausaniam ibidemque sepultus sit. Redit item in *Medea fatidica* seu Mensura & Columna nubis, quæ a Jasone per labyrinthum deserti in circulum & per dracones ejus ducto tandem repudiata, & Arca Fœderis in locum assumpta omnes sibi sua ætate natos trucidavit in deserto & cadere fecit, ut eorum nullus, nequidem Aarone ac Mose excepto, in Josuæ quietem perveniret.

XXI. Pellucet vero Narratio fabulosa Maronitarum Pastorum in Hornii Hist. Eccl. pag. 262. qui ferunt, *quod* ipsis in montibus Nebo & Abarim capras pascentibus anno 1655. in mense Octobri aliquæ capræ per triduum a grege exspatiari ac odore suavissimo imbutæ redire deprehensæ sint, *quod* scrutati penitius Patriar-

triarchæ Maronitarum in Libano monte nunciassent se Ducibus his Capris ad amœnam inter præcipitia rupium immanium sitam profundam vallem venisse caveamque suavissimi odoris in medio sui Sepulchrum ex vivo saxo literis quibusdam inscriptum exhibentem, *quod* & Patriarcha, suavitatis insuſitatæ odore quem vestimenta Pastorum spirabant perculsus, Sacerdotes misisset duos, qui vere monumentum repererint, cui literis Hebraicis inscriptum fuerit, *Moses Servus Domini.*

BALTHASARIS DORFFER
EXERCIT. PHILOL.
DE
SEPULCRO CHRISTI.

PRÆLOQUIUM.

Quanta olim religione monumenta illa, quæ vel Sanctorum vel quorumvis magnorum hominum cineres ac ossa contegebant, Gens quælibet sectata sit, docent vasta historiarum volumina. De Christianis superiorum seculorum certum est, quod parum pium censuerint eum, qui Hierosolymis non fuisset, & sepulcrum Christi semel atque iterum non visitasset. Nec minus Judæi magna quondam animi commotione sese prosternebant ad sepulcra justorum, *partim ut mortuum deflerent*, *Joh.* XI. *verſ.* 31. partim *ut Prophetam aut Doctorem sepultum* Deo *commendarent precibus*, *eidemque felicem optarent resurrectionem: precantium vultu ad urbem sanctam converso*, id quod vel ex luculenta *Salomonis*, *Bar Nathanis* formula precandi manifestum est, quam cum versione dedit *Cl. Pocokius Notis Miscell. ad Port. Mos. pag.* 224. apud *Celeberr. Hotingerum in Cippis Hebr. pag.* 28. Sed, declinante Christianismo, laudabilis ille mos in meram superstitionem abiit, de qua jam suo tempore conquerebatur *S. Augustinus de Moribus Eccleſ. Cathol. c.* 34. Romani-Catholicis enim hodie visitationibus illis, nescio, quæ merita tribuere non verentur. Et delira Judæorum natio, inter fundamenta legis recepit, *hanc fidem: quod omne bonum sibi accidat propter meritum Abrahami*, *Isaaci & Jacobi*, referente ex *Maimonide Hotting. loc. cit. pag.* 27. Quare nunc invisit sepulcra, ut nuncupet vota ac preces *Deo*, pro sua salute. Equidem, revertentiam deberi sacris iis & religiosis locis, non negamus, adoranda autem protinus illa esse, quis nobis persuadebit? Sed delectentur alii monumentis aliis: nos, ceu par est, pietatem Salvatori, tempori observantiam admetientes,

Τοῦτο πρήξωμεν

--- --- --- *& id, quod instat, agemus.*

Cum enim hactenus Præcones Verbi divini frequentissimam *Sepulcri Chri-*

Christi mentionem fecerint, de eodem nonnulla ex probatissimis Philologis, quasi spicas collecturi ex aliorum messe, afferre nobiscum constituimus. Ita proficiscemur omnium tutissime ad Redemptoris Sanctissimum Sepulcrum mente, quam nec viæ dispendia atque pericula morari, nec impensarum difficultates retrahere possunt. Quod iter nostrum, ut salutariter procedat, Faxit ille, qui est *Via* & *Veritas*.

I. NUlla profecto gens adeo barbara, aut ab humanitatis usu aliena, quæ sepelire cadavera, patrio ritu non probaverit. Est enim Sepultura juris naturæ, judice *Chrysostomo*, *Lib.* περὶ ἔθες, uti illud pluribus demonstrant *Cl. Kirchmann. de Funer. Rom. Append. cap.* III. *pag.* 683. & *Pl. Reverend. Dn. D. Quensted. de Sepult. Vet. cap.* II. *p.* 19. Hinc etiam in bellis, ubi alias leges silent, non fuit ab infensissimis hostibus insuper habita. Nam quamprimum a pugna respirare licuit, hæc una statim cura tam Imperatoribus, quam militibus incumbebat, ut cæsos sepelirent. *Hannibal*, licet juratus nomini Romano hostis, tamen *Flaminii* interfecti corpus, ut terræ mandarent, quæri jussit. Eandem humanitatem *L. Cornelius* Consul *Hannoni* præstitit. Valeat igitur Stoicorum rigida & ab omni humanitate longe remota secta, qui parum interesse affirmabant, *supra terram, an infra putrescerent*. Quibusque illud semper in ore: Cœlo tegitur qui non habet urnam sentienti. Rectius *Arminius* vetus Poeta:

> *Humano generi posuit natura creatrix*
> *Hanc legem, ut tumuli membra sepulta tegant.*

Sed quam varii cadavera de medio tollendi ac sepeliendi ritus sint, ab aliis dictum est. Quidam mortuos vel morti vicinos devorabant, & quidem vel totos, ut *Scythæ*, *Pontici*, *Padæi*, *Hiberni*, *Massagetæ*, *Derbices*, vel excepto capite, ut *Sidones*, *Essedones*, *Panebi*. Alii avibus vel canibus dilaniandos objiciebant, ut *Hircani*, *Bactrii*, *Indi*, *Persæ*, *Parthi*. Quidam in mare & paludes projiciebant, ut *Æthiopes*, *Ichtyophagi* dicti, *Pæones*. Alii ex arboribus vel patibulo suspendebant, ut *Tiberani*, *Colchi &c.* De quibus omnibus, eo, quo nominavimus, ordine, prolixe agit laudatus ante *Kirchmann. loc. cit. cap.* II. *pag.* 669. *seqq.*

II. Atque hæc quidem dira immanium populorum feraque barbaries erat, melius aliquanto, inter alios, Judæi, qui cadavera terræ, ceu primæ parenti, unde ortum traxerant, reddebant. Quapropter ad eandem nunc propius devolvimur sepeliendi rationem, ubi de *Sepulcro Christi* disputare animum induximus. Faciemus autem initium a re minutissima h. e. Sepulcri Etymologia. Sepulchra a sepultum τῦ sepelio juxta *Isiodorum l.* 15. *de Etymol. c.* 11. omnium commodissime derivari, notius est quam ut dici queat. Quemadmodum enim mutato T in C & inserto R, ab ambulatum fit ambulacrum: ab involutum involucrum: a simulatum simulacrum, ita etiam a Supino sepultum, fit sepulcrum. Quare ut in hac derivatione multis immoremur, & cum *Interprete Terentii*, *Andria primore*, dubitemus, *utrum dicatur sepulcrum* κατ᾽ ἀντίφρασιν, *quod sine re pulcra sit? an quod ibi sine pulsu sint, id est, mortui? an quod illis animæ a vivis sepeliantur, id est, separentur?* parum attinet.

III. Æquipollentia nomina, quibus sepulcrum appelletur, apud Latinos, Græcos & Hebreos passim reperiuntur. Nunc enim monumentum, nunc conditorium, nunc requietorium, nunc sepulcretum dicitur, sed stricte accepta voce sepulcreti, cum alias in significatione famosiori locum denotet pluribus sepulcris sacrum, quem Veteres Hebræi non בית מתים domum mortuorum, sed בית היים domum vivorum, teste *Schickardo, de Jure Heb. c.* VI. *p.* 169. (*qui Constantino L' Empereur, Vir Orientalium LL. peritissimus & in aliis versatissimus audit*, Christiani Cœmiterium nominant, & Germanice Einen Gottes Acker. Aliter etiam sedes, tumulus, domus, stabulum cadaverum, nec non sarcophagus apud Poetas pariter ac Historicos vocatur. Græcis dicitur τάφος a verbo θάπτειν, quod sepelire, humare significat; item μνημεῖον, nec non μνῆμα. Hebræis sepulcrum notatur vocibus קבר. בור & Nonnunquam etiam per שאול id in Sacris literis indicatur. Quod probe tenendum contra *Martinum Delrionem*, *in Adag. Sac. V. T. Tom.* I. *pag.* 209. *Andream Crocquetium*, *in Catechesibus Catech.* 19. & plures alios e Romano-Catholicis, qui negant unquam in Scriptura vocem illam

lam Hebraicam notare ſepulcrum. Confer hic *Meiſnerum*, *Part.* II. *Phil. Sobr. Sect.* I. *cap.* III. *q.* 2. & *Quenſtedt. l. c. cap.* IX. *pag.* 207. Cæterum antequam altius provehamur, *Homonymiam*, quæ errorum genitrix eſt, hic prius evolutam demus oportet. Verum cum id laudati a nobis Celeberrimi Viri, egregie præſtiterint, nolumus actum agere, aut ſingula eorum verba huc tranſcribere. *Lege Rivetum. In Gen.* 37. *Exerc.* 151. *verſ.* 577. Et quilibet facile advertit, quod hic ſignificationem ſepulcri propriam attendamus, quando pro loco ſpeciali in eum finem conſtructo accipitur, ut mortuum corpus humanum vel oſſa ejus contineat.

IV. Non autem licet, neque placet, nobis impræſentiarum inſigniores Sepulcralium Pyramidum & Mauſolæorum ſtructuras moleſque contemplari, quarum magnum numerum ex univerſo orbe, Aſia, Africa, America & Europa ἐν συνόψει exhibuit *Clariſs. Dn. Mullerus*, *l.* II. *de Sepulc. vet. Heb. cap.* II. III. IV. V. *pag.* 13. *ſeqq.* ſed Domini ac Servatoris noſtri monumentum, quod Germani Das Heilige Grab vocant, tantum paulo accuratius intueri ſedet animis. Quod dum facere aggredimur, Scripturæ S. relationem nobis proponendam cenſemus, quæ de eo ſequentia habet apud Evangeliſtas. *Matth.* XXVII. 60. *Marc.* XV. 46. *Luc.* 23. 53. *Joh.* XIX. 41. Ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἐσαυρώθη κῆπος καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινὸν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη· καὶ κατέθηκεν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ ὁ Ἰωσὴφ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ λαξευτῷ ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κάιμενος· καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου ἀπῆλθεν. Latinus ita vertit: *Erat autem eo in loco, ubi crucifixus eſt hortus & in horto monumentum novum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. Et depoſuit corpus Jeſu Joſeph in monumento ſuo novo, quod erat e lapide exciſum, quod ceciderat in petra, in quo nondum quiſquam fuerat poſitus. Et advoluto ſaxo ingenti ad oſtium monumenti abiit.* Ita amice conſpirat Quadriga illa Evangeliſtarum apud Gerhardum p. m. *Harmon. Evang. cap.* CCV. *pag.* 2058.

V. Cum vero Sepulcra Judæorum non unius generis fuerint, hinc ſedulo diſpiciendum erit ante omnia, ad quamnam claſſem monumentum Chriſti referendum ſit. *Ligtf. Chorog. c.* C. *pag.* 176. obſervat Sepulcra quædam extraordinaria, & inter hæc I. קבר הנמצא *Sepulcrum inventum*, id eſt, Interprete Mullero, *l. c. l.* III. *c.* II. cum cadaver in agro detegitur, ibi inſcio Domino defoſſum. 2. קבר מזיק את הרבים *Sepulcrum publice nocens* cum cadaver propter viam publicam defoſſum, polluit tranſeuntes. Deinde etiam Sepulcra alia *Vulgaria;* alia *Nobiliora* ſunt. Ac quidem quod *Vulgaria ſ. publica*, (quæ *Ciceroni Verr.* VI. loci communes dicuntur) attinet, in quibus promiſcue cuilibet e plebe jus erat tumulari, probare ea multi conantur cum *Menochio l.* VIII. *Reip. Heb. c.* IV. *q.* III. & *Sanctio ad Acto.* I. 9. ex. II. *Reg.* 23. 6. ubi *Joſias* pulverem combuſti luci dicitur projeciſſe *ſuper Sepulcra* בני אדם *filiorum populi:* h. e. juxta *Sanctium*, *ubi vulgares homines tumulari ſoliti*. Alii ex *Jerem.* 19. 11. Sed quam bene ac congrue vide ſis apud *Magnificum Dn. D. Gejerum*, *de Luct. Heb. c.* VI. §. 10. *p.* 130. qui commodius ea probari putat ex *Jeremiæ* XXVI. 23. Ubi *Uriæ gladio interfecti cadaver*, *dicitur projectum ad ſepulcra filiorum populi*, *ut ſcilicet hoc modo cum ignobili obſcuraque plebe ejus ſimul periret nomen.* Et tale commune cœmiterium, ubi vulgus & inopes ſepeliebantur, *Vallem Cedron* fuiſſe, quæ contigua civitati Sanctæ eam totam ab Oriente cingebat, ſunt qui exiſtimant. Ita *Cornelius a Lapide Comment. in Jerem. cap.* XIX. 6. *Commune*, inquit, *Judæorum Sepulcrum erat in Valle Cedron*, *in ea parte*, *qua Gehenna ſeu Tophet appellatur*, *ut patet ex* IV. *Reg.* 23. 6. *Indeque hæc vallis dicta eſt Cadaverum*, *Cineris*, *Calvaria & regio mortis*. Hodie illic Turcas ſepeliri refert *Adrichomius*. *In Deſcript. Jeruſ. n.* 204. Hæc *vulgaria* Sepulcra non omnia ejuſdem fuerunt cenſus. Alia etenim deſtinata erant hominibus *bonæ famæ* tam *Indigenis Jerem.* 26. 23. quam *peregrinis*, *Matth.* 27. 7. iis ſcil. qui ex variis orbis terrarum partibus annuatim ad ſolennia Hebræorum feſta venerunt adoraturi Dominum. Huic honeſtorum hominum ordini, accenſet illud quod LXX. vocant πολυάνδειον, *Ezech.* 39. 11. *Mullerus. l. c. p.* 21. Alia hominibus *ultima ſupplicia paſſis*. Duo illorum paravit Synedrium, unum occiſis gladio, & ſtrangulatis, alterum lapidatis & combuſtis, ut ex *Sanhedrin c.* VI. *halac.* 5. retulerunt *Ligtf. Horis Hebr. in Matth.* 27. 58. *Seldenus l.* II. *de Syned.* 13. 4. *p.* 537. *Gejer. l. c.* §. 15. *p.* 145. & *Mullerus. l. c. l.* III. *cap.* 8. Atque hic factum, ſubjicit laudatus jam jam *Dn. Gejerus*, *quod Joſephus pie illi Chriſti ſectator*, *iniquiſſimum ratus*, *Dei Virum communi nebulonum ſepulcro inferri*, *abiverit ad Pilatum*, *ibidemque ambiverit indultum*, *ſuo liceret ſibi inferre monumento*. *Nobilio-*

liora autem Sepulcra constructa erant pro hominibus nobilioribus ejusdem familiæ, in eodem loco sepeliendis. Eminent inter hæc in Sacris monumenta *Patriarcharum*, *Genes.* 49. 31. *Jos.* 24. 3. *Regum Judæ*, II. *Paral.* 21. 20. *Regum Israel.* II. *Reg.* 13. *vers.* 13. Et in horum numero iterum deprehendimus *quædam solitaria*; cujus indolis est Sepulcrum *Rahel*, *Gen.* 35. 20. *Aaronis*. *Deut.* X. 6. *Multa communia*. Ubi tamen notandum quod communionis causa non ubique eadem fuerit. Plerumque *hæreditas*, unde dicuntur *sepulcra hæreditaria* & patria, *Gideonis*, *Jud.* 8. 32. *Samsonis*. *Jud.* XVI. 31. *Hinc Sanctius In c.* II. *Act. p.* 79. *In sepulcra illa non unum tantum inferebatur cadaver, sed tota familia in illa jus habebat quasi hæreditarium, quare in Sepulcro Abrahæ conditi sunt postea Isaac & Jacob, & sæpe posteri inclusi esse dicuntur in parentum monumentis. Et inde natus est dicendi modus; dormire cum patribus suis &c.* Sæpe *familiaritas*, unde Sepulcra familiaria quæ quis sibi suæque familiæ constituit. Aliquando *honor*; propter quem Christo Sepulcrum suum commune fecit *Josephus*. De hoc itaque Nobiliori Sepulcro nunc solliciti sumus, quod & *peregrinum* & *alienum* appellari potest. *Qui enim in vita non habebat domicilium neque post mortem habet tumulum*, pie inquit *Theophylactus*. *In* XIX. *Johann.*

VI. Erat autem Sepulcrum Christi extra urbem, uti pleraque Judæorum monumenta. Non quidem inficiamur etiam *Hebræos* aliosque populos in urbibus cadavera suorum sepeliisse. De *Græcis* consule *Plutarchum*, *in Lycurgo & Lacon.* item *Polybium*. *l.* 8. *Hist.* Apud *Romanus* primitus quemque in suis ædibus terræ mandatum fuisse, præter *Isiodorum*, *l.* 15. *de Origin. cap.* 11. *Alexandrum ab Alex. lib.* 6. *Gen. dier. cap.* 14. testis est nominatissimus illi Virgilii interpres, *In l.* VI. *Æneid.* qui ad hæc verba, *Ædibus hunc refer suis & conde sepulcro*, inquit, *Omnes homines in suis domibus sepeliebantur, unde ortum est, ut Lares colerentur in domibus &c.* An vero id commode satis fieri potuerit ob immunditiem etiam sepulcris suo modo adhærentem, disquirant alii. *Adi Gejer. l. c.* §. 9. *pag.* 123. *seqq.* Certe *Clariss. Kirchmannus*, qui judice *Dn. D. Quenstedt* omnium conatus in hoc argumento superavit, apud Latinos fortean id obtinuisse, concedit, nunquam vero Romæ. *l. c. l.* II. *c.* 20. *pag.* 258. Nostros quod spectat Hebræos, iis intra urbem olim sepulcra fuisse, manifestum est ex exemplis Regum in utroque populo. Imprimis perspicuus locus est, ubi *Sanctius* autumat, *in horto illo illustre aliquod mausolæum dignum regio cadavere constructum fuisse ab ipsomet Rege adhuc vivo.* Et eadem urbs *Ramatha* præbuit infantiæ *Samuelis* cunas, adultæ ætati domum & funeri Sepulcrum. *Sepelierunt eum* בביתו ברמה *in domo sua, in Rama.* vide *Hotting. Cippis Heb.* 50. 30. *Ubi etiam docet, Abneri sepulcrum in media Hebron monstrari.* Ex his liquido patet, quam falsus sit *Alphonsus Tostatus*, *Comment. in Genes. c.* L. *v.* 13. quando ait: *Signate dici speluncam illam emptam in jus sepulcri fuisse in agro & extra civitatem, quia nunquam mos fuit sepeliri corpora mortuorum intra civitates, nisi apud Christianos &c.* Quem recte refutavit *Pererius. Com. in eund. l. Gen. Disp.* IV. Plura tamen & frequentiora Judæorum Sepulcra extra urbes, in locis a viventium domiciliis separatis, fuisse, ostendit evidenter Scriptura S. variis exemplis. De *Hierosolymis Maimonides: Non*, inquit, *pernoctare in ea permittunt mortuum: non portant per eam ossa mortui: non permittunt in ea sepulcrum, exceptis sepulcris domus Davidis & sepurcro Huldæ* &c. *apud Ligtf. l. c.* Ita in Agris, Montibus, Vallibus, sub Arboribus, ad Viam, in Hortis sepulti leguntur. *In agro Hebronensi* fuit sepulcrum *Abrahæ*, *Saræ* & cæterorum *Patriarcharum*. *Genes.* 23. 11. *it.* 47. 29. Et *Menochius*; *in Matt.* 8. 28. *Judæi*, inquit, *in agris extra urbes sepulcra constituebant cubiculis similia, quæ plures homines possent capere.* De reliquis confer citatum supra *Mullerum*. *l. c. l.* III. *c.* X. *p.* 34. *seqq. Immo & horti, qui tamen*, dicente *Dn. D. Gejero*, *l. c. pag.* 122. *refectionis ut plurimum causa instrui solent, apud nonnullos perpetua hæc in se continebant mortalitatis monumenta.* Ita *Josephus Arimathæus* in horto suo, (qui ad partem Urbis occidentalem spectans a monte Calvariæ centum & octo pedum, a monte Sion vero mille passuum spatio distabat juxta *Andrichomium In Descript. Jerusal. pag.* 239. Sibi monumentum excidi curavit, quod procul dubio nec ipse primus nec solus instituit. Et hoc est quod Salvatori nostro in dormitorium cessit.

VII. *Erat in loco eo, ubi crucifixus est, hortus & in hortu monumentum novum, &c.* sunt verba textus. Ubi tenendum vocabulum τόπος, hic non εἰδικῶς, pro fætido illo & ignominioso monte suppliciis destinato accipi, sed γενικῶς, prout denotat universum tractum monti Golgathæ vicinum. Cum enim Civibus Jeru-

rusalem, copia incolarum vix se amplius capiens, & confluxus peregrinorum, debitum culturæ hortorum spatium non permitterent, hinc viridaria sua extra mænia habebant. In tali itaque horto Sepulchrum Christi excavatum erat ἐν τῇ πέτρᾳ in petra vel rupe. *Marco* dicitur λελατομημένον ἐκ πέτρας excisum e petra. Est autem λατομέω, ῶ, verbum formatum juxta *Gerardum l. c.* a nomine λατόμος, lapicida, quod est compositum ex λᾶας & τέμνω, qui lapides incidit ac lapidibus extruit. *Lucas* vocat id λαξευτὸν incisum, quod a verbo λαξεύω derivatur. Dicitur λαξεύω quasi λᾶν f. λᾶς ξέω lapides incido, polio scalpo & futuro operi apto. Confer locum *Esai.* IX. 10. ubi λαξεύειν καὶ κόπτειν τοὺς λίθους conjunguntur. *Syro* appellatur קכירא נקירא *monumentum effossum*, nimirum ex petra excisum. Ex quibus omnibus ultro patet, Sepulchrum istud non ex multis lapidibus apte inter se coagmentatis extructum, sed ex solida rupe excisum fuisse. *Namque solum circa Jerusalem ad sexagesimum usque lapidem ὑπόπετρον, petrosum saxosum, h. e. subtus lapidosum erat.*

VIII. Præterea dicitur Sepulchrum hoc, μνημεῖον καινὸν ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος, h. e. *monumentum novum in quo nondum quispiam positus fuerat*. Et hæ sunt rationes cur καινὸν vocetur. Erat enim noviter atque recens excisum & nullum adhuc cadaver susceperat. Quare consequens est Christum in eodem primum omnium jacuisse. Atque ut paulo altius expendamus formam hujus tumuli, ante omnia scopulorum instar fugiemus structuras, quas religio citeriorum seculorum vel excitavit vel interpolavit, ne ex præsentium facie Scripturam S. temere judicemus. *Bernhardus Bredenbachius*, qui A. C. 1483. loca illa sancta visitavit, hodiernam sepulchri Dominici formam apud *Gerhard. l. c.* ita describit. *In medio templi, sepulchro Dominico superextructi est petra excisa, quadrata, octo pedes alta, sedecim pedes longa, octo pedes lata, marmore candido exterius obducta, versus ortum est janua, per quam si quis in petram illam excisam progrediatur, inveniet parietem in duas æquales partem dividentem; in hoc pariete est aliud quoddam ostiolum, per quod in posticam petræ partem ingressus patet; in qua ad dextram versus Septentrionem ostenditur in pariete caverna ex marmore coloris grysei excisa, trium manum altitudine & octo pedum longitudine, pendentibus e sublimi faculis perpetuo igne lucentibus.* Quam formam fucatam & longe aliam esse, ab ea quæ fuit tempore Apostolorum inter alia ex eo ostendi potest, quod hodie nonnisi per duorum ostiorum ingressum sepulchrum Dominicum intueri liceat, cum tamen olim Johannes potuerit in illud παρακύψαι, h. e. protenso collo cum levi corporis inflexione id respicere. *Joh.* XX. 5.

IX. Certum vero Nobiliores apud Judæos speluncam elegisse, quæ cadaveribus numerosæ familiæ dormitorium commodaret. Quo pertinent, quæ *Quaresmius, lib.* IV. *Peregr.* 4. *cap.* 7. apud *Gejerum l. c.* §. 12. *pag.* 139. αὐτόπτης testatur scil. *duo imprimis in sepulchris Hebræorum animadverti posse, unum quod a natura & alterum quod ab arte acceperunt. Illud, quod speluncæ essent nativæ in rupibus, ad quarum imitationem aliæ fodiebantur: hoc vero quod postea arte & labore perficerentur.* Nos itaque brevem exhibebimus Sepulchri Christi ideam tum ex Scriptura S. tum ex Talmude, & hæc potissimum summa capita attendemus, nimirum *Specum sepulchralem, ostium specus, lapidem ostium claudentem & atrium ante ostium*. De singulis ordine.

X. In *Talmude part.* IV. *lib.* 3. insignis pro sepulchris Hebræorum locus est, quem plene adduxit & additis Rabbinorum commentariis illustravit *Mullerus l. c. lib.* III. *cap.* IV. Ex quo sequentia observamus: Forma *Specus* debebat esse quadrata. Quatuor etiam fuerunt cavitatis illius latera, & fundi area sine dubio quadrata. De Lacunari cum nihil extet, arcuatum id fuisse, quia durabilius est, credit citatus *Mullerus*. Mensura autem specus hujus variabat pro varietate Sepulchri, nunc angustioris, nunc angustioris. Longitudo angustioris sex, latitudo quatuor cubitis: Angustioris autem illa, octo, hæc sex cubitis definiebatur. Altitudo quatuor cubitorum per Additiones Rab. æqualiter erat. Et talis spelunca (quæ Rabbinis ab usu & fine בקר i. e. Sepulchrum, a forma vero מערה antrum dicitur,) procul dubio etiam fuit monumentum Christi. Hinc a Scriptoribus Ecclesiasticis *Eusebio lib.* III. *de Vit. Const. cap.* 24. ἄντρον, σπήλαιον antrum sacrum, spelunca sancta &c. appellatur. Cum vero non singuli seorsim a suis sepelirentur, sed tota familia in una spelunca, hinc octo vel tredecim pro diversitate moduli Sepulchri excavabant foramina (Rabbinis כוכין Kokin dicta) quæ conditoria erant pro singulis corporibus reponendis. Specialem itaque locum ubi sanctissimum Domini corpus positum erat, unum ex illis octo vel tredecim kokoin f. foraminibus fuisse docet *Magnus Ca-*

ſaubonus, *Exerc.* XVI. *ad Annal. Baron. p. m.* 578. quem plures ſequuntur. Contra *Mullerus*, quod Kokin cum Scriptura S. ob difficultates quaſdam componere haud ſciret, in ipſa ſpecus area, probe complanata, jacuiſſe, putat, funera, *ſibi mutuo contigua ſine loculo*, *ſuis tantum linteis obvoluta loc. cit. cap.* V. *pag.* 27. 28.

XI. Hic non inepte diſquiri poteſt, *An Sepulchrum Chriſti in aliquam altitudinem ſuper terram elevatum fuerit?* Ita quidem ſuſpicantur non pauci iique clariſſimi Viri. Neque aliter ſentire poſſunt, qui hodie ex ἐκτύπῳ multum mutato ἀρχέτυπον judicare præſumunt. Ex deſcriptione Sepulchri Domini, quam tradidit *Venerabilis Beda*, apud *Dn. D. Quenſted. loc. cit.* facile colligere eſt, primam formam mirum in modum idque ante plurima retro ſecula immutatam eſſe. Et *Euſebius loc. cit. locum ſepulchri aggeſta terra aliiſque rebus a paganis fuiſſe obrutum, atque ita ſepultum quaſi ſepulchrum Salvatoris, ne ulla extaret ejus memoria.* Quare cum elevatio illa deſcriptioni Evangeliſtarum non ſatis convenire videatur in negativam alii inclinant ſententiam. Præſertim *Magnus Gerhardus* & *Caſaubonis loc. cit.* Uterque in partes ſuas vocat *Cyrillum in Catech.* XIII. qui inter Chriſti & Regum Sepulturas hoc ponit diſcriminis, quod ſepulchrum Domini non eſſet exaggeratum ſuper terram, ut ſolent eſſe Regum monumenta. Verius itaque eſſe judicant, rupem, in qua monumentum illud fuit exciſum, aut nihil aut parum admodum ſupra ſoli ſuperficiem eminuiſſe. Nos in tantorum Virorum judicio merito acquieſcimus, daturi tamen faciles aures meliora docenti. Qui aut ſub terraneum plane fuiſſe cenſet, ita ut per gradus aliquod; tanquam in cellam deſcendendum, iis non accedimus, ſiquidem recto id intrare licebat pede. *Conſ. Ampliſs. Dn. Gejer. l. c.* §. 13. *p.* 142.

XII. Uti quivis ſpecus apud Hebræos, ſuum *Os* ſeu *Oſtium*, quo ingreſſuros recepit, habuit, ita etiam ſepulchrum S. in quod ingreſſus patebat, *Matth.* XXVII. 16. tanquam in cameram excavatam. De forma, menſura & loco oſtii nihil expreſſi habemus. Commentatores in allegatam ſupra Miſchnam, ubi in genere de ſpecu agunt, oſtium non invertice ſed latere ſpecus breviore extitiſſe, docent. Certum eſt, uſu receptum fuiſſe apud Judæos, ſepulchrum claudere advoluto lapide. Idcirco nec alia forma nec ampliore menſura concinnandum oſtium fuiſſe, quam quæ apta foret bene claudi admoto lapide, per ſe conſtat. Et talem lapidem (qui a volutatione nomen accepit ut גלל appellaretur, docente *Buxtorf. Lexic. Talm. fol.* 437. etiam *Sepulchrum Chriſti* habuit, de quo Hiſtoria S. *Matt.* XXVII. 60. *Marc.* XVI. 4. teſtatur quod fuerit μέγας σφόδρα *valde magnus h. e. maximus.* Quamobrem probabile eſt *Joſephum* ac *Nicodemum*, *Exequiatores illos nobiliſſimos*, tantæ molis lapidem non propria ſed aliena, nempe ſervorum ſuorum opera, ori ſepulchri admoviſſe. Ideo *Syrus* in plurali vertit, *advolverunt.* Et quemadmodum ſepulchrum ex uno ſolido ſaxo exciſum fuit, ita hic lapis integrum quoddam atque ingens erat ſaxum, os ſepulchri tegens & ingreſſum in illud prohibens.

XIII. Naſcitur inde nobis quæſtio hæc; *An plures uno lapide monumento Chriſti advoluti fuerint?* Reſp. Multiplicant quidam lapidem hunc apud *Caſaubon. loc. cit. pag. m.* 608. *Maldonatus in Matth.* XXVIII. 3. duos, *Barradius*, *Harm. Tom.* VI. *lib.* VIII. *cap.* 2. & 3. tres, diverſis oſtiis, veſtibuli, ſpecus, conditorii, occludendis fingunt. Sed male. Apud Evangeliſtas enim & Patres nonniſi unius mentio fit. Et præterea paulo ante dictum ſpecus oſtio advolutum fuiſſe lapidem. Unus ergo lapis erit, uti unum ſpecus os. Sed hæc clara atque perſpicua ſunt. Majoris indaginis erit diſpicere, *An lapis ille advolutus fuerit foribus horti, an monumenti totius, an vero conditorii?* Equidem foribus horti eundem admotum fuiſſe, nemo facile afferet. Habebat quippe ſuam portam, hortus. *Calixtus in Concord. Evang. lib.* VII. *cap.* I. autumat lapidem foribus conditorii advolutum fuiſſe. Verba ejus hæc ſunt: *Et certe lapidem cujus meminit hiſtoria Evangelica maxime veroſimile eſt, advolutum fuiſſe ori foraminis ſ. conditorii, in quo quieſcebat corpus Domini. Parum intererat cætera omnia claudi, præſertim cum monumentum eſſet novum, in quo nondum quiſpiam poſitus fuerat.* Aſt aliis conditoria illa ſ. Kokin non ſatis apta ſunt, claudi ſingula peculiari lapide. Quia kok & loculus, in kok intruſus Commentatoribus in Miſchnam ſunt ejuſdem longitudinis, dicente *Mullero. loc. cit. pag.* 28. *Caſaubonus* dubitanter loquitur & *cenſet eum foribus vel monumenti vel conditorii fuiſſe advolutum, loc. cit.* Ita Dictiſſimi Viri inter ſe prælia gerunt. Nos in re tam intricata malumus ἐπέχειν, quam temere aliquid definire.

XIV. E ſpecu per oſtium progreſſi, in ſpa-

ſpatium illud quod ante os ſpeluncæ eſt, & חצר h. e. *Atrium* ſive area vocatur, jam oculos circumferamus. Juxta *Miſchnam*, forma atrii debebat eſſe quadrata & ſpatium tantum, quantum ſufficit Lecticariis pro ſiſtendo ibi lecto, ex quo transferendum erat in ſpecum ſepulchralem. In Sepulchro Chriſti, *Baronius tom.* 11. *Annal. Eccl. ann.* 34. *num.* 187. & *Cornelio Janſenius comm. in Concord. Ev.* putant, ſpeluncam fuiſſe duplicem peramplam, cujus pars anterior veſtibulum, poſterior ſ. interior autem pariete quaſi interſtincta, ſpecum ſepulchralem demum exhibuerit, idque ex *Cyrillo Catech. l.* 4. demonſtrare conatur *Baronius*. Sed caſtigavit hunc & *Cyrilli* locum vindicavit erudite eruditiſſimus *Caſaubonus loc. citat.* quem vide. Nobis veriſimile videtur *Joſephum*, uti in aliis, ita quoque circa atrium, conſuetum obſervaſſe morem. Quale vero & quantum illud fuerit, aliis diligentius expendendum relinquimus.

XV. In hoc monumentum collocatum fuit Redemptoris noſtri σῶμα, corpus (tam honorifice enim de funere Chriſti Evangeliſtæ loquuntur, ut illius corpus πτῶμα dicere non audeant) non in latere, non pronum ſed juxta, uſitatum Judæorum morem, facie ſurſum verſus ad orientem ſpectante, uti *Beda* refert. Ita *Adricomius in Deſcript. Jeruſ. num.* 239. *Chriſtum*, ait, *honorifice ſepultum capite occidentem verſus ſito, unde etiam mos nobis Chriſtianis inolevit, ſimili corporis diſpoſitione in locis ſacris mortuos ſepeliendi.* Adde Gejerum *loc. cit. p.* 143.

XVI. Quæ vero de obſignatione atque cuſtodia *Sepulchri Dominici* tradunt, ea nos tribus attingemus verbis. Poſtquam ſcelerati Judæi, a Præſide facultatem pariter atque cuſtodiam, h. e. *Romanos milites præſidiarios in arce Antonia ad ſeditiones prohibendas collocatos*, precibus impetraſſent, abeuntes ἠσφαλίσαντο i. e. munierunt ſepulchrum & quidem modo duplici. Primo obſignant lapidem, intellige eum qui oſtium ſepulchri claudebat. *Utrum autem tantum Pilati annulo ſignatorio in hoc negotio uſi fuerint, an vero eidem addiderint ſupremi Synedrii ſigillum ad majorem fidem, diſputari poſſet*. *Gerbardo* poſterius arridet. *loc. cit. cap.* 206. *pag.* 2075. *Nicephorus* non ſolum annulo, ſed & ferro oſtium ſepulchri ab illis clauſum fuiſſe memorat, *lib.* 1. *hiſt. Eccleſ. cap.* 32. Et *Beda* teſtatur, *lapidem illum ſuis temporibus monſtraſſe, vinculorum ferreorum, quibus ſepulchro alligatus fuerit, veſtigia lib. de loc. ſanct. cap.* 2. Neque hoc ſufficiebat. Nam ſecundo, obſignato hoc pacto monumento, addunt etiam φύλακες cuſtodes, quorum munus erat prohibere, ne corpus Salvatoris noſtri, Diſcipuli ejus, tenebris noctu ad facinus id abuſi, furtim aufferant.

XVII. Sed varias ac diverſas, diverſis temporibus, *ſepulchrum hoc*, ſuſtinuit viciſſitudines. Poſtquam enim Meſſias patrias repetiiſſet ſedes, univerſa Recutitorum natio miſere agere & agonizare quaſi cepit, *Tito Veſpaſiano* Palæſtinam, cumque ea monumentum Salvatoris noſtri ad rudera uſque delente. Sequentibus ſeculis *Imp. Roman. Adrianus*, cui cultus Chriſtianorum in ſacris illis locis ſudes in oculis, inter alia, etiam Tumulum Dominicum, neſcio, qua nequitiæ labe conſpurcavit. Conqueritur de eo *Hieronymus in Epiſt.* 15. *ad Paulin.* Ab *Adriani temporibus*, inquit, *uſque ad Imperium Conſtantini per annos circiter CLXXX. in loco reſurrectionis ſimulacrum Jovis, in crucis rupe ſtatua ex marmore Veneris a gentibus poſita colebatur*. Confer *Euſebium, lib.* 111. *de vita Conſtant. cap.* 24. De Jovis Capitolini templo diverſum ſentire *Dionem*, *Xiphilinum* tradit *Quenſtedt loc. cit. pag.* 253. quem vide. Seculo deinceps quarto cum poſt perſecutionum nubila benignior Phæbus Chriſtianis ſplenderet, vel *Conſtantinus Magn. ipſe*, vel *Mater Ejus pientiſſima Helena*, ſacra illa loca reſtauravit templiſque mirifice exornavit. Ita enim de *Conſtantino*, *Euſebius*, *loc. citat. His rebus ad hunc modum conſtitutis, aliud quoddam opus maxime memorabile apud Palæſtinorum gentem Divinus iſte Imperator efficere aggreſſus eſt. At quod nam quæſo? Sanctiſſimum illum Salutaris Chriſti reſurrectionis locum Hieroſolymis exiſtimavit ita a ſe illuſtrari debere, ut omnibus eximius & venerationе dignus videretur &c.* Et *Adricomius in deſcription. Jeruſal. numer.* 242. de *S. Helena* refert, *quod hoc in loco baſilicam condiderit, quæ reliquias totius orbis amplitudine atque pulchritudine longe excelluerit*. Deſcriptionem ejus ibidem exhibet *Idem*. Tandem quando barbara Tartarorum ac Turcarum gens terram ſanctam occupavit, tunc etiam magnificentiſſimum illud templum cum Sepulchro Chriſti, juxta quoſdam anno Chriſti 1010. vel 1012. juxta alios vero anno Chriſti 1246. deſtructum eſt, adeo ut pleraque vel ſuppoſitia vel incerta ſint, quæ hodie ibidem demonſtrantur, Sepulchrum vero, quod *Bernhardus*, *Bredenbachius*, *Adrichomius*, *Brocardus*, *Muntzerus*, *Schvveigerus*, & plures alii, qui loca illa ſancta viſitarunt, deſcribunt, a

Mo-

Monachis citeriorum seculorum extructum est. Hinc liquet, quid judicandum sit de monumento illo, quod Gorlicii in Lusatia superiori, Patricius quidam *Georgius Emmericus* e Palæstina redux superiori seculo, condidit. Scilicet refert imaginem non veteris & genuini, sed recentioris atque suppositii Sepulchri Dominici. Concludimus verbis *Ligtf. Cent. Chorogr. cap.* XXXIII. *pag.* 49. *Liceat*, inquit, *nobis pro oraculis non habere omnia, quæ ab iis dicuntur, qui loca ista jam ostendunt, cum satis pateat, eos in plerisque aliis hallucinari, extraque omnem controversiam fiet, eos non tam veritati in ista re studere, quam sibi ipsis lucrum venari. Utinam iis minus fuisset creditum & magis de situ locorum ex Scriptura & Scriptoribus aliis ventilatum.* Tantum. Tu Lector Erudite & Candide, lege & judica hisque nobiscum utere. At

— — — — Si quid novisti rectius istis candidus imperti.

Nunquam Tu promptior eris ad monendum, quam nos ad emendandum.



JOH.



JO. JAC. CHIFFLETII
DE
LINTEIS SEPULCHRALIBUS
CHRISTI SERVATORIS
CRISIS HISTORICA.

ERYCI PUTEANI

ad Clarissimum Amplissimumque V.

JO. JACOBUM CHIFFLETIUM

DUÆ EPISTOLÆ,

De scriptione Linteorum Sepulchralium.

Clarissime et Amplissime Vir,

DE Linteis sepulchralibus Christi Servatoris (*o nobile, & dignum felicissima eruditione tua opus!*) *Judicium petis? at Elogium longe facilius promam. Ubi legero, ubi laudavero, nec Judicium requires. Itaque evolvam statim librum, & suavissimam hanc occupationem arbitrabor: expendam singula, ut vehementius oblecter; & quia obsequio non peccabo, liberius ad Encomium accedam. Vin tamen, ut quasi in antecessum, prurientem animi affectum indicem? Hoc uno libro quidquid est librorum vicisti. Vivet ille, quamdiu inter homines Pietas & Religio erunt: in illo nomen tuum, jam profana omni scriptione majus; quia sanctissimum argumentum admirabili doctrinæ solertia complexus, doces, quæ cum damno Sacræ & Profanæ eruditionis* tot

tot jam sæcula ignorarunt. O te beatum, qui sic scribis! Deinceps quiescere poteris, æternus es. Poteris, inquam, si in consortium laboris hujus (an & honoris dicam?) Optimus Doctissimusque frater tuus PHILIPPUS CHIFFLETIUS *Ser^mæ Infanti a Sacris Oratorii, adducatur: ut quæ tua sunt, sua ille quodammodo faciat, Galliceque vertat. Latina esse* LINTEA SEPULCHRALIA *satis non est: legi ab omnibus & intelligi debent, & præsertim ab Aulicis nostris. Fiet id autem, si, ubi Pietatem quisque suam excolet, peregrinus non erit; si, ubi rara omnia, linguam tamen suam inveniet. Vale.*

Lovanii in Arce, Kalendis Febr. MDCXXIV.

CLARISSIME & AMPLISSIME VIR.

JUDICIUM *meum de* CRISI *hac* HISTORICA *deprompturus, redire ad Elogium cogor. Etenim nisi laudem quæ scripsisti, male Censorem agam; nisi doctrinæ quoddam numen ingenium tuum dixero, male laudem. Scripsisti* LINTEA, *sed* SACRA *&* SEPULCHRALIA LINTEA; *manifesta* CHRISTI SERVATORIS LINTEA, *quia scripsisti. Felicius (& hæc mea sententia est) nobilissimi dignitas argumenti absolvi non poterat; in quo & Pietati, & Eruditioni satisfactum puto. Hoc profecto fuit, non de Urbe tantum tua, sed de universo Orbe Christiano bene mereri: hoc fuit, Urbem iterum tuam Orbi repræsentare. Dedisti mortalibus oculos; ut, nisi obstinata prorsus mentis cæcitas obstet, videre omnes, & in clara luce queant, quam pretioso æternitatis pignore Sequanorum Metropolis beata sit, & quam indubitato, ut sic appellem, Palladio glorietur. Debent ergo jam tibi* SACRUM SUDARIUM *Cives tui, sic explicatum: debent Taurinenses* SINDONEM *tibi, sic ostensam: debent* CHRISTI IMAGINEM *tibi Christiani omnes, vero & sanctissimo sanguine ejus* SINDONI *&* SUDARIO *impressam. Aliquid vero hic miraculi esse, quid mirum? Deus involutus fuit, & in panno lineo circumducto reliquit formæ lineamenta, quæ si in expanso spectarentur, symmetriæ legem non excederent. Itaque vultum suum naturali magnitudine circumscripsit naturæ Auctor, cum haberi ab ipsa natura non posset. Hæc pictura Dei est: sic pingitur, qui hominum caussa, quidquid homo non sustineret, passus est: sic pingit, qui ut tormenta sua mortemque ostenderet, cruorem in colorem vertit, & in sepulchro adumbratam simul aromate inveniri voluit imaginem, ab omni posteritate adorandam. Imaginis imago, hæc tua* CHRISIS *est, doctissime* CHIFFLETI, *ex umbra Antiquitatis erupta, Veritati luce circumfusa, & sacrum deinceps pretiosissimis Reliquiis cultum vindicabit. Prodeat Liber: omnis cum publico & Religionis damno mora est. Legant hanc* CRISIN, *qui in rebus Sacris Profanisque Crisin usurpant; & quæ hactenus ignorarunt* LINTEA SEPULCHRALIA, *intelligent; quæ minus coluerunt, venerari incipient, tuum sic quidem*

in

in pretio ac deliciis nomen, Pietatis Eruditionisque causa habituri. Vale, & hoc sive Judicium, sive Elogium ama: me ama, qui censere pulcherrimum Scriptum tuum non potui, nisi laudarem.

Lovanii, in Arce Palladis, Prid. Eid. Febr. MDCXXIV.

CAPUT PRIMUM.

Varii sepeliendi ritus: mandare terræ corpora, antiquissimus: studium sepulturæ fuit argumentum resurrectionis.

SUpremus mortalium honos, sepultura semper est habitus, pax & quies defunctorum, solatium superstitum, atque minus; quod actum est & persolutum vario plane ritu: nam si ordine elementa spectes, ex more credita singulis invenies cadavera. Græcos, Romanos, Gallos, Germanos, & plerasque alias gentes olim flamma consumpsit: Colchi ad arbores in aere cadavera suspenderunt: senibus Hyperboreis sepulchrum fuit mare, flumina Æthiopibus, Scythis algidioribus nives. Sed antiquissimum sepulturæ genus illud fuit, Tullio teste *de Leg. quo redditum est terræ corpus, & ita locatum ac situm, ut quasi operimento matris obduceretur*. Sane ab ipsa natura est, ut mortuorum corpora terræ mandentur. *Sic hominum illa* (Plinio scribente l. 2. c. 63.) *ut cœlum Dei: quæ nos nascentes excipit, natos alit, semelque editos sustinet semper; novissime complexa gremio, jam a reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater operiens, nullo magis sacramento, quam quo nos quoque sacros facit, etiam monumenta ac titulos gerens, nomenque prorogans nostrum, & memoriam extendens, contra brevitatem ævi.*

Omniparens, eadem rerum est commune sepulchrum, ait Lucretius. Eo ritu πρωτοπλάστης noster sepultus creditur. Rex Numa pariter ad fontis aras. Et ita humata est gens Cornelia, quæ priscos servavit ritus, usque ad Syllam Dictatorem, qui primus ex ea traditur crematus. Julium Epigonum ritu illo sepultum, testatur hic memoriæ lapis, in via Lavicana, quinto ab Urbe milliari.

D. M.
L. IVLI. EPIGONI
VIXIT. ANNIS. XXVI. M. V. D. XII.
CORPVS. INTEGRVM. CONDITVM
L. IVLIVS. GAMVS
PATER. FILIO. PIISSIMO.

Alter eundem morem firmat, qui est Romæ sic inscriptus:

L. IVLIVS. GAMVS
DIS. MANIBVS.
L. IVLI. MARCELLI
NEPOTIS. SVI
VIXIT. ANN. V.
DIEBVS. XXXXI.
CORPVS. INTEGRUM
CONDITVM
SARCOPHAGO.

Poppæa Neronis conjux (autore Tacito) *nox igni abolita, ut Romanus mos, sed Regum externorum consuetudine differta odoribus, condita, tumuloque Juliorum illata*. Per Reges illos externos; Ægyptios intelligo, & Judæos, quibus ea consuetudo, terræ corpora committendi; quam amplectitur Judæus ipse Philo, libro in Flaccum: Ἀνθρώποις καὶ πᾶσι χερσαίοις οἰκειότερον ἡ φύσις χωρίον ἀπένειμε γῆν, οὐ μόνον ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἀποθανοῦσιν, ἵν', ἣ αὐτὴ καὶ τὴν πρώτην ὑποδέχηται γένεσιν, καὶ τὴν

τὴν ἐκ τοῦ βίου παντελαίαν ἀνάλυσιν. *Hominibus & omnibus terrestribus animalibus natura magis propriam regionem terram tribuit, non solum viventibus, sed etiam morientibus, ut ipsa & primum susciperet ortum, & a vita ultimam resolutionem.*

Mos ille a Judæis ad Christianos postmodum transiit, qui mortuos condidere loculis excavatis in subterraneis & arenariis cryptis, quas *areas* vocabant, *tumbas*, & *catacumbas;* & frequentissima voce *cœmeteria*, quasi *dormitoria;* quod doceret eos fides, non interire Christianos, sed rursus excitandos, in Domino interim obdormire: de quo pie Prudentius more suo:

Quidnam sibi saxa cavata?
Quid pulchra volunt monumenta?
Nisi quod res creditur illis
Non mortua, sed data somno.
Hoc provida Christicolarum
Pietas studet, utpote credens
Fore protinus omnia viva,
Quæ nunc gelidus sopor urget.

Et quidem internum venturæ resurrectionis sensum, in Ethnicorum animis viguisse arbitror, cum de supremo munere sepulturæ mirum in modum fuerint solliciti, corporumque reliquias accuratissime servarint, quasi rursus futuras domos immortalium animarum. Hinc apud eos tanta funerum celebritas, extructa mausolea, erectæ pyramides, arcæ, pilæ; mensæque positæ, quibus incisi tituli vitam æthereum spirantes, & corporum ad tempus dumtaxat conservationem. Hinc mutos etiam lapides obtestabantur, ut leviter super ossa defunctorum residerent: sub quibus *deponi* dicebantur, & *collocari*, ut aliquando tandem educenda; *dormire* & *quiescere*, quasi debuissent iterum evigilare, & artuum redivivorum beneficio moveri. Eamdem ob causam sepulchra dicta reperies ipsis non modo *conditoria*, sed & *quietoria*, *repositoria*, atque non raro *ossuaria;* quod in iis reliquiæ corporum surrecturum, tamquam semina servarentur, ossa nempe duriora, & ipsi dentes invicti ignibus, & flammis indomiti. Tertullianus *de Resur. carnis: Constat non tantum ossa durare, verum & dentes incorruptos perennare, quæ ut semina retinentur fructificaturi corporis in resurrectione*. Unde & fortassis hominem priusquam genito dente cremari mos gentium non fuit, quod esset *tunc minor igne rogi*, ut canit Satyricus; quia tenelluli ac medullosi infantes igne penitus absumpti fuissent, nec ossium vel dentium superfuisset quidquam, ad semen evigilationis extremæ, quam agnovit haud dubie Ethnicus Phocylides, dum dixit:

Ου καλὸν ἁρμονίην ἀναλυόμεν ἀνθρώποιο·
Καὶ τάχα δ᾽ ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν
Λείψαν᾽ ἀποιχομένων, ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται.

Non dissolvimus pulchram hominis harmoniam;
Etenim subito e terra speramus in lucem venturas
Reliquias defunctorum, qui postea Dii fient.

CAPUT II.

Corpora terra condita, velis fuisse obducta; ex more, qui a Judæis manavit, & Ægyptiis: horum ritus, & condituræ ratio.

A Quibus Gentibus terra conditi mortui, ab iis fere & condimenta & vela adhibita, quibus nuda corpora tegerentur simul, & a putredine vindicarentur. Spartæ Regis Lycurgi statuto, *Plutarch. in Lycurg.* obduxerunt oleæ fronde, velata prius puniceo amictu. Nazamones a lotione & unctione, album & elegans peplum adhibuerunt: quod & parti Persarum familiare fuit; necnon Ægyptiis & Judæis, qui abluta & aromatis medicata cadavera linteis candidis involvere: quo ritu Christum Servatorem sepultum legimus in Evangelio, ubi dicitur: *Acceperunt corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire, Joan.* 19. qui sane mos, licet prima fronte cuivis clarus & perspicuus videatur; non pauci tamen Criticis occurrunt nodi circa eum, & in numero linteorum, & in ratione involucri; quos omnes solvere intendimus, ut linteorum Christi sepulchralium crisis expeditior sit. Aliquid porro mutuatos in hoc ab Ægyptiis Judæos Tacitus videtur innuere, ubi de istorum modo, quem fuisse dicit, *corpora condere, non cremare, e more Ægyptio*. Favet Philo Judæus, dum asserit *non minus quam decies centena millia Judæorum Ægyptum aliquando inhabitasse*. *Lib. in Flac.* Sed condendi ritum Judæos ab Ægyptiis non accepisse cum Scriptura sacra satis insinuet, ubi sepulturas Saræ, Abrahami, & aliorum perspicue narrat; an illum *condiendi*, Tacitus intellexit? Sic videtur; & vero scripsisse *condire*, non

non *condere*; quo scilicet conservationem cadaverum per unctionem & condituram, opponeret eorumdem destructioni per cremationem: ut alibi, Neronis Poppæam *conditam* dixit, *non igni abolitam*.

Ritum Ægyptiacum triplicem faciunt Diodorus Siculus, *lib.* 2. *cap.* 5. & Herodotus Halicarnasseus, *lib.* 2. Primus, in quo argenti talentum insumebatur, fuit locupletiorum, qui myrrham puram, casiam, & alios odores, excepto thure, una cum vino Phœniceo adhibebant ad condituram. Λούσαντες τὸν νεκρὸν, inquit Herodotus *loc. cit.* κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης, τελαμῶσι κατατετμημένοισι, ὑποχρίοντες τῷ κόμμι, τῷ δὴ ἀν τὶ κόλλης ταπολλὰ χρέωνται Αἰγύπτιοι. *Ubi abluerunt, sindone byssina, incisis loris, totum involvunt, gummi illinentes, quo Ægyptii glutinis loco plerumque utuntur*. Secunda conditura, minoris sumtus (minarum scilicet viginti) fuit mediocrium, qui nitro utebantur, quod carnes tabefacit; & unguine cedrino, *cui tanta vis inest* (inquit Plinius, *lib.* XVI. *cap.* 11.) *ut in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa serventur*. Tertius modus minimi sumtus, & e plebe infimorum, ablutionibus tantum constabat, & exsiccatione. Omnes porro conditura, præter exenterationem, requirebant salituram dierum amplius triginta, usque ad septuaginta; nec enim licebat salire diutius. Jacob Patriarcha Ægyptio more conditus, unctus est tantum per dies quadraginta.

Arte illa condita & exsiccata cadavera, Ægyptii domi servabant. Herodotus: Ἐνθεῦτεν δὲ παραδεξάμενοί μιν οἱ προσήκοντες, ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα· ποιησάμενοι δὲ, ἐσεργνῦσι τὸν νεκρόν· καὶ κατακληίσαντες οὕτω, θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκαίῳ, ἱστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον. *Eo deinceps recepto* (cadavere condito) *propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in qua mox inserunt mortuum; atque ita inclusum, reponunt in loco sepulchrorum loculis dicato, & rectum statuunt ad parietem*. M. Tullius: 1. *Tusc. lib.* 1. *c.* 9. *Condiunt Ægyptii mortuos, & eos domi servant*. Pomponius Mela: *Mortuos nec cremare, nec fodere fas putant, verum arte medicatos intra penetralia collocant*. Sextus Philosophus: *lib.* 3. *cap.* 24. *Ægyptii intestina extrahentes, condiunt defunctos, & eos supra terram habent*.

Silius Italicus *Punic.* 13.

> — — — *Ægyptia tellus*
> *Claudit odorato post funus stantia saxo*
> *Corpora, & a mensis exanguem haud separat umbram.*

Lucianus libro de Luctu: Ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος· οὗτος μέντοι, λέγω δὲ ἰδών, ξηρώνας τὸν νεκρόν, σύνδειπνον καὶ συμπότην ἐποιήσατο: *Muria condit Ægyptius: atque hic quidem (rem visam a me narro) desiccatum cadaver convivam & compotorem adhibet*. D. Athanasius Episcopus Alexandrinus, in Vita S. Antonii, lectis adhibita docet: *Mos est Ægyptiis nobilium, & præcipue beatorum Martyrum corpora, linteamine quidem involvere, & studium funeri solitum non negare: terra vero non abscondere, sed super lectulos domi posita reservare; hunc honorem quiescentibus reddi, inveteratæ consuetudinis vanitas tradidit*. Hanc consuetudinem usque adeo detestatus est S. Antonius, ut vetuerit ad Ægyptum suas perferri reliquias, ne vano illo honore servarentur, ut auctor est laudatus Athanasius; cui non absimilem atque Antonio suo mentem fuisse ostendit Damascenus: *Orat.* 1. *de Imag.* Ἴσμεν τὸν μακάριον Ἀθανάσιον, ἀπηγορευκότα τὸ ἐν λάρναξι τιθέναι τὰ τῶν Ἁγίων λείψανα, μᾶλλον δὲ προστάττοντα ὑπὸ γῆν ταῦτα καλύπτειν, τὸ ἄτοπον ἔθος τῶν Αἰγυπτίων καταργῆσαι βουλόμενον, οἳ τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς οὐχ ὑπὸ γῆν ἔκρυπτον, ἀλλ' ἐπὶ κλινῶν καὶ σκιμποδίων ἐτίθουν. *Scimus S. Athanasium Sanctorum reliquias non in urnis collocandas, sed humi condendas esse eo consilio censuisse, ut absurdum Ægyptiorum morem abrogaret, qui suos mortuos non sub terra condebant, sed in lectulis & scimpodiis collocabant*.

Ceterum superstitiosæ illius conditur causam fuisse scribit Herodotus, *lib.* III. quod persuasum haberent, ignem esse animatam belluam, quæ cuncta devoraret, & simul emoreretur: tum etiam ne humati devorarentur a vermibus. Verum eam non tam vanitati & superstitioni tribuit Cassianus, quam necessitati, propter frequentem inundationem Nili. *Hunc Ægyptiis morem* (inquit ille) *Nili fluminis invexit eluvies; ut quoniam universa terræ illius latitudo, instar immensi pelagi, non parvo anni tempore, solita aquarum eruptione contegitur; ita ut nulla cuiquam viandi copia, nisi lemborum transvectione tribuatur; corpora mortuorum, pigmentis condita redolentibus, in editioribus cellulis recondantur*.

CAPUT III.

Schema conditorum in Ægypto cadaverum ob oculos positum.

MEdicata cadavera ſolebant adeo exſiccare pollinctores Ægyptii, ut ſtatuas æneas ſoliditate adæquarent: lingua ſua *Gabbaras* appellabant, ait D. Auguſtinus *Serm.* 120. *de Div.cap.* 22. quaſi *barbaros*, & *inſulſos*, ex Iſidori gloſſis. Nunc vulgus vocat *Mumias*, ſervata quævis in Ægypto per conditurам corpora; in quorum truncis, frequenter latent icunculæ quædam ſpithameæ, ac etiam minores, quæ corpus, Ægyptio more conditum, & lintei involutum egregie referunt. Thevetus, imagunculas illas, vult eſſe ſigna Numinum, quæ quis defunctus coluiſſet in vita: a cujus ſententia non multum abiit Bellonius *de Fun. med. cap.* 4. Goropius Becanus 7. *Hieroglyph.* Canopi cenſet eſſe ſimulacra; Guichardus *lib.* 3. *Fun. cap.* 10. vero Iſidis, vel Oſiridis. Ego in tanto diſcrimine quid affirmem? verum forſitan, ſi dixero, imagines illas eſſe cadaverum condirum exemplaria. Favet Princeps Radzivilus, in Peregrinatione ſua Jeroſolymitana, ſcrutatus ipſemet diligenter ſepulchra Ægyptiaca: *Idola illa*, inquit, *ſunt ex argilla, cærulei vel violacei coloris, ad unius digiti longitudinem; quædam etiam minora, formam infantuli faſciis circumligati, adjectis multis Ægyptiorum characteribus, exprimentia. Qualia autem ſunt idola, tali modo & ipſa corpora linteis ſunt involuta, quæ ob antiquitatem adeo ſunt marcida, ut papyrum combuſtam, quæ nigreſcit, & facillime diſluit, imitentur.* Et antiquior Herodotus, *Lib.* 2. Εἰσὶ, ait, ὁ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέαται, καὶ τέχνην ἔχουσι ταύτην. Οὗτοι ἐπεάν σφι κομισθῇ ὁ νεκρὸς, δεικνύουσι τοῖσι κομίσασι παραδείγματα νεκρῶν ξύλινα, τῇ γραφῇ μεμιμημένα. Καὶ τὴν μὲν σπουδαιοτάτην αὐτέων φασὶ εἶναι, τοῦ οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι τὸ οὔνομα ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ὀνομάζειν· τὴν δὲ δευτέρην δεικνύουσι ὑποδεεστέρην τε ταύτης καὶ ἀτελεστέρην· τὴν δὲ τρίτην, ἀτελεστάτην. Φράσαντες δὲ, πυνθάνονται παρ' αὐτέων, κατὰ ἥντινα βούλονταί σφι σκευασθῆναι τὸν νεκρόν. Οἱ μὲν δὲ ἐκποδὼν, μισθῷ ὁμολογήσαντες, ἀπαλλάσσονται, οἱ δὲ ὑπολειπόμενοι ἐν οἰκήμασι, ὧδε τὰ σπουδαιότατα ταριχεύουσι. *Sunt certi ad hoc ipſum conſtituti, qui hoc artificium factitant: ad quos cum cadaver portatum eſt, oſtendunt his qui portaverunt, exemplaria mortuorum materialia, pingendo aſſimilata; & unum eorum accuratiſſime fabrefactum eſſe ajunt, cujus ego nomen ſi nuncupavero, haud faciam ſancte: alterum illo inferius, ac vilioris pretii: tertium viliſſimi. Ea dicentes, ſciſcitantur ab his, ad quod exemplar velint effingi mortuum ſuum: iſti convento de pretio illinc abeunt, & qui relinquuntur in ædibus, hunc in modum condiunt corpus*, &c. Illa παραδείγματα νεκρῶν ξύλινα, Valla interpres vertit, *exemplaria mortuorum lignea*: ego, ni fallor, accuratius *materialia*; tum quia ξύλον Græcis quamvis dolabilem materiam ſonat, ἀπὸ τὴν τοῦ ξύειν τὴν ὕλην: tum quod in corporibus conditis, ejuſmodi parvæ ſtatuæ, ex argilla, aut alia ſolida materia reperiantur; ad indicandum poſteris, uti cenſeo, quonam conditure ritu, cadavera ſingula fuiſſent medicata; an cum hieroglyphicis ſignis & notis, in modum ſepulti Oſiridis, cujus nomen ἀνεκφώνητον ob reverentiam præterit Herodotus; an aliis duabus minoris ſumptus conditiuris; quove pigmenti artificio, rubrone, ſubviridi, an cæruleo: cujuſmodi Gabbaras illos fictitios pleroſque vidimus, & domi habemus, in quadrangulam baſim deſinentes, cui tota effigies recta inſiſtit. Unicum hic exhibemus, abſque notis hieroglyphicis, ut involucri ratio melius percipiatur.



Sindone primum byſſina, ab ima cervice uſque ad pedes, corpus involutum eſt: & loris inciſis circumligatum, quæ tamen ob gummi denſius illitum non apparent: cubiti decuſſatim ſe premunt ſub inteo, ita ut manus dextra in ſiniſtro pe-

pectoris latere, finistra in dextro videatur: supremo capiti velum est superinductum, quod hinc inde propendet in ipsum medium pectus; in postica vero parte, a vertice inter scapulas desinit: mento supposita est propendens ὀθόνη, fascia barbata, qua constringebant genas & maxillas mortuorum, ne os hiaret ipsis, ut autor est Lucianus: *lib. de Luctu*: sola facies nuda restabat, auribus etiam extantibus Παραδιδόασι (ait Diodorus *l.* 1.) τοῖς συγγενέσι τοῦ τετελευτηκότος, οὕτως ἕκαστον τῶν τοῦ σώματος μελῶν ἀκέραιον τετηρημένον, ὥστε καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς βλεφάροις καὶ ταῖς ὀφρύσι διαμένειν, καὶ τὴν ὅλην πρόσοψιν τοῦ σώματος ἀπαράλλακτον εἶναι. *Curatum cadaver Ægyptii cognatis tradunt defuncti, ita singulis ejus partibus, etiam superciliorum palpebrarumque pilis integre servatis, ut omnis corporis species integra perduret*; quod arguit, omnia in facie lineamenta servata, larvis etiam quandoque adhibitis, Principe Radzivilo teste oculato. *Corpora*, inquit, *quæ in tumbis deposita reperimus, habebant in facie personas coloribus vel auro depictas; ex quibus apparebat, lineamenta faciei eorum, qui depositi ibidem fuerant, ea ratione ad vivum fortassis expressa fuisse*. Tales Gabbarum imagunculas circumferre in conviviis solebant, ut de fati extremi necessitate præsentes admonerent Herodotus *loc. cit.* Ἐν δὲ τῇσι συνουσίῃσι τοῖσι εὐδαίμοσι αὐτέων, ἐπεὰν ἀπὸ δείπνου γένωνται, περιφέρει ἀνὴρ νεκρὸν ἐν σορῷ ξύλινον πεποιημένον, μεμιμημένον ἐς τὰ μάλιστα καὶ γραφῇ καὶ ἔργῳ, μέγαθος ὅσον τε πάντῃ πηχυαῖον, ἢ δίπηχυ. Δεικνὺς δὲ ἑκάστῳ τῶν συμποτέων λέγει. Ἐς τοῦτον, πῖνέ τε καὶ τέρπευ. ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος. *Apud locupletes eorum, cum multi convenerunt, & a cœna discessum est, circumfert aliquis in loculo mortuum e dura materia factum, sed pictura & opere verum maxime imitantem, longitudine cubitali omnino, aut bicubitali; ostendesque singulis convivarum, ait: In hunc respiciens pota, & oblectare, talis post mortem futurus*. Simile quid mobile, & ex argento exhibitum a servo in convivio Trimalcionis, apud Petronium: *Potantibus, & accurate lautitias nobis mirantibus, larvam argenteam attulit nobis servus, sic aptam, ut articuli ejus, vertebræque locatæ, in omnem partem flecterentur: hanc cum super mensam semel iterumque abjecisset, & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret*, Trimalcio adjecit:

Heu, heu, nos miseros, quam totus
homuncio nil est!
. . . .
. . . .
Sic erimus cuncti, postquam nos auferet orcus:
Ergo vivamus, dum licet esse, bene.

Græcis, testandi luctus causa, solemnis fuit ejusmodi simulachrorum in publicum expositio: nam Plutarchus in Alcibiade tangit Atheniensium mulierum morem, quæ festo Adoniorum die collocabant in vicis τὰ εἴδωλα νεκροῖς ἐκκομιζομένοις ὅμοια, *imagines mortuis qui efferuntur similes*, quibus Veneris dolorum, ex morte Adonidis, publica mœstitia meminissent.

CAPUT IV.

Ritus sepulturæ Judaicæ duplex: mortui loti, uncti, involuti: Christi funerationi adhibita sindon, sudarium, linteamina, institæ.

MOdum cadavera curandi apud Judæos, duplicem invenio: primum antiquiorem & omnino parem Ægyptio, eorum qui vixerant, aut vivebant adhuc in Ægypto; ut Patriarcha Jacob, cujus corpus, jubente filio Joseph, *Genes. cap. ult. aromatibus conditum est, per quadraginta dies, deinde repositum loculo in Ægypto*. Alterum Judæis Palæstinam incolentibus familiarem, minoris sumptus, & a priori multum diversum; ex præcepto Gamalielis Senioris, cujus tam in Sacerdotibus quam in populo potissima auctoritas erat: is cum vidisset (referente Rabbi Jacob) excrevisse tantum apud Hebræos impensam funerum, ut ejus magnitudine cognati perterriti, relicto cadavere aliquando se subducerent; ejus sententia (quam vidit a posteris inviolate servatam) factum est, ut nonnisi lineis linteaminibus, iisque non magni pretii, corpora defunctorum obvolverentur; in quo nullam voluit haberi rationem cujusvis ordinis aut dignitatis, etiamsi regali effulgeret amplitudine; eoque modo seipsum sepeliri mandavit. Clarius ritum explicat idem Rabbi Jacob, ex Rabbi Moyse Ægyptio, ubi docet viros virorum, & feminas feminarum curare consuevisse cadavera, in hunc modum: oculos inprimis claudere defuncto, & ora stringere fascia, tondere capillos, corpus lavare, unguentis ungere, cadaver delibutum obvolvere linteis; sicque curatum ponere in sepulchro.

Primum igitur in ritu fuit, oculos defuncto occludere, quod Ovidius *condere*, Virgilius *premere*, Varro *sigillare* dixit; unaque maxillam inferiorem, (quæ sola mobilis est) ne hiaret, stringere tenui fa-

fascia ad verticem alligata. A beatissima Virgine matre id muneris Christo præstitum credimus, quod a matribus olim filiis exhiberi solitum. Polynices ad matrem apud Euripidem:

> *Συνάρμοσον δὲ βλέφαρά μου τῇ σῇ χερί μᾶτερ.*
>
> *Jam claude mihi palpebras manu tua mater.*

Et extant querelæ matris Euriali apud Maronem, quod filius ea muneris parte caruisset:

> —— *nec te tua funera mater*
> *Produxi, pressive oculos, nec vulnera lavi.*

Secunda fuit capillorum incisio: a qua tamen in damnatis abstinebant Judæi, ut notat Baronius, *Loc. cit. quod maledictioni legis obnoxii essent.* ideo capite intonso sepultus est Christus Servator, quod a perfidis illis sententiam esset passus.

Tertio loco fiebat corporis lotio, adeo vulgaris apud priscos, ut pigeat eorum verba hic advocare. Scripsit Metaphrastes, B. Virginem matrem lacrymis Christi plagas emundasse: quod mihi revocavit in mentem illa Ennii, in Ctesiphonte, apud Macrobium: *lib. 6. cap. 2. Neque terram injicere, neque cruenta convestire mihi corpora licuit; neque miseræ lavere lacrymæ salsum sanguinem.* Lotioni corporis Dominici plures fuisse adhibitos, innuit Chrysostomus ex antiquioribus: *Dum peteret eum a Pilato* (Joseph,) *& dum lavarent, jam vespera adventarat.* Sordes pretiosas ac mundas, ex abluto corpore mortui Christi collectas Balduinum Jerosolymorum Regem ad suos Flandros e Palæstina misisse per Abbatem S. Bertini, Lorinus in Commentariis tradidit.

Lotionem secuta est unctio, seu conditura; in qua aliter Ægyptii, aliter Judæi. Illi corpore exenterato, & cerebro per nares extracto, intrinsecus condimenta adhibere soliti; ut est apud Herodotum, qui hoc ipsum appellat ταριχεύειν. Hi vero, Judæi inquam, aromata & unguenta applicabant extrinsecus, quod in Sacris litteris dicitur Græce ἐνταφιάζειν, vel ἀλείφειν. Unctionem vulgo receptam indicaverat vivens Christus, cum Maria accepta unguenti pistici pretiosi libra, unxisset pedes ejus: *Sinite illam,* dixit, *ut in diem sepulturæ meæ servet illud.* Et ad ungendum eum mortuum, venit primum *Nicodemus ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum:* & iterum postquam transisset sabbatum, Maria Magdalena, & aliæ piæ feminæ *emerunt aromata, ut venientes ungerent illum.*

Quinto, delibutum cadaver involvebant linteis: quæ pars ritus contineri videtur hoc Ecclesiastici præcepto: *Fili in mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus, incipe plorare, & secundum judicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius, & luctum secundum meritus ejus.* Illa verba, *secundum judicium contege corpus,* explico, *juxta morem funebrem obvolve linteis.* Joannes de Christo: *Acceperunt corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis, cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire.* Morem indico sigillatim e Sacris scriptoribus, ita primo Matthæus: *cap. 27. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathæa, nomine Joseph, qui & discipulus erat* Jesu; *hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus* Jesu; *tunc Pilatus jussit reddi corpus; & accepto corpore Joseph involvit illud in* Sindone *munda, & posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra, & advolvit saxum magnum ad ostium monumenti.* Sic deinde Marcus: *c. 15. Cum jam sero esset factum (quia erat parasceve, quod est ante Sabbatum) venit Joseph ab Arimathæa nobilis Decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & audacter introivit ad Pilatum, & petiit corpus* Jesu. *Pilatus autem mirabatur, si jam obiisset, & accersito Centurione interrogavit eum, si jam mortuus esset: & cum cognovisset a Centurione, donavit corpus Joseph. Joseph autem mercatus* Sindonem, *& deponens eum involvit* Sindone, *& posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, & advoluit lapidem ad ostium monumenti.* Tum Lucas hoc modo: *cap. 23. Et ecce vir nomine Joseph, qui erat Decurio, vir bonus & justus: hic non consenserat consilio, & actibus eorum, ab Arimathæa civitate Judææ, qui expectabat & ipse regnum Dei: hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus* Jesu, *& depositum involvit* Sindone, *& posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.*

Sindonem, de qua Matthæus, Marcus, & Lucas, interpretor lintea omnia, quæ ad Christi sepulturam quoquo modo adhibita sunt, sive quæ intra sepulchri septa conclusa fuere; quæ distinctius expressit Johannes; sive quo cruentum Christi corpus & a cruce recens exceptum est, obtectumque, ut honeste ad pollincturæ locum deferretur; quod linteum esse Allobrogicam sindonem, infra ostendam; videturque illud primo & præcipue significari munda sindone, qua depositum Christi

sti

ſti corpus involviſſe Joſeph dicitur a tribus Evangeliſtis. Nunc Joannem audiamus: *cap.* 20. *Exiit ergo Petrus, & ille alius diſcipulus,* (de ſeipſo loquitur Johannes) *& venerunt ad monumentum: currebant autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum: & cum ſe inclinaſſet, vidit poſita* Linteamina, *non tamen introivit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introivit in monumentum, & vidit* Linteamina *poſita, &* Sudarium, *quod fuerat ſuper caput ejus, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim involutum in unum locum. Tunc ergo introivit & ille diſcipulus, qui venerat primus ad monumentum; & vidit, & credidit.* Ecce ſudarium capitis, & alia linteamina, de quibus etiam indeterminate Lucas: *cap.* 24. *Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit linteamina ſola poſita, & abiit ſecum mirans quod fuerat factum.* Verbum Ligaverunt apud Johannem, Faſcias indicat, ſive Inſtitas, quas expreſſe memorat in funere Lazari: *cap.* 11. *Et ſtatim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis, & facies ejus ſudario erat ligata.* Quia vero addit Johannes, *ligaverunt linteis;* merito dubitari poteſt, num idipſum ſint *inſtitæ,* quod *linteamina;* & an in Chriſti funeratione, præter inſtitas, alia adhibita ſint linteamina, quod puto probabilius, & favet S. Auguſtinus: *l.* 3. *de Conſenſ. Evang. c.* 23. *Neque hic repugnat quidquam recte intelligentibus,* (inquit) *nec enim illi* (Matthæus, Marcus, & Lucas) *qui de Nicodemo tacuerunt, affirmaverunt a ſolo Joſeph Dominum ſepultum, quamvis ſolius commemorationem fecerint: aut quia illi una ſindone a Joſeph involutum dixerunt, propterea prohibuerunt intelligi, & alia lintea potuiſſe adferri a Nicodemo, & ſuperaddi; ut verum narraret Joannes, quod non uno linteo, ſed linteis involutus ſit: quamvis & propter ſudarium, quod capiti adhibebatur, & inſtitas quibus totum corpus alligatum eſt, quia omnia de lino erant, etiamſi una ſindon ibi fuit, veriſſime dici potuit, ligaverunt eum linteis: lintea quippe generaliter dicuntur, quæ lino texuntur.* Hæc Auguſtinus pro linteorum pluralitate; de qua nos infra plura; ut & de faſciis, ſudario, ſindone, ac tota Dominicæ ſepulturæ ſerie & ritu.

CAPUT V.

Sindonis ac Sudarii ἔτυμον *& ſignificatio multiplex: utrumque ad funera traductum.*

SCio geminas has voces *Sindonem* & *Sudarium*, promiſcue ſumi ab Autoribus: quæ tamen ſtricte conſideratæ, diverſa habent ἔτυμα & ſignificationes. Sindonis ἔτυμον hauriunt Grammatici a Sidone, maritima Paleſtinæ urbe, quod in ea primum Sindon cœperit fieri. Juſtinus eam urbem a piſcium ubertate ſic dictam cenſet, *quia piſcem* (inquit) *Phœnices Sidon vocant.* in nummo veteri Anniæ Fauſtinæ nominatur COL. AUR. PIA. METROPOLIS. SIDON.

Significatus Sindonis varius eſt, & multiplex & quidem primo, quodvis lineum textum, quod velaret & amiciret, dictum eſt ſindon. Bayſius ex Polluce docet, ſindonem eſſe *amictum ex lino Ægyptiaco.* Iſidorus ſtrictius capit: *Anaboladium ſic dictum,* inquit, *amictorium lineum feminarum, quo humeri operiuntur, quod Græci & Latini ſindonem vocant.* Alii pro integro veſtimento capiunt; ut Strabo, qui ſcribit *Indos ſindonibus candidis, & carbaſis uti, contra quam ab his tradatur, qui dicunt eos veſtes coloribus infectas geſtare.* Gloſſæ veteres: Σιδὼν *tunica lintea.* Galenus: Μὴ γυμνὸς κομιζέσθω, ἀλλὰ ἐπιβεβλημενος σινδόνα μὴ ψυχρὰν, ἢ ἕτερον ἐπίβλημα. *Ne nudus feratur, ſed opertus ſindone non frigida, vel alio veſtimento.* Martialis, de Endromide Sequanica:

> *Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres,*
> *Nec ſic in Tyria ſindone tutus eris.*

Hinc in Hiſtoria Lauſiaca, invenies Patrem quemdam, *Serapionem*, cognomine *Sindonitem*, quod linea veſte tantum tectus obambularet. Denique narratur in Marci Evangelio, quod cum militum cohors ad radices montis Oliveti Chriſtum orantem invaſiſſet, diſcipuli omnes relicto eo fugerunt; & qui ſequebatur eum adoleſcens, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνῦ, *amictus ſindone ſuper nudo,* cum teneretur a militibus, ea relicta nudus aufugit. Hunc fuiſſe Johannem Evangeliſtam, volunt Ambroſius, Gregorius, Beda, & alii Patres. *Ille autem cœnatoria veſte adhuc indutus erat* (inquit Baronius) *quæ ſolebat eſſe ſindon, eademque prolixa, ut merito fugam arripiens abjecerit eam adoleſcens ille, exiſtimatus Johannes; qui quod, ut creditur, mœrore oppreſſus non recepiſſet*

set vestimenta sua, ut erat in mensa remansit amictus sindone super nudo. Transiit quoque sindon ad funera, ita ut esset linteum sepulchrale ad cadavera non secus atque vestimento tegenda & involvenda. Herodotus de Ægyptii: *l.* 2. *Ubi abluerunt corpus, sindone byssina, incisis loris totum involvunt.*

Sudarium Nonnus Poeta Græcus vocem Syriacam esse dixit, nec immerito; nam in libro Ruth, ubi Hebræus habet, הבי המטפחת *Havi hammitpabat, dato linteum;* Chaldæus dicit, *cap.* 3. *vers.* 15. הבי סודרא *Havi sodara.* Alii passim omnes Latinis tribuunt, quod apud ipsos clarius sit vocis etymon; *sudare* enim & *sudarium* affinia sunt. Ergo sudarium vocant *linteum quodvis, quod suda sive sicca reddit corpora, sudorem detergendo.* Inclino in sententiam Nonni; Etsi nihil vetat idem vocabulum duabus linguis nativum esse, ut asserunt quidam de nominibus *Missa, Cephas, Jesus,* & *Pascha.*

In Media comœdia σουδάριον vocatur καψιδρώπον, quasi *sudorem absorbens,* vetus etiam Onomasticum habet, *sudarium,* καψιδρώπον. Apud Quintilianum *Vatinius reus, agente in eum Calvo, sudario candido frontem detersit.* Et apud Tranquillum Nero *plerumque prodiit in publicum, ligato circa collum sudario;* tum alio, tum forsan ad sudatoria perrecturus, ubi fere loco strigilum usurpata sunt sudaria: quæ Martialis linteorum nomine comprehendit, ubi de strigilibus ferreis:

> *Pergamus has misit curvo distringere ferro,*
> *Non tam sæpe teret lintea fullo tibi.*

Dio in Nerone, pro eo quod Svetonius *sudarium* dixit, extulit σινδόνιον, quod est idem atque linteum tenue, quia erant texta lino sudaria. Catullus utrumque sumit indiscrimatim, quando petens surreptum linteum, ait:

> *—— mihi linteum remitte,*
> *Quod me non movet æstimatione,*
> *Verum est μνημόσυνον mei sodalis:*
> *Nam sudaria Setaba ex Iberis*
> *Miserunt mihi muneri Fabullus*
> *Et Veranius: hoc amem necesse est,*
> *Et Veraniolum meum, & Fabullum.*

Setaba vocabantur sudaria, a Setabi oppido Hispaniæ, in edito monte Regni Valentini sito, nunc dicto *Xativa,* cui olim in Europa, lini palma. Sudarium quod ori maxime tergendo paratum esset, dictum est etiam *Orarium.* Hieronymus: *Epist.* 2. *Non absque amictu lineo incedere laudabile est: ridiculum est, referto marsupio, quod sudarium orariumque non habeas gloriari.* Etymologicum sic habet: Ὠράριον, φώσων, φωσώνιον, προσώπου ἐκμαγεῖον: *Orarium, velum linteum, linteum quo facies detergitur, mantile vultus.* Alcuinus mappulam Sacerdotum, qua pituitam oculorum & narium detergent, vocat *sudarium.* Gemma animæ: *Sacerdos fanonem in sinistrum brachium ponit, qui & mappula, & sudarium vocatur.* Durandus in Rationali: *Sudarium est lineus pannus, quem ministrans Episcopo semper paratum habet, quo ille sudorem & omnem superfluum corporis tergat humorem.* Sudarium, quo Christus Dominus in monte Oliveti sudorem sanguineum detersit, in summa veneratione habetur in Monte sancto Bavariæ. Jam sudarium in re funebri usurpat Johannes in Christi & Lazari sepultura, & alii communiter, ut ex sequentibus aliquod Capitibus planum erit.

CAPUT VI.

Sudarium Vesontinum videri illud ipsum de quo mira narrat Beda, quodque a Virgine Deipara in Filii sepulturam concessum dicitur: primi ejus possessores.

DE sudario quod fuerat super caput Christi, hæc Venerabilis Beda, libro de Locis sanctis ab ipso conscripto, ex relatione Arnulphi Episcopi, quem iisdem fere diebus, quibus hæc gesta sunt, loca sancta visitasse testatur: *Sudarium capitis Domini, post resurrectionem ejus, mox Christianissimus quidam Judæus furatus, usque ad obitum divitiis sibi affluentibus habuit; qui moriturus interrogat filios, qui Domini sudarium, qui ceteras patris velit accipere reliquias; major thesauros rerum, minor elegit sudarium: & mox illi decrescunt opes usque ad paupertatem; fratri autem cum fide crescunt & opes, quod usque ad quintam generationem fideles tenuere. Hinc ad impios perveniens, divitias tantum auxit, ut Judæis, & hoc multo tempore: donec post longa litigia, quibus Christiani Judæi se Christi, infideles vero se patrum suorum affirmabant heredes; Mahuvias Sarracenorum Rex, qui nostra ætate fuit, Judex postulatur, qui accensa grandi pyra, Christum judicem precatur, qui hoc pro suorum salute super caput habere dignatus est. Missum ergo in ignem sudarium, veloci raptu effugiens evolat, & summo in aere diutissime quasi ludendo volitans, ad ultimum, cunctis utrimque intuentibus, sese leniter in cujusdam de Christiana plebe sinum deposuit; quod mane*

mox totus populus summa veneratione salutabat, & osculabatur, habet autem longitudinis pedes octo. Hæc Beda. Incombustibilem sacri sudarii virtutem, non aliunde promanasse arbitror, quam imputribilem ligni sanctæ Crucis qualitatem, quam *de illius carnis sanguine bibisse* ait S. Paulinus, *quæ passa mortem non vidit corruptionem.* Non absimile miraculum (quod Baronius refert ad annum MXIV.) narrat Leo Ostiensis de linteo, quo Christus præcinctus pedes discipulorum tersit. *His diebus* (inquit) *Monachi quidam ab Jerosolymis venientes, particulam lintei, cum quo pedes discipulorum Salvator extersit, secum detulerunt; & ob reverentiam sacri hujus loci* (Cassinensis Monasterii) *hic devotissime obtulerunt, sexto Idus Decembris. Verum cum plurimi fidem derogarent, illi fide prædìti particulam istam ardentibus imponunt prunis; quæ mox in colorem ignis versa est, amotis tamen carbonibus, ad pristinam speciem admirabiliter rediit: cumque cogitarent quomodo vel ubi pignora tanta locarent, dispositione Dei contigit, ut eodem die mitteretur huc loculus ille mirificus, ubi nunc condita est lintei ipsius particula, argento & auro gemmisque opere Anglico subtiliter & pulcherrime decoratus.*

Sudarium Vesontinum credimus esse illud ipsum de quo Beda: & quamvis nullis antiquorum historiis satis probari possit, quomodo ab illo sæculo, quo invictum flammis apparuit, ad Vesontinos denique derivatum sit; ratione tamen ducimur, quæ viris judicio præditis non videbitur parvi momenti; nempe quia Sudarii Vesontini longitudo & celebritas, Bedæ narrationi apprime quadrant. Sudarium illud Bedæ, longum fuit pedes octo, uti est etiam Vesontinum; & eam fuisse sepulchri Domini longitudinem asserit Adrichomius. Longitudo vero Sindonis Taurinensis est pedum duodecim: quo fit, ut mihi probari non possit sententia Palæoti, qui eam Sindonem dicit esse Sudarium capitis Salvatoris, de quo egit Beda, cum longitudinum diversitas contrarium evincat; neque enim octo pedes, etiam Anglicani, (de quibus fortasse locutus videri possit Beda) æquare possunt longitudinem Sindonis Taurinensis, quamvis ea tantum esset duodecim pedum communium. Cum ergo illud Christi Sudarium octo pedes longum, quod e mediis flammis divina virtus eripuerat, ex eo tempore periisse non sit credibile; neque aliud in Ecclesia Dei reperiatur hujus mensuræ, cujus celebritas & sanctitas priscis illis quæ Beda refert miraculis respondeat, præter Vesontinum; vehementer adducimur ut existimemus, illud ipsummet Bedæ ævo celebre Christi Sudarium, ex aliis in alios, ad Vesontinos denique pervenisse. Primos ejus possessores Beda facit Judæos, qui in Christum credidissent; atque usque ad quintam generationem: exinde infideles, usque ad tempora Mahuviæ Sarracenorum Principis, quem Baronius refert anno DCLXXVIII. vita functum, Gizid filium suum Regni heredem reliquisse.

Nec vero etiam temere quis existimet, hoc ipsum esse Sudarium, quod ad Christum honeste & pie componendum, refert Metaphrastes beatam Virginem genitricem porrexisse Josepho funeris curatori. *Mortuum videns Filium* (inquit) *eo motu animi usa est, ut oportuit; quin etiam in eo de cruce deponendo maternis manibus inservivit, & clavos qui extrahebantur in sinu suo accepit, & membra illius amplexa est, partim quidem ulnis astringens, partim suis lacrymis plagas emundans: deinde tota toti corpori circumfusa, Ecce tibi ab omni sæculo præfinitum mysterium ad finem usque venit, o Domine, placida voce dixit: & Josepho in manus tradens* Sudarium, *ait: Tibi autem deinceps curæ erit ut sepulturæ tradens, hoc eum honeste componas, myrrha condias, & ei justa fascias.* Hæc Metaphrastes, cujus autoritate ex antiquioribus desumpta monumentis utitur Baronius.

Neque textile illud munus per beatissimam Virginem solum concessum credimus, sed & fuisse monumentum manuum ejus non immerito suspicamur: illa quippe (ut est in Proverbiis) *quæsivit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.*

> *Cum primum dulces infans proferre loquelas*
> *Cœpit, & adversis vestigia figere plantis;*
> *Mater ei tunicas habiles ordita, novumque*
> *Vestis opus, niveo puerum velavit amictu,*
> *Suspiciensque polos, inquit, Date Numina vesti*
> *Incrementa meæ, pueri cum corpore semper*
> *Crescat, & ad sanctos ultro se accommodet artus:*
> *Non gladium tineamve ferat, non trita senectæ*
> *Cedat, & hæc nostri durent monumenta laboris.*

Inconsutilem enim tunicam Filii, opera mirabili texuisse creditur; nec non li-

neam ejus adhuc pueri ſubuculam conſuiſſe, quæ e craſſiore lino facta, Romæ ſervatur in æde ſacra S. Johannis Lateranenſis. *Aliud quoque a Sudario capitis Domini aliquanto majus linteum fertur ab ipſa contextum, duodecim Apoſtolorum, & ipſius Domini continens imagines, uno latere rubro, & altero viridi.* ex venerabili Beda. Ἄτρακτον ejus, ſive

> —— *quem pollice torquens*
> *Libratum tereti verſabat turbine fuſum,*

Pulcheria Auguſta ſoror Theodoſii collocavit olim in templo τῶν Ὁδηγῶν, autore Nicephoro. Et in oppido Advaticorum Huo, ſervatur etiamnum ejuſdem B. Virginis glomus, filo ſacris digitis diducto & preſſo decorus, ita ut non temere credi poſſit, eam, quæ inter Ægyptios λινέργους καὶ λινοπλόκους vixerat aliquamdiu, obnubendo filio ſepulchrale ſudarium propriis manibus laboraſſe; vel ſaltem e linteo duplici, acu ſacra per medium conſuiſſe; ſic enim confectum cernitur Veſontione, ſutura per medium excurrente. Et ſane moris fuit antiquiſſimi evi matronis, vela funebria texere propinquis & amicis. Penelope apud Homerum Laerti Heroi texuit ſimile linteum: & pretioſiſſimas veſtes defuncto Pallanti,

> —— *læta laborum*
> *Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido*
> *Fecerat, & tenui telas diſcreverat auro.*

CAPUT VII.

Novatorum ſannæ & argumentum duplex in ſacra Chriſti ſudaria: Veſontinum ſudarium cur inſtitarum notas non habeat. Exhibetur Lazarus ſuſcitatus, vinculis nondum ſolutus.

Ubique projectus ad calumnias Calvinus in Chriſti præcipue & Sanctorum reliquias virus ſuum evomuit. De ſindone ſive ſudario Chriſti ita loquitur: *Ex hoc modo* (ſepulturæ Judaicæ) *luce clariores fiunt impoſturæ Romano-Catholicorum: oſtendunt enim linteum, in quo effigies integri hominis, una cum capite impreſſa apparet, at ſindon tegumentum corporis, ſolum Chriſti corpus tegebat, uſque ad caput, unde ergo, vel a quo effigies illa cum capite; cum Chriſti caput non hac ſindone, ſed ſudario fuerit velatum?* Mirum quam hoc argumento Calvinus exultet, inſultetque Catholicis ſacrorum Sudariorum cultoribus. Addunt alii ejuſdem farinæ, inſtitas quoque debuiſſe in ſindonibus repræſentari; quippe Judæi ſoliti ſunt mortuorum manus ac pedes, tæniis quibuſdam ac faſciolis ſive inſtitis religare, ut clare exprimitur in Lazari ſepultura: *Et ſtatim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata.* Ab his omnibus ſe expedit Pingonius, pro Sindone Allobrogica pugnans, dum ait, ea non fuiſſe involutum Chriſti corpus in ſepulchro, jam ablutum & perunctum, ſed tantum cruentum, & de cruce recens depoſitum, ante pollincturam. Et vere hoc quidem ille, ut infra pluribus confirmabo. Nobis vero de Sindone Veſontina, quam in ſepulchro fuiſſe dicimus, incumbit explicare, quomodo caput ſimul cum reliquo corpore exhibeat, nullas autem oſtendat inſtitas, quibus manus pedeſque revincti ſint. Et quidem Gretſerus videtur ad miraculum confugere, etſi illam quoque quam Calvinus objicit ſepulturæ Judaicæ formam, in dubium revocari poſſe aſſerit. *Sed demus* (inquit) *id quod Calvinus tamquam certum ſumit, Sindonem ſeu corporis involucrum, ad ſolum uſque caput pertinuiſſe, ſolumque ſudarium, totius capitis tegumentum fuiſſe, de quo fortaſſis aliquis non immerito dubitet: ſed tamen demus hoc; an putat Calvinus Chriſtum vel reſurgentem, vel in ſepulchro jacentem, tantæ non fuiſſe potentiæ, ut ſindoni totam ſuam effigiem imprimeret, licet totum corpus ſindon non complecteretur? Forte Calvinus craſſa quadam cogitatione ductus ſibi perſuadebat Chriſtum eſſe ſimilem plaſtis & fictoribus, qui ut ceram imagine alicujus inſigniant, neceſſe habent totum exemplar ceræ applicare; vel pueris, qui totam corporis ſpeciem dum in nive effigiare volunt, totum quoque corpus nivi ſuperinjiciunt.* Hæc ille, & magna ratione: non enim metienda eſt modulo noſtro divina virtus; & cum certum ſit, aliquid miraculi interveniſſe in illa ſacrorum linteorum ad totius corporis ſimilitudinem delineatione; tam facile Chriſto fuit plura ſimul edere miracula, quam unicum. Quia tamen in rebus fidei ac religionis, non ſunt niſi ex neceſſitate invehenda miracula, maxime ut illorum imbecillitati conſulatur, qui ſunt *tardi corde ad credendum*, etiam in myſteriis ad ſalutem neceſſariis; duo mihi declaranda ſuſcepi, quibus impiarum ratiocinationum tota vis infringatur: alterum, inſtitas, ſive faſcias ſepulchrales, in ſepultura Judaica non extremis manibus dumtaxat & pedibus religatas fuiſſe funiculorum inſtar, ſed totum

tum cadaver, uno capite excepto, complecti ſolitas, & circum illud convolvi: alterum, quod ſudarium capitis, ex ritu funeris Judaici, totam anteriorem corporis partem obtexerit. De hac poſteriori quæſtione agam capite ſequenti; nunc de priore.

Igitur, quod faſciæ ſepulchrales, ſive inſtitæ, toti corporis circumvolutæ ſint, plane ſicut faſciæ infanti in cunis jacenti circumduci ſolent, indicat Herodotus in Euterpe. Λούσαντες, inquit, τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης, τελαμῶσι κατατετμημένοισι. *Mortuum ubi abluerunt, totum corpus ejus in ſindone byſſina, inciſis loris, obligant*. Hæc ille de Ægyptiis, ex quibus pleroſque ritus ſuos hauſere Judæi: & ſignificat non obſcure S. Johannes, ubi dicit: *Acceperunt ergo corpus* Jeſu, *& ligaverunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Judæis ſepelire*. Ecce non pedes tantum, aut manus, ſed corpus ligatum dicit; & quidem non anguſtis tæniis, & quaſi funiculis, ſed linteis; nempe faſciis ſepulchralibus, juſtæ latitudinis, ex linteis, ſeu linea tela in longum recto filo abſciſſa. Firmat Auguſtinus loco jam ſupra citato: *Propter ſudarium*, ait, *quod capiti adhibebatur, & inſtitas, quibus totum corpus alligatum*. Non ergo manus ſolæ cum pedibus, inſtitis colligari ſolitæ.

Sed quid ad illud Johannis de Lazaro, qui voce Chriſti excitatus, *ſtatim prodiit ligatus manus & pedes inſtitis?* hic unus locus pleroſque omnes movit, ut Judaico ritu manus pedeſque extremos propriis vinculis ſeorſim a corporis trunco colligari ſolitos exiſtimarent: ſed propius intuenti aliud omnino videbitur; non enim mihi dubium eſt, quin inſtitæ ſeu faſciæ, etiam Lazaro cum manibus pedibuſque totum corpus adſtrinxerint, ut pueris, qui faſciis involuti, Plinio dicuntur *jacere manibus pedibuſque devinctis*. Nonnus de Lazaro:

— καὶ ἐκ ποδὸς ἄχρι καρήνου
Σφιγγόμενον πλεκτῇσιν ὅλον δέμας εἶχε
κειρίαις:

& a pede ad caput uſque, habebat totum corpus conſtrictum nexilibus inſtitis, ſeu faſciis ſepulchralibus. Quid clarius? ſciebat ſcilicet Nonnus vetuſtus Autor, quas inſtitas ad manus & pedes Judaica conſuetudo admitteret; nimirum quæ manus ad truncum complicatas, ſimul cum reliquo corpore, adeoque crura ipſa ac pedes involverent. Cur ergo cum totum corpus faſciis conſtrictum eſſet, manuum dumtaxat ac pedum meminiſſe voluit Johannes? quia id ſolum exprimi par erat, ut novi miraculi conſtaret ratio. Bina in Lazaro ſuſcitato illuſtria miracula agnoſcunt Patres, & quod jam quartum diem mortuus revixit, & quod vocatus a Chriſto, vinctis licet manibus & pedibus, ſtatim prodiit. *O maximum*, inquit Euthymius, *ac duplum miraculum! non ſolum qui jam olebat reſurrexit, ſed etiam qui vinctus erat exivit de monumento*. Et S. Baſilius, *in homil. de Gratiarum actione, Tom.* I. Ὁ νεκρὸς, inquit, ἐζωοποιεῖτο, καὶ ὁ δεδεμένος περιεπάτει. Θαῦμα ἐν θαύματι, κειρίαις δεδέσθαι τοὺς πόδας, καὶ μὴ κωλύεσθαι πρὸς τὴν κίνησιν. *Ecce mortuus a morte redivivus fit, ligatus quoque ambulat. Admirare miraculum in miraculo; pedes inſtitis habebat vinctos, neque interim a motu prohibebatur*. Aptiſſime igitur S. Johannes de pedibus tantum & manibus Lazari vinctis meminit, quia a corporis trunco faſciis ligatum egredi de monumento mirum non fuit: at ſurgere in pedes, & a tumulo exilire, manibus ac pedibus conſtrictis, id enimvero inſolens fuit, & *miraculum in miraculo*, ut ait Baſilius: quia ne vivus quidem & firmis viribus, ſi toto corpore jaceat, artubus ligatis eriget ſe umquam in pedes, cum ad ſurgendum varia manuum pedumque jactatio ac libratio neceſſaria ſit, ut docet experientia, & probant mechanici. Addo rem in hoc negotio magna obſervatione dignam. Apud eruditos, per manus & pedes, artus integri intelliguntur. Χεῖρα Hippocrates & Galenus dividunt in brachium, cubitum, & ἀποχειρίδα, ſive extremam manum; pedem autem in femur, tibiam, & ἄκρον πόδα, ſeu pedem extremum. Ergo Lazarus ligatus *manus & pedes inſtitis*, hoc eſt, *totos artus ſuperiores & inferiores*. At quomodo quæſo artus integri ligari potuerunt, niſi truncus quoque corporis iiſdem faſciis coercitus eſt? Senſum noſtrum juvabit hæc pictura, Lazarum voce Chriſti ſuſcitatum, & vinculis nondum ſolutum exprimens.



IESUS voce magna clamavit, Lazare veni foras, et statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus pedes et manus institis, et facies eius sudario erat ligata. Jom. 11.

Ad illud igitur quod adversus Vesontinum Sudarium affertur, nego institas in eo notari debuisse, aut etiam absque novo miraculo potuisse; cum nec solos, nec nudos pedes extremos, manusve adstrinxerint, sed toti corpori, quibusdam jam utrimque linteis obtecto, circumvolutæ sint.

CAPUT VIII.

Sudarium Vesontinum esse illud ipsum, quod S. Johannes dicit fuisse super caput Domini.

JAm illud videmur non contemnendis conjecturis assecuti, Sudarium Vesontinum esse illud sudarium capitis Salvatoris, de quo mira refert venerabilis Beda, quodque ait longum esse pedes octo. Sed ridebit Calvinianus & Bedam & Vesontinos: illum, quod tam longum linteum putaverit soli Christi capiti adhibitum; hos vero insuper, quod linteum, anteriorem totius Christi corporis partem referens, pro capitis sudario ostentent, cum sudarium capitis in sepultura Judaica non nisi caput obvelarit, ut ex Johanne manifeste haberi videtur, qui undecimo capite de Lazaro, *& facies illius*, inquit, *sudario erat ligata*. Et capite vicesimo: *Et introivit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.*

In hac causa, quæ Bedæ cum Vesontinis communis est, duo habeo quæ dicam, ex quibus constet nec illum inepte locutum, nec hos insulse ratiocinatos. Primum est, in sepultura Judaica fuisse sub institis linteamina quædam toti corpori partim substrata, partim superextensa, super quæ fasciæ adstrictæ sint; non autem ipsas institas nudo corpori circumductas. Hoc indicant Johannes & Lucas, qui de linteaminibus, etiam a capitis sudario distinctis meminerunt, quæ non satis commode quis explicet de solis institis; quamvis dixerit Johannes, *ligaverunt illud linteis:* hoc enim non tam sonat, *ligaverunt illud fasciis ex lino*, seu *linea tela*, quam, *corpus linteis & sudariis comprehensum institis obligarunt*: alioqui Johannes illis verbis sepulturam Christi non satis apte explicasse videretur; ait enim, *acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis, cum aromatibus, sicut est mos Judæis sepelire*. Sepulchrales omnes pannos una *linteorum* voce exprimit: non ergo per *lintea* solas institas significat, sed & *sudarium*, cujus ipsemet expresse meminit capite vigesimo; *& sindonem*, hoc est unum aut plura linteamina, quæ totum corpus sub institis obtegerent. Nonnus, quæ Johannes appellat *linteamina*, vocat ipse ταφίας ὀθόνας, & λινέας χιτῶνας, *sepulchralia lintea*, *lineas tunicas*, sive *amictus*; quæ postrema vox de institis etiam lineis accipi non potest, nisi valde improprie. Age vero, qui fieri potuit vel commode satis, vel satis ho-

honeste, ut nudo cadaveri fasciæ circumvolverentur? num periculum fuit, si solæ institæ adhibitæ sunt, ne quid intectum in corpore remaneret? Omnino, cum pleræque gentes, ac nominatim Ægyptii, Herodoto teste, totum cadaver sindone ac linteis omni ex parte convestierint. Quin id quoque a Judæis factitatum sit, nemo jure dubitaverit, idque sub institis, quæ ad coercenda potius linteamina, totum corpus obtegentia, quam ad corpus ipsum operiendum excogitatæ sunt.

Alterum addo, linteum illud, quod totam superiorem corporis jacentis partem a capite ad pedes obtegeret, recte dici posse *sudarium capitis*, aut *faciei*. Docet Pollux in Onomastico, *sudarium* quandoque dictum priscis ἡμιτύμβιον; talemque videri sententiam fuisse Aristophani dum dixit: Ἔπειτα καθαρὸν ἡμιτύμβιον λαβών, τὰ βλέφαρα περιέψησε: *Deinde mundum prehendens semitymbium, palpebras detersit*. Ita interpres Pollucis penuria Latinæ vocis: quam si finxeris, ἡμιτύμβιον audacter verteris *semisepulchrale*; quasi dicas, linteum alteram tantum cadaveris partem contegens in sepulchro. Sed cur sudarium capitis & faciei, certum est, bonis Autoribus caput præcipuam animæ sedem, pro toto homine plerumque sumi, & capitum nomine frequenter homines venire, quia (ut ait Ambrosius) *totus homo in capite residit*. Inter Græcos Sophocles dixit φίλτατον κάρα Plutarchus φίλας κεφαλὰς, Homerus θείην κεφαλὴν, Synesius ἱερὰν καὶ θείαν κεφαλὴν, Virgilius *dulce caput*, alii Latini *charum caput*, *festivum caput*, *lepidum caput*; haud dubie pro toto homine: *nemo enim ore contempto* (ait Donatus in Terent.) *ex aliis membris hominem velit significare*.

Sed propius: Anatomici caput humanum in duas partes dividunt, capillatam unam, τριχωτὸν, glabram alteram, πρόσωπον: illa sincipite, vertice, & occipite constat; hæc, facies est, (quam Ruffus Ephesius ab exordio anterioris capillitii ad mentum usque definivit) soli homini concessa, per quam Deo similis esset. In homine vivente & recto, partes capitis capillatæ sunt superiores, & ob eas Vestales Virgines, & matronæ sacris operantes, recte dictæ sunt *velari*, & capita earum *velamine tegi*. Vestalis velatæ typum habes in gemma veteri, apud Gutherium: Augustarum tectis peplo verticibus, in nummis Liviæ, Paulinæ, & Faustinæ utriusque: etiam Neronis Poppæa, *cum egrederetur in publicum, velabat partem oris, ne satiaret aspectum*, vel *quia sic decebat*. De Judæis id notat Tertullianus: *Apud Judæos tam solemne est feminis earum velamen capitis, ut rite dignoscantur*. Virgines Deo sacratæ flamine Virginali sanctum operiebat caput, Hieronymo atuore, & aliis, De τριχωτῷ in Sacerdote operto, Virgilius diserte:

> *Purpureo velare comas adopertus amictu.*

Verum in mortuis, & jacentibus supinis ad pollincturam, ratio longe diversa est; facies enim est suprema, cæloque illuminatur, donec tegatur funebri peplo. Hinc Lazari resurgentis faciem Johannes apposite dixit *sudario ligatam*: & alibi de Christo, *Petrum vidisse sudarium, quod fuerat super caput ejus*, hoc est, super faciem ejus, partem capitis in jacente superiorem, potiorem & nobiliorem. Namque observandum est ex allatis, operimenta τριχωτοῦ, proprie dicta fuisse *vela*, & *velamina*; προσώπου autem *sudaria*. Velum Veronicæ, postquam ex ejus capite detractum est, & vultui Dominico admotum, illico vocatum reperies *sudarium*. Velum capitis, quod Plautilla Paulo Apostolo ad mortem properanti porrexisse traditur, quo feriendus gladio, ex more obduceret oculos, expleto ministerio, illud ipsum nomine *sudarii* recepit; quia scilicet Apostoli faciem tetigisset. Sacrum mantile, quod suo vultui Christus applicuit Edessenorum Regi mittendum, exinde dictum est *sudarium*. Et si profana cupis, habes apud Tranquillum, *Neronem Cæserem adoperto capite* (velo nempe) *& ante faciem obtenso sudario equum inscendisse, quatuor solum comitantibus*. Unde colligo, sudarium non tantum fuisse de genere induentium in mortuis, quorum madenti & nudæ cuti adhæreret; verum etiam in vivis, quorum facies operiret. Faciem porro corporis, vetustissimi Latini, Pacuvius, Quadrigarius, Plautus, apud Agellium, pro totius corporis habitu, statura & longitudine dixerunt: unde a factura totius corporis, Nonius *faciem* dictam censet: & superficies corporum dicta est quasi superior facies, sive anterior cujusque rei aspectus. Antiquiores Hebræi faciem פנים *Panim* vocant, a radice פנה *Panah*, quod est *respicere*: Græci ὄψιν, & πρόσωπον, & a videndo & prospiciendo; ita ut cujusvis objecti pars anterior, quæ sub visum cadit, recte *facies* dici possit, rerum etiam inanimatarum, ut facies *Ezech.* 39. agri, facies *Marc.* 9. templi, facies *Luc.* 12. cœli & terræ. Quidni ergo capitis & faciei sudarium appellemus, linteum sepulchra-

chrale Christi Domini, toti antico corpori superinductum, antiquisimo more, quo Patrocli quondam a Tronis? Hom. Ilid. Σ.

> Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν,
> Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς· καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ.

> *In lectum imponentes, linteo subtili texerunt*
> *A capite usque ad pedes, desuper autem alba veste.*

Forsan & de simili velo capiendus est Senecæ locus in Consolatione ad Marciam: *Tiberius Cæsar pro rostris laudavit filium, stetitque in conspectu posito corpore, interjecto tantum velamento, quod Pontificis oculos a funere arceret*. Funebria ejusmodi velamenta priscis fuisse symbola noctis & mortis, ex antiquis marmoribus probavit Baronius: *Ann.* 337. *num.* 19. 20. ego in sarda veteri expressam habeo feminam stolatam, quæ manu sinistra velum prætendit, dextra inversam



faciem extinguit, hoc pacto. Per id velum, non modo diei finem, quo caligo terris inducitur, sed & lucis vitalis terminum significari puto; maxime cum auctor sit Pausanias, mortem esse noctis παῖδα λευκὸν *puerum album*; plane quod absente anima corpora pallescant; quodque albo linteo mortui contegantur, quale hæc femina præfert in gemma.



Acceperunt corpus Jesu, et ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Joan. 19.

Stringo in aperto campo. Dixi, sudarium capitis & faciei dici posse, quod anteriorem & superiorem resupini corporis partem a vertice ad calcem obtegeret: habe alias rationes duas; quia ea solum lintei pars extabat supra institas in cadavere composito, qua caput velatum erat: & quia sudarium caput totum complectens a collo religabatur. Lazari facies *sudario erat ligata, & pro illo* Johannis, *sudarium quod fuerat super caput ejus*, reddi Testamentum Syriacum, *quod ligatum fuerat in capite ejus*, sive, ut habent Biblia Regia, *quo comprehensum fuerat caput ejus*. Sic igitur Christi corpus involutum puto, postquam lotum, & unguentis delibutum est, substratum est sacro corpori linteum unum, aut plura; jacenti ac resupino proxime superpositum sudarium, quod habetur in Ecclesia Vesontina. Alia forrassis adhuc adjecta linteamina, quæ anteriorem corporis faciem operirent: circumvolutæ deinde institæ a collo adusque imas calces: illa denique sudarii Vesontini pars, quæ a capite eminebat, vultum caputque totum complexa,

xa, tæniis ad collum religata est; & ob eam rem, hoc sudarium capitis & faciei dictum, quod Petrus monumentum ingressus vidit separatim involutum in unum locum; quod Beda dicit fuisse pedes octo longum, quo nunc Vesontina Metropolis gloriatur. Neque quidquam prohibet, quo minus supra Vesontinum sudarium, alia quoque linteamina adjecta sint, quæ etiam caput obvelarint, & toto corpore extensa sub institis coercita sint, quæ fortassis asservantur in variis Ecclesiis, de quibus alio loco.

Græci Sacerdotibus mortuis (ut est in Euchologio) faciem velabant aere, hoc est breviori velamine, quo in Missa τὰ ἅγια, panis scilicet & vinum ad futurum sacrificium tegebantur. Corpus Caroli Magni defuncti *vestitum est vestimentis Imperialibus, & sudario sub diademate facies ejus operta*, ex Monacho Engolismensi. Et non absimilem in morientibus superinducti minoris panni morem notavit Gregorius. *S. Cassius Narniensis urbis Episcopus moriturus*, inquit, *assistentibus ipse suis manibus linteum dedit, quod ex more morientium sibi contra faciem tenderetur: quo tenso spiritum emisit; sicque sancta illa anima ad gaudia æterna perveniens, a carnis corruptione soluta est*. Sic affirmare nolim non fuisse brevius aliquod linteum, seu mantile soli capiti Christi velando ultimo omnium & extrinsecus adhibitum, quod fortasse habent Moguntini, ut infra referam ex Serario: sed nego ullo Scripturæ vel probi Autoris testimonio hoc satis probari; cum quidquid de sudario capitis legimus in Evangelio, recte possit explicari de linteo, quod supra totam anticam corporis partem immediate extensum, ad caput religatum, supra institas extabat. Et quamvis constaret talem breviorem pannum adhibitum fuisse, quod valde dubium est: stat tamen suus honos, & præcipue faciei seu capitis Christi appellatio Vesontino sudario, quod nudo Domini vultui applicitum, distinctissima ejus impressa lineamenta prudentissimo cuique persuadent.

CAPUT X.

Sudarium Domini e Palæstina Vesontionem perlatum, & quando: ostensionis ejus ritus antiquior: non est cingulum Domini.

POst illustre & memorandum flammarum, quas evasit, miraculum, sudarium Domini in civitate Sarracenorum provinciæ Palæstinæ maximo in honore est habitum; ibi enim *totus populus*, inquit Beda, *summa veneratione illud salutabat & osculabatur*, cum ratione miraculi perpetrati, tum propter Theandrici corporis effigiem, quam e Christi demortui contactu refert. Tandem vero e Palæstina perlatum est Vesontionem, vel eo nomine ter beatam. Sed translationis rationem, tempus, autorem, invidit sæculis posterioribus luctuosum illud incendium, quo Vesontina S. Stephani Ecclesia de cœlo tacta anno MCCCXLIX. miserabiliter deflagravit: cujus cladis triste monumentum habes ex ænea tabula, parte secunda nostræ Vesontionis, in Hugone Sexto. De his certe translationis adjunctis parum refert, ubi de sacri pignoris sanctitate constat, ex divinis præcipue testimoniis, & miraculorum magnitudine, ac frequentia de qua posthac aliquod Capitibus agam. Ecquid enim facit ad Vesontini sudarii commendationem, si scias Titium illud emisse a Sempronio anno Christi millesimo, tertio Kalendas Maii? annon rursus quæres undenam haberet Sempronius? Apage mihi has hæsitantias, & male sani cordis palpitationes. *Ritus Ecclesiæ, mores & traditiones*, inquit Gregorius Nazianzenus, *non tam humanis ingeniis, quam vi divina, & temporis firmitate vigorem obtinuerunt*. Cum de Reliquiarum veritate agitur, majorum traditio, consensus populorum in publicum cultum, sacer horror spectantium & in melius mutatio, cacodæmonum fremitus, morborum immedicabilium depulsio, mortuorum denique suscitatio (quæ omnia, & alia insuper non pauca, Vesontino sudario patrocinantur) syngrapharum omnium & publicarum tabularum fidem superant. *Ea quæ vulgo recepta sunt*, inquit Fabius, *hoc ipso quod incertum autorem habent, velut omnium fiunt*. Neque tamen de sudarii sui origine nihil sciunt Vesontini: rem accipe certam, mihique multorum testimoniis exploratissimam. Tenente Marani e Gallia Occitana (quibus in eo minime sublesta fides, cum pignus illud sacrum penes se diutissime habuerit gens illa θεοκτόνος, ut supra retulimus) *turbatis in Oriente rebus, & impietate Turcarum profanatis venerabilibus locis, ejectisque inde cultuum divinorum ministris*, ut loquitur Tyrius, sacrum hocce linteum a femina quadam Judæa Christiana, quæ illud in arcula reconditum sedulo asservabat, larga satis nummorum copia redemptum, per quemdam Vesontinum primæ notæ virum, eumque Ecclesiasticum nomen viri oblivione sepultum est: de conditione, cum sacrum sudarium Vesontina S. Stephani Ecclesia post omnem memoriam possederit, non autem Ecclesia

S. Jo-

S. Johannis, dignitate nihilo inferior, antiquitate etiam venerabilior, nihil dubitem id muneris Vesontionem deportatum a quopiam Ecclesiæ S. Stephani Canonico, qui tactus amore piæ militiæ, ad Terræ sanctæ recuperationem Hugonem Quartum Archipræsulem Vesontinum fuerit comitatus: in illa enim prima in Palæstinam profectione, *non erat in Regnis Occidentalibus* (verba sunt Tyrii) *qui aut ætatis, aut sexus, aut conditionis vellet esse memor, omnes indifferenter manus dabant, omnes unanimiter corde & ore votum profitebantur;* ipsi etiam Prælati & Presbyteri, *dummodo* (addidit Pontifex) *Ecclesiæ per eorum absentiam enormiter non læderentur, essentque futuri utiles Terræ sanctæ, verbo pariter & exemplo.*

Tempus autem perlati sacri muneris, vix aliud esse posse existimamus ab initio duodecimi sæculi, quo hierostratæ Vesontini, socii Hugonis Quarti Archiepiscopi nostri, Stephani Comitis Burgundiæ, Rainaldi fratris ejus, Vicecomitum Assonæ & Grayaci, Petri de Domnipetra, Gilberti de Treva, & aliorum Sequanicæ Provinciæ Nobilium, rediere ex illa populosa, duce Gottefrido Bullionæo, in Palæstinam profectione. Namque sæculis expeditionem illam præcedentibus, nulla extat sudarii Dominici apud nostros memoria. Quin & ipso S. Leo IX. Pontifex Maximus, qui anno MXLVIII. Ecclesiæ S. Stephani majus altare consecravit, in Diplomate, quod deinde anno MLI. Canonicis concessit, ait, *vidisse se, & in altari basilicæ S. Stephani condisse pretiosissimum S. Stephani brachium, ictibus lapidantium Judæorum quassatum;* nulla prorsus sacrosancti lintei facta mentione; quod tamen si illic jam fuisset, & ipse oculis lustrasset, non videbatur omissurus. Statim vero post initium sæculi decimitertii, tangitur ritus ostensionis S. Sudarii, ex altari S. Stephani, die Paschæ, in quodam Rituum codice, quem scriptum constat ante unionem Ecclesiarum S. Johannis & Sancti Stephani, factam anno MCCLIII. prout in nostra Vesontione fusius declaravimus, cum in eodem codice mentio fiat Stephani illius Burgundiæ Comitis, *viri inclyti*, ut ait Tyrius, *& nobilitate insignis*, in Terra sancta defuncti. Quæ cum ita habeant, si chronologicam normam adhibeas, comperies, sacri muneris ad nos perlationem non aliud in tempus melius referri, quam in annos millesimo centesimo circumjectos: qui annus ut Leone Nono posterior est, ita integro sesquisæculo antecedit ætatem codicis Ritualis, qui morem ostensionis, non ut plane novum videtur describere, sed ut aliquod annorum decursu jam celebratum, & quidem pio mysterio, quod tale fuit:

In die sancto Paschæ, inter Matutinas preces, prodibant e Sacrario tres Canonici simul canentes: *Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti?* ad quos, cum ad Altare majus accederent, alati pueri, eo amictu redimiti, quo cælestes genii depingi solent: *Quem quæritis?* illi vero: *Jesum Nazarenum*, rursus alati pueri: *Surrexit, non est hic:* deinde Cantor ad priorem e Canonicis: *Dic nobis Maria, quid vidisti in via?* tum respondebat Canonicus: *Sepulchrum Christi viventis, & gloriam vidi resurgentis.* Mox secundus: *Angelicos testes, sudarium & vestes*, ostendendo *S. Sudarium* quod gestabat. Tertius demum: *Surrexit Christus spes nostra, præcedet vos in Galilæam.* Ad quæ Chorus dexter: *Credendum est magis soli Mariæ veraci, quam Judæorum turbæ fallaci.* Chorum sinister: *Scimus Christum surrexisse a mortuis, &c.* omnes denique una ritum claudebant Ambrosiano Cantico, *Te Deum laudamus.*

Vaticinium quidam agnoscunt in Abbate Joachimo, de sudario Christi aliquando evolvendo, sic enim ille in Psalterium: *Satis est nobis videre sudarium, quod fuit super caput* Jesu, *illud autem explicare nobis non licet, nisi forte in illum diem, in quo constituit Dominus.* Sed mystice loquitur, alludens ad sudarium quod Petrus vidit in monumento, separatim involutum, quasi dicat cum Apostolo: *Videmus nunc per speculum, & in ænigmate, tunc autem faciem.*

Ceterum ab omni sensu & historiæ veritate prorsus aliena est eorum conjectura, qui gratis volunt in Ecclesiæ Vesontinæ monumentis, ubi recensentur pia Theodosii Secundi munera, per *cingulum* sive *balteum Dominicum*, intelligi debere S. Sudarium Christi: quam sententiam hoc mihi fortius revellendam putavi, quod a nonnullis absque fundamento jactata induxit R. P. Jacobum Gauterium, ut in sua Chronologia diceret, Sudarium Christi anno Domini CCCCXXXIX. missum fuisse Vesontionem a Theodosio Secundo. Igitur (ut taceam de anno sacrorum munerum Theodosii, qui probari non potest, quod sit quadringentesimus trigesimus nonus, ex his quæ in historia nostra Vesontina retulimus) clarum est, præcipuum Theodosii munus fuisse brachium S. Stephani Protomartyris, cujus corpus per Lucianum Presbyterum, in villa Palæstinæ Caphargamala fuerat repertum anno CDXV. alia vero ipsi tantum addita tamquam paradora, hoc ordine: *B. Mariæ pectinem,*

&

& tantillum de capillis ejus; cingulum quoque Dominicum; necnon ſanctorum martyrum corpora Epiphanii & Iſidori, & *caput S. Agapiti*, ut vel hinc maxime appareat, *cingulum Domini* non eſſe *ſudarium* ejus, aliis quibuſcumque muneribus prænotatis alioquin anteponendum. Deinde Hymnus perantiquus a nobis in Celidonio relatus, cingulum illud per Theodoſium miſſum, zonam Chriſti fuiſſe clare indicat:

> *Magnificemus Virginem,*
> *Cujus habemus pectinem,*
> *Crines, cingulum filii,*
> *Sui cumulum gaudii.*

Alludit pius Poeta ad ſenſum voluptatis, quo perfuſam par eſt credere Virginem Deiparam, quoties puerum *Jeſum* filium ſuum, ſpecioſum forma præ filiis hominum, zona illa præcingeret, quæ conſtantiſſime in omnibus Eccleſiaſticis lectionibus, ubi fit mentio munerum Theodoſianorum, vocatur *cingulum*, vel *balteum Dominicum;* nuſquam autem *ſindon*, aut *ſudarium*; quod alioqui matri amantiſſimæ, vulnerum potius refricatio quam gaudii cumulus fuit. Tertio, (quod omnem dubitationem tollere debet) Sudarium Chriſti religioſiſſime cuſtoditur in Eccleſia S. Stephani; cingulum vero Dominicum, per Theodoſium miſſum, ſervatur (ſaltem pars ejus) in S. Johannis Evangeliſtæ Sacrario, argentea hierotheca concluſum, palmaris longitudinis, latitudinis pollicaris, Orientalis texturæ, coloris purpurei ſubobſcuri, cum hoc titulo præfixo, *de Cingulo Domini*. Sed pergamus, & ipſas voces, quas ab Autoribus vim ſumere Fabius cenſet, penſiculatius examinemus. Jampridem colimus litteras, necdum nobis occurrit Autor aliquis, qui voce cinguli abſolute, pro ſindone aut ſudario ſit uſus. Cingulum a cingendo dici volunt Varro, Nonius Marcellus, & alii Latini: Hebræi חגור *chagor* vocant: Chaldæi זונרא *zunara*, Græci ζώνη, ζῶμα, ζῶσμα; & verbum ζώννυσθαι, quod eſt *cingere*. Zonarum vero quædam latæ ſunt, aliæ ſtrictæ, mediæ nonnullæ. Iſidorus, *Cinctus*, inquit, *eſt lata zona; & minus lata, ſemicinctium; & utriſque minima cingulum: nam a cincto per diminutionem cingulum nominatur*. Zona ſtricta ſive cingulo Chriſtum eſſe uſum, extra controverſiam eſt: nam Hebræi, qui laxiores veſtes geſtabant, eas cingulis conſtringebant. *Præcepit ipſe diſcipulis ſuis, ne æs ferrent in zona*, & Johannes ejus prodromus, *erat veſtitus pilis cameli, & zona coriacea circa lumbos ejus*. Balteus etiam, *cingulum militare* Iſidoro, pro ſindone aut ſudario numquam eſt uſurpatus; pro zona vero ſacerdotali, quæ erat inter umbilicum & pectus, ſæpiſſime, ut e Sacro contextu referunt *Epiſt.* 128. Hieronymus *lib.* 5. *Reip. Hebr. cap.* 2. Sigonius *in Theatro num.* 85., Adricomius *de Templo lib.* 3. *cap.* 17., Ribera, atque Benedictus Arias Montanus *Antiq. Jud. lib.* 6., qui præterea producit ſummi Sacerdotis ſanctis veſtibus & ornamentis inſtructi figuram ex deſcriptione Moyſis, cum tunica, ſuperhumerali, balteo, vittis, & reliquo apparatu. Unus eſt locus Nonni in caput Johannis vigeſimum, quem ultro adverſariis porrigo, ne cui videar conſulto diſſimulaſſe:

> —— Ὑπὲρ δαπέδοιο δὲ γυμνȣ̃
> Σύζυγας ἀλλήλοις λινέȣς ἐνόησε χιτῶνας,
> Καὶ κεφαλῆς ζωςῆρα παλίλλυτον ἅμματι χαίτης,
> Σȣδάελον τὸ πὲρ εἶπε Σύρων ἐπιδήμιος αὐδή: id eſt,

Super nudum autem ſolum vidit conjunctos inter ſe lineos amictus, & capitis cingulum reſolutum nexu comæ, quod popularis Syrorum vox dixit Sudarium. Sane ζωςήρ, cingulum eſt ſive balteus; & cum adjuncto κεφαλῆς, poteſt ſignificare ſudarium, quippe quod ad caput religabatur; at ſine illo adjuncto inepte pro ſudario uſurparetur: nuſquam autem Veſontinæ tabulæ docent miſſum Veſontionem a Theodoſio *cingulum capitis Chriſti;* ſed abſolute *cingulum Dominicum:* & alia quæ attuli rem ſatis probant.

CAPUT X.

Alia ſacra pignora ex Oriente cum S. Sudario Veſontionem allata.

UT nemini mirum videatur Hieroſtratam Veſontinum, pretioſum Sudarii Dominici munus e Palæſtina ad ſuam Eccleſiam attuliſſe; ſciendum eſt, vigente immani & barbara Turcarum perſecutione, & imminente Chriſtianæ religionis in Oriente naufragio, educta e Sacrariis, & per Chriſtianos quovis modo recondita Eccleſiarum pignora. Poſt captam Antiochiam, tertia menſis Junii, anni MXCVIII. *effoſſa terra, in Eccleſia Principis Apoſtolorum*, ait Tyrius, *lanceam, qua Chriſti latus fuerat perforatum, ſacri milites repererunt*, & ſequenti anno MXCIX. capta Jeroſolyma, die decima quinta Julii, per eoſdem inventa eſt *portio Dominicæ Crucis;* idque monitu & beneficio cujuſdam hominis Syri, qui tam pretioſi de-

depoſiti conſcius fuerat. Hiſce plane divinis opibus illecti præ aliis Galli, ſacra λείψανα qua vi qua prætio a detinentibus hac illac extorſerunt. Girardus Hallianus ex antiquioribus refert, eos ſanctæ illi prædæ adeo intentos fuiſſe, ut nihil præterea e bello ſacro in patrium ſolum retulerint, & vero ſacris ejuſmodi rebus, Eccleſiæ Gallicæ ſunt ditiſſimæ. Eamdem Veſontinis mentem fuiſſe quis neget? Henricus præclarus Comes, Veſontione natus, qui Regum Luſitaniæ parens extitit, ad ſacrum illud bellum profectus, ab Imperatore Byzantino plures Divorum reliquias accepit, & in his *brachium S. Lucæ*, quod magna religione ſervatur Braccare in Regno Luſitaniæ; *ex Actis Regum Vaſconcellii recens editis*. Ita munificus noſter Eccleſiaſticus (cui æquus eſt remunerator Deus) ſacro ſanctum D. N. Jeſu Chriſti Sudarium nobis attulit, quo Veſontio noſtra felix æternum ſervaretur. Alii ejuſdem ſacri exercitus Proceres tunc ad nos etiam aliquid *de præputio Domini*, *de ſpina coronæ*, *de ſpongia*, *de fimbriis veſtimentorum ejus*, quæ aureis & argenteis hierothecis concluſa ſingula, habentur in Sacrariis Metropolitanis; ubi præterea ſervantur Græca duo notatu digniſſima. Primum eſt in Eccleſia S. Johannis, quidam vetuſtatis adorandæ liber, textus Evangeliorum continens, qui ſolet in publicis Supplicationibus per aliquem e Canonicis ante pectus geſtari; *Sapphirum* vulgo vocant, credo ob varias quibus exornatur gemmas. An ſapphirus quaſi Evangelium? nam ספר *ſopher* Hebræis *Notarium* & *Evangeliſtam* ſonat, a radice ספר *ſaphar*, quod eſt *narrare* & *ſcribere*. Eburneo tegumento quaſi diptychi veteris eſt opertus, in quo imago Chriſti media eſt, hinc inde ſunt conjuges per eum uniti, Flavius Romanus, Diogenes Auguſtus, & Eudocia vidua Conſtantini XII. Ducæ Imperatoris. Ecce tibi iconiſmum.



Hi ſupremum Thraciæ diadema ſumpſere ſimul (teſte Baronio) Idibus Januariis anni MLXVIII. annis tantum duobus ſupra triginta, ante annum MC. circa quem proxime Hieroſtratam noſtrum Sudarium Dominicum nobis credimus attuliſſe:

lisse: & eo magis indicare id videtur quodammodo prænotati libri veteris tegumentum, quod in angulo sinistro inferiori decoratur æquævo margaritinæ conchæ fragmento, in quo Christi vultus (qualis in S. Sudario) in expanso per Angelum linteo expressus egregie cernitur.

Alterum militum nostrorum munus servatur in Ecclesia S. Stephani; Caput S. Johannis, Christi causa mendici, cognomento Calybitæ, de quo Martyrologium Romanum editum cum Notis Petri Galesinii, sic habet: xv. *Januarii*, *in Burgundia*, *S. Johannis Calybitæ*, *cujus sacrum corpus multis clarum miraculis Constantinopoli quiescit*, *caput Chrysopoli religiose asservatur*. Molanus idem notat eadem die: *S. Patris Calybitæ*, *cujus pretioso capitis thesauro*, *urbs Chrysopolitana incomparabiliter ditatur*. Cranium illud, cum allatus est ex Oriente, theca ænea recondebatur, cum argenteo circulo, cui inscripti erant Jambici Græci duo: pro quorum explicatione (admirare simplicitatem ævi) anno MCCCXXI. Avenionem profectus Johannes de Corcondrayo Canonicus Vesontinus, chartam quamdam a Græcis duobus Episcopis obtinuit, quam quia omisimus in Vesontione nostra, hic ad longum exhibemus.

Nos Olinanus Dei gratia Episcopus Amazondo, *Visitator de Limezo & Correo in insula Cypri: & nos Leondios Dei gratia Episcopus Soliæ*, *ac Visitator Nichociæ*, *in eadem Cypri insula: notum facimus universis*, *quod ad præsentiam nostram accedens vir venerabilis & discretus D. Johannes de Corcondrayo Scholasticus & Canonicus Bisontinus*, *quemdam bacinum cupreum*, *cum quodam circulo argenteo*, *quasdam literas Græcas in se continente*, *nobis Avinione in nostro hospitio præsentavit*, *asserens quoddam caput esse in Ecclesia Bisontina S. Stephani*, *quod inventum esse dicebat in bacino prælibato*, *nobisque supplicavit humiliter*, *quatenus dictas literas Græcas exponere*, *sive transferre de Græco in Latinum sive Gallicum dignaremur. Visis igitur per nos cum diligentia literis antedictis*, *bacinum & circulum prædictos*, *cum magna devotione ac reverentia; iterate ad osculum*, *propter auctoritatem sanctissimi capitis*, *quod ibi describitur*, *recepimus*, *prædictasque literas Græcas*, *una cum Nicholino Lyon cive Rhodensi*. *Magistro Hospitalis S. Johannis Jerosolymitani*, *Protonotario*, *ac Thesaurario dicti Hospitalis*, *scriba*, *de Græco in Gallicum exposuimus*, *sive transtulimus*, *per modum subsequentem*. *Hæ sunt literæ Græcæ circuli argentei:*

ΧΕΙΡ ΜΕΝ ΒΕΒΗΛΟϹ ΤΙΜΙΑΝ
ϹΥΝΘΛΑ ΚΑΡΑΝ:
ΑΛΛ'ΕΥϹΕΒΗϹ ΧΕΙΡ ΙΩΑΝΝΟΥ
ϹΥΝΔΕΕΙ.

Sequitur dictarum literarum Græcarum expositio:

Les mains de la maule persone, *& hereige*,
Ceste sainte teste de S. Jean Callybiti despira:
Et les mains dou juste, *& vray proud homme*,
Ceste sainte teste de S. Jean Callybiti adorera & prisera.

Sane sciant omnes & singuli, *quod iste gloriosus Dei Sanctus*, *videlicet beatus Johannes Calliviti*, *cujus caput gloriosum per prædicti circuli literas Græcas describitur*, *cujusque corpus sanctissimum in civitate Constantinopolitana sine capite feliciter requiescit*, *in tot & tantis miraculis refulget*, *& in tanta reverentia in dicta civitate & per totam Græciam habetur ab universitate fidelium*, *quod inter Sanctos Dei*, *iste beatissimus Dei Confessor*, *post gloriosum Johannem Baptistam*, *a Christi fidelibus totius Græciæ & partium circumadjacentium præcipue veneratur*, *& etiam communiter adoratur; Festum cujus annuatim quinta decima mensis Januarii solemniter celebrari consuevit*, *& in ipsius Vigilia jejunium communiter observatur. In cujus rei testimonium*, *ad gloriosi Confessoris laudem*, *& ejus sanctissimi Capitis revelationem*, *sigilla nostra una cum sigillo prædicti Nicholini civis Rhodensis*, *præsentibus literis duximus appendenda. Datum*, *translatum*, *sive expositum*, *Avinione*, *in multorum fide dignorum præsentia*, *anno a Nativitate Domini* MCCCXXI. *Indictione* IV. *die* XVII. *mensis Aprilis*, *Pontificatus sanctissimi Patris & Domini*, *D. Johannis divina providentia Papæ* XXII.

Huc usque charta Græcorum Antistitum, in qua quia versus illos Jambicos Gallice dumtaxat, & periphrastice reddiderunt, sic nos ad verbum Latinos fecimus,

Manus quidem profana venerandum contundit caput;
Sed pia manus Johannem veneratur.

Constat, (ex ejus historia apud Metaphrastem) eum, cum mater tamquam ignotum mendicum, & aspectu horridum, domo egrediens summoveri mandasset, per vim abreptum fuisse; & probabile est tum pugnis caput ejus contusum a fæce servorum.

rum. Poteſt etiam dici, vocem Ἰωάννε in ſecundo verſu, ad χάραν referri; adeoque verti,

Sed pia manus Johannis (caput) *colligat.*

alludendo ſic ad circulum argenteum, quo capſa capitis ænea cincta erat.

CAPUT XI.

Sudarium Veſontinum miraculis illuſtre: amiſſum, recuperatum; ejus vi mortuus ſuſcitatus, & æger perſanatus.

VIdimus ſupra ex Beda, Sudarium Domini, cum adhuc in Palæſtina ſervaretur, magno miraculo mediis e flammis intactum evaſiſſe, Mahuvia Rege Sarracenorum ſpectante, circa annum incarnati Verbi DCLXXV. Supereſt ut aliquod illuſtriora oſtenta, quibus voluit Deus ſanctitatem ejus omnibus gentibus, & maxime Veſontioni conſpicuam eſſe, breviter commemorem; eaque ſolum quæ indubitatæ ſunt fidei, ne lapſu ſæculorum conſeneſcant, & ex hominum memoria obliterentur. Ordiar autem a mortui cujuſdam anaſtaſi.

Baſilica S. Stephani fulmine icta, anno Domini M. CCC. XLIX. incendio late graſſante deflagravit; & plurima Eccleſiaſtica ſupellex, plurimæque hierothecæ flammis abſumptæ: quod ſuperfuit ſacrorum pignorum, collectum ſine ordine, & in ſcriniolum congeſtum eſt, quod exinde *Capſa omnium Sanctorum* eſt nuncupatum. Sudarium Domini, quia ſedulo inquirentibus non occurrerat, creditum eſt una cum aliis divinis rebus exitium paſſum. Tantæ jacturæ fides apud omnes paulatim crevit, ac tandem obſirmata eſt; ita ut memoria S. Sudarii ferme jaceret. Sed Deus non eſt paſſus pretioſiſſimi ſuis Sanguinis in illis latebris diu remanere veſtigia: etenim poſt aliquot annos inſperato repertum eſt, & magno miraculo. Adverterunt non ſemel e quodam abditiori Eccleſiæ loco ſplendorem inuſitatum emicare, Clerici choro miniſtrantes; qui ſubinde divinæ virtutis ſignificationem eſſe, & ibi τὸ θεῖον latere arbitrati, rem totam Canonicis denuntiarunt. Horum juſſu citra moram inquiſitum, nec irrito labore: nam Sudarium Domini illuc temere injectum, in extremo ignis caſu (uti ſolet) integerrimum detectum eſt, illæſum flammis, nec ullo ſitu labefactatum. Stupere omnes hoc viſo prodigio; multi tamen adhuc addubitare, num hoc repertum, legitimum Sudarium, an vero ſuppoſititium eſſet cenſendum. Ad hoc accerſiti eximii pictores duo, qui effigie ſacra inſpecta, eam nullis colorum pigmentis aut fuſcis adumbratam, nec hominum manibus exaratam aſſeruerunt; ſed ſanguineis omnino veſtigiis & unguentis diffuſum colorem, uno ore ſemper profeſſi ſunt. Acceſſere nova in dies prodigia, quæ vim cæleſtem indicabant; unde magis magiſque celebrari cœpit & credi, non aliud eſſe, quam quod fuerat a majoribus acceptum. *Hæc ex avorum traditione & chartis antiquis:* quibus non abſimilia habentur in vetuſto quodam codice Eccleſiæ S. Jacobi Rhemenſis, ubi poſtquam narratum eſt Veſontionem Chriſti Sudario inſignem eſſe, idque aliquanto tempore deperditum fuiſſe; aſſeritur deinde tandem repertum, & ob agnitam in eo divinam Chriſti imaginem, ipſiſſimum Chriſti Sudarium judicatum, & vero comprobatum miraculo, quandoquidem contactu ejus homini demortuo, ac proxime terra condendo, vita eſt reſtituta; eo plane modo, qua cadaver ad ſepulchrum Vatis Eliſæi, cum tetigiſſet oſſa ejus, *revixit homo, & ſtetit ſupra pedes ſuos.* Fidei ſuæ ſtabilitorem advocat Rhemenſis ille codex, quemdam Robertum Sunellam in allegoria de obitu B. Mariæ Virginis; *Nec deſunt*, addit, *oculati teſtes, quorum chirographa in Eccleſiæ Biſontinæ archiviis habentur.* Voluntanti animo mihi, & ſerio penſitanti, quiſnam illius libri Rhemenſis acephali autor cenſeri poſſet; unus occurrit Richardus Pica, Veſontione oriundus, qui ſæculi illius decimiquarti anno ſeptuageſimo ſeptimo, octavo ſupra vigeſimum ab incendio S. Stephani, Rhemenſem Archiepiſcopatum eſt aſſecutus: quo tempore credibile eſt S. Sudarium recuperatum miraculo illo percelebri, quod quia in patria ſua contigerat, ſcriptis conſignari voluerit ille Richardus Archipræſul, quem Hiſtorici Rhemenſes fato functum ſcribunt Rhemis anno Domini MCCCLXXXIX. Unicum ejus μνημόσυνον repperi Veſontione, argenteum cujuſpiam S. Præſulis ſeſquipedale ſignum, quod Eccleſiæ S. Petri obtulit, nomine ſuo ſub gentilitiis ſcutis adſcripto.

Ab hoc miraculo, & pleriſque aliis, majorum neglectu minime conſignatis, in magno cultu S. Sudarium fuit: & toto ſequenti ſeculo decimo quinto, votorum fervor & numerus cœpit augeri, magna undequaque multitudine concurrente, ad illud ſpectandum & adorandum, in Eccleſia S. Stephani: qua tandem admittendis populis anguſtiore viſa, thea-

theatrum extra illam excitatum eſt, primo temporarium & ligneum, anno M. D. XXII. ex Capituli regeſtis; dein vero perrene & lapideum, e quo bis quotannis, ſcilicet die Paſchæ, & Dominica poſt Chriſti Aſcenſionem, Matutinis horis, populo ſpectandum proponeretur, in Cælio, ſive S. Stephani monte, qui ad id aptiſſime videtur a natura compoſitus: devexus quippe, & ita ſenſim declivis in vertice, ut exinde tamquam ex immenſo theatro circumſtantes omnes ſacra ſtigmata diſtinctiſſime cernant, nec a primis poſtremi, nec remotiores a proximioribus ullo pacto impediantur.

Anno ejuſdem decimiquinti ſæculi trigeſimo primo, Leonardus de Grueriis Canonicus & Officialis Biſontinus, dum ancipiti morbo conflictaretur, a Collegis ſuis adferri ſibi & admoveri S. Sudarium poſtulavit: quo impetrato, eum priſtinæ valetudini illico reſtitutum fuiſſe, Capituli Acta teſtantur. Pollebat dubio procul eadem fide, qua olim hæmorrhoiſſa mulier, quæ *fimbriam veſtimenti Salvatoris contingens*, *ſalva facta eſt ex illa hora Matth. 9.* Idem alias in Oriente factum oſtendemus inferius, virtute cujuſdam imaginis Chriſti ἀχειροποιήτε, in ædes Mariæ Patritiæ languentis importatæ. Non diu tamen invaluit mos ille deferendi S. Sudarium in privatas ægrotantium domos; eum quippe circa annum M. D. XL. abrogatum legimus: quo etiam tempore, cum miraculorum & beneficiorum fama commoveretur, ut pretioſo linteo major exhiberetur veneratio, e veteri ἱερατείῳ, quod altari majori ſubjacet, ad amplius ſacellum tranſlatum eſt, & ibi decentiſſime (argenteo ſcriniolo gentilitiis inſignibus Nobilium *de Vaſis* & *de Vileta* ornato concluſum) ſuper altari in armario eſt collocatum. Extruxerant pridem hoc ſacellum S. Maimbodo Martyri Comites Montis Beligardi, quod deinde Garnerius & Monrivellius Canonici pictis tabellis & cancellis, una cum prædicto Leonardo de Grueriis locupletarunt.

CAPUT XII.

Hæreticus impudens cauſo abſumptus: civis graviſſime laborans, & Bonus Archiepiſcopus curati: obiter de Magnatum donariis.

A Defuncti ſuſcitatione, nullum miraculum illuſtrius eo quod e Codice manuſcripto didici: nimirum cum tantæ erga S. Sudarium religionis & celebritatis frequentia offenſus quidam externus hæreticus fremeret; & odium, quod in Chriſtum ipſum non poterat, in ejus Sudarium profunderet, affirmavit, ſi facultas eſſet, ſe protinus illud flammis injecturum, & in cineres redacturum. Non diu nec impune id tulit impius: etenim repente correptus eſt inteſtino cauſi incendio, & arſit flammis ultricibus, qui talia ore ſacrilego in divinum Sudarium fuerat debacchatus. Tempus Codici minime eſt adſcriptum, verum e ſcriptura apparet eum eſſe pervetuſtum. Incerto quoque tempore ibi narratur aliud vetus, de Biſontino quodam cive, qui univerſi corporis turbata κράτη, diuturnis omnium membrorum doloribus adeo miſere torquebatur, ut attigi ſe vel molliſſimis digitis vix pati poſſet, quin erumperet in clamores, & ægre dolentium querelas: occurrit ei S. Sudarii pia cogitatio, votum Chriſto nuncupat, ſeque beneficii non immemorem pollicetur; nec mora, ſentit vires ſibi reſtitui, ſedantur dolores, & perit morbus; ſanus & voti reus montem conſcendit, grates peragit, tabella miraculum teſtatus, in qua rem geſtam verſibus Gallicis, piis magis quam bonis, etiam num deſcriptam habes.

Anno deinde M. D. XLI. XVII. Junii, Antonius de Vergeyo Biſontinus Archiepiſcopus, a profuſiori in egenos liberalitate *Boni* cognomentum ſortitus, cum annum ætatis quinquageſimum ſeptimum jam attigiſſet, Giaci in caſtro ſuo, forti apoplexia correptus eſt: ἀπνοίᾳ καὶ ἀφωνίᾳ laborantem, & ab aſſidentibus pro deſperato habitum, domeſtici Chriſto Servatori in Sudario Biſontino divitus depicto calide vovent: illorum preces & vota exaudit Deus, & ad cultum Sudarii ſui magis magiſque promovendum celebre patefacit miraculum: ecce enim ſoſpitem inopinato virum ſummum, qui poſtquam gratias Deo Veſontione perſolvit, ſtatuam habitu Præſulis ſupplicantis collocavit in S. Sudarii ſacello, quo patratum in ſe miraculum poſteris teſtaretur. Obiit poſtea placide, & integris ſenſibus uſque ad ultimam periodum XXIX. Decembris ejuſdem anni M. D. XLI.

Cleriadus de Vergeyo Aurei velleris Eques, & inpræſentiarum liberæ Burgundiæ pro Catholico Rege Gubernator, a cultu & veneratione majorum erga S. Sudarium nullatenus deflexit; etenim quotieſcumque præſentit publice evolvendum, e caſtro Grayacenſi Veſontionem pergit, ut illud veneretur; quin & anno elapſo M. DC. XXI. lampadem argenteam bene gravem (inſigne munus) inibit obtulit, adjecta numeratæ pecuniæ ſumma, cujns proventus annuus oleo miniſtrando abun-

abunde suppeteret; aliam ex eodem metallo affabre laboratam pridem appenderat Claudius de Rye Baro a Balancon, legionis Burgundicæ in exercitu Belgico Catholici Regis Dux veteranus. Alii hujusce nostri ævi Magnates muneribus votivis affectum erga S. Sudarium maxime sunt testati, quæ loci religionem faciunt insigniorem. Nimis longum esset singula hic recensere: unum inter alia memoratu dignissimum est, vexillum militare vetus & lacerum, quod a nobis ibi visum, cum hac supposita epigraphe:

Enseigne du Comte de Hornes, gaignée par les Mores en la Gollette de Thunes, & depuis recouvrée par les Chrètiens a la prinse dudict Thunes, & vouée au sainct Suaire de Besançon.

Golleta arx est Tuneti in Africa munitissima, quam anno salutis M. D. XXXV. cum oppido ipso expugnavit Carolus V. Imperator, pulso Barbarossa, cæsoque magno Turcarum numero.

Lotharingiæ Principes feminæ non ita pridem S. Sudario præsentes vota reddiderunt, ac præclara munera postmodum miserunt, magni pretii sacra indumenta. Adfuit etiam cum votis nuper e Gallia Condæi Principis mater Princeps. Sed munificentia præcelluere cæteris Serenissimi Archiduces Austriæ Albertus & Isabella sanctissimi conjuges, tum missis ad altaris S. Sudarii decorationem sericis ornamentis auro intextis; tum magna pecuniæ summa collata, ad Odei sublimis & marmorei in Ecclesia S. Stefani exstructionem, cujus primarius lapis positus v. Idus Maji, anni præsentis M. DC. XXIII. procurante Ill. ac. Rev. D. Francisco de Rye, Archiepiscopo Cæsariensi, Archiducum prædictorum magno Eleemosynario, Metropolis Bisontinæ majori Decano.

CAPUT XIII.

Cæci cum fide visum recipiunt: ex oculis laborantes persanantur: aliis ad tempus adimitur visus.

ANno Domini M. D. XXXVI. instabat Festum Paschatis, quo numerosa populi turba, S. Sudarii visendi causa, Vesontionem confluit; Nicolaus quidam Rozius de Milleyo pago prope oppidum Jussæum, jampridem oculorum cassus lumine, illuc proficisci optat: ille eo redactus erat egestatis, ut neminem qui gressum regeret, duceretque ad illud celeberrimum perfugium, nancisci posset. Quid agat infelix? gnarus qua hora S. Sudarium advenis spectandum explicari solet, eo ipsissimo tempore versus Vesontionem genibus advolutus, absens corpore, præsens animo fundit preces, & lucem petit. Rem miram! aperiuntur ei oculi e vestigio, & clare cernere incipit: recepto visu ad votum exsolvendum sine prævio scipione, ut solebat, sacellum adit, & tantum miraculum voce clara & oculis profitetur; quod testes quamplurimi sensibus arbitris, fide data, signoque apposito confirmarunt, ut ex instrumento publico constat.

Non absimile contigit anno M.D.LXXII. præsente Cardinali & Archipræsule Claudio a Bauma: cum enim ostenderetur publice S. Sudarium, in gratiam Antistitæ cujusdam Augustodunensis adfuit ibi, inter promiscuum vulgus, annosa quædam mulier, utroque lumine orbata, quæ S. Sudarium cultu religiosissimo venerata, videndi facultatem protinus recuperavit, ipsumque S. Sudarium dilucide perspexit.

Illud porro crebris exemplis est comprobatum, eos qui ex oculis laborant, S. Sudarii inspectione, aut contactu subinde sanari; eorumque aciem vix hebescere, qui debita vallati fide, id multoties invisant: e contrario, quibus vacillans ac dubia fides, iis non semel hebetata visio. Addo exempla.

Burgundiæ Comitatum aggressus Tremblecurius, & ingressus anno M. D. XCV. aliquot e militibus suis Vesontionem misit, ut adverterent quibus artibus urbs ea posset occupari. Illi dicto audientes, ficto nomine & habitu Vesontionem subintrant, ubi dies circiter quindecim immorati, agnitis civium animis, & cura vigili, castra repetunt, & oppugnationem illam Duci suo referunt difficillimam fore; ille graviter in eos stomachatus, *Quasi vero*, inquit, *animo sit despondendum; denuo Vesontionem pergite, & si nihil aliud, saltem Sudarium quod ibi colitur subdole arripite, & ad me quamprimum adferte*. Redeunt impii animosiores, & Gallus nobilis eorum ductor, Ecclesiam S. Stephani sub vesperam ingressus, ad altare S. Sudarii accedit, illud conscendit, atque ut in arculam, qua sacrum pignus reconditur, sacrilegas manus possit injicere, modo omnes investigat. Sentit illico miser vindices Dei manus, cæcutit exanimatus metu, totisque artubus contremiscit; videt se in divinam justitiam delapsum: bono tandem genio mentem pulsante, ad clementiam confugit; sacris aris, quas paulo ante calcaverat, postmodum adgeniculatus, admissi facinoris veniam apprecatur, Religionis ineundæ votum vovet

si xuo-

si uxori superstes fiat; tum demum diversorium repetit, & inde recta patriam domum, ubi ex eo tempore vitam inculpatam transegit. Hæc ex ore ipsius Blasius Mahon Bisontinus e Societate Jesu: quod deinde literis significavit, datis Carlopoli, ultima Junii anni M.DC.XV. Aliud exemplum habemus in scriptis authenticis, hoc sensu.

Anno M. DC. IX. Fridericus Martini Comes Palatinus, & Juris Canonici in Academia Friburgi Brisgojæ Professor primarius, missus Vesontionem a Rudolpho II. Cæsare, cuidam demandato muneri obeundo, sacrum Domini Sudarium sibi evolvi a Canonicis flagitat: respondetur ejus votis, & Februarii undecima, in Sacrario S. Stephani pretiosum linteum explicatur. Mirum! ita perstricti sunt ejus oculi, ut solum linteaminis candorem affirmarit se videre, nec effigiem Christi apprime in eo delineatam, nec stigmata, quamvis luculenta, ullo modo conspicere: oculis ejus intentioribus imago sacra iterum & propius inspicienda proponitur, nec ullatenus ea cadit sub aspectum: obstupescunt adstantes omnes, ille vero omnium maxime; qui tandem excæcationis suæ causa cognita, & fidei hæsitantiæ adscripta, ante Christi Θεανθρώπυ imaginem in genua denuo provolutus veniam poscit, quod de illo Sudario hactenus addubitasset. En aliud miraculum; aperiuntur ipsi caligantes oculi, videtque distinctissime Christi velut super terram cum Apostolis ambulantis (ita loquebatur ille) divinam imaginem: miraculum in se patratum prædicat domi & foris, simulque S. Sudarii Bisontini veritatem; missis deinde aureis ducatis decem, pro incruenti Sacrificii in altari S. Sudarii celebratione annua, ad perennem accepti beneficii gratiarum actionem.

Aliud habe in dissimili occasione non absimile. Philippus II. Rex Catholicus monitus per Cardinalem Granvellanum, servari Vesontione Sudarium Domini, postulat a Canonicis tanti depositi custodibus, ut exemplar docta manu exceptum ad se quamprimum transmittant. Regiæ voluntati citra moram obsequi cupientes Mystæ sacri, pictorem peritissimum accersunt, qui sacræ iconis linteo impressæ exemplar ordiatur: quod cum primum luminibus accensis ab eo cœptum, fassus est se fulgorem e linteo micantem, oculis vix pati posse; modo brevior & angustior imago, modo longior & latior ipsi visa; sanguineæ notæ quandoque rubicundiores, alias pallidiores observatæ; donec per salutare Sacrificium pacato Numine divino, discussaque oculorum caligine, imaginem Christi penicillo subtili adumbravit, quæ deinde in Hispaniam ad Regem missa. Pictor ille *ab Argento* cognominatus, aliquot alias imagines ex archetypo Bisontino in linteis ejusdem longitudinis & latitudinis tunc expressit: quarum una est penes Nobiliss. Dominum Henricum de Varik Marcgravium Antverpiensem; aliæ in privatis quorumdam potentiorum per Europam domibus asservantur: quod moneo, ne errandi ansam aliquando præbeant, veraque Christi Sudaria in posterum censeantur.

CAPUT XIV.

Epidemica lues sedata voto publico: Sodalitas S. Sudarii; hujus altare Apostolico privilegio munitum.

ANno supra sesquimillesimum quadragesimo quarto, quædam epidemica lues, generis humani insolescentis vere tonsura, Vesontionem invaserat, per quam ingens capitum messis in dies decerpebatur. Nihil cura publica, nihil privata proderant remedia, donec in S. Sudarii asylum & clientelam civitas tota confugit: emisso enim publico voto, cessavit quamprimum funesta illa pestis, sub Caniculæ ardoribus, cum tunc ferociorem populus vereretur:

Nos tabula sacer
Votiva paries indicat omnibus
Suspendisse supremæ
Morbi signa potentiæ.

tabulam inquam nova in veteris ac pulverulentæ locum substituta, Vesontionis quam late patet iconismum referente, cum subjunctis hisce notis,

S. P. Q. B.
EX VOTO.

Ut vero tanti beneficii nusquam periret memoria, erecta est omnium votis S. Sudarii Sodalitas, quæ exinde quotannis ita celebratur tertia die Maji, ut ante Sacrum mysticum & concionem, per Ecclesiam & claustrum S. Stephani, solemnis fiat Supplicatio cum S. Sudario argentea theca concluso. Neque modo illi Suplicationi intersunt Gubernatores, viri Patricii, & XXVIII-Viri; sed etiam Officio Vespertino, quod pridie in Sacello S. Sudarii suavissima vocum harmonia recitatur: quo peracto, rite & ex veteri more fiunt Processiones extra Ecclesiam: ubi

ubi denique ventum ad crucem, quæ prostat ad Reclusi eremum, ibi sistunt Clerus & populus, unde vasta civitatis amplitudo sub precantium oculos cadit: inde Canonicus cui contingit hebdomade illa Sacris præesse, triplici signo Crucis benedictionem civitati impartitur: inprimis elevato S. Stephani brachio, in aere Crucem exprimit, prolatis hisce verbis;

Per merita beati Protomartyris Stephani,
Liberet nos JESUS *Christus filius Dei.*

tum accepta majore cruce, iterato Crucis sihno hæc subdit;

Per Crucis hoc signum, fugiat procul omne malignum.

denique assumpta hierotheca, quæ Sancti Theodoli ossa continet, idem præstat, & sic concludit;

Per merita beati Theodoli,
Liberet nos JESUS *Christus filius Dei.*

Has S. Theodoli Sedunensis Episcopi reliquias *adversus fulgura & tempestates* non exigua vi pollere, vetusti Rituum codices docent. Illi S. Sudarii Sodalitati postea dedere nomen liberæ Burgundiæ urbes *Dola* & *Salinæ*, vicique quamplurimi, qui voto simili a gravi pestilentia liberati fuerant. Aliis etiam locis cultus S. Sudarii Vesontini viguit: etenim Tornodori in Gallia habetur eorum congregatio, qui alias illud peregrinatione coluerunt; fitque singulis annis Sodalium conventus, qui ea ipsa die qua Vesontione expanditur, in cœtum coalescunt, & solemnem Officio Ecclesiastico peragunt festivitatem.

Ad votorum famam late diffusam accessit privilegium, quo summus Ecclesiasticæ hierarchiæ Princeps Gregorius XIII. altare S. Sudarii munivit: sic habet in marmore muro Sacelli inserto:

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Omnium saluti paterna charitate intenti, inter tam multa pietatis officia, quæ nos pro munere nostro convenit exercere, sacra interdum loca spirituali privilegio insignimus, ut inde fidelium animarum saluti amplius consulatur. Quocirca ut Ecclesia Bisontina simili usque adhuc privilegio minime decorata, & in ea altare S. Sindonis nuncupatum, quod majus non est, hoc speciali dono illustretur, auctoritate nobis a Domino tradita concedimus, ut quoties Missa defunctorum ad prædictum altare celebrabitur pro anima cujuscumque fidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migravit, ipsa de thesauro Ecclesiæ Indulgentiam consequatur: quatenus D. N. *Jesu Christi, & Beatissimæ Virginis Mariæ, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, aliorumque Sanctorum omnium meritis suffragantibus a Purgatorii pœnis liberetur. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ* M. D. LXXIX. XI. *Kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno* VIII.

CAPUT XV.

Morbi a veneficio sublati per imagines S. Sudarii Vesontini: alia de eodem Sudario mira & scitu digna.

NON vulgare miraculum illud censeri debet, quo Sudarii Bisontini imagunculæ in propulsandis morbis per maleficium illatis maxime enituerunt. Mulier nobilis, conjux Domini a Capella, arcis & oppidi Maceriensis (*Maisieres*) in Campania Gubernatoris, mense Junio anni MDCXIX. morbo prodigioso vexabatur, una cum filia Carolotta, & famulo Ludovico Brisione. In causis ægritudinis investigandis desudabant Poliatri, sed frustra: illis enim ignota morbi species perpetuo fuit: detecta tandem a Johanne Prineto Societatis Jesu Sacerdote a Rhemensi Collegio illuc misso: qui suspicatus veneficio torqueri ægrotantes, exorcismorum ope certius id agnoscens, languentium vestimenta in ignem conjici jussit; quæ dum arderent, fascinatæ mulieres præ doloris cruciatu propemodum jacuerunt exanimes. Famuli thorax & pileus ignibus etiam traditi sunt, eo absente ac plane inscio; qui nihilominus tempore combustionis, quasi morbo sacro fuisset correptus, in terram corruit, cum horribili artuum concussione. Blasius Mahon Vesontinus P. Prineti socius, in aulam ubi Ludovicus pronus jacebat progressus, ad tantas eum angustias redactum conspicatus, quamdam S. Sudarii Vesontini imagunculam, prototypi contactu sanctificatam, secum gestare recordatus, eam jacentis capiti admovit; cujus virtutem illico persentiens semianimis, in has voces prorupit, *Ah, ah, Domine, tu me uris.* postque tantillum spatii, a capite morbus in pectus descendit: admota denuo partis laboranti imagine illa, sæviit dolor atrocius; tum saluberrimæ iconis præsidio depulsus, ad tibias prolapsus est. Ecce dum exorcismorum solemnes ritus ite-

iterantur, & tibialia illato per strigas maleficio infecta flammis absumuntur, ad humani corporis molem tibiæ intumescunt; imposita vero imagine, consedit doloris ardor, & post minimum temporis nulla molis ingentis nota residua fuit. Ejusdem imaginis beneficio nobiles feminæ, mater & filia a similibus morbis evaserunt incolumes: quæ postmodum palam & publice fassæ sunt, quantam Christus Dominus imaginibus Sudarii sui virtutem esset impartitus: qui olim apud Ephesum, sudariis a S. Pauli corpore delatis super languidos, inesse tantam voluit, ut eorum contactu *recederent ab ægris languores, & spiritus nequam egrederentur*. Illa porro prodigia sanationum in Campana tam multi fidelibus oculis usurparunt, ut nullus dubitandi superesse possit locus. Invisibiles potestates alias Vesontione non semel dilaniari visæ, admotis sudariolis ex divini ipsiusmet Sudarii contactu sanctificatis: (quidni enim si magnes vim suam cum applicito ferro communicat, hoc possint & sacra lipsana?) Raro certe Sudarium publice explicatur, quin toto monte circumsonent terribiles energumenorum voces, dæmone vim illam divinam non ferente. Habe alia de Sudario admiranda, & supra fidem captumque humanum.

Scriniolum quo reconditur, laminis argenteis conflatum, præ vetustate attritum & exesum, de novo refectum est; linteum toties attrectatum nusquam defecit, & perdurat integerrimum. Sacellum S. Sudarii ingredientes tangit loci religio & sanctimonia; & ubi ad conspectum ejus in monte Cælio ventum est, ita se piis mentibus superfundit Deus, ut omnes hausta cœlestis gratiæ ubertate, maximum quamvis laboriosæ peregrinationis fructum se accepisse fateantur.

Visum illud non semel in theatro, ut dum explicatur, serenetur pluvium cælum, & sacro ostensionis mysterio dentur induciæ. Ibi multi religione perfusi solvuntur in lacrymas, & e flagitiorum emergunt cœno, dum ipsis oculis, ejus Sanguinis capessunt vestigia, quem profusum sol inhorruit, terra gemuit, petræ senserunt. *Miles ferocioris animi litem quam consanguineo intentarat, morte ipsius finiturum se, deinde ad Mauritiana in Hollandiam castra profecturum dictitans, uti apud se ante decreverat; statim atque vidit S. Sindonem, plane a seipso mutatus redire in gratiam cum adversario cœpit.* Annales Societatis Jesu anno MDCVI.

Præsenti divino Numine semper effulget; quod in inspectantes usque adeo redundat, ut pios insolito gaudio, impios horrore perfundat: ægris est remedio, mœstis solatio, torpentibus incitamento, periclitantibus saluti.

Mirus est ad illud videndum & adorandum concursus, & affluentium ardor, etiam a longinquis locis, & qua se Christianorum fines pandunt: quodque etiam maxime mirum, omnes eo viso lætiori & pacatiori animo revertuntur ad suos lares, cum ingenti desiderio illud iterum videndi & adorandi.

Explicatur bis quotannis publice ex theatro, die Paschæ, & Dominica post Ascensionem Christi, matutinis horis; & nusquam præterea, nisi in gratiam Principum & Magnatum. Frequentes ad illud fiunt quadraginta horarum precationes, vel ad hanc devotionem aptissimæ, quod pari horarum numero Christus jacuerit in sepulchro, sudario tectus; iterumque quadragesimo post resurrectionem die ad cælos evolarit.

Rarissime templo id efferunt; quandoque tamen sanctificationis causa, atque roboris, per civitatem supplicando gestatur, ut arca fœderis altera (imo arca sanctius) sub divite conopeo; sed non nisi in magnis periculis, & necessitatibus publicis: quod tamen & anno MDCXXII. factum magna pompa, Julii XXIV. in celebritate Canonizationis SS. Ignatii de Lojola Societatis Jesu Fundatoris, & Francisci Xaverii Indiarum & Japoniæ Apostoli; ad quorum cultum impensiorem, peracta generali Supplicatione explicatum est publice in theatro, in quod admissi soli Societatis Jesu Patres, cum sacrorum Antistitibus, & civitatis Gubernatoribus. Iterum XXIX. Septembris ejusdem anni, die Archangelo Michaeli festo, in pari pro S. Teresia festivitate, in novum Sanctimonialium Carmelitarum templum delatum est; & præter morem, ad cancellos sacris Virginibus imago divina proposita est adoranda.

Nunc de Taurinensis Sindonis historia & miraculis.

CAPUT XVI.

De Sindone Taurinensi, unde illa proxime Camberium advecta.

SIve id iniquitati temporis adscribi debet, quæ rerum originibus caliginem offundere solet, sive etiam paucorum calliditati, quibus sacrum hoc pignus e longinquo, quam e vicinorum Principum ditione arcessere tutius visum est; aut quos fortasse incessit metus (inanis utique, ut ex dicendis constabit,) ne illud quippe non a legitimis Dominis traditum, præter

ter jus fasque obtinere viderentur; varia sane ac multiplex in vulgus sparsa est, ejus Camberii accepti ratio. Nam ut omittam leviores rumusculos; eam nempe Sindonem ab Ægyptia Judæave femina, captivi apud Ducem Sabaudum conjugis pretium relictam; & alia id genus, quæ nonnulli vel certis in Commentariis legisse, vel a majoribus fando accepisse dictitant: Franciscus Adornus Genuensis e Societate Jesu, in epistola de Votiva peregrinatione anno salutis MDLXXVIII. a S. Carolo Borromæo ad Camberiensem Sindonem instituta, quam Pingonius ex Italico Latinam fecit, hæc habet: *Familiam Lusignanam, regnum Cyprium & Jerosolymitanum multos quondam annos obtinuisse, memoriæ proditum est: ex ea Carolotta orta postrema in Cypro regnavit. hæc Ludovico, alterius Ludovici filio, Allobrogum, quos Sabaudienses appellant, Duci in matrimonium collocata, familiam hanc & gazæ regiæ & regni Cyprii reliquit heredem. Hinc in inclytam hanc domum præclarissimum & sacrum hoc monumentum pervenisse, superiores Duces a suis accepere, & ejus rei memoriam per manus traditam, posteritati reliquere. Nonnulli etiam Insulam Rhodum a Turcis maxima multitudine circumsessam, vehementissimeque oppugnatam, Amadeum Allobrogum Comitem summis obsidionis periculis eripuisse, & conservasse ferunt; ob eamque causam cum cruce alba, qua ille sua ipsius insignia exornavit, tum sacro linteo a summo Equitum Jerosolymitanorum Magistro, qui animum memorem & gratum in benemerentem præstare studuit, donatum fuisse.* Multo his plura Philibertus Pingonius Sabaudus, Cusiacensis Baro, libro ea de re scripto, quem *Sindonem Evangelicam* inscripsit, ediditque anno MDLXXXI. *Dum anno* MCCCCLVIII. (mendum est, hæc enim gesta anno MCCCCLIII.) *Orientis Imperii sedes vi & armis a Mahumete Turcarum Rege expugnaretur, cæde omnia diriperentur & vastarentur, Constantinus Palæologus ipse truncatus capite, regni simul & vitæ finem fecisset, nihil in Græcia, nihil in Asia aut Syria tutum restaret, aufugerent omnes atrocissimi tyranni crudelitatem, illustris quædam matrona, Margarita a Carni nomine, sarcinis collectis, inter quas hanc raram Sindonem reposuerat, Græcia movere, cælumque mutare constituit, atque in Galliam proficisci. Hanc a Regibu Jerosolymitanis prodiisse ex eo constat, quod Jerosolymitana in historia Cypria vocetur, nupta Hectori Lusignano Philippi filio: quibus omnibus tempora conveniunt. Carnim autem denominatam puto, quod Carinæ urbi Joniæ in Asia minori dominaretur, aut Carnæ Aolidis; sive a Carna oppido Phœniciæ, quod ad montem Libanum reponitur. Burgundam alii ferunt, quod ejus nominis illustris ibi sit familia, sive in Asiam illa migrarit, sive ab Asia in Gallias deducta fuerit. Ubi ergo in Galliam Carna appulit, & magnis itineribus Alpes superavit, Camberii (quæ Sabaudiæ Ducum Regia est) a Ludovico & Anna Cypria Ducibus splendidissime, ut tantam Principem matronam & affinem decebat, excepta est, quibus tandem hoc sacrosanctum Sindonis munus discedens, non sine magnis obsecrationibus contulit, quid vero intercesserit, quid donationi causam dederit, non hoc loco absonum sit paucis enarrare. Instructissima ad longum viaticum omnia Princeps illa habebat; equitatus, muli dossuarii, cistæ, signa, vasaque suppetebant; nec æs ingens deesse videbatur; liberalitate ipsa teste, quam erga omnes exercebat. His copiis fures allecti, negligentiore Græco famulitio, scrinia aliquod effringunt, & nocte imtempesta quantum possunt supellectilem subducunt: inter quam veneranda Sindon capsula deaurata includebatur. Ceterum fures dum rapta inter sese partirentur, nec isti satis demirari possent elegantem Sindonis texturam nulli telarum comparabilem; hanc per medium abscindere statuunt; sed forfices tenenti, tentantique, contortæ sunt manus, conversumque protinus collum, & quasi clinicus obstupuit. Alter usurpato sibi integro linteo, dum sudoris & cruoris humani stigmata undis abluere conatur, ut res venalior redderetur, eo magis utraque pars hominis impressa apparebat; cujus radiis etiam utroque est orbatus lumine. Interea præconis voce per compita grave supplicium receptatoribus indicitur; at furtum indicantibus aut restituentibus, non modo impunitas, sed præmium promittitur. Ipsa quoque Carna, reddito sibi sole linteo, cetera quamvis pretiosa munifice concedebat. His rebus adducti prædones, furto restituto, religione se exolvunt, & ad pœnitentiam stimulati, voto soluto salutem præsentissimam consequuntur. Nullus non lætitia singulari affectus est, & Principi matronæ a nostris Principibus impense gratulatum est, de insigni inventa Sindone. Denique majori in veneratione haberi cœpit, ob factum divinitus in resipiscentium prædonum gratiam miraculum; idque Camberii, vel eo nomine celeberrimo futuro oppido. Quapropter Dux Anna Cypria ardens animo, audaciorque a gentili sua & Græca munus illud familiariter & obnixe postulat: sed promptam efflagitationem promptior secuta est recusatio; quodcumque illa aliud poposcerit, non denegaturam se, profusuram potius omnia, uno hoc excepto, in quo animi solatium,*

tium, corporis requiem, spem denique & salutem reposuerit. Factum est satis Duci modestissimæ, nec sine reditus desiderio Græca officiose dimittitur. At dum muli scriniis onerantur, coguntur que a veterinariis in ipso urbis egressu; numquam adduci cogive potuit mulus clitellarius, cui sacrum onus impositum fuerat, portarum valvas prætergredi, ut alios sequeretur: ac proinde existimatum est divina id fieri providentia, divinum illud pignus Sabaudis Principibus & Camberio deberi. Itaque a Ludovico & Anna Ducibus exoratur tandem Margarita: ipsa rei miraculo non parum ad eam, quam diximus, donationem munificentiamque exercendam adducta est. Tantum ob donum gratias immortales Duces egerunt, Supplicationes Superis indixerunt, arcis marmoreo Sacello perpetuo conservaturi reposuerunt: quod Sacellum Paulus II. *Pontifex Maximus in Ecclesiam collegiatam erexit*. Hæc Pingonius, cum his ad marginem notis: atque ex illo fere recentiores quotquot legi; Johannes Tonsus libro secundo de Vita Emmanuelis Philiberti Allobrogum Ducis; Johannes Boterus in Ludovico Sabaudio secundo Duce, qui tamen translationem Sindonis e Cypro in Gallias refert in annum MCCCCXLIII. Alphonsus Palæotus libro de Stigmatibus Sindonis, cum Commentariis Danielis Mallonii; Prosper Bonafamilia Italico libello ejusdem argumenti; Jacobus Gautherius e Societate Jesu, in Chronologia sua; & novissime Petrus Monodus ex eadem Societate, Tractatu Gallice scripto de Franciæ & Sabaudiæ affinitatibus.

Ceterum quod Pingonius obiter tantum & ex aliena sententia refert, quodque eam ob rem a recentioribus, qui ex illo accepere, omissum neglectumque est, nempe Margaritam a Carni, a qua divinum illud in Allobroges derivatum munus, Burgundam fuisse; hoc apud Burgundiones extra controversiam est: nam ut omittam, quod ipse secum pugnat Pingonius, cum Margaritam e Græcia movisse narrat, capta Constantinopoli, & cæso Constantino (quæ facta constat anno MCCCCLIII.) ac deinde anno MCCCCLII. Camberii Sindonem reliquisse; norunt Burgundi, Humbertum Comitem a Rupe, Dominum de Villariosexel, Sequanum (cujus opes venere in Marchionem Varambonium ex illustri familia *de Rye*) conjugem habuisse Margaritam illam Charniensem, Gaufridi *de Charny* Burgundi Equitis, & Philippi quondam Valesii ac Johannis Francorum Regum Regii Signiferi neptem. Illud quoque in Campania maxime & Burgundia notum pervulgatumque est, sacrum Linteum, proxime ante quam Camberium inferretur, nec in Cypro, nec in ulla Græciæ Asiæve parte, sed in Burgundia per annos quatuor circiter supra triginta asservatum, quo venerat e Campania; ubi habitum annis minimum sexaginta, in Sacrariis Capituli beatæ Mariæ de Lireyo, Tricassinæ Diœcesis: quæ omnia operæ pretium facturum me existimo, si altius repetam, & indubitatæ fidei testimoniis affirmem.

CAPUT XVII.

Gaufridus de Charny *Eques Burgundus Sindonem Christi Ecclesiæ de Lireyo in Trecensi Diœcesi a se extructæ attribuit: quomodo ibi habita Sindon.*

Refert Froissartes volumine primo Historiarum, aliique rerum Francicarum Scriptores, Calitio (*Portus Iccius* est nonnullis, aliis *Portus Morinorum*) ab Anglis deditione recepto, die ultima Augusti anno MCCCXLVII. Gaufridum *de Charny* Burgundum Equitem provinciæ Picardiæ (qua imminebat hostis) a Philippo Valesio præfectum, eidem Regi ultro pollicitum fuisse anno MCCCXLVIII. se Calitium primo ipso die sequentis anni MCCCXLIX. pro xeniis ei oblaturum: ac deinde astu & proditione Aymerici Romani-Catholici, Caletanæ arcis pro Anglis Præfecti, qui cum Francis amicitiam simulaverat, cæso fusoque Gallorum exercitu, Gaufridum Ducem, contrario quam speraverat eventu, captum ab Anglis, & in custodiam datum Kalendis ipsis Januariis, quam ille diem urbi potiundæ dixerat: non absimili fortuna, (etsi causa meliore) ei, quam anno MCCXIV. expertus fuerat Ferdinandus Flandriæ Comes, qui nobili pugna Bovinensi, a Philippo Augusto, Francorum Rege profligatus, Lutetiam, quam ex magicæ statuæ fallaci oraculo, ovantem se ingressurum crediderat, in hostis triumpho vel invitus inductus est: aut ille de quo Salvianus: *Dux nostræ partis eamdem urbem hostium, quam eodem die victorem se intraturum esse præsumpsit, captivus intravit*. Et mox: *Habens prædatoris fiduciam, præda factus est; triumphum præsumens, triumphus fuit*. Captum porro Gaufridum, non mediocri Regis Anglicani lætitia, qui ejus virtutem bellicam sæpius magno rerum suarum detrimento expertus fuerat, refert Nicolaus Camuzatius amicus noster in Castro Caletano conjectum in arctissimam custodiam: *Ubi, cum ipse Gaufridus*, inquit, *ut nonnulla antiqua Ecclesiæ de Lireyo monumenta referunt, gravi animi anxietate*

 ange-

angeretur, quod Rex Angliæ eum pecuniaria redemptione liberari prorsus abnueret; ad divinam opem & præsidium confugit, Deipara Virgine intermedia sibi ascita; voto sese obstringens, construendæ ejus nomini basilicæ, si a dicta custodia eductus pristinam libertatem recuperaret. Is cum votum emisisset, statim sub humana specie duo Angeli ei apparuere, qui cum prius sciscitati essent, an votum quo se obligarat persolveret, firmusque & constans in eo persisteret; iteratoque ex animo & repetito voto, actutum carceris fores ei divinitus patuerunt: & a dictis Angelis, armis decenter circumcinctus, equoque generoso donatus; ita expeditus adjunxit se Anglicis copiis, quæ extemplo e Caletana civitate in prælium cum nonnullis Gallis, qui propius ad eam urbem accesserant, exiverunt. Ibi acriter pugnatum, & in ipso conflictu dictus Gaufridus, Deo ita volente & disponente, in manus incidit Gallorum: a quibus cognitus, benigne & alacriter susceptus est; cunctis ad tanti miraculi relationem non tam mirantibus, quam stupescentibus, quod quidem alibi scriptum non offendi. Verum enim vero, sive factum sive fictum sit miraculum præsignatum, liquido constat, præfatum Gaufridum peculiari quadam devoti animi religione in sacram Virginem affectum fuisse; quam cum pie coleret & veneraretur, Ecclesiam ejus nomini consecratam, non multo post carceris evasionem, excitandam procuravit, in oppidulo de Lireyo, cujus erat Dominus, tribus leucis ab urbe Tricassina dissito; tamqne tantis reditibus locupletavit, quanei Canonicis, qui ibidem divini Officii munus in perpetuum obirent, sustentandis erant suffecturi. Subjicit Camuzatius Instrumentum dotationis Ecclesiæ B. Mariæ de Lireyo, datum a Gaufrido anno Christi MCCCLIII. Indictione sexta, die vigesima Junii. Sane de Gaufrido Angelica ope ex hostium manibus erepto, verbum non faciunt Historici vel Anglicani vel Franci; quin potius asserunt, eum ab Anglis Calitio deportatum in Angliam, ejusque caput anno MCCCLI. regnante jam tum in Gallia Johanne, magna pecuniæ vi redemptum. Neque idcirco fidem abrogo historiæ illi quam ex Lirensis Ecclesiæ Commentariis quibusdam refert Camuzatius; cum expressa jam olim videatur fuisse in Lipsanotheca argentea illius Ecclesiæ, quæ describitur in litteris Humberti Comitis a Rupe, sequenti Capite referendis. Angelus est capillum beatissimæ Virginis vasculo clausum manu gestans, ac turri tribus columnis impositæ insistens; qua in turri statua Equestris Charniensibus insigniis decora conspicitur, Gaufridum opinor repræsentans, Angelica ope, voto Deiparæ nuncupato, carceribus ereptum. Satis constat, sæpe alias captivos divina virtute solutos ergastulis, & e custodia subductos; ut Gerardum S. Bernardi fratrem, ejusdem precibus; Carolum Provinciæ Comitem beatæ Magdalenæ ope; complures votis divo Leonardo nuncupatis; alios alia ratione: ut mirum videri non debeat id quoque Gaufrido beneficii divinitus impensum; quod ab Anglicanis illis, Francisque, bellorum potius quam rerum sacrarum Scriptoribus, aut ignorari potuit, aut de industria prætermitti. Verum quacumque tandem ratione Gaufridus ex hostium potestate evaserit, constat illum ad suos reducem, sacram ædem beatæ Mariæ de Lireyo extruxisse, ac in ea adorandum linteum, corporis Christi notas & lineamenta referens, perhonorifice collocasse, ut expresse habetur ex plurimis Campaniæ Burgundiæque consentientibus monumentis, atque instrumentis publicis infra citandis; ubi perpetuo *Sudarium* appellatur. Quomodo autem sacra Sindon a Trecensibus habita sit, paucis enarrandum.

Cum magni ad Lirensem Ecclesiam visendæ Sindonis causa concursus fierent, Henricus de Pictavia Trecensis Episcopus, circa annum Christi MCCCLV. ratus non esse illam veram Christi Sindonem, quod Theologi quidam affirmarent, id alioqui non omittendum fuisse ab Evangelistis, si hæsissent linteo divini corporis notæ; avaritiæ Decanorum & Canonicorum Lirensium adscribens, & redigendæ pecuniæ, ac donariorum cupiditati, quod ii populorum excirentur conventus; habito prius concilio, adversus Lirenses pro sua autoritate agere cœpit. Tunc ergo alio translata est Sindon, etiam ut ferebatur, extra Diœcesim; nec umquam publice proposita per annos fere quatuor & triginta: quibus elapsis, sedem Trecensem obtinente Petro de Arceys, iteram productum est Sudarium a Gaufrido *de Charny*, Gaufridi fundatoris filio, Lirensis oppiduli Domino, & Ecclesiæ Lirensi restitutum, ut veteri more populo exhiberetur. Quod ut securius fieret, obtinuit Gaufridus a Petro tituli S. Susannæ Presbytero Cardinali de Thureyo, Clementis VII. Antipapæ ad Carolum Francorum Regem Legato, facultatem Sudarii illius in Ecclesia Lirensi honorifice custodiendi, non petita licentia ab Ordinario loci, nec obstante ejus prohibitione ulla, eo quod a patre suo Gaufrido, ejus Ecclesiæ fundatore, in ea collocatum esset. Eo indulto commotus Petrus de Arceys Episcopus; quodque insuper

per

per ultra quam concessum erat, Sudarium maxima pompa, cum facibus & sacris vestibus e celso pegmate ad idipsum extructo spectandum omnibus proponeretur; intentato severe anathemate, vetuit pannum illum proferri populo adorandum, donec Summus Pontifex super hoc aditus, rem definivisset. Gaufridus contra rescriptum quidem tulit a Carolo Rege (dicto *Sexto*, cognomento *Beneamato*, Caroli Sapientis filio) quo Lirensibus Decano & Canonicis Sudarium de more publice explicare liceret: agente tamen Episcopo, & Regi exponente, quod ex ea solemni exhibitione, idololatriæ scelus in credulas mentes irreperet, novo edicto Rex concessionem suam irritam fecit, sanxitque dato instrumento Lutetiæ Parisiorum, quarta Augusti, anno regni sui nono, Christi MCCCLXXXIX. ut Sudarium extra Lirensem Ecclesia privatim asservaretur, donec aliud super ea re fuisset constitutum. Provocatur interim ad Clementem, existimatum a multis Pontificem; a quo, agente Gaufrido, rata habetur permissio a Cardinali S. Susannæ Lirensibus facta, perpetuumque silentium Episcopo Trecensi imponitur. Quo audito Petrus de Arceys, libellum supplicem adornat prolixissimum, ubi re tota altius repetita, & gestis in causa enarratis, contendens Sudarium illud humana arte depictum esse, nec esse illud ipsummet, quod sacrosancto Christi corpori adhæsit; ac ejus publica ostensione, hinc saniores offendi gravissime, inde rudem atque imperitam plebeculam vanis religionibus implicari; abstulit a Clemente diploma, datum Avenione, octavo Idus Januarii, Pontificatus duodecimo, hoc est anno Christi MCCCXC. (sedit enim Avenione Antipapa, ab an. MCCCLXXVIII.) quo diplomate sanxit, ut pannum quidem illum palam omnibus explicare liceret, sed absque facibus, cereis, lampadibus, aut sacro ornatu, & celebritate ulla; utque is qui populo linteum exhiberet, publice & clara voce proclamaret, *quod figura seu repræsentatio prædicta* (Clementis verba sunt) *non est verum Sudarium Domini nostri Jesu Christi, sed quædam pictura, seu tabula, facta in figuram, seu repræsentationem illius*. His ita constitutis sensim minui cœpit religio erga sacrum linteum. Neque ultra super eo disceptatum lego inter Trecenses. De illius ab Antipapa prolatæ sententiæ inanitate agam infra ex professo; nunc qua ratione divina bonitas, pretiosissimum illud nostræ redemptionis pignus, honori suo reddiderit, amplius exponendum est.

CAPUT XVIII.

Transfertur S. Sindon e Campania in Burgundiam: multa nequidquam conantur Lirenses ut illam recipiant: Camberii denique non sine miraculo relinquitur.

INdigni erant Trecenses divino dono, cui fidem cultumque omnem derogarant. Ardebant Galliæ bellicis tumultibus, ac Johannes Burgundiæ Dux Lutetiam ipsam regni Francici caput magna edita strage occupaverat, anno Christi supra millesimum quadringentesimum octavo decimo, mense Majo exeunte. Ergo Lirenses a loco minus tuti, dum rebus suis cautum esse volunt, Humbertum adeunt Comitem a Rupe. Dominum de Villariosexel & de Lireyo, qui Margaritam Charniensem, Gaufridi Ecclesiæ suæ institutoris neptem, in matrimonio habebat; rogantque ut vasa sua, sacrumque instrumentum reciperet in custodiam; atque in tuto collocaret, interim dum Galliæ pax redderetur. Id enimvero non gravate se facturum recepit Humbertus: atque ut fides constaret, litteras illis manu sua obsignatas dedit sexta Julii MCCCCXVIII. quas e Gallico vulgari idiomate sic expressi.

Nos Humbertus Comes a Rupe, Dominus de Villariosexel & de Lireyo, notum facimus omnibus, quod rebus bello turbatis, metuentes a grassatoribus, accepimus in fidem nostram ac tutelam, de manu dilectorum Capellanorum Decani & Capituli Ecclesiæ nostræ dicti loci de Lireyo, sacra ejusdem Ecclesiæ vasa & sanctuaria infra recensita: inprimis pannum, in quo est figura ac repræsentatio Sudarii Domini nostri Jesu Christi, (loquitur Humbertus ex mente Clementis Antipapæ, quam alio loco rejiciemus) *clausum arca Charniensis familiæ cælata insignibus. Item crucem ex argento deauratam, trunci lignei specie, ramis undiqae decisis, qua veræ Crucis particula includitur; superiori parte, quatuor Evangelistarum iconismis insignem; ab imo vero cornu, Charniense gentilitium stemma in scuto sustinentem. Item Angelum argenteum inauratum, turri tribus nixæ columnis insidentem, & utraque manu, clausum vasculo capillum unum sanctissimæ Dei Matris exhibentem; in eaque turri impositam basi equestrem statuam, Charniensia insignia gestantem*. Ceteram supellectilem sacram recenset; Deiparæ Virginis puerum *Jesum* gestantis, sanctorum Johannis Baptistæ & Johannis Evangelistæ argentea signa: vas argenteum inauratum, in quo phialæ aliquod continentes *oleum beatæ Mariæ de Sar-*

Sardonnay, ciborium, thuribulum, minores duas hierothecas, omnia ex argento; tres altarium mappas. *Quæ omnia in castello nostro de Monte forti tutius custodienda accepimus, atque in fidem nostram recepimus a dictis Decano & Capitulo dictæ Ecclesiæ nostræ: ac sancte spondemus nostro nomine, omniumque in quorum manus nostra causa venire possent, nos illa eidem Ecclesiæ restituturos, sedatis Franciæ tumultibus, & quoties dicti nostri Capellani repetierint. In cujus rei fidem, præsentes literas signo nostro obsignavimus, datas die sexta Julii, anno* MCCCCXVIII.

Diu fuit depositum in Humberti potestate: quo mortuo, vocatur in jus Margarita de Charny in Curiam Dolanam, ut sanctum Sudarium, aliasque Lipsanothecas, jam inde ab annis quinque & viginti, Humberti ejus quondam conjugis tutelæ ac fidei creditum restitueret. Et tunc quidem aliam omnem religiosam supellectilem postulantibus exhibuit, sacrosanctum vero Sudarium negavit se id temporis redditturam; obtendens, rem esse familiæ suæ, quippe *illud ab avo suo Gaufrido de Charny bello quondam partum fuisse;* patere direptioni ac populationibus Lirensem Ecclesiam; cautionem suam esse, ne qua vi adorandum illud Dei munus eriperetur. Lite contestata, ita denique convenit, ut Margaritæ sacri depositi custodia in triennium prorogaretur, nempe ad octavam diem Maii anni MCCCCXLVI. ea adjecta conditione, ut certam Lirensi Ecclesiæ pecuniæ summam penderet, in emolumentorum, quæ ipsi a Sudario obventura erant, aliquam compensationem. Exacto triennio, similibus de causis, similique facta sponsione persolvendæ pecuniæ, impetrat Margarita ab Officiali Curiæ Bisontinæ, dato instrumento XVIII. Julii, MCCCCXLVII. prorogationem custodiæ S. Sudarii ad usque festum diem sanctorum Simonis & Judæ, vicesimum octavum Octobris anni MCCCCXLIX. quo die illucescente, ne tum quidem pia femina illo se divino præsidio spoliari passa est; quin ad veteres excusationes, adjecto insuper promisso, se arcem munitam in Lireyo ad perpetuam sacri Sudarii omnibus retro sæculis custodiam exstrui curaturam: pacta item solito majorem pecuniam, per fratrem suum Carolum de Noyers, Dominum *de Vatesale & de Seigney;* abstulit a Præposito Trecensi publicas tabulas, sexto Novembris anni MCCCCXLIX. confectas, quibus adhuc sanctum Sudarium ipsi apud se per totum triennium habere liceret. Verum illo nondum completo tempore, contigit, ut in oppido Camberiaco (quæ est Allobrogum Metropolis, & priscorum Sabaudiæ Ducum sedes) sacra Sindon a Margarita relinqueretur: citat enim Pingonius donationis tabulas, actas Camberii, vigesima secunda Martii, anno MCCCCLII. & sanctæ Sindonis effigiem exhibet, expressam in nummis Ludovici Ducis, cusis anno MCCCCLIII. Fuit igitur Sindon in Burgundia per annos omnino triginta quatuor: nam præter citata instrumenta, & Marchionis Varambonii chartas domesticas, popularium traditione fertur, Sindonem illam quotannis publice ostendi solitam extra S. Hippolyti fanum in aperto quodam prato, ad ripam Dubis, quod vocant *Domini pratum*. Et ejus rei alia duo supersunt non obscura vestigia: alterum imago sanctæ Sindonis, anticam simul & posticam corporis partem referens, depicta ad parietem sacelli Buefferdorum, in Ecclesia S. Hippolyti, monumentum ibi conservatæ Sindonis, aut insignis alicujus per eam accepti beneficii, cujus memoria intercidit: alterum arca cypressina, quæ hodieque extat in Villariosexel apud Marchionem *de Varambon*, illius loci Dominum, in qua creditur asservatum quondam scriniolum Charniensi insignitum stemmate, sacram Sindonem capiens.

Quæ porro Pingonius refert de raptoribus sacræ Sindonis, quorum alteri contortæ manus, collumque obversum, alteri usus oculorum ademptus; utrique deinde cum pœnitentia sceleris, salus e vestigio restituta; deque mulo clitellario, Sindone onusto, qui ad portam civitatis, nequidquam premente a tergo mulione, obstinate restitit; minime in dubium voco: cum id se asserat ex veteri tabella, Sindonis templo olim affixa, atque ex Petri Pingonii proavi sui domesticis Commentariis hausisse; cumque de muli prodigio præsertim sit constans fama apud Sabaudos, etiam seniores, qui multo ante Pigonii librum, anno dumtaxat MDLXXXI. editum, id se a majoribus traditum, pro comperto habuisse testantur; adduntque, constitisse mulum ad eam portam civitatis, qua itur in Burgundiam, vulgo *La porte de Machè*.

De suscepti autem a Margarita itineris occasione, certi nihil comperi. Narrant Sabaudi quidam, illam dedisse se viæ, ut captivum carcere eximeret: sed ubi captivum? addunt ex Burgundis nonnulli apud Turcas, in Græcia, Asiave: illa, inquiunt, gazam barbaris oblatam, rata captivo saluti fore, pretiosam secum supellectilem avexit; initio prius consilio in monte, qui oppido S. Hippolyti adjacent, in Burgundia superiore, quem idcirco etiamnum *mali consilii montem* voci-

citant. Dum ergo Camberio iter habet, ſive in aditu, ſive in reditu, apud Ludovicum & Annam Cypriam Sabaudiæ Duces ſacroſanctam Sindonem donum relinquit. At enim, ecquis ille captivus? Humbertum conjugem dicunt nonnulli: falſo id quidem; cum ex citatis cujuſdam tranſactionis tabulis octava Maii, anno MCCCCXLIII. Margarita *Humberti Comitis a Rupe vidua* dicatur. An Franciſcus a Palude, dictus *de Varambon*, heres Humberti, (qui Comes a Rupe, ac Dominus Villariiſexel dicitur in duobus inſtrumentis ſupra allegatis, quæ in Curia Dolana confecta ſunt octavo & nono Maii, MCCCCXLIII. qui ad bellum Turcicum cum cetera cruciata Nobilitate profectus, in manus hoſtium venerit, ac deinde Ludovici Ducis, vel Annæ Cypriæ opera atque autoritate ſuis redditus ſit? Hoc vero adducor ut probabile judicem; tum quod per ea tempora infeſtum fuiſſe conſtet Orientem Mahumeti Secundi armis, qui etiam Conſtantinopolim diu obſeſſam expugnavit tandem vigeſima nona Maii, anno Chriſti MDCLIII. ut poſt Martinum Cruſium, Gennadium Scholarem, alioſque adnotavit Jacobus Gordonus in Chronologia, non autem, ut alii quidam, anno MCCCCLII. tum quia Papirius Maſſonus, in Elogiis Ducum Sabaudiæ, in Ludovico, Margaritæ manu datam ei a Marchione a Palude Sindonem dicit. *Quod vero*, inquit, *Marchionem a Palude in recordatione & memoria vivorum facit immortalem, donum ei, Margaritæ Carniæ illuſtris feminæ manu oblatum, eſt; videlicet ſacra Sindon vultum & faciem Chriſti referens, ceteraſque corporis partes, quantæ erant, in xylina materia exhibens; quam quidem Cyprii Reges Jeroſolymis attulerant.* Fortaſſis igitur captivus hic Illuſtris, ad quem liberandum Margarita iter arripuit, Marchio a Palude fuit; qui grati animi ergo, ob acceptum a Ducibus beneficium, accedente etiam portento muli ad portam Camberienſem immoti, Margaritæ ſuaſor auctorque extitit, ut ſanctam Chriſti Sindonem ipſis ultro concederet. Verum quæcumque tandem cauſa Margaritam Camberium exciverit, illud conſtat, quod ab initio narrationis hujus propoſui, non e Cypro, Græciave vel Aſia proxime Camberium invectam Sindonem; ſed e Sequanis, ad quos e Campania advenerat. Quæ porro exinde conſecuta ſunt, nunc perſequamur.

CAPUT XIX.

Quid pro Sindone, ex eo tempore a Lirenſibus actum.

Surrexit fama de Sindone Salvatoris Ducibus Allobrogum dono data. Et Lirenſes graviter commoti queruntur injuriam, ac in Margaritæ caput anno MCCCCLVII. ab Officialis Biſontini Sede, anathematum fulmina evocant: ſed omnia in irritum cecidere. Deſperata tandem cauſa, ac Margarita fato functa, Lirenſes alio conſilia vertunt, & a Ludovico Duce Pariſiis adito, anno MCCCCLXIV. quando Sindonem ipſam auferre non poterant, annuos quinquaginta Francos auri, ad diem divo Andreæ feſtum pendendos ſtipulantur, quibus illatum Eccleſiæ ſuæ damnum, ex retentione Sindonis, aliqua ſaltem ratione reſarciretur. Placet ipſas Ducis literas ex archivo Trecenſi proponere, prout tribus poſt annis, nempe MCCCCLXVII. quinta Decembris, ex ipſo autographo, ne illarum memoria interiret, omni fide a Trecenſibus deſcriptæ, atque in publicum inſtrumentum tranſſumptæ ſunt.

„ Ludovicus Dux Sabaudiæ, Chablaiſii, „ & Auguſtæ, ſacri Romani Imperii Princeps, Vicariuſque perpetuus, Marchio „ in Italia, Pedemontium Princeps, Gebennenſis & Baugiaci Comes, Baroque „ Vaudi, & Foucigniaci, ac Niciæ, Vercellarum, Friburgique Dominus, univerſis modernis & poſteris, rei geſtæ „ notitiam cum ſalute. Oblata nobis ſupplicatio pro parte venerabilium Oratorum noſtrorum, Decani & Capituli Eccleſiæ Collegiatæ beatæ Mariæ de Lireyo, Trecenſis Diœceſis, in effectu „ continebat: Quod pridem agente in „ humanis ſpectabili milite Goffredo de „ Charny, Domino de Savoyſy & dicti „ loci de Lireyo, ipſe ſpectabilis miles „ pia devotione motus, inter alias Reliquias per eum tunc collatas ipſ. Eccleſiæ, dedit & largitus eſt quoddam „ ſacratiſſimum Sudarium, effigiem Salvatoris & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti repræſentans, per Decanum & Capitulum ipſius Eccleſiæ per eum fundatæ, „ tunc & in futurum exiſtentes cuſtodiendum, pro devotione & ſalute animarum ipſius, ac benefactorum Eccleſiæ „ prædictæ: etiam ut ex illius cuſtodia, „ Eccleſia ipſa frequentius & libentius a „ Chriſticolis viſitaretur, & ipſorum eleemoſynis divinus cultus uberius augeretur. Quod quidem devotiſſimum & colendum Sudarium metu guerrarum tunc

„ ibi-

„ ibidem vigentium, per Dacanum & „ Canonicos ipsius Ecclesiæ pro tunc, re- „ positum extitit custodiendum in mani- „ bus & potestate quondam spectabilis mi- „ litis Domini Humberti Comitis Rupis, „ & Domini loci prædicti de Lireyo: „ qui morte præventus, illud spectabili „ Dominæ Margaretæ de Charny (ejus „ quondam uxori) reliquit: quod exinde „ dicta Domina Margareta apud nos tran- „ stulit. Subjungentes præfati Decanus & „ Capitulum, eorum prædictam Ecclesiam „ varia damna, & redituum attenuationem „ ex hoc sustulisse, & præsentialiter su- „ stinere: supplicantes hoc ideo, ut præ- „ missorum consideratione ipsum devotis- „ simum Reliquiarium sibi restituere, aut „ saltem oculos nostros pie & misericor- „ diter erga eos divertere dignaremur. „ Pro qua re nobiscum tractanda, con- „ cordanda, & paciscenda, ac concluden- „ da, in præsentiarum ad nos specialiter „ transmiserunt venerabiles viros, Domi- „ nos Nicolaum de la Rottiere & Jo- „ hannem Larrecier Presbyteros dictæ „ Ecclesiæ Concanonicos, a Decano & „ toto Capitulo præmentionato sufficien- „ tem potestatem circa hæc habentes, „ confirmatam, & observari promissam „ per Reverendum in Christo Patrem Do- „ minum Ludovicum, modernum Tre- „ censem Episcopum, ejusque officialem, „ constantibus tribus publicis literis signa- „ tis, & debite sigillatis, de quibus prom- „ ptam & validam fidem fecerunt, eas- „ que penes nos reliquerunt. Nos itaque „ Dux præfatus, audita eorum supplica- „ tione prædicta, cupientes eosdem gra- „ tiis & favoribus amplecti, ut perinde „ suas olitas orationes & deprecationes „ valeant continuare, imo etiam au- „ gmentare, in honorem sanctissimæ & „ individuæ Trinitatis, & gloriosissimæ „ Virginis Mariæ, ad cujus exultatio- „ nem Ecclesia prædicta fundata extitit, „ ut præmittitur, & ne ob remissionem „ seu translationem per antelatam quon- „ dam Dominam Margaretam, de dicto „ sanctissimo Sudario (ut præfertur) no- „ bis factam, jacturam patiantur: pio- „ que & sincero devotionis zelo, aliis „ etiam multis laudabilibus consideratio- „ nibus animum nostrum quoad hæc mo- „ ventibus, & quia sic fieri volumus, & „ nobis placet, dictis Decano & Capitu- „ lo, Ecclesiæ prædictæ Collegiatæ de „ Lireyo, seu prænominatis Dominis Ni- „ colao & Joanni, nuntiis & procurato- „ ribus eorum, propterea ad nos specia- „ liter transmissis, hæc omnia nomine „ quo agunt, evidenti utilitate dictæ Ec- „ clesiæ pensata, acceptantibus & reci- „ pientibus ex nostra certa scientia, mo- „ tu proprio, ac pro nobis & nostris he- „ redibus & successoribus universis da- „ mus, donamus, largimur, conferimus, „ & in eleemosynam, ac honorem Chri- „ sti omnipotentis, proque salute & re- „ medio animarum Illustrium progenito- „ rum, nostrique & nostrorum perpetuo „ successorum, concedimus & erogamus „ per præsentes, quinquaginta Francos „ auri * p̄ p̄ monetæ nostræ Sabaudiæ „ annuales, deinceps per dictos Decanum „ & Capitulum, seu eorum Procurato- „ res legitimos, ac eorum in dicta Ec- „ clesia successores, annis singulis in per- „ petuum levandos, & percipiendos in „ quolibet Festo S. Andreæ Apostoli, „ primo solutionis termino in instanti „ dicti B. Andreæ Apostoli Festo inci- „ piente. In videlicet & super preysiis, „ exitibus, valoribus, & aliis quibus- „ cumque emolumentis castri nostri Gail- „ lardi prope Gebennam, & mandamen- „ ti ejusdem: quos, quas, & quæ dictis „ Decano & Capitulo, & suis in perpe- „ tuum successoribus propterea specialiter „ & expresse, ac pro nobis, & pro no- „ stris prædictis heredibus & successori- „ bus seu causam habentibus, obligamus, „ & hypothecamus, per præsentes; & „ his mediantibus, dicti Decanus & Ca- „ pitulum, amodo in antea celebrare te- „ nerentur, & sui in dicta Ecclesia suc- „ cessores, in magno altari dictæ Eccle- „ siæ, pro salute & remedio animarum „ Illustrium progenitorum, nostrique & „ nostrorum successorum prædictorum, „ quolibet mense quamdiu fuerimus in „ humanis unam altam Missam de sancto „ Spiritu, & post hujus carnis humanæ „ nostrum egressum, de Mortuis, cum „ Collectis solitis & debitis. Et ita fa- „ cere promiserunt, & convenerunt præ- „ fati Nuntii & Procuratores, nomine „ quo supra, tactis Evangeliis sacrosan- „ ctis, in præsentia Consiliariorum no- „ strorum subscriptorum sine obmissione „ aliquali, conscientias suas, & suorum „ in dicta Ecclesia successorum, propte- „ rea onerando. Mandantes idcirco Ca- „ stellano nostro dicti castri Gaillardi, „ & mandamenti, præsenti, & qui pro „ tempore fuerint, seu ipsorum loca te- „ nentibus, sub pœna quinquaginta mar- „ carum argenti pro quolibet, quatenus „ præmentionatos quinquaginta Francos „ auri ** p̄ p̄ dictis Decano & Capitu- „ lo, seu ipsorum legitimis procuratori „ aut procuratoribus, modo in antea sin- „ gulis annis in perpetuum, in Festo

„ præ-

* parvi ponderis. ** parvi ponderis.

„ prædicto sancti Andreæ Apostoli solvant, & liberent, & realiter ac integraliter expediant, in & super preysiis, exitibus, & aliis proventibus dicti castri nostri Gaillardi, & mandamenti ejusdem; sic quod merito habeant contentari, recipiendo tamen per ipsos Castellanos, a præfatis Decano & Capitulo, seu Procuratoribus eorumdem, in prima solutione cum copia præsentium debite tabellionata literam guittationis, in aliis autem sequentibus solutionibus confessionem de recepta dumtaxat opportunam. Et nos hujusmodi quinquaginta francos, quos, ut præmittitur, persolverint annuatim, eisdem Castellanis suis in computis postea reddendis, per dilectos fideles Consiliarios, Præsidentem, & Magistros Cameræ computorum nostrorum præcipimus & jubemus indifficiliter allocari, sine exceptione & difficultate quibusvis, præmissa sic fieri & observari volentes, pro nobis, & nostris prædictis heredibus, successoribusque, seu causam habentibus, quibuscumque regulis, statuis, & constitutionibus dictæ Cameræ, oppositionibus, exceptionibus, assignationibus, & assignationum interruptionibus, literisque mandatis, & aliis omnibus in contrarium forte facientibus, & in perpetuum inadvertenter concedendis, sub quacumque verborum forma & intellectu, rejectis penitus, & non obstantibus. Quibus omnibus ex nunc, prout ex tunc, ac pro nobis & nostris prædictis, sub quorum onere hujusmodi largitionem nostram remittimus, post nostrum decessum prædictum protinus omnino & expresse derogamus, & derogatum fore volumus per præsentes, datas Parisiis die VI. Februarii, anno Domini M. CCCC. LXIV. a Nativitate sumpto. Sic signatum in margine alta. Loys: & in margine bassa. J. Bolomyer & J. Gyport: & in margine alta subscriptum, per Dominum. Præsentibus Dominis Aymerico Episcopo Montisregalis, B. Episcopo Niciensi, Joanne Compesio Cancellario Sabaudiæ, Antonio de Flisto Apostolico Protonotario, Amblardo de Viriaco Abbate Habundantiæ, Antonio Procheti Cantore Gebennensi, Urbano Bonnardi Priore S. Victoris, Jacobo Richardi Præsidente, Humberto Pelluete Præsidente Gebennensi, Joanne Domino Bastote Magistro Hospitii, Antonio Champiois, & Joanne Malleti Thesaurario.

Neque his acceptis Literis Lirenses penitus conquievere; quippe jactabant Philibertum Theobaldum, Margaritæ quondam a Secretis, ejusque in causa pro sancto Sudario disceptata fidejussorem, ipsamque adeo Margaritam (quod ante obitum absoluta non esset) inflicti olim anathematis vinculo adhuc irretiri; negabantque se consensuros ut absolverentur. Quo audito literas dedit Dux Ludovicus Lutetiæ Parisiorum, XXIII. Maji, ejusdem anni M. CCCC. LXIV. ad Decanum & Capitulum de Lireyo; quibus rogavit, quando secum transegissent, & ipse perpetuam eis pecuniam pro sancto Sudario assignasset, abstinerent ab ea loquendi ratione, & Philibertum Theobaldum, atque etiam (si opus esset) Margaritam ipsam, sacris vinculis publica auctoritate exsolvi paterentur. Anno demum M. CCCC. LXXIII. decima quarta Maji, cum litteris rite obsignatis destinati sunt a Lirensibus Procuratores ad Ducissam Sabaudiæ, Ludovici jam inde ab anno M. CCCC. LXVI. vita functi relictam, Marcus de Vaudrey Presbyter, in Decretis Licentiatus, Protonotarius Apostolicus, Canonicus & Archidiaconus Ecclesiæ Bisontinensis, & Hugo Mergey in Artibus Magister, simul annuos quinquaginta Francos auri, ex Ludovici Ducis transactione sibi debitos, & ab annis octo non persolutos exacturi; simul sacrosanctam Sindonem, præcipuum Ecclesiæ suæ decus ac præsidium enixe repetituri. Atque hic finis querelarum, quoad quidem cognoscere licuit. Nec vero frustra tantum, sed etiam fortasse injuria sacram Sindonem Trecenses rem suam dixisse videbuntur, ei qui attenderit, quam parum religiose olim apud ipsos culta (quippe pro panno depicto, ut vidimus, habita:) quantum juris ac potestatis fuerit Margaritæ Charniensi, clarissimæ feminæ, in rem avo suo partam, & in intuto loco periclitantem: quanto denique prodigio, muli ex improviso consistentis, præpotens rerum omnium Deus, ut Ægypti quondam spolia Israelitis, ita sacrum illud pignus Sabaudorum Principum fortissimæ piissimæque genti adjudicarit.

CAPUT XX.

Camberii religiosissime habita Christi Sindon: miracula per eam edita: flammarum vim ut evaserit.

Quæ pietatem religionemque commendant, sacra ædificia, divinorum officiorum celebritas, numismata, anathemata, votivæ peregrinationes, populorum concursus, curationes supra

pra naturæ vim, aliaque prodigia; horum nihil Sindoni apud Allobroges defuit. Proximo anno ab accepta Sindone, Dux Ludovicus de divino munere palam gloriari cœpit, cusis ex auro, ære, & argento nummis, hinc vultus suos, inde sanctam Sindonem ab Angelo trophæi instar sublatam referentibus: cujus deinde pietatem imitati Carolus anno Christi M. CCCC. LXXXVII. & Emanuel Philibertus anno M. D. LXXVIII. simili emblemate sua aliquot numismata ornari voluerunt. Placuit hic unum omnium vetustissimum reddere ex Pingonio.



Firmius posuit suæ in sacrum linteum religionis monumentum Beatus Amedeus Ludovici filius, piissimus Princeps, ac deinde ab anno M. CCCC. LXVI. patre extincto Dux Sabaudiæ Tertius. Is primum cum Yolanda conjuge, Caroli VII. & Ludovici XI. Franciæ Regum, hujus sorore, illius filia, sacellum eleganti opere, intra arcis Camberiensis mœnia excitavit, quod Paulus II. Summus Pontifex dato Diplomate secunda Maji anni M. CCCC. LXVII. in Ecclesiam Collegiatam erexit: & Sixtus IV. anno M. CCCC. LXXX. *Sanctam Cappellam sanctæ Sindonis* appellari voluit. Hinc Julius II. Diplomate Bononiæ dato, sexto Idus Januarii, anno M. D. VI. rogatu Caroli Ducis, ejusque matris Claudiæ, Philippi quondam Ducis relictæ, Sodalitium in sancto Sacello Camberiensi instituit, in quo ad quingentos censeri possent: quo in Diplomate asserit conspici in Sindone *imaginem & verum sanguinem Domini nostri Jesu Christi*. Non solum autem Sodalitio multa concedit privilegia; sed omnibus insuper fidelibus, certis diebus sanctam Cappellam visentibus, in eaque orantibus, Indulgentias quasdam largitur. Alia deinde Bulla Romæ data septimo Kalendas Maij M. D. VI. concessit, ut in eo Sacello divinum Officium ritu peculiari celebraretur; diemque sanctæ Sindoni festum indixit, quartum Nonas Majas. Accesserunt postea aliæ noxarum remissiones a Laurentio de Campegiis & Bernardo Cardinalibus Legatis, datis litteris in S. Cappella Camberiensi decima octava Maji, anno M. D. XVIII. Pontificatus Leonis X. anno sexto. Aliæ deinde ab ipso Leone anno eodem M.D.XVIII. die septima Augusti. Quæ demum a decessoribus suis pie sancteque vel instituta vel concessa fuerant, Clemens VII. datis anno M. D. XXXIV. tabulis affirmavit. In donariis quæ multa tempus abstulit, illud non obscurum, capsa ex argento inaurata eleganti opere, quam Margarita Austriaca, Philiberti Sabaudiæ Ducis octavi olim conjux, sanctæ Sindoni asservandæ obtulit, circa annum M. D. V. ut ex sanctæ Cappellæ archivo constat; e quo ad me hæc monumenta P. Franc. Chiffletius e Societate Jesu Sacerdos, frater meus optimus, qui mihi in hoc Opere (dum opportune moraretur Camberii) fraternam opem suam egregie præstitit.

Jam concursus populorum, maxime cum ad Verneteum campum spectanda Sindon exhiberetur, maximus fuit. Satis constat, B. Amedeum etsi non firmis viribus, sæpe tamen a Subalpinis ad Transalpinos humili cultu habituque, adorandæ causa Sindonis, pedibus profectum; insequente etiam Yolanda a Francia, religiosissima conjuge. Carolum item Ducem, discusso sævæ luis periculo, avito exemplo, trajectis itinere pedestri Alpibus, cum duodecim non amplius (quos sibi adjunxerat) viæ comitibus, Camberium anno M. D. XXII. ingressum, vota pro salute reduci ad sanctam Sindonem persolvisse. Quin & Franciscum Primum Francorem Regem, voti reum, quod ad sacrum Linteum in summo Italici belli discrimine conceperat, Lugduno Camberium, anno M. D. XVI. raro religionis exemplo pedibus advenisse: referentibus Adorno & Pingonio. Ex quibus intelligas, sacrum illud pignus Camberii quanta semper in veneratione fuerit.

Nec vero divina bonitas vinci se passa est officiis: præter ea miracula de quibus supra, quæ tum contigere cum primum Sindon in Allobrogum potestatem venit, complura alia censentur sane memorabilia; multa paucis strinxit Pingonius. *Dehinc non dictu est facile* (inquit) *quot nuncupata vota feliciter successerint*, quot

quot miraculis illustratus sit locus, comprobata conservataque loco sincera fides, & majorum pura religio. Hic mutos loqui, audire surdos, videre cæcos, claudos ambulare, lepra affectos mundari, cacodæmone vexatos liberari; mortuos denique reviviscere, quoties visum est, & non semel admiratum? Testes sunt fixæ ad sacros postes tabulæ, sive programmata, chartophylacia, codicilli publici: testis universa Europa, cujus cum nulla non tam remota pars huc accurrerit, nullus non voti compos ad suos lares rediit. Hæc ille; qui deinde reliquis paginis vario poemate oppletis, vix quina senave miracula recenset. Indolui, & rerum gestarum monumentis apud Sabaudos summa licet diligentia disquisitis, vix aliud quidquam comperi. In Sacello S. Sindonis, quatuor non amplius tabellæ extant, eæque vel nulla, situ pæne obliterata epigrapha. Una est adolescentis absque læsione ex ponte editissimo prolapsi; altera languentis puellæ: de quibus mox distinctius. Tertia adolescentis cujusdam, qui (quantum ex laceri pæneque consumpti Epigrammatis verbis quibusdam colligere est) vi morbi penitus excæcatus, novemdiales ad Sindonem preces voverat, & post triduum ab illis inchoatis, visum divinitus recepit: non est adscriptum tempus; sicut neque quartæ tabulæ, ex qua colligi videtur; feminam membris captam, quæ non nisi ligneis fulcris nixa incederet, voto Sindoni nuncupato, incolumem abiisse. Plura ne quære in S. Sacello; nam in archivo, ne verbum quidem. Fama est tamen, & affirmant viri adhuc superstites, prostitisse olim in eo Sacello anathemata plurima, quæ de frequentibus miraculis fidem facerent: ea vero vel incendio absumpta, vel alia temporum injuria excidisse. Sed neque ipsa miraculo caruit miraculorum consumptrix flamma: historiam accipe ipsis Pingonii verbis, qui rei gestæ interfuit. *Sed dira*, inquit, *bellorum præsagia anno* M.D.XXXII. *demonstrata sunt, cum secundo Nonas Decembres, Barbaræ Virginis festo die, nocte media vix illabente, illud arcis Sacellum, in quo Sindon reponebatur, flammis incognitis exarsit: accurrebant omnes, sed omnium diligentissimus Philibertus Lambertus, Ducis a clavibus & consiliis, ascito secum ferrario fabro Gulielmo Pussodo nomine, & Franciscanis duobus; imperterrito animo per medios ignes gradiuntur, cancellos ignitos aræ maximæ affixos, serasque effringunt, Sindonem jam liquefacta capsa argentea extrahunt, & integram, cedente circum flamma, reportant. Effusis ignibus grassabatur incendium, absumebantur marmora & columnæ; sed potentiore piorum hominum fide, vique Numinis, superata est ignis natura: fugiebant flammæ, & qui putabantur arsuri, velut frigido rore perfundebantur, seque ipsos sunt admirati, velut illis quondam Hebræis pueris contigisse credimus. Istud equidem palam omnes vidimus (tunc enim aderam) & obstupuimus. Nec multo post Sindon publice repræsentata est integerrima; præter quod (extra tamen sacræ iconis partes) in complicatu, exiguæ quædam ambustionis notæ, veluti perpetuæ miraculi testes remanserunt. Nihilominus non defuerunt, qui exustam eam mox falso prædicaverint. Quem casum ubi Clemens* VII. *Pontif. Maxim. accepit, rem Ludovico Gorrevodo Cardinali, Sedis Apostolicæ Legato committit, qui inquisitione diligenti facta, eam ipsam Sindonem, quæ ante fuerat, obsignatis tabulis affirmavit.* Datæ sunt eæ Tabulæ decima quinta Aprilis, anno M. D. XXXIV. ac postero die, (decima sexta Aprilis) in publica Supplicatione Legatus ipse Apostolicus, ad divæ Claræ Cœnobium intra mœnia, sanctam Sindonem detulit, a piis Sanctimonialibus, ex levi illa ad angulos adustione, restituendam: quo facto sacer pannus pari solemnitate, & populi frequentia, in arcis Sacellum reportatus est. Sapienter super hoc miraculo philosophatus est Simon Majolus Episcopus Vulturariensi. *Tom.* I. *Coll.* 2. *Nec fortuite id factum existimandum est*, inquit, *ut scilicet ambustionis in linteo signa conspicerentur, in icone autem nulla prorsus fuerit læsio. Id enim contigit, ut ea ex re miraculi magnitudo adaugeretur. Sanguinisque Christi privilegium fuisse cognosceretur, non lini Cyprii aut Indici, quod non exuritur: nam si id humana arte fuisset aut pictum, aut delibutum, aut forte lino Cyprio tela contexta putaretur, utrique rei unum respondet miraculum; servato enim lino, pigmenta omnia igni fuissent obliterata, emundato, non cumbusto lino: quod tamen tunc contra evenit; ut scilicet linum certis locis combureretur, sanguis illæsus perseveraret; ut non lini Cyprii privilegium aut natura, sed divina in icone potentia manifestaretur.* Addo, & hoc magis videri cuipiam potuisse, Sindonem e lino Cyprio, sive amianto textam, nisi leviter adusta fuisset, quod ea e Cypro allata crederetur.

CAPUT XXI.

Alia Sindonis Allobrogicæ clariora miracula.

AB illo incendio, quo superiorum temporum votivæ tabulæ, & anathema deflagrarunt, memorabilia aliquot per adorandum Linteum accepta divinitus beneficia feruntur. Primum illud quod carmine adumbravit Pingonius: Puellam Camberianam N. Fusinam Guillielmi filiam, tantus invaserat languor, ut stratis perpetuo affixa, ac trunco similis, vix ægra membra traheret: multis igitur in subsidium frustra vocatis numinibus, rogat denique parentes anno M. D. XXXIII. mense Majo, ut ad sanctæ Sindonis Sacellum se deportari curent. Curant; ibi dum preces fundit, manus primum movere incipit, tum assurgit in pedes, ac per seipsam graditur. In ipso loco percurata, actis Deo gratiis, longam vitam exinde vivit. Atque hujus, ni fallor, miraculi μνημόσυνον tabella in Sacello superest, jacentem in cubili puellam utcumque referens. Ab illa malum præsens depulsum, alius imminenti exitio subductus est. Ad Rumiliacum Sabaudiæ oppidum, quaternis quinisve a Camberio leucis communibus dissitum, geminos colles a vertice committit pons lapideus, quem torrens amnis vulgo *Cherant* dubiis incrementis subterfluit: longitudo pontis passuum circiter quadraginta, altitudo summa urbanarum ædium tecta, adeoque turres ipsas æquare dicitur; qui mensi sunt, affirmant, qua altissimus est, quinque & sexaginta Geometricos pedes attolli. In eo ponte dum equitat Rumiliacensis adolescens (Petro Burgundo nomen fuit) chirurgi filius, forte in alium item equitem incurrit: & nescio quibus intemperiis inter ferocientes equos oritur rixa, cum horrido hinnitu; nec fræno sustineri potuere: incutitur alter alteri; & Petrus cum equo, quo ferebatur, e ponte præceps ruit. Vidit eminus periculum infelix pater, *O sancta Sindon*, ait, *filium meum serva*. Juvit dixisse, contrito equo contusoque, adolescens illæsus ac sospes evasit. Hoc Aprili mense anni M. D. XXXIV. & versu rem depinxit Pingonius. Appensa in sancto Sacello tabula beneficium testata est; & Petrus Burgundus Camberium itare solitus, ibique se Servatori Christo clientem sistere, centenario pæne par a paucis annis extinctus fertur. Sunt qui a matre pro filii salute inclamatam Sindonem dicant, quod in tabella flexis genibus in extremo ponte depicta sit: sed gratias agentis illa est imago, non voventis; cum Pingonius tunc vivens, & fama communis id patri ascribat. Verum utut sit, seu pater votum concepit, sive mater, sacrosanctæ Sindonis ea virtus fuit, & Dei munus; qui si cui benignam manum supposuerit, næ ille *cum ceciderit, non collidetur*.

Sacri Lintei vim affirmant ista in res corporeas; quod subjiciam, etiam in spiritales, adeoque in ipsos humanis generis crudelissimos hostes. Incesserant mali genii viros aliquot, ac fœdum in modum distorquebant. Igitur mense Majo anni M. D. XXXV. cum Sindon de more spectanda populo proponeretur, adducti energumeni ferreis vincti catenis, horrendo ululatu & inconditis clamoribus omnia complebant: mox ut in panno explicato divini Sanguinis ac Vulnerum notas suspexere, *Deus en adest*, exclamant, *abimus*. Dictum, factum: erupere cum fulgure ac nebulis, stupente turba. Miseri illi sibi ac suis redditi, Dei beneficium agnovere. Hæc metro illigavit Pingonius, testis ipse oculatus: & fama est, sic persæpe cacodæmones, cum propalam Sindon ad Verneteum campum exhiberetur, e mortalium quæ invaserant corporibus exturbatos.

Sed jam Sindonis dignitatem vel muti ipsi prædicent. Referam quod contigit in Pingonii villa Spinetea agri Taurinensis, quinto Kalendas Novembris anno M. D. LXXVIII. aliquot hebdomadis a Sindone Taurinum translata; de qua translatione dicendum inferius. Utar vero Pingonii verbis ipsis eo libentius, quod in domestico miraculo describendo diligentior fuit. *Dum scribendi finem facio, stylum iterum rei novo miraculo adducor sumere, quod vidi, quod domi gestum est, quod tota novit vicinia. Id unum testor ego, nec subticere possum aut debeo. Anno superiore mutum quemdam Philiberta uxor in villa Spinetea nostra, agri Taurinensis, alendum fovendumque commiseratione ducta susceperat. Is quinquennio antea ostiatim victum quæritabat, nutu & articulorum signis animi sensa, non voce aliqua exprimere poterat, nisi quod sicuti bruta ulularet; lingua in globum contracta, mandenti etiam officium negabat, atque injectis in os digitis, tritum dentibus cibum in fauces demittere cogebatur. Miserandus certe adolescens, ceterum ad operas non impiger, frugi, fidus, amabilis, acri memoria, nec tardo ingenio, & ad pietatem proclivi. Quid accidit? Nuper cum Dux Emmanuel monitos quoscumque per præconem, ad urbis compita, tubis resonantibus voluisset*,

ſet, ut ad ſpectandam Sindonem ſtatis diebus pararentur, jejuniorum, orationum, eleemoſynarum beneficio, noxarum denique expiatione: ipſe quoque, (ut patremfamilias decet) & uxor, domeſticos ad idipſum ſumus exhortati. Muto inprimis varia exempla adducta ſunt, quibus loquendi facultas divini Numinis virtute (cujus certiſſima veſtigia in Sindone refulgent) eſt reſtituta: idque ſuperioribus annis, Burgundæ virgini nobiliſſimæ, Camberii in ipſo Sindonis aſpectu feliciter obtigiſſe adferebatur. Ille vero hæc ſecum ita agitat, ut exactis aliquod poſt diebus, tandem ſummo mane, qui dies V. *Kalendas Novembr. ſeptuageſimo octavo de villa redit, jam non mutus, mirantibus nobis fatur, & palam genibus inclinatus, gratias Deo agit, ſanctamque Chriſti Sindonem laudibus extollit, quam quinquies vidiſſe ſe, ad quinque Vulnerum Chriſto illatorum memoriam affirmat, & jejunia quædam, quoad vixerit, Deo voviſſe. Atque cum jejunare cœpiſſet, præcedente nocte, ſomno profundo excitatum, diſſolutam ſibi linguam, cum cruori effuſione, cruentum os ubi aqua abluit,* Jeſum Chriſtum *exclamaviſſe,* Chriſtique Sindonem, *atque ita ſoſpitem redditum fuiſſe. De ſingulis a nobis rogatus certiores non facit, Baptiſtam ſe vocari, Chary oppido natum, patre Michaele, obſcuro genere, matris nomen ignorare, & iis jam diu orbatum, decimum octavum annum attingere, ut ex aſpectu dignoſcitur; ſex abhinc annis non fuiſſe locutum, invadente quodam morbo, ſive magæ cujuſdam malis artibus contigerit: linguam nunc explicatam profert, nulla nodi aut cicatricis apparent veſtigia, nec ad manſum ullis ultra opus eſt dactylis: & (ut paucis) quod prius apud homines deſperatum fuerat, præſens Dei maximi ſummo munere, remedium adeptus fuiſſe cernitur.* Ab hoc tempore pauca omnino cenſentur miracula, eaque potius in communi ſermone, quam in ſcriptis; quæ quia nec valde illuſtria ſunt, nec ſatis explorata, idcirco omittenda cenſui.

CAPUT XXII.

Quæ in loca Camberio deportata S. Sindon: Taurinum denique ut venerit.

SAcram Sindonem Camberio exportatam primum lego anno MDIII. ad paucos dies, ut in Sebuſianis Philippo Hiſpaniarum Regi ſpectanda præberetur: nec multo poſt a Claudia Duciſſa in arcem Billiacam ad triennium, nempe ad annum uſque MDVI. Exinde a Carolo Duce anno MDXXXV. in Subalpinos; apud quos ſeptem & viginti annos ſervata eſt: ac anno tandem MDLXII. poſtliminio reverſa, ſed ad ſexdecim dumtaxat annos; quibus elapſis Auguſtam Taurinorum invecta eſt. Singula perſequor. *Philibertus quoque Secundus* (inquit Pingonius) *Philippi ex priore conjuge Margarita Borbonia filius, cum patri ſucceſſiſſet, duxiſſetque Margaritam Auſtriacam, filiam Maximiliani Imperatoris, ſororemque Regis Hiſpaniarum Philippi, hunc ipſum Philippum in arce Pontis Indis, Sebuſiani agri, ſplendidiſſime excepit anno* MDIII. *& ſpectandæ Sindonis ibi (qua potiſſimum de cauſa venerat) copiam fecit. Demortuo mox Philiberto, Carolus ex ſecundis nuptiis frater, cum Claudia matre rerum potitur. Hæc ſanctimoniæ incomparabilis femina, inter pretioſum mundum & jocalia hanc habebat Sindonem, & in Billiaca arce Beugeſii, ubi ad pietatem ſeceſſerat religioſe diu conſervavit; donec anno* MDVI. *Caroli filii Ducis precibus, & patriæ votis, Camberianis populis reſtituit.* Mox altera ſequenti pagina: *Nec multo poſt,* ait, *ingraveſcentibus bellis, expulſoque Carolo Duce anno* MDXXXV. *pignus illud redituræ aliquando ſalutis, ipſe ſecum ſtudioſiſſime Vercellas detulit, & quamdiu vixit conſervavit. Eo vero vita functo anno* MDLIII. *expilatis a Prorege Carolo Coſſeo Briſſaco, menſe Novembri Vercellis, nihil tamen Sindoni ſiniſtri contingere potuit: ille ſiquidem cum aſſeclis appropinquans, obſtupuit, pedem retraxit, hæc inviolata Sindon Emmanueli Philiberto ſucceſſori conſervata eſt. Poſteaquam autem favente ſummo Numine pax illuxit anno* MDLIX. *reſtitutuſque eſt Emmanuel, ducta Margarita a Francia, Regum filia, ſorore, amita, & matre vere Regii Caroli Emmanuelis; Sindonem hanc Camberii reportari pie juſſit, anno* MDLXII. Per hæc quoque tempora Sindonem Niciæ aliquamdiu aſſervatam fuiſſe, minime dubium eſt, affirmatque Salmeron tunc vivens. *Sindon etiam munda,* inquit, *qua fuit ſepeliendus Dominus, & involvendus a Joſepho ab Arimathia, quæ etiam hodie Nicææ oſtenditur, reliquit integram Chriſti figuram, &c.* Et tractatu quadrageſimo nono: *Hanc autem* (Sindonem quæ utramque corporis faciem refert) *Dux Sabaudiæ in civitate ſua Ducali, vulgo Zamberic, prius habuit; deinde vero propter bella in Nicæam Provinciæ civitatem tranſtulit; ubi in die Sabbati ſancti venerabiliter toti populo ſpectanda proponitur.* Ut denique Camberio Taurinum Sindon tranſlata ſit, autumno anni MDLXXVIII. ſic narrat Pingonius ipſo initio ſui libri: *Laboratum eſt gravi peſtilentia annis ſuperioribus per majorem Italiæ partem; Mediolano maxime male ceſſit: pejuſque timendum fuerat, niſi*

tot,

tot, tantis populis, tantæ tamque amplæ civitati favissent Superi, & a Superis demissus Carolus Borromæus tituli S. Praxedis Cardinalis, & regionis Archiepiscopus vigilantissimus, opem sedulam tulisset. Is opibus quibus abundat, egentes levare, præsentia sui morbo implicitos confirmare, oratione qua pollet, & reipsa languentes passim erigere, divino etiam cibo reficere, nihil contagionis aut periculi devitare, nihil humile aut minimum detrectare: quantum animo conniti, officio & labore contendere posset, id omne æqua omnium & una salutis ratione exponere. Cumque vetus fama inolevisset, Camberii Sabaudorum emporio sacrosanctam Sindonem religiosissime asservari, ad quam nulli frustra adversis temporibus confugissent, ille quoque, uti vir eximiæ religiosus ac pius, ad ea vota confugit, & eo pedes accedere, supplexque ibi Numen implorare & venerari proposuit. Quam rem ubi Dux Emmanuel Philibertus intellexit, non modo excipiendi tanti viri, sed etiam minuendi longi itineris, vel injecto ipsis Transalpinis populis summo spectandæ Sindonis desiderio, cogitationem suscepit. Itaque quamprimum Camberio Taurinum advehi Sindonem, paucis arbitris (quasi aliud agens, uti ferunt tempora) demandat, comitante viro gravissimo Ludovico Millieto Fabricarum Barone, Sabaudi Senatus summo Præside, qui paulo ante ad fœdus Helveticum feriendum solemniter a Duce ascitus fuerat. Tunc forte Dux in Lucenti castellum, ad primum ab urbe Taurina lapidem secesserat, qui ad se primo allatam Sindonem magna cum veneratione prostratus excepit. Hoc Nonis Septembris anni hujus sæculi LXXVIII. *atque ad* XVIII. *Kalendas Octobres, Taurinum adducere distulit: quo die Exaltationi Crucis sacro, nihil ad pietatis cærimonias prætermissum fuit*. Multis deinde persequitur celebritatem peregrinationis S. Caroli Borromæi, quam etiam longa Epistola descripsit Franciscus Adornus e Societate *Jesu*, qui sancto Carolo in eo itinere comes fuit; & retulit Johannes Tonsus in Vita Emmanuelis Philiberti. Asserit porro Pingonius, Ducem Emmanuelem Philibertum, pluribus litteris anno MDLXXVIII. ad Camberienses datis, Sindonem ipsi se restituturum promisisse: & fertur, Carolum Emmanuelem Ducem, ac Victorem Amedeum Principem ejus filium, idipsum Camberiensibus pollicitos. Sane queruntur Sabaudi, ex quo divino illo pignore ac præsidio spoliati sunt, se perpetuis calamitatibus conflictatos: adduntque, Sindonem divinitus sibi adjudicatam videri, tum prisco illo muli ad portam Camberiensem consistentis miraculo; tum vero etiam, quod multo pluribus aque illustrioribus apud se miraculis claruerit, quam ex quo trans Alpes devecta est.

CAPUT XXIII.

Aliquid pro veritate Sindonis Taurinensis, contra sententiam iniquam Clementis Antipapæ.

HEnricus de Pictavia, & Petrus de Arceys, Trecenses quondam Episcopi, de hac Sindone, cum in ipsorum Diœcesi asservabatur, quam male senserint, ex dictis Capite decimoseptimo satis intellectum est; quidque Clemens VII. Antipapa temere de illa sanxerit. Quod quia passim jactari scio in Francia & Burgundia, per quas plurima tabularum ad Sindonem Allobrogicam pertinentium sparsa sunt exemplaria, mearum partium esse duxi, scrupulum hunc populo eximere; ne cujus Sindonis cultus tantum piis mentibus præsidii attulit atque emolumenti, ea, sensim latius sparso illo rumore, aliis atque aliis despectui esse inciperet. *Nihil tam sacrum est*, inquit Seneca, *quod sacrilegium non inveniat*. Et vero, si ipsa, quibus certius esse nihil potest, fidei nostræ mysteria, integri aliquando, & maximi populi, Arii, Nestorii, Calvini, Lutheri, aliorumque hæresiarcharum deliria secuti, vocarunt in dubium; mirum nemini videri debet, si de Christi ac Sanctorum veri Reliquiis, quibusdam in locis aliquando dubitatum est. Scio, quod ex S. Augustino & Glabro refert Baronius, anno Christi CCCLXXXVI. & rursus anno MXXVII. extitisse interdum quosdam, qui falsas Reliquias lucri causa distraherent: sed impostores illi coerciti sunt, & patefactæ illorum fraudes, non ferente Deo, ut in iis quæ ad Religionem spectant publicus error in Christianum populum irreperet. Et quamvis hæreticus hoc ipso non sit (ut docent Theologi) si quis de quarumdam Reliquiarum veritate dubitet: qui tamen pretiosiora quædam Lipsana, & longo temporis decursu præcipua Religione culta, & a prudentissimis quibusque pro veris habita, & clarissimis divinitus affirmata miraculis in dubium revocet, næ ille stultissimæ temeritatis reus judicandus sit, & hæretico proximus. Jam Sindonis Allobrogicæ sanctitatem quid non commendat? testimonia de cælo data recensui; quod qui eam furto abstulerant, cælitus castigati, cælitus curati; quod flammis invicta, quod dæmonibus terrori, quod saluti periclitantibus fuit. Quid quod tam diu tractata, usu ipso non deteritur? quid ful-

fulgor ille divinus, qui nec eam a pictoribus exprimi patitur, & intimum pietatis sensum, sacrumque horrorem, ac lacrymas ciet, num cœleste nescio quid, & humano majus ostendit? Quid quod Xystus IV. Pontifex Maximus in Opusculo de Corpore & Sanguine Christi, in hoc sacro Linteo verum Christi sanguinem & imaginem, ab ipso Christi corpore divinitus impressam conspici asserit: quod Sindonis elogium refert & amplectitur Julius II. dato Diplomate ad annum MDVI. additque insuper, eam Sindonem, quippe sacri corporis & sanguinis attactu consecratam, non minus quam veram Christi crucem adorari debere? Quod si constitisset, ut exposuit Petrus de Arceys, pannum illum humana manu depictum fuisse; cur quæso eum Gaufridus de Charny Lirensis Ecclesiæ piissimus fundator, tam pretioso scriniolo, propriis cælato insignibus reposuisset? cur Gaufridus alter, Gaufridi fundatoris filius, causam illam de ostensione Sudarii, ad Regem, ad Legatum Pontificium, ad Pontificem evocasset? cur Lirenses in Reliquiarum suarum Catalogo (supra relato, in litteris Humberti Comitis) Sudarium primo loco reposuissent? cur dixisset Præpositus Trecensis, in Instrumento superius citato, anni MCDXLIX. *illud Jesu Christi Sudarium, esse præcipuum jocale Lirensis Ecclesiæ?* cur denique Margarita, rei ad familiam suam pertinentis satis conscia, eam Sindonem semel adepta, tam obstinate retinuisset, ut non Lirensium flagitationibus, non Judicum sententiis, non mulctis pecuniariis ad eam restituendam umquam adigeretur? noverat illa scilicet domestici thesauri pretium, quod in Lirensi oppidulo vel ignotum delitescere, vel prædonibus propositum esse, pati non poterat. Falsa igitur, & dinis humanisque testimoniis repugnantia locutus est Petrus de Arceys, sive quia ob præpeditam in ea causa autoritatem suam, graviter commoto, de suo aliquid affingere promptissimum fuit; sive quia in rebus tot ante annos ab Henrico Episcopo gestis, hallucinari facile potuit. Pudet equidem in Episcopo Catholico idipsum cernere, quod in nefandis hæreticis Ecclesia damnat: licuerit enim Petro de Arceys miracula Lirensis Sindonis criminari, & pro confictis habere (qui hæreticorum hodie mos est;) quid vero dicturus esset de miraculis, quæ per illam apud Allobroges, tam multa tamque illustria contigere? num ea vocaret in dubium, quæ luce palam, in oculis civitatum ac populorum patrata sunt? Jam ut ad Trecensium Theologorum ineptias veniam, qui Christi corporis figuram remansisse negant in Sindonibus, quod talis relictæ figuræ, nulla in Scripturis fiat mentio: ecquid aliud in sacra Sudaria jactavit Calvinus? *Evangelistæ*, inquit, *non scribunt Christum imaginem sui corporis, Sindoni illi impressisse; mentiuntur ergo Papistæ, & imperitam multitudinem misere seducunt, cum hoc affirmant*. En quo patrono gaudet præceps ipsorum & temeraria sententia. Audiant igitur cum Calvino, quomodo & sacris Linteis impressa Christi effigies, & aliæ non scriptæ traditiones, in Scripturis ipsis delitescant: *Sunt & alia multa, quæ fecit Jesus*, (inquit Johannes) *quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros*. Quod denique addidit Petrus, Sindonem Lirensem arte humana depictam fuisse, tam mihi falsum esse constat, quam verum est illum ex invidia, aliave animi perturbatione, (inde scilicet exorta, quod duplici jam sententia silentium ipsi in causa Sindonis impositum fuisset) talia fingere potuisse, aut, ut quam mitissime loquar, res ignorare ante annos triginta quinque in ea controversia gestas ab Henrico de Pictavia; inter quem & ipsum, alii duo Trecenses Episcopi intercessere. Omnino, cui mica mentis superfit, ad libranda rerum momenta; quique tot legitimorum Pontificum sanctissima æquissimaque decreta, bruto illi Pseudo-Pontificis fulmini, & paucorum perturbationi, tot divina humanaque testimonia opponere norit; libellum Petri de Arceys, atque etiam Clementis Antipapæ edictum, cuivis piperis cucullo posthabebit.

CAPUT XXIV.

Sindonem Taurinensem unde Gaufridus de Charny trecentis pæne abhinc annis acceperit.

Hic se nova aperit quæstio, undenam Gaufridus Charniensis veram illam Christi Sindonem acceperit, quam trecentis pæne abhinc annis in Lirensi Ecclesia a se fundata constituit. Ac mihi quidem historiarum monumenta, resque præsertim a Gaufrido gestas perlustranti, certi nihil occurrit. Natus est Gaufridus clarissima in Burgundiæ Ducatu familia *de Charny*, cujus hodieque nomen retinet latissimus ager (diruto ejusdem nominis castro) a Chabotiorum gente nunc possessus. Hunc apud rerum Francicarum Scriptores primum lego an. Christi MCCCXL. a Philippo Valesio Francorum Rege, cum aliis,

aliis Ducibus ac Magnatibus, Tornacum missum, ad tolerandam, quæ ab Eduardo III. Anglorum Rege parabatur, obsidionem. Inde anno MCCCXLII. præfectum postremo agmini exercitus Francorum in Britanniam ducti ad Venetos (seu Vannetenses) Anglorum obsidione liberandos. Tum anno MCCCXLVI. Bethuniæ in Artesiæ Comitatu, per tres hebdomadas obsessum a Belgis, qui cum Anglis inita societate Francos insectabantur; eos denique re infecta abire coegisse. Ad hæc anno MCCCXLVII. quo tempore Anglus Calitium obsidebat, in exercitn Philippi Regis, gestasse Regium vexillum, *Auriflammam*. Postea cum Picardiæ fuisset constitutus Prorex, Kalendis Januariis anni MCCCXLIX. ab Aymerico illo Longobardo proditum, venisse in hostium manus: deinde vero liberatum (divinitus an humanitus, alibi dixi) anno MCCCLI. ad Ardeam, vicinam Calitio urbem, cum aliis Francis, Anglorum aciem insigni prælio profligasse: ibique captum inter ceteros Aymericum proditorem, jussum a Gaufrido in perfidiæ pœnam, apud S. Audomarum quatuor in partes distrahi. Anno denique MCCCLVI. XIX. Septembris, in funesta illa clade Pictaviensi, in qua haud procul Augustorito Pictonum, captus ab Anglis, Duce Valliorum Principe, abductusque in Angliam Rex ipse Johannes, ejusque filius Philippus Dux Turonensis, postea Dux Burgundiæ, cognomento Audax, cæsus Dux Atheniensis Comestabilis, profligata miserandum in modum Francica Nobilitas, ipsum quoque Gaufridum de Charny, Regium vexillum gestantem cecidisse. Verum in his omnibus nihil ad Sindonis originem. Johannes Boterus in Ludovico Sabaudiæ Duce, dicit eam a Rege Jerosolymitano in Cyprum allatam. Papirius Massonus item in Ludovico, Jerosolymis advectam ait a Cypriis Regibus. Johannes Tonsus a Regibus Jerosolymitanis ad Reges Cyprios pervenisse. Similia Alphonsus Paleotus, & ex his alii recentiores. Sed cum isti omnes, uno excepto Massono, errent in Margaritæ familia ac patrio solo, nec meminerint Sindonis a Gaufrido Charniensi olim in Galliis possessæ jam inde ab anno MCCCLIII. pronum est suspicari, hos Autores ab Annæ Cypriæ (cui Sindon a Margarita primo tradita est) familia inductos fuisse, ut Sindonem e Cypro derivarent. Margarita de Charny in tabulis citatis anni MCDXLIII. Sindonem illam asseruit ab avo suo Gaufrido bello partam; sed ubi, & quo tempore, minime aperit. Illa haud dubie e Palæstina in Græciam allata fuerit, inde vero in Franciam per sacros milites. Quibuscumque tandem viis, & quacumque ratione sacer ille pannus ad Gaufridum pervenit, constat eum esse ex illis unum, quem ipsummet Christi corpus suis distinxit lineamentis; sive eo linteo involutum in sepulchro fuerit, (ut vulgus existimat;) sive obtectum dumtaxat ante pollincturam, de quo nunc agendum paulo accuratius.

CAPUT XXV.

Sindonem Allobrogicam excepisse cruentum Christi corpus, & de Cruce recens depositum; non illud in sepulchro post pollincturam obtexisse.

PIngonius & Paleotus Calvino & hæreticis objicientibus, Sindoni, si vera esset, debuisse imprimi institarum notas, quibus ex ritu sepulturæ Judaicæ, Christi manus & pedes ligari oportuit; non autem capitis, quod proprio Sudario involvebatur; respondent, ideo non apparere institarum vestigia in Sindone Taurinensi, quod ea sacrosanctum Christi corpus non in sepulchro ipso jam lotum, unctumque, ac institis ligatum complexa sit, sed cruentum, & recens e cruce depositum exceperit. *Numquid enim non conveniat* (inquit Pingonius) *Christum mortuum duos nobilissimos habuisse pollinctores, unum Josephum Arimathensem Decurionem, assiduum sive divitem; alterum Nicodemum, itidem virum pium: emptamque a Josepho Sindonem mundam, a Nicodemo aromata aloes & myrrhæ: Sindonem, ut depositus de cruce Christus illico tegeretur, involveretur, honeste exciperetur, donec de sepultura & apparatu prospectum esset, & involutus in monumentum deferretur: aromata autem, ut postquam delatus esset in hortum, ad fores monumenti, rite lavari, inungi, linteis sive ligaminibus aut fasciis, quæ ὀθόνια jam diximus, obligari posset. Atque ita utrumque subsistet, & Sindonis veritas, & sepulturæ ritus. Neque certe pollinctura eo loci satis commode aut honeste ab officiosissimis viris peragi potuit, neque satis tute, cum maxime Josephus dicatur a Johanne occultus fuisse Christi discipulus, propter metum Judæorum. Igitur distincte ut dicamus, hunc sepulturæ apparatum hoc ordine recte exposuerimus: ut Joseph primo corpus Jesu e cruce receperit; secundo receptum hac Sindone involverit, seu contexerit potius, tertio ad ostium monumenti delatum, unguentisque delibutum, aliis linteis ad hoc ipsum paratis circumvolverit, sicque ligatum, atque inunctum, patriæ mo-*

re

re ſepulchro condiderit. Quis enim vero ſimillimum non dicat, Joſephum non aliter mundam Sindonem mercatum fuiſſe, quam ut ſacroſanctum corpus de cruce depoſitum ſtatim exciperet, totumque a capite ad pedes, ad decorem & reverentiam obnuberet? Quare rem ſic ſe habuiſſe dixerimus, Sindonem hanc pedes circiter duodecim longam, tres latam & eo amplius, ſtratam extenſamque primum humi, aut in apparata tabula fuiſſe, tum de cruce refixum, deductumve, medio linteo ad tabulam ſuperimpoſitum; deinde Sindonem reliquam a capite ad calces rejectam, & toti corpori accommodatam; atque ita elatum, & in monumento poſitum. Inde facile contigit, ut corpus flagris, ſentibus, plagiſque acerbiſſimis recens ſaucium, eductis clavis, cruore fluens, tabo ſudoreque madens, refricatis ex agitatione corporis vulneribus, ex uvido intinxerit, ſingula impreſſerit, & ipſammet formam in Sindone repræſentaverit, concurrentibus circa medium linteum verticibus, complicatis manibus, & pedibus ad utramque oram hinc inde protenſis, unde averſi & adverſi hominis adumbratam effigiem, & integram ſymmetriam, quaſi quibuſdam deſcriptis delineamentis deprehendas, præſertim ſi ex obliquo, captato figuræ lumine, remotis facibus intueare: ut videre eſt, non modo contemplari, argumento ab effectu & reipſa validiſſimo. Hæc ille accurate ſatis; cui ſi quis opponeret Bullam Julii II. datam anno MDVI. ubi dicit Sindonem Camberienſem eam eſſe, *in qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus in monumento poſitus, involutus fuit;* reſponderet, (& appoſite) Pontificem non eo loco decretum ſancire, ſed ex vulgi ſententia loqui. De hac igitur tota re, ut dicam quod ſentio, illud inprimis affirmare auſim cum Pingonio, Sindone Allobrogica non fuiſſe involutum Chriſti corpus in ſepulchro, ſed tantum ante pollincturam, ex quo e cruce refixum eſt: quod quidem ut exiſtimem, non facit ea quæ Pingonio id maxime videtur ſuaſiſſe Calvini objectio (alio enim loco rationem attuli, cur neque in Sudario Veſontino, quod intra ſepulchrum ipſum latuiſſe dubium non eſt, inſtitarum notæ extare debuerint;) ſed alia argumenta maxime duo. Primum eſt, quod in Taurinenſi linteo cruenti corporis exiſtunt veſtigia, ſparſo in brachiis, vultu, pectore, humeris, aliiſque corporis partibus, & coagulato ſanguine, iis ipſis locis, quibus hærere debuit, pro ſitu & membrorum poſitione, quam Chriſtus e cruce pendens habuit. Illum autem concretum ſanguinem lotione atque unctione deterſum, dubitari nequit, cum neque ulla ejus appareant veſtigia in Veſontino Sudario, quod curato jam corpori appreſſum, retulit tantum notas ſanguineas quinque Vulnerum grandiorum. Igitur Sindon Taurinenſis non in ſepulchro, ſed ante pollincturam divino corpori adhæſit, & diffuſo circumquaque redemptionis ſanguine liberaliter infecta eſt. Alteram rationem mihi ſuppeditat velum, (quod Aquiſgrani oſtenditur,) quo Chriſti crucifixi pudenda obtecta ſunt; cujus veli in utraque Sindonis parte diſtinctiſſime cernuntur veſtigia: unde etiam probat Salmeron, Chriſtum cruci affixum iis partibus tectum fuiſſe. Illud autem nemo jure dicet in ſepulchro relictum, cum nullum ejus veſtigium extet in Veſontino Sudario; neque ſic obtectas umquam mortuorum partes, ratione ulla vel autoritate probari poſſit. Sic igitur rem geſtam arbitror: depoſito de cruce ſacro corpori detracta eſt ſpinea corona, relictum velum quo partes obtegebantur. Quia vero nec commode nec tute ſatis curari potuit cadaver a Joſepho & Nicodemo viris honoratis, & occultis præ metu diſcipulis, in ipſo cruciatus loco, debuit alio deferri: at quomodo honeſte, niſi tectum? In tabula igitur lignea, linteo ſtrata extenſum eſt; quod linteum deinde a capitis vertice ad pedes rejectum, utrique corporis faciei adhæſit: ſic obductum, delatum eſt ad pollincturæ locum, non procul a ſepulchro; ubi rite perfuſum inunctumque, aliis pannis, & nominatim Sudario Veſontino involutum eſt. Sindonem enim qua recens e cruce exceptum fuerat, quippe undique cruentatam, perluto perpurgatoque corpori iterum admoveri non decuit. Illud igitur Linteum, quo tectum Chriſti corpus a cruce ad pollincturæ locum deportatum eſt, Sindon eſt Taurinenſis: quam Pingonio non abnegem, præcipue ſignificari Sindone illa munda, quam mercatus Joſeph, eaque depoſitum Domini corpus involviſſe dicitur: quamquam ea vox *mundæ Sindonis* (ut alibi jam monui) ad ſepulchralia quoque lintea extendenda videatur.

Atque ex dictis apparet, Sindouem Taurinenſem non eſſe Sudarium, quod Johannes dicit fuiſſe ſuper caput Domini; (quidquid in contrarium afferat Paleotus cum Mallonio:) nam Sudarium intra ipſa ſepulchri ſepta corpus veſtiebat; Sindon autem illa intra ſepulchrum non fuit. Quod vero nec ſit Sudarium illud, de quo mira refert Beda; alio loco demonſtravi ex linteorum longitudine diverſa.

CAPUT XXVI.

De Sindone Compendiensi.

COmpendienses in Picardia Galliæ provincia, servant in Ecclesia S. Cornelii linteum candidum, ad instar serici aerii tenue, quod *Christi Domini Sindonem* vocant; eo loci per Carolum Calvum, translatum ab Aquisgrano, ubi prius habebatur munere Caroli Magni Imperatoris. Hoc manuscripti codices docent, firmantque Nicolaus Gillius in Carolo Calvo & Philippus de Bergamo in Chronico anno DCCCX. quibus operæpretium addere visum est Instrumentum hoc præclarum archivi Compendiensis.

„ Universis orthodoxis atque fidei Catholicæ cultoribus, Focaldus de Bonneval Svessionensis Episcopus salutem „ in Domino sempiternam. Notum facimus quod hodie datæ præsentium ex „ ordinatione, & sedula Domini nostri „ Francisci Francorum Regis piissimi hujusce nominis Primi efflagitatione, in „ venerabili Ecclesia Cœnobii B. M. Virginis, & sanctorum Martyrum Cornelii & Cypriani de Compendio, Ordinis S. Benedicti, ad Romanam Curiam „ nullo medio pertinentis in Svessionensi „ Diœcesi, nobiscum congregatis Reverendis in Christo Patribus, Francisco „ Episcopo Ambianensi, Johanne Olivier „ Abbate Monasterii S. Medardi Svessionensis, ipsius Domini nostri Regis Serenissimi Chronographo; Nicolao Parent Abbate Monasterii B. Mariæ de „ Ursicampo Noviomensis Diœcesis, sacræ Theologiæ Professore; Fratre Guilermo Parvi, præfati Domini Regis „ confessionum auditore ordinario, & pro „ Rege assistente; necnon venerabilibus „ & Religiosis Fratribus, Roberto Orget „ Priore Claustrali, Petro de Mara Thesaurario, Antonio Brion Priore Prioratus S. Petri Compendiensis, Johanne „ Parquier Præposito, & aliis Religiosis „ dictæ Ecclesiæ Compendiensis simul assistentibus; una cum circumspectis viris, Magistro Roberto Cenalis sacræ „ Theologiæ Professore, Pœnitentiarioque Svessionensi, Magistro Laurentio le „ Tondeur Curiæ spiritualis Compendiensis communi Vicario, Johanne Datiches Ecclesiæ Collegiatæ S. Clementis „ Compendiensis Decano; honorabilibusque viris, Magistro Laurentio le Caron in Legibus Licentiato, ac Domini Ballivi Silvanessensis Locumtenente, Magistro Petro Meurien Procuratore Regio, & Magistris Nicolao de „ Henault & Laurentio Thibaud Jurisperitis, memorati Cœnobii Compendiensis Consiliariis, pluribusque aliis & „ Ecclesiasticis & sæcularibus viris, ad „ aperiendam capsam purissimo auro conflatam, gemmisque pretiosissimis fabricatam, in qua quidem sacrum & venerabile Linteamen ab Evangelista Sindon munda nuncupatum, & quo Dominicum corpus triduo in sepulchro involutum est, ab Imperatore siquidem „ Carolo viro Christianissimo & totius „ Orbis Monarcha magnifico, in præfato „ Compendiensi Cœnobio repositum, & „ cum cordis eximia devotione in vase „ eburneo conditum, & postmodum in „ hujuscemodi capsa, a Mathilde pia Anglorum Regina transmissa, ad Philippi „ Dei providentia Francorum Regis Serenissimi devotam intentionem, in ejus „ præsentia & plurimorum Reverendorum „ Præsulum, aliarumque dignitatum personarum, una cum innumerosa plebis „ multitudine extitit introclusum; prout „ id nobis per literas authenticas ipsi „ Regis Philippi, quarum subscribitur tenor, constanti fide innotuit.

„ In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sanctæ & individuæ Trinitatis. Philippus Dei providentia Francorum Rex piissimus, ammonitus divina Dei propitiatione, & Fratrum „ Compendiensis Ecclesiæ supplici commonitione, & præcipue creberrima flagitatione Christianissimæ Mathildis Anglorum Reginæ, placuit nobis, ut Domini & Salvatoris Reliquias, quas Imperator Carolus * vir Christianissimus, „ & totius orbis Monarcha magnificus, „ Compendii in loco Regio & venerabili posuerat, & cum summa devotione „ in vase eburneo condiderat, inde in „ aliud vas, quod prædicta Anglorum „ Regina auro, gemmis & pretiosissimis „ lapidibus mirifice ornatum & decoratum Ecclesiæ Compendiensi transmiserat, deponeremus. Factum est igitur „ hoc sicut ordinatum & dispositum fuerat ab Episcopis, & Christi fidelibus, „ die Dominica Lætare Jerusalem, quæ „ est media Quadragesimæ: & peractis „ triduanis jejuniis, exposita sunt illa sacrorum sacra, Linteamen videlicet in „ quo Dominicum corpus in sepulchro „ jacuisse perhibetur, quod Sindonem secundum Evangelistam nominamus. Et „ ex eburneo in supradicto vase aureo „ deposita, cum gratiarum actione, & „ votis fidelium, congregata innumerabili & infinita Christianorum multitu- „ dine,

* Calvus.

„ dine. Ad memoriam itaque tam præ-
„ claræ tamque celeberrimæ ſolemnita-
„ tis, ſtatutum & decretum eſt a nobis,
„ & ab Epiſcopis noſtris, quatenus Do-
„ minica mediæ Quadrageſimæ, omni
„ tempore ſolemnis & authentica, apud
„ omnes fideles, qui ad eumdem locum
„ pro indulgentia ſuorum peccaminum,
„ per merita beatorum Martyrum Cor-
„ nelii & Cypriani impetranda, omni
„ annorum revolutione redirent, habere-
„ tur & celebraretur. His igitur feliciter
„ expletis, & perpetualiter ſicut decre-
„ verat firmatis, donavimus eidem Ec-
„ cleſiæ, Fratribus videlicet & Theſau-
„ rario communitur telonium totius ne-
„ gotiationis, necnon & latronem, &
„ omne jus & juſtitiam fori, telonium
„ etiam panis, & omnia fore-facta fori,
„ in quocumque loco commiſſa fuerint,
„ per tres dies, ipſo videlicet die Do-
„ minicæ ſolemnitatis, & antecedente &
„ ſubſequente die ejuſdem celebrationis.
„ Quod ſi acciderit forum eſſe de jure
„ S. Clementis, vel S. Mauricii, ſtatu-
„ tum & conceſſum eſt a nobis, ut de-
„ cem ſolidos accipiant pro telonio ſuo
„ Canonici prædictarum Eccleſiarum a
„ Fratribus & Theſaurario S. Cornelii.
„ Conſtituimus etiam concedente The-
„ ſaurario, & me confirmante, ut in tri-
„ bus ſupradictis diebus, totius oblatio-
„ nis, quidquid in Eccleſia aut extra
„ Eccleſiam oblatum fuerit, mediam
„ partem habeant Canonici, reliqua ve-
„ ro ſit Theſaurarii. Hæc autem omnia
„ qua ſuperius diximus, eo tenore Ec-
„ cleſiæ tradidimus, ut per ſingulos an-
„ nos, infra Quadrageſimales dies pa-
„ ſcant Fratres Eccleſiæ eleemoſynarium
„ in eleemoſyna Caroli, pro ſalute &
„ remedio animæ meæ, & anteceſſorum,
„ ſucceſſorumque noſtrorum. Et ut in-
„ violabilis & indivulſa permaneat tra-
„ ditio noſtra, Regia auctoritate indixi-
„ mus, & excommunicari ab Epiſcopis
„ fecimus, ne aliquis ex noſtris ſucceſſo-
„ ribus vel familiaribus præſumat prædi-
„ ctæ Eccleſiæ ſubtrahere, quod ei fir-
„ miter & perpetualiter tradidimus. Quo-
„ circa præceptum iſtud manu propria
„ firmavimus ✠, & ſicut decrevimus &
„ ſtabilivimus, ita impreſſione noſtri ſi-
„ gilli ſignari fecimus, & Regia aucto-
„ ritate ratum & firmum perpetualiter
„ eſſe præcipimus. Actum eſt hoc Com-
„ pendii in Palatio Regio, anno ab in-
„ carnato Verbo Dei M. XCII. Indictio-
„ ne XV. Hubertus Cancellarius ſcripſit
„ & ſubſcripſit.

SIGNUM PHILIPPI GLORIOSI FRANCORUM REGIS.

„ Sane ſiquidem negotio hujuſcemodi
„ aſſumpto, non abs re viſum eſt, eo-
„ dem contextu illud exequi, prout hac
„ in re vires præberet Dominus. Igitur
„ jejunii, excubiis peractis, & orationi-
„ bus crebris ad eumdem Dominum ef-
„ fuſis, atque capſa hujuſmodi ſuper al-
„ tare Reveſtiarii præfati prætenſa ac ex-
„ poſita, & ex ea per aurifabrum inge-
„ nioſum diligenti opere lamina argen-
„ tea inferius exinde acta, quodam li-
„ gneo & admodum parvo oſtio reſera-
„ to, in eadem capſa prius ſe obtulit
„ parvum linteolum, parvi Corporalis
„ inſtar, plicis tribus complicatum: ſub-
„ ſequenter faſciculum panno ſericeo di-
„ verſorum colorum loris ſericeis circum-
„ ligatum, infra inventum, inde extra-
„ ctum eſt: quo ſiquidem explicato, aliud
„ lineum pannum, in cujus extremitati-
„ bus tres erant linea diverſorum colo-
„ rum uno artificio contextæ, una cum
„ alio parvo panno ſericeo albo, in qui-
„ bus, in rotundo globo, longitudinis
„ trium palmarum, & latitudinis dua-
„ rum, ſimilibus modo & forma quibus
„ piiſſimus ille Philippus Francorum Rex
„ prænotatus introcludi decreverat illud
„ auguſtiſſimum ſacratiſſimumque maxi-
„ me venerandum linteamen ex puriſſi-
„ mo & tenuiſſimo lino contextum ex-
„ titit repertum. Tunc præfatus Reve-
„ rendus Pater Ambianenſis, Præſulibus,
„ Abbatibus S. Medardi, noſtræ Domi-
„ næ de Urſicampo, Confeſſore Regio,
„ Priore clauſtrali, Theſaurario, ac No-
„ tariis ſubrogatis ſecum aſſiſtentibus, ei-
„ dem oſcula figens, longiuſculam habuit
„ ſupplicationem, genibus flexis Chriſtum
„ omnium Sanctorum Regem laudando,
„ venerando, adorando, & ipſum in ſuis
„ exuviis invocando. Nec mora, ad nos
„ idem Ambianenſis Præſul, illud ſacra-
„ tiſſimum paſſionis D. N. Jeſu Chriſti
„ pignus, ad ſacratum & majus altare,
„ majorem in modum, venerandis San-
„ ctorum Reliquiis, pretioſis lapillis,
„ nonnulliſque ornamentis adornatum,
„ Sacrificium (quod peculiariter Miſſam
„ nuncupamus) celebrantes, pro ſua hu-
„ manitate attulit. Quod itaque ad ma-
„ nus modeſtiſſime acceptum, officioſe,
„ pure, ſancte & devote, non ſine la-
„ crymis venerari & adorari cenſentes,
„ in finem Sacrificii ſuper altare (Chri-
„ ſtum Dominum noſtrum repræſentans)
„ cum reverentia collocavimus. Proinde
„ Sacrificio Miſſæ expleto, ac Cantico

„ lætitiæ & exultationis, Veni creator „ Spiritus, (quatenus suæ charitatis ignem „ immitteret, roremque cælestem infun- „ deret) decantato, libet illud exuvia- „ rum Christi pignus assistenti plebi, „ prone, supine, & Domino jugiter ser- „ vienti, ac intente spectandum præfer- „ re, ad Dei beneficium agnoscendum „ & venerandum, qui sua bonitate cun- „ ctis lucet & clarescit: unde publicus „ declamator ad hujuscemodi plebem, „ pro manifestanda veritate, & eorum „ mentes a falsitatis errore astus maligni „ (qui ad decipiendas animas callidissi- „ mus est Sophistes) avertendo, verba „ fecit. Tandem nostro ex Officio nos „ una cum Præsulibus & Officiariis Re- „ giis prælibatis, illud venerandissimum „ Christi pignus in ejus capsa recondi „ decernentes, ex Fratrum Religiosorum „ præfati Cœnobii, proborumque viro- „ rum Compendiensium sedula ac impor- „ tuna instantia, solemnem Processionem „ (in qua nobiscum Præsules, Fratres „ Cœnobii, Prædicatores, Minores, Ec- „ clesiasticique, plebs Compendiensis con- „ veniens) instituimus: nequit enim pa- „ ternitas nostra silentio præterire, quod „ ille populus Compendiensis admodum „ devotus in Concione publica tunc ha- „ bita in atrio Cœnobii, ad illa visibi- „ lia passionis D. N. Jesu Christi monu- „ menta venerandissima devotione affi- „ ciebatur, quadringentis vigintique qua- „ tuor annis latitata, spectanda oculis „ corporeis offerri, non quod fidem in „ hisce quæ offerebantur collocaret, sed „ quod ab Ecclesia recepta ac vere ap- „ probata arbitrabatur. Demum circa ho- „ ram tertiam postmeridianam nos su- „ prafatus Episcopus Suessionensis ad in- „ stantiam supradicti Domini Confessoris „ Regii, una nobis astantibus dictis Do- „ minis Patribus religiosis Priore & The- „ saurario, Officiariis Regiis & Nota- „ riis, sacrum & sanctissimum Linteum „ præmemoratum successive modo & for- „ ma qnibus involutum & inventum fue- „ rat, in ejus capsa recondi fecimus, si- „ gillisque Reverendi in Christo Patris „ prædicti Domini Ambianensis Præsulis, „ Conventusque prædicti Cœnobii Com- „ pendiensis, ac suprascripti Domini Lo- „ cumtenentis Ballivi Silvanectensis com- „ muniri hujusmodi capsam ad laminam „ argenteam, de parte inferiori; eam re- „ poni cum Reliquiis (donec ex consilio „ Serenissimi Regis Francisci alioqui or- „ dinatum extitisset) jussimus & manda- „ vimus. Ad laudem D. N. Jesu Chri- „ sti, qui pro nobis mortuus & sepultus „ est, vere descendit ad inferos, regna „ tartarea juste subacturus, perfracturus, „ spoliaturus, qui vere tertia die resur- „ rexit a mortuis, sedet nunc in dexte- „ ram Patris; cui cum æterno Patre & „ Spiritu sancto communis honor, par „ gloria, æqua potestas per infinita sæ- „ culorum sæcula. Amen. De & super „ quibus omnibus & singulis litteras per „ Notarios subsignatos fieri mandavimus „ & jussimus, una cum appensione sigil- „ li nostri. Acta fuerunt hæc hodie vi- „ cesima prima Octobris, anno Domi- „ ni millesimo quingentesimo decimo „ sexto.

„ Ego Antonius Raguet Presbyter, „ Artium liberalium Magister Suessio- „ nensis Diœcesis, publicus facultate A- „ postolica & Imperiali, Curiæque spiri- „ tualis Belvacensis Notarius juratus, quia „ præfatis Congregationi, capsæ apertio- „ ni, sanctissimæ Sindonis D. N. Jesu „ Christi inventioni, omnibusque aliis & „ singulis, dum sic (ut præmittitur) „ per prædictum Dominum Episcopum „ Suessionensem, & coram eo agerentur „ & fierent, præsens fui: eaque sic fieri „ vidi & audivi, ac in notam sumpsi, „ signoque & nomine meis solitis & con- „ suetis, una cum præfati Domini Epi- „ scopi Suessionensis sigilli appensione „ præsentes litteras signavi, in fidem, „ robur & testimonium præmissorum re- „ quisitus & rogatus. Sic signatum, M. „ Fabri, Reverendi in Christo Patris & „ Domini D. Ambianensis Episcopi Se- „ cretarius: de Beauregard Secretarius „ præfati Reverendi Domini Suessionen- „ sis Episcopi; & Araquet, & sigillatum „ tribus sigillis in cera rubea sub dupli- „ ci cauda pergameni impendentibus.

Sindonem Compendiensem, cujus tam vetus est in Gallia Belgica religio, quamque Claudius Campegius in libello de Locis sanctis Galliæ, scribit imagine Christi Domini minime signatam esse; dixerim ego toti Christi corpori intra monumenti septa extrinsecus circumvolutam, supra institas ac Sudarium Vesontinum; quemadmodum Taurinense linteum idem Christi corpus cruentum ac rigidum e cruce excepit.

CA-

CAPUT XXVII.

Alia othonia pro linteis Chriſti ſepulchralibus habita: ectypa pleraque: ſanctuaria: brandea: linteamina Martyrum, & veterum Chriſtianorum.

Ὀθόνιον Græce ſignificat quodvis λινῦν ὕφασμα, *quamvis e lino texturam*, e qua parabantur *lineæ*, ſeu veſte e lino contextæ. Gloſſæ veteres habent, *linteamen*, ὀθόνιον; *lintearius*, ὀθονιακὸς, καὶ ὀθονιοπώλης: alibi, numero multitudinis, *lintea*, ὀθόνια; ut in funere Meletii Epiſcopi Antiocheni, Gregorius Nyſſenus dixit πληθυντικῶς, *Sindones mundas*; & in myſterio Chriſti redivivi, Johannes τὰ ὀθόνια: quod arguit, plura ſepulturæ Dominicæ adhibita fuiſſe, ut ſupra jam declaratum eſt. *Quamobrem non mirum*, (inquit Gretſerus) *ſi pluribus in locis plura inveniri dicantur, cum revera plura fuerint*. Petrocorii in Monaſterio Cadunio, Diœceſis Cadurcenſis, linteum quoddam tenue pro Chriſti Sudario ſervant, per Monachos Bernardinos ibidem collocatum, anno Domini MCCCXCIX. autore Nicolao Gillio in Chronicis. Serarius in rebus Moguntiacis ex MS. veteri narrat, S. Bilhildem accepiſſe a Kunegunde Principe femina *Sudarium quo Chriſti Domini caput & facies in ſepulchro tecta fuiſſent*; ejuſque partem alibi notat ſervari Moguntiæ in alto Virginum Monaſterio, & quotannis poſtridie Paſchatis, ex ambone quodam, facibus prælucentibus explicari, & populo monſtrari. In Theatro Antiquitatum Pariſienſium deſcriptum extat Diploma Balduini Imperatoris, datum apud S. Germanum in Laya, anno Domini MCCXLVII. quo concedit inter alia Ludovico Francorum Regi *partem Sudarii, quo involutum fuit corpus Chriſti in ſepulchro*. Petrus a Beek in Aquiſgrano ſuo refert, in Monaſterio S. Cornelii, mille paſſibus Grani aquis diſſito, Ludovicum Pium Imp. poſuiſſe *Sindonem mundam, qua Joſeph involvit corpus Domini, & partem Sudarii, quod fuerat ſuper caput ejus*. Forte hæc ipſa eſt Sindon, quam deinde Carolus Calvus Ludovici filius Compendienſibus dedit. Sindonem Chriſti ſibi quoque vendicant in Urbe, Eccleſia S. Johannis Lateranenſis, & S. Mariæ Majoris, teſte Attilio Serrano in libello de ſeptem Urbis Eccleſiis. Pingonius, Mallonius, & Proſper Bonafamilia indicant, ſimilia poſſidere in Luſitania Turdetanos, & in Inferiore Germania Trajectenſes; quod tamen falſum eſſe certa eruditorum relationem comperimus. In quadam Lipſanotheca Eccleſiæ Carnotenſis ſervatur portio Sudarii Chriſti, ex Rolliardo de rebus Carnotenſibus. Alias Sindonis particulas variis Sacrariis ſparſas non commemoro.

Horum vero Linteorum, quæ pro veris Chriſti Sindonibus vel Sudariis, variis locis haberi ſolent, alia ſunt pura & candida, alia imagine Chriſti Domini jacentis inſignita. De pictis pleriſque, credo facile, cum Gretſero, *hujuſmodi ſacra pignora, & Lipſana, ex imitatione aucta, & ex prototypo ſæpius expreſſa, occaſionem dediſſe poſteris, ut ſibi perſuaderent ſe verum exemplar poſſidere; cum non niſi imaginem ex primo Sudario vel Sindone effigiatam haberent: qui error omni culpa caret, cum & in primis illis, & in his quæ ad imitationem illorum adumbrata ſunt, unus Deus, Redemptor noſter honoretur*. Ulyſſipone primaria Luſitaniæ urbe, extra muros, in Monaſterio Virginum *Matris Dei de Enxobregas*, oſtenditur die Jovis Hebdomadæ ſanctæ, Sudarium cum imagine Chriſti Domini, ſed ectypon. Mallonius diſerte aſſerit, ex Camberiaco Linteo alia exemplaria excerpta eſſe, quæ in magna exiſtimatione, ut par eſt, ſervantur: & nos ex Veſontino idem factum ſupra oſtendimus. Adde quod olim pictum frequenter in Sindonibus Chriſtum, adſtruunt verba Leontii Epiſcopi Neapolitani in Cypro, quæ leguntur in Secunda Synodo Nicæna. *Chriſtum* (inquit) *Chriſtique paſſiones, paſſim in Eccleſiis, in domibus & foro, in picturis*, in Sindonibus, *in promptuariis, veſtibus, omnibus denique in locis hanc figuram ponimus; quo continuo contemplantibus nobis hæc in mentem veniant, & non obliviſcamur Domini Dei noſtri*.

De puris & candidis Sudariis, aliæ rationes adferri poſſunt. Inprimis, mortuos olim, quamvis pretioſis veſtibus indutos, Linteis etiam obvolvebant. Aſterius vir Senatorius (apud Euſebium) cum Marino Martyri præſto adeſſet, ipſo mortis articulo, ſimul atque e vita migrarat, *cadaver tollit, ſplendida & pretioſa obtegit veſte, atque humeris impoſitum inde deportat; quod cum magnifico & ſumptuoſo linteo obvolviſſet, decenti ſepulchro condidit*. Angradus Monachus in Vita Anſberti Rhotomagenſis Epiſcopi, qui floruit anno Domini DCLXXII. *Sanctum illud corpus magna fidei ambitione veſtitum eſt, ac deſuper linteis ceratis obvolutum*. Ita crediderim pie lineas aliquod ὑποβολὰς, interiori ſepulchro Chriſti inſtratas, quo mollius quieſceret corpus involutum: aliquod iterum lineas περιβολὰς eidem pietatis ergo ſuperinductas, ante ſepulchri ob-

obturationem; cum Petrus & Johannes dicantur vidisse a resurrectione τὰ ὀθόνια numero plurali: imo etiam sub institis plura linteamina divino corpori vel substrata vel superextensa fuisse nihil vetat, ut alibi dixi.

Legimus quoque in sacris Historiis, cum vetus Ecclesiæ Romanæ consuetudo non tantum abhorreret, ut corpora Sanctorum Roma transferri pateretur; sed nec tenues Reliquias ex iis detrahi vel tangi quoquomodo permitteret; solitos Christianos sudarium, vel aliquod aliud velum desuper admovere, quod dicebatur *Sanctuarium*, sive *Brandeum*, quod ex illo contactu magnam operandi miracula facultatem consequi consueverat. S. Germanus, & ejus collegæ, Legati Apostolici, in Rescrito, quod dederunt ad Hormisdam Pontificem, sub Consulatu Rustici, anno Domini DXX. cum essent Constantinopoli; *Justinianus filius vester magnificus* (inquiunt) *res convenientes fidei suæ faciens, Basilicam Apostolorum, in qua desiderat SS. Apostolorum Petri ac Pauli, & B. Laurentii Reliquias esse, constituit: sperat per parvitatem nostram, ut prædictorum Sanctorum Reliquias celeriter concedatis. Habuit quidem petitio prædicti viri secundum morem Græcorum; & nos contra consuetudinem Sedis Apostolicæ exposuimus: accepit rationem. Et quia talis est ejus fervor fidei, qui meretur quidquid de Sede Apostolica depoposcerit; & talis est qui sperat, unde & salus animæ & fidei accrescat; talibus desideriis postulata competit non negare. Unde si Beatitudini vestræ videtur, Sanctuaria beatorum Apostolorum Petri & Pauli, secundum morem ei largiri præcipite; & si fieri potest, ad secundam cataractam ipsa Sanctuaria deponere, vestrum est deliberare, &c.* Extant in MS. Codice Vaticanæ Bibliothecæ, Hormisdæ Papæ ad eosdem Legatos de eadem re scriptæ litteræ; aliæ itidem ad Justinianum, quibus significat Pontifex se tantum *Sanctuaria* mittere.

Iterum anno Domini DXCIV. cum in memoriam S. Pauli, Constantina Augusta Ecclesiam ædificasset in suo Palatio, putavit ipsa eam decorandam esse aliquibus Apostoli Reliquiis; cujus rei causa scripsit ad Gregorium V. Romanum Pontificem, ut Constantinopolim mitteret ejusdem Apostoli caput, vel partem aliquam corporis. Gregorius tam liberam Augustæ petitionem bene longa epistola prudenter elusit, & inter alia hæc rescripsit: *Cognoscat tranquillissima Domina, quia Romanis consuetudo non est, quando Sanctorum Reliquias dant, ut quidquam tangere præsumant de corpore; sed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora Martyrum ponitur; quod levatum, in Ecclesia quæ est dicanda, debita cum veneratione reconditur; & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illuc specialiter eorum corpora deferentur. Unde contigit, ut beatæ recordationis Leonis Papæ temporibus (sicut a majoribus traditur) dum quidam Græci de talibus Reliquiis dubitarent, prædictus Pontifex hoc ipsum brandeum allatis forficibus inciderit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit.* Ad finem denique, etiam ipsum S. Pauli sudarium recusavit, his verbis: *Sudarium vero quod similiter transmitti jussistis, cum corpore ejus; quod ita tangi non potest, sicut nec ad corpus illius accedi.* Per *brandeum* & *sanctuarium* velum intelligi debere censet Baronius, quod alibi Gregorius appellat *vellamen admoveri solitum sanctis Martyrum corporibus*; quod Romani Pontifices ad clarissimas personas & Ecclesias, pro magno munere transmittere solebant. Unde mirum non est, si lapsu temporum, quædam illorum pro *sanctuariis* dicta sunt, ut prius, *sudaria;* & vero attributa ipsi Christo, mirandorum quæ per ea patrabantur Autori. Ita de clavis Dominicis, qui plures hodie repeririuntur; Baronius: *Accidit fortasse alicubi*, inquit, *ut clavus aliquis inter sacras Reliquias asservatus, quo mystica membra Christi, nempe Martyr quispiam confixus est, idem unus ex ipsis Christi clavis fuerit existimatus. Quidquid sit, fides* (*ait Ambrosius*) *purgat facinus, cum nemo fidelium ferrum colat, sed Christi potius passionem veneretur & adoret in ferro.* De linteis sepulchralibus Martyrum idem dici nihil vetat, quos constat linteis involvi solitos. Eusebius quidam in Ægypto Diaconus, non multo post Laodiceæ in Syria Episcopus (Eusebio Historico teste) vigente Valeriani Cæsaris persecutione, anno Christi CCLX. summo studio linteamina, quibus corpora beatorum Martyrum vita defunctorum involverentur, neglecto vitæ periculo confecit. Abibum Diaconum Martyrem, Edessæ in Syria passum anno CCCXVI. propinqui & amici pretioso linteo circumdederunt. Mulieris septies ictæ *cruentum cadaver* (apud Hieronymum) *Clerici, quibus id officii erat, linteo obvolverunt.* Et consuetudinem illam tenebat Præses ille, qui Tharacum Martyrem sic aliquando est allocutus: *Nonne sic te perdam, ut antea prædixi, & Reliquias tuas, ne mulierculæ in linteamine corpus tuum involvant, & unguentis & odoribus adornent?* Neque Martyres tantum, sed & alios viros sanctos & Christianos, ministri, qui vocabantur

La-

Laborantes, cum linteis ſepeliebant. Morem tetigit Prudentius:

> *Candore nitentia claro*
> *Prætendere lintea mos eſt*,
> *Adſperſaque myrrha Sabæo*
> *Corpus medicamine ſervat.*

S. Gregorius affirmat ſuo tempore lota corpora, uncta, & linteis involuta. Diſcipuli S. Antoninii involutum magiſtri corpus humo operuerunt. Corpus S. Huberti Leodienſis Epiſcopi *ablutum eſt lymphis*, & *circumdatum triſtibus peplis*. Denique Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus, ubi narrat pia Chriſtianorum officia erga defunctos, cum peſtis in Ægypto graſſaretur, ſub Valeriano Imperatore: *Quin etiam*, inquit, *Sanctorum corpora manibus erectis*, *ſupiniſque excipere*, *gremio ſuo reponere*, *occludere oculos*, *ora obturare*, *geſtare humeris cadavera*, *decenter ornare*, *illis adhæreſcere*, *amice complecti*, *lavare accurate*, & *linteo funebri involvere non gravati ſunt*. Idem mos etiamnum hodie viget per univerſam Galliam & Germaniam, niſi quod corpora ibi linteis toralibus obvoluta conſuuntur, non vero inſtitis obligantur. Forte igitur alicubi Martyris cujuſpiam priſci ævi, aut alterius viri ſancti Sudarium, pro Chriſti Sudario colitur.

CAPUT XXVIII.

De ſepulchralibus Chriſti Domini faſciis diſtinctius.

Faſcia, ταινία, ſumitur pro quovis vinculo plectili & lineo, ἀπὸ τοῦ τανύειν, quod eſt *extendere*, quia in longum extenditur, latitudine anguſta. Ea ſtringebantur olim vel quædam corporis partes, vel corpus univerſum. In capite dicta eſt Syriace מיטרא, *mitra*, Græce διάδημα, Latine *vitta*, de qua intelligendus Dio Chryſoſtomus, ubi ait: *Si quis alius caput illæſum faſciis obligaret*, *omnibus eſſet ludificatui*; *Regibus tamen id honeſtum putant*, & *multa hominum millia pro eo linteolo mortem oppetierunt*. Vittati quoque fuerunt Sacerdotes & Poetæ; & capillos in capite mulieres colligabant faſciola, quam (*de lingua Lat.*) Varro *textam* vocat (*Æneid.* 7.), Virgilius *crinalem vittam* (1. *de Nuptiis*), Martianus Capella *vinculum ſociale crinium*. Faſciam pectoris Gloſſæ veteres vertunt στηθόδεσμον, *pectorale vinculum*, quo cohibebant ſinum puellæ; quas matres ſtudebant eſſe

> *Demiſſis humeris*, *vincto pectore*, *ut graciles eſſent.*

Adhibitæ ſunt etiam in calceatu faſciæ, Plinio autore. Jureconſulti vocant *faſcias crurules* & *pedules*, quas reponunt inter ornamenta muliebria; in quibus cenſenda quoque eſt *inſtita*, Lutatio Placidio, *faſciola quæ imam ſtolæ partem ſuo pingit ornatu*.


Truncum corporis univerſum, cum artubus ſupernis & infernis, ſtrinxerunt in infantibus τὰ σπάργανα, ſive σπαργανώματα, Autori Etymologici, αἱ πρῶται φασκίαι, *primæ faſciæ*; Bedæ *cunabula*, ſive *panni infantiæ*. *Ab hoc lucis rudimento*, inquit Plinius, *hominem vincula excipiunt*, & *omnium membrorum nexus*. *Itaque feliciter natus jacet*, *manibus pedibuſque devinctis*, *flens animal*, *ceteris imperaturum*; & *a ſuppliciis vitam auſpicatur*, *unam tantum ob culpam*, *quia natum eſt*. Infantem primis conſtrictum vinculis hic exhibemus, ex marmorea pila veteri, Roma Antverpiam advecta, in ædes Petri Pauli Rubenii, rerum antiquarum ſeduli ſpectatoris.



Faſcias infantiæ Salvatoris, (ſive *pannos*, *quibus involvit eum Virgo Mater*, habuit Eudoxia Theodoſii conjux a Juvenale Jeroſolymitano Epiſcopo; quas deinde ab Eudoxia acceptas, Pulcheria Auguſta collocavit in templo τῶν ὁδηγῶν, *viæ*

viæ ducum, cum imagine B. Virginis a S. Luca depicta. Anniverſariam diem feſtam, Auguſti triceſimam primam, a Chriſtiano populo ipſis actam, teſtantur encomia Patrum, apud Lipomanum, ea die in Eccleſia recitari ſolita. Hodie creduntur diviſæ variis locis. Habentur Romæ in templo S. Mariæ Majoris, Conſtantinopoli illuc allatæ: Duaci, in templo S. Amati: Auguſtæ Vindelicorum, in æde ſumma D. Virginis: in baſilica Divæ Carnotenſis, & alibi.

Nec propriis faſciis defuncti caruere: æquum quippe erat, hominem redire ad ſua initia, ut quemadmodum lucem auſpicatus fuerat, ita & jaceret mortuus; non tantum in cunis, ſed in ſepulchro etiam vincula pateretur. Heſychius vocat ἐπιθανάτια ἐντετυλιγμένα, poſtremas illas inſtitas, quarum interventu cadavera linteis commodius obnuberentur. Ægyptios vinculis uſos in ſepeliendo, ſcripſit Herodotus, & obſervavit in Ægypto Princeps Radzivilus. Nos quoque Venetiis cadavera condita vidimus, e vicinis Cairo ſepulchretis (e quibus mumia peti ſolet) allata, quæ ſimilibus tæniis circumligata erant. Romæ in quibuſdam cœmeteriis obſervatæ ſunt hæ figuræ, rudi manu adumbratæ.



Ex cœmiterio quodam Romæ via Ardeatina; — *Romæ item ex alio cœmiterio.*

An Mercurii in umbras mortuorum imperium habentis, & qui

> *Traditur extinctas ſumptæ moderamine virgæ*
> *In lucem revocaſſe animas?*

Sane, cum imagines reliquæ in catacumbis illis Chriſtianæ ſint, & reſurrectionem ſæpius repromittant; uti Jonæ vivi e ventre ceti prodeuntis, Danielis inter leones intacti, trium Puerorum in fornace Babylonica a morte ſervatorum; crediderim ergo has ad Lazari ſuſcitationem potius referendas, quam primi Chriſtiani, in ſpem reſurrectionis, ſepulchris ſuis inſculpi voluerint vel appingi. Atque ita cenſuit Johannes Macarius in ſuis Hagioglyptis nondum editis. *Dum vides* (inquit) *ædiculam inſtar templi cujuſdam, aut ſacelli, ad quam gradibus aſcenditur, in cujus veſtibulo velut puerulus involutus faſciis erectus; quem virga quidam adſtans attingit: infans ille, Lazarus eſt; ædicula, monumentum; virga tangens, Chriſtus, qui Lazarum excitat a mortuis.* In virga nihil hæreo, quæ poteſtatis miraculorum effectricis haud dubie ſymbolum eſt: non item in ratione involucri, quæ Capitibus ſeptimo & octavo ſatis ſuperque explicata: ſed ad illam puerilem ſtaturam, dico, redditum ſuis initiis, & quaſi renaſcentem Lazarum, recte hoc modo pingi potuiſſe; quem ſcribit Johannes Conſtantinopolitanus, *in monumento cunabulis involutum;* & Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, *tamquam e ſepulchro natum, & cunarum faſciis impeditum:* ſic enim ille: Ἐκεῖθεν ἀνεπήδα νεκρὸς τετραήμερος, τὰ τοῦ θανάτου περικείμενος σύμβολα· καὶ τὸν θάνατον ἀποδυσάμενος, τὴν τάφου στολὴν οὐκ ἠλλάξατο, ἀλλ᾽ ἐφίστατο ταῖς κειρίαις, ὡς ἐκ τάφου τεχθείς, καὶ μετὰ τόκον φέρων τὰ σπάργανα: *Inde exiliebat mortuus, quatriduanus, mortis circumferens ſymbola; & cum expoliaſſet ſe morte, ſepulchri ſtolam non mutaverat, ſed adſtabat cum faſciis mortuariis, tamquam e ſepulchro natus, & poſt partum ferens infantiæ faſcias.*

Sacroſanctum Chriſti corpus exanime, ſudario velatum, & aliis linteaminibus involutum, faſciis ejuſmodi obvinctum fuiſſe, indicat verbum ἔδησαν, *ligaverunt*, in Johannis Evangelio, quod futuram plane excludit a Judaico ritu, juxta quem Lazarus ligatus fuerat manus & pedes κειρίαις, hoc eſt, (ut Lexicum vertit) *faſciis ſepulchralibus*, quæ ex tela confectæ erant, linteo inciſo, non per tranſverſum, ſed in longitudinem, ſicut intextum eſt, ſectione ad ſtamen directa, ut vult Galenus. Juvencus Poeta de Lazaro:

> *Nec mora, connexis manibus pedibuſque repente*

Pro-

Procedit tumulo, vultum cui linea texit,
Et totum gracilis connectit fascia corpus.

Basilius Oratione de eodem: Παρῆν ὁ Λάζαρος τρόπαιον αὐτοσχέδιον κατὰ τοῦ θανάτου φερόμενος. παρῆν μηδὲ τῶν ἐνταφίων κειρίων καταλείψας τὸν ᾅδην. δεδεμένος ἐξῆλθεν· οὐ γὰρ πόδες ἔφερον, ἀλλὰ χάρις ἐπτέρωσε: *Aderat Lazarus, velut extemporaneum trophæum, adversum mortem se proferens, aderat, ne infernum quidem relinquens heredem fasciarum sepulchralium, ligatus prodiit: non enim pedes ferebant, sed gratia dederat alas.* Nonnus de Christo Domino:

Λεπταλέαις ὀθόνῃσιν ἐμιτρώσαντο θανόντος
Σῶμα, πολυπλέκτῳ ἑλίκων ἀώδεϊ δεσμῷ,
Ὡς ἔθος Ἑβραίοις ἐπιτύμβια θεσμὰ φυλάσσειν:

Tenuibus linteis circumdederunt mortui corpus,
Multiplici circumvolutionum fragrante vinculo,
Ut mos est Judæis sepulchrales ritus servare.

Augustinus memorat *institas, quibus totum corpus Christi alligatum est.* Et Pulcheria Augusta fascias illas Christi Domini, quas resurgens reliquit in monumento, sedulo a fidelibus conservatas collocavit una cum tumulo Domini in templo Sapientiæ a se exstructo. *Pulcheriæ opus est* (inquit Nicephorus) *sacrum Dei Genitricis templum, quod Blachernæ dicitur, dignum illa ipsa Verbi Matre, quod inhabitaret judicatum domicilium, sicuti filio ejus, quod Sapientiæ vocatur, cujus divinum tumulum, & sepulchrales fascias inventas, cum veneratione maxima ibi reposuit.* Audio partem illarum adhuc servari in Aquitanicæ Galliæ civitate Albiensi.

CAPUT XXIX.

E quo lino texta sint sepulchralia lintea Christi Domini, & quo texturæ modo.

Linum, quasi λεῖον, *lene* & *æquabile*, significatione lata sumitur pro omni eo quod aptum est ad textrinam, sive id subministrent herbæ, frutices, arbores, sive etiam lapides. Plinius Asbestino lino principatum tribuit in orbe toto, quod ignibus non absumeretur, unde *vivum* vocabant: mappæ ex eo ardentes visæ in focis conviviorum, sordibus exustis, splendescentes igni magis, quam possent aquis: rarum fuit inventu, & difficile textu, propter brevitatem; e quo tamen olim Regum funebres tunicæ, favillam corporis separabant ab reliquo cinere. Hoc ego linum non ex planta confectum puto, sed ex Amianto lapide Cyprio, qui malleis contusus, excussa terrea superfluitate, capillamentis suis lini speciem retinet, atque in telam texitur: hinc vela, quæ ignibus injecta ardent quidem, sed invicta flammis splendidiora exeunt, autore Dioscoride. Hoc usum Athenis putant Callimachum in aurea, quam fecit, lucerna, quæ diutissime ardebat, oleo non nisi post exactum annum dissipato, ut scribit Pausanias: idque in Carystia rupe gigni tradit Plutarchus, molli & lapideo filo, e quo mantilia, retia, & reticula, capitum integumenta conficerentur.

Proximus deinde honos tribuitur lino byssino, mulierum maxime deliciis, circa Elim in Achaia genito. Philostratus in Apollonio, byssum nasci ait, in arbore, pede populo simili, foliis autem salici: & memorat Themistius *γράμματα ἀρχαῖα βύσσῳ λευκῇ ἐνειλιμμένα, litteras perantiquas bysso candida involutas*, Susis & Ecbatanis Antiochiam missas.

Lino xylino sua non deest gloria: nascitur in superiore parte Ægypti vergente in Arabiam, e frutice quem aliqui *gossypium* vocant, plures *xylon*: parvus est, similemque barbatæ nucis defert fructum, e cujus interiore bombyce lanugo netur, e qua lintea fiunt nullis candore mollitiave posthabenda.

Est & *amorgis* lini species, Suidæ λινοκαλάμη, unde *amorgina*, tenuissima lina antiquis memorata: ut omittam lina e palustri arundine, cannabi, genista, & cucurbitis in arboribus genitis parari solita.

Linum vulgare proprie dictum Ægyptus copiose serit, ut Arabiæ Indiæque merces importet. Galliæ item universæ ex eo vela texunt: in Germania & apud nos defossi, atque sub terra id opus agunt; & in Italia similiter, quamvis ratione alia. Hispania citerior habet splendorem lini præcipuum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarraconem. Ab hoc vulgari lino, Ægyptii Sacerdotes *Linigeri* sunt denominati, de quibus sic Herodotus: Εἵματα δὲ λίνεα φορέουσι αἰεὶ νεόπλυτα, ἐπιτηδεύοντες τοῦτο μάλιστα. *Linea ferunt vestimenta, semper recens abluta, huic rei maxime vacantes.* Et alibi: Ἐνδεδύκασι δὲ κιθῶνας λινέους, περὶ τὰ σκέλεα θυσανωτούς, οὓς καλέουσι Καλασίρις· ἐπὶ τούτοισι δὲ εἰρίνεα

εἵμα-

εἵματα λευκὰ ἐπαναβληδὸν φορέουσι. οὐ μέν τοι ἔς γε τὰ ἱρὰ ἐσφέρεται εἰρίνεα, οὐδὲ συγκαταθάπτεταί σφι· οὐ γὰρ ὅσιον. *Vestibus amiciuntur lineis, circa crura fimbriatis, quas Calasiras appellant; super quas candida ferunt amicula lanea, tamquam superjecta. Lanæ neque in ædes sacras gestantur, neque una cum cadavere sepeliuntur; profanum enim est.* Pluribus de lineo texto Apulejus: *Purissimum est rebus divinis velamentum, quippe lana, segnissimi corporis excrementum pecori detracta, jam inde Orphei & Pythagoræ scitis, profanus vestitus est: sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modo indutui & amictui sanctissimis Ægyptiorum Sacerdotibus, sed opertui quoque inde rebus sacris usurpatur.* Linum vulgare terrenum hic intelligit Madaurensis, cujus optimam segetem reponit inter fruges, quod alteri lino non convenit: & Plutarchus ipsum ex floris colore notat, ubi dicit, Isiacos Sacerdotes φορεῖν τὰ λινᾶ διὰ τὴν χρόαν ἣν τὸ λῖνον ἀνθοῦν ἀνίησι, τῇ περιεχούσῃ τὸν κόσμον αἰθερίῳ χαροπότητι προσεοικυῖαν, *ferre vestimenta linea, propter colorem quem linum florens emittit, cæruleo colori, mundum æthereum circumdanti similem.* Alteram rationem statim subjungit, quod nempe lino terra significetur, quia ex ea oriatur, *ejusque uber exhauriat*, inquit Palladius. Quæcumque autem e terra nascuntur, ea munda & pura existimarunt, ut apud Philostratum docet Apollonius. D. Hieronymus primum Sacerdotis vestimentum, quod est lineum, *terram* interpretatur: & idcirco Patres volunt e lino terreno fuisse sepulchralia Christi involucra. Remigius: *Sindon, lineus pannus est: linum autem ex terra procreatur, & cum magno labore ad candorem perducitur: designatur quod corpus illius, quod ex terra, id est ex Virgine sumptum est, per laborem passionis venit ad candorem immortalitatis.* Beda in Marcum: *In Ecclesia mos invaluit, ut sacrificium altaris non in serico, neque in panno tincto, sed in lino terreno celebretur, sicut est corpus Domini in Sindone munda sepultum; juxta quod in gestis Pontificalibus a B. Papa Silvestro legimus esse statutum.* Non desunt qui institutionem illam Eusebio Papæ antiquiori acceptam referant.

Sindonem Taurinensem e lino vivo confectam non esse, tunc apparuit, quando nonnihil ab igne passa est injuriæ anno MDXXXII. ut supra enarravi. Paleotus e lino crasso textam dicit: Boterus gossypinam facit; Papirius Massonus e xylina materia: totus pannus commissuram futuramve nullam habet, quam late excurrit: texturam facit Pingonius, *nulli telarum comparabilem.* Audio vix posse satis vel dignosci, vel describi.

De Sudario Vesontino, multoties mihi adorato & viso, spondere possum, id e lino terreno textum, pretioso, leni, & nihilominus firmo ac denso, eoque non texturæ simplicis, sed inscripto, seu catagrapho. Quod ut omnes capiant, moneo, e puro lino neto, alias, ut nunc, laboratas per linteones triplicis operis telas, *albas* scilicet, *candidas*, & *inscriptas*. *Fusco opponitur album, & nigro candidum*, inquit Cornelius Fronto: nam album pallet, & nativum est; candidum splendescit, & est ab arte. Album colorem Plato vult esse lætitiæ proprium & Deorum. Canephoræ Virgines Nasoni dicuntur, *velatæ vestibus albis:* & *poderis*, linea Sacerdotum tunica, *Alba* dicta est, quia tela alba simplici texta. Gemma animæ: *Alba, in lege, tunica linea, vel talaris dicitur.*

Candidis linteis ob tenuitatem pertinax inhæsit gratia: ea sæpe dicta invenias *Carbasa*, a carbasis, splendidis ac tenuibus linis in Hispania Tarraconensi primum repertis, e quibus vestes magni pretii texebantur. Curtius: *Carbaso Indi corpora usque ad pedes velant; eorumque Rex aurea lectica, margaritis circumpendentibus recubat, distinctus auro & purpura carbasis, quæ indutus est.* Vestem, quam Apulejus *carbasinam* dixit, Petronius extulit, *ventum textilem in nebula linea:* Pacatus in Panegyrico Theodosii, *tenerum amictum, & leve carbasum:* Panegyricus Constantini, *pallios leves, & sericos sinus, vitando sole; carbasina & bombycina lintea.* A candore porro splendor oritur & lumen. *Gyton prudens* (apud Petronium) *cum luce etiam clara, timeret noctis errorem, omnes pilas columnasque notaverat creta, quæ lineamenta evicerunt spississimam noctem, & notabili candore ostenderunt errantibus viam.* Hinc dixit Polybius λαμπρὰν petitorum togam; Seneca *pellucidam vestem;* Tertullianus *textum pellucidum:* & Apulejus adducit *turbas sacris divinis initiatas, viros feminasque omnis dignitatis, & omnis ætatis, linteæ vestis candore puro luminosos.* Paulinus denique inter donaria sacrarum ædium recenset vela,

> *—— ceu puro splendida lino,*
> *Sive coloratis textim variata figuris.*

Inscripta lintea, alba sunt, lumine candoris illustrata, & adumbrata textilibus picturis, de quibus Juvenalis:

> *—— Damasippus ad illos*

Ther-

Thermarum calyces, inscriptaque lintea vadit.

Ubi vetus Interpres Calderinus: *Inscripta lintea, id est sudaria thermarum; nam erant ita appellata a varia textura, qua inscripta videbantur.* Catullus:

Sudariumque setabum, catagraphumque linum.

hoc est, *inscriptum linteum*. Fiunt porro illæ textiles picturæ subteminis beneficio, quod stamina celerrime & ex arte percurrens, flores, fructus, animalia, & alias quasvis formas in tela depingit.

Tela jugo juncta est, stamen secernit arundo,
Inseritur medium radiis subtemen acutis,
Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum,
Percussi feriunt inserti pectine dentes.

Ita stamini subtemen connectitur, & densatur textura, telaque mutuis filiorum nexibus absolvitur. Lux autem & fulgor, ad figuras elatiore filo pictas accersitur lævigatione, quæ fit instrumento comprimente simul & poliente; quo fucatas opinor vestes, Ammiano dictas *pressoriis luce nitentes*. Martialis libro duodecimo, memorat *lintea nive candidiora:* & Sidonius Apollinaris ad mensam instruendam, imperat, ut *nive pulchriora lina gerat Orbis;* explico, lineas mappas, non simpliciter instar nivis candidas, sed arte textili pictas atque inscriptas; cujusmodi puto fuisse illa *ἐκτεὶμματα λαμπρὰ σινδονύφη*, *mantilia splendida in modum Sindonis texta*, quæ (autore Philoxeno apud Athenæum) manibus tergendis pueri ministrantes præbebant. Lampridius in Elagabalo, vocat *picta mantilia*, quæ in mensam mittebat Imperator, his eduliis picta, quæ apponerentur. Catagrapha illa lintea maxime parabantur mensis ornandis: cur non etiam & mortuis sepeliendis? Plane quia erant unguinibus delibuti, opus erat firmis densisque linteis, quibus involverentur, ne inquinarentur manus *τῶν νεκροθάπτων*, Sudarium Vesontinum Christi Servatoris catagraphice laboratum est, non, ut vulgus huc usque censuit, ad instar operis lintearii, quod *parvum Venetum* vocant; sed alterius, antiquioris longe & elegantioris.

CAPUT XXX.

De imagine Christi, sepulchralibus linteis Vesontino & Taurinensi impressa: ac primum de statura & symmetria corporis; tum de situ ejusdem & collocatione.

DIvini erga nos amoris hoc fuit *μνημόσυνον*, suam nobis in sacris Linteis imaginem relinquere; quo declarare, opinor, voluit Christus Dominus ac Redemptor noster, quam optaret suarum virtutum in animis nostris cernere expressam effigiem, secundum illud votum, *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum:* ut merito dixerit Gregorius Nyssenus, suæ quemque vitæ pictorem esse, artificem hujus operis esse voluntatem; colores, virtutes; exemplar Christum esse debere; ut a quo nomen, ab ipso formam ac rationem Christiani haberemus.

Sindonis Taurinensis descriptionem referam partim ex Paleoto & Mallonio, qui accurati satis; partim ex archivo Clarissarum Cameriensium intra mœnia, quæ sacram imaginem diu ac per otium contemplatæ, cum apud ipsas (ut alibi monui) restituenda ex incendio Sindon haberetur, ejus lineamenta omnia simplici pioque stylo minutissime persecutæ sunt. In Vesontina autem ut essem accuratissimus, effecit, qua frequens illius aspectus, bis in anno, cum publice explicari solet; qua spectatissimorum insignis Capituli Metropolitani Canonicorum singularis humanitas, de quorum decreto, adorandum Sudarium, tertia Junii hujus an. MDCXXIII. septima die quam populo exhibitum fuerat, a senis ex eorum cœtu linteatis, in id muneris delectis, multa circum ardente face depositum est, ac mihi uni, arbitro dumtaxat pictore, in minore Basilicæ S. Stephani Sacrario propositum, tres ipsas horas, ut quaslibet sacræ iconis mensuras caperem, ejusque depingi curarem expressissimam, quoad fieri posset, imaginem, pedali longitudine.

Instituo igitur brevem, sed accuratam comparationem Vesontinæ imaginis *ἀχειροποιήτȣ* cum Taurinensi. Duo tamen moneo in primis: alterum, quæcumque dextra sunt in sacris linteis, sinistra fuisse in Christi corpore; & vicissim, hic dextra, quæ illic sinistra, plane ut in speculis. Ex quo non difficulter agnoscas, qua parte Sudarium Vesontinum, alioquin anceps, & utrimque fere ex æquo tinctum, corpori Christi adhæserit; nempe ex ea quæ vulnus lateris (dextri utique, ut cer-

ta fert traditio) ad finiſtram exhibet: in qua quidem facie, etſi minus rubeſcunt vulnera (quod mirere) quam in oppoſita; diſtinctiora ſunt tamen corporis totius lineamenta: ſatiſque apparet ex ſacri panni textura, geminaque facie, eam partem, quæ vulnus lateris ad ſiniſtram habet, quippe concinniorem ac ſpectabiliorem, ad ſacrum corpus fuiſſe applicitam. Sed quomodo, inquies, in averſa Sudarii parte luculentiora vulnera? aut qui id fieri vel potuit vel decuit? Decuit ſane, ut vulnerum locus ac ratio in ea parte, non ut in ſpeculo, dextris in ſiniſtra mutatis, ſed ordine recto, tamquam in imagine appareret. Id vero etiam facile fieri potuit, ut manans e vulneribus cruor, trajecto Sudario, in averſa ejus parte cumularetur, conſideretque, unde mage ſaturum ruborem oſtenderet. Alterum, cujus te memorem volo, jam ſupra non ſemel ſignificavi, nempe, Taurinenſem Sindonem notatam fuiſſe ante pollincturam; Sudarium vero Veſontinum in ſepulchro: itaque refert illa Chriſti corpus cruentum, & recens a cruce refixum; hoc vero, idem ipſum jam lotum ac perunctum, & in crypta compoſitum. Hinc nullo negotio diſcernes, quæ ſimilia in utraque imagine, quæ diſſimilia. Veſontinum Sudarium longum eſt pedes octo, quatuor fere latum: Sindon autem Taurinenſis, ex Paleoto, longitudinem habet pedum circiter duodecim, latitudinem trium; alii dicunt eſſe latam pedes minimum quatuor, longam fere tredecim: illud adverſum: tantum corpus exhibet, hæc etiam averſum: tam in hac, quam in illo, ſpecto primum ſtaturam & ſymmetriam corporis Chriſti; poſtea ſitum ejuſdem & collocationem; ab hac vulnera quinque præcipua; alias deinde minutiores cicatrices, & cruorem toto corpore ſparſum: hinc velum ad coxas; tum colorem, ſacræ denique picturæ rationem ac modum, fueritne is naturalis, an ſupra naturam. Singula ſtrictim perſequor.

Staturam corporis Chriſti, a vertice ad calcem uſque, in Sudario Veſontino, reperi ſex pedum Geometricorum, tribus digitis minus; ſeu, quod eodem recidit, quinque pedum, & trium quartarum unius pedis, (duodenum enim digitorum, ut ſolet, pedem Mathematicum facio.) Hoc obſervato, menſuras eaſdem applicui longitudini imaginis Taurinenſis, quam domi habebam; & parem omnino deprehendi, magno meo ſolatio: quippe ferebatur a quibuſdam male monitis, longiorem eſſe Chriſti effigiem in Sudario Veſontino, quam in Allobrogica Sindone: cui, opinor, errori occaſionem dederat, quod ſtatura Chriſti, a vertice ad calcem & imos talos in Sindone Taurinenſi accepta, longitudini Veſontinæ imaginis a vertice ad extremos uſque pedum digitos comparata fuerat; perperam utique, ſic enim longa eſt ſex pedes, & quinque digitos. Vera porro longitudo utriuſque imaginis, quæ a vertice incipiens ad calcem deſinit, utrobique eſt omnino eadem, nempe, ut dixi, ſenum pedum, tribus digitis minus: quo recidit menſura Alphonſi Paleoti, qui corporis figuram in Sindone Taurinenſi impreſſam, in anteriore parte ad quinque pedum, in poſteriore ad quatuor pedum & unciarum decem menſuram porrigi dicit: nam, ut bene notat ibidem Mallonius, utitur Paleotus pede Bononienſi, duodecim conſtante unciis, qui Mathematicum pedem duabus unciis, hoc eſt ſexta ſui parte excedit. Nec abeſſe dicet ab his menſuris Nicephorum, cum ſtaturam corporis Chriſti ſeptem palmorum fuiſſe dicit, qui ad maximam pro variis locis ac temporibus menſurarum varietatem attendet.

Præter ſtaturam, apparet in ſacris linteis tota Chriſti externa ſpecies, & conformatio corporis, ſi unum colorem excipias. Latitudo humerorum, unius pedis, duorum digitorum ſeſqui: cæſaries prolixior, non admodum denſa, leniter ad criſpos declinans, & juxta morem Nazaræorum in vertice diſcriminata: barba mediocriter promiſſa, & in medio bifurcata: frons plana & ſerena: naſus leni & modico tractu diffuſus: recta brachia & crura: omnia demum quæ ſpecioſum forma præ filiis hominum deceant; nec aliena ab iis, quæ de Chriſti ſpecie ſcripta reliquit Nicephorus, ac Lentulus Romanus in Judæa Præſes, apud Eutropium in Annalibus.

Situs in utraque imagine eſt jacentis, vixque ullius momenti diſcrimen invenio, niſi in manuum decuſſatione: nam etſi utrobique, ſiniſtra iconis manus, quæ dextræ Chriſti reſpondet, alteri ſuperpoſita eſt; tamen in Veſontino linteo carpus carpo inſiſtit; in Taurinenſi metacarpus metacarpo. Itaque in Veſontino conſpicua ſunt utriuſque manus vulnera; in Taurinenſi, manus altera vulnus alterius tegit. Addiderim inſuper, quoad partium collocationem, diſſipatiores videri pedum articulos in Veſontina effigie: nimirum pedes antea rigidos, lotiones ac large affuſa unguenta laxaverant. Crura item paulo diſtractiora a ſe invicem apparent in Taurinenſi imagine, quam in Veſontina.

CA-

CAPUT XXXI.

De vulneribus quinque præcipuis, cicatricibus minutis, & cruore, toto corpore sparso.

JAm in vulneribus quinque præcipuis, spectandus locus, magnitudo, figura. Vulnera manuum sunt in metacarpis fere mediis; carpo tamen aliquantulum propiora, a rotunditate haud multum absunt. Negligo quorumdam scrupulum, qui dubitant, fixine olim cruciarii in metacarpis, an in carpis potius, aut etiam in brachiis inter cubitum & radium, ut firmius starent. Plautum adducunt, qui in Mostellaria, *Offigantur*, inquit, *bis pedes*, *bis brachia*. Act. 2. Sc. 1. Sed reclamant omnia, priscæ imagines, vulnera S. Francisci, quæ in metacarpis: Scriptura ipsa. *Nisi videro*, inquit Thomas, *in manibus ejus figuram clavorum*. Et Christus bis ostendit discipulis, manus & pedes, & latus: ut merito de Cristo ad litteram capiatur illud Zachariæ, *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Neque vero ita parum cohærent metacarpi ossa in vivo & sano corpore, quin totum corpus sustinere possint. Adde, quod censent plerique, haud levibus ducti argumentis, suppedaneum asserem, atque etiam funes ad sublevandum corpus, cruciariis adhiberi solitos. Plauti locus non urget; nam legunt multi, *obfringantur*, non ut alii, *offigantur*, vel *affigantur*. Sed etsi de confixione hæc accipias, dicam μετωνυμικῶς locutum Comicum: si enim tribus dumtaxat quatuorve partibus homo perfossus, configi totus dicitur; multo magis figi brachia dicentur, si figantur secundum extremitates.

De pedum vulneribus major est quæstio; an ex sacris Linteis lucis aliquid affulgeat ad celebrem illam difficultatem, fueritne Christi pes uterque unico clavo fixus, an duobus. De qua quæstione copiose & erudite Paleotus cum Mallonio; & Lorinus in Psalmum vigesimum primum, tam probabilibus utrimque argumentis, ut neutram in partem certo quidquam statui posse videatur. Prudenter autem monet Paleotus, non posse nos ex Sindone Taurinensi (addo nec ex Sudario Vesontino) manifeste colligere, tribusne an quatuor clavis Servator cruci affixus fuerit. Censet tamem ibidem Mallonius cognosci ex Sindone, utrumque Christi pedem unico clavo transfixum fuisse, & sinistrum quidem dextro fuisse impositum. *Igitur*, inquit, *plagæ quæ in pectusculo sinistri pedis conspicitur, latior ac patentior est, quam quæ in dextro pede conspicitur; ut ex hoc conjectura probabilior addatur ei sententiæ, quam in B. Brigittæ Revelationibus legimus, quod pes sinister supra dextrum clavo sit affixus. Utraque tamen plaga, tam dextri quam sinistri pedis, circularis est, ut clavos non quadrate, sed rotunde pyramidatos agnoscamus. Illud porro silentio obvolvendum non est, quod vulnus dextri pedis magis a tibia versus digitos pedis protenditur, quam vulnus sinistri pedis. Nam vulnus super pectusculum dextri pedis, ab extremis digitis versus tibiam distat tribus unciis cum dimidia: vulnus autem sinistri pedis, ab extremis digitis versus tibiam unciis quinque distat. Cum tamen supra pedis pectusculum, vulnera eum situm ac figuram, quam indicavi, possideant; tamen in planta pedis, figuram aliquanto minorem indicant, sed situm longe diversum: vulnus enim dextri pedis, quod super pectusculum ab extremis digitis, unciis tribus cum dimidia distat; in planta tamen ab iisdem extremis digitis, duabus tantum unciis cum dimidia distat: vulnus autem sinistri pedis, quod supra collum, ab extremitate digitorum ejusdem pedis, unciis quinque distat: in planta tamen quatuor non integris unciis distat.* Ex quibus denique colligit, quod *ut milites Christi corpus magis in cruce extenderent, clavos in crucem non ad angulos rectos infigebant; sed cuspide paulo inferius vergente, ut clavus quo magis lignum terebraret, etiam Christi corpus magis extenderet.* Hæc ille: ex quibus certe nemo evidenter concludat, duos pedes unico clavo perfossos: nam & vulnera fere sunt æqualis magnitudinis, nisi quod vulnus dextrum (quod pedi Christi sinistro respondet) tantisper latius est, & saturatius altero. Si quid aliud notabis discriminis inter utriusque sacri Lintei stigmata; cogita lotiones & unguenta, vulnerum magnitudinem, figuram, imo & situm ipsum facile immutare aliquatenus potuisse.

Vulneris ad latus inflicti cicatrix, sinistra est in utraque imagine, ut nimirum dextro Christi lateri respondeat. Latissima est in Vesontino Sudario, operitque ferme tres costas veras, quintam, sextam, septimam, ostenditque illatum vulnus inter quintam & sextam ex veris costis, prope sternum, in dextro Christi latere: rotunda fere est superne, inferne in ellipsim protenditur: in Sindone Taurinensi dicitur lata tres digitos. Ex quibus duos errores refellas; alterum paucorum, qui sinistro lateri vulnus inflictum putant, contra communem sensum

sum SS. Patrum ac Doctorum, & contra usum Ecclesiæ in Imaginibus: quibus favent Revelationes S. Brigittæ, imago Christi Crucifixi in corde B. Claræ inventa, vulnus etiam quod ad dextrum latus gestavit S. Franciscus, ut refert S. Bonaventura in ejus Vita; aliaque testimonia, quæ præter Interpretes Evangelicos, refert Daniel Mallonius in caput vicesimum Paleoti. Alterum Alexandri Halensis (ex quo S. Vincentius Ferrerius Sermone in Parasceve) Gabrielis, & aliorum apud Mallonium citato loco; qui dicunt, punctum quidem Christum in dextra parte, sed infra costas in hypochondrio; ita tamen, ut lanceæ mucro ad cor usque penetrarit. *Si enim*, inquiunt, *impacta fuisset lancea costis Christi Domini, aliquod ex ejus ossibus fuisset comminutum, contra prophetiam, & typum agni Paschalis*. Sed hæc ratio inanis est: numquid enim inter costas patere potuit lanceæ cuspidi locus, ut clavis inter ossa pedum & manuum? Divinæ autem providentiæ fuit, temere impactum ferrum ita dirigere, ut costas ipsas non rumperet, sed medias præterlaberetur.


Extra præcipuorum quinque Vulnerum cicatrices, nullæ apparent soluti continui notæ in Sudario Vesontino, præterquam in fronte, ubi distinguere est spinarum vestigia aliquot satis confusa. Taurinensis autem Sindon, quippe quæ sacrosanctum Christi corpus cruentum ante pollincturam excepit, & manantem e vulneribus sanguinem, atque ad cutem concretum repræsentat; & minutissimas quasque verberum vibices, quæ deinde unguentis obliteratæ oppletæque sunt, distinctissime refert. Frontem igitur exhibet cruore conspersam e spinea corona manante: lividum vultum, genas tumidas, nempe ex colaphis, præcipue dextram, quæ sinistræ Christi respondet: cæsariem barbamque aut carptim vellicatam, aut concreto sanguine deformatam; cervicem spinis confixam & convulneratam: largum cruorem e manuum, pedumque, ac lateris vulneribus emissum: humeros qua flagris, qua crucis gestatione conscissos afflictosque: collum fœde intumenscens ex funibus, catenisque, quibus vinctus ac raptatus: crura, brachia, lumbos, pectus, totum corpus, vel diris ictibus contusum, vel flagellorum vibicibus confertim decussatis dissectum, vel sanguineis guttis vi verberum excussis fœde maculatum; ut merito de Christo patiente exclamarit Evangelicus Vates: *A planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas*. Isaias cap. 1.

CAPUT XXXII.

De velo circa coxas: tum de sacrarum Imaginum colore, ratione & modo.

VEli ad coxas, & partes pudendas, nulla nota in Sudario Vesontino; nec relictum par est credere illud ipsum, quod e cruce pendentem obtexerat; quippe quod pollincturam prohibuisset. In Sindone vero Taurinensi, agnosco veli hujus vestigia cum Salmerone, qui affirmat in ea Sindone (quæ tum cum scriberet, Nicæ asservabatur) tam partem anteriorem quam posteriorem ostendere hujus veli signa apertissima. Et hunc esse communem sensum, indicant Taurinensis Sindonis imagines, quotquot vidi (vidi autem quamplurimas, & diversis formis excusas) quæ omnes velum pudendis prætensum referunt. Atque hoc distinctius affirmo, quod video Paleotum & Mallonium, nulla facta pepli hujus mentione, ejus loco agnovisse in Christi lumbis horribilem plagam, sive ex catenis, quibus constrictus, sive ex verberum in eadem parte crebro repetitis ictibus. Verum illam ipsam quam proponunt imaginem, littera C, diligenter inspicienti, satis apparet lintei cujuspiam circa Christi lumbos religati plicaturas in ea potius, quam vulnus aliquod repræsentari: neque ater & sanguineus color facit pro vulnere; non enim potuit velum illud non esse conspersum manante cruore e capitis, manum, lateris, humerorum, ac totius thoracis, præcipue vero lumborum crudis adhuc & recentissimis vulneribus. Non ergo Sindon, ut volunt, latum vulnus ad lumbos exhibet, sed velum cruentum lumbis circumligatum. Et vero quis credat, prius detractum iis partibus velum, quam corpus Christi a cruce ad pollincturæ locum deportaretur? Minime autem assentior Gretsero, Jansenio, Suari, aliisque apud Lorinum existimantibus pependisse Christum e cruce plane nudum, & absque tegumento ullo ad partes quas tegi jubet natura. Nam primo, alius videtur Ecclesiæ sensus, quæ omnes crucifixi Domini imagines obvelatis coxis proponit. Deinde contrarium afferentem legimus Deiparam Virginem in Revelationibus S. Brigittæ, *lib.* 1. *c.* 10. & *lib.* 4. *cap.* 7. duobus locis: pudori scilicet filii sui consultum, illo velamen verendis obducto: quod ipsum confirmant S. Anselmus, *Dial. de Pass.* Sanctus Bernardus, *Serm. de Pass.* Vincentius Brunus, *Medit.* 38. Salmeron, *Tom.* 10.

Tract.



S. Sudarium Bisontinum. *S. Sindon Taurinensis.*

Tract. 35. Mallonius in Paleotum, *cap.* 6. *num.* 10. aliique bene multi. Displicet tamen Abulensis, *part.* 5. *cap.* 42. cum asserit Christum crucifixum, imo etiam sepultum fuisse cum femoralibus. *Nemo namque*, inquit, *tam durus foret*, *ut immemor humanæ verecundiæ*, *hæc auderet detrahere*; *nec id Christus pateretur*. Sed hæc inania, & absque auctore. Illud vero notandum pro nostra sententia; quod plerique Patres a Gretsero & Lorino laudati, cum Christum nudum in crucem actum affirmant, non proinde negant, peplum illi circa pudenda obligatum; nudus enim (a majori scilicet parte) recte dici potuit, si illis dumtaxat obvelatis partibus, cetera absque tegumento fuit.

In sacrarum Imaginum coloribus, materiam specto & formam: in Taurinensi, unicam materiam agnosco; Christi cruorem, ac saniem pretiosam: in Vesontina, præter sanguinem, etiam unguenta. Forma autem coloris hæc est: Vesontina icon extra quinque vulnera, quorum luculentus est rubor, tota ex flavo pallescit: Philippo II. Hispaniarum Regi cum depicta est in linteo, nullus eam color sic ementiri potuit, ut tinctura caryophyllorum & cinnamomi, per aquam vitæ extracta. Taurinensis Imago, fere ubique purpureo atroque constat, nec aliud pæne quidquam nisi vulnus habet: quamvis etiam lineamenta totius corporis distincte satis adumbrat, ita ut corporis totius externæ speciei ex flavo diluto atque albescente delineatæ, stigmata vulnerum omnium appicta videantur.

Superest picturæ modus ac ratio, quam affirmo non modo non manu factam, sed etiam supra naturæ vires: primum, quia inquinari tantum debuerant lintea sacro Christi corpore, vel cruento, vel perunctο; at non tam distincte depingi. Deinde quia Sudarium sub institis toti corpori circumvolutum credimus; cum tamen anterioris tantum faciei lineamenta hauserit. Denique non apparet latior vultus in sacris Linteis, quam qui homini in plana tabula ex arte depicto convenit; esset autem multo latior, si ex naturali dumtaxat genarum attactu colorem contraxisset: quod experiere, si larvam aut mappam vultui admoveas, deinde id quo totus vultus tegebatur, in planum extendas; tunc enim multo latius excurret, & ultra naturalis symmetriæ leges. Voluit nimirum Christus in sacris Linteis non suæ tantum mortis, sed etiam externæ corporis conformationis extare monumentum. Sudarium Vesontinum, quod tibi sermone hactenus depinxi, en tibi in ectypo, ad prototypum quam fieri potuit accuratissime expresso, una cum Sindone Taurinensi, oculis subjicio.

Inserenda hic Imago S. Sudarii Vesontini & S. Sindonis Taurinensis.

CAPUT XXXIII.

De Sudario Edesseno.

PRæter imagines sepulchrales Christi Domini, aliæ fuerunt in Orbe Christiano ἀχειροποίητοι, quas ipse vivens antequam pateretur, & in passione ipsa divinitus impressit in linteis. Φέρετο δὲ καὶ τις ἱστορία, inquit Johannes Damascenus, *Lib.* IV. *Capit.* XVII. ὡς ὁ Κύριος, Αὐγάρου τοῦ τῆς Ἐδεσσηνῶν πόλεως βασιλεύοντος, ζωγράφον ἀποστείλαντος τὴν τοῦ Κυρίου ὁμοιογραφῆσαι εἰκόνα, μὴ βυνηθέντος τοῦ ζωγράφου διὰ τὴν ἀποστίλβουσαν τοῦ προσώπου λαμπρότητα, αὐτὸς ἱμάτιον τῷ οἰκείῳ προσώπῳ τῷ θείῳ καὶ ζωοποιῷ ἐπιθεὶς, ἐναπεμάξατο τῷ ἱματίῳ τὸ ἑαυτοῦ ἀπεικόνισμα, καὶ οὕτως ἀπέστειλε τοῦτο ποθοῦντι τῷ Αὐγάρῳ, *Historiæ proditum est*, *cum Abagarus Edessæ Rex eo nomine pictorem misisset*, *ut Domini imaginem exprimeret*; *neque id pictor ob splendorem ex ipsius vultu manantem consequi potuisset*. *Dominum ipsum divinæ suæ ac vivificæ faciei pallium admovisse*, *imaginemque suam ei impressisse*; *sicque illud ad Abagarum*, *ut ipsius cupiditati satisfaceret*, *misisse*. Eadem fere e civitatis Edessæ tabulariis & archivis habet Nicephorus: *lib.* 11. *cap.* 7. *Eo quo in Christum desiderio tenebatur perculsus* (Abgarus Rex Edessenorum) *pictorem eximium ad eum misit*, *eique ut diligenter & accurate faciem ejus in pictura effingeret*, *imaginemque pro desiderato illo sibi afferret*, *imperavit*. *Et ille quidem venit*, *atque in loco sublimiore stans*, *pingere Christi vultum*, *ut decebat*, *conabatur*. *Cum vero cœptum opus non succederet* (*divinus quippe splendor & gratia in ejus vultu coruscans impedimento erat*) *re ea cognita*, *Salvator textum lineum petit*, *in eoque prius loto faciem suam exprimit*, *& ad Abagarum mittit*. Eamdem Imaginem postea Leo Ecclesiæ Constantinopolitanæ Lector, cum descendisset in Syriam cum Regiis Apocrisariis, *Edessæ adorari & honorari a populo vidit*, ut ipsemet testatur in secunda Synodo Nicæna, *Act.* 5. Nicephorus alibi, *lib.* 17. *cap.* 26. & Evagris antiquior narrant, *lib.* 3. *cap.* 26. quomodo urbs Edessa a Chosroe Persarum Rege oppugnata, servata fuerit per illam τὴν θεότευκτον εἰκόνα ἣν ἀνθρώπων χεῖρες οὐκ εἰργάσαντο, *divinitus fabricatam*

Imaginem, quam hominum manus non effinxerant; quamque vocabant Edesseni *suæ civitatis Custodem & Conservatricem;* ex Oratione Constantini Porphyrogeniti. Eam tandem translatam fuisse Edessa Constantinopolim, ostendit Baronius anno Christi D. CCCC. XLIV. Constantini cum Romano Lacapeno Imperii consorte XXXIII. Causam & modum prisci Scriptores habent. Zonaras in Romano Lacapeno: Τούτου τῶν σκήπτρων κρατοῦντος, καὶ τὸ ἀχειρότευκτον ἐκτύπωμα τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ τὸ θεῖον χειρόμακτρον ἐκομίσθη πρὸς τὴν προκαθημένην τῶν πόλεων. εἶχε μὲν γὰρ πῶς τοῦτο ἡ Ἔδεσσα· ἡ δὲ ἁλῶναι παρὰ τῶν Ῥωμαίων πολιορκηθέντων αὐτὴν ἐκινδύνευεν, κατεχομένη παρὰ Ἀγαρηνῶν· ἵν' οὖν φύγοιεν οἱ Ἐδεσσηνοὶ τὴν ἐκπόρθησιν, λύτρον ταύτης τὸ θεῖον παρέχουν ἐκτύπωμα. *Eodem* (Romano) *rerum potiente, Christi effigies nullis facta manibus, & divinitus in linteo expressa, in Imperatoriam urbem est translata. Eam tum Edessa habuerat; quæ cum in periculo excidii esset, Agareni qui tum urbem tenebant, incolumitatem hac effigie a Romanis redemerunt*. Paulo aliter Curopalates: *Cum Romanorum copiis Edessa obsideretur, Edesseni malis obsidionis graviter oppressi, Legatos ad Imperatorem miserunt, petentes ut exercitus ab obsidione recederet; seque polliciti sunt pretium daturos sanctam Christi effigiem: soluta igitur obsidione tradita est Imago, & ad Regiam urbem producta, eam excipiente, Imperatore, cum splendido atque decenti satellitio, per Regii cubiculi Præfectum Theophanem.* Rem totam, uti gesta est, oratione longa prosequitur Constantinus ipse Porphyrogenitus filius, ubi scribit, Romanum Lacapenum (qui hujus translationis ergo Edessam miserat Abramium Samosatæ Episcopum) sedulo advertisse, ne in traditione Imaginis deciperetur, neve antigrapha pro autographa concederetur: extabat enim quædam alia, quæ descripta fuerat propter Persicum bellum; & altera similis, quæ celebrabatur in Ecclesia Nestorianorum: ambas penes se aliquanto tempore habere voluit Imperator, quas deinde archetypa sibi tradita restituit. Inde multis recenset Constantinus, quænam in itinere miracula virtute sacræ Imaginis contigerint. *Cæci* (inquit) *ex improviso aspiciebant, & claudi reddebantur sani membris integris; saltabant qui longo tempore in lecto decubuerant, & sani fiebant quibus erat manus arida, & fugabatur omnis morbus & infirmitas*. Tum subjungit, Constantinopoli repositam in Phari templo, & ibi conservatam *ad gloriam fidelium, custodiam Imperatorum, tutelam totius civitatis, & status Christianorum*. Celebrata est solemnis illa depositio decima sexta Augusti, qua die hæc habentur in Græcorum Menologio: *Commemoratio Imaginis non manu factæ Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi ex urbe Edessa egressæ, & in hanc a Deo servatam & Regiam urbem deportatæ*. Circa hæc eadem tempora de hac Imagine hoc mirum contigit: *Photium Patritium Constantinus Porphyrogenitus Imp. miserat cum literis ad S. Paulum in monte Latro anachoretam. Illi cum ad virum sanctum pervenisset, datisque ac receptis jam litteris ad reditum accingeretur, unum ab eo Sanctus petiit, ut non manufactæ Christi imagini, quam Mantile sanctum appellare mos est, lineum æquale velum applicaret, idque sibi mittere non gravaretur. Factum est quod postulabat, missumque velum ex animi sententia, quod cum expandisset, Christi effigiem in eo ad amussim expressam, & figuram figuræ exactissime respondentem vidit; aliis autem nihil tale apparebat*. Hæc e sancti Pauli Vita recitat Baronius; *An.* 944. quibus subdit, postea bellis ingruentibus, ipsaque civitate Constantinopolitana sæpe capta, & ab hostibus direpta, Dei providentia factum esse, ut eadem veneranda Imago Romam perlata fuerit, ubi hactenus colitur in titulo S. Silvestri. Alii Genuæ Liguriæ urbe servari volunt, in templo divi Bartholomæi. Haud dubie primigenia est uno in loco; altera miraculo expressa in alio.

CAPUT XXXIV.

De Sudario Veronicæ.

PRoperabat cum cruce Christus ad crucem, cum inter Jerosolymitanas mulieres, *quæ plagebant & lamentabantur eum, Luc.* 23. religiosa quædam femina, nomine *Veronica*, stans pro foribus domus suæ, (quæ fuit angularis, teste Adrichomio) lineum capitis sui peplum Christo porrexit, quo faciem suam sudore & cruore diffluentem detergeret; ille vero imaginem sui vultus linteo perfecte impressit, ac Veronicæ in amoris sui pignus atque mouumentum reddidit. *Salmeron Tom.* 10. *Tract.* 33. Sunt qui credant velum illud capitis Veronicæ oblongius, triplicatum fuisse; & imaginem divinitus impressam, triplicem suscepisse; quarum una servetur Romæ, altera Gienensi civitate Hispaniæ, tertia Jerosolymis. De ejus quæ Romæ est translatione, libellum MS. servari in Vaticana Bibliotheca testatur Baronius: & Johannes Molanus eam sub Tiberio factam addit, ejusque historiam antiquissimis conscri-

ſcriptam characteribus Thomam Stapletonum Romæ perlegiſſe totam. Bzovius ex veteri traditione narrat, ipſammet mulierem Veronicam velum illud inſigne ſacro Redemptoris vult, detuliſſe Romam, eoque ſanaſſe Tiberium Auguſtum difficili morbo laborantem: idem deinde linteum veniſſe in manus S. Clementis Papæ; poſtmodum a Conſtantino Imperatore collocatum in Baſilica S. Petri. Joannes VII. Papa (qui ſedit anno Domini DCC. V.) ſervando illi velo conſtruxit teſſellati operis ἱερατεῖον, quod dictum eſt, *Domus ſanctæ Dei Genitricis*, & *Sancta Maria in Beronica*. Innocentius III. in Sermone Dominicæ primæ poſt Epiphaniam, meminit Proceſſionis Sudarii Veronicæ, a S. Petri baſilica, uſque ad ædem Xenodochii S. Spiritus in Saxia, anno Domini M. CC. cujus verbis uſi ſunt poſtea Honorius III. & Alexander IV. Pontifices ſucceſſores. Bonifacius VIII. anno Domini M. CC. XCVIII. Sudarium Veronicæ a prædicto templo S. Spiritus (ubi prius oſtendi ſolitum erat) ad baſilicam Principis Apoſtolorum tranſtulit; ſuiſque manibus ex eminentiore loco oſtendit, præſentibus Jacobo Aragonum & Carolo Siciliæ Regibus: atque ut eo loci tum ſervaretur in poſterum, tum a Summo Pontifice ſtatis diebus oſtenderetur, conſtituit. Denique Paulus V. idem Sudarium in novam S. Petri baſilicam tranſferri fecit die vigeſima prima Martii, anni Domini M. DC. VI. ex inſtrumento Jacobi Grimaldi baſilicæ Vaticanæ gazophylacii Propræfecti, apud Bzovium.

Imagines ad archetypum Romanum depictæ coluntur publice multis locis. Celebres ſunt in Gallia duæ: una quæ populo exhibetur Cadurci, in Vaſconia: altera in Diœceſi Laudunenſi, magno peregrinantium concurſu colitur, in Cœnobio Virginum Inſtituti Ciſtercienſis, quod Monaſteriolum vocant, vulgo *Monſtreuil les Dames*. Eam anno M. CC. XLIX. Roma miſit Jacobus Pantaleo, gente Gallus, patria Tricaſſinus (qui factus poſtea Urbanus Quartus Papa) rogatus per ſororem ſuam, Monaſterioli, ut ajunt, Monialem. Placet Epiſtolam ipſius e Gallico Latine redditam hic ſubjicere.

Venerabilibus & devotis Sororibus, dilectis in Domino, Abbatiſſæ & Religioſis Conventus Monaſterioli, Jacobus de Trecis, Archidiaconus Laudunenſis, Sancti Patris noſtri Papæ Cappellanus, ſalutem, ac poſtmodum integram perfectamque fruitionem, & claram viſionem boni diu expetiti. Per relationem chariſſimæ ſororis noſtræ intelleximus, quod ex ardenti affectu deſideratis videre, & apud vos habere faciem & figuram noſtri Salvatoris, quam in noſtra habemus cuſtodia, cum qua viſus eſt in terris, & verſatus cum hominibus ſpecioſus præ filiis hominum: quodque ex ejus contemplatione, devoti affectus veſtri magis accenderentur, & intellectus veſtri puriores redderentur. Nos igitur qui lubentiſſime volumus procurare ea omnia per quæ poſſitis acquirere gratiam Dei in hoc mundo, & æternam gloriam in futuro; cupientes, quantum in nobis erit, ſatisfacere ſanctis deſideriis ſupradictæ ſororis noſtræ dilectæ, mittimus vobis ſanctam Faciem ſuperius memoratam. Neque attendite, quod invenietis eam decolorem & flaccidam. Nam ut ii, qui ſemper reſident ſub aere temperate frigido, & quieſcunt continuo in locis amœnis, habent carnem albam & delicatam; & e contra, qui verſantur perpetuo in agris, habent peruſtam, nigricantem & alteratam: ita fuit hæc beata Facies ſole & ardore tribulationum decolorata, ut habetur in Canticis, cum Dominus noſter laboraret in agro hujus mundi, pro redemptione noſtra. Idcirco vos rogamus enixe, ut propter reverentiam illius quem repræſentat, recipiatis eam, ut ſanctam Veronicam, ſeu veram ipſius imaginem & ſimilitudinem: tractetis eam pie, leniter & condecore, ut ex ejus contemplatione melius habeatis. Memores noſtri eſtote in veſtris ſanctis precibus & meditationibus; & certo credite, quod cum maximo honore & veneratione hic videtur; nobis ea quippe per ſanctos viros conceſſa. Actum anno gratiæ MCCXLIX. *tertia Julii, die Lunæ poſt Feſtum ſanctorum Petri & Pauli.*

Theodoricus de Brabantia Dunenſis Abbas in Comitatu Flandriæ, Eccleſiæ ſuæ conſecrationem curaturus per Radulphum Morinenſem & Johannem Tornacenſem Epiſcopos, anno Domini MCCLXII. ſacram illam Imaginem eo detulit e Monaſteriolo, quo mage ſolemnis foret novæ Baſilicæ dedicatio: & vere ibi virtute illius, multis infirmis ſanitas reſtituta eſt; cæcis viſus, ſurdis auditus, mutis loquela, & claudis greſſus. Eadem ad Fanum S. Quintini delata, anno MCCCCXCV. laborantibus ex oculis maxime opitulata eſt. *Ex monumentis Monaſterioli, & Eccleſiæ Dunenſis.*

CAPUT XXXV.

De aliis Imaginibus Christi Domini non manufactis.

NON dubito alias Imagines e primigenia Romana per admotionem miraculo in velis expressas, uti ex Edessena factum supra ostendimus; maxime cum doceat antiquissimus Autor Simocatta, quamdam Christi effigiem, sine pictoris aut hominis arte factam, Mauritii Imperatoris ævo fuisse Constantinopoli, seu potius in Romanorum castris, cujus haberent archetypum Romani. Ἐπεὶ δὲ πολέμιον παρεφαίνετο, καὶ ἦν κόνις πολλή, Φιλιππικὸς τὸ Θεανδρικὸν ἐπεφέρετο ἐκτύπωμα. Ὁ λόγος ἔκαθεν καὶ ἐς τὰ νῦν διηχεῖ θείαν ἐπιστήμην λογοῦσαι, οὐχ ὑφάντου χεῖρας (γρ. τεκτήνασθαι) τετήνασθαι, ἢ ζωγράφου μηλιάδα ποικίλαι· διά τοι τοῦτο καὶ ἀχειροποίητος παρὰ Ῥωμαίοις καθυμνεῖται. καὶ τῶν ἱεροθέων πρεσβειῶν ἠξίωται. ἀρχέτυπον γὰρ ἐκεῖνο θρησκεύουσι Ῥωμαῖοι τι ἄρρητον. Ταυτὸ ὁ στρατηγὸς τῶν σεβασμίων περιπέπλων γυμνώσας, τὰς τάξεις ὑπέτρεχε, κρείττονος καὶ ἀνταγωνίστου θράσους ἐντεῦθεν μεταδιδοὺς τῷ στρατεύματι. *Ubi hostes appropinquare, pulverea nubes indicio fuit, Philippicus,* (Dux exercitus, Mauritii Imperatoris sororius) *Dei hominisque Jesu Christi effigiem circumfert. Jam olim fama emanavit, & usque hodie durat, eam effigiem non texentis manu comparatam, aut pictoris arte coloribusque variatam, sed divinitus efformatam esse; quo circa etiam apud Romanos, ut* ἀχειροποίητος, *id est, non hominis manu confecta celebratur, & sacris divinisque honoribus colitur: habent enim archetypum Romani, & ut sacrosanctum quid venerantur. Hanc effigiem sacra veste (velo nempe) nudatam gestans exercitum obibat, indeque audendi generosam & inexpugnabilem militibus alacritatem injiciebat.* Hæc Simocatta; qui mox infra narrat, cui sub pugnæ tempus interim servandam crediderit Philippicus. Eamdem postea divinam iconem Priscus, qui Philippico successit, ad componendam exercitus seditionem adhibuit, ac tandem Heraclius in Persidem contra Cosdroem profectus, in acie circumtulit. Theophanes in Heraclio: Λαβὼν δὲ ὁ Βασιλεὺς ἐν χερσὶ τὴν Θεανδρικὴν μορφὴν, ἣν χεῖρες οὐκ ἔγραψαν, ἀλλ' οἷον ἐν εἰκόνι ὁ πάντα μορφῶν καὶ διαπλάττων Λόγος, ἄνευ γραφῆς μόρφωσιν ὡς ἄνευ σπορᾶς κύησιν ἤνεγκεν. Καὶ τοῦτο πεποιθὼς τῷ θεογράφῳ τύπῳ, ἀπήρξατο τῶν ἀγώνων, πιστὰ δοὺς τῷ λαῷ, ὡς σὺν αὐτοῖς μέχρι θανάτου ἀγωνίσηται, καὶ ὡς τέκνοις οἰκείοις τούτοις συναρμώσηται. *Accepta Imperator in manus effigie, quæ Christum Deum & hominem referebat, nullis efficta manibus, sed quam illud quod omnia format & effingit Verbum, velut in imagine, sine pictura figuram, tamquam sine satu & semine partum edidit. Fretus hac divinitus effigiata forma, certamen aggressus, fidem militibus populoque suam astrinxit, se vivum mortuumque cum illis veluti suis germanisque liberis devinctum, in bello & acie perseveraturum.* De hac Persica expeditione idem cum Theophane narrat Cedrenus, nempe Imaginem Christi ab Heraclio in acie manu gestatam: & præterea addit, eamdem ab ipso contra Phocam profecto, ex Africa Constantinopolim cum classe deportatam; cum ait: Ὁ δὲ Ἡράκλειος πλοῖα πολλὰ ἐξ Ἀφρικῆς ἐξοπλίσας, καὶ στρατὸν κατὰ Κωνσταντινούπολιν κατέλαβεν, ἐπιφερόμενος καὶ τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: *Interim Heraclius cum magna & armata classe Constantinopolim appellit, secum ferens etiam Servatoris nostri Imaginem, nullo manus ministerio factam.*

Ex his habes, Mauritio & Heraclio imperantibus, imaginem ἀχειροποίητον servatam fuisse Constantinopoli, & inde per exercitus Duces in castra non semel deportatam. Verum ævo Tiberii Secundi, qui Mauritio genero Imperium tradidit, in eadem urbe jam religiosissime custoditam constat ex Græcorum Menologio, undecima Augusti, ubi hæc leguntur: Διήγησιν περὶ τῆς ἀχειροποιήτου εἰκόνος, τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Narratio de non manu facta imaginem Domini & Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi.* Et vero conjicerem ausim, jam tunc in acie prælatam (anno Christi D. LXXXI.) cum Tiberius Regem Persarum Chosdroem, post obitum Justini, Romanum Imperium invadentem, per strenuissimos Duces Justinianum Justini nepotem & Mauritium variis præliis fudit; ipsamque Persidem penitus devastavit. Nummi Tiberii & Justiniani nomine cusi id videntur innuere, in quibus aversis effigies Christi usurpata primum conspicitur, a divina illa Imagine forsitan mutuata: aureum unum sic describit Nummographus:

D. N. JUSTINIANUS ET TIBERIUS PP. A. *duæ facies.*

D. N. IHS. CHRIST. REX REGNANTIUM. *imago Christi cum cruce.* alterum Justiniani solius, etiam ex auro, vidi alias hac forma:

Ad-



Admiranda porro primis illis sæculis patrata Constantinopoli, virtute sacræ Imaginis, narrantur in Græcorum Menæis, quæ non abs re visum est hic adnectere: Ἐν ταῖς ἡμέραις Τιβερίου τοῦ βασιλέως, θαῦμα μέγα καὶ παράδοξον γέγονε. Γυνὴ γάρ τις τοὔνομα Μαρία, συγκλητικὴ Φιλόχριστος, τὴν ἀξίαν Πατρικία, χήρα οὖσα, περιέπεσε πάθει χαλεπῷ· καὶ ἀποκαμοῦσα ἀπὸ πάσης ἀνθρωπίνης βοηθείας, ἀνέθετο ἑαυτὴν τῷ Θεῷ καὶ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ. Ἔννοιαν τοίνυν ἀγαθὴν ὑποθεμένη ἑαυτῇ, ἀποστέλλει πρὸς τοὺς λειτουργοὺς τῆς ἁγίας δεσποτικῆς καὶ ἀχειροποιήτου εἰκόνος, ἀφικέσθαι πρὸς ἑαυτὴν ἀξιοῦσα. Τῶν δὲ παραγενομένων, προσέπεσε τοῖς ποσὶν αὐτῶν, λέγουσα· Δέομαι ὑμῶν κύριοί μου, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς διὰ τὰς ἁμαρτίας μου συνεχώρησέ με μαστίζεσθαι ὑπὸ χαλεπῆς νόσου καὶ ὀλεθρίας, βούλομαι ἡ ταλαίπωρος καὶ ἀναξία, δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων ὑμῶν, δέξασθαι τὸν δεσποτικὸν καὶ ἅγιον χαρακτῆρα εἰς τὸν πανευτελῆ μου οἶκον ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ ἴσως δι' αὐτοῦ ποιήσει ἔλεος μετ' ἐμοῦ. Οἱ δὲ, εἰδότες τὴν διαγωγὴν καὶ τὴν πνευματικὴν αὐτῆς κατάστασιν ἐπιστάμενοι, ἤγαγον τὸν ἅγιον χαρακτῆρα. Καὶ τῆς ἁγίας ἀνοιχθείσης θήκης, προσεκύνησεν ἡ γυνὴ καὶ ἠσπάσατο; καὶ λαβοῦσα βαβίκινον μίτον ἰσόμετρον τῆς ἁγίας εἰκόνος, τέθεικεν ἐπάνω αὐτῆς· εἶτα βαλοῦσα αὐτὴν εἰς καθαρὸν σκρίνιον, ἠσφαλίσατο δι' αὐτῆς καὶ ἀποθεῖσα ἐν τῷ εὐκτηρίῳ αὐτῆς, ἐφωταγώγει λαμπρῶς ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα, λειτουργοῦσα. Πληρωθεισῶν δὲ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, ἤρξαντο αἱ ὀδύναι τῆς γυναικὸς γίνεσθαι σφοδραὶ καὶ ἀφόρητοι, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτὴν μηδὲ τῆς κλίνης ἀναστῆναι. Προσκαλεσαμένη δὲ μίαν τῶν παιδισκῶν ἣν οἶδε καθαρωτέραν, φησὶ πρὸς αὐτήν· Δέξαι τὴν θήκην τῆς ἁγίας εἰκόνος, ὅπως προσκυνήσω, καὶ εὕρω μικρὰν ἀνάπαυσιν τῆς συνεχούσης με σφοδρᾶς ὀδύνης. Ἡ δὲ πορευθεῖσα εἰς τὸ εὐκτήριον, εἶδε θαῦμα μέγα καὶ παράδοξον· Φλὸξ γὰρ πυρὸς ὡς πλησμονὴν γεννηθεῖσα ἐκ τῆς ἁγίας θήκης ἐκείνης, ἀνήρχετο μέχρι τοῦ στέγους, καὶ καθάπτουσα τὸ ὅλον θυσιαστήριον, κατήρχετο μέχρι δαπέδου, μηδὲν τὸ σύνολον τὸ θυσιαστήριον βλάπτουσα. Καὶ ἐκπλαγεῖσα ἡ παῖς ἔπεσε χαμαί· δραμοῦσα δὲ ἑτέρα, ἀπήγγειλε τῇ κυρίᾳ αὐτῆς. Ἡ δὲ κατάφοβος γενομένη, κατῆλθε τοῦ κλινιδίου, καὶ βίᾳ πρὸς τὸ εὐκτήριον ἀπελθοῦσα, καὶ τὴν φλόγα ἰδοῦσα, τὸ Κύριε ἐλέησον ἀνεβόησεν· εἶτα μετεκαλέσατο τοὺς λειτουργοὺς μετὰ σπουδῆς. Συνηκολούθησεν δὲ αὐτοῖς καὶ ὄχλος πολὺς, καὶ πάντες ἰδόντες τὸ παράδοξον, κατεφλάγησαν. Ἀνερχομένης δὲ τῆς φλογὸς καὶ κατερχομένης ὥσπερ ὀθόνης πλοίου ὑπὸ ἀνέμου σφοδροῦ ῥιπιζομένου, ἔκραζον πάντες τὸ Κύριε ἐλέησον ἐπὶ ὥρας πολλάς. Γενομένης δὲ ἱερατικῆς εὐχῆς, κατέπεσεν ἡ φλὸξ, καὶ ἀνοίξαντες τὴν θήκην, εὗρον τὴν ἁγίαν δεσποτικὴν καὶ ἀχειροποίητον εἰκόνα ἀσινῆ καὶ ἀλώβητον. Λαβόντες δὲ καὶ τὸ βαβίκινον τμῆμα, ὃ ἐπέθηκεν ἡ Πατρικία, εὗρον ἐν αὐτῷ ἕτερον χαρακτῆρα δεσποτικὸν ἀχειροποίητον, ὢ τοῦ θαύματος, ὅμοιον τῷ πρωτοτύπῳ. Δοξάσαντες δὲ τὸν Θεὸν ἐπὶ τούτῳ πάντες, καὶ ἀσπασάμενοι αὐτὸν, ἔθηκαν ἐπὶ τὸ ἄλγος τῆς γυναικὸς, καὶ εὐθέως αἱ ὀδύναι ἀπηλάθησαν, ἡ δὲ νόσος ἐδραπέτευσε, καὶ ἡ γυνὴ ἰάθη, καὶ τελέως εἰς ἑαυτὴν ἐλθοῦσα, ἀνέστη δοξάζουσα τὸν Θεὸν σὺν πᾶσι τοῖς ἐλθοῦσι μετὰ τῶν πρεσβυτέρων. *Tiberio, qui Mauritium præcessit, imperante, ingens planeque insolens miraculum accidit. Matrona quædam, cui Mariæ nomen fuit, e Senatorio ordine, Patricia stirpe nata, religiosa admodum, orbata viro, in gravem & mortiferum inciderat morbum, cui nulla ope humana succurri poterat. Commendanti suam salutem D. N. Jesu Christo, res bona in mentem venit, Presbyteros sacrosanctæ illius a Domino sine manus opera factæ Imaginis custodes, per certos homines accersit. Præsentibus supplex advoluta, Obsecro, inquit, Domini mei, quandoquidem ob culparum mearum noxas, a Deo, gravi periculosoque morbo castigor, cupio infelix ego & indigna, per vestras preces, sanctam Domini effigiem ad dies quadraginta in vilissimas ædes meas transferri; forte per illam a Domino misericordiam impetrabo. Sacerdotes animadversa cognitaque illius pietate & religione, sacram Domini Imaginem attulerunt. Reclusa ergo hierotheca, mulier venerata Imaginem & exosculata, accepit telam bombycinam, ejusdem cum sacra effigie magnitudinis, illamque imagini Domini imposuit. Deinde imaginem Domini ita tectam, mundissimo scriniolo inclusam custodivit, firmataque per eam,*

eam, in sacrario suo collocavit, & luminibus magnifice illustratum, dies totos quadraginta assidue coluit. Die jam quadragesimo elapso, feminæ cruciatus rediere gravissimi, adeoque intolerandi, uti ne de lectulo quidem se levare posset. Vocatæ ergo ex ancillis alteri, quam castiorem noverat, Vade, inquit, adfer sacræ imaginis arculam, ut adorata illa, aliquod inde dolorum meorum levamen recipiam; quæ ingressa sacellum, vidit prodigium formidabile inexpectatum. Flamma (ad asserendam sacræ imaginis fidem) ex bierotheca illa ad laquearia usque erupit, aramque totam complexa, ad pavimentum usque descendit, nec labem interim ullam altari intulit. Attonita puella concidat, alteraque curriculo Dominæ rem denuntiat: quæ territa de lectulo descendit, & totis connixa viribus, ad ædiculam adrepsit, conspectaque flamma exclamavit, Kyrie eleison: moxque accersivit Sacerdotes, quos magna hominum comitata copia; qui omnes viso inusitato miraculo perculsi sunt. Flamma autem adscendente ac descendente, non secus ac velum in navigio a tempestate vehementer jactatum, omnes ad multas boras Kyrie eleison ingeminarunt. Fusis autem precibus flamma evanuit, apertaque capsula, sanctam Domini effigiem sine manu expressam, illæsam intactamque reperere: quin & telam illam sericam a Patricia impositam alteri imagini tollentes, eamdem prorsus, ac genuina illi archetypæ (o stupendum miraculum!) Domini forma, sine ullius ope insignitam, invenerunt; laudatoque super hoc beneficio Numine, exosculantes imaginem, feminæ laboranti imposuerunt, subitoque morbi dolores omnes abstersi, mulierque sibi penitus restituta surrexit, Deoque debitas laudes, cum toto Sacerdotum & populi cœtu persolvit. Hæc Menæa: in quibus deinde traditur, venerandam illam matronam, sub vitæ finem, effigiem miraculo expressam in Cœnobio Melitinensi S. Assumptionis reponi curasse, unde ablata per Sergium Patriarcham, novo miraculo, Deo sic volente, est restituta. Hucusque de Imaginibus Christi Servatoris ἀχειροποιήτοις: de quibus si quæratur, qui factæ illæ fuerint, & quidem hæ postremæ per velaminum ad primigenias applicationem; in mantili vero Abagari, & Veronicæ peplo, per contactum vultus Christi, aut sudi, aut sudore difluentis: dicam ego omnes eas (non secus ac sepulchrales) miraculo factas fuisse; ut essent perennes & egregii typi amoris Christi Domini erga miseros mortales; *ut per eas* (verba sunt Sextæ Synodi Constantinopolitanæ) *manu duceremur in memoriam suæ in carne conversationis, passionis, salutiferæ mortis, & præterea mundo factæ redemptionis.* Affirmabo præterea illas, *digito Dei*, (ut loquitur Baronius) sive divinæ virtutis potentia depictas; uti velum illud sacris Imaginibus divinitus pictum, & appensum in Ecclesia S. Stephani Protomartyris, in Uzalensi Africanæ provinciæ civitate, de quo multa Evodius, ejus loci Episcopus, æternæ memoriæ scriptis prodidit. De quibus omnibus si aliquis adhuc dubitet, *cogitet ille facientem* (inquit Hugo de S. Victore) *& desinet esse mirabile quidquid erit; & si mirabile esse non desierit, tamen impossibile non erit: nam si factor omnipotens cogitatur, non erit impossibile quidquid erit.*

CAPUT XXXVI.

Quis cultus exhibendus Linteis sepulchralibus Christi Domini?

EXcellentissimus plane, si quis alius rebus sacris exhiberi soleat: hactenus enim satis, opinor, docuimus, Lintea ista sanctissima, Christi Servatoris esse imagines non arte humana, sed divina expressas manu; & inter præcipua Religionis nostræ pignora jure quam optimo censeri. Neque enim alio ducta sunt colore harum imaginum præcipua lineamenta, quam Christi sanie pretiosa, unguentis, & cruore purpureo, quem in ejusmodi notis & vestigiis liceat observare. Aliquid certe sanguinis in terris etiamnum superesse concedit Cajetanus, ubi distinguit inter sanguinem vitalem & nutrimentalem. Vitalem sive pulsatilem ait Galenus a sinistro cordis ventriculo per aortam ferri in totum corpus; cujus e sinu cordis exclusionem, inferre tradunt Medici vivifici nectaris paupertatem. Nutrimentalem vero vult forte Cajetanus esse illum sanguinem, qui successive ad continuam nutritionem in hepate Christi mortalis gignebatur, eumque non fuisse totum a Christo resurgente denuo collectum: quod etiam concedit Suarez, cum corpus humanum tantæ copiæ capax non sit. Pius II. in Bulla ad Abbatem S. Mariæ, Xantonensis Diœcesis, hanc opinionem non esse fidei contrariam definivit: *Nos* (inquit) *qui de prædictis certam notitiam habemus, attendentes, quod veritati fidei nullatenus repugnat, affirmare Redemptorem nostrum de sanguine præfato, ob ipsius passionis memoriam, aliquam partem in terris reliquisse, &c.* Gloriatur Mantuana Ecclesia, habere se de sanguine qui fluxit de latere Christi Salvatoris, (non de latere imaginis ipsius crucifixæ in Syria,

ria, in Beryto civitate) eumque verum esse Domini sanguinem, declaravit Leo III. Pontifex ante annos octingentos, ut notat Bellarminus: & Baronius asserit, extare Romæ Diplomata Pontificis, in quibus sanguinis illius veritas confirmatur. Scribit etiam Matthæus Parisiensis, missum fuisse ab Jerosolymitano Patriarcha vasculum cum vero Christi sanguine, ad Henricum III. Angliæ Regem, susceptumque cum incredibili celebritate, prædicantibus Episcopis, & rationem reddentibus de veritate illius sanguinis. In Galliæ Narbonensis urbe S. Maximini, servatur verus sanguis Christi Domini, phiala vitrea conclusus; qui quotannis die Veneris sancto, dum passionis Dominicæ Officium recitatur, maximo miraculo cernitur per se attolli & ebullire. Sixtus IV. in Opusculo de Sanguine Christi, affirmat, verum ejus sanguinem & imaginem conspici in Sindone Camberiensi: quod laudat & amplectitur Julius II. in Bulla, qua anno M. D. VI. Sindoni illi Festum diem, ac proprium Officium constituit, ut alibi retulimus. Quare injuria censuit Turrecremata, erroneum ac temerarium esse, verum ejusmodi sanguinem in terris agnoscere. Ipse denique Vasquez aliquam particulam effusi a Christo sanguinis, fatetur superesse in *spinis*, *in clavis*, *ligno crucis*, *sudario*, *& aliis*; non in propria tamen forma sanguinis, sed coloris cujusdam purpurei.

Verum quidquid de hac controversia statuatur, facile fuerit nostram assertionem de cultu Sudariis debito comprobare, si observaris, aliud longe esse, imaginem *per se* adorari, & aliud, *propter se*: sicut etiam plurimum differunt, exemplar adorari in imagine, & imaginem adorari propter exemplar. Fatentur siquidem omnes Catholici, numquam imaginem propter se adorari, cum non sit proprie capax excellentiæ, cui nos submittamus; (est enim res inanima:) multi tamen contendunt adorari in se, hoc est, non in alio, aut cum alio quod simul adoretur. Cum igitur imago adoratur propter exemplar, in se tamen adoratur, & proxime actum illum terminat; licet tota ratio ejusmodi cultus & observantiæ, sit ipsum exemplar quod in imagine exprimitur; non secus ac dum observatur Legatus propter Regem, illa dubio procul observantia Legato, non tamen propter se, sed Regis causa exhibetur: & tota ratio volendi medium quod per se concupiscitur, est finis. Quando vero asserimus, exemplar adorari in imagine in qua refulget, sive imaginem non adorari per se, sed aut per aliud, aut in alio, volumus ipsum prototypum non modo esse motivum adorationis, sed ipsam etiam materiam & terminum proximum: primario enim adoratur, & imago non nisi cum illo; ita ut ne mente quidem & intellectu sejungi queat imago a prototypo; ex quibus efficitur, ut unicus sit imaginis & exemplaris cultus. Quare cum verissima sit illa antiquorum tum Patrum tum Theologorum sententia, quæ imaginem ab exemplari secerni vetat, & unicum utriusque cultum agnoscit, quo scilicet prototypon in suo typo observetur; apparet quam sancto cultu colendæ sint hæ divinæ Christi effigies. Debet igitur semel statui nostra hæc de Imaginum veneratione sententia: quod sane pridem accurate præstitit Vasquez, tertia parte, disputatione centesima octava; ubi omnium veterum passim fuisse confirmat, capite secundo. Apertus est omnino S. Thomæ sensus, ibidem, quæstione XXV. articulo III. docet enim eamdem imagini Christi, quæ ipsi Christo, tribuendam adorationem, latriæ scilicet; quod ibidem articulo IV. de Cruce iterum inculcat; licet ille loquendi modus commoda egeat, uti dicemus, expositione.

Franciscus quoque Turrianus, hæreseon impugnator acerrimus, idem probat ex Nicephoro Patriarca Constantinopolitano, qui Dialogo *Orthodoxus*, quærenti hæretico, quibus sacris paginis constet adorandam Christi imaginem, respondet, *ibi scriptum esse*, *ubi scriptum est adorandum esse Christum*, *siquidem inseparabilis est a prototypo effigies*. Et paulo post pergit ostendere, unum esse, imaginem & exemplar, non natura, sed σχέσει, habitudine. *Deus & homo dicitur Christus significatione nominis*, *& natura divinitatis & humanitatis*: *imago vero ejus*, *significatione nominis dicitur Christus*, *non autem natura divinitatis & humanitatis*, *habetque communionem nominis & honoris*, *atque adorationis cum prototypo*. Reliquos Patres dabit Vasquez: omnium instar sit Basilius, qui libro de Spiritu sancto ad Amphilochium, (quod etiam usurpatur a Damasceno, & in Septima Synodo, actione quarta a Joanne Presbytero) sic ait: Ὅτι βασιλεὺς λέγεται καὶ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκών, καὶ οὐ δύο βασιλεῖς· οὔτε γὰρ τὸ κράτος σχίζεται, οὔτε ἡ δόξα διαμερίζεται. Ὡς γὰρ ἡ κρατοῦσα ἡμῶν ἀρχὴ καὶ ἐξουσία μία, οὕτω καὶ ἡ παρ' ἡμῶν δοξολογία μία, καὶ οὐ πολλαί, διότι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. *Quia Rex etiam dicitur Regis imago*, *& non duo Reges*; *neque enim Imperium scinditur*, *neque gloria dividitur*. *Quemadmomodum ergo principatus & po-*

& potestas una est, quæ nobis dominatur; sic etiam & glorificatio a nobis una est, & non multæ, propterea quod imaginis honor ad exemplar transit. Quibus verbis optimam causam reddit Basilius, cur una sit Regis & imaginis Regiæ glorificatio, quia unum est utriusque imperium & dignitas: nulla siquidem alia dignita & excellentia cui nos submittamus, est in imagine inanima, quam ipsiusmet exemplaris quod in ipsa refulget; ac proinde incapax prorsus est imago affectus illius interni, quo alteri propter summam ejus præstantiam nos ipsos submittimus, ejusque signa prodimus exterius. In illo autem interno affectu consistit adoratio, non autem aut in osculis, aut in genuflexionibus, quæ proxime ipsa afficiunt simulacra. Quod magis illustratur a contrario: quis etenim dicat, imaginem injuriæ cujuspiam capacem, si vel leviter sejungatur a prototypo?

Denique favet prorsus Tridentinum, quod decreto de Imaginibus statuit, Imagines venerandas; *non quod credatur inesse in iis aliqua divinitas, vel virtus propter quam sint colendæ, vel quod ab iis aliquid sit petendum, vel quod fiducia sit in Imaginibus figenda, veluti olim fiebat a Gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant; sed quoniam honor, qui exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentant, ut per Imagines quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos quorum illæ similitudinem gerunt, veneremur*. Quæ omnia plane evincunt, quasi participato quodam cultu, ipsi Christo aut patienti aut demortuo debito, observanda esse sacra Sudaria, quæ imagines Christi miraculosas esse toties inculcamus: quamvis hoc loquendi modo, ut latria dicantur colenda, merito abstinere nos velint (*Dis.* 110.) Vasquez & Bellarminus, (*Lib.* 2. *de Sanctis cap.* 22.) consentanee dictis Septimæ Synodi. Latria enim significat affectum interioris servitutis, quæ fit in spiritu & veritate, & soli Deo exhibetur: qui affectus non fertur in imaginem sine exemplari; quod tamen illis verbis exprimi videtur, *imago adoratur latria*. Si vero significetur, opus illud externum, quo honoramus imaginem, nasci ab interno affectu qui latria sit; vera in quodam analogico sensu est propositio; quia ejusmodi osculum, genuflexio, aut signum aliud, quod proxime attingit imaginem Christi, ex latria procedit, qui cultus externus aliquando *adoratio* dicitur.

Denique idem de sanctis Sudariis, quod de S. Cruce (quam supra S. Thomas latria adorari dicebat) sentiendum, cum pares ubique sint rationes; ipsique adversarii, qui volunt imaginem distincto cultu ab exemplari eoque inferiori observari, concedunt tamen analogice ad cultum prototypi referri; atque ita Sanctorum effigies coli *dulia secundum quid*; B. Virginis *hyperdulia secundum quid*; & Christi proinde *latria secundum quid*. Sic Bellarminus libro secundo de Sanctis; & omnes præterea peculiarem superioremque Cruci Dominicæ cultum assignant, ob sacratissimi Sanguinis aspersionem, Christi contactum, & nostræ redemptionis instrumentum: quæ rationes prorsus in sanctis Sudariis militant, aliisque passionis Dominicæ instrumentis, de quibus sic Damascenus: Προσκυνοῦμεν τοῦ Σταυροῦ τὸ ξύλον, τοὺς ἥλους, τὸν σπόγγον, τὸν κάλαμον, τὴν λόγχην, τὴν ἱερὰν καὶ σωτήριον τὴν ἐσθῆτα, τὸν χιτῶνα, τὰς ΣΙΝΔΟΝΑΣ, τὰ σπάργανα. *Nos veneramur & adoramus sanctæ Crucis lignum, clavos, spongiam, arundinem, lanceam, sacramque illam & salutarem vestem, tunicam,* SINDONES, *fascias*.

Recte igitur omnino Leontius Dialogo quinto contra Judæos, ut refert etiam Septima Synodus Articulo quarto: *Quemadmodum Jacob accipiens a filiis suis vestem sanguine conspersam Joseph, cum lacrymis osculatus est, suisque oculis circumposuit, non ipsam vestem diligendo aut honorando hoc fecit; sed per eam arbitratus est se Joseph osculari, & in manibus habere: sic etiam Christiani omnes, Imagines Christi tenentes, nostraque carne osculantes, animo videmur nobis ipsum Christum amplecti*.

In his igitur sanguinolentis Joseph nostri vestibus, Josephum ipsum, cujus vetus ille umbra fuit, toto pectore debemus venerari. Quod ad me attinet, ego divinam imaginem, quæ refulget in Sudario nostro Bisontino, multoties sum veneratus, tamquam augustissimum nostræ salutis monumentum; & hic ad extremum, eadem oratione compello eam, qua olim Sudario Edesseno impressam Constantinus Imperator Porphyrogenitus filius:

O divina similitudo ejus, quæ mutari non potest, Patris similitudinis! O characterchar acteris divinæ substantiæ! O venerandum & omni honore dignum signaculum primariæ pulchritudinis Christi Dei nostri (tecum enim loquor, tamquam cum re animata,) conserva & custodi semper eum, qui pie & moderate nobis imperat, & adventus tui memoriam luculenter celebrat, quem cum tua benignitate ad avitam & paternam sedem extulisti; conserva ejus germen, & generis successionem, & sce-

ptro-

ptrorum perpetuitatem: statum pacificum præbe Reipublicæ: concede ut hæc Regina (Constantinopolis.) *civitatum maneat inexpugnabilis: & nos ut placentes Archetypo tuo, Christo Deo nostro, admittamur in ejus regnum cæleste, eum glorificantes & celebrantes, quoniam eum decet gloria, & adoratio, in sæcula sæculorum. Amen.*

Ego ne litterulam quidem immutarim in piissimi Cæsaris precatione; æqualis enim in omnibus mens mihi: orare pro invictissimo Imperatore nostro Ferdinando: pro omnibus Christianis atque Catholicis Principibus, a quibus pendet beata tranquillitas Reipublicæ Christianæ: pro Vesontione nostra, quæ vel solo divinæ Imaginis thesauro quem possidet, Civitatum cis Alpes jure dici possit Regina: denique pro salute nostra, quam concedat nobis fons & origo bonorum omnium Deus, in quo desino; utinam sic in extremo illo exitu, certo & incerto fide. Amen.





JOH. CHRISTOPH. ROSTEUSCH.

עמ״י עש״ז

ΤΑΦΟΙ ΚΕΚΟΝΙΑΜΕΝΟΙ

SIVE

DISSERTAT. PHILOLOG. DE SEPULCRIS CALCE NOTATIS

E Matth. cap. XXIII. *comm.* 27. *institutæ*

PARS PRIOR.

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ.

A*Ntiquitatis accurata pervestigatio ut sua se amœnitate magnopere commendat: ita utilitatis fructum præbere haud proletarium merito censetur. Non descendemus jam ad Romanorum Græcorumque subsellia, quorum ritus & mores antiquitus receptos novisse utilissimum pariter jucundissimumque esse fatentur omnes; sed intra Hebræorum instituta subsistemus, quorum diligentem cognitionem sacrarum inprimis literarum studio consecratis non levidense afferre commodum dubio caret. Multa passim in Veteri Novoque Fœdere consignata deprehendimus, quæ si quis nulla tinctus Hebraicarum antiquitatum scientia intelligere vel enarrare cupiat*, merito, (*verba sunt Cl. L' Empereur in Epist. dedic.* ὁδοιπορ. *R. M. Kimchi*) compellabitur Apollinis ad Hectorem verbis.

Νῦν

Νῦν σὺ μὲν ὧδε θέεις ἀκίχητα διώκων.

Irritus omnis & frustraneus est eorum conatus, qui quæ ex Hebræorum fontibus promanarunt, aliunde licet ingeniose derivant; aut, quibus lucem unice fœnerantur relicta ad posteritatis memoriam Hebræorum scripta, ex aliarum gentium monumentis felicius posse peti putant. In quorum censum merito referendus est Jesuita Menochius, qui Hebræorum Rempublicam vivis ooloribus depicturus statim in fronte operis nihil se ex eorundem scriptis, sed omnia e puris [*ut loquitur,*] Sanctorum Patrum fontibus & ab Ecclesia probatorum auctorum dictis & doctrinis hausisse, *satis* ἀτόπως *professus est. Alia ipsis Patribus, quorum tamen paucissimis in Hebræorum adyta penetrare contigit, mens fuit, inter quos Eusebius lib. 7. Parasc. Evang. cap. 8. diserte scribit:* δεῖ τὰ ἑβραίων ἐκ τῶν παρὰ ἑβραίοις λογίων, ἀλλὰ μὴ ἀλλαχόθεν ἀποδέχεσθαι. *Quod egregium non infimi Ecclesiæ Doctoris monitum & nos impræsentiarum commendatum habebimus, quando de insigni Hebræorum ritu* Sepulchta calce notandi *nonnulla* [*faxit Deus, feliciter!*] *commentari constituimus.*

CAPUT PRIMUM.

De τάφοις κεκονιαμένοις, quibus Salvator noster Pharisæos & Scribas comparat *Matth. c.* 23. *vers.* 27. nonnulla dicturi operæ esse pretium existimamus a nominum evolutione ordiri, quoniam Plutarcho judice *l. de Isid. & Osir.* ἄριστα λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ τὰς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκέειν ὀνομάτων, κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασι. Nomen τάφος quod a θάπτειν derivari est notissimum, proprie Sepulcrum redditur, in quo significatu nihil frequeutius apud Scriptores. Alias ambigua vox est & πολύσημος cum propter verbi, a quo originem ducit, multiplices usus ac potestates, tum alias etiam causas. Geographis enim eo nomine venit insula quædam in mari Jonio sita. Unde ita *Phavorinus in Lex. Gr. pag.* 1736. τάφος ἡ νῆσος μία τῶν ἐχινάδων νήσων ἔχει ὁμωνυμίαν πρὸς τὸ θάμβος, ὅτε καὶ αὐτὸ τάφος λέγεται. Celebrantur in scriptis veterum, qui eandem inhabitarunt λησαὶ τάφιοι, de quibus idem l. c. τὰς ταφίες πρότερον τηλεβόας φασὶ καλεῖσθαι. (conf. etiam Hesychius in Lex.) κληθῆναι δε αὐτὰς ταφίες ἀπὸ τάφε τινὸς βασιλέως. Meminit eorundem quoque *Strabo Geogr. l.* 10. insulam τάφον postea ταφίεσαν appellatam addens. Sed & urbem quandam Cephalleniæ τάφον esse dictam tradit *Stephanus Byzantius* περὶ πόλεων *fol.* 642. *Ed. nov.* cujus vero num præter eum & alii meminerint, non constare sibi scribit in notis *Thomas de Pinedo.* Porro τάφος, quod e θάπος ἰωνικῇ ἐναλλαγῇ τῶν σοιχείων factum docet Eustathius ad Homeri Odyss. ω. idem est, quod ἔκπληξις, quam Aristoteles per ὑπερβάλλεσαν θαυμασιότητα definivit, quo de videatur Pricæus in Matth. illustr. *p.* 81. Ita Homerus Odyss. ω. τάφος δ' ἔλεν ἄνδρα ἕκασον, qui & primitivo θάπτειν frequenter pro ἐκπλήττεσθαι usus est. *Suidas* in Lex *pag.* 874. τάφος καὶ παρὰ τοῖς θύταις σημεῖον dici scribit. Nonnunquam περίδειπνον, quod juxta autorem Etymologici, in genere est ἡ ἐπὶ τοῖς ἀποθανᾶσι γενομένη ἑςίασις, non præcise illud epulum, quod post sepulturam celebrabatur, ut existimat *Fesselius in Adv. Sac. l.* 1. *c.* 12. *p.* 69. appellatur τάφος, cujus exemplum iterum suppeditat Homerus qui Iliad. ψ. v. 29. describens convivium sepulchrale Patroclo nondum sepulto agitatum ait: αὐτὰρ ὁ τοῖσι τάφον μενοεικέα δαῖνυ, ad quem locum notanda sunt verba Eustathii, quæ cum huc apprime faciant & alias quoque τε τάφε significationes sistant, placet integra ex ejusdem in Hom. παρεκβολαῖς *f.* 1285. transcribere: τάφος ἐ κατά τινας ὁ μετὰ τὸ ταφῆναί τινα περίδειπνος· ἀλλ' ἁπλῶς ὁ ἐπὶ νεκρῷ ἐπὶ γὰν πατρόκλε μήπω ταφέντος τάφος τοιᾶτος νῦν γίνεται. Ὅς πρὸς ἑσπέραν γενόμενος νῦν καὶ δόρπος ὑπὸ τε ποιητε λέγεται· ὡς δηλοῖ τὸ δορπήσαμεν ἐνθάδε πάντες, καὶ δόρπον ἐφωπλίσαντο ἕκασοι. Τὸ δε αὐτὸ καὶ δαῖτα ἐν

τα ἐν τοῖς ἑξῆς ἐρεῖ· ἐχ ἁπλῶς μέν τοι· ἀλλὰ συγερὰν ὡς ἐπὶ νεκρῷ γενομένην, ὅς ἐς συγὶς κατὰ μῦθον ἄπειστν. Ὁι δε γλωσογράφοι φασίν, ὅτι κύπριοι καὶ τὸν φόνον τάφον καλεσιν. ἕτεροι δὲ καὶ τὴν ταφὴν τάφον λέγεσθαι ὄιονται· ὡς καὶ τὴν χολὴν, χόλον· ὄιτε τάφε μνῆμα ἤγεν τάφης μνημόσυνον. Ὅ δὴ φησιν ἐν τοῖς ἑξῆς ὁ ποιητής· Καὶ τὸν ἐπιτάφιον δὲ ἀγῶνα τάφον καλεῖσθαί φασιν· ὡς τὸ, ἐς τάφον ὄθι πάντας ἐνίκα. Quæ totidem verbis repetit Phavorinus l. c. Nec omittendum, interdum vocem τάφος ad Os vel ventrem transferri ab autoribus, quod *in Comm. de Fun.* obſervavit *Meurſius*. Sed & vultures dictos olim τάφες ἐμψύχες conſtat ex *Hermogenis* libro περὶ ἰδέων cap. περὶ σεμνότητος a quo non multum abit, quod a Luciano ἔμψυχόν τινα τάφον hominem vocari nihil agentem vitaque indignum adnotavit *Eraſmus in Chiliad.* Quæ vero tralatitiæ ſignificationes omnes a genuina illa & præſenti, quem expendimus, loco propria deſcendunt, quatenus ſcil. τάφος denotat τόπον τὸ σῶμα τοῦ τεθνηκότος περιέχοντα, ut alibi ſcribit Phavorinus.

II. Altera vox eſt ΚΟΝΙΑΩ, quæ æque ut nomen κονία, a quo deſcendit, varias apud ſcriptores antiquos agnoſcit σημασίας. Duæ tamen videntur præcipuæ. Nam & pulveris aſperſionem involvit & dealbationem quæ calce fieri conſuevit. Prior ſignificatio a præſenti negotio eſt aliena. Etſi nam pulveris aſperſio in funeribus, cum cadaver ἄθαπτον deprehenderetur, Romanis pariter ac Græcis antiquitus uſurpata fuerit tanta religione, ut qui inhumatum hominis mortui cadaver in via offendiſſet, nec injecto ter pulvere tralatitium illud humanitatis officium defuncto præſtitiſſet, piaculare facinus commiſiſſe crederetur; quod ex naufragi Archytæ oratione liquet apud *Flaccum lib.* I. *Od.* 28. & *Scholiaſt. Sophocl.* teſtimonio, quod *in notis ad Arbitr. pag.* 308. allegat *Wowerius* & *Kirchman. de Fun. Rom. l.* 3. *c.* 21. *p.* 486. ea tamen ad præſentem locum nihil facit, cum nec hic de ἀτάφοις ſermo ſit, nec ulla iſtius ritus a Græcis Romaniſque frequentati veſtigia in Hebræorum gente unquam exſtiterint, quæ ſeculo adhuc integro moribuſque incorruptis ſummo id ſtudio cavebat, ne quis in humatus projiceretur, (quod contra *Samuelem Petitum* aſſerimus, qui *lib.* I. *Var. Lect. c.* I. *p.* 25. apud Hebræos eorum dicit inſepulta projecta eſſe cadavera, in quos gravius ſævitum iri vellent Judices); aut ſi quis forte deprehenſus ἄθαπτος eſſet, ſine ſepulchro relinqueretur E tali enim contemptu hominis quondam ad imaginem divinam conditi in Deum ipſum redundare injuriam aliquam judicabant Hebræi, quod ex Gemariſtatum in *Cod. Babylon. Beracot fol.* יח *col.* I. *circ. fin. Ed. Amſt.* verbis addiſcitur, cum quibus conferenda, quæ de המת המצו *ſ. mortuo præcepti* prolixe diſſerunt *Cod. Talmud. Naſir cap.* 7. *fol.* מז *& ſeqq. Maimonides in Hilcot Ev. cap.* 3. *Part.* 2. *fol.* חשנג *Ed. Ven. maj. & Tom.* 4. *fol.* רעו *Ed. Min. R. Abarbanel in Legem fol.* רנט *col.* 2. *Ed. Venet.* & de neceſſitate ſepulturæ in genere *R. Iſaac Arama in Akedat Iizchak port.* 22. *fol.* נו *col.* I. *Ed. Venet.*

III. Poſterior itaque attendenda hic venit ſignificatio, ſecundum quam τὸ κονιᾶν verbis *Phavorini* eſt τὸ διὰ τιτάνεως χρίειν τινα τοῖχον. Ita hanc vocem Interpretes, quos conſulere licuit, reddiderunt omnes *Chryſoſtomo* in h. l. τάφοι κεκονιαμένοι ſunt τάφοι κεχρισμένοι γύψῳ τε καὶ ἀσβέστῳ Vid. Cat. Patr. Symb. in Matth. *p.* 309. Optime quoque Syrus ܕܕܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܩܒܪ̈ܐ ܡܟܠܫ̈ܐ *qui ſimiles eſtis ſepulchris calce obductis*. Significat enim ܟܠܫ *induxit tectorium calce*, deſcenditque inde nomen ܟܠܫܐ quod *Jacobus Elgais Autor Lex. Syro Arab. MS.* exponit per النورة *cæmentum* apud *Lud. de Dieu in Matth. pag.* 103. Syriacæ verſionis ut النعل بالنعل *ſolea ſoleæ*, quod Arabes ajunt, reſpóndet Arabica. Nam & Arabs eadem utitur voce vertens القبور المكلسة Æthiopus, ut in ſimili vel, quod mavult *Pokok. in notis ad port. Moſ. p.* 82. & cum eo *Hottingerus in Præf. lib. de Cippis*, eadem parabola *Luc.* XI. *verſ.* 44. μνημεῖα ἄδηλα omnium optime traſtulit per መቃብር ፡ ዘኢይትዐወቅ ፡ *Sepulchrum, quod non eſt ſignatum:* ita etiam hic ſatis appoſite reddidit: መቃብረ ፡ ግብሱሳን ፡ *Sepulchra gypſata, gypſo*, quod Plinio cognata calci res eſt, *obducta*. Eſt enim Æthiopicum ገብሰሰ ፡ idem quod ለኀገ ፡ *obduxit calce*, vel potius *Gypſo*, quod nomen huic Æthiopum radici quadriliteræ Gybſaſa natales ſuos debere videtur. Perantiquum enim & frequentem fuiſſe Æthiopibus uſum

usum Gypsi docet *Heredotus*, qui *lib.* 3. *Hist. fol.* 108. *Ed. Gr.* inter alia de Æthiopibus refert: ἐπεὰν τὸν νεκρὸν ἰσχνήσωσι γυψώσαντες ἅπαντα αὐτὸν, γραφῇ κοσμέουσι, ἐξομοιεῦντες τὸ εἶδος ἐς τὸ δυνατόν. Autor Versionis Hebreææ in Matth. habet קברות מולבנות secutus forte Vulgatam, quæ *Dealbandi* vocabulum adhibet. Melius vim vocis expressisset, si reddidisset קברות מסויד ות *Sepulchra calce obducta* vel מצויינות בסיד *Calcenotata*, uti Hebræis in hoc negotio loqui familiare est.

CAPUT SECUNDUM.

Expedita ὀνοματολογία ad rem ipsam provehimur, quæ cum tota ex Hebræorum monumentis petenda sit, nihil ab instituto nostro alieni commissuri sumus, si subinde ad eorundem castra nos receperimus. Prius autem quam hunc campum ingrediamur, juvabit paulisper ante carceres consistere, & quæ in antecessum delibanda sunt, paucis attingere. Tenendum itaque initio est, sepulchra locumque omnem, ubi defuncti Hominis cadaver jacebat, apud Hebræos polluisse, idque ex instituto Legis divinæ, quam consignatam literis exhibet Moses *num.* 19. *v.* 16. כל אשר יגע על פני השדה בחלל חרב או במת או בעצם ארסאו בקבר יטמא שבעת ימים: Judæi alias pollutionem, quæ a mortuo proficiscebatur, omnium, quas ullibi Lex divina commemorat, fuisse gravissimam statuunt. Ita disertim magni inter suos nominis *Abarbanel in Levit. fol.* רנט *Col.* 2. *Ed. Ven.* טומאה חמורה על כל הטומאות טומאת אדם מת *Omnium pollutionum gravissima est ea, quæ fit ob mortuum hominem*. E quo vero fonte eandem derivare debeant, non satis sibimet ipsi constant. Modo laudatus *Abarbanel* l. c. scribit ערוב הנפש בגוף עקר הטומאה esse המת *R. Bechai in Leg. fol.* קפז *col.* 2. *Ed. Crac.* eam proficisci e virtute mortifera statuit: אין טומאת ב"ח המתים אלא בסבת הכח הממית *R. Moses Alschech in Torath Moscheh fol.* קצח. 2. & *f.* רלו 3. *Ed. Prag.* ad זוהמת הנחש *inquinamentum serpentis* respiciens ad locum *in Cod. Joma fol.* כח 2. *Ed. Amst.* provocat, a quo ut mortem ipsam ita etiam immunditiem ex mortui hominis cadavere resultantem oriri tradit. Alii hanc immunditiem רוחות הטומאה sive *spiritibus immundis* attribuunt, e quorum numero *R. Tobias Levi* in comm. quem חן טוב vocat, *fol.* רנט 3. sequentem in modum differit: צד הטומאה באה מכח קליפות החיצונים וכמו שאמרו רבותינו ז'ל הני ברכי דרבנן דמשלהי מחופייא דידהו גם מאני דרבנן דבלו מחופייא דידהו שאינם יוכלים ליגע בגופם ומרבקים בלבושייהו ליהנות מהם והנה בעוד האדם חי לא יוכלו ליגע בו בגופו ממש שאור הנשמה מכהה עיניהם—אבל אחר יציאת נשמתו רוצים להרבק בכלי שנשתמש בו קרש שנשאר בו קצת ניצוצי אור לכן באין לחול על גופו ומשם נמשכה טומאת מת לאדם המת: *Modus pollutionis provenit e viribus exterorum* קליפות (quo nomine Cabbalistas notare Spiritus impuros, & omnia quæ extra sanctitatem sunt, observat *Per illustris autor Kabbalæ denudatæ Part.* 1. *pag.* 674.) *Uti D. n. l. m. ajunt: Unde sunt genua Doctorum defessa? a fricatione illorum*. Ita (enim explicantur verba in Glossa ordinaria ad Gemaram, e qua hæc deprompta *Cod. Beracot. fol.* ו. 1. *lin.* 10. באין המזיקים (ויושבין אצלם ומתחככים בהם *Unde etiam attritæ Doctorum vestes?* (Vid. iter Raschi l. c.) *a fricatione eorundem. Cum enim non possint attingere corpora illorum, vestimentis eorundem adhærent, ut voluptatem inde percipiant. Ecce, quamdiu homo vivit, nihil quicquam in corpore ejus possunt attingere perstringente oculos eorum luce animæ. A cujus discessu gaudent adhærere instrumento, quo ante (anima) usu fuit sanctissime, e cujus lumine remanserunt scintillæ quædam, propter quas accedunt & in cadavere resident. Ex quo deinde consequitur illa pollutio ob hominem mortuum*. Horum dæmonum, qui in cæmeteriis adhærent sepulchra frequentantibus eosque inquinant, mentio quoque fit in Glossa Raschii, qui ad verba Gemaræ *Cod. Bava Batra fol.* ק. 2. *l.* 9. אין פוחתין משבעה מעמדות ומושבות למת *non diminuunt de septem statirnibus & sessionibus pro mortuo*, inter alia scribit: בחזרתן מן הקבר הולכין מעט ויושבין לנחם האבל--וראיתי כתוב מפני שהשרים מתלוים עם החוזרים מבית הקברות לכך תיקנו מעמדות ומוחבות כרי שבתוך כך יסתלקו השרים מעליהן: *Cum reverterentur a sepulchro* (quo hic ἐν παρόδῳ observamus adversus nonneminem, qui in *Lex. Rabb. Philol. pag.* 343. illas 7. stationes & sessiones ab Hebræis in deductione funeris ad sepulturam fieri solitas scribit) *processerunt paululum & sederunt ad consolandum lugentem -- viditque ego scriptum, quod ob dæmones redeuntibus a sepulchreto adhærentes ideo ordinaverint stationes & sessiones, ut interea dæmones ab iis discederent*.

II. Tan-

II. Tanta vero immundities mortuorum cum eſſet, ut בוקעת ועולה יורדת ובוקעת ceu loquiamant Hebræi in *Cod. Obolot.* & alibi paſſim, ſepulchris ipſis vim polluendi adderet, præcavendum modis omnibus erat, ne facile vel ſacerdotes aut Naſiræi, qui mandato divino tenebantur ὔτε ἐπιβῆναι μνήματι, ὔτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν (ut verbis utar *Theophraſti*, qui hæc inter argumenta δεισιδαιμονίας refert, *in Char. Eth. c.* 17. *pag.* 48.) vel quotquot tandem inter Hebræos munditiei ſtudebant, propiore ad ſepulcra acceſſu contaminari poſſent. Quem in finem haud diffitendum eſt plurimum contuliſſe ſepulcrorum ab urbibus earumque terminis diſtantiam. Mos enim erat Hebræis antiquitus receptus extra civitatum pomœria condendi defunctorum ex privato hominum cætu cadavera: quod præter complura Scripturæ loca, e quibus idem haud obſcure colligitur, aperte teſtantur *Miſchnici Cod. Bava Batra cap.* 2. §. 8. *fol.* כה 1. מרחיקין את הנבלות ואת הקברות ואת הבורסקי מן העיר נ׳אמה: quibus ſuccenturiatur *Maimonides in Jad Chaſakah Hilc. Schemitah Vejobel cap.* 13. *fol.* חנ 1. *Part.* II. *Ed. Venet. maj. itemque in Hilc. Beth Habbechirah cap.* 7. *fol.* חנד 2. ubi videri quoque poſſunt, quæ Maimonidem reprehendens annotat *R. Abraham in Haſſagot* ſ. animadverſionibus ad eundem locum.

III. Cum tamen omnibus hac ratione nondum eſſet cautum, ſed viatores in itinere propiore ad ſepulcra acceſſu præter ſpem ac voluntatem omnem offendi facile poſſent, eam præterea curam ſibi incumbere exiſtimabant Hebræi, ut poſitis ſuper ſepulchra ſignis certis ac indiciis eos etiam, qui extra urbes עוברים והולכים *ultro citroque commeabant*, de loci immunditie admonerent. Cujus moris collocandi in locis ſuſpectis indicia a Romanis pariter ac Græcis ſervata veſtigia deprehendimus, quorum illi arbores ferales piceam & cupreſſum locis funeſtis adponere ſunt ſoliti, ne quis imprudentior domum iſtiuſmodi rem divinam facturus introiret, & quaſi attaminatus ſuſcepta peragere non poſſet, ut loquitur *Servius ad lib.* 4. *Æneid.* Hi vero præter cupreſſum vas ingens aqua luſtrali repletum, quod ἀρδάνιον dicitur *Suidæ Tom.* 1. *pag.* 416. Ariſtophani ὄστρακον (Vid. de utroque nomine Heſychium, & quæ ibi annotat Schrevelius, itemque Meurſium de funere) quin & capillos de ipſius demortui capite reſectos ædium funeſtarum foribus appendere conſueverunt, ut ex Euripide aliiſque annotarunt *Iſaacus Caſaub. in Com. in Theophr. cap.* 15. *pag.* 288. & 289. *Kirch. de Fun. Rom. lib.* 1. *pag.* 114. & *Dilberrus in Miſcell. var. Phil.* θ. 2. Quæ, ceu complura alia, quæ circa mortuorum ſepulcrorumque pollutionem decreverunt gentiles, ex Hebræorum inſtitutis promanaſſe ſuſpicamur. Illi enim ſignorum ſepulchralium collocationem divinitus ſibimet imperatam eſſe credebant, eandemque tanquam הלכה למשה מסיני *conſtitutionem Moſis e monte Sinai* ſanctiſſime obſervabant. Qua de re illuſtris habetur locus in Gemara Babylonica *Codicis Moed Katon fol.* ה. *col.* 1. quem cum dignum cenſuerit. *R. Jacob bar Schlomo*, qui inter Excerpta libri *En Jacob fol.* קנד *col.* 1. *Ed. Prag.* integer referretur, & nos eundem etſi paulo prolixiorem exhibebimus, ut eo rectius conſtet, quantopere laborent Hebræorum magiſtri, ut hanc conſuetudinem a Deo ſibimet eſſe injunctam e ſacris literis demonſtrent. In hunc vero ſenſum loquuntur ibidem Gemariſtæ: א׳ר שמעון בן פזי רמז לציון קברות מן התורה מניין ח״ל וראה עצם אדם ובנה אצלו ציון א״ל רבינא לרב אשי הא מקמי דליתי יחזקאל מאן אמר לטעמיך הא דאמר רב חסדא דבר זה מתורת משה רבינו לא למדנו מדברי (עד שבא E. J.) יחזקאל בן בוזי למדנו כל בן נכר ערל לב וערל בשר לא יבא אל מקדשי לשרתני מקמי דליתי יחזקאל מאן אמר אלא גמרא גמירי לה ואתא יחזקאל ואסמכא אקרא הכא נמי גמרא גמירי לה ואתא יחזקאל ואסמכא אקרא ר׳ אבהו אמר מהכא וטמא טמא יקרב טומאה קוראה לו ואומרת לו פרוש וכן אמר ר׳ עוזיאל בר בריה דר׳ עוזיאל (משמיה E. J.) רבה טומאה קוראה לו ואומרת לו פרוש והאי להכי הוא דאתא ההו׳ מיבעי ליה לכדתניא וטמא טמא יקרא צריך להודיע צערו לרבים ורבים מבקשין עליו רחמי׳ (וכן מי שאירא בו דבר צריך להודיע לרבי׳ ורבים וכו In En. Jac. add.) א״כ לכתוב וטמא יקרא מאי וטמא טמא שמעת מיניה תרתי אביי אמר מהכא ולפני עור לא תתן מכשול רב פפא אמר סלו סלו פנו דרך רב חיננא אמר הרימו מכשול מדרך עמי ר׳ יהושע בריה דרב אידי אמר והודעת להם את הדרך ילכו בה מר זוטרא אמר והזהרתם את בני ישראל מטומאת׳ רב אשי אמר ושמרתם את משמרתי עשו משמר׳ למשמרתי רבינא אמר ושם דרך אראנו בישע אלהים אר יהושע בן לוי כל השם אורחותיו זוכה ורואה בישועתו של הקבה שנאמ׳ ושם דרך אל תיקרי ושם אלא ושם דרך אראנו בישע אלהים: *R. Simeon F. Phaſe dicebat: Signanda eſſe ſepulchra indicat Scriptura. Unde id conſtat? Doctrinam hanc ſuppeditat Ezechiel cap.* 39. *v.* 15. *Et videns os hominis ſtatuet juxta illud* ציון. *Rabbena ajebat ad Raf Iſhaj: Hoc antequam adduceret Ezechiel, ecquis dixit? Argumento tibi ſit, quod R. Chaſda inquit: Res hæc eſt*

eſt ex Lege Moſis Doct. n. profecta, nec didicimus nos eam ab Ezechiele filio Buſi. Docemur Ezech. 44. v. 9. nullus alienigena incircumciſus corde & carne ingredietur ſanctuarium meum ſcil. ad miniſtrandum mihi. Prius quam illud proferret Ezechiel numquis idem dixit? Imo vero, doctrina hæc fuit perfecte tradita (in monte Sinai, ut add. Gloſſa) *venit autem Ezechiel & applicavit eam ad Scripturam. Eadem & hic obtinet ratio. Doctrinam hanc jam perfecte traditam habuimus, quando Ezechiel acceſſit, eandemque applicavit ad Scripturam. Unde vero id probatur, inquit R. Abbu? Ex eo, quod dicitur Lev. 13. 45. Et immundus immundus clamabit. Immundities nimirum invocabat cum jubebatque recedere. Ita enim ait R. Uſiel nepos R. Uſielis nomine Rabba: Immundities acclamabat ei dicebatque Recede. Quod ita fiebat, cum ipſe appropinquaret, tum oportebat dicere (leproſum) uti requirit traditio Immundus, immundus, clamabit. Erat enim neceſſe, ut calamitatem ſuam notam faceret multis, quo multi pro eo apud Deum intercederent. (Hinc quodcunque ei occurreret, oportebat ipſum notam facere &c.) Debebat tamen hoc pacto ſcribi: Et immundus clamabit; Quid ſibi vult: Et immundus immundus? duo videlicet inde colliges. Abbai dicebat: Unde illud probatur amplius? Ex eo, quod dicitur Lev. 19. 14. Coram cæco non pones offendiculum* (quo ipſo etiam doceri vult Gloſſographus notandam eſſe immunditiem, ne eadem offendantur, quibus cum ablationibus res eſt.) *Raf Papa porro, ajebat ſcriptum eſt Eſ. 57. 14. Sternite, ſternite viam præparate ſemitam. R. Chenana afferebat* (*quod ibidem ſequitur*) *Tollite offendicula e via populi mei R. Joſuah F. R. Iddi citabat dictum Exod. 18. v. 20. Monſtrabis eis viam qua incedent Mar Sutra producebat: Lev. 15. v. 31. Et commonefacietis filios Iſrael de immunditie ſua. R. Iſhai provocabat ad Lev. 18. 30. Et Cuſtodietis cuſtodiam meam. Ponite cuſtodiam cuſtodiæ meæ* (*Gloſſa* אוכלי תרומה ex num. 18. v. 8. *Conſ. etiam R. Moſes Alſchech in Torath Moſcheh fol.* קפז 1.) *Rabbena ajebat: Et diſponenti viam oſtendam ſalutare Dei. R. Joſuah filius Levi reponebat: Quicunque vias ſuas probe diſponit, is dignus æſtimatur, qui videat ſalutem Dei, uti dicitur Pſalm. 50. v. 23.* ושם דרך *non lege* ושם *ſed* ושם *Et diſponenti viam monſtrabo ſalutare Dei;* quæ poſtrema verba R. Joſuæ citata quoque a *Maimonide cap. 4. Præfat. Commentario in Pirke Avot præmiſſæ*, quam Arabice perſcriptam, exhibet, *Pokok in Port. Moſ. pag.* 212. (ut hæc אגב אורחה moneamus) non στοχαστικῶς intelligenda ſunt, ac ſi Judæi receptam contextus ſacri lectionem mutare velint: ſed συγχωρητικῶς, ut innuant, ſi ita legeretur, probationem vel allegoriam inde petitam fore magis concinnam, prout illud docet *Maimonides in More Nevuchim Part. 3. cap. 43. fol.* קסג. 1. *Ed. Sabion.* & ex eo *Hottingerus Theſ. Phil. l. 1. c. 2. p. m.* 212. itemque *Hackſpan. in not. ad Nizachon Lipm. c. 2. num. 52. ſeq.*

IV. Qui palmarius eſt, & ex omnibus illis, quos hic cumulant Hebræi, præcipue ad præſens negotium facit locus, ex *Ezech. cap.* 39. petitus eſt, ubi homines deprehenſuri os aliquod defuncti dicuntur juxta illud ציון collocaturi, quod vaticinatus Propheta eſt על העתיד לבא שיעשו ישראל ציונין על עצמות הפגרים המושלכין ורמז הוא שלא בא הכתוב לא להזהיר וללמד שיהא אד' עושה ציון: quemadmodum ad citat. in Gemara dictum ſcribit Raſchi. Nomen ציון unde deſcendat, indagare hic non abs re erit. Nonnulli illud ab inuſitata Radice ציץ derivant, quod Lexicographi plerique & *R. Salom. Melech in M J. fol.* קכ. *col. 3. cir. med.* faciunt. Grammaticorum inter Hebræos princeps (uti ſalutatur *Cl. Pokok. Not. ad Port. Moſ. pag.* 8.) *Abul Walid Marun Ebn Jannahi*, Davidi Kimchio, qui ejus vitula in pleriſque araſſe fertur, *R. Jona* dictus ex Arabica illud lingua deducit, in qua صُوَّة ſignificat *partem terræ altiorem durioremque cippum item & lapidem viæ indicem*, deſcenditque a Rad. صوا *exaruit*, cui ſententiæ ſubſcribit *Pokok. l. c. pag.* 76. Nobis quoque non inconcinne Radix deperdita reſtitui poſſe videtur ex Æthiopico ጸወነ፡ *Protexit ac veluti munitionibus defendit*, cui affine eſt Arabum صون *cuſtodivit*, quoniam in ſpecialiori ſignificatu ציון juxta *R. Tanchum ap. Pok. p.* 77. notat حاجز كالسور يبنا حول المقابر لئلا تدوسها عابر الطريق *Septum inſtar muri circa ſepulchreta exſtructum, ne ea conculcent, qui per viam tranſeunt*. Generali alias notione quodvis סימן (qua voce ציון פי' explicat R. Nathan in Conc.) ita appellatur. In hoc ſenſu utuntur eodem Gemariſtæ in *Cod. Erubbin fol.* נג. 2. *Ed. Amſt.* ubi ſententiæ R. Chaſdæ אין תורה נקנית אלא בסימנים probatio ſubjicitur ex *Jer.* 31. 21. additurque עשו ציונים לתורה

ומאי

ומאי משמע דהאי ציון לישנא דסימן *Facite* ציונים *legi. Quem hic ſenſum habet* τὸ *Zyun? Denotat ſignum.* In ſacris literis ſpecialius notat vel ſtatuam Mercurialem in viis collocari ſolitam, vel ſignum aliquod ſepulchrale. Prior ſignificatus obtinet *Jer. cap.* 31. 21. quod ex contextu apparet & unanimi Rabbinorum conſenſu firmatur, Raſchii, Radak, Tanchum l. c. & Aben Melech in M. J. qui omnes ציונים h. l. dicunt eſſe סימנים בדרכים להכיר הדרך. De ſigno ſepulchrali manifeſte loquuntur locus Ezechielis laudatus, ad quem Raſchi Zijun eſſe ſcribit סימן שיש כאן עצם של מת כדי שיפרשו ממנו הולכי דרכים itemque 2. *Reg.* 23. 17. ubi Rex Joſia ſepulchrum Prophetæ conſpicatus querit מה הציון הלז, ad quem locum videri poſſunt *Ralbag & Aben Melech.* In eadem acceptione legitur ציון in *Miſchna Talm. Cod. Niddah cap.* 7. *fol.* נו. *col.* 2. נאמני' על ציון קברות *Fidem merentur* (gentiles) *in ſigno ſepulchrali*, & apud ſequioris ætatis Rabbinos paſſim, ut plura in hanc rem cumulare teſtimonia nec artis ullius nec uſus ſit. Unicum tamen inſtar ἐπιμέτρȣ lubet admetiri locum ex libello de Cippis Hebr. in quo Autor ἀνώνυμος inter alia *pag.* 58. *lib.* 18. hæc habet: ערבה שם קבורת ר' חנינא בן דוסא ואשתו ע"ה ועליהם ציונים ואילן חרובין: quæ Vir Cl. qui hunc libellum Latinitate donavit, vertit: *Araba, ibi ſepulchrum eſt R. Chaninæ fil. Douſæ & uxoris ejus p. m. quibus ſupra impoſiti fornices, qui tamen deſtructi ſunt;* nos ultima paulo aliter: *quibus impoſita ſunt* (ציונים) *ſigna ſepulchri cum arbore ſiliquarum.* Rationem mutatæ verſionis latis, quod ſperamus, luculentam tam ex autore ipſo, quam e loco quodam Talmudico inter Excerpta *En Jacob fol.* קלח. 2. *lin.* 9. relato requirenti dabimus.

V. Jam quotuplicia hæc ſigna fuerint, quæ in cautelam immunditiei ſepulchris ab Hebræis addi ſolebant, diſpiciamus. Erant illa duum præcipue generum. Signabantur enim Sepulchra vel ſuperexſtructo cippo vel affuſa calce. Cippos ac monumenta erigere ſepulchralia, ut gentilibus antiquus mos fuit: ita & Iſraelitis paſſim receptus & vel ab ipſo Jacobo ad eos derivatus fuit, qui Gen. 35. 20. ſuper Rachelis ſepulchrum מצבה *ſtatuam* poſuiſſe dicitur, qua de conſulendus *R. Benjamin Tudelenſis in Sepher Maſoth pag.* 47. *Ed. L'Emp. Adrichomius Theat. T. S. fol.* 19. *num.* 101. *Cotovicus lib.* 2. *itin. c.* 10. *pag.* 245. *Schindlerus in Lex. Pent. p.* 1582. *Magnif. Dn. D. Geierus de Luct. Hebr. cap.* 6. §. 25. *p.* 178. & *Summe Reverendus Dn. D. Strauchius Patronus ac Præceptor meus æterno animi obſervantiſſimi cultu devenerandus, in pecul. Diſſert. de Statua Rachelis Witteb. habita.* Rabbinis iſtiuſmodi ציון dicitur נפש quæ vox uti alias πολύσημος eſt, (Conf. *Maimonides in More Nevuchim Part.* 1. *cap.* 41. *pag.* 49. *Ed. Buxt. Flacius in Clav. Script. part.* 1. *voc. Anima Capellus in Spicilegio ad N. T. p.* 85. *Glaſſius in Rhetor. Sacr. Tr.* 1. *c.* 5. *pag.* 1101. *Dn. D. Geier. in Cobel. p.* 197. *in Pſalmos pag.* 47. 346. 398. 556. & *paſſim. Sixtinus Amama in Antibarb. Biblico lib.* 3. *p.* 707. *Hackſpan. Not. Phil. Part.* 2. *p.* 68. 168. *Schindl. Lex. p.* 1145. *Edwardus Pokok Not. ad P. M. cap.* 2. *p.* 19. *Joh. Vorſtius Philol. Sacr. Part.* 1. *p.* 117. & *ſeqq. Slevogt diſp. de L. Hell.* §. 5. 12. *Dn. Friſchmuth. in Diſſert. de Meſſia in S. n. r. c.* 1. §. 1. & *ſeqq.*) ita Talmudicis adhunc quoque uſum inſervire cogitur in Cod. Schekalim *fol.* ג. *Ed. Amſt.* מותר המסים למתים מותר מרת ליורשיו ר' מאיר אומר מותר המרת יהא מונח עד שיאא אליהו רבי נתן אומר מותר המרת בונין לו נפש על קברו: *Reliquum mortuorum* (*conferatur*) *in mortuos. R. m. cedat hæredibus ejus. R. Meir ait R. m. ſeponatur uſque dum venerit Elias R. Nathan inquit: Ex reliquo mortui exſtruunt ipſi cippum ſuper ſepulchrum ejus.* Conf. *Cod. Pholot. fol.* & *Cod. Herubhin cap.* 4. *fol.* נג. 1. & *Toſapht. itemque Raſchi in Gloſſa ad Gemaram h. l.* Talis itaque Cippus & *Columella* (ut dicitur Ciceroni lib. 2. de LL.) erigebatur ab Hebræis duplici fini. Debebat enim facere tum ad præcavendam pollutionem, quæ ad eos, qui ſepulchra tangebant, promanabat, tum ad aſſervandam defuncti memoriam, quem vero finem improbaſſe videtur *R. Simeon ben Gamaliel*, cujus in *Gemara Hieroſolymitana*, prout Talmudi Babylonico inſerta eſt ad l. c. *Schekalim*, ſequens recitatur dictum: אין עושין נפשות לצדיקים דבריהם הם זכרונם: quod repetitur in *Breſchit Rabba* Sect. 82. fol. צב. Ed. Amſt. & apud *Maim. in Hilc. Ebel.* cap. 4. v. 4. fol. רעה. *Ed. Venet. min. Tom.* 4. (ubi etiam videndus *R. Iſaac bar Scheſchat* adductus *a R. Karro in Keſeph Miſchnah. ad h. l.*) itemque *in En Jacob fol.* קעד. 1. *Ed. Prag.* Neque enim R. Simeoni animus fuit penitus improbare omnem cipporum ſtructuram, ſed quatenus hoc fini ponuntur, ut aliquod inde nomen & memoria defuncto exſurgat, prout hanc ejus mentem explanat *R. Aſarjas Par.* 3. *libri ſui, quem Meor Enajim vocat, c.*60. *fol.* קפג. *Ed. Mantuan.* לא בא רשבב לגנות מעשה הציונים לצדיקים בהחלט כי אם דוקא בהיותו נאוה לדברו ההוא הטעם

אשר

אשר נתן בו. היינו שמכוין לתת לו זכרון באותו הציון כאלו זולת זה מעצמו לא השאיר אחריו ברכה וזכר. כאשר ימצא ציון הלז ביד אבשלום כי אמר אין לי בן בעבור הזכיר שמי· אבל כשיכוון במצבה דבר מעיל באופן מה כמו שנוכר לא יהרהר רשבג או כל החכם אחריה: *Non voluit R. S. monumenta justis posita absolute vituperare, sed duntaxat eo sensu, quo verba ejus alioqui pulchra tradunt; videlicet, quando intenditur, ei (defuncto) statuere memoriam per illud monumentum, quasi absque eo nulla ei superesset benedictio & memoria: quale monumentum fuit manus Absolonis (2. Sam. 18. v. 18.) dicebat enim: non est mihi filius, ut memoriam conservem nominis mei. Enim vero quando intenditur commodum aliquod ea ratione, ut dictum adversus id neque R. Simeon neque ullus Sapientum sinistri aliquid cogitavit.* Istud commodi in eo præcipue consistebat, quod & sacrorum ministri Deoque devoti Nazaræi & quicunque munditiei studebant, ejusmodi cippo moniti cavere sibi ab immunditie sepulchrali eo melius possent. Nam & hunc in finem sepulchris impositos esse cippos docet expresse *R. Tanchum ap. Pok. p. 77.* dum נפש exponens, scribit esse البناية التي تبني علي قبر من فوقر كي يعلم انه قبر ويبعد عنه *Ædificium exstructum super sepulchrum, quo dignoscatur sepulchrum esse, atque ab eo longius recedatur.*

VI. Alterum (ut in rem præsentem venias) signum fiebat CALCE, qua notata antiquitus fuisse Sepulchra Hebræorum monumenta testantur. Insigne & prorsus luculentum ea de re testimonium exhibet *Mischnah Cod. Maasar Scheni c. 5. §. 1. fol.* ע. 2. cujus exscribendi labore, cum in not. ad P. M. p. 81. idem recitet *Cl. Pokok.* & *Ligtf. in Hor. p. 432.* facile supersedere possemus, nisi illud ipsum repetitum & dilucidius explicatum deprehendissemus in *Gemara Babylon. Cod. Bavakama cap. 7. fol.* סט. 1. e qua illud una cum inserta Gemaristarum commentatione adduxisse non pigebit: תנן כרם רבעי מציינין אותו בקוזזות אדמה סימנה כי אדמה מה אדמה איכא הנא' מינה אף האי נמי כי מפרקה שרו לאיתהנויי מינה ושל ערלה בחרסית סימנ' כחרסית מה חרסית שאין הנא' מיניה אף האי דליתה ביה הנא' מיניה ושל קברות בסיד סימנ רחיור בעצמות וממחה ושופך כי היכי דנחוור טפי: quæ ad mentem Talmudistarum ita reddimus. *Exstat traditio: Vineam anni quarti notabant glebis terræ. Signabant nimirum eam tanquam terram. Cur adhibuerunt terram? Uti ex ea commodum aliquod percipiebatur, (Gl. alio tempore inserendo, arando &c.) ita etiam ex hac vinea. Post factam enim redemptionem inceperunt eam in usus suos convertere. Præputiatam autem* (non testa sed) *argilla* (שעושין ממנה כלי חרס *e qua vasa testacea formant*, ut habet Glossat. ad Maas. S. loc. cit.) *signabant, cum responderet argillæ. Cur enim usurparunt argillam? Est illa nullius usus* (דכשזורעין בה אינה מוציאה *consicta enim nihil producit* id. Gloss. ad M. S.) *ita etiam ex hac vinea nulla utilitas percipiebatur.* (*Loca*) *vero Sepulcrorum calce notabant, quoniam alba est instar ossium, & ideo humectabant eam & effundebant, ut eo magis albesceret.* Ex eodem fonte sine dubio promanavit, *Glossa Raschii*, quæ cum ad confirmandum hunc ritum insigniter faciat, uti verbis *Mischnæ* מציינין את הקברות: *Cod. Moed Katon. cap. 1. fol.* ב. subnexa est, hic apponetur: עושום סימנים על הקברות בסיד רחיור כעצמות כדי שלא ילכו אוכלי תרומה לשם: *Solebant sepulcra calce notare, quia alba est instar ossium, ne, qui ablationes comedebant, illuc accederent.* Addemus verba *Rambam*, quæ ad illustrandum similem locum Mischnæ *in Cod. Schekalim fol.* ב. *Ed. Amst.* profert, prout ea ex Arabica in Hebræam translata linguam a R. Josepho ben Isaac ben Alphual habemus: מציינין על הקברות הוא שמבקרין אותן ואותן שהיו מוצאין שמיחה אותה המים ריל שנמחה הציון הבנוי על הקבר היו משימין בו סימן ומחדשין אותו כדי שיהא מקום הטומאה נכר וידוע ויפרשו ממנו הכהני' וכבר נתבאר לך שציון קברו' הוא בעיר: *Signabant sepulcra hoc pacto, visitabant singula & quando inveniebant aliquod ab aqua dirutum, signo videlicet, quod super sepulchrum exstructum erat, abolito, tum signabant & denuo restaurabant illud, ut locus immunditiei notus manifestusque fieret & sacerdotes ab eodem recederent. Est autem illud jam pridem explanatum, quod signum sepulchrale Calce fieri consueverit.* Possent plura in hanc rem allegari testimonia; sed, cum & leges nostræ & chartarum angustia hic pedem figere jubeant, hæc tria sufficiant. Quæ suppetunt alia, in seqq. Cap. in quibus idem argumentum fusius persequemur, adducere licebit.

JOH. CHRISTOPH. ROSTEUSCH.

עמ׳י עש״ז

ΤΑΦΟΙ ΚΕΚΟΝΙΑΜΕΝΟΙ

SIVE

DISSERTAT. PHILOLOG. DE SEPULCRIS CALCE NOTATIS

E Matth. cap. XXIII. *comm.* 27. *institutæ*

PARS POSTERIOR.

INCLUTO ATHENÆI GEDANENSIS

COLLEGIO PROFESSORIO,

VIRIS

Maxime Reverendo, Consultissimo, Nobilissimis, Amplissimis, Excellentissimis,

DN. RECTORI, Cœterisque DOMINIS PROFESSORIBUS,

DOMINIS, MÆCENATIBUS atque PRÆCEPTORIBUS MEIS, æterno animi devotissimi cultu prosequendis.

Observantiam & Obsequia.

TOT ac tanta, EVERGETÆ suspiciendi, ex affectu Vestro vere paterno, tanquam ex fonte limpidissimo, derivata in me sunt beneficia, ut, si angustis pagellæ hujus cancellis circumscriptus, celebrare pro dignitate cuncta præsumerem, idem facturus viderer, quod, qui plurimum aquæ vasculo minori infundere nititur. Ut enim ille, quo plus aquæ affundit, eo plus perdit: ita & ego, si in exiguo chartæ hujus spatio innumera Vestra beneficia sistere vellem, mutilare ea potius ac dissimulare, quam recensere atque extollere non immerito viderer. Quanquam autem imparem me esse atque inferiorem sentiam, quam ut tanta in me cumulata beneficia digno præconio exornare queam, non tamen adeo infeliciter mecum agitur, ut nec tacita animi devoti veneratione illa prosequi possim. Quin potius illud assidue præstiti, & adhuc dum præsto, etsi nondum hactenus satis meo me officio facturum esse arbitratus sim, nisi & publico aliquo cultus ac reverentiæ argumento gratum se exhibere cupientis animi voluntatem declararem. In qua cogitatione cum ab eo statim tempore, quo hanc Academiam subii, defixus fuerim, impræsentiarum quidem, quod obvium & proximum reperire potui, ad pedes Vestros deponere non dubitavi. Accipite igitur,

Viri

Viri Summi, Patroni ac Præceptores venerandi, *quod ea, quæ Clientem Vestrum & discipulum decet, observantia offero, grati animi pignus, & cum alia mihi via relicta non sit, qua ingrati & beneficiorum immemoris animi notam effugere valeam, concedite pro Vestro in tenuitatem meam summo affectu, ut chartaceum hoc, tenue licet atque exile, munus summæ in VOS pietatis debitæque observantiæ meæ monumentum relinquatur. Servet Vos supremum Numen cum splendidissimis Familiis, jubeatque clementissime & Ecclesiæ & toti orbi literario sospites ac superstites quam diutissime prodesse. Ita voveo Ampliss. Excellent. Vestr. Patrocinio & Benevolentiæ ulteriori me totum commendans,*

Amplitud. & Excellent. Vestrar.

Dabam Wittebergæ d. 13. Decemb. A. O. R. 1679.

Cliens humillimus
EPHRAIM PRÆTORIUS.

CAPUT TERTIUM.

I. JUbet jam instituti nostri ratio inceptam telam pertexere, & quæ levi hactenus brachio tetigimus, ex Hebræorum placitis fusius deducere. Familiare fuisse Hebræis Sepulcralia loca calce notare, sub calcem Capit. præcedentis annotavimus. Observandum autem ulterius est, dealbationi huic non fuisse obnoxia, quæ magnatum virorumque principum erant conditoria in rupibus plerumque & locis editioribus excisa, quæque splendido ornatu omnium oculos incurrebant; sed, quæ in subterraneis speluncis abdita latebant privatorum plerumque hominum sepulchra, neque primo intuitu cognosci ab omnibus & caveri facile poterant. Ad hujus generis Sepulchra, ut & ad quævis loca, quæ ὕπελώ τι ex cadavere hominis demortui fovere credebantur, spectasse istam designationem haud obscure colligitur ex Gemaristarum in Cod. *Moed Katon fol.* ה. 2. *Ed. Amst.* verbis: אין מציינין על הוודאות (הואיל דברור לכ"ע דאית ביה טומאה וודאית לא מטלטלי באותו מקום טהורות) אבל מציינין על הספיקות ואלו הן הספיקות סככים ופרעות ובית הפרס: *Non signabant (calce) quæ manifesta erant, (cum perspectissimum omnibus esset latere inibi immunditiem, & in confesso non deferri illuc locorum res mundas,* Glossa.) *Signabant vero dubia. Hæc autem sunt dubia* סככות (quo nomine Talmudicis venit אילן המסיך על הארץ והוא סמוך לדרך בית הקברות *Arbor super terram expansa, quæ juxta viam ad cœmeterium tendentem sita est*, uti Gemaristæ postmodum ipsi h. l. & ad *Mischnam Cod. Niddah fol.* נז. *col.* 1. mentem suam declarant,) 2. פרעות (h. e. אבנים גדולות בולטות מהגדר והקבר תחתיהן *lapides grandiores e pariete prominentes, sub quibus sepulchrum latet*, quomodo vox hæc exponitur l. c. & in *Mischnah Cod. Obolot. cap.* 8. §. 2. *fol.* נג. *col.* 2. itemque *in Perusch Millot Sarot punctatis Mischnajot subnexo*) & denique, 3. בית הפרס *locus expansionis s. ager immundus*, cujus frequens alia fit mentio in Talm. Codd. *Ketubbot fol.* כח. *Herubbin fol.* ל. *Peaschin fol.* צב. *Niddah fol.* לב ו. & נז. *Becorot. fol.* כט. *Schabbat fol.* טו. *Chagigah fol.* ה. *Beracot fol.* ב. & alibi passim. Priora duo simpliciter בעי ציון *requirebant signum* דמספקא אי איכא טומאה תחתיו אי לא *quandoquidem dubitandem erat utrum immundities sub illis esset an vero non, imo si vel maxime notum eam sub ramo aliquo arboris latitare, discrimen tamen erat inter ramos, nec constabat præcise locus immundus; quod dicendum quoque de lapidibus, qui junctim e pariete prominebant*, ut ad locum ex *Gemara M. K.* citatum scribit Auctor *Tosephot* fol. ה. 2. & *R. Joseph Karro in Schylchan Aruch fol.* קפו. Ubi ὡς ἐν παρόδῳ adnotamus per גדר הקבר *parietem sepulchri* nihil intelligi aliud, quam quod Hebræi דופק vocant & eadem

dem ratione uti ſepulchrum, cujus partem conſtituit, polluere aſſerunt in *Cod. Cholin fol.* קכו. 2. *& Obolot. cap.* 2. §.4. *fol.* מז. 1. ad quem locum videri poſſunt, quæ habet Maimonides Latina toga doga donata a *Buxtorf. Lex. Talm. p.* 565. Inter Agros vero ex ſepulcro immundos aliquod diſcrimen ſervabatur. Nam cum triplex τȣ̃ Beth-Happeras genus conſtituant Hebræi, eoque nomine ipſis veniat שרה שנאבר בה קבר *Ager in quo deperditum eſt ſepulchrum* שרה שנחרש בה קבר *ager, in quo aratum vel arando diſperſum eſt ſepulchrum* & denique שרה בוכין *ager plorantium* (de quo videndus *Maimonides Hil. Tom. Met. cap.* 8. *fol.* חצג. 1. *Tom.* 2. *Ed. Ven. Maj.* & *Auctor Toſephot ad Niddah fol.* נז. 1.) e tribus iſtis primi præſertim ordinis Beth-Happeras calce ſignandum, & a reliqua terra, quæ munda nec ullo inquinata ſepulchro erat, diſtinguendum fuiſſe aſſerunt. Ita Gemariſtæ *l. c. Cod. M. K.* שרה שנחקש בה קבר לא בעיא ציון והא תני' שרה מצויינת ואין ידוע מה טיבה יש בה אילנות בידוע שנחרת בה הקבר אין בה אילנות בידוע שאבר בה קבר--אמר רב פפא כי תניא ההיא בשדה שאבר בה הקבר רציונה *Ager, in quo aratum eſt ſepulchrum, nullum requirebat ſignum. Exſtat quidem traditio: Invento ager (calce) ſignatus, cum ignoratur cujus ſit naturæ, ſi arbores in eo deprehendantur, conſtat in eo aratum eſſe ſepulchrum; ſi nullæ in eo arbores, illic periiſſe ſepulchrum in confeſſo eſt; ſed dicit R. Papa, hanc traditionem pertinere ad agrum, in quo periit ſepulchrum, quem (calce) notabant.* Addatur Gloſſa Raſchii h. l. quæ & rationem hujus differentiæ adnexam habet.

II. Cæterum cum pollutionis ex defuncti hominis cadavere oriundæ triplex daretur modus, & immundities iſta contraheretur, במגע באהל ובמשא *attactu, in tentorio* & denique *portatione*, (quem vero poſtremum modum κατὰ τὸ ῥητὸν in Lege nullibi expreſſum per קל וחומר ſ. argumentationem a minori ad majus ex ea deducendum eſſe monent *Maimonides Hilc. Tum. Met.* §. 1. *c.* 1. *& R. Becbai in Leg. f.* קפז. 4. *Ed. Ven.*) ea tantum ſigno indigere judicabant Hebræi, quæ tentorii immunditie polluebant Diſerte hac de re *Maim. H. T. M. cap.* 8. *v.* 9. *f.* חצג 2. *Tom.* 2. *Ed. Ven. Maj. & Tom.* 3. *fol.* שכה. 1. *Min.* כל המוציא קבר או מת או דבר שמטמא באהל מן המת חייב לציין עליו כדי שלא יהיה חלקה לאחרים *Quicunque ſepulcrum inveniebat aut mortuum, aut quicquid de mortuo per tentorium polluebat, tenebatur illud deſignare, ne aliis offendiculo cederet.* Quod cum e Talmudicis Pandectis ipſe hauſerit, placet locum integrum e *Gemara Babylonica*, quæ ſæpius nobis allegenda erit, *Codicis Moed Katon* attexere, e quo diſtinctius, quid ſignari conſueverit, patebit: ח'ר אין מציינין לא על כזית מן המת ולא עלעצם כשעירה ולא על דבר שאינו מטמא באהל אבל מציינין על השדרה ועל הגלגלת על רוב בנין ועל רוב מנין המת--וכזית מן המת אינו מטמא באהל והא תניא אלו שמטמאין באהל כזית מן המת אמר רב פפא הכא בכזית מן המת מצומצם עסיקי' דסוף סוף מיחסר חסר (בקרק ולהכי אין מציינין) מוטב ישרפו עליו תרומה וקרשים לפי שעה (כשנקבר מחרש) ואל ישרפו עליו לעולם: *Tradunt D. n. Non faciebant (calce) notam ſuper tanto de mortuo, quantum eſt oliva, neque ſuper oſſe, quod quantitate granum hordei æquabat, nec ſuper ulla re, quæ in tentorio non polluebat; ſed ſignabant ſuper ſpina dorſi, ſuper calvaria, ſuper maxima parte ſtructuræ (Gl. oſſium grandiorum, qualia ſunt oſſa medullam continentia) itemque ſuper majori numero oſſium demortui (Gl. licet non eſſent e grandioribus,* quæ omnia immunditie tentorii polluere aſſeritur in *Obolot cap.* 2. §. 1.) *Quodcunque ex cadavere defuncti olivæ magnitudinem referebat, non polluebat in tentorio. Ex ſtat quidem traditio (in Obol. l. c.) Hæc ſunt, quæ in tentorio polluunt, tantum de mortuo quantum eſt oliva &c. Sed dicit R. Papa: Hic lis movetur de tanto mortui, quantum eſt Oliva, preſſe ſ. ſtricte tali, quod cum tandem prorſus exſpiret (Gl. in terra, ideo non addunt ſignum) Melius eſt ſemel ſuper illo oblationem & ſanctitates comburere (Gl. quando ſcil. recens ſepulchro eſt inditum) haud (neceſſe eſt, ut) ſemper comburantur* (quod alias fieri debebat, quoties ad locum ſepulchralem calce notatum per imprudentiam delatæ eſſent oblationes ſacræ, uti ad h. l. obſervat Gloſſator.) Erant adhuc alia, quæ cum plane ut מת שלם *integrum hominis demortui cadaver* polluere crediderint Hebræi, quin aſperſa calce notata fuerint, dubium nullum eſt, cum juxta Autorem *Toſeph. ad Cod. Niddah fol.* נו. 1. *lin.* 13. לכל הפחות יש לציון בטומאת אהל: *quævis res minima, quando in tentorio polluebat, ſignum requireret.* Ita præter, ea quæ Gemara adducit, Codex Miſchnicus Oholot l. c. recenſet מלא תרווד רקב *plenum cochleare putredinis* h. e. pulveris e corpore putrefacto itemque רובע עצמות *quartam partem oſſium* abſque diſcrimine ſpectatorum, intelligens, prout illud in *Comm. ad h. l.* nec non in *Jad Hilc. Tum. Met. f.* 2. §. 9. *fol.* שיח. 1. *Tom.* 4. *Ed. Ven. min.* exponit Rambam, רובע הקב *quartam partem Cabi*, quæ menſura

ſura

ſura alias peculiari nomine לוג dicitur, & a *R. Tanchum apud Pok. in not. P. M. pag.* 361. ſtatuitur eſſe ما ية ولربع درا هم بالتقريب *drachmarum circiter centum, & quatuor*. Quæ omnia utut ab Hebræorum JCtis, quos in talibus juvit eſſe χυμινοπρίςας ſolicite pertractata deprehendantur, nolumus tamen nos ἀκανθολόγυς agere, & iſtiuſmodi minutiis perſequendis diutius immorari memores ſententiæ illius Rabbinicæ, quam R. Meir ſuggerit in *Chagigah fol.* טו. 2. *lin.* 33. רימון מצא תוכו אכל קליפתו זרק.

III. Illud interim ſicco adeo pede prætereundum non eſt, quæcunque de טומאת אהל *immunditie per tentorium* & ſigni ſepulchralis neceſſitate prolixe diſputant Hebræorum magiſtri, ab iiſdem certis limitibus circumſcribi & de Iſraelitarum tantum ſepulcris intelligi. Gentilium enim cadavera uti non niſi attactu & portatione polluere aſſerunt: ita etiam ſepulcra a pollutione tentorii & conſequenter a deſignatione calce fieri ſolita excipiunt Hebræi. Luculenta ſunt verba *Maimonidæ in Hilc. Ebel. cap.* 3. *fol.* רעו 2. *tom.* 4. *Ed. Ven. Min.* & חשנג. 2. *tom.* 2. *Ed. Maj.* אין הגוים מטמאין באוהל לפיכך קברותיהם טהורים ומותר לכהן ליכנס לשם ולדרוך על קברותיהם ואין ינו אסור אלא שיגע בטומאה או שישאנה: *Gentiles non polluebant per tentorium, propterea etiam Sepulcra eorum judicabantur munda, licitumque erat ſacerdoti illuc accedere, & ſuper ſepulcra ipſorum ingredi, nec prohibebatur, niſi ut ne immundum contingeret portaretve*. Neque recentiorum hoc eſſe placitum χθὲς ϗ πρώην excogitatatum, ſed & antiquioribus idem perſuaſum fuiſſe liquet ex *Sohar*, antiquiſſimo Hebræorum libro, in quo *fol.* ג. *col.* קצט *Ed. Lublin.* ſequentia leguntur Cabbaliſtico ſtylo adornata ת״ח מה בין ישראל לע״ע דישראל כל אשתכח בר נש מית הוא אסתאב לכל ביתא וגופא מסאבא וע״ע לא אסתאב לאחרא והוא לא מסאב כר איהו מירת מ״ט ישראל בשעתא דאיהו מית כל קרושי דמאליה מתעברין מניה אתעבר מניה האי צולמא קדישאתעבר מניה רוחא קדישא כיון קרדושי דאריה אתעברן מניה הא גופא מסאב׳ אבל ע״ע לאו הכי הכי בחייו הוא מסאב בכל סטרי מסאבותא צולמא דיליה מסאב׳ נוחא דיליה מסאבא ובגין דמסאבין אלין שריין בגויה מסאבא הוא בכלא ואסור לקרבא בהדיה כיון דמית נפקן מיניה כל אלין מסאבן ואשתכח גופא בלא מסאבותא ולא סאבא ואעג דגופא דילהון בחייהון בין במיתתהון מסאבא אבל בחייהון דכל מסאבין משתכחי גבייהו מסאבין למאן דיקרב בהדייהו במיתתיהון דהא נפקי כלהו מסאבא מנייהו לא יביל למסאבא לאחרא: *Accede & vide, quidnam interſit inter Iſraelitam & Idololatram. Iſraelita, cum quis mortuus deprehenditur, contaminatur in quavis domo, & corpus (defuncti ſcil. Iſraelitæ) polluit. At Idololatra non contaminatur alio, neque ipſe, cum vita functus eſt, polluit. Quodnam hujus rei fundamentum eſt? Ab Iſraelita ea hora, qua fatis conceſſit, tolluntur omnes ſanctitates luminis ejus, ſeparatur ab eo imago ſancta, ſe cedit ab eo Spiritus S. Quando autem ſanctitates luminis ejus ab eo ſublata ſunt, cadaver polluit. At Idololatra non item. Ipſe in vita ſua polluit omnibus immunditiei lateribus, imago enim ejus polluit polluit Spiritus ejus, & quandoquidem immundities in corpore ejus reſidet, polluit ipſe in totum, vetitumque eſt appropinquare ad eum. Simul ac autem vita exceſſit, ſecedit quoque ab eo omnis iſthæc immundities, deprehenditurque cadaver expers immunditiei, neque contaminat. Etiamſi enim corpus eorum tam vitale quam mortuum polluat, quandoquidem tamen, cum adhuc in vivis ſunt, omne immunditiei genus apud eos reperitur, contaminant eum, qui ad eos propius accedit, at mortui, quoniam quæ polluebant, ad eis omnia diſceſſerunt, nequeunt inquinare alium*. Conf. et. *Jalkut Chadaſch fol.* קנ. *col.* 4. *Ed. Amſt.* Ratio, qua ex Scriptura colorem addere huic aſſerto ſuo nituntur, nullius eſt momenti. Eam exhibet in *Cod. Jevamot fol.* ס 2. *c. f.* R. Simeon ben Jochai, quem Judæi alias autorem libri Sohar faciunt: היה ר׳שמעון בן יוחאי אומר קברי נכרים אינם מטמאין באהל שנא׳ ואתן צאני צאן מרעיתי אדם אתם אתם קרויין אדם ואין הנכרים קרויין אדם: *Solebat R. Samuel bel Jochai dicere: Sepulchra extraneorum non pollunt in tentorio* (vel juxta explication. Raſchii המאהיל עליהם *inſtar tentorii illa obumbrantem V. Rambam H. T. M. cap.* 1. & 10.) *Dicitur enim* (Ezech. 34. verſ. 31.) *Vos grex meus, grex paſcuæ meæ, Vos Homines eſtis. Vos (Adam) homines vocamini, Extranei non dicuntur (Adam) homines*, (jam autem circa immunditiem, quæ per tentorium contrahitur, ita ſtatuit lex n. 19. v. 14. אדם כי ימות באהל) Videri etiam poteſt Cod. *Bava Mezia fol.* קיר. 2. ubi eadem ratio R. Simeoni adſcripta recurrit. Nec dubitarunt ea repetere *Autor Toſaphot ad Bava-Batra fol.* נח. 1. *R. Maimonides in Præfat. Commentario in Seder Taboroth præmiſſa fol.* א. *col.* 1. *Ed. Amſt.* (quanquam hic poſtea ἀσυςασίαν iſtius rationis animadvertens in Jad-Chaſakah, quem librum ætate provectior edidit, *Hilc. Tum. Met. cap.* 1. *fol.* חצא 2. *Tom.* 2. *Ed. Ven.* paulo ſolidiori fundamento ex *Num.* 31. 19. deprompto ſenten-

tentiam suam superstruxerit) & *R. Bechai in Leg. fol.* קפו. *3. c. f. Ed. Crac.* e quo cum in conciliandis Scripturæ locis occupetur, in quibus etiam τοῖς ἔξω nomen אדם aperte tribuitur, nonnulla lubet excerpere: אין מטמאין באהל אלא ישראל הקרוין אדם שנ' אדם אתם ואע"פ שמצינו באומות ונפש אדם י"ו אלף ככר תרצי ביבמו' פרק הבא על יבמתו משום בהמה וכן נמי מה שכתוב רבוה אדם אשר לא ידע וגו' התם מפרש נמי משום בהמה כלומר שלא נקראו האומות בשום מקום אדם בלבד אלא אם כן יזכיר הכתוב בהמה -- ומה ומה שכתוב אשר יעשה אותם האדם ודרשו רז"ל כהן לוי ישראל לא נאמר אלא האדם מלמד שאפילו גוי ועוסק בתורה הרי הוא ככהן גדול כן דרשו בסנהדרין אך פירמו בזה כי הוא מיתור ההא שבה לרבות אפילו גוי שהרי לא אמר אשר יעשה אותם אדם: *Non nisi Israelitæ polluunt in tentorio, quippe qui [Adam] hominum nomine veniunt, uti dicitur, loc. cit. Vos estis Adam. Nam licet etiam de Gentilibus reperiamus scriptum* [Num. 31. 40. 45.] *Erant animarum [Adam] hominum sedecim millia, pridem tamen id dubii expeditum est in Jevamot cap. 6. loc. cit. id factum esse propter jumentum. Similiter quod annotatum legimus* [Jon. 4. vers. 11.] *Myrias Adam, quæ non novit &c. ibidem explanatum etiam est, factum scil. esse propter jumentum; qs. d. v. Nullibi locorum gentiles dicuntur [Adam] Homines separatim, sed, si quando ita vocantur, Scriptura quoque jumenti mentionem facit. Quod autem scriptum reperitur* [Lev. 18. 5. Præcepta mea & statuta mea] *quæ faciet [Ha-Adam] Homo, quodque ita exponunt Doctore n. l. m. Non dicitur* [quæ faciet] *Sacerdos aut Levita aut Israelita, sed [Haadam] Homo, quod docet etiam gentilem Legis divinæ studiosum Pontifice magno nihilo esse inferiorem, prout hæc interpretatio occurrit in Sanhedrin fol.* נט. 1. [imo & in Bava Kama fol. לח. 1. & Avodah Sarah fol. ג. 1.] *illud duntaxat ita declarant, quod ex superfluo He [Emphatico] proveniat, quod adest ad indicandam multitudinem, nimirum etiam gentilem* [si fecerit statuta divina, per ea victurum] *Neque enim dicitur quæ faciet Adam [sed Haadam]* Conf. & *Tosapht. ad loc. cit. Jevamot.*

CAPUT QUARTUM.

I. PErlustratis ordine locis sepulcralibus, quæ calce notari antiquitus solebant, e re nostra fuerit & modum, quem in administrando hoc ritu tenuere veteres Hebræi, paucis expendere. Eum succincte descriptum exhibet *Mischnah Cod. Maasar Scheni cap.* 1. §. 1. *fol.* ע. 2. מציינין קברות בסיד וממחה ושופך: *Signant sepulcra calce, quam aqua macerat & affundit.* Cum enim in designatione sepulcrorum præcipue curandum esset, ut calx immunditiei index sub terra delitescentis prætereuntium, qui moneri debebant, oculis se facile offerret, non solum, quæ melioris esset notæ & colore nitido & albicante præcipue emineret, [quali alias Judæi vastato jam templo in obducendis ædium parietibus uti prohibentur in *Talm. Babylon. Codd. Schabbat fol.* ס. 2. *& Bava Batr. fol.* ס. 2.] adhibenda, sed & aquis probe maceranda erat, ut eo magis albesceret, eoque citius nitore suo oculos עוברים והולכים subiret. Nam & hoc præcipue fini in signandis sepulchris calce intrita usos fuisse veteres, ex iis patet, quæ e *Babylon Gemara Cod. Bav. Batr.* sub finem cap. II. recensuimus. Aquis ita temperata Calx super ipsum sepulcri locum postea diffundebatur. Ad quam effusionem digitum intendere videntur Gemaristæ in *Gemara Hierosolymitana Cod. Babyl. Schekalim* subnexa *fol.* ד. scribentes הרת יבנה לו נפש על קברו ויעש' לו זילף על גבי מיטתו: *Defuncto cippus erigitur super sepulchrum ejus, & peragitur effusio super lecto ejus;* nisi forte & alium hic occultasse sensum & per זילף largam lachrymarum effusionem intellexisse dicendi sunt, quam a propinquis משום יקרא דשכבא *in honorem defuncti* institui solitam tantopere commendat *Maimonides Hilc. Evel. cap.* 12. §. 1.

II. Neque vero sufficiebat labori huic dextre peragendo opera perfunctoria, sed requirebatur accurata & ad amussim exacta diligentia. Summo enim studio omne illud spatium, quod in cavernis subterraneis occupabant sepulchra, in superficie terræ calce signandum erat. Idcirco, qui recte defungi hoc munere volebant, ut eo certiores fierent, quousque se immunditiesSepulcri diffunderet, speluncam ipsimet ingressi cavorum, qui sepulcrorum erant receptacula (Conf. qui sepulcrorum apud Hebræos formam delinearunt *Casaub. Exercit. adv. Baron. pag.* 578. *Ligtfot. Hor. pag.* 171. *Magnif. Dn. D. Gejer. de Luct. Hebr. cap.* 6. §. 11. *pag.* 137. *J. H. Otto Lex. Phil. Rabb. pag.* 345. *Saubertus in Palæstr. Theol. pag.* 214. *aliique*) a se invicem distantiam & amplitudinem adhibita etiam norma curatius explorabant.

Quod

Quod ne ex nostra mente nulla subnixi autoritate videamur disserere, operæ pretium erit subjungere e Gemara Babylonica locum prolixiorem quidem & fabulis refertum, dignissimum tamen, cum graphice rem omnem depingat, qui totus adscribatur. Relatus inter *Excerpta R. Jacob* primum se nobis obtulit in *Beth Jacob fol.* פ. 3. *Ed. Crac.* sed placet eundem ex Talmude ipso *Cod. Bava Batra fol.* נח 1. cum inserta, ubi opus fuerit, Glossa Raschii, quæ concisius dicta dilucidius explicat, proponere: ר' בנאה הוה קא מציין מערתא כי מטא למערתא דאברהם אשכחי' לאליעזר עבד אברהם דקאי קמיה בבא אל מאי קא עביד אברהם א"ל גאני בכנפה' דשרה' וקא מעיינ' ליה ברישיה א'ל [זיל] אימא ליה בנאה כאי אבבא א"ל ליעול מידע ידיע דיצר בהאי עלמא ליכא עייל עייז ונפק כי מטא למערתא דאדם הראשון יצתה בת קול ואמר נסתכלת ברמות דיוקני בדיוקני עצמה' אל תסתכל הא בעינא לציוני מערתא כמדת החצונ' כך מדת הפנימי' ולמ"ד שני בתים זולמעלה מזר כמד עליונה כך מדת התחתונה': *R. Bannaah* [*calce*] *signabat speluncas* [Glossa: *Quoniam enim vir erat summæ existimationis ideo ei potestas data intrandi sepulcra justorum, quod alii non licebat, cum majores esse dicantur justi post obitum suum, quam cum adhuc in vivis essent. Ingressus itaque speluncas longitudinem earundem intus mensurabat, & post ex-adverso foris tantundem spatii emensus* עשה ציון סיד *calce signum faciebat, ut immundities loci manifesta fieret, nec sancta illuc deferrentur.*] *Cum venisset ad speluncam Abrahami, invenit Eleasarem servum Abrahami ante ostium stantem* [Gloss. *occurrit enim traditio in Massechet* דרך ארץ זוטא [cap. 1. c. f. fol. ב. 2. Ed. Amst. ubi tamen non 7. sed cum fœminis novem imo 10. recensentur] *Septem justos adhuc superesse nondum vita functos, & his etiam annumerari Eleasarem*] *ex quo cum quæreret, quid ageret Abraham respondit ille: Cubat in ulnis* [*Gl. inter brachia*] *Saræ, quæ in caput ejus attente intuetur. Tum Bannaah ad servum: JCto, inquit, & dic illi: Bannaah stat ante fores.* [*Quod cum fecisset*] *dixit ei Abraham: Introeat, novit enim optime, non dari concupiscentiam pravam in hoc mundo. Intravit, vidit* [*Gl. capacitatem speluncæ*] *& exivit* [*Gl. signavitque postea extrinsecus locum calce*]. *Cum autem contendisset ad speluncam Adami protoplasti, exivit Bat-Kol* [φωνὴ ἐκ τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃] *dicens vidisti imaginis meæ similitudinem* [Jacobum nempe in eadem spelunca cum Abrahamo quiescentem quem paulo post venustatem referre Adami nugantur] *ipsam imaginem meam non videbis. Oportet tamen me* [*regerebat Banaah*] *signare speluncam,* [*Responsum tulit*] *uti se habet mensura exterioris* (Gloss. *in qua tres Patriarchæ quiescunt*] *ita etiam interioris. Qui vero dicit ex duabus istis speluncis unam esse supra alteram* de eo enim adhuc lis est inter Doctores Raf & Samuel *in Gemara Cod. Erubhin fol.* נג. 1. *lib. 6.*] *fert responsum: Quæ superioris eadem & inferioris mensuræ est,* [*Gl. sufficietque si superiorem calce notaveris.*

III. Aliam autem rationem tenebant Hebræi, quando immundities τȣ̃ בירת הפרס sc. agri, in quo deperditum erat sepulcrum, designanda erat. Neque enim tum toto agro diffundebatur calx, sed solum in extremitatibus termini, quibus signari ager solebat, juxta illud, quod legitur in *Bava Batra fol.* נר. 1. שדה' המסויימת במצריה': *ager signatus in terminis suis* h. e. ut exponit Glossa שיש לה מצר בד' רוחותיה': *terminos habens in quatuor plagis suis dispositos* calce incrustabantur. Id enim volunt verba *Maimonidæ Hilc. Tum. M. cap.* 8. *fol.* שכה 2. מצא ארבעה מצריה מצויינין הן טהורין וכל השדה כולה טמאה': *Cum quis inveniret quatuor agri terminos* [*calce*] *signatos, isti quidem mundi erant, sed totus ager in universum erat immundus.* Istud generatim in quavis designatione locorum sepulcralium observandum erat, ne precise super locum immundum calx effunderetur. Rationem subministrat *Gemara Cod. Moed Kat.* loco sæpius allegato: אין מעמידין ציון במקום טומא' שלא להפסיד אר' הטהורות: *Non ponebant signum* [*præcise*] *super locum immunditiei, ne res mundas perderet. Nam si quis* (addit Scholiastes) *immunditiem sub signo latentem non animadvertisset prius, quam ad signum devenisset, subito munda contaminata fuissent, quoniam sub signo delituisset præcise immundities. Idcirco constituebant quod* ציון *signum juxta immunditiem paululum distans ab eadem* [יהי עודף מכאן ומכאן בצירי הפומאח *utrinque prominebat ad latera immunditiei*, ut eadem Gemaræ verba pulcre explicat *Maimon. H. T. M. cap.* 8. §. 9.] *quo unusquisque ad istiusmodi signum tendens immunditiem adesse intelligeret, & tempestive recederet.* Sed nec illud negligendum erat, quod aliquoties in citata Gemara adducunt. Hebræorum magistri: אין מר חיקין ציח מסקו טימאה' שלא להפסיד אר' ארץ ישראל: *Non protendebant justo longius extra locum immunditiei signum, ne corrumperet terram Israelis*, quæ verba etiam Maimonides recitat loco allegato. Ut autem horum omnium eo major haberetur ratio, neque temere vel ex incogitantia, vel igno-

ignorantia aliquid prætermitteretur, præſente viro erudito rerumque intelligente dealbatio iſta, præſertim, quæ publica autoritate fiebat, inſtitui ſolebat, quod ex eadem Gem. M. K. d. l. colligitur: ר׳ יהודה אומר עד שיהא שם זקן או תלמיד לפי שאין הכל בקואין בדבר אמר אביי שמע מינה צורבא מרבנן דאיכא במתא כל מילי דמתא עליה רמיא: *R. Jebuda dicit:* [*Expectabant*, id enim vel ſimile quid in locutione Elliptica ſupplendum] *donec intereſſet ſenex aut diſcipulus* [*ſapientis*] *Non enim omnes rem explorabant. Ad quod Abbai reſpondit: Quantum inde intelligo in virum acie ingenii pollentem, qui in civitate eſt, omne negotium civitatis devolvitur.*

IV. Incumbebat cætero qui omnibus, quibus ſepulcra tangere expreſſo mandato non erat prohibitum, id muneris, ut, quoties occurreret Sepulcrum vel nunquam ante hæc notatum, vel temporis injuria aut caſuali quo ſigno vacuum, poſito indicio illud, ne poſthac cuiquam offendiculo eſſet, detegi curarent, quod ex Maimonidæ ſententia cap. 3. §. 2. adducta patet. Præcipue tamen hanc curam ſuam faciebat Magiſtratus qui quotannis שלוחי ב״ד *Legatis domus judicii* inter alios labores & hunc imponebat, ut ſicubi in ſepulchris calcis affuſæ indicia obſcuriora reddita, aut penitus deleta deprehenderent, eadem reſtaurarent, & affuſa denuo calce omnibus patefacerent. Ita enim *Maimonides Hilc. Schevit. Jom. Tob. cap.* 7. §. 11. *fol.* קסז. 2. *Tom.* 2. *Ed. Ven. Maj.* יוצאים שלוחי ב״ד להפקיד את הכלאי׳ וכו׳ ומציינין על הקברות שמיחו גשמים את ציונם כדי שיפרשו מהן הכהנים *Prodibant Legati domus judicii ad viſitanda Heterogenea &c.* [Conf. *Maim. in Hilc. Kelaim cap.* 2. *ſeqq.*] *Et notabant ſepulcra, quorum ſigna aqua pluvialis deleverat &c.* Fiebant autem hæc ſtatis anni temporibus, menſe plerumque Adar, quod planum eſt ex *Miſchnah Cod. Schekalin cap.* 1. §. 1. in feſto parvo, ut tradunt Miſchnici Doctores in *Moed Katon cap.* 1. §. 1. *fol.* ב. 1. משקין בית השלחין במועד וכו׳ ומתקנין את המקולקלות במועד ומתקנין את קילקולי המים שברשות הרבים וחוטטין אותן ומתקנין את הדרכים ואת הרחובו׳ את מקוות המים ועושין כל צורכי הרבים ומציינין את הקברות ויוצאין אף על הכלאים: *Irrigant agrum ſiticuloſum in feſto &c. reparant quoque deſtructa in feſto, corrigunt aquas corruptas in plateis, & fodiendo inquirunt eas, reparant vias itemque plateas & receptacula aquarum, faciuntque omnia, quæ neceſſitatem publicam reſpiciunt, ſignant ſepulcra atque etiam propter Heterogenea egrediuntur.* A quibus diverſa non ſunt, quæ prodit *Maimonides Hilc. Tum. M. c.* 8. §. 9. *fol.* חצג. *Tom.* 2. *Ed. Ven. Maj.* dealbationem hanc aſſerens inſtitui ſolitam בחול של מועד *diebus feſti profeſtis*, cum illi ipſi Hebræis nomine מועד abſolute veniant teſte eodem *Maimon. in Hilc. Schevit Jom. Tob. cap.* 6. §. 22. *fol.* קסג. 1. ימים שבין ראשון ושביעי של פסח וראשון ושמיני של חג הסכות והן בכולה ארבעה בתוך הפסח וחמשה בתוך החג הם הנקראין חולו של מועד ונקראין מועד: *Dies, qui ſunt inter primum & ſeptimum Feſti Paſchatis, itemque inter primum & octavum feſti Tabernaculorum, qui in univerſum ſunt quatuor intra feſtum Paſchatis & quinque intra feſtum Tabernaculorum, vocantur dies feſti profeſti itemque Moed ſ. Feſtum abſolute.* Hiſce intermediis feſti diebus etſi non quoſvis aggredi labores licebat, qua de re conferri poſſunt præter *Rambam loc. cit. cap.* 7. §. 1. prolixius differentes *Rabbenu Aſcher & Autor Piſke Toſephot ad Cod. Moed Kat.* nec non *R. Joſeph Karro in Schylchan Aruch*, eos tamen premiſſum erat ſuſcipere, qui ad publicam ſpectabant neceſſitatem, nec ſine præſentiſſimo damno omitti poterant, prout illud ex magiſtrorum placitis in notatis ad *Cod. Moed Katon cap.* 1. §. 1. *fol.* ב. 1. ſatis dilucide docet *Raſchi:* איזו מלאכה אסירה בחולו של מועד ואיזו מותרת ומלאכה שיש בה הפסד אם אינו עושה כגון להשקו׳ בית השלחין התירו חכמים: *In profeſto feſti quodnam opus vetitum, quodnam licitum erat? Laborem, cujus neglectus cum damno conjunctus erat, v. g. irrigationem agri ſiticuloſi, indulſerunt Sapientes.* Refert tamen *Maimonides* & id fuiſſe requiſitum, ut opus, quod diebus iſtis profeſtis licebat ſuſcipere, difficultate omni & moleſtia vacaret. Verba ejus ſunt *H. Schev. J., T. cap.* 7. §. 2. *fol.* קסג. 2. כל מלאכה שאם לא יעשה אותה במועד יהיה שם הפסד הרבה עושין אותה ובלבד שלא יהיה בה טורח הרבה: Iſtius igitur generis laborem & ſepulchrorum deſignationem fuiſſe ſtatuunt Hebræi. *Auctor Toſephot ad M. K. l. c.* מציינין את הקברות דליכא טירחא: *Notabant Seplchra calce* (videlicet במ״ק de quo ibidem ſermo eſt) *cum id nullius eſſet moleſtiæ.* Sed & publicæ neceſſitati diligenter obſervato hoc ritu conſultum fuiſſe liquet ex *Gemara Hieroſolimitana* in Babylonico Talmude *Codici Schekalim* ſubjuncta *fol.* ב. 4. אלו הן כל צירכי הרבים דנים דיני ממנות דיני נפשות וכו׳ מציינין עלהברו: *Hæc omnia publicam neceſſitatem reſpiciunt, judicia inſtituere pecuniaria, criminalia &c. & ſepulcra (calce) ſignare.*

V. Erat enim e re omnium ſepulcralem immunditiem, quam, quotquot contra-

trahebant, polluti 7. diebus judicabantur. ſub terra in occulto latitantem in apricum proferre, & appoſito ſigno manifeſtam reddere, quo, qui ſanctitati ſtudere debebat, Deo ſacer populus, a frequenti ad Sepulchra acceſſu & inde reſultante immunditie cavere ſibi eo melius poſſet. Præcipuum tamen commodum ex hac deſignatione redundabat in Naſiræos & Sacerdotes, quibus, ut ob interdictum divinum non licebat pollui mortuis exceptis ſex propinquis, quibus Sacerdos pollui poterat vi Legis divinæ Lev. XXI. 2. & מת המצוה ſ. *mortuo præcepti*, quo non Nazaræos ſolum & כהן דיוט *Sacerdotem vulgarem*, ſed ipſum Sacerdotem Magnum, cui alias ex Lege nunquam licebat immunditiem contrahere ex mortuis, ne quidem propinquis ob rationem adductam a *Rambam in More Nevuchim Part.* 3. *cap.* 47. *fol.* קסו. 2. *c. f. Ed. Savion;* contaminari potuiſſe Hebræorum eſt ſententia, (de qua præter allegatos *cap.* 1. *huj. Diſſ.* 2. confer. *Toſiphta ad Cod. Niddah fol.* סא. & *R. Abrah. Menachem in Minchah Belulah fol.* קכד. 1. *Edit. Veron.*) ita neque permiſſum erat inquinari לכל פומאות הפורשות ממנו videlicet ſepulchro ejuſque operculo & lateribus aliiſque rebus ſepulchralibus, quas fuſius recenſet *Karro in Schylchan Aruch Part.* 2. *fol.* קפו. *Ed. Ven.* Inprimis cavere debebant ſibi ab immunditie ſepulchrali Sacerdotes, quando ad offerendam vel comedendam תרומה *oblationem* vel quod magis arridet *Coccejo in not. ad Cod. Sanhedr. pag.* 131. *Ablationem* accedere vellent, cum ad illam vere pertineret illa προγυλακή, quam Alcorano inſcribere ſolent Muhamedani referentibus *Golio in Gram. Arab. Præf. ad Sur.* 31. & 61. *pag.* 182. *Hottingero in Orient. Hiſt. lib.* 2. *cap.* 5. *p.* 313. & *Biblioth. p.* 156. *Schickardo in Jur. Reg. cap.* 2. *pag.* 51. & *Dn. D. Pfeiff. in Faſcic. Diſſ.* 4. *p.* 84. لايمسه الا المطهرون *Non contingent eum niſi mundi*. Qui enim mundam oblationem immundus attingebat, incurrebat pœnam כרת *extermini* [qua de præter citatos ob *Ottone Lex. R. Phil. pag.* 122. conſul. *R. Bechai in Legem fol.* קנא. 3. & *ſeqq. Ed. Crac.*] ſeu, ut loquitur *Maimonides Hilc. Trumoth cap.* 7. §. 1. *fol.* תלא. *Tom.* 2. *Ed. Ven. Maj.* חייב מיתה בידי שמים *reus erat mortis per manus* Dei *vel cælitus infligendæ*, quam tamen, ut hæc ἐν παραδρομῇ addam, a מיתה כרת alibi aperte diſtinguunt Hebræorum magiſtri in *Moed Katon fol.* כח 1. itemque *R. Abarbanel in Nachalat Avot. cap.* 5. *fol.* מח 1. *circ. med. Edit. Conſtantinop.* & *R. Joſeph Chajon in* מילי ראבות *fol.* נב. 2. *Ed. Ven.* Nec Sacerdotes ſolum, ſed & omnes eorundem domeſticos בין זכרים בין נקבות ועבדיהם הכנענים . quibus fas erat veſci oblationibus, [Vid. *Rambam loc. cit. cap.* 6. §. 1.] eo tempore, quo iiſdem frui volebant, abſtinere debuiſſe a morticiniis & ſepulcris dubium nullum eſt, etſi alias a ſepulcrali immunditie nullo mandato prohiberentur, quod docet iterum toties a nobis laudatus عالم بسنن اليهود *Juris judaici peritiſſimus* [ut auctori *Hiſt. Medic.* audit apud *Pok. ad P. M.*] *Maimonides Hilc. Ebel. cap.* 3. *f.* תשנר. 2. *Tom.* 2. *Edit. Ven.* In horum itaque gratiam loca ſepulcralia calce notabantur, & ſi quando hæc nota precedente tempore imbrium vehementia deleta eſſet, iterato calx affundenda erat, ne ex τάφοις κεκονιαμένοις fierent μνημεῖα ἄδηλα, quorum meminit Servator *Luc.* XI. *verſ.* 44. ſive קברות תהום, ut loqui amant Hebræi, *Sepulcra abyſſi* id eſt *occulta*, quæ imprudentes polluebant, & cauſam præbuere fornicibus olim templo Hieroſolymitano ſubſtructis. Ob hanc enim rationem, ne ex ſepulchris, occultis, quæ a multis retro temporibus illuc repoſita manſiſſe metuebantur, immunditiem aliquam contraherent, qui in templo ſacris aliquando operaturi eſſent, ſubterraneos fornices & porticus arcuatos, quibus templum impoſitum fuiſſe teſtatur quoque *Cod. Middot pag.* 33. *ex edit. L' Emper.* ædificatos eſſe refert *Autor libelli de Cipp. Hebr. pag.* 22. תחת בית המקדש כפות בפות ועמודים בנין נורא מאד והוא בנין דוד המלך ע׳ה שבנה יסודות בית המקדש ועשה אלו הבנינים תחת בית המקדש מפני טומאת קבר והתהום . hoc eſt e verſione Cl. Hottingeri: *Infra domum ſanctam ſunt multi fornices, & columnæ magnifice valde Davidis nempe Regis p. m. ſtructæ, qui ædificavit fundamenta domus ſanctæ, fecitque has ſtructuras ſub æde ſancta propter pollutionem ſepulcri occultam*. Addatur *Schevet Jehudah fol.* סח. *Edit. Amſt. in verſ. vero Cl. Gentii* pag. 539. Quibus plane gemina ſunt, quæ in *Hilc. Parah Adumah c.* 3. §. 1. *f.* שמו. 1. *Ed. Ven. Min.* tradit noſter *Maimon.*, quotannis, cum vacca rufa a Sacerdote extra הר הבית ſ. montem Templi comburenda eſſet, ſacerdote ob eundem metum קבר התהום non inceſſiſſe via ordinaria, ſed in ſuppedaneo eum in finem exſtructo מהר הבית להר המשחה & arcubus ſuffulto, ita ut duobus arcubus unus eſſet impoſitus; imo in monte oliveti, locum שריפה וטבילה fornicibus fuiſ-

fuisse suffultum, qualia etiam in Talmude Babylonico *Codd. Parab. Middot & Cap.* טבול יום *h. e.* 12. *Cod. Sevachim* legi ad h. l. *Maimonidæ* observat *Rabbi Joseph Karro in Keseph Mischneh.*

VI. Constitutum erat post explicatam satis ex Hebræorum institutis rationem τῶν τάφων κεκονιαμένων de mente ac sensu verborum Christi cupientis hac parabola a Sepulchris calce notatis petita notare mores personatos hominum צבועים *fucatorum*, uti dicuntur in *Talm. Cod. Sotah fol.* כב. (h. e. juxta Raschium in glossa שאין מראית כתולרותם אלא צבועי׳ מבחוץ ואין תוכן כברם *quorum externa forma non respondet naturæ eorum; sed picturati sunt exterius, interius autem non est sicut exterius,*) nonnulla, quoad quidem licuisset intra Philologiæ cancellos circumscriptis, differere; sed, cum يملا الدلو الى عقد الكرب *plena* (quod ajunt Arabes) jam sit *situla ad nodum imi funis*, ne ابعد من العنقاء *longius quam ubi gryps sit* progredi videmur, hic commentandi finem facimus, בריך רחמנא דסייען מריש ועד כאן:

ZACHARIÆ GRAPII
DISSERTATIO
DE
JUDÆORUM ET MUHAMMEDANORUM
CHIBBUT HAKKEBHER,
i. e.
PERCUSSIONE SEPULCHRALI.

Quod Veritas Infinita dirigat!

PROLOGUS.

Maximam esse convenientiam placitorum *Judaicorum* & *Muhammedanorum* facile concedunt omnes, qui utriusque gentis mysteria aliquantulum penitius perscrutantur. Ostendit id in evidentioribus quibusdam capitibus *B. DN. D. August. Pfeifferus in Theologia Judaica atque Mohammedica in dedicat.* & *Theodoric. Hackspan in Tract. de usu librorum Rabbin. Lipmanni Nizachon annexo cap. 3. p. 486. seqq.* Adde *Edord. Pocook. in Specim. Arab. p. 309. seqq.* & *Not. Miscellan. ad Portam Mosis cap. 9. p. 369. seqq.* qui harmoniam quoque in ritibus plerisque quærit, licet non semper eodem modo observatis. Possemus his ex modo laudatis Autoribus adductis exemplis & plura adhuc alia addere, conferentes Judæorum *Talmud* cum Muhammedanorum *Alcorano* & *Suna*, aliaque Judæorum scripta cum Muhammedanis, si prolixiores telas nectere instituti ferret ratio. Si quæras hujus harmoniæ causam, in aprico illa est. Cum constet, & Judæos nonnullos impostori illi *Muhammedi* a consiliis fuisse, cum novam illam suam, eamque detestandam religionem cudere inciperet. Inter quos *Autor confutationis Muhammedis*,

dis, qui exhibetur *a Stephano le Moyne in Variis Sacris p.* 450. refert quoque *Phineen*, & *Audiam*, qui vocabatur *Salon*, qui hic ſocias manus *Muhammedi* tradiderunt. Hi procul dubio ineptias ſuas non celarunt; ſed potius eaſdem in ſeductionem aliorum fideliter communicarunt. Specimen quoddam Harmoniæ hujus Judaicæ ac Muhammedicæ hoc ipſo ſpecimine Academico damus. *Qui labor ut FELICITER ſuccedat, ante omnia Æternum imploramus Numen, ut Gratia ſua adeſſe nobis velit, ſicque omnia vergant in ſui Nominis gloriam, vanitatis Judaicæ demonſtrationem & Veritatis promotionem.*

CONSPECTUS.

I. *Diſpeſcitur tota diſputatio in Onomatologiam & Pragmatologiam.*
II. *In Onomatologia conſiderandæ promittuntur voces* (1) *extra compoſitionem* (2) *intra compoſitionem.*
III. *Extra compoſitionem conſideratur* (a) *vox Chibbut ratione radicis, quæ eſt Chabbat, de qua quædam annotantur.*
IV. *Fuſtigationis diſtinctio.*
V. (b) *Vox Kebber ratione Etymol. & homon.*
VI. *Conſiderantur breviter voces intra compoſitionem.*
VII. *Pragmatologia in duo momenta diſpecitur.*
VIII. *Incipitur ab exiſtentia, ſive quod hoc dogma ab utraque parte credatur, oſtenditur* (a) *ex ſcriptis Judæorum.*
IX. (b) *Ex ſcriptis Muhammedanorum.*
X. *Deſcribitur dogma ex mente Judæorum.*
XI. *Idem tentatur ex Muhammedanis.*
XII. *Ex quibus omnibus jam ulterius evolvitur* (a) *ſubjectum patiens.*
XIII. *Differentia quædam Muhammedonorum ratione hujus ſubjecti indicatur.*
XIV. (b) *Subjectum agens, quod eſt Angelus mortis, de quo varia obſervantur, partim ex Judæorum.*
XV. *Partim ex Muhammedanorum ſcriptis.*
XVI. (c) *Proceſſus hujus plagæ.*
XVII. *Gravitas hujus plagæ ex precibus Judæorum ac Amuletis adverſus eandem oſtenditur.*
XVIII. *Judicium de hac ſententia adjicitur* (a) *illam rejiciendo.*
XIX. (b) *In originem, vel occaſionem inquirendo.*
XX. (c) *Balthaſar. Bekkeri objectionem ex hac opinione rejiciendo.*

I. DIſpecimus totam hanc Diſſertationem in *duo primaria momenta*, quorum prius *Onomatologiam*, Poſterius *Pragmatologiam* ſubſtrati thematis exhibebit.

II. In *Onomatologia* conſiderande erunt voces, & quidem (1) *extra compoſitionem*. (2) *Intra compoſitionem*.

III. *Extra compoſitionem* occurit (I) vocabulum חבוט quod eſt a Rad. Ebraica חבט *excuſſit, decuſſit*. Occurit in S. Codice de *tritico*, quod exciſſit Gideon *Jud. VI.* 11. Luth. Er draſch Weitzen. Quo de loco controvertitur inter *Philologos*, quomodo nimirum conciliandus cum more veterum Hebræorum, quo ſegetes non *excutiebantur flagellis*, quemadmodum infirmiora ſemina ita excutiebantur, puta *melanthium, cuminum* &c. quemadmodum vocabulum hoc occurrit *Jeſ. XXVIII.* 27. Sed potius *exterebantur ungulis boum & tribulis*. De quo prolixe *Dn. D. Auguſt. Pfeiffer*. (1) *Dn. Matthias Frid. Bekius* (2) *Fullerus* (3) aliique. Hinc *Seb. Munſterus* (4) vult, verbum חבט h. l. poſitum eſſe pro דש quod alias jumentis fiebat. Verum probabilior videtur conjectura *R. Jeſchajæ* (5) qui ita: בגת הכרם חיה הום מעט כי ירא לחבוט הכל דחי i. e. *in torculari excutiebat* (*bacillo ſcilicet*) *paululum, qui metuebat* (*Midianitas ſcil.*) *ſicque non poterat omnia ſimul*. Senſus ergo hic erit, *Gideonem* pauca quædam duntaxat bacillo quodam excuſſiſſe, cum præ metu omnia more alias conſueto triturari non poſſent. Eodem ſenſu occurrit quoque idem vocabulum de *excuſſione olivarum*, qua nimirum, ut olivæ caderent, oleæ ſolebant baculo percuti. Quemadmodum occurrit *Deut.* XXIV. 20. Conf. *R. Dav. Kimchi* (6) & *Druſium*. (7) Deinde verbum חבט apud *Rabbinos* quoque idem ſignificat ac *proſternere ſe pronum in terram*, in *Piel dejicere* &c. Sic in *Schemoth Rabba* (8) הכטן לקרקע *proſtravit eos in terram* &c. Vid. *Buxtorf*. (9) Alias etiam *percuſſionem* denotat quamcunque *Eſth.* VI. 1. Hoc loco ſumitur pro *percuſſione* quadam, quæ fit *baculo* vel *virgis* vel alio inſtrumento.

IV. *Percuſſio* alias apud Hebræos erat du-

duplex, *altera* vocabatur *flagellatio*, quo etiam refertur *flagellatio 39. plagarum*. Altera vocabatur *fustigatio*, quæ extra Palæstinam irrogari solita, observante *Dn. Pfeiffero*. (10) Quæ tamen *generale* hoc habebant vocabulum מכות de quibus prolixe egere *Seldenus* (11) & *Rob. Sheringham*. (12) Præsens vero vocabulum חבוט de *duplici* potissimum *percussione* apud Hebræos occurrere animadvertimus: (1) pro tali *percussione*, qua *ramos palmarum* (מכורה communiter fiebant *loris bubulis*) afferebant, & excutiebant meritos in terra ad latera altaris, qui dies vocabatur יום חבוט חריות *dies excussionis ramorum*. Conf. *Buxtorf.* (13) (2) occurrit pro *percussione* quadam *in sepulchro* facta ab *Angelo mortis*. Et de *hac posteriori* hac vice loquimur.

V. Sequitur (II) alterum vocabulum, quod est קבר significans *sepulchrum* a Rad. קבר *sepelivit*, *quia ibi sepeliuntur corpora defunctorum*. Apud *Rabbinos* significat interdum etiam *uterum muliebrem*, quia aliquando est sepulchrum infantis, qui in utero moritur. Inde כל זמן שהקבר פתוח *Quamdiu uterus apertus est*, scil. in partu, *tunc licet administrare necessaria ad partum in Sabbato sine metu violationis Sabbati*. Conf. *Buxtorf.* (14) A nobis sumitur hoc loco vocabulum in *priori* significatione.

VI. Ex hisce jam facile patebit, quid *intra compositionem* sit חבוט הקבר nempe idem ac *percussio* quædam, quæ fit *in sepulchro*, Quæ voces intra compositionem, & quidem quantum Hebræum idioma concernit, num & in aliis significationibus, alioque usu occurrant? non memini. Apud *Latinos* & *Germanos* alias *percussio in sepulchro* sumitur pro *actione quadam Diaboli*, *qua in sepulchris motum vel sonum quendam excitat*, *ad terrendum homines*. Quemadmodum ita e. gr. nonnullis in locis Satanam tale quid præstitisse in sepulchro certi alicujus Hominis demortui fama est, nempe, quoties alius quidam ejusdem dignitatis homo mortuus, toties hæc percussio fuit audita, præsagiumque fuit instantis mortis Hominis ejusdem. Sed de tali præsaga percussione hac vice non loquimur; sed de *percussione sepulchrali* ex mente Judæorum & Muhammedanorum, quam mox ulterius explicabimus. Vocatur a Latinis quoque *fustigatio sepulchralis*, item *tormentum sepulchrale*. Germani vocant: Schläge im Grabe.

VII. Ab *Onomatologia* pergimus ad *Pragmatologiam*, in qua (1) ex mente Judæorum dogma hoc describendum, & (2) judicium de eodem breviter adjiciendum.

VIII. Antequam describamus *Chibbut Hakkebber*, certi debemus esse, an etiam tale quid statuatur a Judæis, & Mahummedanis? Patebit id ex scriptis utriusque gentis. Et quidem, quantum Judæos attinet, tum expresse *Chibbut Hakkebber* refertur a *R. Gedalia* (15) inter *septem illas plagas*, quas vulgo credunt, quarum *prima est* ipsa animæ & corporis separatio, de qua (16) narratur, quod si Judæi deprecati non fuissent, miserrimum hunc corporis & animæ ululatum ab uno termino mundi usque ad alterum exaudiri potuisse. *Secunda* plaga est, quando corpus ad sepulchrum transfertur. *Tertia*, quando corpus in sepulchrum injicitur, tunc enim congregare se omnia ejus opera, circumdantia ipsum utrinque, & clamare ac vociferari: *Hic homo omnia hæc opera in vita sua peregit*. Cumque omnes demortui clamorem hunc audiant, apparere eosdem coram defuncto illo, contemplantes hæc ipsis opera; si *mala* sunt dicere: *Væ homini huic Belialitico!* Si vero *bona*, excipere eosdem hominem illum suumque שלום ipsi apprecari. Si autem fuerit *Rabbi*, & alterius *Rabbi* verba explicaverit, tum eundem illum *Rabbi* ipsi occurrere, comiterque ipsum excipere, coram Angelis eum sistere, orando, ut gratiam ipsi exhibeant, cumque hoc homine una se coram Deo sistant, & pro eodem intercedant. *Quarta* plaga est, quando jam in sepulchro jacet, & est illud *Chibbut*, de quo hac vice disputamus. *Quinta* est a vermibus. *Sextam* sustinet in purgatorio. *Septima* est, quod Spiritus ejus ab animalibus Paradisi hinc illincque pellatur, ut nusquam locum, quo quiescat, inveniat. Idem & adhuc ex aliis Judæorum scriptis mox citandis corroborari poterit. Imo integros libros de hac plaga scripsisse Judæos, testatur *Frid. Albert. Christiani* (17).

IX. Ita & Muhammedanos tale quid statuere, itidem ipsorum scripta passim testantur. Ita enim *Algazelus* (18) apud *Ludov. Maraccium* (19) scribit: وان يومن بعذاب القبر وانه حقوحكمة وعدل علي الجسد والروح علي ما يشاء. i. e. *credere oportet in tormentum sepulchri, & hoc esse debitum & judicium & justitiam erga corpus & animam pro eo, quod voluerit Deus*. Refertur huc quoque merito a *Marraccio* (20) locus ex ipso *Alcorano* (21) ubi ita: واوترى اذ يتوفى الذين كفروا الملايكة يضربون وجوههم وادبارهم ونوقوا عذاب الحريق نلك بما قدمت ايديكم. Quod *Sieur du Ryer* (22)

(22) ita vertit: *Tu as vu les Anges, qui ont fait mourir les infideles ils lex ont batus par devant & par derniere & leur ont dite Goutez lex tournemens du feu, que vous avez merite*. Vel latine ita: *Et o ſi videres, quando Angeli tradunt morti infideles. Percutiunt facies eorum, & dorſa eorum (& dicunt iis:) Guſtate pœnam combuſtionis, quæ vobis debetur ob peccata veſtra præterita*. Ita & *Maadus filius Giabalæ* interroganti de damnatorum loco apud *Autorem ſubtilitatum* reſpondet: *Animæ improborum Moslemanorum excruciantur in ſepulchris*: citante *Abrah. Ecchellenſi*. (23) Conf. hic *Edord. Pocock*. (24) Idem *Gabriel Sionita* (25) ex *Autore Arabico Jacob Ben Sidi Ali* refert his verbis: *credunt* (nempe *Muhammedani*) *etiam ſepulchrorum ſupplicium. Nam ſolent ſæpe mortui cruciari in ſepulchris ſuis, ut factum eſt in quodam ſepulchro, quod eſt intra Meccam & Medinam*.

X. Deſcribitur jam hoc *Chibbut Hakkebber a Judæis*, interprete *R. Elia Germano* (26) ita: כתוב במדרש רבי יצחק בן פרנך שאלו לו תלמידיו את רבי אליעזר כצד דין חבוט הקבר אמר להם כיון שנפטר אדם מן העולם בא מלאך המות ויושב על קברו מיד נכנסה נשמתו בנופו ומעמידו על רגליו וכולי עד אמר רבי יהשע בן לוי ובידו שלשלת חציה של ברזל והציה של אש ומכה אותו פעם ראשונה אבריו מתפרקין שניה עצמותיו מתפזרים ובאים מלאכים ומקכפים אותם ומכה אותו פעם שלישית ונעשה עפר ואפר ומחזירו לקברו וכו' עד אמר ר' מאיר קשה דין חבוט הקבר מרינה של גיהנם שאפילו צדיקים גמורים ויונקו שרים ונפלים נדונו בו חוץ מי שמת בערב שבת והדר בארץ ישראל וכולי עיין שם:
i. e. *ex verſione Pauli Fagii: Scribitur in Midraſch Rabbi Iſaac, Filii Parnac: interrogaverunt diſcipuli ipſum Rabbi Eliezer, quomodo ſe habet ritus Chibbut Hakkebber? Reſpondit eis: Poſtquam ſeparatus eſt homo ab hoc ſeculo, venit Angelus mortis, & ſedet ſuper ſepulchrum ejus. Statim intrat anima ejus in corpus ejus, & facit illum ſtare ſuper pedes ſuos &c. Donec dixit R. Jehoſchuah Filius Levi. Et in manu ejus eſt* (*inquit*) *catena, cujus media pars eſt ferrea, & altera ignea, qua verberat* (*ipſum hominem*) *Et prima vice diſſolvuntur membra ejus: Altera vice oſſa ejus diſſipantur, tum veniunt Angeli & colligunt ea. Quod ubi tertia vice ipſum percuſſerit, redigitur in pulverem & cinerem, & redit in ſepulchrum ſuum &c. Donec dixit R. Meir. gravius itaque eſt judicium Chibbut Hakkebber judicio Gehennæ, quoniam etiam, qui plane juſti ſunt, & filii Principum, & abortivi eo judicantur, excepto eo, qui moritur in veſpera Sabbati, & qui moratur in terra Iſrael, &c. vide ibi*. Eodem modo idem illud ex prænominato Elia referunt quoque *Chriſt. Gerſon Converſ. Jud.* (27) & *Buxtorff.* (28)

XI. A *Muhammedanis* interprete Algazelo (29) ita deſcribitur سوال منكر ونكير وهما شخصان مهيبان هايلان يقعد العبد في قبره سو يا ذا روح وجسد فيسالانه عن التو حيد والرسالة ويقولان له من ربك وما دينك ومن نبيك وهما فتانا القبر وسو الهما اول فتنة بعد الموت
i. e. *Examen faciendum a Monker & Nakir, quæ ſunt duæ terribiles & horrendæ aſpectu perſonæ, quæ hominem in ſepulchro ſuo erectum ſtatuent anima & corpore præditum, atque interrogabunt eum de unitate Dei & legatione Prophetæ dicentes; Quis eſt Dominus tuus? Et quæ eſt religio tua? Et quis eſt Propheta tuus? Et ambo explorabunt ſepulchrum, & interrogatio eorum erit primum examen poſt mortem faciendum*. Interprete *Marraccio* (30) *Sr. de Moni*, (31) qui eſt *Richardus Simon* ita modum hunc deſcribit: *ils reconnoiſſent encore un jugement particulier, qu' ils appellent le tourment du ſepulchre; & ce jugement, ſelon leur opinion ſe fait de la ſorte. Auſſi toſt que quelqu' un eſt mort & enterre, deux des plus grands Anges, dont l' un ſe nomme Munzir, & l' autre Nekir, viennent interroger le mort, en lui demandant quelle eſt ſa creance, a l' egard de Dieu & du Prophete, de la Loi & du Kible, c' eſt--a--dire de coſte qu' il faut ſe tourner pour prier Dieu. Les juſtes doivent alors repondre, Noſtre Dieu eſt celui, qui a cree toutes choſes, notre Foi eſt la Foi Muslimique ou orthodexe: & la veritable adreſſe, de nos prieres eſt la Kiabe. Les infideles au contraire ne ſachant que reſpondre, ſont condamnes a ſouffrir de grandes peines*. Conf. & *Pocooke*. (32) Eadem & ad ſcopum ſuum obtinendum, in Compendio *Balthaſ. Bekker* (33) recenſet.

XII. Ex quibus videmus, quod *ſubjectum patiens* heic ſit *corpus* & *anima*, quam in ſepulchro ad corpus iterum redire ſtatuunt, ut ſe erigere & loqui cum *Angelo mortis* queat. Non enim volunt, animam ſtatim ad locum ſuum pervenire; ſed variis in locis circumire. Vide de *Judæis* hoc ſtatuentibus *Tr. Berachobt* (34) *Schabbath* (35) ac *Taanith* (36) *Buxtorff.* (37) & *Hoornbeek.* (38) Quod idem quoque *Muhammedani* ſtatuunt. Cu-

jus

jus opinionis adſtructorem fuiſſe *Abubariram*, teſtatur *Autor libri ſubtilitatum*, apud *Abrah. Ecchellenſem* (39) h. m. *interroganti de loco animarum poſt ſeparationem ex corporibus, ita reſpondit Abubarira: Cum quis moritur, circuit ejus anima circa ejus domum, uno menſe, videtque hæredes, qua ratione ſua dividunt bona, æs alienum ſolvant, exequuntur teſtamentum. Elapſo autem menſe ad ſuam reducitur foveam, ſuumque circumit ſepulchrum per annum integrum, ut videat, quis pro ſe fundit preces, quiſque contriſtatur. Anno exacto adducitur defuncti illius anima ad illum locum, in quo ſervantur animæ uſque ad illum diem, quo buccina reſurrectionis ſonabit*. Et quomodo animæ ſingulis feriæ ſextæ diebus in hunc veniant mundum, & ante ſuorum fores ſtent, mœſtaque voce clament: *O conſanguinei! o Filii! o Parentes! o Domeſtici noſtri! o proximi! miſeratione moveamini ſuper nos, nec noſtri obliviſcamini, precibus adeſte nobis, eleemoſynis opem ferte, ſuffragiis auxiliamini, ut forte miſereatur nobis Deus, antequam ſitis, ut nos*, idem *Ecchellenſis* (40) refert. Adeoque non impoſſibile eſſe ſtatuunt, hac ratione etiam heic animam cum corpore reduniri poſſe, hancque fuſtigationem ſuſtinere. Corpus vero, ſi forte ſit combuſtum, aut a feris devoratum, juxta *Judæorum & Muhamedanorum* hypotheſin, debet redintegrari in aliquo ſepulchro, ut ibi hoc tormentum fiat. Confer. & *Marraccium* (41).

XIII. Eſt tamen hic aliqua differentia inter *Judæos & Muhammedanos: Hi* referunt huc potiſſimum *ſubjecta infidelium & fidelium* promiſcue. Sic enim de *fidelibus Zamchaſcerius* ex autoritate *Albara filii Azeb.* ان رسول الله م نكر قبض روح المومن ثم يعود روحة الي جسدة فياتيانة ملاكت فيجلسانة في قبر i. e. vertente *Maraccio* (42) *Legatus Dei Mahumedus dixit, animam Fidelis egreſſam e corpore in Morte* (malim verti: in *ſepulchro*) *iterum in illud regreſſuram eſſe, & venturos duos Angelos, qui ſedebunt juxta eum in ſepulchro. Judæi* vero hic nonnullos excipiunt, & quidem. 1. Qui moriuntur in *veſpera Sabbati*. 2. Qui moriuntur in *terra Canaan*. Hos enim præ aliis mortuis ſpeciale quid habere putant, ita, ut etiam die extremo primi ſint inter reſurgentes, cum, reliqui extra terram Iſraelis mortui per occulta foramina, & cavernas terræ, tamdiu debeant volutari, donec ad hanc terram perveniant, quo ipſo demum ſunt reſurrecturi. Conſ. *Guil. Hinr. Vorſt.* (43). 3. Excipiunt quoque ab hac plaga ſepulchrali ſuos *Pietiſtas*. Sic enim in *Libro Chaſidim* apud *Buxtorff.* (44) legimus: *Is, qui multas eleemoſynas diſtribuit, qui diſciplinæ & continentiæ amans eſt, qui libenter, & ex animo benefacit, peregrinos cibat, piaque attentione preces concipit, quamvis extra terram Canaan habitet, ab ictibus & plagis ſepulchri immunis eſt, & tutus a Chibbut Hakkebher.*

XIV. *Subjectum agens* ſive *fuſtigans* in ſepulchro a *Judæis* vocatur מלאך המות *Angelus mortis*. Habent enim Judæi varias *Angelorum claſſes*, de quibus proliximme *Julius Bartoloccius* (45) & *Hoornbeek.* (46) Conſ. & *Anton. Cregut.* (47) & *Gerſon.* (48) Ad *malos* referunt hunc quoque, quem *Angelum mortis* vocant. De quo varia fabulantur *Rabbini*. Nonnulli illum putant creatum eſſe ſecundo die (49) quia dicitur *Gen.* 1. *v.* 2. *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*. Hunc eſſe *Angelum mortis*, qui obfuſcat & tenebroſos reddit oculos creaturarum. Alii generatum eſſe volunt, & quidem a *Lilith* & ab *Adamo*. (50) Alii *Caino* ejus ortum adſcribunt. (51) Alii alios natales fingunt. Vocant illum quoque *Primogenitum Mortis* ex *Job.* 18. *v.* 13. Vid. *Stephan. Le Moyne* ſive *Monachius*. (52) Item דומא ſ. דומה a דום *ſilere*. Ab aliis vocatur *Sammael.* Vid. *Gerſon* (53) & fuiſſe illum, qui *Protoplaſtos* fefellit, eumque vectum colubro, cameli ſpeciem ferente. Alii *Metatron* vocant. Alii putant *Azazelem* fuiſſe *Angelum mortis*, uti ex *Mercero & Spencero* notat *Jo. Vander Wæyen.* (54) Alii alia nomina ipſi tribuunt. Vid. *Sam. Cocus.* (55) Hujus Angeli jam varia circa moribundos recenſentur officia. *Primum* eſt ipſis *annunciare mortem, nominatim compellare, & quaſi citare*. De quo in *Rabboth* (56) ſequens habetur fabula, in qua ipſe Angelus mortis introducitur de hoc ſuo officio teſtari h. m. ר"ש בן חלפתא שהי' בטוח על כוחו יצא לו בחצי הלילה לילך לעירו מצא שם מלא המו' בדרך וראה אותו משונה אמר לו מי אתה אמת לו שלוחו של מקו' אמ' לו ומפני מה אתה משונה אמר לו אני משיחתן של בריו' שהן אומרים כך וכך אנו עתידין לעשו' ואינו יודע אימתי הוא נקרא למות אותו האיש שהיות סועד אצלו ואמ' לכם מן היין הזה אני מיושן לשמח' בני והרי הגיע פרקו ליטול אחר ל' יום אמר לו הראה לי את פרקי אמר לו לא עליך ולא על ביוצא בך אני שולט פעמים שהבה חפץ במעשים הטובים ומוסיף בכם חיים: i. e. *R. Simeon filius Chalaphtæ, cum viribus ſuis fideret, egreſſus eſt media nocte, ut iret ad urbem ſuam. Invenit ibi Angelum mortis in via, & vidit eum alteratum.* Di-

Dixit ei: Tu, quis? ille: Nuncius ſum Domini. Dixit ei: & quamobrem tu mutatus es? Ego ait ille, oppreſſus ſum triſtitia, quoniam dicunt iſti: Sic & ſic facturi ſumus: Et non novit homo, quando ipſe evocabitur ad mortem. Ille ipſe, apud quem convivatus es, & qui vobis dixit ex vino iſto conſeneſcam in lætitiam filii mei. Ecce appropinquat terminus ejus, ut auferatur poſt triginta dies. Dixit ei: oſtende mihi terminum meum. Reſpondit iſte: nec in te, nec in tui ſimiles ego dominium nunc habeo, quoniam Deus delectatur bonis operibus, & auget in vobis vitam. Secundum officium eſt, *ultimum deſiderium exequi*: Oſtendit id fabula, quæ extat in *Schebbile Halleket.* (57) Ubi ita: כששמע רבי יהושע כך אמ לו מבקש אני ממך שתראני מקומי בגן עדן אמר לו לך עמי ואראהו לך אמר רבי יהושע תן לי החרב שלך שלא תבהילני בו מיד נתן לו החרב והלכו שניהם עד שבאו אצל חומות גן עדן וכשבאו אצל חומות גן עדן חוץ לחומת לקח מלאך המות את רבי יהושע והגביהו והניחו על חומות גן עדן אמר לו ראה מקומך בגן מיד קפץ ר' יהושע בן לוי מן החומה ונפל בגן עדן ואחז מלאך המות בכנף מעילו אמר לו צא משם נשבע רבי יהושע בשם שאינו יוצא מכאן ולא היה רשות למלאך ליכנס שם וכו: i. e. *cum id audiret R. Jehoſchua, ita ad mortis Angelum: Rogo te, inquit, ut oſtendas mihi locum meum, mihi poſt mortem in Paradiſo paratum. Cui ille: veni mecum, & oſtendam tibi. Sed R. Joſua ad eum: da mihi, inquit, gladium tuum, ne me forte illo terreas, dedit ergo & hunc illi, atque ſic ambo proceſſerunt, donec pervenirent ad muros Paradiſi. Cum autem eo perveniſſent, & extra murum adhuc conſiſterent, ſumit Angelus mortis R. Joſuam, eumque in altum tollit, & muro imponit Paradiſi: vide nunc inquiens, locum tuum in hoc horto. Statim ſubſiliit R. Joſua Ben Levi de muro, & in Paradiſum cecidit, & apprehendit quidem Angelus mortis oram pallii ejus, dicitque: exi inde; ſed jurabat R. Joſua per Deum, quod non eſſet inde exiturus, neque tamen Angelos mortis illuc ingredi licebat. Tertium* munus hujus *Angeli* eſt *hominem enecare*. Propterea inſtar *monſtri* quoque deſcribitur. Ita enim in *Tr. Abboda Sara* (58) ſcribunt, *Angelum mortis totum plenum eſſe oculis, & adſtare ad caput lecti, cum gladio evaginato præ manibus, a quo tres fellis amari guttæ dependent: ubi primum ægrotis gladium illum conſpicit, terretur, & os diducit. Tum tres illæ guttæ homini in os decidunt, prima gutta confeſtim moritur: altera gutta pallidus & luridus redditur; tertia denique putreſcit. Quamprimum vero homo animam exhalavit, ad aquam properat Satan & gladium ſuum abluit:* ideo omnem aquam in plateam ejiciunt. Conf. *Buxtorff.* (59) *Cocum* (60) & *Schickardum* (61). Denique *quartum officium* eſt, *plagam hanc ſepulchralem peragere.*

XV. Pari ratione & *Muhammedani ſubjectum agens* hic faciunt *Angelum mortis*. Hæc tamen eſt differentia, quod Judæi *unum*, Muhammedani vero *duos* faciant, quos vocant *Monker* & *Nakir*, uti ex teſtimonio *Algazeli* §. 11. citato patet. Conf. *Edoard. Pocock.* (62) Interdum vero & *unius* tantum mentionem facit *Alcoranus*, (63) aliique Muhammedanorum libri. Eademque officia *Angelo* huic adſcribunt, quæ & Judæi. Uti ex fabula illa conſtat, quam ex *Neſſæo* refert *Joh. Heinr. Hottinger.* (64) monente, *Muhammedanos ſtatuere, Angelum Mortis Salomonem rebus ſacris in ſacello ſuo vacantem, & Pſalmos legentem compellaſſe, eidemque mortis horam inſtare ſignificaſſe, animam in cœleſtes ſedes tranſtuliſſe, corpore in terra, baculo ſuo ſuffulto, relicto.*

XVI. Hunc *Angelum* putant jam plagæ hujus eſſe *Autorem*. Proceſſum totum indicat *R. Elias* §. 10. citatus. Nimirum 1. venit *Angelus Mortis*, ſedetque ſuper ſepulcrum. 2. *Anima demortui* intrat in corpus, idque ſtare facit ſuper pedes ſuos. 3. Addit *Frid. Albert. Chriſtiani*, (65) *Examen Angelus* inſtituit, & rationem vitæ a demortuo poſtulat. Cum vero demortuus partim præ metu ac conſternatione, partim ex oblivione rationem dare nequeat, tum. 4. *Chibbuth*, ſive *percuſſionem* hanc fieri, & quidem catena quadam ferrea & ignea, ut eam *Elias* deſcripſit, qua tres demortuo infliguntur plagæ. 5. *Boni Angeli* veniunt, & ex percuſſione hac diſperſa oſſa colligunt iterum, ad ſuum locum. Quæ eadem quoque eſt *Muhammedanorum* ſententia, uti ex *Algazelo* §. 11. citato patet, aliiſque teſtimoniis. Quibus addi adhuc poteſt & illud, quod adducit *Joh. Henr. Hottinger* (66) *ex Autore lib.* كتاب الرسالة quem ex *Bibliotheca Bongartiana a D. Samuel. Rohrio* aliquando ſibi communicatum ſcribit, in quo ſequentia habentur: وان المومنين يفتنون فى قبورهم ويسالون ويثبت الله الذين امنوا بالقوا بالقول الثابت فى الحياة الدنيا وفى الاخرة وان على العباد حفظة يكتبون اعمالهم ولا يسقط شى من خلق عن علم ربهم وان ملك الموت يقبض الارواح باذن ربه i. e. *fideles in-*

quic-

quietabuntur in ſepulchris ſuis & interrogabuntur. Et firmabit Deus eos, qui credunt ſermone ſtabili in vita hujus & futuri ſeculi. Habentque homines Angelos cuſtodes, qui eorum conſignent opera, nec quicquam illorum ſcientiam Domini eorum fugit: Angelus autem Mortis colligit Spiritus ad nutum Domini ſui.

XVII. Gravis omnino juxta *Judæos* hæc eſt plaga, imo *judicio R. Meir*, citante *Elia* §. 10. allegato, gravior *Gehenna*. Propterea etiam adverſus has plagas precantur in *precationibus ſuis*, quas vulgo Beſchen vocant. Sic enim apud *Buxtorff* (67) in oratione quadam, quæ incipit: יהי רצון orant והצילנו מגזירות רעות ומדלות ומבזיונות ומכל פורעניות ומדינא של גהנם ומחבוט של קבר: i. e. *& libera nos a decretis malis, & a paupertate & ab abjectione vel contemptu, & ab omnibus ſpeciebus pœnarum, & percuſſione ſepulchri*. Imo etiam adverſus hanc plagam *amuletis* ſe præmunire ſolent Judæi. De quo teſtari videtur *nummus* ille, quem *Nicolaus Toinardus* chartæ impreſſum *Pariſiis Anno* 1685. exhibuit, (68) quique variis figuris judaicis ornatus eſt, & inter alia quoque hæc verba repræſentavit: מטטרון שר הפנים i. e. *Metatron, Princeps facierum*. Sub quibus & hæc leguntur verba: שהיץ אחן quæ *Toinardus* quidem pro nugis Rabbinicis habet, Cl. *Tenzelius* vero pro bono voto agnoſcit, & finem ſimul, ob quem hic nummus mortuo appenſus fuerit, ex nomine *Metatron*, qui eſt *Angelus mortis*, colligit hunc fuiſſe, ut *amuletum eſſet* adverſus eundem, quia & in morte plaga homines afficit, ad quam in ſpecie quoque *Chibbut Hakkebber* refert.

XVIII. Hæc eſt *fuſtigatio* illa *ſepulchralis* ex mente *Judæorum* ac *Muhammedanorum*, hucuſque a nobis deſcripta. Jam etiam *judicium* quale qualecunque noſtrum ſubjiciendum eſt. Sed breviores hic eſſe poſſemus, cum quilibet prima ſtatim fronte videat, quam abſurda hæc omnino ſit hypotheſis, ita ut vel recitaſſe eandem, jam ſit refutaſſe. Quippe (1) *omni* omnino deſtituitur *ratione*, nec ullo argumento, vel ex *Scriptura*, vel ex *ſana ratione* petito probari poteſt. (2) Abſurda potius *ſanæ rationi ſobriæque Philoſophiæ de Spiritibus*, & *anima imprimis* tribuit. Quanquam enim *Pneumatici* quidem concedant, dari animæ etiam ſeparatæ *propenſionem aliquam ad corpus*, quod ex ratione *eſſe ipſius incompleti* probant. Attamen ſoluta *unione redunionem naturaliter* poſſe fieri, *ſana Philoſophia nullibi docet*. Sic enim ſequeretur, animam ſe redunire poſſe cum corpore quando vellet, & etiam diſcedere quando vellet. Adeoque pro lubitu vel infinities mori & reviviſcere poſſet homo. Quod ſi autem *excipiatur*: fieri id ex *ordinatione divina*, probanda illa erit, quod nunquam fieri poterit. Ut jam (3) argumenta *Theologica* taceamus, ſecundum quæ ſcimus, animas ſtatim poſt diſceſſum e corpore vel in cœlum vel in infernum tranſmigrare, ex quibus in hunc mundum non remittuntur *Luc.* 16. Item docemur, hominem *ſemel* tantum mori. *Hebr.* 9. *verſ.* 25. & *ſemel* tantum reſurgere; ſecundum vero hanc hypotheſin homo *bis moritur*, & *bis reſurgit*.

XIX. Sed forte quæreres: Ex quonam ergo *fundamento* hoc aſſertum *Muhammedico-Judaicum* ortum? Tum equidem in ſcriptis Judæorum ac Muhammedanorum fundamentum nullum, ita nec occaſionem nec originem hujus dogmatis invenio. Si vero conjecturis aliquid dandum, videtur forte *maſticatio illa*, ut vulgo audit *mortuorum* germ. das Schmecken der Todten im Grabe, (69) occaſionem figmento huic dediſſe. Sic enim mirum ſonum dicitur *maſticatio* hæc edere, quæ procul dubio a nulla alia cauſa eſt, quam a *Diabolo*, recte judicantibus *B. L. Voigt* (70) & *Dn. M. Philippo Rohr.* (71) Hinc Judæi, gens ad fingendum ac audendum quidlibet nata, ſonum hunc audientes, eundem forte *Angelo ſuo Mortis* adſcripſerunt, *fuſtigationem* hanc ejuſdem affingentes, ſicque fabula hæc de *fuſtigatione ſepulchrali* nata. Vel ſi quæ alia, vel plane nulla fabulæ origo, æque ridicula, ac illa qua de *mure rodente cadavera* fingunt, (72) forte ex eadem occaſione nata.

XX. Nec tamen & id tolerandum, quod *famoſiſſimus* ille *Belga Balthaſ. Bekker.* (73) fabulam hanc eum in finem alleget, ut inter alia & ex hac probet, omnem ſanam noſtram hactenus doctrinam de *dæmonibus*, *ſpectris*, eorumque *operationibus* originem debere *fabulis Gentilium*, *Judæorum*, *Muhammedanorum*, aliorumque. Quem in finem toto illo *libro* 1. *Faſcinati ſui Mundi* plures iſtiuſmodi fabulas recenſet, & in quo maximum hypotheſeos ſuæ fundamentum latere gloriatur, conqueriturque Adverſarios ſuos poſteriores quidem libros refutare; ſed priorem hunc intactum relinquere. In quo tamen tantum ponderis eſſe autumat. (74) Cum revera non videam, quid roboris ei inſit, & quare multum laboris impendendum refutationi fabularum harum, cum nemo negaverit, Veritatem ſemper fabulis fuiſſe obſcuratam. Quid? quod hac ratione & ipſa de *Deo*, *ejuſque*

ejusque operationibus doctrina elidi posset. Hinc a *fabulis Veritas* liberanda, & sana sobriaque doctrina sedulo tenenda, ac defenda. *Ceterum nos hac vice subsistimus, Deoque decentes agimus gentes pro concessa sua gratia, ipsum imploramus ulterius, ut Veritatem semper salvam tectamque servet; fabulas vero & mendacia ad orcum damnet. Sit ipsius nomen benedictum in seculorum secula, adeoque sine fine.*

N O T Æ.

(1) in *Antiquitat. Hebr. Sel. c.* 19. *p.* 139. *seqq.*
(2) in *Not. ad Paraphras. Chald. Libr.* 1. *Chron.* a se primum edit. *ad cap. XX.* 3. *p.* 209. *seqq.*
(3) in *Miscellan. libr.* 6. *cap.* 12. *Tom.* 7. *Criticorum sacrorum pag.* 298. *seqq. Edit. Francofurt.*
(4) in *Judic. VI.* 11. *Tom.* 1. *Critic. pag.* 1994.
(5) in *Comment. in Judic. loc. cit.* qui habetur in *Bibliis a Buxtorff. edit. fol.* 270. *col.* 1.
(6) in *Comment. super Judic. VI.* 11. qui itidem habetur in *Bibliis Buxtorff. l. c.* Quæ & allegat *R. Selemo Ben Melech in Michl. Jophi ad Judic. l. c. pag.* 54. *col.* 4.
(7) in *Comment. ad Judic. VI.* 11. *Tom.* 1. *Crit. pag.* 1998.
(8) *Sect.* 1.
(9) in *Lexic. Talmud. in hac Rad. p.* 697.
(10) In *Antiquit. Sel. cap.* 2. *pag.* 25. *seqq.*
(11) in *tractatu de Synedriis lib.* 2. *cap.* 13. *pag.* 893. *seqq.*
(12) in *Annot. ad Tr. Joma cap.* 5. §. 4. *p.* 57. edit. *Franecker.*
(13) in *Lexico Talm. pag.* 698.
(14) In *Lexico Talmud. in voce* קבר *pag.* 1963. *seqq.*
(15) In *Schalscheleth Hakkabala fol.* 85.
(16) in *Tr. Joma fol.* 20.
(17) in *Analect. Jud. MSS. cap. de Chibbut.*
(18) in ترجمة عقيدة اهل السنة i. e. *expositione professionis fidei Sonnitarum.*
(19) in *Prodromo refutat Alcoran. Part.* 3. *p.* 568.
(20) *l. c. Part.* 4. *p.* 615.
(21) nempe *ex Surat.* 8. *v.* 52. *pag.* 162. Edit. *Hinckelmann.*
(22) in *l' Alcoran de Mahomet traduit d' Arabe en Francois pag.* 143.
(23) in *Histor. Arab.* (*qua Corpori Byzantino* annumerata) *Part.* 1. *cap.* 18. *pag.* 273. *Edit. Reg. Paris.*
(24) in *notis ad Portam Mosis p.* 241. *seqq.*
(25) *de urbibus & Moribus Orient. cap.* 14. *p.* 77.
(26) in *Thisbi voce Chibbut. pag.* 106. *seqq. edit. Isnensis Edit. A.* 1541.
(27) im Jüdischen Thalmud *part.* 1. *c.* 36. *p.* 311.
(28) in *Synagog. Jud. cap.* 49. *pag.* 713. *seqq.* & *in Lexic. Talm. Rad. Chabbat. pag.* 698.
(29) in *Exposit. professionis fid. Sonnitar.*
(30) in *Prodrom. ad refut. Alcor. Part.* 3. *p.* 567.
(31) in *Histoire Critique de la creance & des Coutumes des Nations du levant p.* 170.
(32) in *notis ad Portam Mosis l. c.*
(33) in der bezauberten Welt *l.* 1. *cap.* 14. §. 10. *pag.* 75.
(34) *Cap.* 3.
(35) *fol.* 152.
(36) *fol.* 23.
(37) *in Synagog. Jud. c.* 49. *pag.* 718.
(38) *in Tr. de convincend. Jud. l.* 8. *c.* 2. *p.* 538.
(39) *in Histor. Arab.* Chronico *Orient. annex. Part.* 1. *cap.* 18. *pag.* 243. *Edit. cit.*
(40) *l. c. cap.* 15. *pag.* 233.
(41) *l. c. Part.* 4. *pag.* 615.
(42) *l. c. pag.* 616.
(43) in *Animadvers. ad Perke Eliefer, quæ Zemach David annectuntur pag.* 216.
(44) in *Synagog. Jud. cap.* 49. *pag.* 714.
(45) In *Bibliotheca Rabbinica Magna*, & quidem in *Dissert. Part.* 1.
(46) in *Tr. de convincend. Jud. l.* 4. *cap.* 1. *p.* 301. *seqq.*
(47) in *Revelatore Arcanorum cap.* 17. *pag.* 672. *seqq.*
(48) im Jüdischen Thalmud *Part.* 1. *cap.* 7. 8. 9. & 10.
(49) vid. *Tr. Jelammedenu sect.* קח את המשה
(50) Ita enim fabulantur *Judæi*, *Adamum* diabolos genuisse ex *Lilith*, de qua *Gerson. l. c. pag.* 58. *ex tr. Erubbin ita*: Dieselbige Lilith ist anfänglich mit Adam aus der Erden erschaffen worden / also / daß sie und Adam mit ihren beyden Rücken aneinander gewachsen wahren / wie geschrieben stehet: GOtt schuff sie ein M unlin und Fräulin. Als sie aber der HErr von einander geschieden hatte / haben sie sich nach dem Zeugniß des Thalmuds / R. Salomons, und R. Aben Esra nicht mit einander vertragen können. Und dieweil denn die Lilith zu einer Zauberin worden / hat sich auch Adam von ihr geschieden. Endlich ist sie gar zu einer Teuffelin worden / buhlet noch biß auff diesen Tag mit den Teufeln / und erfüllet die Welt mit jungen Teuffeln. Darumb schuff GOTT der HERR dem Adam ein ander Weib / nemlich die Evam etc. Conf. & de hac *Lilith Stephan. Le Moyne in Not. ad var. Sacra pag.* 458. Paria etiam de *Adamo* fabulantur in suo *Talmude*, quasi a lapsu usque ad 130. annum meros diabolos genuerit. Vid. *Gerson. l. c. pag.* 60.
(51) Sic enim fabulantur de *Caino*, eum ex semine serpentis vel diaboli prognatum, dum nimirum Eva ex serpente gravida facta fuerit. Hinc ipsum interfectum 130. annos fuisse *Angelum mortis*. Vid. *Guil. Henr. Vorstium in animadvers. ad Pirke Eliefer pag.* 181. *Gerson. l. c. pag.* 59. fabulam ita refert: Nachdem der Bruder Mörder Cain gestorben war / wurden aus seinem Geist zwe / böse Geister gebohren / nemlich ein Mänulin und ein Fraulin. Das Männlin hieß Thubalcain, das Fräulin aber hieß Naema. Diese beyde leben auch noch / und zeugen viel junge Teuffel. Die Naema kommet öffters zu den Männern / wenn sie schlaffen / buhlet mit ihnen / und zeuget junge Teuffel. Wie denn auch Asmodeus der Ehe-Teuffel ihr Sohn seyn soll.
(52) in *Notis ad Var-Sacra pag.* 450.
(53) *l. c. cap.* 7. *pag.* 48.
(54) in *variis sacris pag.* 556.
(55) in *peculiari discursu de Angelo Mortis.*
(56) in *Comment. ad Devot. XXX.* 1. *fol.* 300. *col.* 1. *edit. Cracov.*
(57) *fol.* 55. *col.* 1. *seqq. edit. Venet. A. C.* 1546. citante Magnif. *Dn. D. Jo. Ben. Carpzovio in eruditissimis notis ad Schickardi Mischpath Hammel. p.* 475. Et in *Concion funebr. Tom.* 1. *pag.* 37.
(58) *fol.* 20. *col.* 2.
(59) *in Synag. Jud. cap.* 49. *pag.* 712.
(60) *l. c.* §. 2.
(61) *in Mischpath Hammelech. seu jure regio pag.* 410.
(62) In *Notis ad portam Mosis pag.* 242. *seqq.*
(63) Vid. *Surat.* 32. *v.* 4. *Ryer. p.* 323. ita: *l' Ange de la mort vous sera mourir*. Alibi vero etiam in *plurali* loquitur e. gr. *Surat.* 16. *v.* 8. *it. v.* 16. apud *Ryer. pag.* 210.
(64) in *Histor. Orient. l.* 1. *cap.* 3. *pag.* 99. *seqq.*
(65) In *Analectis Judaic. MSS. cap. de Chibbut.*
(66) In *Histor. Orient. l.* 2. *c.* 4. *p.* 422.
(67) In Lexico Talmud. pag. 698.
(68) More suo erudite de hoc nummo disserit *Celebr. Dn. Tenzelius* in den Monatlichen Unter-

redungen *Anno* 1691. *Mense Decembre pag.* 1035. *seqq.* Inter alia quoque de hoc nummo *Toinardi* hæc refert: Der Nummus ist in einem steinernem Begräbniß mit sehr grossen Menschen Beinen an der Land Strassen bey Orleanß gefunden worden / und ist zum wenigsten 300. Jahr alt / weil vor so viel Jahren die Juden zum leßtenmahl aus Franckreich vertrieben worden / deren einer diesen Nummum am Halse gehabt / wie das Oehr / udd darinnen befindliche Löchlein bezeuget.

(69) Intelligitur pet hanc *masticationem* casus ille, *quo interdum inpr. tempore pestis, sonus quidam in sepulchris fuit auditus, porcino non absimilis, & quando sepulchra aperta fuerunt, mortui semetipsos devorasse deprehensi sunt.* Quemadmodum ejusmodi exempla quædam recenset *Dn. Schlusselburg* in gründlicher Erklärung des XCI. Ps. *conc.* 12. *part.* 3. *pag.* 155. Item tempore *Lutheri* contigisse, quo mulieris cadaver semetipsum devoraverit, memoratur in *colloquiis mensal. Luth. tit.* 24. *fol.* 211. *seqq.* Sic Adamus *Rotherus Superint. Martisburg. in medit. de peste* meminit aliquot cadaverum, quæ *Martisburgi*, & in vicinis locis *Anno* 1581. glocitarunt. *Harsdorffer in Theatro Tragico exempl. pag.* 406. notat de aliquo cadavere Viri, quod mirum dictu, non sua lintea sepulchralia, sed vicinæ mulieris devoraverit: Sic enim scribit: Der Hencker zog ihm aus den Maul einen langen grossen Schleyer / welchen Er seinem Weibe von dem Haubte weg gefressen hatte. Contigisse dicitur in Szwanschig oppido *Moravia.* Idem de simili exemplo Anno 1345. scribit: alß mann sie außgegraben / hat sie den Schleyer / damit ihr das Haubt ist verbunden gewesen / halb hinein gegessen gehabt / welcher ihr blutig aus dem Halse gezogen worden. Ut istiusmodi exempla plura alia taceamus. Unde *masticatio mortuorum*, sive in lingua vernacula meßschen / schmeßen / item neßschen der Todten im Grabe, item schmeßende Todten ap. *M. Henr.* Rothen *in Tract. de peste Sangerhusiana.* Conf. hac de materia præter jam citatos *Kornmann de mirac. mort. part.* 2. *cap.* 64. *Paulus Schalichium de dæmonio infernal. concl.* 48. *B. L.* Gottfried Voigt im *physicali* schen Zeit Uertreiber *centur.* 3. *quæst.* 5. *pag.* 516. *seqq. & M. Philippus* Rohr *in pecul. disp. de masticatione mortuorum, Lipsiæ Anno* 1679. *hab.*

(70) *l. c. pag.* 519.

(71) *l. c. c.* 2. *th.* 5. *seqq.*

(72) Sic enim *Anton. Margarita*, si vera sunt, quæ im Juden Glauben *pag.* 61. notat, *Judæos* credere *asserit*: So bald der Todten Cörper begraben / bisse ihn ein Mauß in die Nase / welches ihm so wehe thate / daß Er davon laut schreyen müssen / damit sie ein solech klaglich Geschrey nicht hören möchten (denn wer es höret / muß in 30. Tagen hernach sterben) so lieffen sie alle mit grossem Geschrey und Lermen vom GOttes Acker davon / so bald sie die Kleider über dem Grabe nach ihrer Gewohnheit zerrissen.

(73) In der bezauberten Welt *l.* 1. *cap.* 14. §. 10. *pag.* 75.

(74) Vid. Ejusdem Vorrede der bezauberten Welt. *Edit.* 2.



MATTHIÆ FRIDERICI BECKII
MONUMENTA
ANTIQUA JUDAICA
AUGUSTÆ VINDEL.
REPERTA, ET ENARRATA,
cum Mantissa
III. MONUMENT. VETUSTORUM ROMANORUM

Operis Velseriani de Antiquis Monumentis Augustis Appendice quadam.



PRæter Chartas, Membranas & Numismata, pretiosiorem illam hominum supellectilem Literatorum, Marmora supersunt atque Lapides, literis inscripti pictique, omnium Venerandæ Antiquitatis Monumentorum maxime durabile. In iis itaque, perinde atque una viveremus, intueri licet ora Virum, rebus gestis atque literis Clarissimorum, multiplicem vestitum populorum, & infinitarum rerum; quarum priorum temporum Scriptores meminerunt, quæque magis depictæ intelliguntur, figuras: ex illis cognoscimus antiquum scribendi modum, atque literas primigenias, Librariorum descriptionibus haut depravatas, unde loca Scriptorum ambigua non modo intelligi, sed & vitiata restitui atque emendari felicissime queant. Multa præterea ex iis quotidie eruuntur, nova etiam atque inaudita, per quæ Historia Antiqua & illustratur & augetur amplissime. Hi atque id genus fructus Lapidum Literatorum alii, & numero plurimi, & utilitate maximi, commoverunt Seculo superiori Viros in Hispania, Gallia, Italia inprimis, Anglia, Belgio atque alibi terrarum summos, ut Inscriptiones Antiquas colligerent atque recenserent, eas tamen non omnes, sed aliquas, Urbium, Regionum, Miscellas: Donec tandem sub hujus seculi initium Janus Gruterus, magno ausu & labore improbo, totius Orbis Romani Inscriptiones Antiquas in corpus absolutissimum redegit, & Anno seculi hujus 82. Tho. Reinesii, Archiatri Altenburgensis, Syntagma Inscriptionum Antiq. Operis Gruteriani Supplementum, editum est, ut ita Germania Nostra in pro-

movenda hac elegantiori Literatura postrema haut sit.

II. Omnes isti in eruendis Inscriptionibus Orbis Romani laboraverunt; Dantur vero etiam Exulum in Romano Imperio Inscriptiones Hebrææ, quæ & ipsæ usu suo carere existimandæ non sunt. Discimus enim ex illis, Lapidum sepulchralium formas, nomina, locum, cognoscimus defunctorum Ætates, dignitates, nomina, laudes, annum, mensem, diem emortualem, intelligimus bona verba seu vota supestitum, haut ethnica illa, sed sacra, Deprehendimus diversas Inscriptionum formulas, & quæ sunt istiusmodi plura alia, Character inprimis antiquus, ac res Judaicæ, quæ, deficiente historia, ex lapidibus eruntur.

III. Quæ cum ita se habeant, nemo tamen est, quod sciam, qui Antiquariorum diligentiam in eruendis Monumentis, Diis Manibus sacris, imitatus, Inscriptiones Judaicas Urbis, nedum Orbis, nobis dederit, vel, quæ huc spectant, exposuerit.

IV. Leo quidem Mutinensis, Rabbinus Venetus, in Historia Rituum Hebræorum Parte V. cap. penult. sub finem, *in multis locis*, scribit, *adjunguntur lapides marmorei mortui sepulturæ cum epitaphiis diversimode, prosa & ligata oratione, scriptis, recensentibus cum nomine & encomio defuncti diem, mensem & annum mortis*. Eadem, ut multa alia, inde in Synagogam suam Judaicam transtulit Joh. Buxtorffius, cap. 49. pag. mihi 715. addens: *non superimponi lapidem sepulchro*, prout Christianis nobis mos est, *sed juxta illud erectum stare*, מצבה Statuam propterea *vocatum*, quæ vero amplitudinem hujus argumenti non exhauriunt, & in generalibus subsistunt.

V. In specie vero & particulares Inscriptiones Hebraicas nemo Judæorum juxta atque Christianorum recenset, nisi quod Anonymus quidam Arabice, ut puto, epistolam sub titulo: *Genealogia Patrum*, ann. 1537. conscripsit, in qua Monumenta Patriarcharum, Phrophetarum & Rabbinorum tam intra quam extra Terram Sanctam describit, quam Hebraice translatam ann. 1564. a quodam R. Uri, filio Simeonis Hierosolymis, latine reddidit Joh. Henr. Hottingerus atque sub nomine *Cipporum Hebraicorum* publicavit. Verum, prout exspectione libelli patet, nullæ ibi Inscriptiones sepulchrales exhibentur, sed nuda sepultorum loca nominantur, additis figuris Titulisque, quemadmodum jam ante eum R. Gersom filius Aser ejusdem argumenti libellum edidit sub simili titulo: *Genealogia Justorum*, Mantuæ ann. 1561. impressum, qui exhibet etiam *Paraschas* id est Lectiones Sacras, quas susceptis ad loca singula Peregrinationibus Judæi dicunt, [Christiani *Antiphonas* & *Responsoria* vocant] quæ vero Monumentorum loca pleraque, ut ego quidem censeo, conficta sunt, veris dudum per tot Bella abolitis, vel certe æque, atque Mosis sepulchrum, ignoratis, quæ proinde incerta Traditio ac Superstitio Palestinensium Judæorum adinvenerunt, ad illudendum Advenis Transmarinis.

VI. Dum igitur non sola loca, sed Inscriptiones Monumentorum Hebraicorum conquirimus, ecce Hispania, quæ Judæos, ex Babylonia exilium illuc transferentes, olim jam recepit, Monumentum Judaicum idque Antiquissimum, quippe Ducis Exercitus Amaziæ, exhibet: Namque, Autore Aben Chabib, in Libello דרכי נועם *Darche Noam*, apud R. Asariam, in *Meor Enaym*, Parte III. cap. 6. (cujus etiam, non tamen ex ipso lapide inspecto, sed ex MS. quodam Codice Saguntino, admodum corrupte lecti meminit Villalpandus *Tom.* II. *Parte* II. *fol.* 544. *in Ezech.*) in Regno Valentiæ, prope Morvitri (alias Morvedre vel Murviedro, Saguntur olim dictam) in montis vertice hujusmodi Inscripio extat:

שאו קינה: בקול מרה: לשר גדול: לקחו יה:
לאמציה - - - - - - -

hoc est:

Edite planctum voce amara de Duce Magno,
quem sustulit Dominus - - - - Amaziæ.

Genuinum esse hoc Epitaphium, credat Judæus Apella, mihi nemo persuadebit. Qui enim Dux Exercitus Amaziæ ex Israelitide in Hispaniam est delatus? num quando contra Idumæos, id est ut alias exponunt, Christianos, pugnavit, de quo II. *Regum* XIV. 7. Sed Idumæi Palestinenses innuuntur, præterea Victoria penes Judæos fuit, non Idumæos; ponamus tamen, cæsos esse Israelitas, ita vero trucidatus ab hoste, non sublatus a Deo esset Dux Judæorum. Rythmi, quibus Epitaphium consignatum est, isthac ætate apud Israelem in usu haut fuere. *Istud verum est, nil quicquam hujus carminis speciei* (חרוזים *Rythmorum*) *in verbis Prophetarum, ut & Talmudistarum, reperiri. Origo ejus, ut mihi videtur, in Exilio fuit apud Sapientes Israelis, in Ismaeliticis* id est Saracenicis Turcicisque *Terris existentes, qui ex eorum operibus hoc carminis artificium didicerunt &c. Deinceps vero translatum illud est ad Sapientes nostræ Gentis,* qui

qui in Provincia, Catalonia & Arragonia fuere, ita docet R. Isaacus Abarbenel in *Comment. Esai.* v. 1. Arragonenses igitur vel Catalonienses Judæos hujus fœtus suppostitii Parentes compelles, licet. Neque solent alioquin puncta addi, si tamen illa in lapide quoque extant, Villalpandus ex codice MS. non exhibet. Mirum quoque est, priorem lineam hucusque per tot Secula sine ulla ullius literulæ punctulive accepta noxa, incolumem perstitisse! inter spuria itaque ac supposititia, quorum plura Gruterus sub finem operis recenset, omnino Monumentum hoc est referendum.

VII. Plura ejusmodi supposititia Monumenta recensent Jo. Henr. Hottingerus in Dissert. Prælim. de Variis Orient. Inscriptionibus, Cippis Hebr. præfixa, & Theoph. Spizelius, Collega Venerandus, in Elevat. Relat. Montezinianæ, pag. 68. seqq. quæ sunt vel Chaldaica, ut Inscriptio Montis Oreb in Rupe excisa, vel Saracenica, literis duntaxat Hebraicis expressa, quemadmodum Americana, eo ipso hic aliena; vel Hebraica quidem, sed tamen spuria, qualia sunt Saguntinum alterum, & Viennensia Monumenta, quorum fraude ex repugnantia cum Sacris literis, φιςοελσία Æra a Creatione Mundi, istis temporibus haud usitata, & aliunde manifestæ fiunt.

VIII. Missis itaque adulterinis, genuina Monumenta indagemus: In ליקוטים seu *Collectaneis*, Rituali Maharil i. e. Doct. Amplissimi, R. Jacobi, Levitæ, Weilensis, annexis, pag. 111. b. refertur: *Dixit*, scil. R. Jacob, Levita, *quod aliquando sua ætate*, Anno nim. 5160. a Creat. Mundi i. e. A. C. 1400. *repererint Monumentum aliquod, inter sepulchra Moguntina, cum hac Inscriptione:* שפחה חרופה Ancilla seu Virgo Desponsata. *Cujus calculus ab eo, quo positum est*, tempore, *ad hunc usque diem*, *fuerat MC. annorum*. *Præterea*, Collector addit, *fama est*, *Sanctam Synagogam Moguntinam & Hallensem inde jam a longe plurimis annis celebrem esse*. Inscriptio integra non exhibetur, ætas enim abest, quæ vero fortasse fuit: שנת ס׳ לפרט Anno LX. *juxta Calculum* Minorem i. e. omissis millenariis MMMM. tot enim a Creat. Mundi fuerant tunc lapsi. Atqui isthac ætate Judæi non numerabant a Creatione Mundi, sed לפי מנין שטרות *juxta Æram Contractuum*, usque ad ætatem Rab Scheriræ, qui vixit A.C. 967. tradente R. Davide Gans in Chronol. Parte 1. pag. 27. Unde suspecta mihi hæc quoque inscriptio evadit, ratio tamen Chronologi Judæi non tam me movet, ut addubitem de tanta Antiquitate Moguntini hujus Monumenti, quam illud, quod tertio seculo Christiano, Judæos ibi jam extitisse, verosimile haud sit: Videant hac de re Moguntini, an tantæ Antiquitatis Monumentum apud eos extet.

IX. Jo. Buxtorffius, Vir Rerum Judaicarum longe peritissimus, in Lexico Rabbinico, fol. 971. *Forma*, scribit, *Epitaphii Judaici talis est*: והאבן הזאת אשר שמתי מצבה לראש הזקן ר׳ אליקים ב״ר יוסף ויקבר בחול המועד של פסח יום ח׳ צ״ה לפרטק׳ מנוחו בגן עדן עם שאר צדיקי עולם א׳א׳א׳ס׳: *Lapis hic est, quem posui Monumentum capiti Venerandi Senis Rab. Eliakimi, filii R. Josephi, qui sepultus est in die Profesto Festi Paschatis octavo A. 95. Supputationis minoris* (A.C. 1336. *Requies ejus sit in Horto Edenis cum reliquis Justis Mundi, Amen, Amen, Amen, Salah. Mulieris Fpitaphium in hunc modum fere*: זאת המצבה אשר הוצב׳ לראש החשובה והחסידה התמימה מ׳ רבקה בת הק״ר שמואל הלוי שנפטרת בשם טוב ביום ז׳ לח׳ טבת בשנת ק״לה לפ״ק נשמתה תהא צרורה בגן עדן אא״א סל״ה: *Hæc est Statua, quæ erecta est Capiti Præstantissimæ, Sanctissimæ & Integerrimæ Dominæ Rebeccæ, filiæ Sancti R. Samuelis, Levitæ, quæ obiit cum fama optima die 7. mensis Decembris, Anno* 135. *Supputationis Minoris* id est Anno C. 1375. *Anima ejus sit ligata in Horto Edenis, Amen, Amen, Amen, Selah*. Quæ utriusque sexus Monumenta exempli loco producit, pluribus sine dubio instructus, ubi vero Monumenta illa extent, non docet.

X. Judæi ex Ægypto in Terram Canaan, Patribus promissam, divinitus introducti, posterioribus temporibus in Judæa atque Galilæa, Hierosolymis, Tiberiade, Bittere, Jabne, Zippori seu Diocæsareæ, Diospoli, Antiochiæ, Cæsareæ, Berythi, Laodiceæ, Gazæ & alibi locorum consederunt. X. Tribus abductæ sunt in Assyriam atque Persiam, & inde in vicinam usque Indiam penetraverunt. Babylone jam inde a Captivitate substiterunt. Tiberii, Imperatoris, tempore dispersi fuere per totum fere Terrarum Orbem, Parthiam, Mediam, Elam, Mesopotamiam, inque ea Emisam, Cappadociam, Pontum, Asiam, Phrygiam, Pamphiliam, Ægyptum, Alexandriam inprimis, Libyam, Cretam, Arabiam, Romam, ut & Tarsum in Cilicia, Ephesum, Colossum, Corinthum, Thessalonicam, Philippos, & tandem CPolin incolentes. Post excidium Urbis in Babyloniam res Judæorum sunt translatæ, Soram, Pumbeditham, Nehardeam, Nehar-

harpecodem &c. Hinc in Africam devenere Al-Corini, Fessæ alibique florentes. Inde in Hispaniam transfretarunt, Granadæ, Cordubæ, Sevilliæ, Toleti, Al-Ossunæ, Meridæ, Sagunti, Tudelæ, Cæsaraugustæ, Perpigniani, Gerundæ &c. considentes. Hinc effuderunt se in Galliam, Barcelonæ, Narbonnæ, Carcassonæ, Massiliæ, Trecis, Parisiis &c. subsistentes. Transmigraverunt porro in Angliam, Londini, Eboraci, Lincolniæ &c. admissi. Siciliam & Sardiniam jam olim cum Saracenis incoluere. Italiam quoque ab eo jam tempore, quo in societatem Romanorum sunt recepti, insederunt, Metropolin & totius Orbis caput, Romam, Mediolanum, Mantuam, Genuam, Mutinam, Pisaurum, Puteolos, Urbinum, Tranium, Cremonam, Ferraram, Tridentum, Lunam olim, hodieque Venetias incolentes. Neque a Polonia exclusi sunt, & Bohemia, Cracoviæ atque Pragæ florentes. In Belgio Antwerpiam, Middelburgum, & Roterodamum olim, hodieque Amstelodamum inhabitantes. In Germania Nostra dudum etiam sedes fixere, Maguntiæ nim. Treveri, Spiræ, Wormatiæ, Germesæ, Bingij, Magdeburgi, Merseburgi, Erfordiæ, Halberstadij, Mulhusæ, Francofurti, Norибergæ, Ratisbonæ, Eistadij, Landshutæ, Hallæ, Rothenburgi, Hailbronnæ, Nordlingæ, Weilæ, Viennæ, Krembsæ, & quæ sunt loca aliia, abs Judæis habitata, quæ magnam partem recenset R. Beniamin, Tudelensis, in Itinerario suo.

XI. Quemadmodum vero jam Judæi per universum Terrarum orbem dispersi habitant, ita ubivis locorum sepulturam invenerunt, & Monumenta sua habent. In Anglia quidem Judæis aliquando *nullibi concedebatur sepulturæ locus quam Londini, eo omnia defunctorum corpora, multis cum molestiis & laboribus, perferre cogebantur: ab Henrico tamen II. Rege mercantur, ut ubicunque degerent, eo loci agrum sepulturæ suorum assignatum haberent*, Teste Polydoro lib. 13. apud Magdeburgenses Cent. XII. capit. 14. fol. 1759. Romæ sane Antiquæ juxta atque Novæ seu CPoli sua habuere cœmeteria Judæi, prout inter alia videre est ex Mappis Chorographicis Romæ ac CPoleos Ambrosij Brambillæ & Pauli Forlani, ut & Claudij Ducheti, in quibus in extrema Transtiberina prope Portam Portuensem hod. *di Ripa*, *Campus Judæorum*, & in Pera *Sepulture d' Ebrei* exhibentur. Eos vero in aliis etiam, ubi consederunt, locis suas habuisse sepulturas, vero admodum est simile. Audio sane, Spiræ deambulachrum murorum ambientium urbem lapidibus Judæorum sepulchralibus inscriptis stratum esse, qui dubio procul ex cœmeterio illorum illuc sunt translati, vid. Chron. M. Alberti apud Christ. Lehmannum in Chron. Spirensi, lib. VII. c. 42.

XII. Sicut igitur XII. Tribus ἐν Διασπορᾷ universum Orbem pervagarunt, ita etiam in Rhetiam Vindeliciamque nostram pervenere, atque hic *Augustæ* consederunt: Cujus rei Testes sunt satis luculenti loca urbis a Judæis denominata, v. gr. Propugnaculum Judaicum, Juden-Pastey, ita dictum, quia in eo ipso loco est aggestum, ubi olim Judæorum fuerat cœmeterium, der Juden Kirch-Hof. Vicus Judæorum, Juden-Gaß, ubi Synagogam habuisse dicuntur. Clivus Judæorum, Juden-Berg &c. Irrefragabilis vero est Testis, Juris Municipalis Codex, vulgo das Statt-Buch, MS. quem possideo, CCL. annorum Antiquitatis, qui passim meminit Judæorum, urbis incolarum, & jurium eorum adversus cives Christianos, & vice versa. Rubrica 44. hæc est: Welich Recht die Juden, diee zu der Statt sitzend, gen den Burgern habent, und die Burger gen in. Synagogæ eorum meminit Rubr. 211. Peculiare Balneum, ideo a Judæis olim, hodie a corvis denominatum, das Rabben-Bad, eis a Senatu Augustano conceditur Rubr. 77. Proprium quoque Macellum eos habuisse, Rubrica 56. asseritur. Pileum etiam Judaicum gestare eos hic oportuit, per Rubr. cit. Achilles Pirminius Gasserus, Lindaviensis, Medicus superiore Seculo Augustanus, in Chronico Augustano MS. αὐτογράφῳ, (quod post Udalr. Rumlerum, Gasseri ex Sorore Nepotem, Hieron. Froschelium, & Hieron. Georg. Velschium, me nunc possessorem habet,) Judæorum & Rerum Judaicarum hinc inde recordatur, *fol.* 251. expresse eos inquilinos vocas. Fol. 272. scribit, *combustum esse hic totum illum clivum cum adjacentibus habitationibus, qui ab angulari e regione Ædiculæ D. Petri domo (Cæsaris Areola,* Kaisers Behausung oder Hof-Statt, *quod Cæsarum Privilegiis eam Judæi jam olim possiderent, vocata) usque ad supra memoratum Minoritarum Cœnobium protenditur. Fol.* 332. Mentionem injicit Domus Judaicæ, in qua Judæi choreas suas agitare soliti fuerant &c. Colligitur denique illud ex Monumentis Judaicis, quæ hic Augustæ non solum existunt, sed & eruderata sunt, quæ deinceps produco.

XIII. Judæos igitur jam olim hic habitasse, sic satis liquet; Quando vero huc primum sint delati, non æque constat. Christoph. Lehmannus in Chron. *lib.* V. *cap.* 37. arbitratur, Judæos in Germania, spe-

speciatim in Suevia nostra, jam ante Christum Natum consedisse: Verum enim vero Monumentum, quo id confirmat, sine dubio suppositium est. Germaniæ Doctorum Aquila, quemadmodum vocatur a Grutero in Dedication. Operis de Inscriptionibus, Marcus Velserus, Patricius Augustanus, & Duumvir, in Illustri sane prorsumque Augusto Opere Rerum Augustanarum Vindel. *lib.* VI. *fol.* 125. *Edit. Venet. Ann.* LXXII. scribit, *Hierosolyma a Tito, Vespasiani filio, capta & excisa: ejus rei hanc in Hebræorum libris Chronicis memoriam reperio,* Venit Aspasianus (*Vespasianus est*) devastans Templum, transtulitque Israel & familias multas de Domo David & Jehuda in Aspamiam, quæ est Hispania. *Quid hic sibi Hispania sola velit, nescio, nisi autor Hispanus Patriæ tantum rationem habere voluit: Rectius Josippus,* Veniens Vespasianus Cæsar, atque Titus, filius uxoris suæ, devastaverunt Domum Secundam, transtuleruntque Israelem Romam. *Romæ nomine Romanum Imperium intelligit, nam Judæos illa clades non tam in unam Hispaniam, quam reliqua terrarum Sola, quæ præsertim Romanis paterent, disjecit,*

Per omnes
Terrarum pelagique plagas tua membra feruntur,

ait Prudentius, totam Gentem alloquens: quo Rutilius scripsit.

Latius excisæ pestis contagia serpunt.

Nec improbabile credo est, eadem occasione nonnullos Augustam delatos, ubi diutissime consedisse multis Hebraicis characteribus inscriptis Monumentis, & privatorum Annalium autoritate compertum, Benjamin quidam Tudelensis, qui ante Annos CD. *scripsit, inter Germanicas Urbes, quæ Judæorum Synagogas habeant,* Davir Asburk *posuit, vulgarem* Augsburg *enunciationem, uti videtur, sequutus, subjunxit autem,* in quibus etiam Metropolibus multi ex Israelitis sunt, Sapientum Discipuli ac divites. *Quo fortasse* Davir *respicere cuipiam videatur, nam Hebræorum Lexica* Dabir *interpretantur oraculum. Porro si ex primis Judæis unum aliquem tanquam protento digito indicare cogar,* TIB. CLEUPHAS. IIIII. VIR. AUG. NEGOCIATOR. ARTIS PURPURARIÆ. *Cujus titulus apud nos extat, certe extitit, hujus potissimum conditionis videatur; Cleuphæ enim vel Cleophæ nomen Hebraicum esse, divinarum literarum Monumentis proditum, Tiberii prænomen, in Romani alicujus clientela fuisse indicat, sic Flavii Josepho accrevit, & purpurariam factitasse, ab homine Palæstino non alienum.*

XIV. Utut vero vel maxime sub Judice lis sit, utrum apud Tudelensem Augusta nostra innuatur, an vero Wormatia, quod vult Tho. Reinesius, *Epist.* XXXI. *pag.* 173. vel Urbs Germaniæ ab utraque diversa, de quo suo loco videbimus; Præterea illud quoque habeat dubitationem, Anne Tib. Cleuphas, Sevir Aug. Negotiator Artis Purpurariæ, cujus Monumentum A. C. 1567. ad D. Udalrici sub Turre inventum, & inter Monumenta Antiqua Augustana ab eod. Velsero, XVI. recensitum loco, mentionem injicit, Gente fuerit Judæus, præsertim cum Monumentum non Hebraicis, sed latinis consignatum literis posuerit, nisi, misso Judaismo, Gentilis factus sit, quod tamen & ipsum haud credibile videtur: illud tamen est certissimum, Judæos per Romanos, primum Socios, mox Dominos, in Italiam & Orbem totum Romanum esse delatos. Quando itaque Augusta Nostra Colonia Romanorum est facta, vero simile est, ab eo jam tempore Judæos huc commeasse, vel certe posterioribus temporibus. Utinam vero Majores nostri, Rheti, & universim Germani, Res suas literis consignassent, jam vero Monumenta Majorum Antiqua omnino nos deferunt.

XV. Posterioribus tamen Seculis Judæos hic degisse, *multis hebraicis characteribus inscriptis monumentis, & privatorum annalium autoritate compertum,* Rerum Augst. Scriptor verissime tradit. Monumenta Hebraicis characterib. inscripta mox videbimus, prius nunc Annales evolvemus.

XVI. Codex Juris Municipalis conditus est, prout ab initio ejus refertur Anno Domini 1276. sub Regimine Rudolphi Habsburgensis, qui, cum Judæorum Jurium meminerit, eorum isthac ætate hic existentiam haud obscure coarguit. Permissio Balnei, supra memorati, facta est Anno 1290. in Vigilia S. Michaelis, juxta Senatus Decretum, quod Rubr. 77. exhibet. Annales MSS. Clementis Senderi, Laugingensis, Monasterii SS. Udalrici atque Afræ Conventualis, qui Anno 1536. vixit, quos Instructissima Bibliotheca Spizeliana subministravit, atque A. P. Gasseri, primum Judæorum Augustanorum injiciunt mentionem ad A. C. 1290. ubi permissionem Balnei Judæis factam recensent, posterioresque, nescio, quibus ex Monumentis, addunt, Judæos Bal-

Balneum istud ab Abbatissa Stephanina comparasse.

XVII. Chronicon Clementis ad An. D. 1334. sequentia memorat: Da ein Burger hye mit namen Portner verstanden hat, das der Kaiser wolt alle Juden abdilgen, und diser Burger mit den Juden fast wol ains was, entlenet er ein grosse summa gelt von inen, damit er mit der Juden gut noch reycher wurd. Da aber das Kaiser verbott und Interdict nit was außgangen, da ist dem Portner alles sein gut von ainem Rat beschriben worden, und entsazt, und im die Statt ewiglich verpotten worden. er hat als köstlich und herrlich haus gehalten, als ob er ein Fürst were. Eadem recenset Sigismundus Meysterlinus, ejusd. Monast. Conventualis A. 1456. in Chronographia Augustensium MS. Parte IV. cap. 16. quam suppeditavit Illustris Reipl. Bibliotheca.

XVIII. Ad A. 1348. hæc inter alia Annales Gasseriani tradunt: *Et sunt paulo post 22. scil. Nov. die, Verpi aliquod, ob impia veneficia, quibus per totam ferme Europam puteos fontesque infecisse culpabantur, ultrici flamma damnati &c.* Chronicon Clementis hæc ad eund. Annum ita refert: An S. Cecilia tag sind die Juden zu Augspurg zu tod geschlagen worden. Aliud Chronicon Augustanum, quod Andreas Ettinger consignavit, & una cum Gasseri Annalibus in meas manus pervenit, hoc factum ad inseq. annum refert: 1349. iar hat man die Juden zu Augspurg all verbrandt an S. Sibylle tag. Conf. M. Alberti Argent. Chron. *fol.* 707. Quod vero a veritate alienum esse videtur; non omnes, sed aliquod, ut Gasserus scribit, sunt combusti, nam etiam post illud tempus Judæi hic superstites fuerunt; nisi dicere velimus, illis combustis, alios aliunde in Urbem receptos fuisse, id quod isthac ætate Urbibus Imperialibus receptum fuisse, ex Lehmanni Chron. *lib.* 7. *cap.* 49. 74. 85. & 91. *disco.*

XIX. Pergit Chronicon Clementis ad A. 1371. Graff Eberhart von Wirtenberg hat in das Kaisers namen zu ainem Rat gen Augspurg geschickt Her' Urlich von Matsperg und Her' Contadt von Reysen, beyd Ritter, und begert, daß man im alle Juden zu Augspurg mit leib und gut zustell und yberliffere. das hat ain Rat nit wollen thon, Sunder alle Juden in der Statt beriefft, u. haben ainem Rat ain ayd miessen schweren, dz sye in der Statt wollen pleyben, und weder leib noch gut verrucken. Idem ad Annum seq. ain Rathye hat alle Juden, Fraw und Man gefangen, und dz man sye hat ledig gelaussen, haben sye ainem Rat 10000. fl. miessen geben Conf. Annales Gasseri.

XX. *Inter hæc*, pergunt Annales Gasseri ad A. C. 1381. *Judæi inquilini in vincula conjecti, quinquies mille aureolos Ærario Civium ad Festum S. Barptholomæi, Apostoli, inferre compulsi sunt*, quod & Chron. Clement. confirmat. Majorem mulctam incurrerunt triennio post Judæi, de quo ita Annales Gasseriani: *Sub finem dein Julii mensis cuncti Judæi per Civitatem hanc, Cæsaris Wenceslai consensu, capti, ac, ob nefaria quædam scelera (quorum tamen Annales nullam particularem faciunt mentionem, adparet tamen ob nimias fœnerationes id accidisse)* 22000. *aureolis mulctati sunt; id quod in singulis etiam Sueviæ nostræ oppidis postea, haud citra cædem, factitatum est.* Idem referunt Annales Clementini, qui decennio post pergunt: Anno Domini 1391. hat der Ro. Kinig Wenkeslaus allen Reich Stätten in Teutschem Land gebotten, dz sie die Juden allentalben darzu halten, dz allen Graffen, Freyhen u. Edlen wider werde geben alle brieff und Sigel kleinet u. Silbergschirr, dz sye einen versezt u. verpfandt haben, und sollen von aller schüld on bezallung darzu ledig sein, damit sye dz der bas (desto bas) dem Kinig und gemetnen nuz migen dienen und auswartten, und die Burgern in Reich Stäten u. aus andern Stäten sollen von allem wucher ledig seyn, und nun halben teyl des gelihen Gelts wider heben. Solichem mandat haben die von Augspurg nit wollen korsam sein.

XXI. Iidem ad A. 1434. zu Augspurg ist den Juden gepotten worden, dz sye auswendig an irem klayd gele ringlach tragen. Gasseriani ad A. 1435. referunt: *Utriusque Senatus etiam consultum, Imperatoris ratificatione, factum est, ne decetero Judæis juxta Christianos in foro judiciario sedere, sententiamque dicere liceat: Et ne amplius in ipsorum Synagoga a Civibus nostris hic, uti hactenus prava consuetudine receptum fuerat, conveniri debeant, sed ut æque ac alii municipes & inquilini in publica curia, coram Christiano Prætore Christianisque Assessoribus, juri sistantur: Hactenus enim si quid litium aut actionis forensis, civi cum indigena Hebræo intercessisset, id totum Magister Collegii, Archisynagogusve, una cum Civitatis Sub-Præfecto, pari judicantium utriusque religionis numero, in Schola sua, quæ in medio ejus vici versus Aquilonem erat, qui hodieque a Judæis adpellationem retinet*, (die Judengass) *decidere solitus fuit: Secus tamen res actæ sunt, quando Hebræi Christianos in jus raperent.*

XXII. Iidem ad A. 1438. annotant: *Annuit etiam* Albertus II., nuper electus Imperator, Legatis Augustanis, *ut Judæos a se* (urbe sua) *ejicere possent. Qua licentia impetrata, mox in ipso Tutelaris Divi Udalrychi Festo, Profanis illis a Senatu indictum est, ut rebus suis prospicerent, ædes venderent, & exacto futuro* (proxime instante) *biennio cum liberis & uxorib. vetere emigrarent Colonia* seu sede. Altero post hunc anno, *deinde*, pergunt, 8. *die Julii mensis, quo Kyliani memoria agitur, verpi in universum plusquam* CCC. *Civitate ista, in qua* aliquod

Sæ-

Sæculis *domicilium habuerant*, *nulla redeundi ſpe*, *omnino pulſi ſunt*, *id quod ante biennium ipſis peremptorie intimatum fuerat*. Idem confirmat Chron. Clement. ad A. 1440. An S. Kylianſtag ſind zu Augſpurg hinwegk zogen alle Juden / jung u. alt / Weyb und Kind / ir 300. den ſolichs hatten die von Augſpurg von dem Ro. Kinig Albrechten erlangt u. zu wegen pracht / u. zeygten es den Juden 2. iar dar vor an / da mit ſye in mitler zeit ſich um andere ort beſchehen (beſehen) möchten / wa ſye wolten hin ziechen / und ir hab u. gut an diſe ort zu verordnen. und iſt beſchloſſen worden vom mayſten bis auf den minſten / dz zu ewigen zeiten kein iud me in die Stat ſol gelauſſen werden / da kein wonung zu haben.

XXIII. Quæ vero dubitationem habent; Namque VIII., quod hic producitur, Monumentum, poſt annum demum 1440. quo Annales omnes in univerſum Judæos Urbe ejectos eſſe referunt, eſt conditum, &, quemadmodum colligo, etiam antecedens VII. Anno nim. 1446. erectum. Vel itaque Ann. 1440. non omnes in univerſum, ſed plerique ſunt expulſi, uno alterove tolerato, vel Monumenta illa ultima non hic, Auguſtæ, verum alibi, in vicinia fortaſſis, quorſum ſe contulere emigrantes hinc Judæi, eruderata fuerunt, huc poſtea, in Ædes Peutingerianas, delata.

XXIV. Ad A. 1449. ſtatim ab initio Gaſſerus refert: *Structuræ Curiæ* Antiquæ, *e regione Petrini Delubri* ſitæ, *ceſſiſſe lapides e dirutis pulſorum Judæorum cum Synagoga tum Cœmeterio*, id quod *etiamnum* (Gaſſeri ætate) *ſcala atteſtatur*, *qua in jam dictam Curiam a Berleio Foro aſcenſus patet*. Idem ad A. 1456. recenſet, Urbem noſtram Privilegium Cæſareum impetraſſe, quo Judæos expulſos recipere in Urbem, ſi velit, poſſit.

XXV. Nihil nunc reſtat, quam ut ad *Monumenta Antiqua Judaica*, prout placuit inſcribere, ſine ulteriore præfamine accedamus, quæ, Peutingeriana inprimis, dubio procul jam ante ſeculum inſpexit ὁ πάνυ Velſerus Noſter, & ex iis Judæorum Auguſtanas ſedes recte conjecit. Tres Religiones Urbs noſtra jam inde a conditu ejus admiſit, Gentiles, Chriſtianos atque Judæos: Cum itaque illorum Monumenta antiqua Velſerus, iſtorum Praſchius publicaverit; horum monumenta deſiderari poſſint, quæ vero nunc tandem, non tamen omnia, ſed nonnulla, quæ nim. in notitiam inquirentis venerunt, literis publicis exſcribo, &, quantum in re abſtruſa cognituque difficili licet, evolvo, quod, ut puto, non ſolum Dominis Monumentorum, ſed & Municipibus cæteris curioſis, quin & exteris Philebræis haud ingratum erit, & ad aliarum quoque Urbium Judaica Monumenta inquirenda & edenda incitamentum. Sequitur, habita ratione Antiquitatis, Monumentum

I.

לראש ר׳ ברוך
שירד לבארזים
ביום ב׳ד׳ בסיון
ת׳נ׳צ׳ב׳ה׳ החיים

Ad Caput R. Baruchi,
qui deſcendit ad eos, qui ſunt *inter Cedros*,
Feria II. IV. *Sivan*,
S. A. E. I. F. *viventium*.

XXVI. Extat hoc monumentum in Ædibus Peutingerianis, ſitis prope Templi ſummi Cryptam tenebricoſam (bey der ſünſtern Gredt oder Grädd) lateri earum orientali inſertum, juxta illa antiqua Romana, quæ Velſerus noſter publicavit, ad dextram ingredientis; Lapis eſt coloris cinerei, figuræ, ovi inſtar jacentis, rotundæ: Literæ minus expreſſæ ſunt & fugientes, acſi non niſi ſolo ſtilo, ſine ulla adhibita cura, in cera, utut ſolidus lapis ſit, eſſent exaratæ, quæ etiam inter alias cauſa eſt, ut vetuſtiſſimum hoc monumentum eſſe judicem, a Peutingeris, Antiquariis, aſſervatum.

XXVII. Prima Inſcriptionis linea clara eſt: *Ad caput R. Baruchi*. Habemus ſic nomen ſub hoc monumento olim ſepulti, is Baruch nomine fuit, apud Judæos uſitato, dignitate Rabbi, id eſt, Doctor vel Magiſter. Inde colligo, Archi-Synagogum Auguſtanum fuiſſe; Codex enim Juris Municipalis, Rubr. CCXXI. Judæorum Rabbini meminit his verbis: und ſoll der Vogt die Chriſten fragen / und der Juden Meiſter und die Juden &c. Diſcimus præterea ex hoc, ut & IV. atque ſuperiorib. a Buxtorffio adductis monumentis, Epitaphia Judæorum non, ut pleraque Chriſtianorum, jacere, ſed ſtare, & quidem ad capita erecta, reſpiciente Inſcriptione ſepultum.

XXVIII. Altera linea ſubobſcura eſt. Legi enim poteſt --שירה לבאר *canticum* aut carmen *ad declarandum* - - vel שירד --לבאר *qui deſcendit in puteum* ſeu foveam, -- vel שירד לבארזים *qui deſcendit ad* eos, qui ſunt *inter Cedros*; coacta nonnihil, ut ingenue fatear, ubique ſententia, ſed conjecturis agendum eſt in hiſce tenebris, donec clarioris lux affulgeat ſenſus. ירד *Deſcendendi* verbum de morientibus etiam in Scripturis S. uſurpatur, in ſiniſtram quidem, ut *Pſ.* LV. 24. *Eſa.* XIV. 15. in bonam vero partem

Gen. XXXVII. 35. Cedris quoque, ſpeciei Arborum altiſſimæ, Viros magnos & excelſos comparari, novum non eſt; ut juxta poſtremam hanc lectionem ſententia hæc ſit: Rabbinum hunc ad alios plures Anteceſſores Magiſtros, qui inter Cedros i. e. Præclaros Inſigneſque Viros habebantur, abiiſſe. Sed quicquid ſit, hac linea non recenſeri videtur, quod magni ſit momenti, quare ei non immorabimur, pergimus ad ea, quæ reſtant.

XXIX. Lineis ultima & penult. feria, dies, menſis, annus etiam, ut non nemini videtur, emortualis, cum adjecto voto enumerantur. Sententia hæc eſt: Feria II. die IV. Menſis *Sivan*, *ſit anima ejus in faſciculo Vivorum*. Hoc nim. uſitatum eſt Judæi, ut non ſolum annum, ſed & menſem, diem; feriam quoque ſeptimanæ, quibus quis mortuus eſt, ſcriptis epitaphiis prodant. Noſter Baruch igitur feria II. ſeptimanæ h. e. die ☽, eſt defunctus, die IV. Menſis Sivan i. e. Maij. Quo autem Anno? R. Jehuda Leb; Scholæ Pferſenſis in vicinia Moderator, arbitratur, annum innui his tribus literis יתנב Uſitatum ſane hoc eſt Judæis, ut una cum voto ſeu allegato Scripturæ S. loco annum ſimul ingenioſe prodant literis quibuſdam vel punctatis vel majuſcule expreſſis, quemadmodum & nos Chriſtiani in Eteoſtichis ſolemus: Et profecto credibile haud eſt, feriam, diem & menſem ſignificari, non item annum! Conficiunt vero ת'נ'ב' 452. Eſt hæc Æra ſine dubio a Creatione Mundi, eaque Minor, omiſſis ſcil. Millenariis, verum quod? num. MMMMM? ita foret annus a Nativitate Chr. *1693*. qui innui non poteſt, quippe nondum præteritus, ſed adhuc futurus. Erit igitur de MMMMCCCCLII. accipiendum monumentum, qui eſt annus Chriſti *693*. Quod ſi ita eſt, venerandæ utique Antiquitatis eſt Monumentum. Obſtat tamen, Judæos jam inde ab initio Tertiæ Monarchiæ uſque ad ætatem Rab Sheriræ, qui vixit Anno 4727. a Creat. Mundi, i. e. Anno Chriſti *967*. לפי מנין שטרות *juxta Æram Contractuum* computare annos conſueviſſe, poſt illud vero demum tempus Æram a Mundi Creatione adhibuiſſe, juxta R. David Gans, in Chronico *Zemach David*, Parte I. ad Annum Mundi conditi 3448. Sed fortaſſis Rab Scherira, ut & Judæi reliqui Babylonienſes atque Orientales, Æram Contractuum diutius retinuerunt, quam Judæi Occidentales & Germani, qui, miſſa illa in Occidente, prius quam illi Æram a Creatione Orbis fortean aſſumpſerunt. Magis itaque me movet, quo minus credam, Monumentum hoc tam remotæ Vetuſtatis eſſe, quod, inita calculatione, deprehendam, Anno Mundi 4452. diem IV. Menſis Sivan, non feriam ſecundam ☽ ſed ſeptimam Septimanæ ♄ fuiſſe. Licet vero hic lapis non tantæ, eſt tamen magnæ Antiquitatis, cujus rei complura indicia extant. Votum igitur dicamus innui ſuperſtitis Uxoris vel Prolis his verbis: ת'נ'ב' החיים Priores tres literæ ſunt ראשי תיבות i. e. *initiales* integrarum *vocum*, id quod impoſitis punctis ſignificatur, harum vid. תהא נפשו בצרור החיים *Sit anima ejus in faſciculo vivorum*; verba ſunt deſumpta ex I. *Sam.* XXV. 29. & Judæis pro Defunctis uſitata, vid. Lexicon Pentagl. Val. Schindleri, in vocab. צרר.

II.

. . יוסף שנפטרה ת'ת'ק'צ'א'
ל"פ ויהי מ'כ'צ'ע'א'

Lat.

. . *Joſephi, quæ mortua eſt 991.*
Calc. Sit R. E. I. H. E. A.

XXX. Monumentum hoc extat in Armamentario veteri, in ipſa Cœmeterii Judaici area constructo, ubi dubio procul cum aliis erutum eſt, & inſertum una cum aliis duobus Orientali Parieti Laboratorii Fabri Lignarii (in der Zimmerhütten) Lapis eſt quadratus, imperite tamen muro inditus, namque apices literarum inferiores non deorſum, ſed ſiniſtrorſum reſpiciunt; literæ altiſſime inciſæ ſunt.

XXXI. Prima Monumenti vox ex læſione maximam ſui partem diſparuit, ex verbo tamen fœminini generis נפטרה clarum eſt, ſexus ſequioris perſonam ſignificatam fuiſſe, vel filiam, vel, quod magis probo, Uxorem *Joſephi*. Indicatur deinde annus mortis, qui eſt ת'ת'ק'צ'א ל"פ h. e. *991*. *Calculi* minoris, computi majoris *4991*. a conditu Mundi i. e. A. D. 1231. Inde jam diſcimus, eo anno hic Judæos minimum jam extitiſſe, ſi quis prioris Monumenti Antiquitatem in dubium vocet. Annectitur porro votum, his conceptum verbis: ויהי מ'כ'ג'ע'א' ubi poſteriores literæ abbreviaturæ ſunt integrarum vocum (quibus ſcribendi compendiis in Monumentis Romani etiam uſi ſunt) quas tamen Jo. Buxtorffius in libello de Abbrev. Hebr. haud exponit; Puto, legendum eſſe: ויהי מנוחתה בגן עדן אמן *Sit requies ejus in Horto Eden*, *Amen*. Per Hortum Eden, ut nos per Paradiſum, cœleſtem Beatorum locum intelligunt Judæi.

III.

III.

בתר אליקים הנפארה א׳ באיר
ב׳ת׳ח׳ק׳צ׳ב׳ לפר׳ זכרונה לחיי
עד א׳א׳א׳ס׳

Latine.

Corona Eliakimi, quæ mortua est I Jiar, 992. Calcul. Memoria ejus ad vitam æternam, A. A. A. S.

XXXII. Hic lapis in eod. quo præcedens, est loco, inter tres medius. Primum vocabulum encomium continet defunctæ, dicitur enim *Corona* h. e. Marita Virtuosa, vid. *Prov.* XII. 4. Altera voce significatur maritus *Eliakim*, sequentibus dies, mensis atque annus mortis. Dies I. mensis Jiar seu Aprilis fuit, mortua nim. nostra est ipso Novilunii die. Annus fuit *992.* juxta Computum min. secundum majorem fuit Annus Mundi *4992.* Annus a. Christi 1233. Additur deinde Votum: *Memoria ejus* fit *ad vitam æternam*, Alias dicunt: Memomoria ejus sit ad Benedictionem, quæ vero formulæ coincidunt, utraque enim æternam vitam vovent. Clausula hæc est: A. A. A. S. id est: *Amen*, *Amen*, *Amen*, *Sæla.* Formula recepta est apud Judæos, notandum vero est, ter repeti voculam *Amen*, quod si profectum a Majoribus illorum est, Mysterium Trinitatis innuere fortasse voluerunt, neque enim alioquin video, quare semel iterumque repetant eam, non pluries, neque parcius.

IV.

ציון הלז הורם לראש הנער
אברהם בן אליקים

Monumentum hoc appositum est capiti Pueri Abrahami, *filii Eliakimi*.

XXXIII. Lapis iste Laboratorium dictum ingredienti primus occurrit, a sinistris conspiciendum se offerens, estque sine Consule & anno. Superiori autem subjicere placuit, quia est filii Eliakimi, cujus uxoris antecedens est: Sunt itaque III. atque IV. Matris Filiique Monumenta; ex quo intelligimus, non pluribus unum, prout apud nos Christianos moris est, sed singulis singula Monumenta apud Judæos olim erecta fuisse. Præter nomina Defuncti & Parentis, Ætas quoque exprimitur, dum vocatur נער *Puer*, qui dicitur usque ad XIV. Ætatis annum, infra hanc igitur Ætatem defunctum fuisse, qui positus hic lapis est, oportet. Judæi, quantum hactenus observare licuit, non, ut Gentiles Romani olim, hodieque Christiani, Ætatis Defuncti annos, menses atque dies enumerant, sed, ejus loco, ætatem, *Pueri*, *Adolescentis*, *Senis* &c. vocabulis, generaliter circumscribunt.

V.

. . . .
. . . . בכסיו
: ס שנת ב׳ת׳ת׳ק׳צ׳ו׳
. רט מניחתה ת׳
הא כבוד בגן עדן
עם שאר צדקניות
אמן אמן אמן סלה

Lat.

. . . .
. . . . . *Caslev*
. . *Anno 996.*
. *culi. Requies ejus s*
it Gloriosa in Horto Eden
cum cæteris Justis,
Amen, *Amen*, *Amen*, *Sæla*.

XXXIV. Hic etiam Lapis in Armamentario existit, sed extrinsecus in ipsa area, muro septentrionali insertus, & nonnihil læsus, fortassis cum inderetur, priora enim Monumenti verba non amplius comparent, quæ vero Defunctæ epitheton, maritum atque diem emortualem dubio procul complectebantur. Namque Fœminæ Monumentum hoc esse, ex suffixo fœminino ה in voce מנוחתה, quod Hebræi præ Latinis aliisque multis peculiare habent, & nomine adjectivo צדקניות *Justis*, quod in Hebræo fœminini generis est, abunde liquet. Ea vero defuncta est Mense Caslev id est Novembri, Anno *996.* לפרט (ita integre lego) calculi minoris, Majoris a Creatione Mundi *4996.* i. e. Anno Christi 1237. Euphemia talis est: *Requies ejus sit Gloria* seu Gloriosa, quæ desumpta sunt ex Esa. XI. reliqua verba sunt: *in Horto Eden cum cæteris Justis*, *Amen*, *Amen*, *Amen*, *Sæla*. Similis vovendi forma subjecta est Monumento Buxtorffiano priori supra §. 9. adducto. Observes etiam, Curiose Lector, velim, Judæos Lapicidas, perinde atque olim Romanos, literas unius vocis dividere, ut hic ת-הא, quod imitatus sum, ut quam accuratissime in minimis etiam Hebræa exprimerem, in Latino: *s-it*. Geminum exemplum Monum. VIII. suppeditabit.

VI.

סימן
לעלס שלמ--
בר׳ יעקב קג
הנפטר ב׳י׳ב
לאל׳ הש ע׳נ׳ ל׳

Monumentum
Adolescentis Salom . .
Filii R. Jacobi . . .
defuncti XII.
Millen. Sex. 73. *Cal.*

XXXV. Hoc Monumentum extat in Domo Arcularij cujusdam, nomine *Danielis Herzij*, a 36. annis jam Possessoris, nuper admodum defuncti, antehac N. Clophferi, Oenopolæ, fuit, olim Beym Stadel cognominata, extructa illa est in monticulo ex muris ruderibusque assurgente (ob dem Mauerberg) Monumentum ingredienti conspicitur a dextris introitus, muris inditum; Lapis, Porticus instar, figuratus, colore nigricans, atque aureis literis, ast fugientibus fulgens.

XXXVI. Hæc de Loco & lapide: Nunc ipsam monumenti enarrationem aggrediemur. Prima vox Titulus est, Lectori Index, lapidem istum sepulchralem esse; observa Συνώνυμα, quæ sunt: סימן hic, supra Monum. IV. ציון & vulgo מצבה. Altera vox ætatem mortui subinnuit, nominat enim *Adolescentem*. Tertia nomen defuncti significatur, quod est שלמה *Salomo*, Mem enim finale non est, sed medianum, deest nim. litera unica, eaque ה, quæ facile restituitur. Parens quoque mortui nominatur, qui fuit *Jacob* nomine, honore & officio Rabbi, vid. sup. §. 27. Hodie nomini Rabbini multi magnificique præmittuntur tituli v. g. כבוד מעלת ר׳ פלוני *Gloria Excellentiæ Rabbi* N. מורנו הרב ר׳ פלוני *Doctor Noster Amplissimus Rabbi* N. &c. quæ insolentia sub initium Seculi XV. Judæos invasit, sed vide hic laudabilem simplicitatem superioris ævi, quo simplici Rabbini appellatione contenti fuere, honestatis studiosiores, quam inanium titulorum. Ad vocem sequentem hæreo, literæ binæ sunt, sed fugientes, possint esse ז׳ל b. m. hoc est, *beatæ memoriæ*, literæ tamen aliæ sunt: vel num dicemus, cognomentum contineri iis R. Jacobi קג *Kag?*

XXXVII. Cæterum reliqua persequamur, quibus mortis dies, fortassis etiam mensis, atque annus, intricate tamen, innuuntur, Dies perspicue significatur, fuit enim XII. ast cujus mensis? Jiar, qui Aprili nostro respondet, intelligi, antehac ex sequente voce conjeci, quam vero accuratius inspectam, nunc aliter, nimirum, לאל׳ lego. Fieri potest, ut una cerussa parietes duo dealbentur, &, quemadmodum alias votum atque annus unis iisdemque literis significantur, vid. quæ superiori §. 29. diximus, ita etiam hic voce detruncata לאל׳ & mensem אלול *Elul* i. e. Augustum, & אלף *Millenarium* simul innui dicamus licet. Abbreviaturas לאל׳ הש ע׳נ׳ ל׳ quæ in fine Epitaphij comparent, ita integre lego: לאלף הששי ע׳ג׳ לפרט קטון h. e. *Millenarij Sexti* anno 73. *Calculationis minoris*, id est, Anno a Creat. Mundi MMMMMLXXIII. Anno vero Christi 1314. Anno enim Judaico cum mensibus IV. prioribus, Tisri, Chesvan, Caslev atque Tebeth, 240. Cum reliquis VIII. autem, aliquando etiam IX. mensibus, 241. annos & Millenarium addo, Æram Christi expressurus. Est tamen ταυτολογία vel etiam contradictio in adjecto, in his verbis: *Millenarii Sexti*, &, *Culculationis minoris*, nisi centenarius (quod alioquin fieri etiam consuevit) sit omissus, quo in casu recentius C. annis fuerit hoc Monumentum.

VII.

תיתת
בניסעדיר
ו׳ל כ׳ח׳ אלול
יו׳נ׳ ל׳ה׳ל׳א׳
ה׳ ח׳נ׳צ׳ב׳ה׳

hoc est,

Obitus
Filii mei Seder
b. m. 28. *Elul.*
Fer. 3. CCV. *Mill.*
Sex. S. A. E. L. I. F. V.

XXXVIII. Monumentum hoc extat in ædibus Peutingerianis, a sinistra Introitus. Lapis ejusdem cum antegresso est figuræ, cujus, ut & sequentis, literæ sunt elegantes & expressæ. Posuisse Monumentum Parentem, intelligitur ex vocula בני *filio meo*, in prima persona Lectorem alloquentem, סעדיר *Seder* in lapide constanter lego, quod fortasse sphalma Lapicidæ est, vel olim ita scriptum nomen fuit, סענדיר *Sender* cum נ hodie usitatum esse, Judæi mihi affirmant, corruptum fortasse ex *Alexander*. ז׳ל Abbreviatura est vocum זכרונו לברכה *memoria ejus, in Benedictione*.

XXXIX. Obitus Nostri contigit die 28. Mensis *Elul* vel Augusti, Feria Septimanæ 3. seu die ♂. Sequentes quinque literæ

teræ ר'ה'ל'א'ה' compendia integrarum vocum ſunt, prout vel ex punctis impoſitis colligere eſt, quæ annum defuncti dubio procul complectuntur, & hoc modo, ut mihi quidem videtur, ſcribendæ ſunt plenæ: ר'ה' לאלף הששי Anno 205. *Millenarii Sexti*, h. e. Anno a Creatione Mundi MMMMMCCV. Anno vero Domini 1446. Litera ה alias Quinarium notat, ſed ſi de Quinto Millenario intelligamus Inſcriptionem, M. Annis antiquius Monumentum erit, Anno ſcil. Mundi 4205. Anno Chriſti 446. poſitum, venerandæ ſane vetuſtatis! Verum enimvero lapidem hunc ejuſdem cum ſequente ætatis eſſe, multa ſuadent, primum, quia, Gemellorum inſtar, æquales ſunt, & conjuncti, deinde, quod eadem dictio utrobique ſit. Tertio idem prorſus character &c. Jam vero, ſequens Monumentum Millenario Sexto, ut expreſſe dicitur, eſt conditum; malui itaque ה', (quod tamen alias haut uſitatum eſt,) de ה præfixo & demonſtrativo accipere, quam de litera Ordinis ſeu Numeri. Imo ex inita Calculatione demonſtrari etiam poteſt, in Sextum mortem hanc incidiſſe Millenarium: Namque Anno Mundi 5205. Novilunium menſis Elul fuit die 3. hora 17. ſcrupp. 932. adeoque feria ſeptimanæ 4. ☿.

	2.		♃
	3.		♀
	4.		♄
Dies Menſis Elul	5.	incidit in	☉
	6.		☽
	7.		♂
	14.		♂
	21.		♂
	28.		♂

XL. Poſtremæ literæ quinque ח'נ'צ'ב'ה' initiales ſunt harum integrarum vocum: תהי נפשי צרורה בצרור החיים: *Sit anima ejus ligata in faſciculo vivorum*; quæ verba ſunt deſumpta ex I. *Sam.* XXV. 29. Obſerva autem diverſas euphemiarum formulas, hactenus allatas: I. eſt, *Sit anima ejus in faſciculo vivorum*. II. *Sit Requies ejus in Horto Eden*. III. *Memoria ejus ad vitam æternam*. IV. *Requies ejus ſit Glorioſa in Horto Eden cum cæteris Juſtis*, Amen.

VIII.

מיתת
בתי מחלן
יו'ג' כ'ז' חש
רי ר'ו' לאל'
ששי תנ'צ'ב
ה

Obitus
Filiæ meæ Machlon
Fer. 3. 27. Tis
ri CCVI. *Millen.*
Sexti, S. A. E. L. I. F.
V.

XLI. Hic Lapis in iiſdem Peutingerianis Ædibus extat, priori a latere conjunctus, cumque eo figuram duarum Tabularum Moſis referens, Anno poſt ſuperiorem altero ab eadem Parente filiæ erectus. *Machlon*, hoc nomen fuit defunctæ. Marium olim fuit, vid. Ruthæ I. 2. Noſtræ vero ætate etiam fœminarum, uti vel ex hac ipſa Inſcriptione conjectura fieri poteſt, nomen. Novum enim non eſt, nomina eadem & Maribus & Fœmellis communia eſſe, qualia ſunt: *Maria*, *Abia*, *Epha* &c. vid. Notæ ad Targum libri I. Chron. c. IV. 17. Quia autem nomen Patris, a quo alias filii filiæque cognominantur, neque hoc neque antegreſſo monumento eſt additum, inde colligo, Matrem, Parente defuncto, hæc liberis epitaphia poſuiſſe. Mortua fuit יו'ג'; Abbreviatura eſt, lego plene יום ג' *feria* 3. id eſt die ♂. qui fuit 27. dies Tisri vel Septembris, Anno CCVI. Millenarij Sexti, Anno ſcil. a Creat. Mundi 5206. h. e. Anno Chriſti 1446. Veriſſime. Annus iſte apud Judæos erat מעוברת *Intercalaris* XIII. ſcil. Menſium, fuitque VII. ſeu ultimus Cycli Novendecennalis ſeu Minoris id eſt Lunæ numero 286. a Creat. Mundi, Incidebat, quemadmodum ex inita Calculatione deprehendo, Novus Annus & Novilunium Tisri in diem 4. hor. 12. ſcrupp. 645. adeoque in feriam Septimanæ 5. diem ♃.

	2.		♀
	3.		♄
	4.		☉
Dies Menſis Tisri	5.	incidit in fer.	☽
	6.		♂
	13.		♂
	20.		♂
	27.		♂

Altero itaque poſt Fratrem mortuum menſe defuncta eſt Soror: Frater quidem anno ſuperiore d. 28. menſis ultimi Elul ſeu Auguſti; Soror autem Anno inſequente d. 27. Menſis Primi Tisri vel Septembris, uterque ead. Septimanæ feria Fatis conceſſit, quæ ſine dubio etiam cauſa Parenti mœſtiſſimæ, Marito atque Sobole nunc viduatæ, fuit, ut conjungeret Monumenta:

XLII.

XLII. Ultimæ literæ quinque ת'נ'צ'ב'ה' eædem ſunt cum clauſula lapidis anteced. (niſi quod ultima ה, ſpatio excluſa, inferius ſit appenſa,) quæ votum continent: תהא נפשה צלורה בצרור החיים *Sit anima ejus ligata in faſciculo vivorum.* Videantur etiam, quæ de hocce Monumento ſuperius §. 23. ſunt diſputata.

MANTISSA

III. MONUMENT. VETUSTORUM ROMANORUM

Operis Velſeriani de Antiquis Monumentis Auguſtis

APPENDIX.

I. ÆDes Peutingerianas, quod complura Antiquitatis Monumenta, hic loci non ita obvia, raram ſane atque pretioſam Supellectilem, continerent, introſpiciendi cupido dudum me inceſſit, qua tamen hucuſque non ſum liberatus, donec nuper admodum forte in illas delatus fui, ubi, quod lubens merito publiceque deprædico, licentiam ſemel iterumque Monumenta illa inſpiciendi non ſolum, ſed & conferendi, imo & deſcribendi depingendique facile impetravi. Ea occaſione in tria illa Monumenta Judaica incidi, quæ, quod neque a Velſero Noſtro, qui Gentilitia edidit, neque a quoquam, quod ſciam, alio enarrata eſſent, publicata hic recenſeo. Dum vero Lapides cum Monumentis editis Velſerianis confero, exhibet ſe unum Monumentum atque alterum, a Velſero non recenſitum, quod poſt ejus demum obitum, ut colligo, hic erutum, vel huc advectum eſſet. Operæ igitur pretium eſſe exiſtimavi, ne Monumenta illa inſignia corruerent atque perirent inenarrata, ut illa non minus atque reliqua typis picturiſque, quippe annoſa, conſervata ad Poſteritatem tranſmittantur, in eo tamen infeliciora, quod me, elegantioris hujus literaturæ admodum imperitum, editorem nacta ſint.

Inſcr. I.

AEL. MONT.
HAEDER. PRO.
SALVTE. SVA. ET. P.
HISP. CANAVILI
FILI. ET AEL. MON.
FESTINAE. CON
IVGIS. V. S. L. L. M.
D. D. D. VII. KAL.
SEPT. GETA II.
ILAVTIANO
II. COS.

II. Ubi & quando Monumentum hoc erutum ſit, dicere non habeo; In ædibus Peutingerianis extat, in Hortuli area erectum. Quadrilaterum eſt, Occidentale latus Inſcriptionem continet, quam hic exhibemus, & pro virili jam enarrabimus.


III. Primaria hujus Monumenti Pars Inſcriptio eſt, quam vero neque Gruterus in Opere Inſcriptionum, neque Reineſius in ſupplemento exhibent. Eſt autem *Statua Votiva* ſeu Votum Privatum, cujuſmodi longe plurima laudati modo autores *cap.* XV. Operum indicant, quod manifeſtum fit ex Notis ſeu ſingularibus literis Munum. V. S. L. L. M. hoc eſt, *Votum ſolvit lubens lubens* (i. e. lubentiſſime) *merito*.

IV. Is vero eſt *Ælius Montanus Hæderanus*, ut decurtata ex more Notariorum & Marmorariorum nomina lego. Æliorum nota fuit Familia Romana, Trajano inprimis Imperatore illuſtris. Plures ex hac Familia Grutero Reineſioque recenſentur, vid. Indicis *cap.* XXIII. de ea integrum Tractatum conſcripſit Literatiſſimus Perottus. Hoc Gentilitatis ſeu Familiæ cognomen eſt, *Montanus* agnomen, *Hæderanus* denique nomen. Montanus, hoc nomine non niſi unus extat apud Gruterum, *pag.* DCCCLXXIII. num. 4. in Inſcriptione Cordubenſi. Alter tertiuſque occurrit apud Velſerum noſtrum in Monum. *Auguſt. n.* XXVII. & *Peregr. n.* IX. ubi tamen nomen eſſe videtur, mihi hic agnomen eſt, quod vel inde colligo, quia conjugi a Marito inditum eſt, nomen enim (alii cognomen vocant) communicari non ſolet. Nomen eſt, ut lego, *Hæderanus*, quo nemo apud Epitaphiographos, quod ſciam, vocatur; neque illud ſcio, unde ei iſtud nominis impoſitum fuerit.

V. Suſcepit is ſolvitque votum pro Salute (1) ſua, (2) filii, & (3) conjugis.

jugis. Iste *Hispanius Canavilius* est dictus. Apud Gruterum, *loc. cit. pag.* 408. *num.* I. in Inscr. Tergestinensi occurrit Hispanius Lentulus: Hispanius itaque & hic lego, estque cognomen, nomen Canavilius est. Hæc autem vocata est cognomine agnomineque *Ælia Montana* a Marito, *Festina* nomen fuit. Namque observatio, quam Alexander ab Alexandro *lib.* I. *cap.* 9. sub finem Genialium dierum tradit: *Cognomen Mulieri non dabatur*, sine exceptione non est, quod Gruteriani Operis Indicem, *cap.* XXIII. percurrenti palam fiet, ibi enim (ut ex pluribus unum alterunque exemplum saltem promamus) occurrunt Ælia Flava Melitana, P. Ælia Juliana Marcella &c. Soliti vero inter alia Romani sunt pro Salute sua & aliorum vota facere, quemadmodum est videre apud Gruterum & Reinesium Operum *citt. cap.* XV.

VI. D. D. i. e. Dedicata fuit hæc Statua Die VII. Calend. Septembris, Geta II. & Plautiano (ita est legendum) II. Consulibus. Fasti Consulares hic, ut & alibi, admodum differunt. Aurel. Cassiodorus (quem sequitur Greg. Haloander JC. in Fastis Consul. & Joh. Cuspinianus in Comment.) in Chronico Getam quidem atque Plautianum Consules Collegas facit, non tamen altera vice Consulatum ineuntes; imo altero post, Cuspinianus etiam quinto, Anno Getam demum bis Consulem factum esse scribit, eique Collegam adjungit Antoninum, itidem secundum, aut juxta Aram Romanam, a Grutero, *pag.* 45. *num.* 13. exhibitam, & Cuspinianum, etiam tertium Consulem. Adolphus Occo, Medicus Augustanus, in Numism. Impp. Rom. *pag.* 355. Edit. August. P. Sept. Getam & L. Sept. Plautianum II. Coss. facit eo anno, qui est Orbis 4167. Urbis 955. Christi 204. Cuspiniano loc. cit. est Annus Urbis 958. Christi 206. Calvisio in Chronol. 203. Ex quo intelligitur, Statuam hanc esse MCCCCLXXX. annorum Vetustatis. Emendandos vero Fastos Consulares Cassiodori Aliorumque censeo ex hocce antiquissimo, & propterea fide dignissimo, Monumento.




VII. Missa Inscriptione ad latus Statuæ septentrionale nos convertamus. In eo conspicitur eadem figura, quam Velserus Noster ante Monum. V. exhibet, & Mercurii vult esse, mihi esse Æsculapii videtur. Æsculapius enim palliatus, cætera nudus, pingebatur, læva baculum, cui serpens circumvolutus est, tenens; Medius adstat capram inter atque Gallinam, iis enim Æsculapio litabatur, vid. Joh. Rosinus *lib.* II. *Antiqq. Rom. cap.* 17. *pag.* 230. *lib.* III. *cap.* 39. *pag.* 322. & Thom. Dempsterus in Paralipp. ad *cap.* 17. *lib.* II. *Antiqq. Rom.* Joh. Rosini, *pag.* 233. Ecquid autem dextera manu tenet? Si vitrum urinarium esse dicas, nihil Medico indignum dices, verum Deo indignum! *Sed evanuerunt* (stulti facti sunt) *in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum*, Docente Apostolo *cap.* I. *ad Romanos. Conf. Phil. Caroli Antiqq. Rom. lib.* I. *cap.* 10. Incredibile vero haut est, Ælium Montanum, vota pro Salute sua suorumque solventem, Æsculapio, Salutis, ut credebant, autori, litasse.

VIII.



VIII. Succedat nunc tertium Statuæ latus, Orientale. Ex eo Virgo comparet, ad talos usque Togata, atque alata, dextra Coronam, ramum palmarum læva protendens, quæ, uti suspicor, Victoria, Dea Romana, est. *Ejus enim Simulachrum fuit, ut in Antiquis nummis & marmoribus cernere est, Virgo alata, volans, coronam & palmam proferens*, referente Rosino *lib.* II. *Antiqq. Rom. cap.* 10. Dempsterus in Paralipp. *depingebatur*, addit, *Virginis alatæ habitu, vultu liberali & blando, capite lauro coronato, manu dextera protensa ramulum lauri ostentante, humeris alatis*. Adolph. Occo quoque in Numism. Impp. Rom. *pag.* 391. recenset numum cum hac inscriptione: VICTORIAE BRIT. Figura vero est *Victoria dextra lauream, sinistra palmam* protendens. Ipsemet nummum argenteum deauratum possideo, in cujus altera parte imago est Virginis alatæ gradientis, & dextera coronam prætendentis, cum Inscriptione: VICT....



IX. Pergamus ad Quartum meridionale Statuæ latus, figuram nudi vel hominis vel Numinis exhibens, læva scutum, dextra hastam prætendentis, quod cujus sit simulachrum, difficilius est judicare. Velserus Noster inter Monum. Peregr. num. IX. recenset, in quo *astat Attio Montanus militari habitu, dextra scuto oblongo imposita, sinistra bina tenens hastilia*. Anne igitur dicamus & hic Montanum eodem militari habitu adstare? Quare vero est nudus, non chlamyde indutus? & quid supplici inter Deos? Arbitror itaque non hominis, sed, ut reliqua, *Dei* simulachrum & hoc esse. Cujus autem? anne Minervæ? Atqui corpus non muliebre est, sed roboris virilis. Vel utrum Romuli est, a Romanis inter Deos relati, & culti? Ast ille togatus alias conspicitur. Martem Militarem esse, colligo, qui hastatus pingitur, & cui Statua pro Salute posita Romæ etiam existit, Operi Inscript. a Grutero, pag. 58. num. I. inserta. Atque ex hac atque superiore figuris conjicio, Hæderanum hunc militem officio fuisse, Victoriæ quippe atque Marti vota nuncupantem.

Inscr.

Inscr. II.

D. ♡. M.
C. SENILIO. PERVINO
VETER. EX. SIGNIFERO
LEG. III. ITALICAE
SENILIO. INPETRA . . .
AVREL. SABINIANUS
INGENUI. HERES. H . . . IT.

X. Missa Inscriptione I. ad II. nos jam conferamus, quæ inter Velseriana Monumenta non extat, quod post edita ea demum effossus sit lapis, a Grutero tamen, pag. 1159. num. 14. exhibetur, ei a Velsero Nostro indicata. Verba ejus hæc sunt: *Augustæ in Hortis Dn. M. Velseri, Duumviri, marmor prægrande quadratum, quod effossum 1603. Mense Januario ad Urbem in Vindæ sive Vindonis alveo:*

D. . M.
C. SENILIO. PERVINC.
VETER. EXSIGNIFERO.
LEG. III. ITALICAE. ET
SENILIO. INPETRA . . . .
AVREL. SABINIANVS
INGENVI. HERES. FECIT
Velserus Grutero.

Hodie Monumentum in Ædibus Peutingerianis, ingredienti e regione oppositum, extat, quod post Gruterum hic subjicere placuit, quia (1) supplementum Monumentorum August. a Velsero editorum damus, (2) aliter eam legimus, & (3) enarramus, figuram etiam (4) quam Inscriptionum conditor omisit, adpingi curamus.

XI. Hoc Monumentum Sepulchrale est, quod ex prima ac postrema linea facile liquet. D. M. Abbreviatura notissima est verborum: DIS MANIBVS. Inter utramque literam signum hoc: ♡ figuram cordis vel pendentis folii referens, comparet, quod Th. Reinesio in Præfat. ad Lectorem est interpunctio, in qua eadem sententia Velserus Noster fuisse videtur, punctum enim apud Gruterum ejus loco apposuit.

XII. Sequitur prænomen, cognomen atque nomen defuncti, cujus manibus erectum est Monumentum: C. *Senilio Pervinc.* terminatio nominis Romana non est, nisi una & altera litera resecta sit; Secundinia Pervinca in Monum. XV. Velseriano occurrit, num itaque & hic *Pervinco* est legendum? verum accurate lapidem inspiciens *Pervino* lego. Cognomentum cum Nostro commune habuit Senilia Lasciva, Tib. Cleuphæ conjux, apud Velserum, Monum. XVI.

XIII. Duabus seqq. lineis officium defuncti habetur, fuerat enim is Legionis III. Italicæ, quam M. Antoninus in Rhetia nostra constituerat, juxta Dionem lib. LV. Signifer, Vir præcipuæ dignitatis. Præferebat scil. is legioni III. Ital. Signum id est Aquilam, unde etiam Aquiliferi sunt dicti, de quibus vid. Alexander ab Alex. Genialium Dierum lib. IV. cap. 2. Jo. Rosinus Antiqq. Rom. lib. X. cap. 5. Henr. Kippingius Antiqq. Rom. lib. III. cap. I. & alii. Fuerat autem is ex Signifero (ita enim divisim & cum interpunctione lego) Veteranus i. e. emeritus miles, & ob ætatem honeste dimissus; dimissio fiebat post 46. ætatis annum, Autore Rosino l. c. cap. 3. Atque inde defuncti ætatem, quæ expressa non est, cognoscimus, fuit enim dubio procul Quinquagenario major. Ingenuus quoque fuit, quemadmodum ex ultima Epitaphii linea patet: Est autem *Ingenuus libertini filius, liberti nepos, qui statim, ut natus est, liber est,* juxta Rosinum lib. I. Antiqq. Rom. cap. 20. & lib. IX. cap. 3. *Nemini etiam in legionibus militare licebat, nisi Civibus Romanis ingenuis.* Eod. Teste lib. X. cap. 4.

XIV. In reliquis verbis Autor Monumenti exprimitur, qui est cognomento atque nomine *Aurelius Sabinianus*. Utut vero ille non filius fuisse videatur, heres tamen Peruini fuit, quæ etiam caussa est, ut is ex gratitudine nim. (fortasse ad hoc in Testamento etiam obligatus) insigne hoc Monumentum Senilio inpetrarit. Gruterus aliter hæc intellexisse videtur, quasi scil. Sabinianus Senilio Pervino & Senilio Inpetra . . . fecerit, acsi Inpetra . . . nomen sit, sed decurtatum in fine, vid. Indicis cap. 23. quod vero inter alia Viri παροράματα, quæ in tam vasto & laborioso accidisse opere, mirum non est, refero. Inpetra... sane neque integrum neque principium est nominis Romani; deinde si uterque cognomento Senilius fuisset, potius scripsisset: Seniliis, Pervino & Inpetra . . . quemadmodum in Monum. Agri August. Velser. n. 20. Claudiis, Januario Victori & Marcellino. Ingenuorum denique, non ingenui heres Sabinianus fuisset. Lego itaque: LEG. III. ITALICAE. (sine copula ET) SENILIO INPETRAVIT. Sed dices: jam ταυτολογία est verborum: *Inpetravit* & *fecit?* Atqui his meis oculis non lego FECIT, sed obliterati seu verbi;

bi, seu signi has superstites literas: H IT. putem, per H & obliteratas literas seu Signa, hæreditatem, quæ fuit HS. i. e. *Sestertium* . . . per IT *in Testamento* innui; possit etiam sumptuum expensorum in Monumentum summa significari, conferantur Monumen. Aug. Velser. XXVII. XXXI. & XXXVI.



XV. Post enarratam Inscriptionem, figuram quoque Monumenti splendidissimi cum fastigio & Ornamentis exhibemus. Duo hic comparent, qui C. *Senilius Pervinus* & *Aurelius Sabinianus* dubio procul sunt. Ille togatus est, sinistra libellum convolutum tenens, Præfecti fortassis seu Officialis, quippe Signiferi, indicium, cujusmodi libelli convoluti & colligati Primicerio Notariorum & Scriniorum Magistro in Notitia Provinc. Imp. Romani adservandi adscribuntur adpinguntur que. Dextera manu complectitur humeros Sabiniani, bene factum ejus, erectionem videl. Monumenti insignis, quasi approbantis. Hic puer adhuc prætextatus est. Reliquæ figuræ, nulla, ut puto, mysteria habent, sed elegantiæ sunt, ornatus causa adjectæ, atque ingenii marmorarii lusus.

Inscr. III.

C IVII SILANI LIRI
LIBERTI NATIONE
BITVRIX ANNO
RVM XIIX HSIST.

XVI. Lapis insertus est muro Porticus, per quam a plaga Occidentali Monasterium D. Udalrici aditur, extra muros Urbis An. 1648. erutus, quemadmodum ex subjecta annotatione liquet, quæ hæc est: *Lapis hic extra muros Mense Martio A. Christi 1648. invent. Antiqui. mem. huc P.* Anonymus Quidam, Augustanus, qui lapidem hunc erui vidit, in Annotatione edita, *Post Annos*, scribit, MDCXLVIII. *Christiana Salutis, quum Augusta Vindelicorum novo munitionis opere circumvallaretur, inter Portas Piscatoriam & Vindonicam ex apertis fossis eruderatus est hic lapis sepulchralis, & juxta Porticum ad D. Udalrici collocatus.*

XVII. Hæc de Inventione atque loco Inscriptionis: quæ vero sententia est? Anonymus in Annotatione edita Inscriptionem, vetustate mutilatam, aut vitio Statuarii minus perfectam, hoc restitutam modo exhibet:

CAI. IULI. SILANI. LIRINUS
LIBERTINUS. NATIONE
BITVRIX. ANNORVM. XIIX
HEIC. SITVS. EST

Quæ vero Restitutio & Annotatio addita Tho. Reinesio in Commentariolo ad hanc Inscriptionem Augustanam, qui etiam Syntagmati Inscript. Antiq. insertus est fol. 834. & seq. exsilibatur, qui ita vult legi:

C. DVLI. SILAN. ILIRI
LIBERTI &c. hoc est,

C. DVILIVS SILANVS ILYRICVS
LIBERTInus.

XVIII. Reinesius sane, ut in reliqua elegantiori, ita etiam in hac Inscriptionum Literatura, longe versatissimus fuit; Verum (quod summis Ingeniis commune admodum est) conjecturis suis nimis indulget, quod vel ex hoc ejus Commentari. I. satis superque liquet, quot enim nomina, tot ejus sunt conjecturæ. Illud quid certum est, Inscriptiones vel imperitia, vel ἀβλεψία vel vitio oculi Lectoris sæpissime non recte legi, intelligi atque describi; interea tamen non

tam

tam conjecturis nostris, quam verbis Inscriptionum est innitendum, admodum enim favorabiles illis ἐκ φιλαυτίας sumus, facileque abs iis sinimus nos persuaderi ac decipi.

XIX. *Lectionem a nobis in Saxo Augustano constitutam fortassis confirmabit iterum iterumque extantis hodieque in Porticu ad D. Udalrici, celebratus inspectus: Quod ut faciant amantes Antiquitatis Literatæ & Studiorum amœniorum curiosos rogatos volo*. Ita sperante & orante Reinesio l. c. statim accurri atque Monumentum diligenter inspexi; Verum ut ingenue fatear, non potui elicere nomina illa, quæ Reinesius cogitavit. In cognomine IVII vel IVLI primum I. tam arcte vocali V. cohæret, ut D. facile excludatur: neque super quarta primæ lineæ litera punctum comparet. Illud tamen reticendum hic nequaquam est, accessisse alteram posteriorem manum, quæ juxta non neminis sententiam literas Monumenti illito atramento renovavit, sine quo vero illibatum magis ad nos devenisset Monumentum.

XX. Quod si vero textui potius Monumenti quam mentis nostræ conjecturis inhæreamus, legenda hæc ita sunt: C. IVLI SILANI. hoc, ut colligo cum Anonimo Audustano, prænomen, cognomen atque nomen Patroni fuit. Apud Gruterum pag. DLXXIV. 3. mentio fit *C. Iulj Silvani*. Sed hic constanter lego *Silani*. Pag. CCCX. 3. *C. Silanii* mentio recurrit, a quo tamen & ipso diversus noster esse videtur. Anonymus Augustanus facit eum eundem cum Julio Sillano, Consule suffecto A. U. 991. A. C. 242. repugnante Reinesio l. c. Quisquis vero noster fuerit, & quandocunque vixerit, de quo cum nemine litigabo, illud tamen certum ex lapide est, *C. Julium Silanum* dictum est. Neque obstat, quod Reinesius observat, *Silani cognomen non fuisse nisi Æliorum, Curtiorum, Ulpiorum, Duillorum, Juniorum, Maniliorum, Sertoriorum, Serviliorum*, quæ ex Monumentis editis sciuntur; dubium enim nullum est, plura alia cognomina fuisse, quæ vero, cum Monumenta interciderint, prodita haud sunt; inter ea tamen cognomina & Juliorum fuisse, vel lapis noster testatur.

XXI. LIRI dubio procul nomen defuncti fuit, saltim primæ ejus literæ sunt; Anonymus August. legit LIRINIVS, est enim hoc cognomen Licinii cujusdam ap. Gruterum p. DCXCIIX. 5. Reinesius mavult legere LIRIS, qui flu. Italiæ est, vel ILIRI id est ILYRICVS, quæ vero lectio est coacta, ut taceam, nostrum neque Italum, neque Illyricum, sed Biturigem natione fuisse: vides B.L. quam longe Reinesius a conjecturis suis abripi se patiatur! Neque vero inusitatum est, ut idem Reinesius causatur, prænomen, cognomen atque nomen Patroni, liberti aut libertini nomini præmitti; ipse l. c. exhibet simile hoc exemplum. *Sex. Quintius Sex. Q. Successini Lib. Fortunatus*. nisi quod in nostro lapide nomen præponatur, sequatur libertinus, & quod prænomen & cognomen libertini prorsum sint omissa; arbitror tamen, adfuisse illa olim, quæ vero postea præcisa sunt vel deleta, id quod in Saxis novum non est.

XXII. LIBERTI. Omnes hic consentiunt, *libertinum* intelligi, qui est filius liberti. Atque illud quidem exigit etiam Grammatica, & appositum nomen Biturix, quod nominativi casus est, & alium nominativum præcedentem efflagitat. BITVRIX Gente fuit id est Gallus, ex Avarico Aquitaniæ oriundus. Conterraneorum Monumenta nonnulla recenset Gruterus in Operis Indice cap. x. Ætatis XVIII. confecit. HSIST. signa sunt harum integrarum vocum: Hic SItus eST. Cl. Reinesius l. c. detritas aliquot literas esse existimat, quæ sic integrandæ sint: H. S. E. S. T. T. L. id est; *Heic situs est, sit Tibi Terra levis*.

JOH. HENRICI HOTTINGERI CIPPI HEBRAICI

SIVE

Hebræorum, tam veterum, Prophetarum, Patriarcharum; quam recentiorum, Tannæorum, Amoræorum, Rabinorum menumenta, Hebraice a Judæo quodam, teste oculato, tum intra, tum etiam extra terram Sanctam observata & conscripta.

NUNC VERO

Latinitate donata, notisque illustrata.

נחוס האבות (1) והנביאים והצדיקים תנאים ואמוראים עליהם השלום בארץ ישראל ובחוצה לארץ השם יעמיד לנו (2) זכותם אמן:

אלה מסעי ישראל אשר ילכו מחיל אל היל להשתטח (3) קברי הצדיקים ע'ה (4) בבכי יבאו (5) ובתחנונים להתפלל ולבקש רחמי עליהם ועל אחיהם שבגולה השי' יקבל תפלתינו ויקרב (6) גאולתינו אמן כן יהי רצון: חברון בארץ כנען והיא קרית ארבע שם מערת המכפלה בה (7) קבורים אבות העולם אדם וחוה אברהם ושרה יצחק ורבקת יעקוב ולאה ע'ה זהו (8) צורתם ועל המערה בנין נפלא ונאה והוא בנין דוד המלך ע"ה וסמיך לפתח לפתח חלון קטון בכותל אומרים שמגיע עד המערה ושם משתטחים היהודים כי (9) אין להם רשות ליכנס בפנים ומחלקין בכל יום ערב ובקר לכבד (10) אברהם אבינו ע"ה לחם ומזון ובעת שמחלקין עושים שמחות בשירים ובתופים ובמחולות לכבוד אברהם אבינו ע"ה ואומרים כי שם בשערה ראשו (11) של עשו ובתוך העיר שם אבנר (12) בן נר בכניסיה של גוים במערה ולפני העיר למעלה בהר

Genealogia Patriarcharum, (1) Prophetarum, & Justorum, Tannæorum, Amoræorum, super quibus pax, in terra Israelis, & extra eam: Deus justitiam (2) eorum in bonum nostrum cedere jubeat, Amen.

HÆc sunt itinera filiorum Israel, quæ fecerunt, proficiscentes de virtute in virtutem; ut prosternerent se ad (3) sepulchra justorum, (4) super quibus pax, id est *piæ, vel beatæ memoriæ.* Accedunt autem cum lachrymis, & deprecationibus, ut petant (5) & exorent misericordiam, pro se, & fratribus suis, qui in exilio morantur. Deus excelsus suscipiat preces nostras, & maturet (6) liberationem nostram, Amen! Ita sit voluntas (Dei) CHEBRON, in terra Canaan, est Kiriath Arba; ubi spelunca duplicata, in qua (7) sepulti Patres Mundi, Adam & Eva, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Jacob & Lea, p. m. Atque hæc est (8) figura eorum (sepulchrorum:) Supra speluncam ædificium est mirabile & pulchrum; quod Davidi Regi p. m. tribuitur. Prope autem fores est fenestella ad parietem, de qua tradunt, quod pertingat usque ad speluncam. Ibi orant judæi; neque ingredi illis (9) licet interiorem partem. Distribuunt autem quotidie mane & vesperi, in honorem Abrahami, patris nostri, p. m. panem & cibum, eodemque distributionis tempore, lætitiam suam produnt canticis, tympanis, Choreis in (10) honorem Abrahami, Patris nostri, p. m. Dicunt insuper ibi, in spelunca, esse caput (11) Esavi. In media urbe, Abner filius Ner, in Templo Gentium, in spelunca (tumulatus

בנין נאה שם קבור ישי אבי דוד המלך
ע"ה וזה צורתו וסמוך לו בית (13) החיים
מישראל ולמטה בהר קרוב לעיר שלשה
בארות מים מווחסים לאבות ע"ה וסמיך
לעיר בין הכראים אלוני (14) ממרא שם
(15) ביתו של אברהם אבינו ע"ה והאולן
שאכלו המלאכים תחתיו והאבן שישב עליה
כשנימול ובדרך מחברון לירושלם (16)
תו"בב חלחול שם גד חוזה דוד ע"ה תרוע
שם קבור (17) ישעיה והנביא ע"ה ועליו בנין
נאה וזה צורתו סראקה שם קבור בנימין
ע"ה וזה צורת הבנין שעליה ובדרך בין חברון
לירושלים תכ"ב שם עין (18) עיחם שבאים
ממנו מים דרך צינורות (19) עד הבריכה
הגדולה שבירו שלים תוב"ב: בית לחם יהודה
קרוב לה קבורת רחל אמנו עליה השלום
ועליה מצבה יפה במו שנ (20) היא (21)
מצבת קבורת רחל עד (22) היום ועליה
כיפה בנין נאה וזה צורתה (23) ירושלים
עיל הקדש חרבה בעונותינו ואין שם מבנין
הישן כי אם קצה (24) מיסודי החומות
ועתה בשנת (25) רצ"ז לפ"ק התהילו לבנות
החומות ביב לעיר במאמר המלך שולטן
(26) סתימן (27) ירה וגם הכניסו מעיין
גרול לבית רמקדש והביאו אותו מחוץ לעיר
יותר משני פרסאות והוציאו ממנו כמה
מעינות למקומות אהרים כל בתוך העיר
ובפרט הוציאו ממנו שלשה מעינות בשלשה
מקומות סמיך לבית השקרש המקרש ששופכים
מהם בתוך כיורות ורהטים ופים של אבני
שיש כצנורים ובנינים ופים סביבותם
שמשמהים לב רואיהם ואין המים פוסקים
מהם אלא מושכים מים חיים בקיץ ואחורף
ומסתפקים מהם מים היתודים והישמעאלים
והנוצרים וגם שותים מאותם הרהטים הסוסים
והחמורים והגמלים ושאר הבהמות שבתוך העיר
מהשלשה הנ"ל רגא סמוך (28) לשער

tus est. E regione autem urbis, supra, in monte, ædificium est elegans, ubi sepultus (12) Isai, pater Davidis, Regis, p. m. Atque hæc est figura ejus. Prope est domus (13) viventium (i. e. *κοιμητήριον*, vel *sepulchrum*) Israelitis destinata; Infra vero, ad montem, prope urbem, tres sunt putei, denominati a Patriarchis, p. m. In vicinia urbis, inter vineas, sunt quercus (14) Mamre, ubi domus (15) Abrahamis, patris nostri, p. m. Arbor item subter qua Angeli comederunt & lapis, cui insedit, cum circumcideretur; Et in via, qua itur Hebrone Hierosolyma (quæ cito ut (16) ædificentur & restituantur, optamus) est CALCUL, ubi sepultus est Gad, videns Davidis, p. m. THEKOA; ibi sepultus est (17) Esaias Propheta, p. m. supra illud est structura egregia, cujus hæc figura SARAKA; Ibi sepultus est Benjamin, p. m. Hæc autem est figura ædificii, quod supra sepulchrum cernitur. In via, Chebronem inter & Hierusalem, (ædif. & restituatur cito est fons (18) Etham, unde aquæ promanant per tubos, usque ad piscinam (19) magnam Hierosolymitanam. BETHLEHEM Jehuda, prope eam est sepulchrum Rachelis, matris nostræ, p. m. in via; cui imposita est structura, pulchra (20) q. d. *Hæc est statua* (21) *sepulchri Rachel usque ad* (22) *hodiernum diem*. Tegitur fornice, elegantis ædificii, cujus hæc est figura (23) JERUSALEM. Urbs sancta: destructa propter peccata nostra; neque ibi quicquam est, de structura veteri, nisi fundamenta (24) quædam murorum. Jam autem (25) anno 297. secundum numerum minorem, muros, circa urbem, jussu Regis (26) Sultan Soliman, cujus (27) Regnum Deus erigere voluit; cœperunt: Derivatum magnum fontem in Ædem sanctam, extra urbem iterum, ultra duas Parasangas; Indeque alios multos fontes, in alia loca, præsertim in medium urbis, deduxerunt. Peculiariter autem tres, tribus in locis, prope Ædem sanctam, ex eodem derivati sunt. Aquas ex eo hauriunt, subsidio vasorum (sitularum) & canalium affabre ex marmore factorum, instar tuborum: circumquaque autem sunt pulchra ædificia, quæ cor spectatorum ex hilarant. Nunquam cessant aquæ; sed vivas quovis tempore, æstivo & hyemali; hauriunt: sufficiunt autem aquæ istæ Judæis, Ismaelitis, & Christianis: Indidem etiam, ex canalibus, bibunt Equi, Asini, Cameli, & reliquæ bestiæ, quæ sunt in urbe. Unus ex tribus illis fontibus est prope portam Ædis sanctæ in loco, cui (28) nomen

Bab-

בירת המקרש במקום שנקרא باب السلسلة
והמעין האחר הוא גם כן קרוב לשער בית
המקרש במקום שנקרא باب القطانين
והשלישי סמוך לשער בה במקום הנקרא
باب الربط ומחוץ לעיר יש בריכה גדולה
שהיא מתמלאת ממי (29) גשמים וקורין
לה بركة سلطان ועל שפת הכותל שלה
סמוך לצד הדרך הוציאו שמה שתי משפכות
מהמעין הנזכר הגדול ושופכין משם מים
חיים אל שתי רהטים מאבני שיש בצנורים
ובנינים נאים ויפים ושותים מהם כל עובר
ושב וגם הבהשות ונטעו כמה אילנות סביבות
ירושלים (30) ומגדל דוד חזקו אותו ובנו
בו בנינים חרשים יפים בית (31) רמקרש
חרב בעונותינו לצר מזרח יש (32) שני
שערים גדולים מבנין ישראל והם סגורים
ואינם נפתחים כלל וקצתם טבועים בקרקע
לקיים מה שנאמר (33) טבעו בארץ שעריה
והם שני זוגות אומרים שזוג האחד הוא
שהיו נכנסים בו האבלים והזוג האחר היו
נכנסים בו החתנים וקורים להם שער (34)
רחמים ובבירת המקרש שתי כפות גדולות
מכוסות מבחוץ בעופרת ובפני רצופות בקצת
זהב ואבנים טובות הגדולה שבהם היא
קוברת העזרה והוא מקום קדשי הקדשים
וכתוכה אבן (35) שתיה והכפה השניה
קורין לה מדרש שלמה המלך ע"ה זבתוך
החצר שהיה מקום העזרה יש בו בנינים
ומגד לים מפוארים ואילנות ויש לאותו החצר
שנים עשר שערים השנים מהם הם שערי
רחמים חנ"ל והעשרה מהם הם בנין הגוים
ונפתחים תמיד ויש בהם עששיות רולקים
וזו צורתם ולצד מערב כותל מערבי בין
קרמון שלא (36) זזה ממנו השכינה שער
בנימן קורי לו ערבי (37) باب اسباط ר"ל
שער השבטים שם בריכת דם הנזבחים
ותחת בית המקרש כפות ועמודים
בנין נורא מאר והוא בנין דוד המלך ע"ה
שבנה יסודות בירת המקרש ועשה אלו
הבנינים תחת בירת המקרש מפניטומארת
קבר (38) והתהום וסמוך לירושלם ציון
שם היכל דוד הע"ה שהיא (39) הא רוז

Bab-Assansela; Alter etiam fons propinquus est portæ Ædis sanctæ, in loco, cui nomen *Bab-alkatanin*. Tertius vicinus est portæ Ædis sacræ loco, qui dicitur *Babalrebt*. Extra urbem vero est magna piscina repleta aquis (29) pluvialibus, quam piscinam Sultani appellant. Ad crepidam parietis, qui ei ad latus viæ propinquus est, duos extrahunt e fonte magno memorato, decursus, unde aquas vivas in duos canales, e lapidibus marmoreis, per tubos, paratis, aliasque pulchras & elegantes structuras, effundunt, indeque quilibet bibunt viatores, & bestiæ: Plantarunt ibidem multas arbores, circa Jerusalem, & (30) turrim Davidis, quam restaurarunt, extructis ibi ædificiis novis & pulchris. Domus (31) SANCTA devastata propter peccata nostra, ad latus Orientale habet duas (32) portas magnas e structura Israelitica. Hæ clausæ nunquam aperiuntur; quædam immersæ sunt fundo, ut, quod dictum est, confirmaretur: (33) *Immersæ sunt terræ portæ ejus*; sunt autem duo paria [bifores, geminæ portæ:] per alteras ingresso fuisse dicunt lugentes; per alteras vero sponsos, quam etiam *portam* (34) *miserationum* appellarunt. Sunt in Æde Sacra duo magni fornices, forinsecus plumbo obducti intrinsecus vero strati ex parte auro & lapidibus pretiosis, ex quibus maximus Tentorium [vel in tentorio.] Qui locus est Sanctus Sanctorum; in cujus medio lapis (35) fundationis ostenditur. Alter vero fornix Schola Solomonis Regis, p. m. vocatur. In medio Areæ [qui locus est Atrii] sunt ædificia, & turres ornatæ, arbores item: In eadem area sunt duodecim portæ, ex quibus duæ portæ Miserationum, supra memoratæ, decem vero ex illis, structura Gentium, perpetuo sunt apertæ: ubi & lucernæ continuo ardentes; quarum figura hæc est visuntur. Ad latus autem Occidentale est paries occidentalis structura antiqua, a qua (36) Majestatis divinæ præsentia nunquam recessit: Portam Benjaminis Arabice (37) Bab-alasbati, id est portam Tribuum, ubi piscina sanguinis mactatorum vocant; Infra Domum sanctam sunt multi fornices & columnæ, magnifice valde, Davidis nempe Regis, p. m. structæ, qui ædificavit fundamenta Domus sanctæ, fecitque has structuras sub Æde sancta propter pollutionem (38) occultam [proprie, *pollutionem sepulchri abyssi*. Prope Hierosolyma est ZION, ubi palatium Davidis Regis b. m. ubi & (39) arca seposita est: cujus aliqua pars etiamnum ibi existit. Ibidem Reges Domus Da-

מונח בו קצהו קיים (40) שם קבורים מלכי
בית דוד במערה בבנין נאה ומפואר כזה
מגדל דוד היסוד קיים ועשו עליה בנינים
חדשים ובירושלים יש שלשה שווקים גדולים
מכוסים כיפה זה בצד זה בא חד מהם
מוכרים כל מיני מגדים ומשי ורקמה ובשני
מיני פירות וירקות ובשלישי כל מיני אבקת
רוכל ויש בירושלם בית הכנסת קדמון
מיוחס להרמ״בן (41) ע״ה ויש בה עמודים
של אבני שיש ומתפללים בה תמיד הר
הזיתים הוא נגד הר (42) המוריה למעלה
בהר (43) הזיתים משם תוכל (44) לראות
בית המקדש והעזרה ושם האצטבא שיש
בה שם שכינה בשנסעה עשר מסעות ושם
בית יפה אומרים כי שם קבורת (45) חול
דה הנביאה ע״ה וזה צורת הבית ולמטה
בשיפוע ההר יש מערה גדולה עד מאד
מיוחסת לחגי הנביא ע״ה וגם בתוכה מערות
הרבה ולמטה בהר הזיתים יש מצבה גדולה·
וקורין לה יד אבשלום והוא בחייו בנאה
שנ (46) ואבשלום לקח ויצב לו בחייו את
מצבת אשר בעמק המלך כי אמר אין לי
בן בעבור הזכיר שמי ויקרא למצבת על שמו
ויקרא לה יד אבשלום עד היום הזה וקרוב
לה קבורת זכריה הנביא ע״ה במערה סגורה
ועליו (47) כיפה נאה מאבן אחם וזו צורתם
ולמטה בעמק יהושפט שם בית החיים
לישראל ושם המעין מי (48) השילוח ושם
נמשח שלמה המלך ע״ה כדכתבו (49)
וירכיבו את שלמה על פרדת המלך דוד
ויורידו אותו על גיחון ולחוץ ולמטה בעמק
גם כן קורין לו מי השילוח כי משם יוצאים
מים ורוחצין שם הבגדים ויש שם בנין חזק
של אבנים אומרים כי שם היו עושים (50)
המטבע של שלמה המלך ע״ה ולמטה יש
באר גדול מיוחס ליואב וקורין לו הגוים
באר איוב ונגד ירושלים הר גבוה שם שתי
אילנות אומרים כי משם ראה אברהם אבינו
הר המוריה כדכתיב (51) וירא את המקום
מרחוק והולכים שם להשתחוח ולהתפלל שם
ובין ירושלים ובין הרמה יש מערות מיוחסות
(52) לשמעון הצדיק ולשבעים סנהדרין

Davidis in (40) ſpelunca, ſunt tumulati, ubi elegans & formoſa ſtructura ad hunc modum TURRIS Davidis, cujus fundamento, quod ſupereſt, ſuperſtruxerunt ædificia nova. Sunt autem Hieroſolymis tria fora magna fornicibus tecta: Alterum ad latus alterius; in quorum primo varias ſpecies rerum pretioſarum ſerici, & phrygionici operis vendunt; in ſecundo varios fructus & olera: In tertio omnis generis aromata. Eſt inſuper Hieroſolymis Synagoga vetuſta (41) R. Nachmanidi, p. m. ubi columnæ ſunt marmoreæ, tributa; atque hic indeſinenter preces fundunt. MONS OLIVARUM, eſt e regione montis (42) Moria: ſupra, in Monte (43) Oliveti, proſpiciens, videre (44) potes Domum ſanctam & Atrium: Ibidem etiam porticus, ubi Majeſtas divina, cum decem feciſſet itinera, fuit morata. Ibidem domus eſt pulchra, quam dicunt ſepulchrum (45) Chuldæ Propheteſſæ, b. m. Atque hæc domus illius figura Infra, ad declivitatem montis, eſt ſpelunca valde magna, Haggæo Prophetæ, p.m. attributa, in cujus medio ſunt ſpeluncæ aliæ. Infra, ad montem Olivarum, eſt ſtatua magna, Eam *manum Abſchalomis* appellant quam, dum viveret, ille erexit. (46) Q. d. *Et accepit Abſchalom, & ſtatuit in vita ſua ſtatuam, quæ in valle regia, quia dixit; Non eſt mihi filius, propterea ut memoria coleretur nomen ejus, appellant ſtatuam illam de nomine ſuo, impoſito nomine Manus Abſchalomi ad hunc uſque diem.* Ipſi vicinum eſt ſepulchrum Zachariæ Prophetæ, p. m. in ſpelunca clauſa, cui ſuperſtructa (47) teſtudo imminet elegans ex lapide unico: Eorum figura eſt. Infra, in valle Jehoſchaphat, eſt Domus viventium [Cœmiterium] Iſraelis, ubi fons aquarum (48) Siloah. Ibidem unctus eſt Schelomo Rex, p. m. ſicut ſcriptum eſt: (49) *Et vexerunt Schelomonem ſuper mulo Regis Davidis, & deduxerunt eum Gichonem.* Inferior pars, in valle, etiam nomen habet aquarum Schiloa, quia aquæ inde prodeunt, ibidemque lavant veſtes: eſt ibidem ſtructura ſolida e lapidibus, de qua tradunt, quod ibi cuderint (50) Monetam Salomonis Regis, p. m. Infra eſt puteus magnus, Joabo tributus, quem Gentes *puteum Jobi* appellant. E regione Hieroſolymorum eſt mons excelſus, ubi duæ arbores, de quibus referunt, quod Abraham, pater noſter, montem Moriah, inde conſpexerit, ſicut ſcriptum eſt: (51) *Et vidit locum eminus*: Eo abeunt ad ſupplicandum & orandum. Inter Hieroſolymam vero & Rama ſunt ſpeluncæ, relatæ ad (52) Schimeonem juſtum,

עליהם חשלום וזה צורתם ברמה שם קבור
שמואל הרמתי עה (53) שנ׳ ותשובת הרמה
כי שם ביתו ושם קבורים אלקנה אביו וחנה
אמו ושני בניו והוא במערה סגורה ועל
המערה בנינים ועשו שם צורת קבר אעפ״י
שאינו קבור לשם עשו כן בשביל הישמעאלים
והמקום נורא פאר ושם מדרש ומידי שנה
בשנה באים עולי רגלים בחג השבועות
ומביאין לשם נרות שעוה ונדרים ונדבות
ושמחים לשם ומביאים מירושלים ספרי
תורות והוא כמו פרסה מירושלים ובכל
דרך הולכים בשירים בתפילות ושמחה רבה
ויש שם שתי מעיינותם ממי טהורים וזו
צורתם כפר חרס זהו תמנת (54) חרס בהר
אפרים שמה קבורים יהושע בן נון ונון אביו
וכלב בן יפנה ועליהם אילנות וצורתם רשמתי
לך למטה מציון שמואל הרמתי ע׳ה עורתא
שם מדרש פנחס אן אלעזר הכהן ע׳ה בכניסיה
של גוים ואלעזר על הר תלול ותחת הכפר
בין הזיתים איתמר ועליו ציון גרול ואצל
הגרנות כניסיה לגוים בכיפה ובהמערה
אומרים כי שם קבורת שבעים זקנים עה שכם
בהר אפרים העיר עומדת בין הר גריזים ובין
הר עיבל ורחוק משכם כמו תחום שבת
בכפר שקורין בלאטה שם קבור יוסף (55)
הצריק ה״ע וזו צורתו בית שאן אומרים כי
שאול המלך ע׳ה קבור שם ושם הר הגלבוע
ולעולם (56) לא ירד עליו טל ומטר טבריה
זו (57) רקת היא עומדת על ימה טבריה
שהוא (58) ים כנרת והירדן עובר עליה
נכנס בים בצפון ויוצא מן הים בדרום וניכר
אפילו בתוך הים בכל מקום מהלכו ושם על
שפת הים (59) חמי טבריה קיימין ורוחצין
בהם והר למעלה קבור ר׳ (60) עקיבא
ואשתו במערה ולמטה בהר ארבע
ועשרים אלף (61) תלמידיו שמתו בלם בין
פסח לעצרת לפי שלא חלקו כבוד זה לזה וסמוך
לכפר לצד דרום רב (62) כהנא ואב (63)

ſtum, & LXX. Συνέδρους, p. m. Atque hæc eſt figura earum RAMA. Ibi ſepultus eſt Samuel Ramathæus, p. m. quemadmodum dicitur: *Et* (53) *reverſus eſt Ramam, quia ibi domus ejus*. Ibidemque ſepulti ſunt pater ejus Elkana, & Hanna mater ejus, & duo filii ejus, & quidem in ſpelunca clauſa, cui ſuperſtructa ædificia pulchra. Feceruntque ibi figuram ſepulchri, etſi ibi ſepultus non ſit, idque propter Iſmaelitas: Eſt autem locus venerabilis valde, ubi & Schola. Quotannis eo accedunt, pedites aſcendentes ad feſtum Pentecoſtes, quo afferunt candelas cereas, vota, & ſpontaneas oblationes, magno cum gaudio. Afferunt in ſuper Hieroſolymis Libros Legis [diſtat enim Hieroſolymis quaſi Paraſanga] toto autem itinere procedentes canunt & orant, in magnam effuſi lætitiam. Sunt denique ibi duo fontes aquarum dulcium. Hæc autem eſt figura eorum. Pagus ſeu vicus CHERES, ſive (54) Thimnat Cheres in monte Ephraim, ubi ſepulti ſunt Jehoſchua, fil. Nun, & Nun pater ejus, & Chaleb fil. Jephunneh, ſuperquibus arbores, quarum figuram infra expreſſi, ex monumento ſepulchrali Samuelis Ramathæi, p. m. AVARTA Ibi eſt Schola Phinchaſi, filii Eliezaris ſacerdotis, p. m. in Templo Gentium: Eleazar autem ſupra in monte tumulatus eſt, infra vero vicum, inter olivas, Irhamar; ſuper quo magna teſtudo. Ad horrea Templum Gentium eſt in fornice, ubi ſpelunca, de qua tradunt, quod ibi ſepultura ſit LXX. Seniorum, p. m. SICHEM in monte Ephraim. Urbs inter montem Garizim, & montem Ebal, conſpicua, Sichemo, itinere termini Sabbathici diſtat vicus, cui nomen Belata, ubi ſepultus Joſeph (55) juſtus, p. m. Hæc autem ejus eſt figura BETHSCHAN; Tradunt, Saulem Regem, p. m. ibi eſſe ſepultum: Ibidem eſt mons Gilboa, in quem nullus (56) unquam ros deſcendit aut pluvia. TIBERIA. Eſt hæc (57) Rakat, mari Tiberias, quod alias mare (58) Cinnereth dicitur, imminens. Jordanem tranſit, ingreſſus illud a Septentrione, ad Auſtrum egreditur, ita tamen, ut omnia loca meatus ipſius per medium maris dignoſcantur. Ibidem ad littus maris ſunt (59) thermæ Tiberiadis, in quibus ſe lavant, perpetuæ. Supra in monte ſepultus eſt R. Aquiba (60) & uxor ejus in ſpelunca; Infra vero in monte 24000 diſcipuli (61) ejus, qui omnes inter Paſcha, & Pentecoſten, quia alii aliis honorem non detulerant, objerunt. Proxime ad vicum, in latere Auſtrali, Rabh (62) Cahana & (63) R. Juchanan,

יוחנן בן זכאי במערת רבעו (64) משה בן
מימוני ואביו ור' דוד נפדו וזה צורת קבר
מצבת הרמבם ור' (65) חייא ובניו יהודה
וחזקיה ואצל חמי טבריה ר' (66) מאיר ועל
הדרך מחמי טבריא לכפר ר' (67) ירמיה
ואומרים שהוא קבור מעומד ורב (68) הונא
ראש גולה ור' יוסי ועוד קבור בטבריה רבי
(69) טרפין ור' (70) שמואל בן חבון עב
ושמה בירת הכנסת יפה שעשה ר' (71)
שמעון בן יוחאי ע'ה וכמו תחום שבת
מטבריה בכפר שקורין ראס בן עמיס שמה
קבורים (72) יוכבד וצפורה אשת משה
רבינו ע'ה ואלישבע בת עמי נדב אשת
אהרן הכהן ע'ה והאחרים לא נודעו שמותם
עכברם שם קבורים ר' (73) דוסתי ור' (74)
ינאי ור' (75) נהוראי בפרדס יוצא משם
מעין מים חיים צפת שבגליל העליון ארץ
נפתלי לפני המבצר במערה ר' דוסא בן
הרכינוס ולמטה בעמק לצד מערב העיר
בירת החיים של ישראל ושם קבור הנביא
[76] הושע בן בארי ובמערה הנל גם כן
קבור [77] שמעון בן עזאי ור' יוסי [78]
בן זמרא ור' נחמיה והיא צורת הכיבה שעל
מערת הושע בן בארי ע'ה וכמו תחום שבת
מצפת מקום מעינות ופרדסים יקורין לו עין
אלזיתון שם קבורת ר' [79] יהודה בר
אלעאי ע'ה תחת הכפר צפונה וזה צורת
המצבה שעל מערתן אלקיומיה שם קבורת
ר' יוסי דמן יוקרת ז'ל וקורין אבן אלמענוש
ארבל שם קבורת [80] נתאי הארבלי ע'ה
ור' זירא סמוך לכפר ולמטה על פני השדה
קבורים שמעון ולוי ודינה אחותם ועל קבר
דינה אחותם עולה הדס ויש שם מערה
עולים לה במעלות ובה מים חיים תנחום
שם קבור ר' תנחום עכו היא על שפת
הים הגדול ים המלח הר הכרמל שם מערת
אליהו הנביא ז'ל ושם קבור אלישע בן שפט
הנביא ע'ה היפא שם קבור רבינו משה בר
[81] נחמן זל ור' [82] יהיאל בעל התוספות

nan, fil. Zaccai in ſpeluncis, & Magiſter noſter Moſche filius (64) Maiimon, & Pater ejus, & R. David nepos ejus ſepulti ſunt. Hæc vero figura eſt ſepulchri ſtatuæ Rambam, & R. (65) Chiia, & filiorum ejus, Jehudæ, & Chizkia, Ad thermas vero Tiberienſes [jacent] R. (66) Meir; & in via a thermis Tiberienſibus ad vicum, R. (67) Jeremias, de quo referunt, quod ſtans ſepultus ſit; & Rabh (68) Huna ὁ Αἰχμαλωτάρχης, & R. Joſe. Tiberiade in ſuper ſepulti ſunt R. (69) Tarphon, & R. (70) Schemuel, filius Tibbon, p. m. Ibidem etiam pulchra eſt ſynagoga, quam fecit R. (71) Simeon, filius Jochai. p. m. Et quaſi itinere termini Sabbathici Tiberiade, in vico, quem appellant *Ras ben Amis*, ſepulta eſt (72) Jocebed, & Zippora uxor Moſis, Magiſtri noſtri, p. m. & Eliſcheba, filia Aminadab, uxor Aharonis ſacerdotis, p. m. cæterorum autem nomina non ſunt nota. ACBARA. Ibi ſunt ſepulti R. (73) Duſtai, & R. (74) Jannai, R. (75) Nehurai in horto; Indeque procedit fons aquarum viventium. Civitas ZEPHAT, quæ in Galilæa ſuperiori, terra Naphthali, e regione Caſtelli. Sepultus eſt in ſpelunca R. Duſa, filius Hircani, & infra in valle e latere Occidentali urbis eſt domus viventium Iſraelis, ibidemque ſepultus Propheta (76) Hoſeas, filius Beeri, & in ſpelunca ſupra memorata etiam ſepultus (77) Schimeon filius Azai, & R. Joſe, filius (78) Zimra, & R. Nehemia. Hæc autem eſt forma fornicis, qui cernitur ſupra ſpeluncam Hoſeæ, filius Beeri, p. m. Termino quaſi Sabbathico a Zhepat diſtat locus fontium & hortorum, quem *Fontem Olivarum* vocant, ubi ſepulchrum R. (79) Jehudæ bar Elai, p. m. infra vicum, ad Aquilonem. Hæc autem eſt figura monumenti, quod ſupra ſpelunca eorum. ALKIUMIA. ibi ſepulchrum R. Joſe, e Jokeret, p. m. quem *Ibn-almanuſch* nunncupant. ARBEL, ibi ſepulchrum (80) Nathæi Arbelitæ, p. m. & R. Ziræ. Prope vicum & infra, ad planitiem agri, ſepulti ſunt Simeon, & Levi, & Dina ſoror eorum. Et ſuper ſepulchro Dinæ ſororis eorum, aſcendit myrtus: Ibidemque eſt ſpelunca, ad quam gradibus pervenitur, ubi aquæ ſunt vivæ. TANCHUM. Ibi ſepultus R. Tanchum ACCO, eſt ad littus maris magni, maris ſalſi. MONS CARMEL. Ibi eſt ſpelunca Eliæ Prophetæ, p. m. Ibi ſepultus eſt Eliſa, filius Schephat, Propheta, p. m. CHAIPAH ibi ſepultus eſt Magiſter Moſche bar (81) Nachman, p. m. & R. Jechiel (82) Baal Toſephot, p. m.

אפרוש ז'ל דן היא בניאס והיא בארץ
ישראל ומטנה יוצא הירדן שם קבור עדו
הנביא ע'ה ועליו אילן גדול בוטם והוא
כצורת אריה ושם קבור שבואל בן גרשם
בן משה רבינו ע'ה ועליו אילן גדול סנריאן
וגם שם מקים ומערה תחתיו וקבורים בה
ר' [83] פפא ורב [84] אשי בני אבי וקורין
להם אלעובאר [العباد] אבינו בברית בן
הבתרים והוא על ראש ההר וקורין לו
הגוים الطير مشهد צרירא שם קבור יוסף
בן (85) יועזר איש צרירה זל גבע הוא
בהר הלבנון שם קבור צפניה הנביא והוא
תוך מערה סגורה ומהרשו קיים לא ימושו
עננים מאותו המקום לעולם ושם מעינות
גובעים צירא הוא צידון דרך רחוק מהעיר
כתחום שבת על ראש ההר שם קבור זבולון
בכיפה נאה והגוים שומרין אותו ומחזיקין
אותו בקדושה וטהרת כפר נוח שם קבור
נוח הצדיק ע'ה קדיס היא קדש נפתלי שם
קבור ברק בן אבי נועם ודבורה אשתו ויעל
ושם מדרש ליהושע בן נון ע'ה תמנין היא
תמנתה דיהודה שם קבור שמגר בן ענת
ועליו שני עמודי שיש פרעם שם קבור (86)
חוני המעגל ואשתו ומדרש תחת הכפר ושם
קבור אבא הלקיה וחנן הנחבא עמוקה שם
קביר (87) יונתן בן עוזיאל בתחתית ההר
דרומית לכפר ועליו אבן גדולה בציונו ואילן
גדול בוטם וזו צורתו נברתין שם קבור רבי
יעקב ויש גיפוריא ור' אלעזר (88) המודעי
דלאתה שם קבורת ר' יוסי הגלילי בראש
ההר למערב הכפר ור' ישמעאל בן יוסי בנו
בתוך הכפר עצמו ועל כל אחד (89) על
נאה שמדליקין בו שמן כשהולכין להשתטח
על קברם זה צורתם סעסע שם קבור רבי
סיסאי ור' לוי בן סיסי ז'ל ושם בית הכנסת
לר' שמעון בן אחאי ע'ה מירון שם מדרש
לר' שמעון בן יוחאי ושם קבור במדרשו הוא
ובנו ר' אלעי ז'ל ועליהם מצבות יפות וזו
מערה גדולה נאת בתכלית ובתוכה קבור הלל
(90) הזקן וקצת תלמידיו שאינם ידועים

DAN quæ & Banias, eſtque in Iſraele: Inde procedit Jordanus, ubi ſepultus eſt Iddo Propheta, p. m. Supra eſt arbor magna, ulmus, ſimilis Leoni; ubi ſepultus eſt Schebuel, filius Gerſchom, filius Moſis Magiſtri noſtri, p. m. ſupra quem arbor magna, quercus, ibidemque locus & ſpelunca, infra ipſum, in qua ſepulti Raf (83) Papæ, & (84) R. Aſe, filii Abai, quos vocant *Obad. id eſt ſervos, cultores*. Ibidemque locus ſtationis Abrahami Patris noſtri cum fædus inter diſſectiones iceretur, eſtque in vertice montis, quem Gentes *Moſched altair, id eſt* μαρτύριον τόπου ὀρνίθου dicunt. ZERIDA, ibi ſepultus Joſeph, eſt filius (85) Joezeris, e Zerida, p. m. GEBA, quod eſt in monte Libanon, ubi ſepultus Zephania Propheta, in medio ſpeluncæ clauſæ, ubi adhuc ejus Schola ſubſiſtit; unde nubes nunquam recedunt; Ibidem etiam ſunt fontes ſalientes. TZEDA, id eſt, TZIDON, diſtans ab urbe itinere Sabbathico ſuper verticem montis, ubi ſepultus Zebulon, in fornice eleganti, quem cuſtodiunt Gentes, & pure ſancteque obſervant. CEPHARNOA, ubi ſepultus Noachus Juſtus, p. m. KADIS, id eſt, Kadeſch Naphtali, ubi ſepultus Baracus, filius Abi Noam, & Debora uxor ejus; & Jael. Ibidem etiam eſt Schola Joſuæ, filius Nun, p. m. TIMNIN, quæ eſt Timnata Jehudæ, ubi ſepultus Schamgar filius Anath, ſuper quo duæ columnæ marmoreæ. PHARAAM ubi ſepultus Hunai (86) Hammagel, & uxor ejus, eſtque Schola infra vicum, ubi ſepultus Aba Hilkia, & Hanan occultatus. AMUKA, ubi ſepultus (87) Jonathan, filius Uziel, ad pedem montis auſtralis, prope vicum: Supra eum lapis magnus cum teſtudine & magna ulmo, arbore; eſtque hæc ejus figura. NEBERTIN, ibi ſepultus R. Jakob vir Niphorienſis, & R. Eliezar (88) Modiæus. DELATA, ubi ſepulcrum R. Joſæ Galilæi, in vertice montis ad occaſum vici; & R. Iſrael, fil. Joſe; filii ejus, in medio vici ipſius, quorum quiſque egregium habet (89) fornicem, ubi oleum, acceſſuri ad ſupplicandum ſuper ſepulchro ipſorum, accendunt: hæc vero eſt figura eorum. SAASA; ubi ſepultus R. Siſai, & R. Levi, filius Siſai, p. m. Ibidem eſt Domus congregationis R. Schimeon, filius Achai, p. m. MERON: Ibi Schola R. Schimeon, filius Jochai: ibidemque ſepultus in Schola ſua, ipſe, & fil. ejus R. Elai, p. m. Superſtructæ iis columnæ, ſunt elegantes, quarum hæc eſt figura. Ad occaſum vici, in declivitatibus montis, eſt magna (90) ſpelunca, val-

בשמם ולכל אחד ואחד יש אבן אחת חלול
כשו שוקת של מים גדול ועליו בנויה אבן
אחת ובתוך החלל של האבנים נמצא מים
מתוקים לשתיה ובמערב הכפר בראש ההר
(91) שמאי ואשתו בציון גדול של אבן אחת
ויש שם באותו האבן שני עריבות של מים
מתוקים ולמטה באותו המקום יש מערה
אחת עם י״ד כונין הממנים שהם תלמידי
שמאי ע״ה ועוד יש בכפר עצמו ציון ר׳ יוחנן
(92) הסנדלר ע״ה וקרוב לשם קבר ר׳ יוסי
בן קיסמא ועליו אילן גדול של שקדים ורבי
(93) טרפון ז״ל ועליו אילן של זיתים גוש
חלב שם קבורים (94) שמעיה ואבטליון
ע״ה תחת הכפר ועליהם שני עמודים של
שיש וקרוב להם אדרמלך ושראצר בני סנחריב
גרי צדק ז״ל וקרוב להם רבי מאיר בעל הנס
ושם בית הכנסת יפה שעשה ג״ב ר׳ שמעון
בן יוחאי ז״ל כפר ענן שם קבור אבא חלפתא
ובניו תחת הזיתים ור׳ חנניה בן עקשיא ע״ה
וסמוך לו רבי יעקוב ולליו אילן סנדיאן ורבו
אלעזר בנו קב (95) ונקי ועליו אילן בותם
ור׳ שמעון ור׳ יוסי ור׳ זכריה פראדיה שם
קבור נחום המדי איש (96) גם זו שזור שם
קבור ר׳ שמעון שזורי ע״ה ור׳ ישמעאל בן
אלישע כהן גדול ור׳ שמעון בן אלעזר ז״ל
סכנין שם קביר ר׳ יהושע דסכנין ואשתו
ורבי שמעון הסנני ז״ל כבול שם קבור רבי
אברהם בן עזרא ור׳ יהודה הלוי ור׳ שלמה
הקטן זצ״ל ערבה שם קבורת ר׳ חנינא בן
דוסא ואשתו ע״ה ועליהם ציונים ואילן
חרובין וזו צורתם וקרוב לשם קבר ר׳ ראובן
האיצטרלבי ז״ל בתוך שדה של תפוחים
עלבון שם קבור ר׳ מתיה בן חרש ז״ל טריה
שם קבור ר׳ יוסי איש טריה ז״ל ושם בית
הכנסת לר׳ שמעון בן יוחאי ע״ה רומי שם
קבור (97) ראובן בן יעקב אבינו ע״ה במערה
בארון של חרש מונח על הקרקע ושם

valdeque egregia, in cujus medio sepultus est Hillel senex, & quidam discipulorum ejus, quorum tamen nomina non sunt nota: Unusquisque suum habet lapidem excavatum, instar canalis aquarum magni, quibus superstructus est lapis unus. In medio excavationis lapidum reperiuntur aquæ dulces, & potui aptæ. Ad occasum vici, in vertice montis (91) Schammai & uxor ejus, cum ingenti, ex lapide uno, structa testitudine, in quo etiam lapide sunt duo alvei aquarum dulcium: Infra, ad eundem locum, est spelunca cum 24. foveis seu cavernis; dicunque ibi esse discipulos Schammai, p. m. Insuper est in vico ipso cippus R. (92) Jochanan Sandelar, p. m. Cui vicinum sepulchrum R. Jose (93) Chatuphæ; Et ad meridiem vici R. Jose filius Kismæ, & super ipsum ingens arbor amygdalus, & R. Tarphon, p. m. cui arbor olivarum immit. GUSCH CHALEB: ibi sepulti (94) Schemaja & Abatalion, p. m. infra vicum; supra eos duæ sunt columnæ marmoreæ, prope quos Adramelech & Sarez filii Senacherib, Proselyti justitiæ, p. m. Prope eos R. Meir, ὁ θαυματουργος. Ibidem etiam Synagoga elegans, quam extruxit Rab. Schimeon, filius Jochai, p. m. CHEPAR ANAN. Sepultus est ibi Aba Chaliptha, ejusque filii sub olea, & R. Chananiah filius Akschiæ, p. m. cui proximus Rab. Jacob; & super ipsum ilex [puto enim esse سنديان quod Syro Arabibus est *quercus*, & spec. *ilex*) & R. Eliezar, filius ejus, (95) Cabus & innocens, super quo arbor, & R. Schimeon, & R. Jose, & R. Zacharias. PHARADIA: Ibi sepultus Nachum, Medus, vir (96) Gamzu. SCHAZUR; Ibi sepultus R. Schimeon, Schasgaræus p. m. & R. Israel, fil. Elisa, sacerdos magnus, & R. Schimeon, filius Eliezaris, p. m. SACNINA. Ibi sepultus est R. Jehoschua Sancinensis & uxor ejus, & R. Schimeon Sancinensis, p. m. CABUL, Ibi sepultus R. Abraham, filius Esra, & R. Jehuda Levita, & Schelomo parvus, p. m. ARABA: Ibi sepulchrum est R. Chaninæ, filius Dousæ, & uxoris ejus, p. m. quibus supra impositi fornices, qui tamen destructi sunt. Atque hæc est figura eorum. Non longe abest sepulchrum Reuben: In medio agri pomiferi sepultus Matthias, filius Cheresch, p. m. TIRIA. Ubi sepultus R. Jose Tiriensis, p. m. Estque ibi Synagoga R. Schimeon, ben Jochai, p. m. ROMA. Ibi sepultus (97) Reuben, filius Jacob, Patris nostri, p. m. in spelunca; in arca testacea, imposita solo;

אביה בן ירבעם קבר של הרש מערה לפנים ממערה ואצל המערה כיזראן אומרים שמשם יראה (98) המשיח צפורי שם קבורת רבינו (99) הקדוש זל ותלמידיו ובניו ודלת מאבן אחת סוגרת ופותחת כפר מנדה שם עקביא בן מהללאל ע״ה ור׳ יששכר ורבן שמעון בן גמליאל ע״ה כפר גנם שם קבור בן זומא ור׳ יהודה בן ברק ור׳ חזקיה ז״ל אבנית שם קבורת ר׳ חסדא זל קאסיון שם ר׳ יוחנן ור׳ שמעון בן לקיש ז״ל סגנא שם קבור ר׳ יוסי ז״ל בחצר המדרש כפר כינה שם קבור יונה בן (100) אמתי בראש ההר בכניסיה של גוים בכיפה יפה חיטין היא כפר חיטיא שם קבור יתרו חותן משה ע״ה וקרוב לו קבר יהושע בן פרחיה ע״ה יאקוק שם בדרך קבור (101) חבקוק הנביא ע״ה כפר ברעם צפון לכפר שם קבור (102) עובדיה הנביא ע״ה ועליו אילן בוטנין ואצלו בור מים מכונסים ונגבה לכפר ר׳ פנחס ור׳ נהמן בנו ועליהם אילנות גדולים ושם קבורת (103) אסתר המלכה ע״ה והוא בפרסה וחצי מצפת ובכל שושן פורים הולכים מניין על קברה (104) מצפת על קברה וקורין לשם המגילה ואכלים ושותים ושמחים לשם וסמוך אצלה ר׳ יוחנן חטופא ומר זוטרא ז״ל וזו צורת ציון אסתר המלכה ע״ה ועל הציון אבן אחת עשוי ככובעים שנוהגים בן הנשים במדינה הזאת הזאת עלמא ננבה לכפר שם קבורת ר׳ אלעזר (105) בן הורקנוס ר׳ אלעזר בן (106) ערך ור׳ אלעזר בן עזריה ואביו ורבי יוסי הכהן ויש שם מערות גדולות ומערת הבבליים ורבה רב הונא ודב המנונא ז״ל בתוכה ולפתח המערה מים רבים וטובים ובראש ההר ר׳ זמרא וקורין לי راس الاحمر וסמוך לכפר ר׳ יהודה בן (107) תימא ז״ל:

אלו הם הצדיקים הקבורים בחוצה לארץ
עליהם השלום:

(108) דמשק היא יושבת תחת הלבנון

ubi & Abia, filius Jeroboam in ſepulchro teſtaceo; ubi ſpelunca intrinſecus. Ex ſpelunca & ad ſpeluncam Caizram, inde dicunt apparíturum (98) Meſſiam. TZIPPORIA: Ibi ſepulchrum Magiſtri noſtri (99) Sancti, p. m. & diſcipulolorum, & filiorum ejus: Eſtque ex uno lapide porta, quæ clauditur & aperitur. Vicus MANDA, ubi [ſepultus] Akbia, filius Mehalaelis, p. m. & R. Iſaſchar & Rabban Schimeon, filius Gamaliel, p. m. Vicus GENEM, ubi ſepultus Ben zuma, & R. Jehuda, filius Barak, & R. Chizkia, p. m. ABNITH. Ibi ſepulchrum eſt R. Chaſda, p. m. KASIUN: Ibi R. Iochanan & R. Schimeon, filius Lakiſch, p. m. SAGNA. Ibi ſepultus R. Ioſe, p. m. in atrio Synagogæ. Vicus CENA, ubi ſepultus (100) Ionas filius Amithai, in vertice montis, in Templo Gentium, in pulchro fornice. CHITIN, quæ eſt Cephar-Chitia, ubi ſepultus Ietro, Socer Moſis, p. m. cui vicinum eſt ſepulchrum Jehoſua, filius Perachiæ, p. m. JAKUK; Ibi ad viam ſepultus (101) Habakuk Propheta, p. m. Vicus RAAM, ad Septentrionem vici ſepultus eſt (102) Obadias Propheta, ſuper quo arbor piſtacia ferens. Ibidem puteus eſt aquarum collectarum: Ad meridiem vici R. Pinchas, & R. Nachmam, filius ejus, ſuper quibus magnæ arbores. Ibi ſepulchrum eſt Eſtheræ, (103) Reginæ, p. m. Diſtatque feſqui paraſangis (104) Tzephato. In tota autem Suſane, tempore Purim, quidam judæi ad ſepulchrum ejus accedunt. [Tzephato nempe ad ſepulchrum ejus;] ubi etiam Megilla [lib. Eſtheræ] lecta edunt, bibunt, lætantur. Prope eam eſt R. Jochanan Chatupha, & Mor Zoutra, p. m. Hæc vero eſt figura Cippi Eſther Reginæ, p. m. Supra Cippum eſt lapis inſtar vittarum, quas geſtare ſolent mulieres in illa provincia, formatus. ALMA; Ad meridiem vici ſepultura eſt R. (105) Eliezaris, filii Hyrcani; R. Eliezaris, filius (106) Arach, & R. Eliezaris, fil. Azariæ, & Patris ejus, & R. Joſe ſacerdotis. Sunt ibidem magnæ ſpeluncæ, & ſpelunca Babyloniorum, & Rabba, bar Raf Hona, & Raf Hammenuna, p. m. in medio ejus; ad portam ſpeluncæ ſunt aquæ multæ & bonæ: ad verticem montis R. Zimra, quem appellant *Ras-alachmer*; prope vicum autem eſt R. Jehuda, ben (107) Tema, p. m.

Illi ſunt juſti, qui ſepulti ſunt extra Terram, ſuper quibus pax.

(108) DAMASCUS, ſita ad Libanum, eſt

סוריא לארץ ישראל ועולין עליה תוך העיר
העיר שני נהרות אמנה ופרפר וגנות
ופרדסים כל תעיר וכל (109) השנה יש
פירות לחים ושם בית הכנסת יפה מאד
במקום שנקרא גובר בנה חציה אלישע בן
שפט הנביא ע"ה וחציה בנה ר' אלעזר ב"ן
ערך זל בבצרה שם קבור עזרא (110) הסופר
עה (111) בנציבין שם קבור ר' (112) יהודה
בן בתירא זל וקורין לו סידו (113) באעאמה
הר ההר שם קבור (114) אהרן הכהן והוא
במערה סגורה ועשו עליה כיפה נאה והולכים
שם היהודים להשטחח ומתפללים על קברו
ואין מונע אותם והישמעאלים תופסין אותו
בטהרה ובכבוד גדול במצרים יש בית הכנסת
מיוחס (115) למשה רבינו ע"ה והוא המקום
שהיה הש' ית' מדבר עם משה והמקום נורא
מאד וקורין לו דמו ועולים לשם היהודים
להשתחח ויש שם אילן גדול מאד אומרים
כי היה ישר מאד ורצה המלך לחתכו ולבנותו
בפלטרין שלו ובשהלכו קחתכו מצאוהו
שנתעקם והגידו למלך וצוה שלא יגעו בו
אדרעי שם קבורת אלדד ומידד בשושן
הבירה שם קבור (116) מרדכי היהודי ע"ה
ועליו מצבה יפה אבן כתוב עליה זה קבר
מרדכי בן יאיר בן שמעי בן קיש איש ימיני
וכל הגלילות ההם מתקבצים שמה ביום פורים
והולכים למקום קבורתו ואומרים שירות
ותושבחות בתופים ובמחולות ששים ושמחים
כי שמה היה הנס בבל שם נהר פרת שם
קבורים דניאל וחנניה מישאל ועזריה ע"ה
(117) אבל דניאל הוא בארון של מתכת
ותלוי הארון בשלשלאות של ברזל בתוך
הגשר ובנהר יש דגים גדולים ויש דג אחד
גדול ושמו צלח מימות דניאל ע"ה ובכל יום
ויום מביאים לחם ושאר מאכל משלחן
המלך ומשליכים לדגים ושום אינו טועם עד
שיבא צלח ומן הגשר לפנים ולאחור
כפטחוי קשת אינו רשאי שום צייד לצוד
דגים בשביל כבודו של דניאל ע"ה בארץ
אשור שם נהר חדקל שם קבור יחזקאל
הנביא ע"ה וזה (119) צורת הקבר והכיפה
שעליו:

est Syria, Terræ Israel; ascenduntque ad eam per mediam urbem duo fluvii Amna & Parphar; Horti item & Paradisi in tota urbe. Unde & per universum (109) annum habentur fructus recentes. Ibidem etiam pulchra est Synagoga, in loco cui nomen Gobher, cujus medium extruxit Elisæus, filius Schephari Propheta, p. m. & alterum medium R. Eliezer, filius Arach, p. m. BOZRA. Ibi sepultus (110) Esra, p. m. (111) NEZIBIN. Ibi sepultus R. (112) Jehuda, fil. Bethira, p. m. Quem appellant (113) *Seidol-aamath*. Mons HOR. Sepultus ibi (114) Aharon sacerdos, nempe in spelunca clausa; cui superstruxerunt fornicem pulchrum; quo judæi, se prostratum & oratum, ad sepulchrum ejus, abeunt; nec quisquam eos prohibet. Etiam Ismaelitæ pure & cum reverentia locum tractant. In ÆGYPTO est Synagoga, quam ad (115) Mosen Magistrum nostrum, p. m. referunt. Estque locus, ubi Deus benedictus locutus est cum ipso: venerabilis admodum, quem *Dommu* vocant. Ascendunt eo judæi oratum. Ibidem arbor est valde magna, quam ferunt, rectam admodum, exscindere Regem voluisse, & in palatio suo erigere, sed postquam, qui exierunt eam excisum; vidissent curvatam, illud Regi annunciarunt, qui præcepit, ne tangerent eam. EDREI. Est ibi sepultura Eldad & Medad. In SUSAN castro sepultus (116) Mardocai judæus, p. m. super quo elegans statua lapidea, cui inscriptum: Hoc sepulchrum est Mardochai, filius Jair, filius Schimei, filius Kisch, viri Jemini. Toto illo tractu congregantur [judæi] die Purim, eoque proficiscuntur ad sepulchrum ejus, cantica dicentes, & encomia cum tympanis & choris, lætantes & gaudentes, ob tantum, quod ibi factum est miraculum. BABEL. Ibi Fluvius Euphrates, ubi sepulti Daniel, Hanania, Azaria, p. m. Daniel (117) tamen est in arca metalli, suspensa, e catenis ferreis, in medio ponte. Sunt autem in fluvio pisces magni e quibus prægrandis, cui nomen Zelach, inde a diebus Daniel, p. m. cui quotidie afferunt panem & alios cibos, e mensa regia, quos projiciunt piscibus; quorum nullus quicquam gustat, usque dum venerit Zelach. In ponte vero, a facie & a tergo, quasi jactu ballistæ, non licet cuiquam piscatori ibi piscari, in honorem Danielis, p. m. TERRA Assyriæ, ubi fluvius Chiddekel. Ibi sepultus Ezechiel Propheta, p. m. Hæc vero (119) figura est sepulchri, & fornicis ejus super ipso.

Trans-

העתקתי זה אות באות מאגרת שנעשה בשנת רצ״ז [120] פ״ק ולפי שהייתי אני בעצמי ברוב המקומות הנ״ל וראיתי שלא נפל מדבריו ארצה וכל דבריו היו בכיון גדול באמיתות האמנתין גם על הנשאר והעתקתי הנ״ל בנחיצה רבה והיה זה ביום חמשי בתענית אסתר שנת הש״כר ליצירה פה צפ״ת תוב״ב נאם [121] אורי ב״ר שמעון זצ״לה מבילא:

Translatio hæc, de verbo ad verbum; ex Epistola est composita a. M. (120) 297. numero minori: Et quia ipse plerisque locis supra memoratis ad fui, observavi, nihil quicquam de verbis ejus in terram cecidisse: sed quod omnia ejus verba fuerint cum magna intentione veritatis, proinde fidem adhibui reliquis etiam, & transtuli supra dicta, magna festinatione, idque die 5. Jejunii Esther, Anno 324. Creationis, secundum computum minorem, hic, in decore gloriæ nostro [urbe Sancta] cujus restaurationem cito diebus nostris vovemus, optamus: Dictum (121) Uri, filii Simeonis, memoria justi sit in benedictione, ad vitam æternam, e Beela.

N O T Æ.

(1) *Hæc fere sunt nomina dignitatum: quibus Judæi Patres suos, Antistites, Doctores, &c. appellare erant soliti, ante & post Christum natum; de sequioris ævi titulis & dignitatibus, vide* Hist. Eccles. Sec. XII. pag. 252. Comp. Theol. Jud. pag. 151.

(2) *Prodigiosum novæ Theologiæ Judaicæ axioma. Didicerunt, ex Prophetarum Scriptis, non nostra sed alterius merita esse* ἱλασμὸν, ἱλαστήριον, *quo mediante Deo reconciliemur Patri; cumque Jesum Nazarenum admittere nollent, eos asciverant, qui suis diffisi viribus, ne ipsi quidem Deo in judicio objicere propriam justitiam, sunt ausi. Et tamen inter Fundamenta Scholæ Judaicæ hoc retulerunt.* Maim. *More Hannev. l.* 3. *cap.* 41. Est hoc unum ex iis, a quo Lex dependet, *h. e. ex Eundamentis Legis*, quod omne bonum, quod Deus nobis fecit vel faciet, fiat propter meritum Abrahami, Isaaci & Jacobi, quia custodierunt viam Domini, custodiendo justitiam & judicium.

(3) *De ratione sepulchrorum Orientalium alibi; vid.* Geje. 1. *de Inst. Heb.* Ligtf. *Chorog. p.* 176.

(4) *Id est,* עליהם השלום εὐφημία *Orientalibus usitata. Plures formulas vide* Hist. Orient. *pag.* 15. *de defunctis: de superstitibus vero* Appendic. Gram. Harm. *p.* 177. 178.

(5) *Antiquo satis instituto Judæi sepulchra visitabant, eoque gemino, altero Œconomico, cum agnati vel amici exierunt mortuum defletum, cujusmodi* (Joh. XI. v. 31.) *exemplum extat in Lazari exequiis; altero religioso, cum Prophetarum, aut Doctorum sepulchra invisunt, &* مقابل قبله *quisque precibus, vultu ad urbem Sanctam verso, defunctum Deo commendat, felicemque ei resurrectionem optat, id quod vel ex luculenta Solomonis, Bar Nathanis formula precandi manifestum est, quam, cum versione, dedit* Cl. Pocok. *Not. Misc. ad Port. Mosis pag.* 224. *Hic tamen vota & precos, nuncupantur pro salute exulum, novo etiam, judaismi declinantis, exemplo.*

(6) *Etsi de adventu Messiæ varia jam sint judæorum judicia, plerique tamen ejus necessitatem inter fundamentalia referunt. Unde quavis data occasione hi illis excidunt gemitus. Eximius locus est in* Neuch. Schal. P. I. *cap.* 3. כל מי שכופר בביאת משיח כופר בתורה היותה שלמה אלהית אחר שעקר קיומה תלוי בביאת המשיח ואם לא יבא המשיח נמצאו רוב המצות בטלות: Quisquis fuerit inficiatus adventum Messiæ, negat Legem esse perfectam, quia fundamentum existentiæ ejus dependet ab adventu Messiæ; quod si non veniret, multa irrita reperirentur præcepta. *Compend.* Theol. jud. *pag.* 90.

(7) *Sic vulgo authores, veteres, recentiores; Christiani, judæi. Existimant autem plerique natam esse opinionem ex* Jos. 14. 15. *ubi, juxta vulgatum:* Nomen Hebron autem vocabatur Cariat Arbe, Adam maximus inter Enakim ibi situs est, *pro;* Nomen autem Hebronis olim erat Kiriiat Arbe (*i. e. Civitas Arbe*) Homo iste magnus inter Enakim ibi erat. *Hinc, inquam, natum errorem inter ipsos Pontificios quidam asserunt. Vide* Antibarb. Sixt. Amam *p.* 615. *Puto tamen altius hanc assertionem accersendam. Quæ* Patricides, Elmacinus, Arabes, *de monte a primis mundi incolis inhabitato; R. Eliezar, Hebræi, &c. de spelunca duplicata tradunt, Hebronis situi non male conveniunt. Nota etiam decantata illius antiquitas, de qua* Christoph. Heidman. *Palæstin. cap.* 3. 5. 89. *& deinc. Adeo ut, meo judicio, traditio Orientis, ab Interprete arrepta, citius pepererit* παρερμηνείαν *lib. Josua, quam hæc novam demum opinionem introduxerit. Recte alias observatum est,* vulgatum *male, pro nomine appellativo, proprium posuisse; cui sententiæ LXX. Arabs, Syrus, Chaldæus, qui simpliciter* hominum *meminerunt* ἀνθρώπων μεγίστων, *contradicunt. Cæterum, sunt multi, qui in medio Orbe Adamum sepultum esse volunt, Hierosolymis, eo ipso in loco, ubi Christus fuit crucifixus. Vide* Smeg. Orient. *pag.* 216. Ligtf. Chron. *pag.* 96. *Alii conciliant, Hebrone Hierosolymam translatum statuentes. Ita fere Arabes Christiani.*

(8) *R.* Benjamin Itiner. *pag.* 48. *ait, alium locum huic sepulturæ assignari a Christianis, eumque suppositium; alium a judæis, eumque genuinum, quem constare dicit sex sepulchris distinctis; utrobique excluditur Adam & Eva. Hæc figura quatuor exhibet sepulchra, adjunctis Protoplastis. Non carent talia suspicione.*

(9) *At Benjamin non licere modo concedit, sed & Epitaphium Abrahami legisse videtur:* זהקבר אברהם אבינו ע״ה Hoc sepulchrum est Abrahami Patris nostris, p. m.

(10) *Hujus R. Benjamin non meminit; scribit tamen, judæos & lampadem ibi alere perpetuam, & Israelitas eodem deferre patrum suorum ossa; spe videl. futuræ Resurrectionis.*

(11) *Traditione irrepsisse. videtur. Vide* Capit. Eliez. c. 39. *Smeg. Orient. pag.* 337. Thesaur. Philol. *pag.* 275.

(12) *Vide* 2. Sam. 3. 32.

(13) *Sic per Antiphrasin vocant* Sepulchra; *de qua loquendi ratione videantur Minhagim. cap. ult.* Gejer. *de Hebræorum luctu c.* 6. *pag.* 123. Quod videlicet justi, etsi sepulchro contecti, vivant.

(14) *De hoc loco religiose visitato, & a Constantino postea, eam ob causam, destructo. Vide* Chorograph. Terræ Sanctæ Jacob. Justi S. 75.

(15) *De sede tamen Abrahami, priori Mesopotamica* Benjam. *Itiner. pag.* 60. Quo loco Ædes Abrahami Patris nostri quondam fuere, nullum extat ædificium: eumque Muhammedani religiose colentes, precandi causa frequentant.

(16) *Id est,* תבנה ותתכונן במהרה בימינו Ædificetur & erigatur cito in diebus nostris sc. *Jerusalem Additur sæpe, ut postea videbimus;* צפת *quo etiam*

urbs

urbs sancta intelligitur sive simpliciter, sive Abbreviate, pro תפארתו vel צבי פאר תפארתנו, quomodo terra Israelis appellatur ארץ צבי, Dan. 8. 9.

(17) De Amoso id testatur Hieronymus: alias vel nulla, vel obscura sunt, quæ de morte Jesaiæ ejusque sepultura traduntur.

(18) Fons Etham erat in terra Israelis, in quo Sacerdos die expiationum se lavabat; de quo Talmud. in Joma, Schabb. Bechor. Vide Midd. L' emp. pag. 123. 124.

(19) Intelligi puto Probaticam: cur sic dicatur monet Benjamin, Itiner. pag. 43. Ibi etiam בריכה piscina videtur, ubi veteres suas victimas mactabant: omnesque judæi hic nomnia sua parieti inscribunt. Unde colligimus, locum Joh. 5. v. 2. non male a Chrysostomo & Theophylacto legi προβατικὴ κολυμβήθρα, pro quo alii, ἐπὶ προβατικῇ κολυμβήθρα, ad portam pecuariam, piscina. Eodem modo describitur hæc piscina ab Hieron. de locis Hebraicis Tom. III. Vide Wal. Not. ad Joh. cap. 5. Heidm. Palæst. cap. 2. s. 80.

(20) Gen. 35. v. 20.

(21) Ita Hebræi vocant monumenta sepulchralia, cujusmodi obvia sunt in cæmiteriis judæorum Francofurti, Wormatiæ, alibi. Inscriptionis formulam sexu distinctam habet Buxtorf. Lex. Talmud. R. יצב vide & Gejer. l. cit. p. 176. 177.

(22) De hoc etiam Benjam. Itiner. pag. 47. Bethlehemo ad dimidium milliare vicinus est sepulchri Rachelis cippus in bivio e duodecim lapidibus pro numero filiorum Jacobi extructus, & testudine quadam, quæ columnis quatuor innititur, tectus.

(23) De origine & progressu urbis, vide Jacob Justi, Chorograph. Terræ sanctæ; S. 683. De variis ejus ædificiis Heidmanni Palæst. cap. 6. de diversis ejus regiminibus, cujusmodi 15. recensentur, ab Abarbinel in Daniel p. 11. & Jacob. Just. l. c.

(24) Imo nihil superest de antiquis Hierosolymis. Atque sic aperte contradicit tum eventui, tum aliis judæis. Eventui, quia, juxta vaticinium Christi, Matth. 23. v. 38. Hadrianus, quæcunque ex vetustis ædificiis, adhuc reliqua fuerunt, diruit prorsus & solo ita adæquavit, ut ne lapis quidem super lapidem permaneret; Vide Niceph. l. 3. c. 24. Joseph captiv. l. 7. c. 1. & l. ult. c. 34. L' Emp. Not. in Benjam. p. 171. Huc accedit, quod tempore Juliani Apostatæ divinitus fuerint prohibiti; Vide Hist. Eccles. sec. 4. s. 3. Aliis Judæis, Benjam. enim appellat עיר קטנה תחת שלשה חומות Oppidum exiguum tribus munitum muris, atque sic interea temporis iterum urbem desolatam esse & dirutam dicendum esset: sed neque de urbis situ duo isti Rabbini commode loquuntur: Benjamin enim, p. 44. Zionem extra Hierusalem collocat; noster vero de ea, tanquam urbi propinqua, disserit, cum olim in urbe fuerit.

(25) I. e. 297. Secundum numerum minorem, qui respondet A. Ch. 1137. additis enim 240. ad annum judaicum, omisso scilicet millenario, emerget Epocha Christiana.

(26) Jacob. Just. Urbs sancta circa annum Chr. 1099. a Christianis occupatur, quibus subjecta manet 88. annos, ac tum denuo Syris, Saladino Rege, in potestatem venit, qui 330. annis ei tum imperavere. Donec tandem anno 1517. a Selim simul cum tota Syria subjugaretur. Solimannus autem, successor Selim, Turcarum Imperatoris anno 1542. Civitatem, Templum, montem Sion & sepulchra Regem judæ re ædificavit, multisque muneribus Templum & sepulchra donavit. Vide Calvis. anno Ch. 1516. Heidman. Palæst. cap. 2. sect. 145.

(27) Id est; ירום הוד Exaltetur Majestas ejus Ita Regum, &c. Principum superstitum mentionem injiciunt: De urbe vel Regina in fœminino ירום הודה.

(28) Aliter appellat quatuor urbis Portas Benjam. Itiner. pag. 42. Hierosolymorum portæ sunt, quatuor, una quam portam Abrahami vocant, deinde porta Davidis? porta Tzionis, porta denique Josaphati, Veteris urbis portas numerant novem suntque. 1. שער צאן Porta ovium, templo proxima. 2. שער הגיא Porta vallis Josaphat; postea aurea. 3. שער העין Porta fontis; non longe distans a Siloa. 4. שער דוד Porta Davidis, quod turris David, & ejusdem urbs in monte Sion superemineret. Eadem porta negotiatorum dicta, & porta piscium; ante quam se judas in Sycomoro suspendisse dicitur. 5. שער ישנה Portavetus. Postea dicta porta judicii, extra quam Christus fuit crucifixus. 6. שער אפרים Porta Ephraim, ex qua patebat via ad Ephraimitas: Item שער הסוסים Porta equorum, ubi equi regii in stadio decurrebant: 7. שער בנימין Porta Benjamin: ad quos patebat exitus. Eadem שער הפנה porta anguli, quod esset ibi angulus muri. 8. שער המים aquæ porta. 9. שער האשפות Porta sterquillinii, per quam fimus & rudera in vallem Hinnom dejicienda. Eadem שער החרסית Porta testæ; quod testæ fractæ extra eam abjicerentur in vallem Hinnon. Vide Lex. Schindl. R. שער & Heidm. Palæst. cap. 2. Geograph. Nubiensis Quinta Par. Clim. III. pag. 112. Itidem quatuor memiminit portarum, aliis nominibus insignitarum. In extremitate ipsius) Occidentali est porta المحراب Templi, sive sacelli, & super hanc portam extat testudo Davidis, cui pax. In extrimitate autem Orientali habetur alia porta, quæ vocatur باب الرحمة Porta misericordiæ: Atque hæc clausa, nec aperitur nisi singulis diebus festis Palmarum. Habet etiam a latere meridionali portam dictam باب صهيون Portam Sionis; & a latere Septentrionali portam عمود الغراب Columnam Corvi. Atque hinc patet, quibus hæc portarum nomina mutationibus sint obnoxia Conf. Chor. Ligtf. 55. 62. &c. De portis templi.

(29) Altera hæc est piscina, quæ a situ alias dicebatur תחתונה Inferior. De utraque Hieronymus l. cit. Bethesda (alii aliter vocem scribunt vide Villalp. Tom. III. in Ezech. P. 1. c. 14. ubi & Bezetæ, quod nomen est novæ urbis Hierosolymitanæ, nomenclaturam excutit) piscina in Hierusalem, quæ vocabatur προβατικὴ, & a nobis interpretari potest pecualis. Hæc quinque quondam portieus habuit, ostenduntur que gemini lacus, quorum unus hybernis pluviis impleri solet. Alter mirum in modum rubens, quasi cruentis aquis antiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in eo lavari a Sacerdotibus solitas ferunt, unde & nomen accepit: Schindler. Duæ prope Hierosolymam erant ejusmodi piscinæ in ambitu montis Moriah, seu templi: Una versus ortum, major, quæ a situ dicebatur תחתונה inferior; altera minor ad portam gregis, quæ dicitur superior, 2. Reg. 18. v. 17. Hæc piscina habebat foramen obstructum, quod aperiebant, & aquas in תעלה aquæ ductum emittebant, quoties aut irrigare, aut vestes lavare vellent. In hac piscina superiori mergebantur & lavabantur oves in templo immolandæ, abluebantur & earundem intestina.

(30) De reparatione hujus turris facta tam ab Israelitis, quam Ismaelitis, vide Benjam. pag. 41. ubi concludit, nullum in toto oppido ædificium Turri Davidis firmius reperiri.

(31) Valde ambigue sumitur vox & בית מקדש: מקדש illud (מקדש) vel generaliter sanctum, sanctuarium notat, vel oppositum voci מדינה significat totum sanctuarium Hierosolymitanum cum universa urbe, sive ירושלים כולה & sic מדינה complectitur שאר העיירות שבכל ארץ ישראל Reliquas urbes, totius terræ Israel. Hoc vero, (בית המקדש) itidem vel solum notat templum, ut hoc loco, vel cætera, quæ quomodocunque in sacro monte extructa ad ædem sacram referuntur. Vide Middoth l' Emper. pag. 3. Quæ vero de muris superstitibus Templi Salomonici, refert, tum hic tum alii autores R. Benjamin. pag. 43. Geograph. Nub. pag. 112. erronea sunt, vide Not. Const. L' Emp. pag. 174.

(32) De portis Templi consulantur Talmudici Cod. Midd. cap. 1. sect. 3. Villalpan. in Ezech. Tom. II. P. II. pag. 213. & deinc. Palæst. Heidman. c. 2. s. 41. Geog. Nub. p. 113.

(33) Job. 2. v. 9.

(34) Hujus portæ meminit R. Benjam. pag. 43. Geog. Nub. pag. 112. & 114.

(35) De hoc lapide multa Talmudici, & Targumistæ: vide etiam Lex. Talmud. Buxt. R. שתה.

(36) Erat hæc pars in Benjaminitico termino sive tractu. Unde Talmudici: גמירי דסנהדרין בחלקו דיהודה ושכינה בחלקו דבנימין Senatus Synedrii erunt in portione Judæ; & divinitatis præsentia in portione Benjaminis. Anteriores enim templi partes, atrium mulie-

lierum, & atrium Israelis ac Sacerdotum, idque ad altari, usque frontem, in judæ Diœcesi fuisse; loca vero sanctiora, ubi altare, &c. constituta fuere ad occidentem, Benjamini cessisse ferunt. Quod vero negat inde recessisse Majestatem, de ævo sive statu Templi primi intelligendum est; cum Templo secundo absuisse (limitant tamen alii: vide Lex. Talmud. Buxt. *R.* שכן) *ipsi fateantur. Unde R. Azar. in Meor. Enajim.* השכינה וחמשה הדברים היקרי׳ אשר היו בבית ראשון ולא בבית שני ינטלוהו לאין ערך: Divina Majestas, & quinque res pretiosæ, quæ fuerunt in æde priori, non in posteriori, efferebant illam in sublimitatem, quæ æstimari non potest. *Nempe quia* ὁλόπως ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, *tolli debuit typus præsentia. Plura de usu vocis* שכינה *vide lib. cap. Lex.* Buxtorf. Hacksp. *app. ad Nizz. p.* 374.

(37) Geograph. Nub. *pag.* 114. *Non longe a porta misericordiæ offendes portam aliam apertam quæ vocatur Porta Alasbat.*

(38) *Propter immunditiam occulte contractam a mortuis.* תהום *enim proprie abyssum notat; improprie* ἀνεξερεύνητον, *cujus ratio haberi non potest. Sic Talmud.* נטמא טומאת התהום. Immundus est immunditia abyssi, *i. e. immunditia occulta & incognita propter mortuum.*

(39) *Quam hic arcam intelligat, vix video. Arca fœderis intelligi non potest, in Templo quippe secundo nunquam conspecta. Ægre etiam altera illa arca a Joaso facta, & ante Templi fores collocata, in quam pecuniæ & voluntariæ oblationes ad sarta tecta curanda inferebantur. Hæc enim eodem urgebatur fato. An reliquas intelligat Tabernaculi Sionis in monte illo positi, alii dixerint? Facilis esset decisio, nisi adderet, partem adhuc superfuisse suo tempore.*

(40) Heidman. *c. II. f.* 69. *Præter arcem & sepulchrum Davidis, ac sequentium Regum Judæ, Annas & Caiphas, Pontifices domicilia sua habuisse scribuntur: haud scio an recte* R. Benjam. *Itiner. pag.* 44. *In Tzionis monte familiæ Davidicæ extant sepulchra, Regumque qui post eum regnarunt. De magnificentia sepulturæ Davidicæ, & repertis ibidem thesauris Consule* Villalpan. *l.* 1. *pag.* 555. & *T. III. p.* 195. Benjam. *pag.* 46. & Not. L'Emp. *p.* 174. Gejer. *de Luctu Heb. p.* 119.

(41) *I. e. R. Mosche bar Nachman, vulgo Nachmanides, Gerundensis, qui floruit a. ch.* 1212. *vide* Hist. Eccles. *sec. XIII. pag.* 539.

(42) *De quo Disp. in Gen. c.* 22. *Ligtf.* 57.

(43) *De quo Ligtf. p.* 59.

(44) Jacob. Just. *sec.* 484. *Hic mons respicit sanctam Civitatem, e parte Orientali inter mediusque profluit torrens Kedron. Vallis hujus mentis dicitur vallis Josaphat. Mons vero ipse ita extollitur, ut magnam plagam terræ usque scil. ad mare mortuum commodam ansam præbeat videndi.*

(45) *De qua* Kimchius *ad Zephan. Jeremias, inquit, vaticinatus fuit in plateis, Tzephanias in Synagogis, Chulda apud fœminas.*

(46) 2. *Sam.* 18. *v.* 17. & Itin. Benjam. *p.* 43.

(47) *Tanta in veneratione fuit apud judæos, ut calamitatibus etiam pressi, devotionis ergo, certa exauditionis spe freti eo concesserint. Præter Cippos, ut supra jam monuimus, aliud Francofurti, a Nobiliss.* D. Jobo Ludolfo, (*cujus nobis amicitiam impense gratulamur*) *accepimus Msc. Hebraicum, in quo fuse narratur res a. M.* 5399. *Hierosolymis gesta, quam, suo tempore,* σὺν θεῷ, *vel ideo luci non invidebimus, ut magis magisque argumenti sui infirmitatem videant, qui vel ab exauditione, vel miraculis religionis veritati robur accersunt. Ita enim & judæos sequiori etiam, quo tanquam κωλυόμενοι in sua persliterunt infidelitate, ævo, fuisse argumentatos, tum alibi jam probavimus (vide* Hist. Eccles. *in Judæis, hinc inde) tum hoc ipsum exemplum luculenter condocefacit. Summam, hac vice, rei delibasse satis fuerit. Magna Hierosolymis oborta siccitas, judæorum impietati impingebatur. Ita enim Apostata quidam Muhammedi Bascha ex Talmude Hierosolymitano, persuadebat: ubi manifestus locus:* כשאישראל עושין רצונו של מקום אזי יורדים נשמים בעולם וכשאין עושין של מקום נעצרים הגשמים Si Israelitæ fecerint voluntatem Loci (*Dei*) *tunc* descendunt pluriæ in mundum: Sin minus, cohibentur pluviæ. *Tridui igitur (internecioni enim jam omnium sententia, nisi pluvias elicerent, erant devoti ægre redemto spatio, judæi convenerunt consultatum, & tunc, inquit autor,* נתיעצני ביחד בינינו שכל אחד יהרוג את חבירו וכל אביו יהרוג את אשתו ובניו קודם שישלטו ח״ס בנו האומות ויטמאו אותנו ואת נשותינו ואת בנותינו ובנינו הקטנים Pariter conclusimus inter nos, unum quemque occisurum proximum suum, patrem familias uxorem suam, & filios suos, antequam dominentur nobis Gentes, & polluant nos, uxores nostras, & filias nostras, & filios minorennes. *Decreto postea facto* להתפלל ולהתחנן על ציון זכריה הנביא Orandi & supplicandi ad monumentum Zachariæ Prophetæ, *non modo facultatem a Muhammede Bascha; Sed & clavem, qua, porta* المغرب *i. e.* רחוב של ישמעאלים הבאים מארץ מערב plateæ Ismaelitarum, qui ab occasu, *Africa,* venerant) *aperta, via magis compendiaria pervenitur, impetrasse. Prolixe postea enarrantur circumstantiæ, preces, conciones, jejunium, circuitiones, variæque litaniæ, quibus ad Zachariæ sepulchrum defuncti, eodem die pluviam obtinuerint; ut præfectus tandem provinciæ fassus sit, vera esse, quæ Magistri eorum traderent, propter solos Israelitas demitti pluvias, eosdemque postea immunes esse voluerit ab omnibus oneribus, etiam Regiis. Subjungunt plures postea,* ἐκεῖσε χωρεῖ, *judæi, sæpe id factum, ut precibus in Templo ad Deum fusis cælum ferreum aperuerint, &* νεφέλας ἀνύδρους *in largam pluviam solverint.*

(48) *Mentio fit harum aquarum,* Es. 8. 6. LXX. *habent* Σιλωάμ, *ut* Joh. 9. *ubi transfertur* ἀπεσταλμένος. *Sic dicebantur, quod extenderentur & diffunderentur ad irrigandos hortos vicinos. Itiner.* Benjam. *pag.* 43. *Magnus fons aquarum Schiloæ ad torrentem Kedronis, & juxta fontem magnum ædificium, a majorum nostrorum temporibus reliquum. Conjicit Schindler. fuisse castellum vel turrim, de qua Servator Luc.* 13. Plura Ligtf. Chorog. *p.* 51.

(49) 1. *Reg.* 1. 33.

(50) *Varios enim nummos, aereos etiam, eo regnante cusos inscriptiones testantur; quanquam novitatis studio ad Herodis ea tempora* Villalpan. *præeunte Fulvio Ursino, referat vide Tom. III. P. II. pag.* 396. *quo tamen nomine recte reprehenditur a Schickh. diss. de * Nummis Heb. de quibus, si chartæ angustiæ capiat, infra quædam subjungemus.*

(51) *Gen.* 22. 4.

(52) *Idem alias a Talmudicis vocatur Chanania, & Addua, cujus rei ratio ab autore, Jesod Olam, Abarbinele, reddita, repetitur in* Tzem Dav. *A. M.* 448. *Millenarii quarti. De hoc cap.* 1. אבות *Simeon justus fuit ex reliquis viris Synagogæ magnæ.* Tzem. Dav. *Primus fuit inter sapientes Mischnæ: Quæ de occursu ejus Alexandro facto & judæi narrant, & Samaritani, multis sunt suspecta. Vide* Not. Vorst. *ad Zem. Dav. pag.* 245. Confer tamen Hexaem. *p.* 167.

(53) 1. *Sam.* 25. Heidm. *Ossa ejus possedit, donec ab Arcadio Imperatore Thraciam transferentur. Benjam. pag.* 50. *Cum autem Christiani Rimla (i. e. Rama) Ismaelitis eripuissent, & Samuelis Ramathensis sepulchrum apud Judæorum Synagogam reperissent, eum e sepulchro suo desumtum Schilontem detulere, ubi magnum struxere templum, quod hactenus vocant sanctum Schemuelem Schiluntinum. Et postea: Tribus hinc parasangis Ramas (quæ eadem cum Rama) distat, ubi murorum inde a patrum nostrorum temporibus rudera, sicuti e lapidum inscriptionibus liquet.*

(54) *Civitas a Solis imagine denominata, quod ibi sepulchrum Josuæ, cui Solis imago insculpta, ob prælium, cap.* 10. *descriptum, ubi Sol substitisse memoratur.*

(55) *De hoc sepulchro Itiner.* Benjam. *pag.* 39. *In Diœcesi sua habent (Samaritani) sepulchrum Josephi justi, filii Jacobi, Patris nostri qui in pace quiescit, q. d. Jos.* 24. 32. *Tum ossa Josephi, quæ deportaverant filii Israelis ex Ægypto, sepeliverunt Sichemi. Arabes alium sepulturæ locum assignant. Vide Smeg. Orient. pag.* 379.

(56) *Contrarium asseritur in tabula* Chorograph. Jacob. Just. *sect.* 472. & Heidman. *cap.* 9. *sect.* 16. *Fuerunt, qui crederent, ita ratas illas (Davidis* 2. Sam. 2.) *imprecationes, ut nec pluvia montes hosce, neque ros irrigaret. Quam opinionem falsam esse confirmat Borchardus Monachus, qui mense Novembri, anno ch.* 1273. *in montibus hisce pernoctans, & rore perfusum se ait supra modum fuisse, & in festo Martini largissimis pluviis in eodem monte probe lotus,*

& ut

& ut ipse de scribit, ad carnem usque madefactus descendit.

(57) *Cujus mentio fit* Jos. 19. 35. *unde apud Talmudicos:* רקת זו צפורי ולמה נקרא שמה רקת משום דמדליא ברקתא דנהרא Rakath est zipporia. Et quare vocatur nomen ejus Rakkat? Ideo quia sita est in ripa flummis. *Megill. Eadem etiam urbs dicebatur* מעזיא Mœsia *Tiberiadis nomen obtinuit a Tiberio.* Joseph. Antiq. Judaici 18. c. 3. Herodes porro Tetrarcha receptus in summam amicitiam Tiberii, de ipsius nomine urbem a se conditam vocavit Tiberiada, electo ad hoc optimo agro Galileæ, in ora lacus Gennesarethici, unde non longe post Emmauntem vicum, sunt aquæ calidæ. *Iterum hic author noster dissentit ab aliis judæis, quibus Tiberias & Rakkath non sunt συνωνυμα.* Author. lib. Musar, ex *Talmudicis:* אמר ר' יוסי יהי חלקי עם מכניסי שבת בטבריא ובמוצאי שבת בצפור' Inquit R. Jose. sit pars mea cum ingredientibus Sabbathum in Tiberiade, & cum egredientibus a Sabbatho in Tzephore. *Interpres autoris lib. Musar:* Tiberias sita erat in valle, ita ut non conspiceretur ipsis amplius Sol, quasi dimidia hora ante occasum ejus; idcirco lucente adhuc Sole Sabathum inchoabant, & adjiciebant ad sanctum (*partem nempe diei communis*) Tzephore urbs sita erat in vertice montis, ut Solem adhuc conspicerent lucentem, dum aliis occideret, ideoque longius protrahebant Sabbathum quam alii, & adjiciebant de prophano ad sanctum, i. e. *partem diei sequentis ad Sabbathum. Vide Comment. Masoreth. Buxt. c.* 4. 5. Ligtf. Chor. *p.* 148.

(58) *Dicitur* 1. ים כנרת Num. 34. 11. 2. ים גינסר vel גינוסר *de quo Hebræi, quod sit* מקום קרוב לטבריא שיש בו גנות ופרדסים Locus Tiberiadi vicinus, in quo horti & Paradisi, *unde &* גינסר *quasi* גני סרים Horti Regum & *Principum: vel;* גנות סרים *Abamænitate & cultura.* כנרת *Vera nomen accepisse volunt a dulcedine fructuum. Codice Megill.* כנרת זו גנוסר ולמה נקרא שמה כנרת דמתיקו פירואה כקלא כנרי Kinnereth, ea est Ginser. Quare vocatur nomen ejus Kinneret? quia dulces sunt fructus ejus, ut dulcis sonus כינור *Citharæ. Maris autem nomen habet, quia sic, usitatissimo Hebraismo, vocantur lacus, ut alibi videbimus. Conser.* Hex. *p.* 104. & Ligtf. *Chor. pag.* 80. & 130.

(59) *Codic. Megill.* חמת זו טבריא ולמה נקרא שמה חמת על שם חמי טבריא Chammath est Tiberia. Quare vocatur nomen ejus *Chammat?* Propter thermas Tiberienses. *Vide Buxt. l. c.* 4. Ligtf. *p.* 134. 137.

(60) *De quo* Hist. Eccles. *sec.* 2. *sec.* 3. *Uxor vero ejus fuit filia Kalbaschabua, post quam duxit uxorem Turni Ruphi, vel Rufi impii, qui templum excidit.*

(61) *Totidem enim illi tribuuntur apud Talmudicos. Ib. Hanc etiam fabulam recitat* R. David Gans *in Zem. Dav. Soc. Secunda post exciduum; anno* 840. *Violenta autem interiit morte, cum audacissimi agyrtæ, Bar cocab, fascinatus adventu, nomen quoque illi dedisset.* Zem. Dav. R. *Akiba postquam vixerat* 120. *annis interfectus est annno* 52. *ab excidio templi: Atque hic fuit annus* 882. *Fuit autem unus ex interfectis decem a regno, atque fuit præcipuus. Vide Hist. Eccles. sec. II. p.* 69. 70. *Juchas. p.* 36. *Schalsch. Hakkabb. pag.* 28. 10. *deinc. ubi prolixe res ejus gestæ enarrantur.*

(62) *Qui fuit ex ordine Gemaristarum, seculo septimo viventium* Halic. Ol. *pag.* 20. *Magna polluit authoritate. Nam* רב אשי ורב ורב כהנא הלכה כגב כהנה dissidente Raf Asa & Raf Cahana, decisio fit secundum R. Cahana. *Ib. p.* 205.

(63) *Fuit* חכם המשנה Misnicus, *seculo decimo, cujus apud Scriptores Hebræorum frequens est mentio. Nomen habuit a* Justitia *seu* innocentia. *Præceptor fuit* R. Eliezaris, *cui tribuuntur capitula, & fuit ab Imperatore Tito inter præfectos Galileæ constitutus. De eodem referunt, quod omnia statuta, ritus legis, Traditiones & decreta Talmudis atque subtilitates Scribarum exactissime norit. Compendiose vita ejus describitur in* Tzem. Dav. *anno* 793. *Millen.* 4. Rabban Johannes, fil. Zaccai traditionem accepit ab Hillel & Schammai, atque juxta computum annorum exordium cepit schola ejus tempore R. Gamalielis senioris: Atque hic Gamaliel fuit Princeps (Synedrii) & Johannes Fil. Zaccai erat Caput Scholæ, fuitque hoc circa annum 793. postquam jam R. Johannes, fil. Zaccai 40. annis civilibus negotiis vacaverat, & 40. annis studiis operam dederat; atque præterea 40. annis docuerat Israelitas omnem sapientiam, resque judicaverat; anni enim vitæ ejus fuerant 120. sicut Mosis Magistri nostri, p. m. atque Hillelis. Et fuit tempore excidii, atque Imperator Vespasianus ejusque filius Titus benevolentiam erga illum exercuerunt: atque ab illo petiit scientiam, & catenas R. Gamalielis, ac medicos pro R. Zadoko. Quinque ejus discipuli præstantiores celebrantur, *cap.* 2. *Avoth. Et anno* 833. Hic factus fuit Princeps postquam interfectus esset R. Simeon fil. Gamalielis. Et hic ascendit post exciduum Hierosolymis jasnem, atque concinnavit ibi sepimenta vel determinationes ad Legem.

(64) Tzem. Dav. *anno* 964. Rambam, seu Raf excellens, Rabbenu Moses Fil. Maimon ascendit ad Deum in Ægypto die 22. Thebet *anno* 1516. contractuum, ut; scriptum est in lib. Meor Enajim *c.* 25. Atque hic fuit *annus* 964. Illustravit autem oculos captivitatis per 70. annos, minus 83. diebus, atque sepultus est in terra Israelis, & huc respicit author Juchasin, *pag.* 131. Sunt qui aliud tempus assignant, sed illud mihi non videtur fundamento niti propter rationes, quas nolo fusius prosequi. In libro autem Schalsch. Kabb. *pag.* 45. signum dat hujus anni: *Fletus seu Luctus Mosis*, ibique recenset, quod libros composuerit, & qui nam inter eos non reperiantur. *Vide* Hist. Eccles. *Sect. XII. pag.* 248.

(65) *Gemaricus fuit, eodemque, seculo statim primo, relatus ab auth.* Halic. Ol. *p.* 20.

(66) *Misnicus seculi* 13. *coætaneus Doctoris judæ, & aliorum. Halic. Ol. pag.* 20. & 27. ר' מאיר הוא ר' נהוראי שהיה מאיר ומזהיר פני חכמים בהלכה ושמו ר' נחמיה R. Meir est Rabbi Ne horæus, sic dictus, quod sapientum faciem ritibus illustraret. *Eidem in aggravanda lege fides adhibetur. Id. p.* 201. *vide plur.* Hist. Eccles. *Sec.* 11. *p.* 76.

(67) Tzem. David *anno* 4481. *vocabatur etiam* אחרים *Alii; in Gemara Ib.*

(68) *Duo autem hoc nomine veniunt, alter Samuelis discipulus, alter ejus præceptor, ut habet auth.* Halic. Ol. *pag.* 25. *De eodem pag.* 205. Dissidentibus Magistro Houna & Magistro Hasda, secundum Magistrum Hounam, quia præceptor Magistri Hasdæ fuit. *Id. p.* 215. 229. *Confer.* Hist. Eccles. sec. 3. *pag.* 132.

(69) *De quo* Hist. Eccles. sec. 2. *pag.* 75. Hal. Ol. *pag.* 20. *Aquibæ σύγχρονος.* Zem. Dav. *a.* 4840.

(70) *De hoc* Hist. Eccles. *sec. XII.* & Zem. Dav. *a. m.* 5970. & 6028.

(71) *Autor libri Zohar.* Ib. *p.* 77. Tzem. Dav. *anno m.* 881. R. Simeon, fil. Jochai, & filius ejus R. Eliezar, fuerunt per 12. annos in spelunca, quemadmodum extat in Cap. במה מדליקין *quo accendunt.* Hic exorsus est conficere librum Zohar, & discipuli ejus: post eum absolverunt: vocatur רשבי *i. e. absolute M. Simeon fil. Jochæi.*

(72) *Aharonis & Mosi mater: Tzippora vero fuit nuxus.*

(73) Δοσίθεος; *alius, dubio procul, ab eo, cujus meminimus in Thes. Phil. pag.* 46. *qui Samaritanus fuit.*

(74) *Idem ni fallor, cujus mentio* Halic. Ol. *pag.* 205. ר' יוחנן ור' ינאי הלכה כר' ינאי משום דרבו דר' יוחנן Dissentientibus R. Jochanam & R. Jannæo, decisio fit secundum Jannæum, quia Magister fuit R. Johannis.

(75) *Alius hic fuit a R. Meir, cognomento Nehoræo.*

(76) *De quo* Thes. Philol. *pag.* 482. *Arabum de hujus Propheta sepulchro traditionem referam hoc loco verbis* Abrah. Ecehell. *Hist. Arab. c.* 6. *p.* 173. *quam αὐτόπτης, ita exhibet.* Ex recentibus vetera sæpe discimus, & arguimus, siquidem quos conspicit nunc Arabum plebs, in urbis *Tiberiadis ruderibus, & ruinis lapideas statuas, firmissime asseverat*, esse perfidissimos quosdam Judæos in illas mutatos, ut non absque animi maxima voluptate sæpius ab illis audivi miraculi mirabilitatem mihi narrantibus. Oppidum nomine *Almenia* ad unum, aut alterum lapidem ab urbe nostra Tripolitana distitum est, ubi marmoreum quoddam monumentum triginta palmarum longitudinis laritudinis vero sex in quadam spelunca visitur, in quo *Osee Prophetæ* corpus conditum Mahometani perhibent, & diversæ marmoreæ tabulæ ab illis in-

scriptæ testantur. Inde non procul in adjacenti planitie ingens lapidum aspicientium oculis se offert multitudo, qui varias humani corporis referunt staturas. Fama est exercitum Syrorum prophetæ precibus in eos lapides fuisse conversum olim, & hactenus exhibere species, ad formas diversas, militesque ad amussim juxta varios ordines, equites sc. pedites, tubicines, cornicines, buccinatores, tympanistas, velites, peltatos, catafractos, hastatos, scutatos, fundibularios, ac id genus alios. Curiositate adductus aliquando eo convolavi rei certitudinem gravibus verbis asseverat monumenti Mahometanas auritus minister, propius videndi cupiditate compulsus, nulla interposita mora accedo, comperio saxa illa stantia informia ut reliqua, quæ ubi gentium occurrunt, quamobrem velocius tegressus, quasi decusus de ministro illo, ejusque fabula conquestus sum. Qui dedignatus ait: rem ita se olim habuisse, sed deformitas illa longissimi edacis temporis injuria contracta E. & A. puerorum, pastorumque insolentia illata. Ministrum illum auritum appellavi, (Res silentio haud prætereunda est) bigamus quippe erat, & uxorum una candida erat, Æthiopissa altera, in prioris amoris signum suspensum ex dextera aure habebat argentum annulum, duas pendentem uncias, ex altera vero aure ferreum totidem pendentem, in signum sui amoris erga Æthiopissam uxorem, qui circuli suo pondere infimas auriculas, sive lobos mento æquatunt, ut caprarum Syriacarum auribus non dissimiles videantur. Ego sane rem ipsam quod attinet, existimo fabulamenatum fuisse ex illius sepulchri, quod falso, Prophetæ esse creditur, vincinitate, ac iis speciebus, quæ inde aspicientium oculis repræsentantur, atque forte etiam historiæ Elisæi Prophetæ, quæ habetur *Reg. 4. cap. 6.* nonnihil esse hic immixtum, ac facti, personæ, & loci mutata conditione conflatum hoc commentum. Patrum nostrorum communis sententia est, monumentum illud esse Osee filii Ela regis Israel. Sunt etiam, qui arbitrantur esse Josuæ filii Nun, qui & Osee dictus est; Sed contra hanc opinionem militat Judæorum traditio. *Hæc ex occasione dicta sufficiant, nunc ad rem nostram. In Epistola etiam quadam Hierosolymis ad* הארי, *id est, quod Celeb.* Buxtorfius *noster conjecit, Isaacum Abarbenelem, mentio fit ejusdem sepulchri Hoseæ* בנוי כמו כיפה אחר גדלה בנייך מפואר super quod extructus cippus magnus structura elegantissima; *in quam orantes, ingrediuntur; vel* לתוך חמערה in speluncam *Abba Schaul; aut coram sepulchro* יהודה בר אלעאי Jehuda, fil. Elai, *qui omnes dicuntur sepulti* סמוך לעיר prope urbem Sanctam. *Item in* כפר עכביא *sepulti dicuntur* אביי ורבא Avai & Rabba; *nec procul inde Benjah. fil. Hojadæ. Traduntque cum vel ibi, vel vicinis locis preces concipiantur, animas defunctorum illorum sanctorum Patrum, Prophetarum, Tannæorum, & aliorum innumerorum, quorum sepulchra, ob defectum* ציונים *cipporum, sunt ignota, per lumen quoddam apparere, & secum loqui.*

(77) *Fuit hoc nomen judæis, eorumque Antistitibus valde familiare. Erat Simeon fil. Mattathiæ, Chasmonæi. 2. R. Simeon, fil. Jochai, de quo supra. 3. Simeon justus, Pontifex maximus. 4. Simeon Schitea Sacerdos. 5. Simeon Rabban, fil. Gamalielis Senioris, Principis. 6. Simeon II. Rabban, Princeps Israelis, interfectus in urbis exilio. 7. Simeon III. Princeps. 8. Simeon IV. Princeps.*

(78) *Jose i. e.* Joseph, *quod etiam nomen in Talmudistarum Catalogo frequens est.* Hal. Ol. *pag.* 20. *Inter Misnicos seculi* 13. Rabbi Meir, Rabbi Jehuda, R. Jose, R. Simeon. *Et seculo* 3. Jose filius Joezeri Tzeradensis, & Jose filius Johannis Hierosolymitæ. *Prioris illius magna fuit autoritas. Unde Hal. Ol. pag.* 200. רבי יהודה ור' יוסי הלכה כרבי יוסי ואין ע"ל ר"מ ור' יוסי שהלכה כרבי יוסי והשתא במקום ר' יהודה ליתיה במקום ר' יוסי מבעיא. Dissentientibus Doctore Juda, & Jose, statuitur secundum D. Josen. Neque necesse est addere, Doctore Meir. & D. Jose dissidentibus, secundum D. Josen statui, etenim cum jam D. Judæ locum obtinere nequeat, num de loco Doct. Josis quæritur? *Et p.* 201. Summa sermonis est, potius secundum D. Josen statui, quam ejus socium; non vero ejus socios: ideoque constitutio secundum Doct. Josen definitur, quia ejus observatio pro ipso facit, id est, ratio ejus ab ipso stat.

(79) *Pietatis nomine fuit celebris* Halic. Ol. *p.* 25. כל מעשה בחסיד אחד הוא רבי יהודה בר אלעאי Quoties occurrit; exemplum habemus in sancto quodam, R. Jehuda, fil. Elai intelligitur Ib. רבי יהודה סתם הוא יהודה בן אלעאי Rabbi Juda absolute sumtus est Jehuda, fil. Elai. *Zem. Dav. a. M.* 4881.

(80) *Misnicus fuit.* Hal. Ol. *pag.* 19. הדור הרביעי יוחנן בן מתתיה יהושע בן פרחיה ונתאי הארבלי. Seculo quarto Johanne, fil. Matthæi, Jehoschua, fil. Perachiæ, Nathæus Arbelita. *Vide* Zem. Dav. *a M.* 56. *mille* 3.

(81) *De quo* Hist. Eccles. *sec. XIII. p.* 539.

(82) *De hoc Jechiele, ejus sanctitate, posteritatis in Judaismo perseverantia, aliisque encomiis, prolixi sunt judæi. Dedimus quædam* Hist. Eccles. *Sec. XIII. pag.* 533. & 543.

(83) *Gemaricus fuit Doctor septimæ ætatis.* Hal. Ol. *p.* 20.

(84) *Itidem Gemaricus, cujus ætate septima, coætanei erant R. Cahana Rafram, fil. Papæ, item Amimar & Mar Zoutra, & Raf Ina.* Hal. Ol. *pag.* 18. ועשה רב אשי מהגמרא שתי נוסחאות מהדורה קמא ומהדורא בתרא אחת ארוכה ואחרת קצרה כדרך כל מחבר שמחבר וחוזר ומתקן חבורו ומאריכו ומקצרו ונחתם הגמרא: Raf Ase duo exemplaria composuit, κυκλοπαιδίαν priorem & posteriorem: unam prolixam, alteram brevem: sequutus autores, qui compositos a se libros recensere solent emendando, addendo, vel detrahendo.

(85) *De quo insigne encomium apud Talmudicos: Ex quo mortuus est Jose, fil. Joezaris, & Jose, fil. Jochananis* בטלו אשכולות cessarunt botri, *i. e. non erant spes reliqua perfectorum fructuum, virorum scil. in quibus virtutum divinarum, cognitionis Legis divinæ ac solidioris doctrinæ esset maturitas. Appellarunt enim* אשכל botrum, איש שהכל בו Virum, in quo omnia sunt, *nempe* תורה ויראה וענוה Lex, pietas, & mansuetudo.

(86) *Refertur inter antiquissimos Misnicos, qui ante Christum seculo 5. vixerunt. Quidam* Hunai circularem *vertunt; alii* Onjam Mahgal. *Fit ejus mentio* Hal. Ol. *pag.* 19. Zem. Dav. *sub finem a. M.* 4621. *De eo quædam fabulantur, quæ septem Dormientium accedere videntur narrationi.*

(87) *De cujus* μακροβίᾳ, *& Prophetico spiritu plura judæi commemorant, quam ex Paraphrasi ejus colligere liceat. Vide quæ* Vorst. *habet ad Zem. Dav. pag.* 281. *Ribera ipsum inferiorem facit Hieronymi ætate. Confer* Thesaur. Philol. *pag.* 259. Fascic. Disp. *pag.* 93.

(88) Zem. Dav. *R. Eliezar Amodiæus is fuit, quem Rex Cosiba interfecit Bitheræ, eo quod adversus illum calumniati erant, & dixerunt, quod vellet pacem inire cum Adriano Imperatore, uti scriptum in juchasin, pag.* 32.

(89) *Est, hoc nomen* ἔγγραφον, *latius, quam* נפש *Rabbinorum.* ציון *enim* quodlibet signum *sepulchro additum denotat:* נפש *proprie* Cippum *eidem impositum. Ita* Tanchumius נפש *explicat;* البناية التى تبنى علي قبر من فوق كي يعلم انه قبر ويبعد عنها عنه Ædificium extructum super sepulchrum, quo dignoscatur sepulchrum esse, atque ab eo longius recedatur, ציון *autem* حاجز كالسور يبنا حول المقابر ليلا تدوسها عبار الطريق Septum instar muri circa sepulchreta extructum, ne ea conculcent, qui perviam transeunt. *Vide* Poc. *Not. Miscell. ad Port. Mos. p.* 75. 77.

(90) *De quo* Thes. Philol. *pag.* 42. *Misnicus seculi septimi* Hal. Ol. *pag.* 19. *Exempla dissidiorum inter discipulos Hillelis & Schammai occurrunt, Ib. p.* 202. *ubi tamen, sex exceptis casibus, semper decisio defertur Hilleli. Ita enim idem author, pag.* 228. ב"ש וב"ה הלכה כבית הלל חוץ משש שאמרו חכמים לא כדברי זה ולא כדברי זה וג' שהלכה כדברי ב"ש Dissidente familia Schammai a familia Hillelis, constitutio sequitur familiam Hillelis: sex rebus exceptis, de quibus ajunt sapientes, nec secundum hujus, nec secundum illius verba, aliisque tribus, ubi constitutio familiam Schammai sequitur. *De studiis, genealogia, munere, &c. Vide* Zem. Dav. *a. M.* 724. *Not.* Vorst. *pag.* 208.

(91) *Thes.*

(91) *Thes. Philol. pag.* 43.
(92) *Confer Hist. Eccles. sec. II. pag.* 77.
(93) *Ibid. sec. II. pag.* 75.
(94) *Misnici celebres* Halic. Ol. *pag.* 19. Zem. Dav. *ann.* 722. *utrumque observat fuisse proselytum justitiæ ex nepotibus Senacherib. De discrimine Proselytorum & advenarum. Vide* Thes. Philol. *pag.* 16.
(95) *Ita Talud in* Erubh. Jebham. Gittin. Becoroth. משנת ר׳ אלעזר בן יעקב קב ונקי Traditio Eliezaris, filii Jacobi, est cabus, isque purus. *Elegans sententia, quæ significant, doctrinam ejus, sive sententias, raras quidem esse, sed solidas & authenticas. Unde proverbialis locutio* קב ונקי modicum & bonum. *Vide Hal. Ol. pag.* 201. 228.
(96) *De quo Talmudici in* Taan. & Sanhed. אמאי קרו ליה נחום איש גם זו דכל מילתא דהוה סלקא ליה אמר גם זו לטובה: Quare vocarunt ipsum Nachum, virum Gamsu; Propterea, quod ad omnia, quæ ipsi acciderunt, diceret, גם זו etiam hoc cedet in bonum.
(97) *Nugæ! Quid Rubeni, aut Jeroboami filio cum Roma; longe post illius tempora condita? Hujus vero origo nata videtur ex ficto Synchronismo ædificatæ Romæ, & extructorum a Jeroboamo in Bethel & Dan vitulorum. Unde in* Massec. Schabb. אותו היום שהכניס ירבעם שני עגלי זהב אחד בביתאל ואחד בדן נבנה צריף אחד וזהו איטליא של יון: Eo die quo introduxit Jeroboam duos vitulos, unum quidem in Dan, alterum in Bethel, ædificatum fuit tugurium quoddam, quod est Italia Græciæ, *i. e. Roma. Alibi tamen in Sanhed.* בשעת שנשא שלמה את בת פרעה ירד גבריאל ונעץ קנה בים והעלת שירטון ועליו נבנה כרך גדול שברומי: Ea hora, qua Solomon duxit filiam Pharaonis, descendit Gabriel, & fixit calamum in mare, qui ascendere fecit vel attraxit cœnum, & in eo ædificata est civitas magna, quæ est Roma.
(98) R. Bechai *in Cad Hakem.* כן המצא למושיע האחרון שיגלה במהרה בימינו שהוא עתיד לצאת מתוך מטרופלין של רומי ומחריבה: Sic invenies de Salvarore postremo, qui egressurus est ex metropoli Roma, & vastaturus est eam. Author צרור המור *aperte aliquoties*: בחרבן רומא מיד תהיה גאולתנו In vastatione Romæ illico erit redemtio nostra.
(99) *Vide Hist. Eccles. Sec. II. pag.* 77.
(100) *Paulo aliter R.* Benjam. *in Itiner. pag.* 52. משם שלשה פרסאות לשיפוריה היא צפורי ושם קברו של רבינו הקדוש ורבי חייא שעלה מבבל ויונה בן אמתי הנביא והם קבורים בהר ויש שם קברים הרבה: Hinc tribus parasangis Sipuriam veni, quæ Tzipori dicebatur olim: Ubi sepulchrum est Judæ Rabbini nostri sancti, & D. Hijæ, qui e Babylonia venerat, nec non Prophetæ Jonæ, fil. Amitthai; qui omnes sunt sepulti in monte. Sunt & alia ibi sepulchra multa.
(101) *Jacob. Just. Geogr. Terræ Sanct. S.* 1166. קבר הבקוק Sepulchrum Habacuc *Prophetæ, filii Samanitæ, quem Propheta Elisæus a morte suscitavit. Hujus traditionis conjecturas quidam quærunt in ipsa nominis Etymologia. Vide* Vorst. *ad Zem. David. pag.* 242.
(102) *Benjam. ejus ostendit Synagogam, pag.* 62. Aschuræ tres Synagogæ visuntur, Obadiæ, Jonæ fil. Amithai, & Nahumi Elkoschæi.
(103) *Hamdanæ* לפני כנסת אחת קבורים מרדכי ואסתר ante Synagogam quondam humati sunt Mardochai & Esther: *Benjam. pag.* 96.
(104) *In Benjam. p.* 96. *dicitur* שיפאז *Persiæ Metropolis.*
(105) *Misnicus insignis seculi undecimi*, Hal. Ol. *pag.* 29. *Quoties absolute in Talmude Eliezaris ponitur nomen, hic noster intelligitur.* Ib. *pag.* 27. Hist. Eccl. *sæc.* 11. *pag.* 74.
(106) *De cujus autoritate diximus* Histor. Eccles. *sec.* 11. *pag.* 75.
(107) *Refertur a quibusdam inter* הרוגי מלכות cisos regni; *Hist. Eccles. sec.* 11. *pag.* 76.
(108) *Pleniorem descriptionem urbis vide* Gab. Sionit. *de ura. & Morib. cap.* 4. Georg. Nub. Jacob. Just. *Geog. terræ Sanct. S.* 422. Benjam. *Itiner. pag.* 54. 55. *Duplicem quidam statuunt Damascum, alteram Syriæ, alteram juxta Hebronem, vide* Cornel. a Lapid. *Gen.* 4. *vers.* 10. *& cap.* 15. *vers.* 2.
(109) *De ubertate loci, videantur* Benjam. *&* Sionit. *loc. cit.*

(110) *Iterum ab authore nostro redit* R. Benjamin. *Itiner. pag.* 85. Hinc iterum diebus quinque Botzram, in qua ad Tigris ripam sita duo ferme Israelitarum millia, quorum plurimi sapientiæ studiosi ac divites. Unde bidui iter est, ad Samarum flumen regni Persiæ initium, ubi mille ferme & quingenti judæi & sepulchrum Esræ scribæ ac sacerdotis, qui Hierosolymis ad Artaxerxem Regem profectus, ibi diem obiit.
(111) *Benjam. pag.* 61. *vocat* עיר גדולה urbem magnam; *& Geograph. Not. pag.* 201. *tradit, multos ibi reperiri scorpios.*
(112) *Misnicus ibidem.* Hal. Ol. *pag.* 19. *Vide* Hist. Eccles. *sec. II. pag.* 75.
(113) *Forte legendum* سيذبا لاعوام Dominus annorum *i. e. longævus. Vide* Hist. Eccles. *loc. cit. Dicitur fuisse ex illis, quos Ezechiel a mortuis suscitavit;* Zem. David. *a. M.* 5833.
(114) *Vide* Jacob. Just. *S.* 481. *Heidman. Palæst. cap.* 6. *S.* 108.
(115) *Bujus etiam meminit* Benjam. *Itin. pag.* 119.
(116) *Quomodo vero hæc subsistunt, cum iis quæ habet* Benjam. *Itiner. pag.* 96. *ubi idem tribuit sepulchrum Mardochæo & Esthera. Vide lit. G.*
(117) *Tempore* Benjamin *hujus sepulturæ alia, olim si fabulator, sit adhibenda fides, fuit facies. Ita enim, pag.* 86. Tigridis flumen Civitatem secat in partes duas, quos de pons interjacet. Ab hac parte, ubi judæi habitant, fora sunt & commercia omnia, adeoque omnes divites commorantur; ab altra vero parte pauperes, quia nulla fora aut commercia habent, nec hortis aut pomariis instructi sunt. Atque hinc tandem, concepta invidia, ita secum statuebant, omnes has divitias totumque splendorem illis nonnisi ex eo provenire, quod beatum Danielem Prophetam penes se haberent sepultum; quapropter ut in medio sui Danielem sepelire liceret, petierunt. Sed alteri id ipsis non permisere, nec permittere voluere; sed diu inter se gessere bella: donec tandem inter defessos hac conditione transactum fuit, ut Danielis loculus, alternatim locum mutaret, & hoc anno ab hac fluminis parte, altero ab altera esset. Promissa ergo fecerunt & utrique ab utraque parte conventis steterunt, donec eo tempore quidam accederet Seniger Schah, fil. Schah, qui in omnes Persidis Reges, nempe 45. qui ejus Imperio parent; Arabice سلطان الفرس الكبير *Magnus Persarum Princeps, dicitur;* Imperium habet. Cum igitur Imperator iste magnus Senigar, Rex Persidis huc venisset, atque Danielis loculum de loco in locum volutari observaret, & judæos ac Ismaelitas, confertumque populum per pontem una incedere, quid rei esset, rogavit, & postquam ipsi omnia ista enarrassent, indecens esse pronunciavit, ut Daniel ita contemtui haberetur; sed dimetiemini, inquit, spatium utrinque æquale, & Danielis loculum vitreo conditorio imponetis, quod de ponte ferreis catenis suspendetis in medio. Præcepit etiam, ut eodem loco magnam quandam Synagogæ structuram ædificarent, quibusvis e toto orbe accedentibus, ut cuicumque collibitum esset, eam ingressus preces funderet, sive judæus, sive peregrinus. Ad hanc usque diem Danielis loculus e ponte dependet. *Quod vero hic noster cum sepulchro Danielis conjungit sepulchra Ananiæ; Misaelis & Azariæ, illud a calculo Benjam. longe recedit.*
(118) *Idem habet* Benjamin, *Itiner. pag.* 89.
(119) *Magnifica est & splendida hæc structura, cujus forte typum, cum cæteris, infra exhibebimus. Haud obscure probant veritatem dicti Servatoris*, Luc. 11. vers. 37. *Væ vobis, qui extruitis τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν*, &c. *Ejusdem sepulchri descriptio etiam extat in* Benjam. *Itiner. pag.* 79. Super Ezechielis sepulchro die nocteque ardet lampas inde ab eo tempore, quo eam ipse accendit, & hactenus ellychnia identidem mutant, oleumque addunt, qui eum secuti sunt. Ibidem sancta quædam magnaque domus libris plena, ubi etiam cum e prima, tum e secunda Æde libri servantur & quicunque liberis carent, illic libros suos consecrant. Judæi etiam, qui eo ad preces e Persia & Media conveniunt, pro se regionum istarum incolis vota ad Ezechielis Prophetæ Synagogam deferunt. Quia etiam magnatum inter Muham-

hammedanos filii eo ad precandum veniunt, ob ardentem beati Ezechielis Prophetæ amorem, locumque vocant Habitaculum amœnum; eo omnes Arabes ad preces congregantur. *Quæ de apparatu Bibliothecæ commemorat, tam videntur verisimilia; quam illud, cujus supra meminit de Ezechielis autographo.* Ibi, *inquit*, productum magnum librum, quem Ezechiel Propheta sua scripsit manu, legunt expiationis die.

(120) *Millenarii sexti, i. e. a. Ch. 1637. Ita etiam sup. pag. 35. legendum.*

(121) *Idem Author est Tabulæ Hemerologicæ, sive Calendarii judaici, forma patenti editi, cujus mihi copia eo ipso tempore, quo cippos istos Francofurto attuli, facta primum est ab integerrimo viro D. M. Sebastiano Ramspeckio, Collega honorando. Quid ipsi de hoc sibi polliceantur & scripto, judæi & scriptore, ex præfatione manifestum est: Eam propterea inseram, quia illustriores Judæorum Epochas ordine recenset.*
הדור אתם ראו הביא לנו איש עברי חכם עריף מנביא
ה״ה האלוף מהרר אורי בר שמעון זצ״ל מבילא משכנו
בארץ הקדושה בק״ק צפת תובב בלוח זה מועט החזיק
את המרופה בו היקר ותקן קביעות חדשים ומועדים
ועבורי השנים ועל שפתו תקופות רב אדא ושמואל
הירח בהתחדשו ומולדו ופרשיות וצומות והפסקות
למשך זמן ארבעים שנה אפריין נמטיה אל האלוף
הנזכר מאחרי ראסור לעבר את השנים ולקבוע חדשים
ומועדים בחוצה לארץ כמאמרם ז״ל על פסוק כי מציון
תצא תורה זיכה את הרבים וקבע את החדשים ועיבר
השנים בארץ ישראל על כן אחינו אנשי הגולה חזקו
חזקו ויאמץ לבבכם לסמוך עליו כי חזקת חבר אין
יוצא מתחת ידו דבר בלתי מתוקן ובפרט חחכם הלזה
אשר הוא בקי במלאכה הזאת ואף גם זאת שהוגה
עליו החכם הר״ר מנדליין פורט הכהן יצ״ו אשר בעיונם
הרב פעם אחר פעם יצא הדבר מתוקן כיד ה׳ הטובה
עליהם ובכן את המן הזה תאכלו ארבעים שנה או עד
בואנו אל ארץ נושבת אז תוחזר עטרה ליושנה לקדש
על פי הראיה ויקוים בנו יעוד קומי אורי כי בא אורך
וכבוד ה׳ עליך יזרח אמן: שנת חמשת אלפים ושלש
מאות ושלשים וחמשה לבריאת עולם היא שנת חמש
עשרה למחזור הגדול לחמה והיא שנת שלשה אלפים
תר״עט למבול ג׳ אלפים ש״לט לפלגה ג׳ אלפים שפ״ז
ללידת אברהם אבינו ב׳ אלפים תת״קסז ללידת משה
רבינו ע״ה ב׳ אלפים תתפ״ו ליציאת מצרים ב׳ אלפים
תת״מז לכניסת ישראל לארץ ב׳ אלפים חז לבנין בי״ת
ראשון אלף תת״קצו לחורבנו אלף תתקסז לבנין בית
שני אלף תת״פז לשטרות וחתימות זון אלף תש״יב
למלכות חשמונאים אלף תקעה למניין הרומיים מונאר
אלף תקז לחורבן בית שני שפ״ז לחתימת המשנה אלף
קמט לפטירת רב אשי סוף האמוראים אלף ש״ב
לקוסטנטינו אלף קו לחתימת תלמוד ירושלמי אלף ע
לחתימת תלמוד בבלי תתקפב למנין הישמעאלים
והתחלת מנינה מחדש מחרם שצט לחתימת הוד
לה״רמבם ק״פ לגלות צרפת פ״ג לגלות ספרד עה לגלות
פורטגאל והיא לשנה ראשונה לשמיטה לדעת הרמבם
ז״ל והגאונים ומנהג בני ישראל: *Videte, o generatio! Attulit nobis vir Hebræus; sapiens (qui præstantior est Propheta: est locutio Hebræorum proverbialis,) Vir excellens, Dux, Doctor & Magister noster, Rabbi Uri, fil. Schimeonis: memoria justi sit in benedictione; Beelensis, cujus habitatio fuit in Terra sancta, in Cœtu sancto decori ornamenti ejus (Periphrasis est usitata* Hierosolymorum; *) quæ ut cito restaurentur, optamus, tabulam hanc parvam, qua comprehendit multa. In hac autem investigavit & constituit terminos mensium & festorum; Intercalationes annorum; & ad latus ejus revolutiones Raf Adæ, & Samuelis: Lunam cum renovatione & generatione ejus, Paraschas item, & jejunia, atque Pausas, per spatium temporis* 40. *annorum. Velum autem sive aulæum afferimus Doctori memorato, quod postquam prohibitum esset intercalare annos, & defigere menses atque dies festos extra terram, prout dicunt Rabbini; ad explicationem loci;* E Zione prodibit Lex; *multis autor fuit, ut commode haberent, constituendo menses, & intercalando annos in terra Israelis. Proinde etiam, o fratres nostri, qui in exilio degitis, fortes estote, & roboretur cor vestrum, ut illi innitamini; quia de autore præsumitur, quod nihil e potestate ejus excat, nisi bene constitutum illud sit; cum primis de hoc sapiente, qui in hac arte excellens est: cui & hoc accedit, quod correcta sit* (tabula hæc) *manu sapientis Magistri nostri, Magistri Mendlen Port, sacerdotis, cujus Deus rupes sit & Redemtor; quorum accurato studio successive hæc prodierunt emendate, secundum manum Domini bonam in eos (i. e. pro viribus a Deo illis concessis) Hoc autem Manna fruamini per quadraginta annos, aut usque dum veneritis in terram habitatam; tunc restituetur corona pristino nitori, ut sanctificemus (mensem) ad præstitutum apparitionis, & stabilietur in nobis promissio:* Surge lux mea, quia venit lux tua, *atque gloria Dei super te orietur, Amen. Annus* 5335. *creationis mundi, est annus* 15. *Cycli magni Solis, estque decimus quintus Cycli parvi Lunæ, qui est* 3673. *a diluvio;* 3339. *a divisione Linguarum:* 3387. *a nativitate Abrahami patris nostri:* 2967. *nativitatis Mosis, Magistri nostri, super quo pax.* 2886. *egressus ex Ægypto,* 2847. *ingressus Israelitarum in terram:* 2407. *ab extructo templo primo:* 1937. *a devastatione ejus;* 1967. *ab ædificato templo secundo:* 1887. *ab æra contractuum, & obsignatione visus:* 1712. *a regno Hasmonæorum:* 1575. *a numero Romanorum minori:* 1507. *a devastatione Ædis secundæ,* 387. *ab obsignata Mischna:* 1149. *ab obitu Raf Ase, Amoræorum ultimi* 1302. *a Constantino:* 1106. *ab absoluto Talmude Hierosolymitano:* 1070. *ab absoluto Talmude Babylonico.* 982. *ab æra Ismaelitarum; estque initium numerandi apud eos a mense Muharram,* 399. *ab absoluto Jad, R. Mosche, ben Maimon.* 180. *ab exilio Zorphat i. e. Galliæ.* 83. *ab Exilio Sepharad, i. e. Hispaniæ,* 75. *ab exilio Portugalliæ, qui erat annus primus dimissionis, juxta sententiam Rambam, p. m. & Geonæorum, & consuetudinis filiorum Israel.*





MICH. HENRICI REINHARDI
DISSERTATIO
DE
SACCO ET CINERE.

PRæsens, quam ecclesia Romana vocat & celebrat, quadragesima, de jejuniis quædam meditari ansam dedit, sed latior ibi campus aperiebatur, quam ut angusto isto lege concessarum paginarum spatio posset includi; quare vel in minimo tantum eo pertinenti ritu fuit acquiescendum. Sacci erunt cineresque, quos ex abstrusa Hebrææ antiquitatis abysso, pro virium quidem tenuitate denegataque sufficienti subsidiorum copia, producemus. Solita certe, at inde minus adhuc, quantum constat, explicata Judaicæ pœnitentiæ signa, quæ si intellexeris, sponte sua multa inaccessa alias in sacro codice difficultates cadent. Faxit autem optimum Numen, ut hæc quoque δύο λεπτὰ ex animi saltem nostri voluntate ipsi placeant, cœtera, sperantes bene, curæ ter-sanctæ commendamus.

I. Jejuniorum litasse victimam non Hebræam tantum gentem, sed alias quoque, rarius forte, orientis & occidentis nationes, profani testantur hinc inde scriptores. *Ferias esuriales* memorat *Plautus*; & Romanos *Cereri jejunium quinto quoque anno servandum instituisse*, *Livio lib.* 36. *cap.* 37. credimus: Neque primum id fuisse existimandum est, dum ad ipsius *Numæ Pompilii* ætatem rediit *Ovidius fast.* Quin ipsa monumenta diviniora *Jon.* 3. 5. Ninivitas cum rege suo jejunio supplices inducunt. Licet enim de tempore illius historiæ nihil certi affirmari posse statuamus, summis hic viris, *Scaligero anim. ad Euseb. Petavio de doctr. temp.* 9. 86. *Grotio in Jon. aliisque* sua singulis judicia relinquentes; vera tamen est, & quod nos tantum quærimus, hominum non Judæorum edocet religionem. At mores, habitus & gestus pro regionum, temporum ac personarum varietate aliis aliisque alios quoque fuisse usurpatos, ultro largimur, & omnino videtur genti Hebreæ sacci vestimentum cinerumque usus ceu ritus plane proprius assignandus: Romanorum quippe toga pulla *Cicero in Vaticinium*, & quæ ex *Homero Il.* x. & Σ. *Odyss.* Ω. docetur cinerum conspersio, luctum tantum referebat *Gejer. de luctu Hebr. cap.* 9. §. 3. & vix ac ne vix quidem, utrumque ab extera gente ita conjunctum legas usurpatum.

II. Judæis vero דבר זה מדברי התשובה הוא consuetudo illa magis pœnitentiæ quoddam signum erat *Maimon. de jejun. cap.* 1. §. 2. Et licet in afflictionibus po-

potiſſimum atque anguſtiis conſtituti jejunium indicerent, factum tamen ideo id *Maimonides l. c.* aſſerit ut ידעו הכל שבגלל מעשיהם הרעים הורע להן ſinguli cognoſcerent, malum hoc ob pravas actiones ſuas ſeſe perpeti וזה הוא שינקום להם להסיר הצרה מעליהם ipſumque adeo jejunium doceat iſtos, vera nunc pœnitentia calamitatem tantam evitare. Quod ſi cui adhuc dubium fuerit, adeat ille כל עבירה ועבילה ענייני רצער לפי canones, quos vocant, pœnitentiales, *ap. Voiſ. in obſerv. ad R. Martini pug. fid. part. 3. diſt. 3. cap. 8. ex Reſchit. Chochma.* ubi ſuæ ſingulis peccatis pœnæ, aut potius pœnitentiæ gradus præſcribuntur: Jejunium certe vel in minimis imperatur, & veluti caput pœnitentiæ ubique ponitur. Dicuntur tamen etiam lugentes cinere nonnunquam deformati, cilicioque hoc induti, unde publicam calamitatem non raro appellari luctum, aut cum eo comparari videas, ad quod probandum nunc ſufficiat locus *Amoſi cap.* 8. 10. & ejus commentator *Kimchius in h. l. conf. Jarch. & Aben Eſra ib.* אשים הארע לאבל גדול כאב המתפלל על בנו יחידו שדוא אבל גדול לווכן יתאבל יושבי הארץ אבל כבד מאד immittam terræ luctum ingentem, ac ſi pater unicum lugeret filium, quippe qui luctus omnino gravis eſt. Atque ſic ſatis magno luctu afficientur incolæ terræ.

III. Saccus ille ſermone ſacro appellatur שק, quæ vox *Leuſdenio Jon. illuſtr. ad cap.* 3. & *Calepino ad voc. ſaccus; mutata tantum terminatione, in omnibus linguis*, quotquot illi quidem obſervarunt, *ex prima confuſione permanſit*. Quid vero fuerit apud Hebræos ſaccus iſte pervulgatus interpretes noſtri difficulter admodum determinant, & rectibus forte, quam ſi cum aliis rem definiendo impegiſſent in hiſtoriam. Rectius, inquam, cum *Luthero gloſs. margin. in* 1. *Reg.* 21. 27. *conf. ad* 1. *Par.* 21. 16. & Eſ. 20. 2. & *Vinarienſibus Dan.* 9. 3. *Eſth.* 4. 1. *Neb.* 1. 4. *Jon.* 3. 8. *Judith.* 4. 9. *cap.* 8. 6. nomines betrübte geringe Buß-und Trauer-Kleider/ ut *opponas* adeo cum ſummo *Chemnitio* Exam. conc. Trid. part. 4. p. m. 750. *ſaccum indumentis mollioribus, elegantioribus, ſplendidioribus & laxioribus, qui ſignificet veſtes viliores, puriores, craſſiores, ſordidiores & ſtrictiores, quales in illis regionibus in luctu uſurpantur;* quam ſi cum *Schindlero lexic. Pentagl. in rad.* שקק deſcribas *veſtem laneam aut cannabideam, quam quis induit ſuper carnem ſuam,* qui tamen & ipſe ſibi non ſatis conſtat, dum paucis ante ſignificare dicit, *textum e pilis hircorum & caprarum tonſibus*. Vulgo quidem, ſi *Martinio lexic. Philol. in Saccus* credimus, שק proprie eſſe putatur *textura ex villis hircinis, quod cilicium vocatur. Plurimum autem uſurpatur pro veſte vili, denſa & dura, inſtar ſacci, qua ſe in luctu, in pœnitentia, ſupplicatione, aut ſervitute circumcingebant, aut etiam operiebant. Etiam metaphorice ponitur pro lugubri habitu.* Sed conjectura fuit, & veſtis non tantum metaphorica verum plane ficta. Hiſtoriam ſequor, & ſaccos ſubinde veros proprioſque reperio accinctos, aut tegumentum, ſaltem craſſum non conſutum, cum indueretur, non lintea iſta, quæ forte noſtris comparabis, ſed qualia tum fide *Maimonidis* de vaſis cap. 1. §. 12. *ex pilis caprarum, camelorum, equorum, aut etiam vacarum contexuere*, aut quæ עשויים משער קשה ex craſſis pilis erant confecta *Ralbag. in* 1. *Reg.* 21. 27. Id largior *Caſaubono, Exerc.* 13. *num.* 6. *ex ſacra pagina demonſtrari non poſſe, ſaccum fuiſſe veſtem villis hircorum & caprarum contextam*, an autem hac vel alio quodam extantiori monumento non contradicente, Judæorum maximorum certe conſentiens autoritas in ſuæ gentis hiſtoria argumentum non ſatis firmum ſuppeditet, mihi non perſuadebit. Magis forſan aſſentietur *Caſſiodoro in Pſ.* 34. qui ſaccum hunc, aut veluti vocat, *cilicium fieri docet, ex hædis aſperum ſetigerumque tegumentum;* dum imprimis hodienum in oriente veſtimenta ex hujuſmodi pilis parari refet *Rauwolffius*, ein grob Gewürct/ Meska auf ihre Sprach genennet/ zc. meiſtentheils von Geiſſen/ etwan auch von Eſels. Haaren gewürcket zc. dieſes errinnert mich anderer ſchlechten geringen Kleidungen/ welche die Alten/ fürnehml. aber die Iſraelitter/ wenn ſie ihre verſtorbene Bluts-Freunde etwa beklagen/ oder wiederumb mit bereutem Herken ſich von ihren böſen Wegen bekehren wolten/ vilegten anzuthun. Et hæc cilicia a Pontificis Dd. vel ideo prolixe explicata ſunt ac defenſa, ut obſervante *D. Geierus* de luct. Hebr. cap. 9. *illinc ſua monachorum eliciant cilicia; licet ipſi ſæpe dubitent, utrum ſermo ſit de tali cilicio, an de viliori ſacco, qui totum ambiret corpus, etiam ſupera veſtes atias, carni ipſi non immediate ad eam compungendam applicatus* Lorin. in Pſ. 34.

IV. Interpres *latinus*, quive hunc ſequuntur, *ſaccum & cilicium* vertere ſolet, quia, ut *Chemnitius Exam. Conc. Trid. l. c.* loquitur, *ex pilis, vel ex craſſiori lino conficiebantur*. De pilis certa res eſt, ut ipſi jam adſtruximus, neque linteum quid nomine iſto ſatis bene appellabis. Deducunt autem hæc cilicia ex Arabia, ubi ſic nuncupentur velamina pilis

pilis caprarum contexta, ex quibus sibi tentoria faciant, quod forte a קלק ea nominare nonnullis ansam dedit. Notat radix apud Arabes *conturbare*, *concitare*, vel *concutere*, quod sic ad castra & in mari consurgentes ventos foret applicandum ubi maximus erat ciliciorum usus. Chaldæis est *projicere*, quoniam veluti in terram aut ventis projiciebantur, cum tentoria figerent, darentque vela. Non tamen negarim, quodammodo ad כלח, *tetricum esse*, respexisse quosdam, fuisse vero tetrica, pluribus probat *Martinius Lex. Ph.* Equidem cilicii vocem in *Talmud* quoque penetrasse omnino concedendum est, & ibi קלקי קיליקי קלקלי plus vice simplici reperias At ecquis non videt peregrinam ibi barbaramque esse vocem, ex Græcia tantum mutuatam. Merito ergo historiam sequimur, & in summi nostri *Polihistoris*, *Schurzfleischii*, *Præceptoris* ac *Patronii maximi*, dato nuper etymo acquiescimus: *Cilicia*, docet, *a Cilicibus originem & nomen habent*, *quorum usus late patuit*, *atque ex Asia minori in Europam & sigillatim in Græciam Latiumque pervasit*, *maxime in castris & re navali valuit*, quod multis auctorum testimoniis deinde solide omnino comprobat. Utrum vero cilicia hæc eadem fuerint cum Judæorum saccis merito dubitamus, quin potius Ejusdem autoritate nixi dicamus, *cilicia quæ emendationem vitæ morumque veteris disciplinæ Christianorum præferunt*, *& a pœnitentibus olim*, *aut sequiori instituto a sacri ordinis hominibus induuntur*, *non sunt hujus loci* Velamenta fuere cilicia, non sacci, castrorum naviumque usui parata, non corpori vestium loco applicanda, nisi interdum ad excipiendos impetus telorum illa adhiberent, quare *Tullius Oper. l.* 1. *Or.* 6. *in Verrem.* etiam *saccorum & ciliciorum* velut distincta essent, meminisse voluit. Quod si tamen usu sequiori ob materiam villosam cilicii nomen retinere malis, facile largimur id, dummodo saccum aut velamentum, non vestem quandam consutam eo ipso intelligas.

V. Restat adhuc color, quem obscurum plane fuisse existimamus, prout ipsa pilorum natura illud referebat. Niger quidem, at nullo colore tinctus, sed fere pulsus, hoc est, *obscurus*, ut *Scaliger Exerc.* 325. 12. aliique exponunt, *in lanis tantum nativus*. *Quia sincerus est* ἄβαπτος: *purus*, *pullus*: *sicuti vinum*, *villum*: *unus*, *ullus*. Probatur id ex voce קדר quæ de obscuris, tenebricosis & abjectis rebus explicanda est השך אי שפילות hanc obscurando cœlo applicat Propheta quando de tenebris diurnis summis omnino & naturæ ductum plane exuperantibus loquitur, talesque intelligit, quales olim in Ægypto obtinuere, prout temporis istius miracula docent, idque *Kimchii in h. l.* assensus comprobat; וכן עשיתי במצרים כהפסר האויר להם שהלבשתי להם השמים קדרות שהיה להם חשך שלשת ימים: כאילו שק היה כסותם שלא ראו האור׳ והשק הוא שחר idem namque & in Ægyptiis ostendi, aerem ipsis deperdens, dum cœlos atra veste induebam, ut trium dierum tenebras paterentur. Videbantur enim sacco, qui niger est, veluti obtecti, ut nihil plane lucis appareret. Atque ista doctoris hujus vera mens est. Licet enim statim addat, phrasin quoque explicari על קדרות השמש וירח או על העננים de obscuratione solis ac lunæ, aut etiam de nubibus, quemadmodum & alias usurpatur &c. hæc enim κατ' ἄνθρωπον ipsum subjunxisse, ex eo apparet, quod נכון הואל פרוש הכל במה שיעשה בעבור ישראל unumquemque suo abundare judicio patiatur, modo ad Israelitas illud applicetur. Et videtur omnino ad postremam hanc sententiam *Aben-Esra in Es.* 50. quodammodo accedere, ita tamen ut nostrum sacci colorem egregie simul afferat, ita ille: הטעם על העבים ויש אומרים על קדרות השמש כאשר תקדר כולה בחצי היום וכאילו שק כס ותם בעבור שהשק הוא שחר intelligo atrorem istum, qui existit propter nubes, licet nonnulli de sole exponant, quando integer ille vel in ipsa meridie obscuratur, non secus ac si sacco quodam tegeretur, unde & saccus ille niger erat. Utitur uterque, adde *Jarchium in Ps.* 35. 14. quoque, voce שחר, quam per קדרות explicat *R. Nathan Conc. in h. r.* ut sic fere pro Synonymis haberi queant. Equidem ultro largimur, differre quodammodo utriusque usum, ut קדר de nigredine ex igne atque adustione orta, שחר autem de colore nigro, quem contrahunt, qui æs fundunt, vel quem umbræ projiciunt adhibeatur, veluti ex *Kimchio lib. R. in* קדר & *Aruch fol.* 72. *col.* 3. & *f.* 154. *c.* 1. 2. solide comprobat *Excellentissimus Dassovius*, *Dominus* noster, *Patronius & Præceptor* ætatem deveneranus, cujus auctoritatem in harum antiquitatum studio tanti, quanti vix ullius, faciendam merito existimamus. Neutra tamen pullo sacci hujus colori contrariatur, quod & illæ, quas *Buxtorfius Lexic. Talm. Rab. in* שחר ex *Talmude* congessit, Phrases manifesto edocebunt. Atque his denique addere liceat Syri ܐܘܟܡܐ quo Græcum μέλας in simili sententia vertit, cujusque nigredo omnino ad hanc hactenus descriptam accommodatur.

VI. Sac-

VI. Saccum hunc injiciebant corpori, ut vel ſupra veſtes reliquas ſaccum verum circa lumbos accingerent, vel in afflictione graviori tegumentum villoſum applicerent; Sæpius tamen legas accinctos eſſe ſaccos, ſciſſis tantum veſtimentis, non exutis plane, quam quod iſtis nudi carnem afflixerint, in majori videlicet pœnitentia conſtituti. Addo *R. Salomonem in Eſ.* 32. 11. utrumque ritum ſibi invicem opponentem יפשטו ויתערטו בבגדיהם לא יחגרו על בגדיה' כי על מתניה' exuent ſe & denudabunt veſtibus ſuis, non accingent ſe ſupra veſtes, prout nimirum alias fieri ſolitum, verum ſupra lumbos ſuos. His itaque poſitis facile intelliges, qua ratione variæ iſtæ, quas de ſacco reperies locutiones ſint explicandæ. Communem & maxime propriam frequentemque dicimus, quæ accingi ſaccum, vel ita abſolute, vel cum appoſito חגר במתנים circa lumbos inſinuat, cui omnino addimus illam *Eſaiæ* חגורה על חלצים quam de ſacco explicandam *Kimchius* docet, item *Joelis cap.* 1. 13. חגרו, ubi eandem hujus & *Aben-Eſræ in Joel. l.* 1. notam obſervamus. Ad hanc proxime accedunt, quæ accinctum iſtum verbis aliis lumbis applicandum inferunt, quales ſunt שק על ובמתנים העלה שום & ellypticæ illæ בשקים שק על מתנים certoque modo Pariter phraſes de aperiendis פתח שק ac removendis הסיר ſaccis eoſdem ante accintos omnino indicant. Radices לבש & כסה de integro actu applicandi ſaccum ſunt intelligendæ. Noli tamen ex לבש contra noſtram ſuperius probatam ſententiam eruere, quod pro tegumento aut ſacco vero figuratus & potius veſtis quæſdam aſſumenda ſit, cum hinc inde loquantur indices Biblici, ac lexicographi, non de veſtibus tantum, licet ſæpius, ſed de aliis quoque rebus, quæ indumenti loco & operimenti eſſe poſſunt, uſurpari, ita *homines* dicuntur לבש induere *carnem & cutem*, *Deus magnificentiam*, *prata oves*, *cœli nigredinem*, *caro vermes*, &c. Unde non adeo aberrare dixerim eos, qui לבש illud *de cincere* etiam accipi *Eſtheræ IV.* 1. affirmarint, modo ne cum *Piſcatore de ſacco cinere conſperſo*, ſed capite cinere operto intelligatur. Licet h. l. malim ſequi vel *Chaldæum*, & h. m. ſupplere ſenſum אלבש לבושא רשק על בסריה ושוי קטמא על רישיה vel *Gatakeri* Syllepſin concedere, quam variis, iiſque egregiis e Latio mutuatis exemplis dedit ibi comprobatam, כסה eandem cum לבש in hoc ſaltem capite ſignificationem induit, & vere ſynonyma habentur, unde facilius alterum per alterum explicatur. At de beſtiis etiam hoc adhibetur ויתכסו שקים האדם והבהמה de quibus tamen inepte diceres, veſte indutas illas inceſſiſſe.

VII. Nudis etiam corporibus ſaccos fuiſſe applicatos certum eſt, ſuo id exemplo docuit Achabus, qui ſaccum carni impoſuit, & in eo jacuit, cujus occaſione ſimul attendo, nocte quoque Hebræos in illo cilicio ad augendam pœnitentiam jacuiſſe ac pernoctaſſe, idque eſt שכב בשק intellige בלילה, ut *Kimchius* & *Ralbag in h. l.* etiam *Ben Melech fol. m.* 79. *col.* 2. annotant: vel לון בשקים כלומר אפילו בל ילה לא תסירו השקים מעליכם quaſi dicat, ne nocte quidem deponatis a vobis ſaccos. Dubium hic non contemnendum reſtat apud interpretes, quomodo nimirum Achab obambulaverit אט. *Jonathan* quidem & ex iſto *Jarchius in h. l.* ac *Munſterus* pro eo ponunt יחיף diſcalceatus, quod & *Syrus* atque *Arabs* imitatur, at quo fundamento non ſuboleo. Quos *Polus Synopſ. Crit. h. l.* exhibet, e. c. *Malvendum*, vertentem *adopertus*, *tectus*, *ſcilicet capite*, *quoniam eſt habitus lugentium*, apud ipſum videas. *R. Levi in h. l.* duas ſententias aſſumit והלך בנחת כאבל וכמנודה או ירצה באמרתו והלך אט שכבר הלך בסתר שלא יראוהו האנשים כאבל וכמנודה: ſenſim ivit, veluti lugens, aut excommunicatus, vel inſinuat etiam in hoc commate, quod oberraverit אט i. e. in obſcuro, ac ſi ſeorſim circumiret abſconditus, ne a quoquam videretur, quaſi in luctu conſtitutus, & ab omni conſortio excluſus eſſet. Reſpiciunt hi ad radicem לוט vel לאט *obvolvit*, *abſcondit*, *operuit* &c. Singulas equidem opiniones ingenioſe conciliat *Chemnitius*, *Ex Conc. Trid. p.* 4. *p. m.* 750. *incedit*, inquiens, *miſerabiliter*, *vel lento gradu*, *vel nudis pedibus*, *vel capite velato*, *hæc enim omnia ſignificat vocabulum* אט. Sed liceat nobis in tanta eruditorum diſſenſione amplecti communiorem iſtam, & in locis Bibliorum reliquis probatam expoſitionem. Eſt illa *R. Nathanis*, *Concord. h. v.* כל שענינו נחת qui per quietem explicandum docet. Eſt illa *R. Salomonis Ben Melech Michlal Jophi f. m.* 79. *c.* 2. & *Kimchii in* 1. *Reg.* 21. הלך בתוך ביתו לאט כאר' דואג ambulavit in media domo lente, pedetentim. Eſt denique illa quodammodo *Ralbagi* aliorumque, quos hic omitto, interpretum ſummorum. Achabo ſuccedat haud melioris farinæ rex Joramus, qui ſciſſa veſte ſaccoque induto ad murum tranſibat, quod populus videbat מבית, i. e. ut *Raſchii* loquitur, וירא העם דרך הקרע השק תחת בגדיו vidit populus illum ſaccum carni nudæ applicatum, perque ſciſſuram ſub ve-

ſte

ſte prominentem. Regias enim veſtes ſacco ſuper impoſuerat, ne ille ſtatim appareret, niſi forte tantum מכפנים ab intra, uti *Kimchius in h. l.* & ex eo *Aben Melech* commentatur.

VIII. Etiam Eſaias nudus accinxiſſe ſaccum apparet ex eo, quod exuto ſacco nudus ambulaverit. Nam Eſaias היה לובש שק על גלות השבטים מתאבל עליהם cilicio veſtitus erat propter captivas tribus Iſraelis, ut lugeret illas, prout & videre eſt in Micha, propheta. Ordinarium enim hunc ipſius habitum fuiſſe, ex pallio prophetico Zachariæ, qui id intendunt, nondum probavere. Veram autem nuditatem hic intelligendam eſſe communior eſt ſententia, cui & nos ſubſcribimus, tutius ita literæ textus inhærentes, cum imprimis vox emphatica כיר, quam *Calvinus* urget, id ſuadere videatur. Equidem non ignoramus, quid *Kimchius in h. l.* diſputet & *Aben-Eſra*, *in Hoſ.* 1. per viſionem tantum illa eveniſſe הדבר הזה אין לפר שו כמשמעו שצוה האל את הנביא שילך ערום ויחף חלילה hæc non ita proprie intelligenda ſunt, quaſi Deus juberet Prophetam, ut nudus ac diſcalceatus ambularet, abſit! inducit deinde exempla vatum aliorum, quibus hujus commatis præcepta contigere, אלא הכל היה במראה הנבואה שהיה רואה הנביא במראה הנבואה שהיה מצוה אותו האל שיעשה כך והיה עושה כך במארה הנבואה ההוא׳ Ea vero, pergit, omnia evenerunt in viſione Prophetica, quoniam in iſta Eſaiæ videbatur Deus præcepiſſe, ut ita faceret, quod etiam in eadem præſtitit. Attamen hæc non tollunt, quæ ante diximus, & loca *Kimchii* allata æque obſcura ſunt atque hic, ſaltem plura ibi quoque ſenſum proprium requirunt. Occupatur deinde in declinandis dubiis, quæ huic explicationi ſuæ poſſent objici, tametſi enim, inquit, ſpacium temporis obſtare videatur, veluti h. l. ubi tres anni ponuntur, & in aliis quoque, quarum quædam ibi enumerat, prophetiis, quam prolixum etiam illud deſcribatur, omnia tamen pertinent ad eam viſionem, in qua ſimplici quaſi actu proponebatur. Sed diſcedit hic *Jonathan*, dum verba hæc contrario plane ſenſu reddit: & accinges ſaccum in lumbis tuis. Idem etiam dubium moverat ſibi *Calvinus*, ſed præter rem. Neque enim accentus Athnach ſub ויחף patitur, ut illud שלוש שנים ad prius comma referatur. Nos omnino transferendum exiſtimamus aut cum *Luthero*: zum Zeichen und Wunder dreyer Jahre ꝛc. aut cum *Junio* & *Tremellio*: *tertii anni*, quo videlicet complementum erit, *ſignum & oſtentum*, ut, quod frequens eſt, cardinale pro ordinali accipiatur. Conſentit *Raſchi* ילך כן לאות ולמיפת למצרי׳ ולכוש שלסוף שלש שנים ינהג מלך אשוק את שבי מצרי׳ וגו׳ ivit ſic, ut ſignum eſſet ac prodigium Ægypto atque Æthiopiæ, namque ad finem trium annorum ducet rex Aſſyriæ captivam Ægyptum &c. Conſentit etiam *Aben-Eſra in Eſ.* 2. טעם שלש שנים מהיום או שלש שנים יהיה מצרים ברעה tres iſti anni poſſunt exponi vel ſic: poſt tres annos ab ipſo die, ſcilicet contiget illa captivitas, vel ita: tres annos Ægyptus malum hoc ſuſtinebit. *Chaldæi* ſententiam coactam cenſeo, ut ut *Jarchius in h. l.* quem videas, ſummo ſtudio eam defendere conetur.

IX. Præterea jubentur per *Eſaiam* mulieres Judæorum ſuperbæ carnem ſacco veſtire, i. e. ut commentatur *R. Salomo*, *in h. l.* טעמו למעלה accingant ſe ſupra lumbos, quemadmodum & *Jonathan* vertit: Porro teſtatur *Jobus cap.* 16. 15. de ſe שק תפרתי עלי גלרי, ubi licet non pauci גלר illud de *pure concreto* interpretentur, ut *Ben Gerſon in h. l.* facit הוא הקרום שיעלה על המכה כאמרם הגלירה המכה quando cruſtam vocat, quæ emergit in plaga, quaſi dicat, cruſtam ulcus obduxit, & *Jarchius in h. l.* מכה יבישה והעלאת גלר ולשון משנה והעמידו על גלרו exponens per tumorem aridum, qui jam cruſtam contrahit. Unde dicatur ſermone *Talmudico*, quod concretum reddiderit ſcilicet pus in illa cruſta. Licet etiam *Jacob Abendana* ſuum *Aben-Melechum in ſpicilegio ad Michl. Jophi f. m.* 189. *c.* 1. ad hunc tenorem caſtigare velit, magis tamen arridet hujus ſententia, qua vertit עורי וכן בערבי נקרא העירא לגלר cutem meam, quoniam apud Arabes cutis ita appelletur; adſtipulante imprimis Aben Eſra. Denique annumeramus his magnum illud jejunium Mardochæi reliquorumque Judæorum, quod in textu quidem nullius nuditatis mentionem facere videtur, a *Chaldæo* tamen huc refertur, & forſan indigitatur per verbum יצע, quo & *Eſaias cap.* 58. utitur, ac *ſubſternere* notat, docente *Michlal Jophi*, *fol.* 49. *col.* 1. *ſignificat idem quod* פרושה, *in eo tamen differunt*, *quod hoc plerumque ſuperius corpus tegere indicet*, יציעה *vero rem inferius ſubſtratam*, *quæ* ſententia quoque *R. Nathanis* eſt & *Davidis Kimchii. lib. rad. h. r.* Unde conjicere licet, eos ad morem ante enumeratorum nocte quoque in ſuis ſaccis jacuiſſe, quoniam imprimis Eſther Mardochæo veſtem, ne cilicio depoſito incederet nudus, tranſmittebat.

X. Sed ad cinerem alterum mœſtitiæ Judaicæ ſignum, & hic prius viſuri, qualis

lis sit intelligendus? Historia ponit cinerem & e re combusta residuum: Ita in *libro Mischnico de jejuniis* cap. 2. נותנים אפר מקלה על גבי התבה arcæ cinerem adustionis imponunt, quæ verbis totidem repetit *Maimonides de jejun. cap.* 4. §. 1. *item Talm. Bava Bassra fol.* 60. *Maccoth. fol.* 21. illud מקלה autem vertendum esse per *adustionem*, non *cinerem levem*, vel pejus *cinerem ignominiæ*, prout nonnulli sunt interpretati, ex *glossa* docetur, quæ אפר ממש *cinerem verum propriumque* appellavit. Unde merito quoque a recepta hactenus sententia recedimus, quæ terram etiam ac pulverem adhibitum in jejunio luctuve docuit. Error inde ortus, quod binis vicibus in sacro codice vox אדמה 1. *Sam.* 4. 12. *Neh.* 9. 1. & aliquoties עפר in mœstitia illa constitutis applicatur. Ad historiam provoco, ex qua omnino litem dirimendam censeo, ea vero nihil de terra, nihil de humo novit, atque ex hujus ductu utraque a *Rabbinis* explicatur. Ad priorem notat *Ben Melech*, quod *pro* עפר *usurpata sit*, quemadmodum & *Raschi* explicat, העלו עפר על ראשם capiti suo cinerem imposuerunt, ipseque *Chaldæus interpres* in 1. Sam. 4. 12. עפרא ibi retinet. Assensum *Christianorum* videas in *Poli Synopsi Critica*. De posteriori ne dubium quidem restat. *Proprie*, fateor, *Buxtorfio* teste, עפר *terra comminuta est & contrita*, *corpori terræ conjuncta*, alias vero omnino latius patere *R. Nathani* credimus, qui & *cinerem & pulverem denotare* docet, neque putarim, quenquam in *Num.* XIX. 16. & 2. *Reg.* XXIII. 6. pulverem terræ intelligendum censere. Testes profero *Chaldæum* cujus קטמא & עפר מקלה manifesto cinerem adustionis ex jam disputatis evincit, & *Kimch.* ר"ל עפר כמשמעו או פי אפר כי גם היא נקרא עפר זהו דרך אבל ות וכן ת"י בבתיא רעפרא בקטמא חפו ית רישיכון hoc est עפר vel ita simpliciter explicari potest, vel per cinerem, quoniam hic etiam עפר vocatur. Ea enim erit lugentium consuetudo quare & *Targum Jonathanis* vertit, in domibus Aphræ operiunt capita sua cinere. Taceo alios, *Lutherum* que unicuivis cum reliquis *interpretibus* evolvendum relinquo. Ex quibus saltem hoc patet, quod עפר & ארמה in hac causa nihil conficiant, licet non statim negarim, fieri potuisse, ut terra nonnunquam præter morem pro cinere fuerint usi, modo argumento firmiori id comprobetur.

XI. Phrases, quæ de hoc cinere reperiuntur, ad duas fere classes redigendas singulas censemus, quarum prima *caput cinere conspersum*, altera *sessionem in eo* explicabit. Cinis ille capitis parti anteriori imponebatur, ut ex *Maimonide de jejun. cap.* 4. §. 10. patet אחר מן העם נוטל מו האפר ונותן בראש הנשיא ובראש אב בית רין במקום הנחת חפל ין quidam e populo (loquitur de jejunio publico, privatim quivis ipse faciebat) accipit paullum cineris, capitique Principis & patris Synedrii imponit, in eo loco, ubi alias phylacteria jacent: quo pertinent, quæ de sponso quoque habet inferius. Locus vero ille juxta eundem est מקום שמוחו של תינוק רופף ibi cerebrum infantis palpitat, vel in fronte incipientis capillitii.

XII. Atque ex his manifestum est, neutiquam ipsas facies fuisse cinere oblitas, quod tamen Jo. Henr. Otho vult ideo quod de religiosis quibusdam dicatur factos ipsos fuisse jejunando nigros. Et omnino in ipsa pagina sanctiori sæpius simile quid invenias, ubi afflicti lugentesque nigredinem quandam concepisse affirmantur, nec ubique vox קדר commode vestibus applicabitur, quin potius cum *Gejero* dixerim, atratum incedere *esse nonnumquam vel vultu obscuro atque tristi, ut solent* σκυθρωποὶ, *incedere, vel cutem habere squalidam, scabram æstuque velut solis adustam*. *Atræ* namque *fiebant facies ob multum susceptum jejunium*, ut in hac causa vere magnus DASSOVIUS respondet; quare *Aben-Esræ* consentientis testimonium adducere, superfluum existimamus. Pertinet huc locutio *Jeremiæ* עורנו כתנור נכמרו, ad quam *Jarchius* commentatur idem esse ac כי נחחמטו וכן נכמרו רחמיו וכל שין תל מורי שהרבה על הכמר של ענבים מכמר ישראל incaluerunt, quemadmodum dicitur, quia æstuabant viscera ejus; alias verbum כמר sermone *Talmudico* ut plurimum adhibetur de uvis passis, quas Israelitæ torrere solebant: *Chaldæus* habet אתקררו, quo ipso nostram hanc sententiam mirifice dedit comprobatam, & videas eandem radicem a *Syro* quoque usurpatam ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܟܡܝܪܐ ܐܝܟ ܢܣܒܝ ܒܐܦܐ : ut Servatoris μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωπὸς exprimeret. Neque enim vocis σκυθρωποι veram significationem ex varietate interpretum æstimamus, sed cum *Schmidio* & *Piscatore* ex genio linguæ σκυθρὸς nobis est *tetricus*, & opponitur τῷ φαιδρῷ καὶ ἱλαρῷ læto & hilari, ἱλαροὶ δ' ἀντὶ σκυθρωπῶν ἦσαν, posito namque vultu tristi lætæ erant, prout antithesin ex *Xenophonte* idem *Piscator* egregie demonstrat. Speciatim tamen *Tremellio* respondemus, qui

qui vocem Syriacam significare vult *nigris vestibus indutos;* tantis per id concederemus, nisi plura obstarent loca, quæ *tristitiam* potius *vultumque inamœnum*, quam atras vestes inferunt.

XIII. Solebant ergo hac ratione זרק אפר ועפר על ראש 2.*Sam.* 13. 19. & *Jos.* 7. 6. *Thren.* 2. 10. *Ez.* 27. 30. העלה *Job.* 2. 13. לקח imponere & inspergere cinerem capiti, ubi tamen ad זרק observari velim, nos equidem lubentes concedere *Pinedæ* aliisque, quod *amici Jobi sursum cœlum versus*, & *aerem capiti imminentem illud fecerint*, imo largimur ipsis simul assensum *Ben Melechi in Michlal. Jophi f. m.* 196. *col.* 2. ex eo tamen coacte a nonnullis colligi affirmamus, quod perpetuo ille ritus ab Hebræis in aspergendo cinere fuerit observatus, cum nec ipsos denegaturos existimaverim, longe aliam Jobo assignari regionem, etiam tempus, quam genti Israelitarum, quæ res omnino diversæ consuetudini causa extitit. Præterea peculiaris locutio habetur in eodem libro עללתי בעפר קרני *Job.* 16. 15. quæ licet varias *Rabbinorum* interpretationes nacta sit, dum vel עלל sive עול vel קרן aliter explicent: unde *Jarchius* ולכלכתי ונניתי כמו ויתעוללו בה לשון בזיון ונגאי וכמו עוללה לנפשי קרני זיוי לשון וקרנים מידו לו: verbum illud idem notare, quod inquinavi & deturpavi, e.c. & malitiose factitarunt (scelus commiserunt) in ea, ut ignominiam quandam inferat aut turpitudinem, sicuti dicitur: oculus meus afficit animam meam, קרני vero esse, quod splendor meus, ad imitationem *prophetæ*, cornua ipsi sunt ad latus suum. Urget hæc *Abendana Spicileg. in Michlal. Jophi fol.* 199. *cap.* 1. provocans ad *Abrahamum Peritsolium*, & consentit *Ben Gerson*, cum quo facile reliquorum conciliari poterunt sententiæ ר"ל העליתי על ראשי ut idem sit ac imposui capiti meo pulverem, quo etiam redit *Aben-Esra in h. l.* & imprimis *Michlal Jophi fol.* 199. *col.* 1. quod videas speciatim notat idem *esse ac splendor meus & gloria, quasi alludat ad cornu, quod in cute Mosis comparuit Exod.* 34. 30. Sed conjectura nimis levis erat, autori potius relinquenda.

XIV. Referendus huc foret ex sententia quorumdam vates ille Achabo, regi, incognitus obveniens, qui ויתחפש באפר על עיניו 1. *Reg.* 20. 38. vertitur illud vulgo: *dissimulavit se cinere insperso oculis*, quasi esset אפר *cinis*, cum tamen אפר vel bis legatur, etiam חפש ægre ad hunc sensum queat accommodari. Et quis unquam reperitur in historia faciem oculosve cinere deformasse, aut ipso se dissimulasse, potius non suffecisse dixerim cinerem, ut ipse se alienum redderet, fraudem agnovisset rex, si homo insolita adeo forma incessisset. Alienam inquiunt esse faciem velatam a milite, femineum fuisse hunc ornatum; sed reclamat hic antiquitas: alienam putant a vulnere; at quare? potius linteo ligasse faciem videri poterat, ut solent, qui vulnus acceperunt: urgent literalem sensum, at אפר cinerem non significat, & prius id probetur. Nobis placet consensus Judæorum Christianorumque plurium interpretum, qui *peplum* aut *velamen interpretantur* שינה את מעפרתו שלא יכירוהו כל שנוי בגדי': commutavit linteum suum, ne quis eum agnosceret, imo omnes vestes immutatæ erant, inquit *Raschi in* 1. *Reg.* 20. Et eadem fere verba *Ralb.* & *Kimch. in eund. loc.* loquitur, qui provocat simul ad *Targum*, quod habet, וכריך במעפרא עינוהי: & cooperuit peplo facies suas, cui adhuc aliud ejusdem tenoris subjungit. Vertit hanc *Chaldæi* vocem *Latinus pannum*, malim ponere *linteum*, vel *sudarium*: genuinam ipsius significationem ex quibusdam *Talmudicorum* dictis *Buxtorfius* probat, vel certe præbet occasionem ulterius in illam inquirendi. Rationem *Rabbi* quærit, והוא הפוך מן פארי המגבעות quod ex פאר ornatu tiararum vox sit immutata, quæ singula & *Aben Melech*, repetit. Ego quidem vera hæc existimo, præter Rabbinicam illam μετάτεσιν, quam inventori, forsan *Kimchio*, remitto. Cui assensus LXX. placet, & hunc inveniet, ϗ κατεδήσατο ἐν τελαμῶνι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ & ligavit in vitta oculos suos, quare vero legant κατεδήσατο, non sentio, nisi quod pro יתחפש legisse ויתחבשו videantur.

XV. Angustia spatii jubet properare ad alteram classem, ubi sedere dicuntur pœnitentes & lugentes in cineribus, ישב בתוך האפר Fiebat hoc, cum foco assiderent, uti *Maimon* exponit occasione gravioris istius jejunii, quod die nono mensis Abh servare solent, היו מביאין לו לארם לבדו פת דרכה במלח ושורה במים ויושב בין תנור וכי ריה ואוכלה afferunt uni soli buccellam siccam cum sale, quam aquæ intingit, atque inter furnum (in quo panes coquebantur, cujus formas varias idem autor describit *Maimon. de vasis cap.* 15. & focum (quem egregie etiam demonstravit figuris æneis sæpius jam summe laudatus DASSOVIUS noster *disp. ad tit. Celim.* §. 20. *s.*) sedens comedit *Maimon. de jejun. c.* 5. §. 9. Ad locum *Jobi* poterat quis objicere, non ob luctum aut pœnitentiam, sed ob plagam ipsum hoc fecisse, verum respondet *Aben-Esra* כדרך אבילות וילבש שק וישב על האפר והאמר כי שבתו באפר לקרר השחין צריך הביא אהיה השחין חם ולח omni-

omnino hoc ex more lugentium esse derivandum, quoniam & saccum induerit, & super cinerem consederit. Eum itaque, qui factum id asseruerit ideo, ut refrigeraret ulcus, onus sibi imponere probandi, an etiam ulcus illud ardens fuerit, atque adhuc recens: utrumque tamen scopum ab eo potuisse observari, non plane abnegarim.

XVI. Præterea dicuntur התפלש באפר quod *R. Nathani* וישו כסוי בעפר ואפר כל מה שיפר notat obtectionem quandam pulvere & cinere. Alias a Rabbinis explicari solet per התגל גל *volutare se*, a Chaldæo per חפא operire. Unde colligimus generatim hanc radicem de cinere usurpari, ut ענין התגלגל להתכסות באפר notet volutando operire se cinere, quod fieri poterat, cum sederent in eo, & capita conspergerent. Radix כפש est insolita, אין לו אחוטעם גאלני quæ ulterius non occurrit; notat vero pollutus sum. Conjecturas interpretum & vitia versionum præterire cogimur. Nunc acquiescimus in expositione *Aben Melechi:* יעטני וגאלני ואפשר לד מותו לדברי קבותינו ז'ל שאמרו הוא כדר במרה בפושה שפירושו מרה גסה כלומר יותר מדאי כן הכפישני שמני כלו באפר עד שכסני בו ויש ספר ישים כפושה הפוכה כלומר ככלי הפוך על פיו כן הכפשני והפכני באפר operit me & contaminat; poterit quodammodo convenire cum illo Doctorum nostrorum, p. m. hic, inquiunt, exhibet mensuram pressam, id est exuperantem, in qua plus, quam satis erat, datur. Sic ergo & me obruit, totumque in cinerem deposuit, donec plane opertus fui. Nonnulli tamen interpretantur depressum aut inversum ad instar vasis cujus orificium invertitur, ita & me depressit atque invertit in pulverem. Est hæc ultima, non dissentiente Chaldæo per suum כנע, quoque *Jarchii* sententia, quam simul eodem nostri exemplo ex *Talmude* comprobare allaborat. Quæ denique habentur adhuc loca pœnitentiam absolute על עפר ובאפר in vel super cinere factam inferentia, tum nihil determinent, etiam absque certo ritu intelligenda, & tum de hoc cum de illo libere explicanda arbitramur.



ISRA. TRAUGOT GARMANNI DISSERTATIO DE PANE LUGENTIUM.

PROOEMIUM.

CUM de argumento quodam gravi, quod ſpeciminis Academici loco perſequerer ac pertractarem, toto animo haud ita pridem cogitarem, atque propterea ne cramben forſan ab aliis bis, ter, vel centies, excoctam Lectori apponerem, Virum Excell. Dn. Joh. Chriſt. Wichmannshauſen L.L. O.O. P.P. Patronum, Hoſpitem ac ſtudiorum meorum Amplificatorem Parentis inſtar Devenerandum in conſilium adhiberem, autor ille ſuaſorque mihi erat, ut illam apud Veteres uſitatam Præconis vocem כל דבר חביב בזמנו *Omnis res quæ fit in tempore grata atque accepta eſt: mihi quoque inclamatam eſſe intelligerem, atque adeo in id potiſſimum cogitationes meas curamque dirigerem, quod præſens efflagitaret atque poſtularet tempus. Ego quidem facile ſubodorari poteram, quod his ipſis Vir Celeberrimus ad luctuoſiſſimum illum Patriæ noſtræ ſtatum, in quem peregrina gens illam redegerat, advertiſſet animum. Hinc ego* δοῦλος τοῦ καιροῦ *tunc demum officio meo recte me perfuncturum eſſe arbitrabar, in Lugentium ritus ſi paulo accuratius inquirerem, atque cum erudito orbe nonnulla, pro virium ingeniique modulo communicarem. Sed eheu! dum triſtiores hæ undiquaque fere me circumvallant meditationes, en! Parens meus optimus fatis ſuis ſuccumbens mihi, ut Lugentium geſtus ac*

ritus

ritus exemplo proprio imitarer, atque exprimerem lege quadam necessitatis satis dura injungebat. Tantum tamen abest, ut hoc ipsum argumentum dimitterem, ut potius præsentis mei luctus ratio altius hoc ipsum investigare, atque telam, quam semel exorsus fueram, animo, licet maxime contristato & perturbato, absolveret suaderet ac tantum non urgeret. Equidem haud frustra forsan hariolamur, Te L. B. plua quam angustiores chartæ limites, quibus circumscripti sumus, permittunt, in præsenti a nobis expectare, cum לחם אונים *verba ab* Hos. cap. IX. 4. *usurpata quibus tanquam basi tota hæc nostra Dissertatiuncula innitetur sensu æque ac difficultate sua multiplici laborent. Quare ut lugubre hoc qualecunque, quod Tibi apponimus, ferculum plane non fastidias, quo par est studio rogamus, operam ceteroquin daturi sedulam atque diligentem, ut alia quadam propedien D. V. huic subjungenda Dissertatione, quæ ductu* Jer. XVI. 7. כוס תנחומים *declarabit, sitim, si qua laboras, aliqua ex parte restinguere valeamus.*

I. QUandoquidem ex mente *Platonis in Cratylo* Voces ὄργανα διδασκαλικά τῆς οὐσίας & notæ rerum sunt ad ipsam perceptionem nos manducentes, ideoque operæ pretium me facturum esse existimo, si more alias recepto, antequam rem ipsam aggredior, vocum evolutionem præmisero. Primam igitur quod attinet vocem לחם, natales ea suos debet *Rad.* לחם *incidit gladio* vel etiam *dentibus*, qui instar gladii sunt *Ps.* LVII. 5. Hinc sustinet significationem *comedendi Prov.* IV. 17. & *pugnandi, concertandique Ps.* LVI. 2. 3. *Deut.* XXXII. 24. Quæ significatio ultima potissimum in *Niphal* prævalet, ubi varie construitur, cum ב & עם *cum aliquo num.* XXI. 26. 2. *Reg.* XIII. 12. cum ל *pro aliquo Exod.* XIV. 25. *Jos.* X. 14. cum אל & על *Jer.* I. 19. *c.* XXXIV. 22. *Contra aliquem pugnare*. Atque prout quidem videtur, hæ duæ significationes ideo in uno verbo concurrunt, quandoquidem ex abundantia & defectu comestionis oriuntur pugnæ; imo alium belli eventum esse nullum experimur, quam ut pugnantes sese mutuo absorbeant: id quod luculenter satis Metaphoricæ illæ locutiones frequenter in Scriptura S. occurrentes innuunt v. g. הלנצח תאכל חרב. 2. *Sam.* II. 16. ואכלה חרב *Jer.* XLVI. 10. nec non phrasis פי חרב נשבעה satis trita, & ubivis obvia. Quatenus igitur primam significationem tuetur, לחם notat omne id *quod dentibus inciditur*. Quoniam vero Panis præcipuum inter alimenta, quæ dentibus conteruntur & comminuuntur, locum obtinet, ideo *proprie* de *Cibo farinaceo vel triticeo* usurpatur, & non nisi *Tropice* ad alios cibos diversi generis extenditur. Quo sensu varie in Scriptura S. accipitur. Interdum pro Pane nondum cocto aut aptato, finis habita ratione, sumitur, h. e. *pro frumento*, quod adhuc stat in agro vel jam demesso & reposito. *Gen.* XLI. & XLVII. *Hiob.* XXVIII. *Prov.* XXVIII. & *Es.* XXXVI. Hinc בית--לחם dicta, quasi regio frumenti ferax, *domus panis*. Aliquando *Manna Exod.* XVI. 4. *Caro Sacrificiorum rite oblata & quælibet res Sacrificialis. Lev.* III. 11. *Num.* XXVIII. 2. & cibus animalculorum quorundam, quæ non edunt panem, formicarum e. g. & serpentis. *Prov.* VI. 8. *Es.* LXV. 25. & in genere omnis esca brutorum *Ps.* CXLVII. 9. Qui dat jumentis *Panem suum*, Hieron. & Vulg. *Escam*, LXX. τροφὴν nomine לחם per elegantem Metaphoram exprimitur. Ad quam classem referenda pariter est Rabbinorum in Scriptis suis passim frequentata vocis לחם acceptio, qua illis *doctrinam* denotat, secundum *Prov.* IX. 5. לכו לחמו בלחמי Venite & comedite de *pane meo* i. e. ascultate doctrinas meas. Nonnumquam vero cum ipso pane, potum, dapes & integra convivia ut *Gen.* XXXI. 54. Ex. *Is.* 20. nec non vestes, ædes, imo πᾶσαν τὴν σωματικὴν χρείαν. *Gen.* XLVII. 15. *cap.* XLI. 55. *Deut.* XXIII. 4. 1. *Sam.* II. 5. vel prout est apud *Matt.* VI. 11. ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ ἄρτος ἐπιούσιος per Synechdochen Partis pro toto hoc ipsum לחם denotat. Atque in hunc censum noster quoque venit locus, quandoquidem Lugentes non ex solo pane, neque ex sola carne, ut *Homeri* ætate, sed omni genis leguminibus, ovis pluribusque aliis cibis juxta *Plutarchum in Problem.* epulas suas parare solebant. Gr. לחם dicitur ἄρτος ab ἄρω *apto*, quasi aptatus homini cibus, vel qui quotidie ei αἴρεται exhibetur,

betur, unde πρόσαρμα cibus. Quemadmodum Syrorum ܠܚܡܐ a ܠܚܡ quod est *convenire*, *congruere*, *aptare*. Lat. Panis; nonnullis a πᾶν, aliis a pascendo. Optima a πάομαι edo. Germ. Brodt / a βρωτὸς Esca, ex βρώσκω edo. Arabs a خبز pinsuit, coxit panem. Notandum hic insuper est, quod Hebræa vox non admitat Pluralem, hinc quandocunque numeralibus jungitur *Tortam s. placentam* certam panis speciem ut 1. *Reg.* XXIV. 3. significat. Ita *Matth.* XIV. 17. quod Græcis ἄρτους, Latinis Panes, vertit Syrus ܓܪܝܨܢ *Placentas*, quanquam *v.* 19. iterum habeat ܠܚܡܝܢ Panes. Plura hanc in rem facientia præter Castellum & Mercerum, Gussetius aliique in Lexicis inculcant.

II. Missa priori altera statim vox, quæ אונים est, & multis iisdemque maximis suis difficultatibus implicatur, sub examinis incudem revocanda est. Hic sane tot in sententias, tum de ejus forma, tum maxime de significatione, abeunt Autores, ut vix appareat, quo loco pedem tuto figere concessum sit. Quantum enim primo ad formam attinet, nonnulli adstruunt, esse nomen hoc plurale, cujus Singulare sit און; alii vero pro Participio plurali, a Radicibus sive און, sive אנה derivando, reputant. Quod ad primum attinet tres inprimis ejusdem significationes in sacris literis occurrunt. Et prima quidem, quatenus idem significat, quod כוח i. e. *robur* ac *fortitudo*; *Job.* XVIII. in plurali *Es.* XL. *v.* 26. *Ps.* LXXVIII. 17. & quia in Filiorum generatione Patris ostenditur robur, filius ipse hoc nomine appellatur, teste *R. Davide Kimchio Gen.* XLIX. 3. Ubi Ruben primogenitus Jacobi audit Virtus mea & principium אוני *roboris mei*. Altera *Vanitatem*, *Iniquitatem & molestiam* denotat *Es.* 66. 3. 1. *Sam.* XV. 23. Tertia tandem, quatenus idem est atque אבלות i. e. *Luctus*, *Planctus*, *Mœror*. *Gen.* XXXV. 18. *Deut.* XXVI. 14. Quænam igitur harum conveniat cum nostro loco de eo Interpretes maximopere ambigunt. *R. Salomo Jarchi* notionem *Roboris*, *violentiæ & oppressionis* hic prævalere contendit, quapropter ita hunc locum illustrat, כלחם גזילה הבא על ידי כוח ואונים *Similis pani Rapinæ* (aut rapacitatis) *qui venit* (aut acquisitus est) *per vim & violentiam*; Cui adstipulatur & frigidam suffundit MS. Arab. prout *Pocockius* observavit, quando pro לחם אונים substituit طعام للغص *Cibus Violentiæ*, quorum uterque fortasse innixus fuit loco illo: *Job.* XX. 10. ubi און in simili significatione occurrit. Atque hoc ipsum tanquam ad demonstrandam illegabilitatem sacrificiorum apte ad unum quadrare existimant. Dominus enim odio habeat גזל *Gazel* Rapinam conjunctam Holocausto, *Es.* LXI. 8. æque bene, ut aliam rem quamcunque pollutam. E contrario vero *Gussetius in Comment. Hebr. Linguæ* omnibus modis defendere conatur, און istud esse Statum Constructum ab בון, quod sit deducendum ab אוה *desideravit*, *concupivit*, vi cujus adeo unice *concupiscentiam* denotaret, ubi insimul monet, in toto suo ambitu illam accipi debere, quatenus nimirum omnes pravos appetitus, omnia carnis desideria impetusque contineat. Hinc locum nostrum ita explicat, quod לחם אונים sit *Panis concupiscentiarum* s. cupidinibus dicatum, in subsidium temere vocato Legis illius præscripto *Deut.* XXVI. 14. Ubi potissimum omnibus viribus eo allaborat, ut nobis persuadeat hanc significationem ubique locum invenire. Hoc ut quadantenus probet, notionem *Luctus* prorsus conatur e medio tollere, usque adeo, ut *Gen.* XXXV. 18. בן-אוני *Benoni*, quo nomine Rahel partus doloribus mori se sentiens, filium insignivit, ipsi amplius non denotet *Filius doloris mei*, sed *Filius Concupiscentiæ meæ*, quandoquidem Rahel hoc ipso suam liberorum generandorum aviditatem in hoc periculoso partu criminetur, quam tanti nunc sibi constare videat. Enim vero Rahelem in certissimo mortis periculo constitutam in excogitando, quod soboli recens nato imponeretur, nomine, magis respexisse ad pristinam liberorum generandorum aviditatem, quam ad præsentes partus dolores acerbissimos, qui ipsi mortem accelerabant, paucos Belga, ut reor, inveniet, quibus hoc persuadebit, quandoquidem Jacobus, si flagrantissimum suum desiderium hoc nomine Rahelem indicasse animadvertisset, illud minime mutasset in בן-ימין, utpote qui pari desiderio cum demortua Conjuge Filium adipiscendi flagraverat. Formam hujus vocis deinde si examinamus, concedit nobis *Vir Eruditissimus & in Hebræa literatura alias Versatissimus*, quod ne ullum quidem inter *Quiescentium tertia* ה *derivata* huic formæ simile reperiatur. Cum igitur huic insitatæ formæ accedat, quod ejus significandi ratio adductis locis, & inprimis nostro contrarium maxime sensum, ac tantum non absurdum, conciliet & affingat,

gat, merito hanc ſententiam dimittimus & averſamur. Multo felicius autem e contrario genuinum ſenſum oraculi noſtri aſſecutos eſſe exiſtimamus, qui אין iſtud per *Luctum* atque *dolorem* explicarunt. Commodiſſime enim illud derivare poſſumus a *Rad.* און *doluit & moleſtia affectus eſt ob privationem rei dilectæ*, quæ eadem eſt cum און, unde in Græcis ſine dubio proficiſcuntur verba *ὀνόω* lamentor, *ἀνιάω* & *ἀνιάζω* doleo, triſtor it. moleſto, & eorum cognata *ἀνία*, *ἀνιαρὸς*. In Conjug. I. habet אן, prout reperitur *Eſ.* III. 26. cujus Conjug. IV. eſt התאונן *doluit, mœſtus fuit & præ animi dolore ſecum muſſitavit, queſtus fuit, murmuravit*, *Num.* XI. 1. Atque hujus quidem ſententiæ aſſertores deprehendimus *LXX. Interpretes* qui לחם אונים per *ἄρτον πένθους Panem Luctuum* tranſtulerunt. Quibus autem volupe eſt אונים iſtud pro *Participio plurali* venditare, deducunt, uti jamjam memoravimus, illud ab אנה, quæ eandem ſignificationem cum prioribus habet Radicibus. Sociatur inprimis cum אבל (inter quæ iſtud diſcrimen obſervari meretur, quod hoc generalius ſit, & ad externum luctum, veſtitum videlicet lugubrem potius referatur, אנה autem ad internum luctum & mœrorem animi) & אמלל languere, nec non cum בוש *Eſ.* XIX. 8. quæ omnia luctui ſunt affinia. Ex hactenus dictis itaque quiſque facile judicabit לחם אונים reddi poſſe utroque modo, nempe *Panis Luctuum & Lugentium*, & rem ſemper manere eandem. Quæ poſterior tamen denominatio *Hieronymo* magis arridet, quod rem clarius & rotundius exponit; quæ cum ſeſe ob eandem cauſam nobis commendet, in rubro eandem retinere maluimus. *Jonathan* ad ſcopum generalem ſpectans poſuit לחם מרחק *Panem abominationis*, *Syrus* ܠܚܡܐ ܕܐܘܠܨܢܐ *Panem Anguſtiæ*, *Arabs* vero خبز حزن *Panem mœroris*. Pluribus conſule hic præter antea allegata *Forſteri*, *Avenarii*, *Robertſonii & Othonis Lexica* quæ plura ſuppeditabunt.

III. Vocibus his ſpeciatim conſideratis, quarum ſi denuo in Compoſitione rationem habere, atque inprimis debitam Synonymorum curam, cujus nos admonet Sacer Codex, adhibere volumus, confuſionis evitandæ gratia ad diſcrimen certum, quod inter Lugentes reperitur, merito nobis attendendum eſt. Multifariæ equidem in hac lacrymarum valle collocatis obveniunt luctus cauſæ, ſed præſtat ad duas inprimis claſſes omnes referre. Lugent nimirum alii propter calamitates & adverſa, quæ vel ſibi ipſis, vel Reipublicæ, vel aliis, qui ipſis privatim chari fuerant obtingunt, quales ſunt, qui paupertate extrema premuntur; qui acerbiſſimis morborum doloribus exercentur; quibus periculum eſt, ut honoribus ſuis facultatibuſque; excidant, ut Haman; qui conſcientiæ morſu vexantur, & propter enormia peccata & flagitia iram Dei adverſus ſe concitatam eſſe ſentiunt, ut *Ex.* XXXIII. 4. atque alii homines cujuſvis conditionis miſeræ auxilio & ſolatio deſtituti, qui ſi luctui indulgere atque alios ad commiſerationem ſui commovere poſſunt, non parum ſe inveniſſe ſolatii exiſtimant. Sunt autem & alii, qui lugent mortuorum inprimis cauſa, quando propinquis & amicis intime dilectis privantur, quo exemplo ſtant Jacobus *Gen.* XXXVII. 34. Iſraelitæ *Deuteron.* XXXIV. 1. David 2. *Sam.* III. & *Capit.* XIII. 37. & alii. Ad primam claſſem ſi reſpicere nobis eſt animus, non inconcinne huc referri poterunt. I) לחם העצבים *Pſalm.* LXXVII. 8. *ἄρτος ὀδύνης* ſec. LXX. Interp. *Panis doloris* ſ. *κακοπαθούμενος ærumnoſus* ſec. Symmachum: *διαπονημάτων Elaborationum* ſec. Aquilam h. e. cibus moleſtiſſimis quibuſcunque doloribus curiſque conquiſitus, vel non abſque dolore comeſtus, *Lutherus* olim und eſſet das hartſeelige Brodt. II) לחם דמעה *Pſalm.* LXXX. 6. *Panis lacrymarum*, qui lacrymis ſubinde deſtillantibus permixtus eſt, uſque adeo, ut ne a lacrymis quidem vacare liceat inter prandendum coenandumve, quod alias tempus inprimis debebat eſſe liberum. Egregie hoc ipſum reddidit *Chaldæus: Paviſti eos pane* טמיש *intincto lacrymis*, ad quod probe collineat *Pſalm.* CII. 10. ubi David conqueritur, edere ſe אפר כלחם *Cinerem quaſi panem*; Lugentium more nimirum in cinere hinc inde volutatus, capitique cinerem inſperſum habens, ſubinde cinerem quoque illinc deciduum ore hauſtum ſe deglutire, haud aliter, ac ſi ordinarius eſſet cibus, de quo ipſo more inſpergendi capiti in mœrore inſigniori cinerem etiam gentibus recepto legi poteſt *Celeb. Geierus in Tract. de Luctu Hebræor. cap.* IX. III) לחם לחץ ומים לחץ *Panis tribulationis & aquæ anguſtiæ*, qui cibus offerebatur Michæ Prophetæ intra anguſtias concluſo & conſtricto 1. *Reg.* XXII. 27. & 2. *Par.* XVIII. 6. cui ſimilis ille, qui in urbe obſidione cincta atque omni commeatu interclusa, parce modiceque appenditur & diſtribuitur, ac propterea apud *Ezech.* IV. 16. לחם במשקל ובדאגה audit, quo etiam pertinet לחם צר *panis anguſtiæ Eſ.* XXX. ab iiſdem comeſtus, qui

qui hostium armis in angustias rediguntur & coarctantur. Non deest autem, quod alteri classi inprimis conveniat, & quasi proprium sit, nempe לחם אנשים s. *Panis hominum*, ab אנש ægrum esse, unde אנוש, quod nomen homini propter mortiferam ægritudinem & infirmitatem competit *Ezech.* XXIV. 17. & 12. id quod idem ac *Panis lugentium*, prouti probe observavit Chaldæus Interpres reddens לחם אבלות & Vulgatus: *Cibus lugentium;* Alii substituunt אנשים quod miseros, luctuosos atque calamitosos denotat. Caussam vero hujus rei inquisituri quare לחם אונים idem sit atque לחם אבלין s. לחם אנשום ad recessus antiquitatis Judaicæ est regrediendum; id quod etiam in progressu hujus Dissertationis fiet. Interim ex hactenus commemoratis unicuivis ad oculum patebit, quod noster, circa quem versamur, לחם אונים & illorum cibum, qui propter mala undique in eos sævientia in luctu versantur, & illorum, qui propinquorum morte ereptorum fata deplorant, æque bene nobis repræsentet.

IV. Quæ quidem vocis ambiguitas non potuit non Interpretes aliquommodo dubios reddere, atque inter eos aliquod divortium insigne excitare, ita ut pars una ad primam, altera ad consequentem inclinaret sententiam, quas exacte expendi & examinari nunc instituti ratio postulat. Ad lugentes, qui fata propinquorum dolent, & consequenter ad epulas eorum potissimum in h. l. respici, *Hieronymus*, *Drusius*, *Tarnovius*, *Rivetus*, *Marckius* aliique contendunt. Omne autem fundamentum hujus sententiæ collocant in triplici illa solemni confessione, ad quam publice edendam solutis decimis & primitiis omnibus Israelitæ adstringebantur *Deuter.* XXVI. 4. quæ ita sese habet. 1. לא אכלתי באוני ממנו *Non comedi ex iis in luctu meo.* 2. ולא בערתי ממנו בטמה *Neque abstuli quicquam ex iis in immundo.* 3. ולא נתתי ממנו למת *Neque dedi ex eis quippiam mortuo.* Cujus genuinam ac dextram explicationem in tanta Autorum inconstantia difficile est invenire. Quod enim ad primum membrum attinet, varium sensum eliciunt ex voce באוני. Nonnulli enim reddunt: *Non comedi in calamitate mea sc. paupertate pressus, quasi legendum esset* בחוני ut *Samaritana* habet *Versio*, cui adstipulatur *Estius* & *Tirinus*. Alii ita exprimunt: *Non comedi ex iis dolens*, nimirum, quod tantum annuo proventui detrahere, & in decimas pauperum impendere debuerim. Denique alii de luctu funebri illud ipsum intelligere volunt. Porro ambigunt in secundo membro de voce בטמא, sit ne vertendum *in immundo*, ut *Arias Montanus* vult, aut *in immundum* εἰς ἀκάθαρτον, ut LXX. monent, aut *pro immundo*, ut *Chaldæus* suadet, vel quæ præterea immundities hoc ipso indicetur & connotetur. Denique in tertio membro controvertunt maximopere de voce למת, numne illa sententia approbari possit, quam *Syrus* subinnuisse videtur, de Cœnis, quas Ethnici defunctis parare solebant, quandoquidem ita ejus verba se habent: ܘܠܐ ܣܡܬ ܡܢܗ ܠܡܝܬܐ: *Nec mortuo proposui ex eo;* sive quæ *Arabi* arrisit & *Aben Esræ* ولا في حوائج ميت לצורכי המת *Nec in necessitates mortui quicquam impendi*, nempe nihil in rem funebrem pompam, vel convivium, vel sepulchri erectionem, sive לעשות לו ארון ותכריכין ut ר' שי habet, *ad conficiendum mortuo loculum aut involucra*, quibus involvi potuisset, & id genus alia: aut, illorum tandem subscribere debeant opinioni, qui ex מת *Idolum* faciunt, quandoquidem ita appellantur מתים *Ps.* CVI. 28.

V. Negotium hoc tenebris fere Cimmeriis involutum, spretis aliis quibuscunque Interpretibus, primum in lucem se protraxisse jactitat & gloriatur *Joh. Spencerus Lib. de Legibus Hebræorum Rit. lib.* II. *cap.* XXIV. *pag.* 420. *seq.* frigidam suffundente *Joh. Clerico in Comment. in Pentateuchum ad h. l.* qui ex veteri Ethnicorum, decimas, aut primitias offerentium, consuetudine ritum hunc omnium optime deduci & illustrari posse existimant. Cum enim ista apud Ægyptios altas quasi egisset radices superstitio, ut, dum frugibus colligendis, aut primitii *Isidi* & *Osiridi* offerendis, operam dabant, dolori supra modum indulgerent, & omnia luctu planctuque miserrimo implerent, non alium equidem in finem, quam ut Isidem & Osirin frugum Inventricem esse facto hoc demonstrarent, quod *Diodori Siculi* & *Julii Firmicii* testimoniis Anglus potissimum confirmat. Israelita primitiarum & decimarum oblatione Deum colens, ne forte nefanda illa Ægyptiorum, quæ viderat, sacra imitaretur, sancte coram eo profiteri debebat, se nihil in luctu suo comedisse ex iis. Argumenta ad corroborandam hypothesin ab Autore in medium allata copiosora sunt quam ut singula hic a nobis repeti ac recenseri queant, unde & Lectorem harum rerum cupidum ad eundem dimittimus. Si quid autem in tanta caligine conjicere nobis datum est, Israelitæ hanc confessionem edere tenebantur, non, ut superstitionis Ægyptiacæ suspicionem, sed

Legis divinæ violationem a se ipsis amoverent. Namque Dei lege præceptum erat, ut suis decimis & primitus, in lætitiam effusi coram Domino vescerentur & fruerentur. Et quid quæso opus est ad has Gentilium superstitiones Leges divinas examinare, quasi Deus in publicandis tradendisque iis solum ad seculi tunc præsentis ingenium & morem respexerit, atque sese accommodaverit; quod tamen præjudicium in dicto Spenceri libro per omnem paginam dominatur. Utique tali confessione opus erat Israelitæ, ut fraudis potissimum sese liberare suspicione. Namque is ex præscripto Legis *Deut.* XIV. 27. *seq.* ad anni tertii decimas participandas advocare debuit *Levitas*, *Viduas* & *peregrinos*. Qui si dolori funebri vacans e decimis comedisset, decimæ illæ pollutionem contraxissent, nec iis mensæ suæ, nisi pollutionem lotione molesta expiandam subituris, assidere licuisset. Hinc itaque ne cujusvis luctus funebris fraudi ipsis esset, statutum est, ut quisque solenniter, & Deo teste adhibito, se nihil e re sacra lugentem comedisse affirmaret. Idcirco his suppositis plane non video quare hallucinationis possint accusari Interpretes illi, qui locum istum de *luctu in amicorum funeribus usitato* interpretandum sentiunt; inprimis cum sequentia verba: *Nihil detraxi in usum profanum; Nec quicquam in rem funebrem impendi;* tantum non idem innuant & commonstrent. Interim non negamus *Spencero* sic satis speciosa in promptu esse argumenta, quibus hæc verba in suas quoque partes pertrahat, & ad *Isidem*, *Osirin* & *Adonidem* similiter restringat.

VI. Re ipsa Interpretibus ita vindicat, ut de Lugentium conditione pauci insuper dispiciamus, bona methodus requirit. Erant autem apud Judæos, ut *Mischna docet p.* II. מס' מועד קטן *p.* 411. *seq. Edit. Surenhusiii Amstelod. An.* 1698. *edit.* qui vi legis lugere tenebantur, Fratres omnes & Sorores, sive a parte Patris, sive a parte Matris, Filii & Filiæ, Maritus, Pater & Mater: Talis אונן s. Lugens consanguineum die sepulturæ dicebatur אונן מדאורייתא *Lugens vi Legis*, per totum tempus, quo nondum erat sepultus, usque ad finem diei sepulturæ. Nocte autem prima post sepulturam, quæ nox diei secundi luctus sui est, אונן מדרבנן *Lugens juxta Constitutionem sapientum* nuncupabatur. Utrique istius modi אונן integrum non fuisse, ut de decimis secundis comederent, docet *Mischna p.* I. מס' דמאי *p.* 78. Hujusmodi ergo hominibus prohibitum erat primo die luctus de suis comedere cibis. Quoniam vero mos ille apud Judæos invaluerat, ut magno studio curarent, ne epulum in Suorum Parentalibus deesset, quoniam, qui illud neglexerat, impius æstimabatur teste Josepho *de Bello Jud. lib.* II. *cap.* I. hinc amici, propinqui & vicini, funus exsecuti, lugentium munus suscipiebant, & solatii loco convivium parabant, variosque cibos vespertino tempore in ædes luctuosas inferri curabant. Hujusmodi Curatores a Judæis vocabantur מרזיחין *Curatores s. designatores funeris;* Domus in qua celebrabantur בית מרזח quod patet ex *Jer. c.* XVI. 5. & *Amos c.* I. 7. nec non ipsæ paratæ epulæ appellabantur מרזיחים, de qua re *R. Salomo* locum ex *Libro Siphre* adducit והזרו לעשות להם מרזיחים והיו קוראים להם ואוכלים *Reversi fuerunt ad parandum ipsis convivia, invitarunt ipsos, & comederunt;* Imo apud Thalmudicos ipse *lugens* vocatur מרזיחא; ita enim quæritur apud illos מאי מרזיחא quid est *Marsecha?* & Rep. אבל *lugens*. Porro, unde sic dicitur, מר וזח i. e. quod מר amaritudine sit repletus, וזח & recesserit mens ejus, in מס' כתובות *fol.* 69. Ex quibus omnibus jam demum intelligimus, quare *Ezech.* XXIV. 17. לחם אנשים *Panis Virorum* sive *Hominum*, idem sit atque לחם אבלים sive *Panis Lugentium*, nimirum ut דרק edisserit ששולחים להם שכניהם מאכל, quandoquidem Lugentes non proprio cibo, sed ab amicis & vicinis ipsis misso atque parato vesci solebant.

VII. Potissima autem esculenta & fercula, quæ in his Epulis apponebantur, ex leguminibus constabant, id quod haud obscure inde colligimus, quod fabas, pisa, nec non ova dura potissimum allegat *R. Eliefer in* פרקי אבות *cap.* 35. *p.* 86. *Editionis Wilhelmi Henr. Vorstii Lugd. Batav.* 1644. Lente inprimis vesci solitos fuisse Judæos *Hieronymus in Epist. ad Paulam de Plesillæ obitu* meminit, tanquam lugubri & melancholico cibo, ex sententia *Galeni & Dioscoridis* apud *Rhodig. lib.* 23. *A. L. c.* XXIII. quo in animis vescentium, æquanimitas quædam, & quasi lentitudo concitetur, ut vult *Plinius lib.* 17. *cap.* 31. item, quia lens est rotunda, sicut luctus in orbem redit, cunctisque est communis; de quo *Zenorennam*, si placet, audi apud Celeb. *Gerum l. c. cap.* VII. & *Buxtorff. in Synag. Jud. cap.* 49. *p. m.* 708. Hinc nonnulli sunt, qui Jacobi ferculum, sive pulmentum lentis *Gen.* XXV. 29. in eundem censum referri debere asserunt, quoniam illo demortui Parentis & Avi Abrahami memoriam celebraverit; id quod tamen *R. Eliefer* c. l. negat, aliam e contrario

rio causam subjungens, ideo nimirum comedisse Jacobum lentis ferculum, quod regnum, dominium & primogenitura esset Esavi, quod suo loco relinquimus. Ova dura autem potissimum mittebantur Lugentibus consolationis ergo, ut indicarent, quemadmodum Ova rotunda sunt & sphærica, ita quoque mors, in omnem partem versatilis sit, hodie hunc cras illum petens. Non nisi in canistris autem cibum hac ratione præparatum adferri debuisse, per sequentia Mischnæ verba evincimus: אין מוליכין לבית האבל לא בטבלא ולא באסקוטלא ולא בקנון אלא בסילים *Non deferunt* (cibum) *in domum luctus, neque in tabula, neque in scutella, neque in vase conflatorio, sed in canistris.* Adjicitur mox hujus rei causa: Cum enim pauperes ejusmodi aurea & argentea vasa non habent, & afficiuntur pudore, propterea ordinarunt, ut in canistris omnes afferrent e salice confectis, cujusmodi habentur apud divites & pauperes *p.* I. מ׳ מועד קטן *p.* 411. & 412. Cæterum si exempla hujus rei ex Sacris desideras, occurrit 2. *Sam.* III. 35. Davidis, qui, exequiis Abneris peractis, epulum ejusmodi ferale in universi populi solatium instrui curabat, cum quo conf. *Tob.* IV. 18. Loca autem ferme classica reperies *Jer.* XVI. 7. & *Ez.* XXIV. 17. 22.

VIII. Minime autem apud Judæos saltem, sed & apud Gentiles non usitatum tantum, sed & solemne & legitimum erat convivium ferale. Apud *Græcos* hunc morem diligenter observatum fuisse *Hieronymus Tom.* V. *O. O. in cap.* IX. *Hos. v.* 4. affert, de quo satis superque ex ipsorum Scriptoribus confirmamur, inprimis *ex Athenæo lib.* 7. & 8. *Dipnosophiæ*. Illi pariter ne de suis quicquam quis comederet, usque dum ipsis ab amicis cibi apportarentur & convivium pararetur, prohibebant, existimantes, quod lugens, circa curam mortui occupatus, non cogitet de cibo sibi procurando, adeoque corpus suum magis magisque debilitet; imo quod hoc ipsis magno solatio futurum sperabant, quando viderent, se aliis curæ cordique esse & sibi condoleri. His ipsis deinde intererant amici, & coronati Lugentes adhortabantur, ut cibum caperent, quod quidem ipsi cunctantes faciebant, ne post charissimorum mortem vitam exoptare viderentur. *Hieronymo* hæc convivia appellantur νεκρόδειπνα, *Grotio* περίδειπνα, ad quam vocem sine dubio LXX. Interp. alluserunt 2. *Sam.* III. 35. ubi ita scriptum legimus: Secuti sunt Regem Davidem post Abneris exequias τοῦ περιδειπνῆσαι i. e. *funebre convivium agitandi causa. Athenæo* vero συγκόμιστα δεῖπνα audiunt; Nostris vulgo appellantur *Parentalia & Justa*, eo quod Parentibus hoc officii genus juste inprimis exhibebatur. *De Atheniensibus* tradit *Alex. ab Alex. & Julius Pollux lib.* 8. *Onomastic. c.* 7. Præfectos funerum curare solitos, ne deesset Parentale convivium. *De Romanis* id docent multorum exempla, qui testamento constituerant, ut publicum epulum in funere suo præberetur, & nefas putabatur ferale Convivium præterire teste, *Persio Satyra VI. v.* 33. *pag. m.* 186.

> —— *Sed Cœnam funeris hæres*
> *Negliget, iratus quod rem curtaveris.*

Hinc *Demosthenes in Oratione de Corona, & Lucianus in Dialogo de Luctu* meminit, quod peractis apud Romanos exequiis in defuncti proximorum cognatorum ædes convenerit turba funebris, in quibus, convivio eum in finem parato, luctum pellere studuerit, quod *Cicero* Latine *Circumpotationem* appellat, quam in funere servorum prohibitam fuisse *e Legibus Atticis* narrat *lib.* II. *de Legibus*. Ab aliis *Pollinctura* vocatur, teste *Alex. ab Alex.* unde ad *pollinctum emere* idem, atque obsonia in cœnæ funeralis usum mercari. Nonnunquam cruda tantum caro populo distributa fuit, quod *Visceratio* dicebatur, de quo *Rosinus in Antiquit. Rom. lib.* 5. *p.* 443. & 444. legi meretur. Senibus Cœna exhiberi solebat, quæ *Silicernium* vocabatur, quod nomen accepisse videtur *Servio a Silex & cœna*, quoniam annotat, has epulas in Veterum funeribus supra Silicem positas, peractis sacrificiis Senibus fuisse datas, ut se cito morituros cognoscerent; quod *Scaliger* ad *Festum* ita explicat; Antiquitus, inquit, *Silicesnium* dixere, ut *Poesnas*, *Casmina*, pro *Pœnas*, *Carmina*, ita igitur & *Cœsnas* vel *Cesnas* pro *Cœnas*; Unde *Silicesnium* primo & postea *Silicernium*. Aliis vero idem est ac *Cœna Silacea*, quandoquidem cibi plurimum condiebantur in talibus Conviviis *Sile* aut *Croco*, cujus odor est *Silaceus*. Satis de Romanis. Apud *Scythas* itidem, exequiis perfectis, epulas ferales celebrare in more positum fuisse *Herodotus* autor est *lib.* IV. *Hist.* Similem Christianorum in Africa *Sec.* V. morem *de Epulis super mortuos*, quæ ad Sepulchra Martyrum, & in eorum honorem fiebant, docet & improbat *August. l.* 17. *Conf. cap.* II. quandoquidem illæ quasi *Parentalia*, & superstitioni Gentilium essent simillimæ. Cumque ebriosis sic occasio se injurgitandi præberetur,

hunc morem sepeliri maluit, monens suos, ut pro canistro pleno terrenis fructibus, plenum purgatioribus votis ad memorias Martyrum afferrent animum, de qua re fusius agit *Frid. Spanhemius Tom.* II. *O. O. l.* 17. *Misc. Sac. antiq. p.* 716. Apud nos hunc ritum non plane desiisse & exolevisse observare licet in sepultura Nostrorum, ubi pariter talia Conviviola adhuc celebrantur, quæ vulgo appellant das Traver-Mahl.

IX. Sed e diverticulo in viam redeundum, & nostri לחם אונים, quæ de illo enunciatur affectio & proprietas, consideranda. De eo namque dicitur כל אכליו יטמאו *Omnes qui hoc ipso vescentur, polluti evadent*. Quotquot alias mortuum lugebant, aut circa mortuum quocunque modo erant occupati, imo illi etiam, qui sepelitionem modo aspicerent, pro immundis, per tempus in Lege præscriptum, septem scilicet diebus, habebantur, intra quod spatium minime erant apti, qui venirent ad offerendum in Domum Domini. Sed si cui forsan aliquando lugentium templum frequentare animus erat בהר הבית f. בחול *in Atrio gentium profano & communi* una cum Excommunicatis & Gentilibus commorari debebat; hoc tamen discrimine ut lugenti acclamaretur ab egredientibus השוכן בבית הזה ינחמך *Ille qui hanc Domum inhabitat consoletur te*. Excommunicato vero השוכן בבית הזה יתן בלבבך ותשמע לדברי חבריך *Ille qui inhabitat hanc domum indat animo tuo, ut obtemperes verbis sociorum tuorum*, quo de *vid. R. Elies. in Pircke Abot. cap.* 17. Quoniam itaque Sacerdotibus & Levitis in Templo Domini quocunque die certa quædam negotia expedienda, nec tamen ea manibus impuris tractanda erant lege cautum fuit ne polluerent se temere mortui causa, neque funeri cujusvis, nisi sanguine conjunctissimi, quo nomine veniebant Pater & Mater, Filii & Filiæ & Frater, nec non soror virgo, adessent, aut ceremoniis in luctu funebri consuetis uterentur, quod apparet ex *Lev. cap.* XXI. 1. *seq.* Illud ipsum enim ipsorum dignitatem maxime imminuebat, quandoquidem per luctus hujusmodi frequentes sacra negligebantur, quibus non poterant vacare tempore, quo inquinati erant, durante. Durabat autem hoc per integram septimanam *Ezech.* XLIV. 25. 26. intra quod tempus sacris equidem vesci ipsis licebat, illis autem operari nefas erat *Lev.* XXI. 21. 22. Cum vero unus tantummodo in populo Judaico esset Summus Sacerdos, &, quando hic se contaminasset, Opus Domini ad aliquod tempus plane cessare debuisset; prorsus nulla ipsi, neque Parentes, neque liberos, neque fratres lugendi, venia data est. *Lev.* XXI. 11. quod ex exemplo Aaronis satis elucescit *Lev.* X. 6. quale quid etiam Naziræis, qui votum in se susceperant, neutiquam, quoad voto suo perfuncti essent, nisi piaculi alicujus rei vellent fieri, permittebatur. *Num.* VI. 6. Quomodo autem a pollutione mortui id ipsum se ex tendat ad omnes, qui veniebant in idem tentorium, aut essent in eo, illud exponitur *Num.* XIX. 13. 14. *Maymonides* tres inprimis enumerat occasiones quibus immunditiem, nisi eas qui evitet, contrahere possit, nempe במגע , במשא ובאהל *Cum mortuus tangitur, fertur, & in tentorio reponitur, in Halacha* טומאת מת *C. I.* Quæ cum ita sint, aliter fieri non poterat, quam ut etiam panis s. cibus eorum legaliter immundus, atque omnes, qui de isto comederent, polluti evaderent.


X. Hanc vero opinionem de Cadaverum impuritate late per orbem & inter ipsas gentes, *Græcos* inprimis atque *Romanos*, fuisse dispersam, & a vetustis seculis propagatam *Plutarchus in Q. Romanis* haud procul ab initio asserit. De Græcis res quam notissima est, quod funere pollutis nec templa ingredi, nec ad Deorum sacra admitti licuit, qua in re de Diana *Iphigeniæ* apud *Euripidem Iphigenia Taurica vers.* 380. verba legi merentur, cum quibus conferatur *Joh. Porterus in Archæologia Græca lib.* IV. *cap.* VIII. *pag.* 517. 518. Inde adeoque tam crebra apud multos Scriptores Lustrationum & Expiationum domus funestæ fit mentio, de qua re *Stukius de sacrificiis Gentilium*, *Spencerus de Lustrationibus*, *D. Joh. Henr. Majus in Dissert. de Lustrationibus*, *nec non Parens meus L. Christ. Frid. Germannus in Lib. de Miraculis Mortuorum* (propediem quarta parte auctius proditura) prolixius egerunt. Lustrabant nempe, ut obiter saltem nonnihil moneamus se per ignem & flammas, nec non per aquam lustralem, in qua torrem exaltari prius extinxissent, qua in re ex *κακοζυλίας* studio morem in gente Judaica receptum, imitati fuisse mihi videntur, quandoquidem de illa legimus quod funere contaminatos homines, tentoria item & vasa, aliaque id genus, aqua cum ligno cedrino, cocco iterato, hyssopo, vacæque rufæ, tanquam victimæ piacularis populi lustrandi causa cæsæ, cineribus permixta consperserit, atque ita expurgarit, *Num.* XIX. de quo pereleganter agit *Guilielmus Outramus de Sacrificiis cap.* VII. *pag.* 76. §. 1. & *cap.* XIV. §. 3. *p.* 152.

Apud

Apud *Romanos* ſimilem morem celebratum fuiſſe in aprico eſt. Comites enim, qui funus ſecuti fuerant, velut ſupremo functi officio, ad proprias Lares reverſi, aqua aſperſi ignem ſuper grediebatur, hoc ſe piaculo ex funere expiari arbitrati, quod expiationis genus *Suffitionem* dixere. Erant pariter *Exverræ* apud illos quoddam domus funeſtæ, ex qua mortuus ad ſepulturam ferebatur, purgationis genus, quod fiebat per *Everriatorem*, certo genere ſcoparum adhibito, *ab extra verrendo* dictæ, quod *Roſinus loc. cit.* annotat, nec inerudite *Alex. ab Alex. lib.* III. *D. G. C.* VII. perſequitur, quale quid ſuo tempore quoque obſervavit inter *Ruſticos Alterburgenſes Friſius*, quod nimirum elato mortuo domi remanens ædes everrat, ſcopaſque, quibus id peractum, extra fores projiciat *Tr. de Ruſticis Altenb.*

XI. Unum hic alterumque nobis adhuc dicendum fuiſſe *de Jejunio Lugentium*, ne forte offendiculo alicui id ipſum eſſet. Verum, ut his, quibus circumſcripti ſumus, chartæ anguſtiis nos contineamus, commendamus de hac re *Magnum Chemnitium in Concilii Trident. Examine*, & in offenſo pede ad alteram ſententiam, quæ eſt Viri in Exegeſi multo Feliciſſimi *Sebaſt. Schmidii in Comment. ad Hoſeam in hunc locum* progredimur, quæ in eo conſiſtit, ut neget, Prophetam nullum plane reſpectu ad *Convivia*, de quibus adeo prolixe hactenus ediſſeruimus, *Parentalia* habere, ſed *Panis Lugentium* idem ſit atque *Panis Miſeriæ*. Audiamus ipſius verba: *Interpretes hic, inquit, de νεκροδείπνοις, Conviviis Parentalibus cogitant, ſed errare eos puto: Panis enim Lugentium eſt Panis miſeriæ, quem comedunt Lugentes, dum immundi ſunt; qui panis propterea etiam immundus eſt.* Enim vero quæ Laudatiſſimum hunc Virum ad hanc ſententiam approbandam commoverint rationes, ipſe reticuit. Quoniam igitur noſtra ingenii imbecillitate minime talia excogitare poſſumus argumenta, quæ quidem pro defendenda hac ſententia ſat roboris ponderiſque habere videantur, mallemus utique ad priorem propendere & inclinare ſententiam. Namque nemo quidem denegat *Schmidio*, quod Iſraelitæ in captivitatem abducti in maximas anguſtias redacti fuerint, quodque lugendi materia ipſis ſuppeditata fuerit ſatis ampla, quodque utique propter infeliciſſimum ſtatum tenuiſſimo ac viliſſimo victu vivere coacti fuerint. At enim vero, quod hic ipſorum miſeriæ cibus propterea fuerit immundus, quodque omnes, qui hoc ipſo uterentur, polluti evaderent, de eo mallem inductione aliorum ex Scriptura locorum informari. Nullibi enim in Scriptura generalis aliqua Lex publicata fuit, quod quiſque Lugentium, quamcunque etiam luctus ſui cauſam habeat, ſit immundus; ſed illi tantum pro pollutis judicio divino declarabantur, qui luctum funebrem agebant, quique circa mortuos erant occupati. Nam horum innumera Exempla in medium afferre poſſemus, qui propter privata, quæ ipſos exercuerant, mala luctui utique indulſerunt, de quibus tamen nullum extat veſtigium, quod propterea ſeſe contaminaverint. Illud vero, ut credo, ſatis evictum & argumentis Scripturæ confirmatum fuit, quod hæc, quæ de לחם אונים h. l. dicta ſunt, optime quadrent ad cibum eorum, qui demortuorum propinquorum fata lugebant. Quamvis enim de privato cujuſvis lugentis cibo hæc talia dicta eſſe aſſerere velimus, majus tamen aliquid involvere videntur illa verba כל אכליו *omnes, qui comedent eum*, quæ præſupponunt, conſueviſſe Judæos, ad quos ſtricte hic luctus non pertinere videbatur, cum his lugentibus uno victu vivere. Jam vero novimus, quod a conſortio aliorum hujuſmodi homines remoti, & intra tentorium ſuum concluſi, a nemine conventi ſint, niſi illo die, quo funus e domo efferebatur, quo confluebant propinqui, & in Epulis feralibus cum iis convivabantur. Senſus itaque talis ex hoc dicto elici poſſe mihi videtur: Nimirum minatus erat Propheta exilium, ejuſque mala ſic exaggerarat, fore, ut in hoc exilio miſere omnes vitam ſint finituri. Ne autem forte præſidii aliquid ſibi ſupereſſe crederent in Sacrificiis, quibus Deus facile placari poſſet, hanc quoque illis præſcindit ſpem, prædicens, illa non accepta aut grata, neque cultus ſacros uſitatos in hoc exilio, quandoquidem defuturum ſit ipſis templum & altare ſacrum, exercere licitum fore. Quin ſi ex hypocriſi plurima Sacrificia Deo oblaturi ſint, minime tamen Deum ad ea reſpecturum eſſe, ſacrificia hujuſmodi reputatum iri, ſicut *Panis Lugentium*. A quo cum ſibi in his terris caveant omnes, neque quiſquam epulis feralibus interſit, niſi ad quem luctus, neceſſario pertineat, quique immunditiem hac ex re ſibi contractam lotione moleſta expiare lubens velit; tum etiam Deum, qui in lætitia vult ſacrificantes coram ſe comparere *Deut.* XII. *&* XIV. eos, ut lugentes & ex mortuis immundos, cum ſuis ſacrificiis repudiaturum, nullumque pro expiatione animarum ab ipſis fore accepturum.

J. CHR.



JO. CHR. WICHMANNSHAUSEN
DISSERTATIO
DE
LACERATIONE VESTIUM
APUD HEBRÆOS USITATA.

PROŒMIUM.

Quam expeditior, quam facilior, quam ſolidior, ſat multorum in ſacro codice, *Veteris* æque, ac *Novi Inſtrumenti*, extantium locorum difficiliorum, cognitione variorum rituum, cum omnibus gentibus communium, tum *Hebræis* inprimis propriorum, accedente, poſſit fieri interpretatio, de eo, unanimi Eruditorum conſenſu, vix ullus dubitabit. Comprobavit hoc ipſum calculo ſuo Constantinus Imperator, ſeu L'Empereur ab Oppyck, in *Epiſt. Dedicat.* ὁδοιποριάς *R. Moſis Kimchi*, dum ita ſcribit: *Nihil reperiri poteſt, quod plurima Sacræ Scripturæ teſtimonia nobis magis abſtruſa, intellectuque difficilia, reddat, quam rituum veterum ignorantia; iis enim præteritis, ſi quis loca, ubi eorum ſit mentio, intelligere vel enarrare cupiat, merito compellabitur Apollinis ad Hectorem verbis:*

> Νῦν σὺ μὲν ὧδη θέεις ἀκίχητα διώκων.
>
> *Nunc tu quidem ſic curris, inacceſſa perſequens.*

Deſudatur fruſtra, cum ea, quæ rituum Judaicorum luce egent alio,

varia

varia subtilitate, detorquentur. Idem MATTH. FLACIUS *Part. II. Clav. Script. Tract. VI. pag.* 577. (ubi *Antiquitatum* pariter *Judaicarum* notitiam ad intellectum sermonis sacrarum literarum maxime necessariam judicat,) SAL. GLASSIUS in *Philolog. Sacr.* passim, MART. GEJERUS in *Opuscul. Philolog. pag.* 11. AUGUST. PFEIFFERUS in *Critica Sacr. pag.* 195. *seqq.* aliique complures, publice dudum inculcarunt. Atque hinc factum est, ut, seculo inprimis proxime elapso, reperti fuerint quam plurimi, qui in colligendis *Sacris Antiquitatibus*, quarum ope variis divini codicis oraculis lux affundi poterat clarissima, multum & curæ, atque studii, posuerint. Neminem latet, quod in publicum, sub istis sigillatim temporibus, prodierint *Antiquitates Hebraicæ ac Biblicæ* ARIÆ MONTANI, JOH. CONRADI DIETERRICHII, PAULI SCHERLOGI, JOH. ANDR. QUENSTEDTII, JOSUÆ ARNDTH, HADR. RELANDI, JURIÆI, THOM. GOODWINI, cujus liber, *Moses & Aaron*, inscribitur, & innumerorum aliorum, qui solum generatim varios Hebræorum ritus, eosdemque sanctiores, delibare instituerunt. Magis speciatim quasdam *Hebraicæ* gentis consuetudines, in majorem sacrarum literarum evidentiam, JOH. BUXTORFIUS in *Synag. Judaica*, JOH. LEUSDENIUS in *Philol. Hebræo mixto*, JOH. LIGTFOOTUS in *Hor. Talmud.* JOH. SELDENUS, in Tract. de *Successionibus*, *Uxore Hebraica*, *Jure N. & G.* WILH. SCHICKARDUS in משפט המלך seu *Jure Regio Hebræorum*, LUNDIUS in Jüdischen Heiligthümern, CAROLUS SIGONIUS, PETR. CUNÆUS, JOH. STEPH. MENOCHIUS, MELCHIOR LEIDEKKERUS, in Tractat. de *Republica Hebræorum*, MARTIN. GEJERUS, cit. loc. & plures alii, sunt complexi. Justum autem *Antiquitatum Sacrarum* Systema ex Codice authentico, Pandectis Talmudicis, scriptis *Maimonidis*, Judæorum Ritualibus, collatis simul aliorum gentium consuetudinibus, concinnandum adhuc desiderari, rectissime AUGUSTUS PFEIFFERUS loc. cit. judicavit, cui & nuper admodum D. JOH. ALBERT. FABRICIUS, in *Bibliothec. Antiqu. pag. 9.* suffragatus est, Ego equidem, cum jam in publicum prodire sustineo, reliquis omnibus, qui in prolixiorem Disceptatione abripi poterant, ritibus missis, in קריעת הבגדים, seu *modum lacerandi vestes*, qui *Judæis*, aliisve posthic gentibus in usu venit, pro instituti ratione, paucis inquiram, certa spe fretus, fore, ut spicilegium hoc, ex messe amplissima suscipiendum, benigniori, æquus *Lector*, manu tantisper suscipiat, donec, pro virium conditione, ad altiora progredi, & molæ salsæ huic, qua jam nunc lito, thura possim superaddere. Illud interim haud gravatim quisque mihi largietur, quod, licet inter *Criticos* non pauci hactenus reperti sint, qui, data occasione, suas, super ritu hoc, meditationes cum publico communicaverint, nemo tamen, si recte judico, hactenus fuit inventus, qui peculiari, vel Tractatu, vel Dissertatione, hunc, cui manus admoveo, lacerandi vestes ritum, intimiori exponere ratione adgressus fuerit. Operæ igitur pretium me facturum existimo, si argumento huic paulo pressius insistam, ac, levi quodam specimine, personas vestes lacerantes, modum lacera-

cera-

cerationis, causas, cur fuerint laceratæ vestes, quæstionem Juris, utrum ritus hic fuerit legitimus, nec ne, expositurus, historiam simul ejusdem ritus, a *Judæis* ad reliquuas gentes, *Orientales* & *Occidentales*, propagati, in apricum producam, & quales super iisdem stricturas adornem. Quod antequam fiat, supplex veneror Numen, ut coeptis his annuat, & successu felicissimo, arduum, quod molior negotium, secundet.

I. MUltum omnino ex recte intellecto lacerandi vestes ritu, in dilucidiorem diviniorum literarum sensum derivari posse, omnium Eruditorum suffragio persuasus, justo suo ordine, quæ huc spectare videbuntur, recensebo. Loca vero cum *Antiqui*, tum *Novi Fœderis*, in quibus hujus consuetudinis fit mentio, tot enumerantur, quot de alio quocunque *Hebræorum* ritu vix quisquam alius allegabit. *Vetus* enim, si percurrimus, aperta ritus hujus indicia occurrunt *Genes.* XXXVII. 29. 34. XIV. 13. *Levit.* X. 6. XIII. 45. XXI. 10. *Numer.* XIV. 6. *Jos.* VII. 6. *Judic.* XI. 35. I. *Sam.* IV. 12. 2. *Sam.* I. 2. II. III. 31. XV. 32. I. *Reg.* XXI. 27. 2. *Reg.* II. 12. V. 7. 8. VI. 30. XI. 14. XVIII. 37. XIX. I. XXII. II. 19. 2. *Chron.* XXIII. 13. *Esr.* IX. 3. 5. *Esth.* IV. I. *Job.* I. 20. II. 12. *Jes.* XXXVI. 22. XXXVII. I. *Jer.* XLI. 5. *Hos.* XIII. 8. *Joel.* II. 13. *Judith.* XIV. 51. I. *Macc.* II. 14. III. 47. IV. 39. V. 14. XI. 71. XIII. 45. In *Novo* autem similia se nobis objiciunt, *Matth.* XXVI. 65. *Marc.* XIV. 63. & *Actor.* XIV. 14. ut adeo, loca simul collata, ad quadragesimum, & quod excurrit, numerum assurgant. Atque hic sponte, & haud gravatim, quantum genuina ritus lacerandi vestes notitia ad sacri codicis interpretationem faciat, L. B. dijudicabit.

II. Ut vero promisso existat fides, meritissime a *Personis*, *vestes lacerantibus*, meas exordior meditationes, in illud ante omnia inquirens, num ad omnes cujuscunque ætatis, sexus, status, & vitæ conditionis, personas in gente *Israelitica*, hic lacerandi vestes ritus, reduci queat. In Affirmativam inclinans sententiam, statuerem ego, omnes sine ullo personarum discrimine habito, sub vario tamen lacerandi vestes modo, maxima cum diligentia, hunc lacerationis morem tenuisse, sive viri, sive mulieres, sive senes, sive juvenes, sive reges, sive subditi, sive sacerdotes, sive alius status fuerint personæ. Sic *Genes.* XXXVII. 29. RUBEN dicitur, discidisse vestes, sic JACOBUS ibid. v. 34. sic fratres JOSEPHI *Genes.* XLIV. 13. JOSUA & CALEB *Num.* XIV. 6. *Jos.* VII. 6. JEPHTAH *Jud.* XI. 35. HUSAI 2. *Samuel.* XV. 32. MARDOCHAI *Esth.* IV. I. & multi alii, virilis sexus, leguntur lacerasse vestimenta. De fœminis, & liberis, & de prioribus quidem sigillatim, nullatenus est dubitandum, ipsis æque fuisse solenne, ac viris, hoc, illove, dato fortunæ adversæ casu, dilacerare vestes. Expresse enim ATHALIAM, *Asiæ* matrem, vestimenta discidisse, ob alius regis electionem, 2. *Reg.* XI. 14. adstruitur, id quod THAMAREM, per vim vitiatam, itidem fecisse, ex 2. *Sam.* XIII. 19. ad oculum patescit. De liberis forsan dubium cuidam suboriri posset, utrum scilicet & isti, pro antiquo more, suas vestes laceraverint, eo, quod *Sacer Codex* expressam nullibi de iisdem mentionem injiciat. At quamvis ibi, disertis verbis, nihil de illis memoretur, generales tamen extant personarum inductiones, sub quibus & liberi, & servi, comprehendi optime posse hariolor. Sic 2. *Sam.* III. 31. DAVID, & omnis populus, (sub quo & liberi continentur,) ob mortem ABNERI; *Job.* II. 12. amici JOBI suas scidisse vestes, generatim asseveratur. Reges autem, & subditos, eadem lacerandi vestes consuetudine fuisse usos, extra omnem controversiæ aleam positum esse, per tot clarissima sacrarum literarum oracula edocemur. Sic DAVID, ob nunciatium liberorum suorum miserum lapsum 2. *Sam.* XIII. 31. AHAB, ob *Eliæ* reprehensionem, qua, ob interfectum *Nabothum*, jussu Dei correptus fuerat, I. *Reg.* XXI. 27. JORAMUS, ob literas per *Naamum* a Syrorum rege allatas, 2. *Reg.* V. 7. 8. VI. 30. HISKIAS, ob *Sanheribi* conatum, 2. *Reg.* XIX. I. JOSIAS, 2. *Reg.* XXII. II. perceptis repertæ legis, per *Hilkiam*, verbis, quos omnes fuisse Reges constat, sua disciderunt vestimenta. Sic I. *Sam.* IV. 12. quidam militum, ob victos *Israelitas;* 2. *Sam.* I. 2. quidam, ex SAULIS exercitu, ob funesta hujus in prælio fata; 2. *Regum* XVIII. 37. HISKIÆ *ministri aulæ*, ob *Rabsaken* blasphemantem; *Jerem.* XLI. 5. viri octoginta ex *Sichem*, ob GEDALIÆ interitum, tanquam subditi, lacerarunt vestes, ut adeo, nec subditos

ditos morem hunc neglexisse, abunde probatum, & in aprico sit.

III. Restat, ut de *Sacerdotibus*, *majoris* & *minoris ordinis*, pauca edisseram, quos æque ac alios, in variis casibus, disrupisse vestes, *sacræ literæ* similiter, non in uno loco, demonstrant. De *Sacerdotibus* minoris dignitatis, *Prophetis*, item & *Apostolis*, in N. T. morem *Judæorum* adhuc servantibus, unanimis Eruditos inter est consensus, eosdem, pariter cum aliis, scidisse vestimenta, siquidem non pauca, in *sacro codice*, extant exempla, quæ assertum confirmant ESRA enim, *Sacerdos Israelis*, *cap.* IX. 3. ob commixtionem *Judæorum* cum *Gentilibus*, ac MATATHIAS *Sacerdos*, I. *Maccab.* II. 14. ob legis Judaicæ violationem; ELISA *Propheta*, ob Patris *Eliæ* subitum, & improvisum, in cœlos abitum 2. *Reg.* II. 12. PAULUS & BARNABAS, ob cultum, quem Iconienses ipsis tribuere parabant, divinum, *Act.* XIV. 14. sua discidesse vestimenta, nominatim introducuntur.

IV. Quo magis autem inter se, *Antiquitatum Hebraicarum* Indagatores, in jam adductis, consentiunt, eo magis de *Summi Socerdotis*, seu *Pontificis*, vestium laceratione dissentiunt, adeo, ut alii eandem ipsi plane denegent, alii non omni, sed limitato modo, vendicent. Sunt, qui vestimentorum scissionem plane a *Summo Sacerdote* removent, quos inter primus omnium referendus est, *Cardinalis* BARONIUS, qui eandem, quacunque etiam emergente occasione, *Sacerdoti Summo* fuisse licitam negans, CAIPHAM, vestes suas scindentem, facti, legibus divinis contrarii, accusat, dum in *Annal. Tom. I. An. Chr.* 34. *num.* 73. ita loquitur: *Hac consuetudine cæteri, haud tamen Sacerdotes, tenebantur; nam divina lege Sacerdotibus vetitum erat, ne sua scinderent vestimenta. Sed Caiphas illa contempta, quo cæterorum adstantium animos, in Christi perditionem, magis ac magis concitaret, furore quodam percitus, primus Summorum omnium Pontificum (quorum sit memoria) sic sua vestimenta conscidit.* Ejus sententiæ accedit *Cornelius a Lapide*, *e Societat. Jesu*, *in Commentar. IV. Evangel.* pag. 506. inquiens: *Porro illicite hic Caiphas vestem scidit, quia ipse erat Pontifex, Pontifici autem id vetitum erat, juxta illud Levit.* XXI. 10. Caput suum non radet, nec vestes suas dissuet. *Causas ibidem recensui. Scidit ergo vestem Caiphas, ut invidiam Jesu conflaret, eumque, quasi blasphemum, omnibus execrandum, damnandumque, objiceret.* Sic & plures, maxime Pontificiorum, alii. Enim vero, hos vehementer errare, jamdudum limati judicii, ac profundioris Eruditionis, Viri demonstrarunt, asserentes, non quovis, sed solo propter mortuos casu, *Sacerdoti Summo* lacerationem vestium esse prohibitam.

V. Quod enim legem *Levit.* X. 16. attinet, qua *Moses Aaroni*, ejusque filiis, *Eleazari* & *Ithamari*, scissionem vestium interdixit, non vi interdicti generalis ista gaudet, sed ad solum, misere prostratorum, fratrum casum spectat, ubi *Moses* filios *Aaronis*, speciatim a laceratione vestium abstinere voluit, tum propter recentem illorum consecrationem, ut dicitur versu seq. *nam oleum unctionis super vos est*, tum propter paucitatatem illorum. Quod si enim illos, simili cerimonia funebri, contaminari contigisset, nulli alii fuissent, qui sacrificia peragere potuissent. Eadem de causa vetat hic iisdem *Moses*, egredi atria sancto, scilicet ad planctum fratrum suorum, & funus, peragendum. Nam id immunditiem legalem attulisset, prout haud insulse judicat *Arnoldus* in *libro*, qui inscribitur *Lux in tenebris* pag. 165.

VI. Nec lex altera, quæ *Levit.* XXI. 19. proponitur, omnem vestium scissionem *Summo* interdicit *Saeerdoti*, cujus verba ita se habent: *Sacerdos magnus ex fratribus suis, super cujus est effusum caput oleum unctionis, & implevit manum suam ad induendum vestes, caput suum non radet, & vestes suas non dissuet. Neque ad ullas animas mortui veniet; quin ne ob patrem quidem suum, aut matrem suam, polluet se.* Sed, uti tota συνάφεια, seu cohærentia, legis ostendit, solum, in prohibitione de non lacerandis vestibus, ad causam funebrem, ac privatum *Summi Sacerdotis* luctum, habetur respectus, haud exclusis aliis casibus, publicam cladem, vel publicum luctum, blasphemiam, & id genus alia, innuentibus, quibus, *Pontificem* quoque *maximum* non sua potuisse discindere vestimenta, ex hoc loco nunquam demonstrabitur.

VII. Ipsi *Hebræorum* Magistri, vulgo *Rabbini* dicti, quorum, in patriis consuetudinibus, ac cerimoniis dissolvendis, haud minima esse solet autoritas, meæ sententiæ album adjiciunt calculum, quando adductas leges, in *Talmudicis* scriptis, ita conciliant; ut, *Sacerdoti*, *majori* æque ac *minori*, licuisse lacerare vestes, affirment, eo tamen discrimine, ex ipsorum sententia, habito, ut non usui sacro, sed vulgari, destinatas vestes, *Sacerdos Summus*, & *minor*, dilacerare potuerint. Unde illud: המקרע בגדי כהונה לוקה *Qui dilaceravit vestes sacerdotales, vapulabit.*

(v. *Gemar. Babyllon.* ad tit. *Joma c. 7. f.* 72.) Et hujus quidem consuetudinis nulla alia, & commodior, poterit dari ratio, quam quod reverentia, ac honor, templo Dei sancto debitus, lædi videatur, si quis, & vel maxime *Sacerdos Summus*, istud laceratis vellet ingredi vestibus. Nec minus Rabbini *Summo Sacerdoti* vestium attribuunt scissionem, quando isti, antiquitus propagata traditione, expressum, inter lacerationem vestium *Pontificis*, & aliarum vulgarium, defendunt discrimen, ita ut *Sacerdos Summus* ab ima, seu interiori, parte versus summam, alii contra, a summa deorsum, dilaceraverint vestimenta. Inquiunt enim, in *Misna Tit. Horajoth cap.* III. כהן גרול פורם מלמטת וההדיוט מלמעלה: *Sacerdos Summus dilacerans est a parte ima, Sacerdos gregarius a summa.* R. Maimonides idem, cit. l. affirmat, scribens: מהיכן קורע מלפניו והקורע מאהריו או מן הצררין או מלמטה לא יצא ידי חובה קריעה אכא כהן גרול שהוא פורם מלמטה: *Dilacerandæ erant vestes ab anteriore parte. Qui autem a tergo, aut a latere, aut ab inferiore parte, dilacerabat, is a ritu dilacerationis aberrabat. Quod tamen de Pontifice Summo non est intelligendum, cui a parte inferiori dilacerandum erat*, prout paraphrastice vertit Joh. Seldenus, in J. N. & G. L. II. C. XII. p. m. 266. Et, si Josepho, *Antiquitatum Judaicarum* vernaculo vindici, in dijudicandis *Judæorum* ritibus, multum fidei habetur, ejusdem judicium, quod sententiam meam roborare videtur, huc transcribere placet. Concepta enim Istius verba, Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως λόγῳ β. κεφ. κϛ. ita se habent: οἱ δυνατοὶ σὺν τοῖς ἀρχιερεῦσι τὰς ἐσθῆτας περιεῤῥήξαντο. Et postea κεφ. κξ. τοὺς δὲ ἀρχιερεῖς αὐτοὺς, ἣν ἰδεῖν καταμωμένους, μὲν τῆς κεφαλῆς κόνιν, γυμνοὺς δὲ τὰ στέρνα τῶν ἐσθήτων περιεῤῥηγμένων.

VIII. Quare, ut ad supra nominatum *Cardinalem* Baronium, aliosque ejusdem asseclas, revertar, in errore versari istos maximo, opinor, dum vestium scissionem *Summo Sacerdoti* prorsus denegant, atque adeo Caiphæ factum iniquum, & illegale, fuisse, pronunciant. Minime enim primus summorum omnium Pontificum, ut falso autumat Baronius, extitit Caiphas, qui vestimenta sua conscindit, cum, jam dudum ante istum, Jonathas, *Summus Sacerdos*, ob pulsum in Cades *Galileæ* exercitum, (1. *Maccab.* XI. 71.) suas dilaceraverit vestes. Sicuti vero hic legem divinam, quæ solum, propter mortuos, scissionem vestium *Summo Sacerdoti* denegabat, transgressus non est, ita pariter tantum abest, ut Caiphas, vestes suas lacerans, legem divinam, vel consuetudinem *Summorum Sacerdotum*, læserit, ut potius morem *Judaici* populi secutus, ob blasphemiam, quam se, ex sanctissimi Salvatoris Jesu ore, percepisse, falso sibi persuadebat, rite sua sciderit vestimenta. *Consuetudinis Judaicæ est*, inquit ad h. l. Hieronymus, *cum aliquid blasphemiæ, & quasi contra Deum audierint, scindere vestimenta sua.*

IX. Liquet exinde, rectissime supra a nobis fuisse affirmatum, quod ad omnes, cujuslibet sexus, ac status, in gente *Judaica*, personas, vestes lacerandi ritus, spectaverit, &, summa etiam cum cura, olim ab iisdem observatus fuerit. Et hoc ipsum in caussa est, cur Jeremias alicubi, & quidem c. 36. 24. seqq. de ritu hoc, tantisper neglecto, vehementer conqueratur, quando ad conspectum injuriæ, Deo irrogatæ, ex præsentibus nullum, vestimenta sua lacerantem, conspiciebat. Quum enim volumen sacrum, quo, procul omni dubio, vaticinia Jeremiæ continebantur, per contemptum, coram Rege, combureretur, nullus omnino eorum, qui atrox hoc factum oculis suis usurpabant, ex antiquo, & patrio, more, laceratione vestium, istud detestabatur, acerbioremque super injuria, ipsi Numini sanctissimo illata, dolorem manifestabat. *Projecit*, inquit Propheta, *Jehudius volumen super ignem, qui super foco: usque dum consumtum est totum volumen super igne, qui super foco. Neque exhorruerunt, aut ruperunt vestes suas, Rex, & omnes servi ejus, hæc omnia verba audientes.* Et hæc quidem de *Personis, vestes lacerantibus*, monuisse sufficiant.

X. Atque sic ad *modum*, quo vestimenta lacerari solebant, pergendum erat. Sed cum de hoc, nec in *Sacris Pandectis*, nec in *Rabbinorum* placitis, certi quid præcipiatur, istis nihilominus curatius paulo hic immorabimur, quæ, circa vestium lacerationem, ex ipsis fontibus, veniunt notanda, quibus, ut pauca de vestibus, quas sciderunt Judæi, præmittantur, accuratioris methodi ratio requirit.

XI. Easdem vero, in gente *Israelitica*, non unius sortis, sed varias, fuisse, & alias quidem ad induendum, alias ad amiciendum, alias ad insternendum, de eo *Sacri Codicis*, & *Talmudicorum* Scriptorum, inspectio plenius nos informant. Simplices, mox post lapsum Adami, solum obtinuisse vestes, ex ipso Parentis humani generis exemplo constat, cui, & uxori ejus, Deum pelliceas primum tunicas fecisse, ex *Genes.* III. 21. percipimus. In ipsam vero materiam, & colorem,

rem, vestium harum, uti pluribus inquisivit, Jo. Henr. Ursinus *Volum.* I. *Anal. Sacr. l.* VI. *c.* XV. *p.* 331. *seqq.* ita & diu *Adami* successores, unice his indutos fuisse, Isaacus Casaubonus, in *Exercitat.* 16. *ad Annal. Eccles.* Baronii asseverat: *Primos hominum*, scribens *n.* 117. *p.* 555. *una veste contentos diu vixisse, postea alteram accessisse, ex eo cœpisse, esse in usu, vestem unam interiorem, Hebræis* מעיל, *Græcis* ἱμάτιον, *Latinis togam: & interiorem, hæc Hebræis* כתונת, *Græcis quoque* χιτών, ex *Hebræo* Latinis *tunica*. Interior itaque vestis, antiquitate usus, præfertur exteriori, qua sola contenta erat frugalis vetustas, quæve *Hebræis*, כתונת, *Chaldæis*, כתונא ex כתן, *lino*, quod a כת *contundere*, Græcis χιτών, Latinis *tunica*, Gallis *Hoqueton*, dicta est, definiente Megalandro nostro Luthero, in Comment. ad *Genes. cap.* 37. *camisia linea stricta, arcta, tegens omnia membra corporis usque ad talos, non fluentibus manicis, sed strictis, absque plicis, ut sacerdotes essent expediti ad operas sacrificiorum, & mutationes, perinde ut nostri lanii.* Quod vestimenti genus cum virile, tum muliebre, extitisse, exemplum Josephi, quem fratres exuerunt tunica *Genes.* XXXVII. 23. & Thamaris 2. *Sam.* XIII. 19. aliis innumeris omissis, adprime evincunt. Nec diu hanc vestem interiorem, seu tunicam, gestasse *Hebræos* solam, sed postmodum multiplicatam, ita, ut altera harum ex lino facta, & cuti admota, altera ex lana, superinducta fuerit, colligi posse puto ex *Jonathanis*, omnes suas vestes exutas *Davidi*, in amoris genuini signum, I. *Sam.* VIII. 4. tradentis, exemplo, quem, ne nudum stetitisse, coram oculis *Davidis*, fateri cogamur, dicendum est, ipsum, præter tunicam, adhuc aliud vestis genus, intimæ cuti admotum, habuisse. Sic pariter præceptum Christi: *Qui in agro est, non revertatur tollere tunicam suam*, *Matth.* XXIV. 18. innuit, non una tantum tunica fuisse indutos, tunc temporis *Hebræos*, alias sequeretur, nudum fuisse cultorem agri; sed tunica, eam ob causam, domi fuit relicta, ut labor citius perageretur. Vid. Menochii *Resp. Heb. lib.* 6. *c.* 6. *n.* 5. *p.* 534.

XII. Altera vestis, præter interiorem, ad corpus vel ornandum, vel contra tempestates cœli muniendum, ab *Hebræis* gestari solita, vocabatur מעיל (a מעל *prævaricatus, transgressus* est, ut hoc vestimentum, & id genus alia, sint luculentum prævaricationis, in Paradiso contra Deum commissæ, signum) a Græcis *Interpretibus*, in variis locis, varie translata, ποδήρης, υποδότης, ἐπενδύτης, διπλοίς, στολή, ἱμάτιον, a Latinis *pallium, toga*, versa fuit. Judicante Schindlero, in *Lexico Pentagl.* sub *rad.* קרע, *erat vestis summa longior, sine manicis, ornatior, Sacerdotibus quippe, Regibus, & Prophetis, tributa*, & juxta Octav. Ferarium, de *Re Vestiar. p.* II. *l.* 4. *c.* III. *p.* 133. *tale vestimenti genus, quod tunicæ injiciebatur, totumque corpus, circumjectu suo, involvebant*, quo viri & mulieres, modo tamen dissimili, utebantur. Hujusmodi vero pallium, prout Causobonus cit. l. existimat, constabat quatuor pannis, certo modo, inter se junctis, *Græcis* passim πετράγωνον ἱμάτιον, *quadrangula vestis*, sive *quadrata*, dictum, ut proinde pallium Christi commodissime, a militibus, in quatuor partes (*Joh.* 19. 23.) distribui potuerit, quascunque etiam alii secandi afferant rationes. Unico vero istiusmodi pallio, & non pluribus, more *Græcorum*, fuisse usos *Hebræos*, copiosius ostendit Casaubonus, *Exercit.* 16. *n.* 34. *pag.* 554.

XIII. Hæc autem vestimenta duo, מעיל, seu *pallium*, & כתונת, seu *tunica*, generalibus sæpe vocibus, *sacris in literis*, ita afferuntur, ut nunc per בגד, nunc per שמלה, nunc per מד, nunc per מדה, nunc per כלי, promiscue indigitentur. Omnibus vero his, accuratius examinandis, haud immorabimur, sed, pro instituti tantum ratione, observamus, quod, præter has duas vestes majores, interiorem scilicet & exteriorem, tertiam etiam, pluresve, veteres *Hebræos* gestavisse, ex *Sacris*, solide vix quisquam demonstraverit. Quod enim ad מכנסים a Græcis *Interpretibus*, περισκελῆ, a Romanis, *feminalia*, versa, attinet, quæ usque ad genua, & poplites, venientia, velabant verenda, superiore a parte, &, sub umbilico, vehementer adstringebantur, hæc ad minores, quales fuere plures, & ad sacerdotales (*Exod.* 28. 42. *Ezech.* 44. 18.) potius referri merebantur vestes, quam ad vulgares, seu communes. Postea, accrescente hominum luxuria, *Hebræos*, Gentilium ritus magis, ac patrios, excolentes, plures gestasse tunicas, ex multis *Novi Fœderis* locis, haud gravatim, elici potest, in quibus Christi discipuli, ab usu tunicarum duarum simultaneo, revocantur.

XIV. Sed ne a proposito, quod, pro fide data, persequi me oportet, longius aberrem, inquirendum nunc erit, quamnam harum vestium laceraverint Hebræi, utrum כתונת seu *vestem interiorem*, an מעיל seu *exteriorem*, an vero utramque? *Codicis Sacri* loca curatius introspiciens, deprehendet, Hebræos & *tunicam*, & *pallium*, immo vestem utramque, sæpius di-

discidisse. De כתונת, seu *veste interiore*, scissa fit mentio 2. *Sam.* 13. 19. ubi Thamar, per vim vitiata, dicitur sumsisse cinerem, super caput suum, ac כתונת הפסים אשר עליה *tunicam, frustis quasi variegatam, quæ super ipsa*, disrupisse. Nec obscure כתונת, seu *vestis interior*, dilacerata reperitur 2. *Sam.* 15. 32. ubi Chuschaius, *Arkita*, קרוע כתנתו *scissus tunica sua*, atque terra, super capite, sparsa, *Davidi* venit obviam. *Sine dubio*, inquit, ad h. l. Mart. Gejerus in *Opuscul. Philolog. cap.* 22. §. 14. *caruit hic pallio laxiore externo, fugæ præsentis conditione, sicut capitis etiam, terra conspersi, carebat tegmine, adeoque tunicam, carni adhærentem, propius dilaceravit interim, mœrorem suum expressurus*. Exteriorem pariter vestem, מעיל Hebræis, ἱμάτιον, Græcis, *pallium*, sive *togam*, Latinis nuncupatam, hoc, illove, lugubri casu dato, fuisse laceratam, clarissime patet ex *Job.* I. 20. ubi *Jobum* ipsum, inopinato casu, liberis omnibus peremtis, scidisse את-מעילו *pallium suum*, & totondisse caput suum, cognoscimus. Ejusdem vestis scissionem advertere licet, *Job.* II. 12. ubi quilibet amicorum *Jobi*, ob ejus miserum statum, מעילו, *pallium suum*, disruperunt. Quibus in locis, literaturæ *Hebraicæ* peritissimus, Coccejus, una cum aliis, hanc vocem מעיל ad vestimentum interius referre voluit, existimans, מעיל *honoratiorum*, quales erant viri *Principes, Magistratus, Sacerdotes*, כתונת autem *vulgarium*, fuisse tunicam. At enim vero מעיל, *vestimentum* fuisse *exterius*, rectius cum Gejero *cit. l.* me affirmare posse, vel eam ob causam, existimo, quod non LXX. tantum, vocem hanc per ἱμάτιον, sed Aquila quoque per ἐφεςίδα, Theodotion item per ἐπενδύτην, ubivis locorum, interpretati sint. Proinde solide judicat Casaubonus *cit. l.* inquiens: *Constat e Scriptis. Rabbinorum, quod fuit Græcis pallium, toga Romanis, id fuisse Hebræis mehil.*

XV. Huic vesti exteriori, מעיל *Hebræis* dictæ, supra laudatur Gejerus *pag.* 271. adjungit voces, שמלות & בגדים, quas, & *vestes exteriores* denotare, & sæpe laceratas fuisse, contendit, sequentia ibidem adnotans: *Referimus huc illud, Gen.* 37. 34. *de Jacobo, nuntio Josephi, misere interfecti, audito;* & scidit שמלותיו, *vestimenta sua*, posuitque saccum in lumbis suis, *ubi vocem* שמלות, Forsterus, ac Pagninus, *accipiunt de vestibus proprie externis, quibus operitur, & quarum dextra pars,* לשמאל *in sinistram, forte injecta. Ita vestes easdem superiores voce* בגדים *indicari, Jos.* 7. 6. & 2. *Reg.* 6. 30. *ubi de* Josua, ac Joramo, *sermo est, absurdum forte haud erit, asserere*. Sed, utut consummatissimi hujus Philologi vestigia, lubens alias, atque sponte, premo, vix tamen impetrare a me possum, quin modeste, & tantisper, *hic locorum*, ab Eodem dissentiam. Id quidem in dubium plane non voco, notiones שמלה & בגד, si in singulari ponantur numero, sæpissime de vestibus exterioribus accipi, id quod ex verbis *Es.* III. 6. שמלה לכה *toga tibi*, ex *Gen.* 9. 23. ubi Sem, & Japheth את-השמלה, *vestem*, aliquam arripiunt, & ex *Genes.* 39. 12. ubi *Potiphari* uxor Josephum prehendit בבגדו, *veste ipsius*, it. ex *comm.* 13. 15. 16. ut vel sexcenta alia loca taceam, ubi LXX. *Interpretes* שמלה & בגד, τὸ ἱμάτιον, unanimiter, sunt interpretati, satis patescere videtur. Illud interim inficiari non possum, quod, quantum ad posterius, sive בגד attinet, istud frequentius, maxime cum in *singulari* occurrit, *vestem interiorem* denotet, quo inprimis verba Esræ, *cap.* 9. *com.* 3. extantia, ubi מעיל, notio בגד, expresse opponitur, reducenda sunt. Utrasque vero notiones, שמלות & בגדים, in *plurali* collocatas, solum ad exterius vestimentum referendas esse, id quidem plane persuadere mihi nequeo. Duplex enim *Hebræis* antiquis vestimentum fuisse exterius, per supra disputata, negavimus, id quod tamen ex vocibus שמלות & בגדים, in plurali numero positis, si de *exteriore veste*, seu *pallio*, solum essent intelligendæ, haud dubie sequeretur, nisi quis per *Heterosin*, plurale pro singulari, in his vocibus, usurpari, nulla urgente necessitate, asserere velit. Quum itaque jam antea declaraverim, non solam *tunicam*, non solum *pallium*, sed *utramque* sæpenumero *vestem*, in doloris, haud mediocris, signum, simul fuisse laceratam, quid impedit, quo minus has voces, שמלות & בגדים, in plurali sæpe usitatas, de utriusque vestis scissione, generatim, positas esse, suspicer.

XVI. Utrumque vero vestimentum, haud raro ab *Hebræis*, uno actu, & conjunctim, fuisse disruptum, luce meridiana clarius elucet, ex *Esr.* 9. 3. ubi & *tunicæ*, & *pallii*, conjunctim ab Esra factam lacerationem, ob *Israelitarum*, cum populis exteris, contracta matrimonia, *Scriptor sacer* clarissime combinat, ita scribens: ובשמעי את-הדבר הזה קרעתי את-בגדי ומעילי ואמרטה משער ראשי וזקני ואשבה משומם. *Cum ergo audirem verbum hoc, discidi vestem meam, & pallium meum, & evulsi de crine capitis mei, & barbæ meæ, sedique desolatus*. Nec incom-

commode, ad æqualem veſtimenti utriuſque ſciſſionem, una vice factam, poterit trahi exemplum *Summi Socerdotis*, Caiphæ, qui juxta *Matth. cap.* 26. 65. τὰ ἱμάτια, & *Marc. cap.* 14. 63. τοὺς χιτῶνας, diſrupit; quæ duo loca, ſi recte conjicio, optime concordarent, ſi ſupponamus, utramque veſtium, per indignationis vehementiam, plane ſingularem, ſceleratas intempeſtivi hujus zelotæ manus fuiſſe expertam. Unde, cum de utriuſque veſtimenti ſciſſione, ſimul peracta, nullum queat eſſe dubium, non video, quare voces שמלות & בגדים, ſi de iis laceratio quædam, in *Sacro Codice*, prædicetur, nequeant de utraque veſte, & *exteriore*, & *interiore*, ſimul ſciſſa, veriſſime intelligi, maxime cum huic ſententiæ loca, *Gen.* 37. 29. 34. 44. 13. *Joſ.* 7. 6. *Jud.* 11. 35. *Act.* 14. 14. & innumera alia, non parum patrocinari videantur.

XVII. Atque ſic, poſtquam de *veſtibus* etiam, quas antiqui *Hebræi* lacerare ſolebant, ſuccincte diſpexiſſem, conſentaneum erit, ut *modum*, quo fuere ſciſſæ, paucis nunc inveſtigem. Hunc vero ex *Sacris*, non æque, ut ex *Rabbinorum* Commentariis, poſſe oſtendi, id quidem pro virili, ſuſtinere allaborabo. Utut enim *modus* diſciſſionis veſtium, circa quem jam nunc occupor, plenarie, vix ullibi, expreſſus extet, a *ſtante*, tamen, veſtium lacerationem, ut plurimum, fuiſſe factam, exemplum Davidis, & reliquorum ejus miniſtrorum, de quibus 2. *Sam.* XIII. 31. ſeqq. ita legitur ויקם המלך ויקרע את--בגדיו וישכב ארצה וכל--עבדיו נצבים קרעי בגדים. *Et ſurrexit Rex, & rupit veſtes ſuas, ac jacuit in terra; omnes autem ſervi ejus, ſtantes erant, ſciſſi veſtibus ſuis*, nos edocet. Atque hoc, ſine dubio, fundamento nixus, omne aliter peractum, fruſtraneum eſſe, judicat R. Maimonides *Hal. Ebbel. cap.* 8. inquiens: ואין קריעה אלא מעומד שנ׳ ויקם המלך ויקרע את בגדיו (ואם שכח וקרע מיושב חוזר וקורע מעומד כדאיתי התם אמימר שכיב ליה בריה וכו) *Non fit autem ruptura, niſi a ſtante, ſiquidem dictum eſt* (1. *Sam.* XIII. 31.) *& ſurrexit rex, & ſcidit veſtimenta ſua*, (*& ſi quis oblitus, vel mœrore occupatus rediiſſet ſedens, denuo rumpere tenetur ſtans, ſicut fecit R. Amemar, cum ei filius obiiſſet, cap.* 3. Moed. Katon.)

XVIII. Porro haud obſcure, ex *Sacris paginis*, poterit colligi, veſtium ſciſſionem, non facile inſtrumento quodam, *forſice*, vel *cultro*, ſed *manu* potiſſimum, fuiſſe peractam. Luculenter enim id iterum *Davidis* comprobatur exemplo, de quo 2. *Sam.* 1. 11. refertur: ויחזק דוד בבגדיו ויקרעם: *Tum apprehendit David veſtes ſuas, & rupit eas*, & ſtatim additur, idem omnes ejus miniſtros feciſſe, ut per ſequentia edocemur, וגם כל--האנשים אשר אתו: *itemque omnes viri cum ipſo*. Sic & *Eliſam*, *manu*, ſuas laceraſſe veſtes, ob inopinatum *Eliæ*, Doctoris ſui, in cœlum diſceſſum, dilucide evincunt verba 2. 2. *Reg.* 11. 12. extantia. *Et Eliſa videns, idemque clamans: Pater mi, pater mi, currus Iſraelis & equites ejus, poſt non vidit eum amplius*. ויחזק בבגדיו ויקרעם לשנים קרעים: *Et apprehendit veſtes ſuas, & diſrupit eas, in duo fruſta*. Quibus in locis החזיק, in forma *Hiphil*, uſitatum, non vulgarem quandam, manu factam, apprehenſionem, ſed firmiſſimam, & maximo cum niſu conjunctam, denotare, cum ex 1. *Sam.* XVII. 35. ubi *David* leonis, pecudem de grege ſua auferentis, barbam החזיק, tanta vi apprehendit, ut etiam occidere eundem potuerit, ex 2. *Reg.* IV. 8. *Eſai.* XLV. 1. aliiſque locis, tum ex LXX. *Interpretum* voce tranſlata, κρατεῖν, quam proprie violentam, ac fortem, retentionem, ſignificare, in *Harmon. Evangel. Gerbardus* docet, clariſſime cognoſcitur. Hunc vero, *manu* lacerandi veſtes, modum, qui in *Sacris* fundatus eſt, poſtea fuiſſe immutatum, & inſtrumentum aliud, ſciſſioni quoque veſtium, adhibitum, videre eſt apud R. *Maimonidem cap.* VIII. *Ebbl.* §. 2. dum inquit: ומותר לו לקרוע בכלי ויש לו לקרוע גפנים שלא בפני אדם לפיכך יש לו להכנים ידו בפנים וקורע בצנעה: *Permiſſum vero eſt, ſcindere etiam inſtrumento aliquo, (ut eſt culter, forfex,) vel etiam ſcindere antrorſum, ut non tamen ſit, in conſpectu hominum. Idcirco poteſt manum ſuam intromittere anterius, ac ſcindere occulte*. Excipit tamen unicum, in parentum luctu, caſum, ubi & *manu propria*, in majoris doloris ſignum, ſcindere lugenti veſtes licuerit, cum ita *commentatur*: אבל על אביו ועל אמו קורע עד שמגלה את לבו ומבדיל שפת הבגד ואינו קורע בבלי אלא בידו מבחוץ בפני כל העם וקורע כל הבגדים שעליו ובגד הזיעה הדבוק לבשרו אינו מעכב: *At in parentum luctu rumpit amplius, uſque dum pectus nudetur, ſeparat quoque oras veſtimenti. Non tamen ſcindere licet inſtrumento, verum manu propria, palam in conſpectu omnis populi; imo lacerat talis omnia ſua veſtimenta, quæ ſupra ſe habet, adeo ut, veſtem ſudoris, cuti adhæreſcentem, non patiatur ſibi (ſcindenti) obſiſtere*. Huc pariter ſpectat, judicante *Gejero cit. loc.* illud *Maimonidis H. Taan. cap.* V. §. 17. de viſitantibus, loca Judææ deſolata, atque, ob eadem, lacerantibus veſtimenta: *Univerſas illas* ruptu-

rupturas, manu sua, perficit stans, laceratque unum quodque tegumentum, quod supra se habet, donec nudum ejus conspiciatur pectus, nec in perpetuum, recte resarcire potest rupturas illas, quanquam liceat, quodammodo, consuere.

XVIII. Denique, duce *Scriptura S.* dilucide observo, hanc vestium lacerationem, *veram*, ac *propriam*, in duas partes, *dissectionem*, non violentam detractionem, projectionem, diffibulationem, aut diloricationem, fuisse. Talem enim perspicue *Elisæ* exemplum, qui 2. *Reg.* II. 12. יקרעם לשנים קרעים, *discidit vestes suas* (expresse) *in duas partes*; nec non *Davidis*, qui 2. *Sam.* I. 11. יחזק, *maxima cum vehementia, apprehendit* vestimenta sua, ויקרעם, & *disrupit ea*. Nisi enim *vera* hæc fuisset *Davidis* vestium scissio, quid tanta, tamque violenta, apprehensione opus fuisset. Inprimis autem verbi קרע, *laceravit*, in *Sacris*, legitimum, & maxime receptum, urgeo significatum, quod, sive de *vestium laceratione*, ad quam fere semper ibidem solet adhiberi; sive de alius rei scissione, (ut *Ezech.* XIII. 21.) usurpetur, ubivis violentam denota discissionem. Forma hujus verbi passiva, in *Kal* potissimum, *veram* suppeditat lacerationem, id quod ex *Exod.* XXVIII. 32. & XXXIX. 23. facile colligitur, ubi de pallio Sacerdotali præcipitur, ut limbus, sive fimbria, isti circa collum adornetur, לא יקרע *ne rumpatur* (sive lacerum fiat,) ut filum unum, post aliud, e textura promineat, aut, per vim etiam quamcunque, facile dissolvi possit. Idem cognoscitur, ex 1. *Sam.* XV. 27. ubi *Saul*, *Samuelis* abiturientis pallii fimbriam, manu sua, apprehendit fortius, ויקרע *ut laceraretur*, seu *lacera fieret*.

XIX. *Propriam*, ac *violentam*, vestium hanc fuisse lacerationem, ex vocibus quoque *Græcis*, διαῤῥήγνυμι, διαῤῥήσσω, σχίζω, περίζω, tum in *Veteri*, a LXX. *Interpretibus*, tum in *Novo*, *Instrumento*, pro קרע sæpius usurpatis, potest probari, quandoquidem istæ, nunquam de alia, nisi de *vera*, & *genuina*, scissione, adhibitæ reperiuntur. Ita vox διαῤῥήγνυμι, *Luc.* V. 6. de *reti*, ob piscium multitudinem ingentem, & *cap.* VIII. 29. de *vinculis disruptis*; σχίζω vero, *Matth.* XXVII. 15. de *velo templi*, in duas partes, disrupto, a summo usque ad imum, *com.* 52. ejusdem *cap.* de *petris* discissis, reperiuntur. Prout igitur, in locis adductis, *vera* semper debet intelligi *dissectio*: ita easdem voces, de veste scissa usurpatas, eandem semper denotare, nemo, ut opinor, in dubium vocabit.

XX. Insuper, & forsan haud incongrue, *vera* vestium laceratio, poterit demonstrari, ex *ruptura* satis *longa*, vel partibus laceris, ad tempus aliquod, pendulis in terram relictis, & in omnium oculos facile incurrentibus. Sic enim 2. *Reg.* VI. 30. dicitur, quod, per scissas Regis vestes, totus populus saccum, cuti ipsius intimiori adhærentem, eminus, (erat enim Rex in muro,) observaverit, id quod vix fieri potuisset, nisi, *ruptura* vestium ejus *longa*, ac notabilis, fuisset. Sic *Genes.* XLIV. 13. fratres quoque *Josephi*, post scyphum, in ipsorum sarcinis inventum, scissis vestibus, ad *Josephum* sunt reversi. Sic nuncius arcæ captæ infaustus, (1. *Sam.* IV. 12.) scissa veste, ac pulvere, super capite sparso, citatis passibus, venit ad Eli. Sic & legati *Hiskiæ* ad *Rabsaken*, (2. *Reg.* XVIII. 37.) cum nihil impetrassent, discissis vestibus, rediere ad Regem, atque, æquali modo, plurium aliorum vestes disruptæ, manifesto, deprehendi potuerunt.

XXI. Miror, igitur qui venerit, ut *Cajetanus* in *Comm. ad Marc.* XIV. διέῤῥηξε, non, *disrupit*, *dilaceravit*, sed, *diffibulavit*, *fibulas solvit*, *vestem aperuit*, interpretari voluerit. In sententiam istius, sat frigidam, & inconcinnam, licet, nihilominus tamen concessit, *Joh. Hieron. Sopranes*, *Genuensis*, *e Societate Jesu*, dum *Digress.* 1. *de re vestiaria Jud. Disp.* 1. *cap.* 1. §. 12. *pag.* 330. קריעת הבגדים, pariter, non de vera vestium scissione, sed, de violenta projectione, diffibulatione, aut diloricatione, accipiendam esse, prolixe demonstrare annisus est, quando, hoc super negotio, verba ita informat: *Quomodo ergo Hebræis, & gentilibus, cum vestes illorum non ex aranearum telis essent, sed ex densa, & bene compacta, materia contextæ, tam facile, subitis in casibus, scindebant. Et augent multa difficultatem. Primo, quod, non certo tantum anni tempore, moris id esset, & æstate vel autumno, cum levissimi textus vestes induuntur; sed in media hyeme, cum vestes assumuntur densæ, villosæ, bene pexæ.* Præter rationes supra adductas, ad hanc difficultatem, cum *Socio* ipsius, *Cornelius a Lapide*, *Commentar.* in IV. *Evangel. p.* 506. respondeo, potuisse, & levis texturæ vestes, & bene pexas, haud difficulter, lacerari, *quia Judæorum vestes, sub mento, erant apertæ, ut facile possent, per caput, humeris injici, itaque indui, & exui: cum ergo eas scindere, i.e. disrumpere vellent, sub mento, utramque fissuræ oram, manibus, arripiebant, ac, magna vi, reliquum vestis lacerabant usque ad cingulum, in signum doloris, & indignitatis.* Ad *veram* interim vestium lacerationem infringendam,

dam, porro cit. loc. *Sopranes* urget: „ Secundo, non factum id, a viris robustis duntaxat, sed ab omni sexu, & ætate. Senes enim, viribus confecti, fœminæ, pueri, puellæque, more illo, vestes, etiam in calamitate, scindebant. Tertio, nec id lente, & otiose, sed impetu subito. Ne quis enim existimet, audita clade aliqua, luctuque suorum, cultros poposcisse, vestes deposuisse, ac in frusta secasse, signate refertur, ad subitum cladis nuntium, ad improvisum aspectum, vel objectum rei detestandæ, vestes illico discidisse. Quid ergo dicendum? An erant omnes textura tenui, ut a pueris, puellis, senibus, injectis manibus, in diversa deductæ, discerperentur? & quomodo frigus arcebant; quomodo, contra temporis injurias, durabant, quomodo, tenuioris fortunæ homines, illis reparandis sufficiebant. Nam si ex lana, ex lino, & serico, erant, profecto talis hæc materia sunt, ut, nonnisi, in tenuissima fila deducta, & textu subtilissimo confecta, non possint facile discindi. Nam quod non memini, venit in mentem, scidisse vestes antiquos, immisso cultro, vel ense, nec dignum est, quod referatur. An enim semper, & in omni occasione, pueri, puellæ, senes, fœminæ, paratos cultros habebant? An Caiphas, cum vestimenta scidit, audito Christo domino, cultrum prius expedivit, & ab adstante satellite, poposcit. Denique modus ipse loquendi, quo perpetuo Græci, Latini, Hebræi, Autores, utuntur, in hoc more referendo, perspicue significat, non ense, non cultro, non ferro, sed manibus, in vestes violenter injectis, illos discidisse. Multa dici possunt, probabilissimum tamen mihi est, scissuram hanc, non semper, de dissectione vestis in partes, accipiendam, sed de illius violenta detractione, projectione, diffibulatione; violenta inquam vi, & impetu, facta. Certe in communi sermone, qui thoracem, orbiculatis ansulis adstrictam, cum impetu distringit, ligulis, clavisque, disclusis dicitur, --- sqarcier la veste, o'lgiabbone. Quod verbum, ad amussim respondet latino, discindere. Ratioque ad id adstipulatur: quia vere dicitur scindi, & discindi, quod prius junctum, cum violentia, & impetu, disjungitur. Cum ergo vestis, vel nodulis, vel ansulis, vel sutura, juncta, violenter abjungitur, etiam discindi dicitur &c. “ In quibus, quam multa, absque solido afferantur fundamento, per præcedentes §§. jam tum, ut arbitror, maximam partem evictum erit. Nihil enim prohibet, quo minus a pueris, fœminis, senibus, *propria* vestium, in partes duas, potuerit fieri laceratio, quantacunque etiam accesserit celeritas, cum istis infirmis, sive culter, sive aliud instrumentum, in subito scindendis vestibus, potuerit esse usui, dolore, si sit verus, nullam sæpius legem recipiente. Accedit, invalidis istiusmodi, ab alio magis robusto, ut hic communis a nemine negligeretur ritus, potuisse facile succurri. Neque etiam vestes *Hebræorum* antiquiorum, ex plurimorum *Philologorum* sententia, ita fuerunt confectæ, ut ligulis, vel ansulis, partes earum fuerint conjunctæ, sed potius, sive ex lana, sive ex lino, sive ex serico, & alia quacunque materia, constiterint, prorsus ita elaboratæ, ut nullibi, nisi sub mento, apertæ videri potuerint. Et quod caput rei est, nullatenus, hic ritus lacerandi vestes, ex vocibus, vel *Latinis*, vel *Hispanicis*, sed ex solo proprio verborum קרע, & διαῤῥήσσειν significatu, eruendus est. Hunc vero non aliam, quam *veram*, & *propriam* rei disruptionem semper, & ubivis locorum, inferre, per superius disputata, abundanter est ostensum.

XXII. *Menochius* sane, eidem alias, cum *Soprane*, ordini ad scriptus, *cit. l.* pag. 542. sententiam hujus, minus fundatam, deserens, quadantenus istam perstringere satagit, quando, cum *Abulensi* quærit: quomodo *Josua* & *Caleb*, murmure populi, metu percussi, audito, sua disciderit vestimenta? (Videtur enim, illis parcendum fuisse, nec lacerandum, quandoquidem supra vires naturæ, miraculo, servabantur, ne rumperentur, ut habemus ex *Deut. cap.* VIII. 4.) atque his statim sequentia subjungit: Sopranus, *in sua Digressione de Re Vestiaria* cap. 2. §. 12. *facile se ab hac difficultate expediret. In eam enim sententiam inclinat, ut existimet, scissionem vestium, si non semper, saltem frequenter, & ut plurimum, nihil aliud fuisse, quam violentam quandam, & subitam, earum diloricationem, non autem veram lacerationem. Verum videtur hoc vim inferre, legitimæ, & receptæ, hujus vocabuli significationi, & communi sententiæ adversari; omnes enim lacerationem propriam admittunt, non autem diloricationem*. Ad dubium vero ipsum, quod, de vestium *Josuæ*, & *Calebi*, scissione, solet moveri, solvendum, ex *Abulensis Commentar. in cap.* XIV. *Num. quæst.* 33. haud insulse addit, potuisse *Josuam*, & *Calebum*, vestes, divini miraculi beneficio, vetustate haud contritas, scindere;

cum

cum honestissimam, eas lacerandi, habuerint causam, videlicet zelum divini honoris, & dolorem injuriæ, Deo illatæ a contumaci populo, qui ad divina jussa capessenda, refractarius, mallebat ad cepas *Ægyptias*, & ollas carnium, reverti, quam, difficultatibus superatis, in promissam terram ingredi.

XXIII. Atque hæc quidem fere sunt, quæ de *modo*, vestes ipsas lacerandi, ex *Sacris Pandectis*, certo colligi, ac derivari, potuerunt, quibus superaddi nonnulla merentur, quæ, circa *modum* specialiorem, quo, subsequenti tempore, Judæi, in scindendis vestibus sunt usi, & *Talmudicorum* placita, & *Rabbinorum* Commentarii, inprimis autem R. *Moses Maimonides*, *in* הלכות אבל *cap.* VIII. & IX. ac יורה דעה, *fol.* 103. copiosius manifestant. Præter ea enim, quæ de vestium laceratione, *stando*, *manibus*, & *proprie*, facta, ex ipsis *sacratioribus fontibus*, delibavi, *Maimonides*, *cit. l. cap.* 8. contribulium suffragio stipatus, non *locum* tantum *a quo*, sed *locum* etiam *ad quem*, quo ruptura istius modi, in vestibus, suscepta sit, determinat, inquiens: ומהיכן קורע? מלפניו. והקורע מאחריו אי מן הצדדין או מלמטה לא יצא ידי חובת קריעה אלא כהן גדול שהוא פורם מלמטה: כמה שיעור הקרע? טפח. ואין צריך להבדיל שפת הבגד. *Unde vero lacerare incipit?* ab anteriori parte, nam *qui a posteriori, vel latere, vel infra inchoat, non immunis est a reatu lacerationis male administratæ, nisi excepto solo Summo Sacerdote, qui lacerat inferius*, (de quo supra §. VII.) *Quænam est mensura rupturæ? palmus*, seu quatuor digitorum mensura) *nec opus est, sejungere oram vestimenti*. Quæ vero solum in obitu quorumlibet observari, *cit. l.* fatetur, longiorem, manu propria, in patris, matrisve, morte, eandemque, in omnibus vestibus, fieri scissuram, asserit, ita pergens: ואינו חייב לקרוע אלא בגד העליון בלבד כל שבעת ימי אבלות. הקרע לפנים ואם בא להחליף מחליף ואינו קורע קרע אחר שכל קרע שאינו בשאר הימום אינו קרע. במה דברים אמורים? בשאר המתים חוץ מאביו ואמו, אבל על אביו ועל אמו קורע עד שמגלה את לבו. ומבדיל שפת הבגד. ואינו קורע בכלי אלא בידו מבחוץ׃ בפני כל העם וקורע כל הבגדים שעליו. ובגד הזיעה הדבוק לבשרו אינו מעכב *Neque tamen tenetur scindere, nisi vestem solummodo superiorem*, (unde ab antiquis Hebræis in eo sejunguntur) *Omnibus* VII. *diebus scissum, in conspectu; & si omnino accedat, ut mutanda sit vestis, mutat; neque tamen scindit scissionem novam, cum scissio, quam facit, in hora fervoris, non habeatur, scissio. Dicitur autem hoc, de mortuis omnibus, excepto patre, atque matre, ob patrem, atque matrem lugens lacerat, donec pectus suum nudaverit, & separaverit oras vestimenti. Non tamen scindere licet instrumento, verum manu propria, palam in conspectu omnis populi: imo lacerat vestimenta sua omnia, quæ supra se habet, adeo, ut vestem sudoris, adhærentem cuti, non patiatur, sibi scindenti, obsistere.* ואם החליף בגד אחר חייב לקרוע כל שבעה. וכן על אביו ועל אמו חולץ כתיפו ומוציא זרועו מן החקוק עד שיתגלה כתיפו וזרועו. והולך כך לפני המטה. *Et si mutaverit vestem, cum veste alia, tenetur tamen, toto septiduo, scissionem iterare. Sic itaque propter patrem, & matrem suam, exerit* (lugens) *humerum suum, educitque brachium suum per indusium, vel per fissuram, adeo, ut etiam scapularum, brachiique, nuditas conspiciatur, atque sic ante feretrum* (in solenni processione) *incedit*. Subjungit idem *Maimonides loc. cit. cap.* 9. §. I. quamdiu, vestibus scissis, lugentes fuerint indutæ, ubi pariter discrimen, in parentum, & aliorum, obitu, fuisse observatum, ostendit, scribens: כל הקרעים שקורע אדם על שאר קרוביו שולל הקורע לאחר שבעה ומאחה לאחר שלשים על אביו ועל אמו שלך לאחר. שלשים ואינו מאחה לעולם והאשה קורעת מיד אפילו על אביה ועל אמה מפני הצנועות. *Omnem rupturam, quam fecit quis ob cognatos suos, consuit crasse, post septiduum, recte autem resarcit, post diem demum trigesimum. Eam vero, quæ facta est ob parentes, crasse tantum consuit, post trigesimum, nec unquam recte resarcit, in perpetuum. Mulier scissuram faciens, e vestigio crasse consuit, etiam ob parentes, idque ob verecundiam*. Plura, quæ ad *modum lacerandi vestes* spectant, ex aliis *Rabinicis* Commentariis colligere, supervacaneum esse puto, cum reliqui *Maimonidem*, ferme in omnibus, sequuntur. Optime tamen hæc, in compendium redacta, & ex *Rabbinis* collecta. Vir, æterna memoria dignissimus, & Ebraismi Aristarchus, *Joh. Buxtorffius*, in *Synag. Jud. cap.* 49. *pag.* 697. seq. & *Lex Talmud. Rabbin.* sub voce קרע, nec non *Mart. Gejerus cit. loc.* reliquerunt.

XXIV. Sed, cum *modus*, *vestium lacerationis*, nude, & in se spectatus, cupidos harum rerum nondum exsatiet, haud extra oleas vagabor, si jam ad *rationes*, cur eo, quem jam enarravimus, modo, laceratio vestium sit peracta, paulo curiosius attendam. Ut vero varii varias, ac diversas, in Commentariis suis, allegent, in eo tamen omnes conveniunt, quod, maximo cum dolore, eoque subito,

to, omnis omnino laceratio fuerit ſuſcepta. Sicuti enim idem, variis externis ſignis, ut veſtium mutatione, pectoris contuſſione, comarum tonſione, cineris conſperſione, rimarum, in facie, multitudine, aliiſque pluribus, (de quibus *Gejerus cit. loc.* conſuli poteſt,) indicabatur; ita pariter ipſa *veſtium ſciſſio*, ad primum doloris impetum, atque ſenſum, fieri ſolebat, & eam quidem potiſſimum ob cauſam, ut, externo hoc ſigno, ſuos commonefacerent *Hebræi*, in quantum animus diſcrimen, dum ſciſſus quaſi integer ſit, ac dilaceratus, inciderit. Tribus interim maxime de cauſſis, hunc ritum externum, *Hebræis*, fuiſſe uſitatum, ſi affirmabo, nihil, quod a vero aberret, aſſeverabitur.

XXV. *Primaria* cauſſa, ob quam, *veſtium laceratio*, apud *Hebræos*, fuit recepta, ex omnium confeſſione, *luctus* fuit, ob mortem patris, aut matris, liberorum, aut propinquorum, Regis, aut Principis, Sapientis, aut Doctoris publici, &, generatim omnium, obortus. Ob parentum obitum, *veſtes* ſtatim, a liberis relictis, eſſe diſruptas, non æque ex *Sacris*, ac ex *Rabbinicis Scriptoribus*, comprobari poteſt. Ita enim, hoc ſuper negotio, ſe exprimit *Maimonides*: ועל אביו ועל אמי אפילו לאחר שבעה קורע כל שלשים יום: *Ob patrem tamen & matrem, ſcindunt etiam poſt ſeptiduum, quamdiu trigeſimus non effluxerat*. Parentes vero, in liberorum præmatura morte, *veſtium ſciſſionem* non intermiſiſſe, patet ex *Geneſ.* XXXVII. 34. ubi *Jacobus*, ob *Joſephi*, filii ſui, interitum probabilem, *veſtes* ſuas diſcidiſſe, perhibetur. Idem *Davidem* (2. *Sam.* XIII. 31.) cum miniſtris ſuis, ob miſerrimum liberorum ſuorum, per *Abſalomi* truculentiam, nunciatum lapſum, nec non *Jobum cap.* I. 20. ob repentinum liberorum chariſſimorum obitum, obſervaſſe, ſatis conſtat. Nec deſunt, in *ſacris paginis*, exempla, ubi propinqui, ob cognatorum mortem, veſtimenta ſua diſruperunt. Spectat huc, exemplum *Rubeni*, qui, fratrem ſuum *Joſephum*, in fovea non inventum, interiiſſe perſuaſus, illico veſtes ſuas diſcidit. Subſequenti quoque tempore morem hunc, apud *Hebræos*, ſervatum fuiſſe, confirmat *Maimonides cap.* 8. §. 4. & *cap.* 9. §. I. *Ebbel*, dum ait: קורעין לקטן מפני עגמת נפש וקורע אדם על חמיו ועל חמותו מפני כבור אשתו. וכן האשה קורעת עכ חמיה ועל חמותה מפני כבר בעלה. *Scindunt etiam ob parvulos, ex anxietate animi, & ſcindit etiam vir, ob ſocerum & ſocrum, & quidem, in honorem uxoris*; ita rurſus *ſcindit mulier, ob eoſdem, in honorem mariti*. *Veſtium ſciſſio*, ob Regis, Principis, ac Ducis bellici, obitum, 2. *Sam.* I. 2. exemplis militum quorundam, ex exercitu *Saulis*, 2. *Sam.* I. II. *Davidis*, & totius populi, ob Regis *Saulis*, & chariſſimi *Jonathanis*, mortem, 2. *Sam.* III. 31. ejuſdem, ob *Abneri* obitum, *Jerem.* XLI. 5. virorum ex *Sichem*, ob *Gedaliæ* interitum, *Judith.* XIV. 14. *Bagoæ*, & reliquorum centurionum, ob *Holofernis* inopinatum interitum, facillime comprobatur, quod iiſdem fere exemplis, *Maimonides cap.* IX. §. 6. illuſtrat, & ſpeciatim §. 15. ubi ſeqq. habet: נשיא שמת הכל קורעים עליו וחולצין שתי הידית מכאן ומכאן. וכל בתי מדרשות בטלים. ובני בית הכנסת. הכנסין בשבת לבית הכנסת. וקוראין שבעת. ולא יטיילו בשוק אלא יושבין משפחות משפחות דוים כל היום. *Mortuo Principe omnes quidem ob eum lacerant; ſed exerunt ſolum utramque manum, unam hinc, & alteram illinc, omneſque ſcholæ otiantur: filii vero ſynagogæ ad eandem ſe recipiunt; in ſabbato, ac lugent ſeptiduo, neque deambulant per plateas, verum conſident, ſecundum familias, ſilentes toto die*. Nec dubium eſt, quin, ob ſapientis, aut Doctoris publici, funus, veſtes laceratæ fuerint, cum & *Eliſæus*, 2. *Reg.* II. 12. ob, Præceptoris ſui *Eliæ*, ſubitum, in cœlum, diſceſſum, id obſervarit, &, in *Maimonide*, clariſſima conſuetudinis hujus extent teſtimonia, inprimis *cap.* 9. *Ebbel.* §. 2. כדרך שקורע אדם על אביו ועל אמו. כך. חייב לקרוע על רבו שלמדו תורה ועל הנשיא ועל אב בות רין. *Eo modo, quo quis lacerat ob parentes, tenetur etiam lacerare, ob Rabbinum ſuum, qui legem ipſam docuit; itemque ob Naſi, Principem, & Aſbethin, patrem Synedrii*. Et iterum §. XI. אבל חכם שמת הכל קרוביו. והכל קורעין ער שמגלין את לבם והולצין מימין ובית מדרשו של אותו חכם כטל בל שבעה וככר נהגו תלמדי חכמים בכל מקום לקרוע זה על זה טפח. אע"פ שהן שוין ואין אהר מהם מלמר את הכרו: *Si mortuus fuerit ſapiens, univerſi non modo cognati ejus, ſed & cœteri, qui ejus gratia lacerant, faciunt illud, donec nudetur pectus, exeruntque dextrum latus: ejuſdemque ſchola quieſcit toto ſeptiduo. Et jamjam conſueverunt, Sapientum diſcipuli, ubivis locorum, lacerare, unus ob alterum*, (condiſcipulum) *palmi longitudine, quamquam invicem fuerint æquales, nec ullus alterum docuerit*. Tandem haud abludit a vero, unumquemque, in cujuslibet morte, ſi eidem adfuerit, ex patrio more, laceraſſe veſtem. Sicut id ex 2. *Sam.* I. II. IV. 31. haud obſcure, colligi poteſt; ita ſpectant etiam huc, quæ ſimiliter *Mai-*

monides cit. l. nos edocet, inquiens: כל
מי שעמד עם המת בשעת יציאת נשמתו
אע״פ שאינו קורבו חייב לקרוע וכן אדת
וכן אדם כשר שמת הכת חייבין לקרוע
עליו אע״פ שאינו חכם וקורעין טפח כשאר
האבלים: *Quisquis adstat morienti eo ipso, dum exhalat animam, quanquam propinquus ejus non sit, tenetur tamen lacerare. Si vero moriatur cognatus, cuncti lacerare tenentur, ob eundem, utut non fuerit sapiens; lacerant autem longitudine palmi, sicut lugentes reliqui.* Ceterum, quæ de insigni quodam, & fidem propemodum omnem excedente, luctu, quo in 36000. *vestes* dilacerasse, & feretrum antecessisse, dicuntur, ea cum *Cl. Othone* in *Lexic. Rabb. Etymol. p.* 343. & hic, allegasse sufficiat.

XXVI. Altera caussa, cur veteres *Hebræi* suas lacerarunt vestes, a *blasphemiis* in Deum, vel ab aliis etiam injuriis, in res divinas effusis, communiter derivatur. Simul ac enim quis, impie, & contumeliose, adversus Deum, vel loqui, vel facere, alium deprehendebat, statim, ob tanti criminis atrocitatem, vestimenta, sua ex antiquo, & patrio, more, lacerare instituebat. Deprehendimus igitur, quod *Numer.* XIV. *6. Josua* & *Caleb. 2. Reg.* XVIII. 37. *Eliakim*, & alii ministri Regis *Hiskiæ*, *2. Reg.* XIX. I. ipse *Hiskias*, effutiente magnas in Deum *blasphemias Sancheribo*, sua disruperint vestimenta. In theatrum hic inprimis prodeat necessum est, *Summus Sacerdos, Caiphas*, vestes suas ideo dilacerans, ut, quantum *blasphemia*, quam Jesus, ex ejus opinione, protulisse judicabatur, suum offenderit animum, publice testaretur. Ipsi quoque *Apostoli*, Paulus, & Barnabas, morem *Judæorum* sæpius secuti, tunicas suas, cum viderent, gentilium turbas honorem, Deo debitum, sibi deferre, *Actor.* XIV. 14. eandem ob rationem, scidisse commemorantur. *Blasphemiis* vero, immediate, adversus Deum sanctissimum, eructatis, aliæ etiam iniquitates, vel adversus legem, vel templus istius, commissæ, subjungebantur, siquidem & propter has, vel a seipso, vel ab aliis, perpetratas, cum zelo, & sine mora, vestes disrumpi debebant. Patet hoc ex *cap.* IX. 3. *Esdræ*, ubi idem, ob commixtionem *Judæorum* cum gentilibus, ex I. *Macc.* II. 14. ubi *Mathatias*, ob legis violationem, ut & I. *Macc.* II. 47. ubi omnis populus, ob devastationem sancti Dei templi, sua dilacerasse vestimenta dicuntur. Et, sane tam altas, in *Israelitica* gente, ritus hic egerat radices, ut intermissio istius, quum *volumen Sacrum* impie combureretur, maximam conquerendi materiam *Jeremiæ*, ut ex *Cap.* XXXVI. *cap.* 24. percipimus, suppeditaverit. Neque etiam *Talmudistarum*, & *Rabbinorum*, Commentarii, hac in parte, nos destituunt; sed testimonia, in iisdem, prostant non pauca, quibus ritum hunc, cum multis accessoriis, quando quis, in *blasphemias* forte in Deum, os suum nefande resolverat, propagatum fuisse, adstruitur. Speciatim ejus fit mentio *Sanhedrin, cap.* VII. *Halac.* 5. ex *Surenhusii Legum Mischnic.* part. IV. pag. 242. sequenti modo: המגדף אינו חייב עד שיפרש
השם א״ת יהשע בן קרחה בכל יום דנין
את העדים בכינוי יכה יוסי את יוסי
נגמר הדין לא היו הורגים בכינוו אלא
מציאים כל אדם לחוץ ושואלין ומשייהין
את הגדול שבהן ואומרים לו אמור מה
ששמעת בפירוש וחוה אומר והדיינין עומדין
על רגליהם וקורעין ולא מאחין והשני והשלשי
אומר אף אני כמוהו: *Blasphemus nos tenetur, nisi expressit nomen. R. Iosua, filius Carchæ: Toto die testes examinantur, adhibito nomine tecto, e. g. percutiat Jose Josen. Consummato judicio, morte non afficiunt, ob solum tectum nomen, sed, exactis omnibus, interrogant vestutissimum testium dicendo: Edissere, quodcunque audivisti expresse. Tum ille hoc refert: Judices autem stant erecti, vestesque discerpunt, non resarciendas. Dein secundus, tertiusque, ait: Ego idem, quod ille, audivi.* Quare vero in pedes exsurgere debuerint judices, scindere vestimenta, & non resuere, id copiose excutit *Gemara Babylonica* ad *h. l.* & *Coccejus*, ad *Sanhedrin cap.* 7. qui simul adjicit, vulgarem *Hebræorum* regulam: אחד השומע
ואחד שומע מפי שומע חייב קרוע: *Qui blasphemiam audit, vel ab ipso Auctore, vel ex alio, tenetur vestes discerpere.* Idem confirmat R. *Maimonides cap. 9. Ebbel.* §. 2. & 3. כדרך שקורע אדם על אביו
ועל אמו כך חייב לקרוע על רבי שלמדו
תורה ועל הנשיא ועל אב בית דין ועל
רוב הצבור תנהרג ועל ברכת השם ועל
ספר תורה שנשרף ועל ערי יהודה ועל
ירושלם ועל המקדש כל אלו הקרעים קורע
עד שמגלה את לבו ואונו מאחה לעולם
ואף על פי שאין מתאחין מותר לשוללן
למללן וללקטן ולעשותן כמין סולמות ולא
אסרו אלא באיחוי אל כסנגדי בלבד: *Eo modo, quo quis lacerat ob parentes, tenetur etiam lacerare, ob Rabbinum suum, qui legem ipsam docuit; itemque, ob Nasi, Principem, & ob Asbethdin, patrem Synedrii, itemque ob populi stragem insigniorem, ob blasphemiam Numinis, ob librum legis combustum, ut & ob civitates Judæ, & propter Jerusalem, & propter sanctuarium. Cunctas eas rupturas faciunt, donec nudetur lugentis pectus, nec easdem recte*

recte resarciunt in æternum. *Quanquam vero nunquam recte eas licet resarcire, permissum tamen est, crasse consuere, complicare, & colligere, aut componere, ad modum scalarum, solummodo namque prohibita est sutura Alexandrina*, quæ fit decussatim, forma staminis, & subtegminis.

XXVII. Tertia denique caussa, cur *Hebræis* vestium fuit usitata scissio, ex varia clade, atque calamitate, vel publica, vel privata, optime potest derivari. Ad calamitatem publicam refero populi Judaici armis, ferroque, factam, trucidationem, urbium devastationem, & id genus alia. Idcirco Josua *cap.* VII. 6. videns, populum *Israeliticum*, in manus *Emoræorum*, traditum, pulvere super capite sparso, præ maximo dolore, suas disrupit vestes. Viri *Sichemitæ*, aliique, eandem ob caussam, victis, pulsatisve, a gente *Philistæa*, (1. *Sam.* IV. 12.) *Israelitis*, nec non arca fœderis spoliata, rasis barbis, lacerisque vestibus, *Schiluntem* venisse, & ob oppugnationem urbis *Gaza*, omnes, in ea, lacerasse vestes, memorantur. In calamitate vero privata, quæ modo cunque fuerit, eundem quoque ritum invaluisse, eo minus dubitari poterit, quo magis id ipsum ex *Sacris* probari potest *exemplis*, nempe fratrum *Joseph*, ob servitutum, quam metuebant, perpetuam, *Gen.* XLIV. 13. *Jephtæ*, ob filiam, brevi, vi voti, immolandam, *Jud.* XI. 35. *Athaliæ*, ob alius Regis electionem, 2. *Reg.* II. 14. *Mardochai*, ob interitum sibi imminentem, *Esth.* IV. 11. amicorum *Jobi*, ob miserum ejusdem statum, *cap.* II. 12. & innumerorum aliorum, qui omnes suas vestes, ex antiquo more, lacerarunt, in doloris, quo, interne, animus excruciebatur, monumentum longe certissimum.

XXVIII. Nunc tandem *Quæstio Juris* se mihi objicit, qua indagandum est, fueritne hic, *lacerandi vestes*, ritus legitimus, nec ne? In affirmativam inclinans sententiam, existimo, ritum hunc in se, & sua natura, spectatum, omnino legitimum fuisse. Id quidem plane mihi non sumsero, ut afferam, quasi *divinitus* iste ordinatus fuerit; cum istiusmodi alias quoque, sat multi, quorum & in *Sacris*, & in *Hebræorum* Commentariis, fit mentio, reperiuntur, qui a Deo non quidem præcepti, interim tamen approbati, sunt. Initia quippe, hujus, *lacerandi vestes*, moris prima, a Patriarcha Jacobo, dilecto Dei viro, esse deducenda, facile cognoscitur ex *Gen.* XXXVII. 34. ubi ipse, Josephum a fera discerptum existimans, primus omnium vestimenta sua discidisse, legitur. In quo postea Josua, Caleb, David, Hiskias, & alii, sanctissimi Dei viri, ipsum secuti sunt. Nisi itaque hic, testandi luctum internum, ritus, tacita *Numinis* divini consensione, peractus fuisset, sine dubio, ab eodem, & Jacobus, & reliqui sanctiores *Israelitæ*, abstinuissent. Sicuti vero, humanis in rebus, læta semper cum tristibus solent esse permixta: ita non solum verbis, sed & aliis externis signis, ad quæ vestes inprimis referendæ sunt, cum aliis non paucis gentibus, *Hebræi* lætitiam, ac tristitiam, interne conceptam, potissimum exprimebant. Accedit, minime *Prophetam* Jeremiam, de hoc intermisso ritu, unquam conqueri voluisse, nisi æquum tantum, & bonum, sed etiam dignum, qui in conspectu Dei celebraretur, eundem judicasset. Inprimis vero hujus ritus innocentia elucet, ex *Cohel.* III. 7. ubi, postquam Regum sapientissimus Salomo, rerum omnium, sive naturalium, sive artificialium, perpetuam vicissitudinem, ac mutationem, quibus suum cuique tempus, ac hora sua, a Deo sit ordinata, speciatim ostendit, insimul asseverat, quod, & huic *lacerandi vestes* ritui, certum suum, a *Numine* sanctissimo, tempus fuerit constitutum, atque ita fatur: עֵת לקרוע ועת לתפור *Tempus est scindendi, ac tempus consuendi*. Quæ verba לקרוע *scindendi*, & לתפור *consuendi*, cum non certo objecto videantur esse applicata, a variis *Commentatoribus*, maxime *Pontificiis*, in varios, multumque diversos, sensus abripiuntur. Thaumaturgus hæc refert ad scissionem corporis, quasi dicat *Salomo*: Est tempus, quo corpus gladio conscindas, & vulneres in bello; & rursum est tempus, quo illud conscissum redintegres, & quasi consuas. Alii, hoc *tempus scindendi*, de scissione regni *Israel*, per quam X. tribus, a *Rehabeamo* descíscentes, *Jeroboamum* Regem constituebant, & rursus tempus consuendi, de omnis *Israelitæ*, conversi ad Christum, in unam Ecclesiam conspiratione, & regno, nunquam dissuendo, interpretantur. Non desunt etiam, qui allegorice, & tropologice, *tempus scindendi*, de corpore Christi, in passione scisso, vel de cordibus, per pœnitentiam, & resecationem vitiornm, scindendis, *tempus* contra *consuendi*, de corpore Christi, in resurrectione consuto, & de corbibus, per novam vitæ, virtutumque, texturam consuendis, explicant, ut reliquas, quæ in medium, super *Ecclesiastis* verbis, afferri solent meditationes, nunc taceam. Quam turpiter vero hi omnes, a genuino *Salomonis* scopo, atque vero isto subjecto, quod sibi præfixum habet, aberrent, ipsa תפר

& קרע, vocabula, facillime demonstrant. Verbum enim קרע, quod h. l. occurrit, non ad aliam, in *Sacro Codice*, fere adhiberi scissionem, quam ad eam, quæ vel in *luctu*, vel audita *blasphemia*, vel alia etiam quacunque calamitate publica, ac privata, ingruente peragebatur, id quidem supra, a me, satis jam evictum esse existimo. Alterum autem verbum, scilicet תפר, ut alias generatim, cujusvis rei conjunctionem, & antea sejunctorum combinationem, significat, (ut *Gen.* III. 7.) ubi, de plexura foliorum, *Job.* XVI. 15. ubi, de Sacci coarctatione, vel constrictione, ad cutim, *Ezech.* XXIV. 18. ubi de pulvillorum consarcinatione, adhibetur; ita, hic locorum, similiter, de vestis laceratæ reparatione, vi præcedentis verbi, קרע, usurpatum esse, autumo. Sensus itaque horum verborum, עת לקרוע ועת לתפור ex hypothesi mea, huc rediret: Tempus a Deo est definitum, quo vestes, pro more gentis *Judaicæ*, scindi, ob varia fata tristia, funestosque casus, possunt; & dein aliud tempus, quo ob lætiferos successus, & præterita damna, eædem istæ resarciri queunt. Prona hæc est interpretatio, & ad probandum id, quod probari debebat, scilicet, quod ritus hic, gratus Deo, acceptusque, fuerit, satis idonea.

XXIX. Equidem non negamus, quod, si quis obiter tantum, & quasi per transenam, ad ista Joelis verba, quæ in *cap.* II. *com.* 3. ponit, attendat, eo, haud gravatim, abripi possit, ut existimet, externam ritus hujus cerimoniam, penitus a Propheta ibidem interdictam fuisse, quando ita suos alloquitur: *Dicit Dominus: Convertimini ad me, ex toto corde vestro, & in jejunio, & in fletu, ac planctu*, וקרעו לבבכם ואל בגדיכם *ita ut scindatis corda vestra, & non vestes vestras; sic convertimini ad Jehovam Deum vestrum*. Sed, cum, ex omnium Interpretum consentione, συνάφεια verborum, manifesto, doceat, quod *Enallage* Adverbii negativi, pro particula comparativa, ad instar *Genes.* XLV. 8. *Exod.* XVI. 8. *Ps.* XXXIV. 11. *Prov.* VIII. 10. XVII. 12. & hic locorum concipienda sit, merito præter *Glassium*, in *Grammat. S. lib.* III. *Tract.* V. *cap.* 22. *p.* 729. ad *Friedlibium*, in *Theolog. Exeget. pag.* 813. B. L. ablegamus, quando textus verba ita exponit: h. e. *potius corda, quam vestes, non tantum vestes, sed etiam corda. Particula negativa pro comparativa ponitur*. Tantum itaque abest, ut ritus hujus externi usum, resipiscentiæ testandæ satis aptum, *Propheta* suis interdicat, ut potius eundem quam maxime ipsis commendet, addita tamen cautione, ne ad ostentationem vanam, & speciem externam, sed cum interno cordis affectu, ac sincera animi intentione, idem perageretur. Quum enim bene multi, tum quidem temporis, ad vestium scissionem, tanquam meram quandam cerimoniam, attenderent, de vera autem, & interna, cordis contritione parum essent solliciti, hinc divino mandato instructus *Propheta* non vestes, h. e. potius corda, quam vestes scindi oportere, inculcat.

XXX. Tantum autem abest, ut hodierno *Judæi*, diutina usurpatione firmatam, & patriam hanc, *lacerandi vestes*, consuetudinem, abruperint, ut potius eandem, summa cum pertinacia, ac præcipue in luctu parentum defunctorum, retinuerit, & adhuc dum retineant, id quod inprimis ex ipsorummet modernorum Judæorum *Ritualibus*, Jo. Buxtorfii *Synagog. Judaica*, & Jo. Leusdenii *Philol. Hebræo-mixto*, *cap.* 48. *num.* 19. *p.* 458. dilucide patescit. Plura non addo, sed persolutis *Numini* Sanctissimo, pro præstita cœlesti, & ope, & auxilio, gratiis, meæ huic, super קריעת הבגדים, sive LACERATIONE VESTIUM, institutæ commentationi colophonem impono, spe fretus certissima, fore, ut L. stricturas has Philologicas, benigna manu, suscipiat, & errata, si forsan, oculis nostris, quædam adhuc se subduxerint, ipsemet haud gravatim corrigat.

CON-

CONRADO IKENIO
DE
FUNERE, SEPULTURA
ET LUCTU.

I. CUM *pernoctationem* cadaveris in terra Lex vetet *Deut.* XXI. 23. ſine mora omnia adornabantur, ut eodem die, aut quamprimum id fieri poſſet, terræ mandaretur.

II. Huc faciebat præcipue ſedula totius corporis *ablutio*. *Act.* IX. 37. quam hodie aqua calida, cui flores Chamæmeli & roſæ ſiccæ additæ, peragunt, eidemque obſtructionem omnium foraminum corporis ſubjungunt.

III. Antiquitus inter Judæos in funere Nobiliorum quoque *Pollinctura ſeu unctio cadaveris* locum habuit, quæ in Ægypto, pro more illius terræ, interne, eximendo viſcera fiebat, *Gen.* L. 2. in Canaane autem externe, ita ut corpus ſindoni cum aromatibus involutum longiori faſcia, caput aurem ſudario circumdaretur *Matth.* XXVII. 59. *Luc.* XXIII. 56. *Joh.* XIX. 39. 40. & XX. 6. 7. Hujus loco forſan eſt, quod cum maxime ovo cum vino probe agitato caput illinunt.

IV. Hodie corpori *linteum album* vilius, ex antiqua ut ferunt conſuetudine, circumdant, cui dein *induſium* illud quod ſponſa ſponſo mittit, & quo in die expiationis utuntur, una cum *Tallis* ſuperinduunt, ſicque *ſandapilæ* immittunt, cui in funere Rabbini dein libro imponunt.

V. Omnia autem hæc officia *Viri Viris*, *Fœminæ Fœminis* exhibent & quidem vel in ipſis *ædibus* defuncti, vel demum in *cœmeterio*, quorſum eum in finem tum, ſuper tabula מטה ſuper tabula dicta, deferri ſolet.

VI. *Sepultura* ex præſcripto divino *Gen.* III. 19. & *Deut.* XXI. 23. omni tempore apud Judæos in uſu fuit, cremationem quibuſdam fruſtra urgentibus, quæ non corpora ſed utenſilia ſpectabat.

VII. Iidem ſemper impenſe quæſiverunt & etiamnum quærunt in terra *Canaan* ſepeliri, *Gen.* XLIX. 29. 30. & L. 24. 25. quod ubi non datur, per גלגול המתים tamen corpora continua volutatione eo devolvi credunt. Comparant ſibi quoque terram albam ex hac ragione, quam oculis mortui injiciunt.

VIII. *Sepulchra* קברות jam antiquitus extra loca habitata erant, *Luc.* VII. 12. (exceptis pauciſſimis in urbe Hieroſolyma, vid. II. l. 42.) & quidem plebejorum in loco quodam communi ſeu *cœmeterio*, *Jer.* XXII. 23. & *Matth.* XXVII. 7. quod בית חיים vocant & ubi hodie vitulum, quem *vitulum Moſis*, Kalb Moſis, appellant, alere ſolent. Honoratiores ſibi ſuæque familiæ priva habebant. *Gen.* XLIX. 29. 2. *Sam.* XVII. 23. & XXI. 14. quin & jam vivi illa in fundo aut horto ſuo parabant. *Matth.* XXVII. 60.

IX. Erant autem illa ſæpiſſime *Rupi inciſa Jeſ.* XXII. 16. & *Matth. loc. cit.* & quidem ita ut primum *area*, tum IV. cubitis profundior *ſpelunca* eſſet, unde ab utraque parte plures *loculi* כוכים cadaveribus deponendis, derivabantur.

X. Ne tranſeuntes forte ſepulchris polluerentur, mos erat illa *calce ſuperfuſa notare* conf. *Matth.* XXIII. 27. Fiebat hoc, ordinario XV. menſis Adar.

XI. Omnibus itaque rite præparatis feretro funus ad locum ſepulturæ deferebatur, comitantibus illud inſigni numero non propinquis tantum, ſed & aliis loci incolis maribus æque ac fœminis *Luc.* VII. 12. Quam charitatem in *deductione* לויה defuncto exhibitam, non ultimo inter bona opera loco collocant.

XII. Corpore ſepulchro illato, illud antiquitus vel terra, vel ſi rupi inciſum eſſet, ingenti lapide obturabatur *Matth.* XXVII. 60. XXVIII. 2. Nobiliorum ſepulchris ſplendidum nonnunquam *monumentum* נפש vel מצבה *columma* aut ציון *cippus* jungebatur. *Gen.* XXXV. 29. & 2. *Reg.* XXIII. 17.

XIII. Hodie dum mortuus effertur, teſtam in illum conjicere ſolent. Poſtquam ad ſepulchretum perventum eſt benedictionem pronunciant, tum feretro depoſito in nonnullis locis ſepties ſepulchrum circumeunt, longa ſatis precatione, quæ הצור חמים incipit, Deum celebrant, ſicque tandem corpus ſepulchro immiſſum, poſt-

postquam oculis testæ impositæ & capiti sacculus terra repletus suppositus, superinjecta a proximis amicis omni, quæ egesta est, terra, tumulatur.

XIV. Uti honesta sepultura semper maximi habita est, nec terra Sancta mortuo tuo contaminari debuit, ita siquis forte peregrinus, pauper aut alius mortuus in via insepultus inveniretur, qualem מת מצוה *Mortuum præcepti* appellant; primus in eum incidens, vel eo deficiente magistratus, legitimam illi sepulturam præstare tenebantur. Ab hoc officio nec Nazıræus, nec Sacerdos aut ipse Pontifex M. eximebatur.

XV. Contra autem insepultum projici atque relinqui summæ ignominiæ singularisque judicii nota erat. Qualem *sepulturam Asini scriptura* appellat. *Jer.* XXIII. 19.

XVI. De statu mortuorum, quem עולם הנשמות appellant, Judæi vera falsis mixta multisque erroribus interpolata tradunt. Et animam quidem non statim terram relinquere, sed quamdin corpus insepultum est oberrare, imo postquam Angelus Mortis super sepulchro consedit, eandem in corpus reverti, tum Angelum hunc, corpus ter catena ex parte ferrea ex parte ignea percutere volunt, ut membra ejus solvantur, ossa dissipentur, tandemque in pulverem & cinerem redigantur, quæ dein a bonis Angelis colligantur & sepulchro reddantur, atque hanc חיבוט הקבר *percussionem sepulchri* appellant. Quin & animam per septem continuos a sepultura dies, ad locum, ubi mortuus exspiravit, reverti & corpus amissum deflere asserunt, unde lectum denuo insternere, ardentem lampadem & vas aqua plenum pone illum collocare, linteumque mundum appendere solent.

XVII. Licet antiquiores scriptura præeunte non nisi geminum mortuorum statum, *beatitatis* in cœlo & *damnationis* in inferno agnoverint, *Eccles.* XII. 3. 7. *Luc.* XVI. 22. 33. XXIII. 43. Sequioris tamen ætatis Judæi triplicem excogitarunt, צדיקים גמורין *perfecte justorum* רשעים גמורין *perfecte impiorum* & בינוניים *mediocrium*.

XVIII. *Justorum* animas ab angelis, quorum tres chori illis dum corpus linquunt obviam procedant, in cœlum transferri credunt. Horum cœlestem conditionem sub triplici phraseologia describunt בגן עדן *in Paradiso* (conf. *Luc.* XXIII. 43. & 2. *Cor.* XII. 4.) תחת כסא כבוד *sub solio gloriæ*, & בחיקו של אברהם *in sinu Abrahæ* conf. Luc. XVI. 22.

XIX. *Mediocribus* sex superiores regiones inferni assignant, quas גיהנם עליון *Gehennam superiorem* appellant, ubi XII. mensibus variis pœnis purgentur, donec tandem cœtui justorum adscribantur.

XX. *Impios* autem in septimam infimam Gehennæ mansionem גיהנם תחתון unde negant redire quenquam, detrudunt, ut ibi לדורי דורות æternum calore & frigore crucientur.

XXI. Ex sententia de Purgatorio alius error de *precibus pro mortuis* natus. Has non solum filius pro Patre per undecim menses recitata singulis diebus formula קדיש sed & integra Ecclesia singulis sabbathis solemni oratione, quæ זכרון נשמות *Memoriale animarum* appellatur, fundit.

XXII. Nonnulli contra *justos* defunctos *invocant*: quidam etiam hunc in finem, consueto more exeundi ad monumenta sepulchralia (infr. §. 41.) abutuntur. Multi autem hanc invocationem plane damnant.

XXIII. Uti nonnulli inter Judæos recentiores, multa Philosophorum ethnicorum Dogmata, ita & Pythagoræ μετεμψύχωσιν adoptarunt, quam גלגול נשמות appellant. *Resurrectionem* mortuorum non solum Sadducæi plane negarunt (I. IV. 6.) sed & alii improprie interpretati sunt, plerique tamen illam proprie acceptam, pro fundamentali fidei Judaicæ articulo habent, quamvis in circumstantiis ejus admodum dissentiant.

XXIV. Iidem triplex *Judicium* statuunt, *prius* ad quod Deus semper in festo novi anni consideat, *alterum* statim in morte, & *tertium* atque *ultimum* post resurrectionem mortuorum, certo ad id a Deo constituto die, quem יום הדין הגדול appellant, habendum; quamvis tamen & hic in multis Rabbini inter se digladientur.

XXV. Post illa quæ circa defunctos ipsos consideranda erant, superest ut quo pacto remanentes erga eosdem se gesserint, & *dolorem* ob eorundem decessum testati fuerint, tangamus. Quæ omnia Judæi אניה seu אנינות *Mœroris* & אבל vel אבלות *Luctus* nomine comprehendunt.

XXVI. *Mœrorem* multi ad diem mortis, seu tempus inde a morte usque ad sepulturam determinant. Hic quidem præcipue in animo sedem habet, nihilominus tamen & externis signis demonstratur.

XXVII. Huc pertinet *scissio vestimentorum*, quæ ordinario in casibus tristioribus, ut *audita blasphemia* 2. *Reg.* XIX. I. *Jes.* XXXVII. I. *Matth.* XXVI. 65. *Actor.* XIV. 14. *singulari infortunio* sive proprio sive aliorum *Gen.* XLIV. 13. *Jud.* XI. 13. I. *Sam.* IV. 12. 2. *Reg.* XI. 14. *Esther.* IV. I. *dolore ob peccata admissa* I. *Reg.* XXI. 27. 2. *Reg.* XXII. II. 19. *Jer.* XXXVI. 24. jejuniis (*lib.* XVII. 18.) & *morte cha-*

rorum

rorum obtinebat *Genes.* XXXVII. 29. 40. 2. *Sam.* I. 11. XIII. 31. 2. *Reg.* II. 12. *Job.* I. 20. Scindebantur autem ab anteriori parte, & quidem pro doloris gradibus vel omnes vel ſuperior tantum *Eſdr.* IX. 4. 2. *Sam.* XV. 19. Poſterius Judæi ægroto exſpirante a ſingulis adſtantibus, prius a liberis peragi aſſerunt.

XXVIII. Eodem faciebant alia conſueta doloris ſigna, ut *manuum elatio* aut *comploſio*, *Pectoris* aut *Femoris percuſſio*, tum vero imprimis creberrimi *fletus* & *ejulatus*, inter quos verbis aut conceptis *næniis* קינות defuncti laudes extollebant *Luc.* VIII. 52. *Actor.* IX. 39. *coll. Amos verſ.* 16. 17. atque hoc eſt, quod Judæi הספד *Planctum* vocant. Cujus cauſa etiam æque ac quondam Romani מקוננות *Præficas* mercede conducebant *Jer.* IX. 16. In funere Principum quoque peculiares *Threnodiæ* a Vatibus aut aliis Poetis Muſicisque conficiebantur. 2. *Sam.* I. 17. *ſeqq.* & 2. *Chron.* XXXV. 25.

XXIX. Augebatur planctus triſti *tibiarum* חלילים ab αὐλητοῖς inflatarum ſono *Matth.* IX. 23. quarum ad minimum duas etiam in pauperum funere adhibitas Judæi tradunt. His iidem nonnunquam *tympana* a fœminis pulſata jungunt.

XXX. Uti in funeris deductione omnia ad mœrorem comparata, ita & in ſepulchreto aut cœmeterio: unde illic morientibus Judæis nemo alterum ſalutat, ibidem propinquiores ut Vir, mulier, filii & filiæ veſtes a ſuperiori parte deorſum ſcindunt, perſonis dignioribus ſermo funebris habetur, funere autem terræ mandato, ingenti ejulatu ſive in cœmeterio ſive in via domum verſus, ter inclinati recitanteſque *Pſalm.* CIII. verſum 14. gramen evellunt, & ſubjungentes *Pſ.* LXXII. verſum 16. poſt tergum rejiciunt, tandemque in cœmeterio aut atrio Synagogæ, prævia certa oratione manus abluunt, pronunciantes verba. *Deut.* XXI. 7. 8.

XXXI. *Luctus* proprie ſic dictus incipiebat demum, ut nonnulli Judæorum tradunt, ex quo mortuus domo elatus, vel ut alii volunt, ex quo ſepulchrum obturatum.

XXXII. Luctus præcipua ſigna erant *humi cubatio Job.* I. 20. *capilli paſſi*, *velatio capitis & barbæ* 2. *Sam.* XIX. 5. cum abſtinentia a variis rebus ceteroquin gratis de qua infr. §. 37. ſeqq. aliquando in caſibus triſtioribus lugentes quoque in cinere conſidebant eumque capiti inſpergebant *Job.* II. 8. *Joſ.* VII. 6. *Thren.* II. 1.

XXXIII. *Veſtes lugubres* certi coloris quidem non habebant, ſed plerumque *ſordidioribus* utebantur, & ordinario easdem quas antea ſciderant, retinebant. *Pullus* tamen vel ſaltem *obſcurior* color hic præ ceteris adhibitus videtur *Pſ.* 35. 14. *Jer.* XIV. 2. quod & in nonnullis locis etiamnum obtinet. *Viduas* quoque peculiari veſtitu dignoſci potuiſſe veroſimile eſt *Gen.* XXVIII. 14. *Judith.* VIII. 5. & X. 2. Nonnunquam & ut in aliis triſtioribus circumſtantiis *ſaccum* accingebant. *Gen.* XXXVII. 34. (*conf.* I. 17. 18.)

XXXIV. Cavendum autem erat ne in luctu *modum* excederent, aut *mores gentium* imitarentur, quod lex ſevere vetat, *Lev.* 19. 27. & 21. 5. huc alludit Paulus, 1. *Theſſ.* IV. 13.

XXXV. *Perſonas*, quibus hactenus enumerata officia ex Lege debentur, Judæi ſex numerant, *Patrem*, *Matrem*, *Fratrem*, *Sororem*, *Filium* & *Filiam*, quibus, ex ſententia Rabbinorum, *Maritum* & *Uxorem* addunt. Intelligendum autem hoc eſt de illis, qui debitam ætatem attigerunt. Abortus enim, & quotquot non completis novem menſibus vivi in lucem eduntur, aut qui præterea abortibus ſimiles cenſentur, non lugent: nec plangunt niſi V. aut VI. annorum liberos, quin & lactentium ſepulturam ſine ullis fere cerimoniis peragunt. Quæ vero Patris aut Matris eadem & illorum eſt ratio, qui in ſimili erga plures relatione ſunt conſtituti, ut *Regum* & *Principum* (II. III. 23.)

XXXVI. Qui *ultimo ſupplicio* ex ſententia Regum *affecti*, hos luctu æque ac alios, ſed qui ex ſententia ſynedrii, ſolo mœrore proſequebantur: Qui ſibimet ipſis vim intulerant, illos nec lugebant nec plangebant. Epicuræos vero & Excommunicatos non luctu ſolum indignos pronunciant, ſed & illis mortuis contra omnia lætitiæ ſigna edenda eſſe aſſerunt.

XXXVII. Perſonæ ad hæc officia obligatæ erant, ut ex collatione §. 35. patet, *proximi cognati*: in funere Regum & Principum eadem ab *univerſo populo* obſervabantur (II. III. 23.) Aliquo ex *ſocietate* quadam mortuo, tota *ſocietas* חבורה moeret. A quibuſdam tamen horum officiorum quædam Perſonæ, liberæ erant. Rex enim, ut multi Judæorum volunt, feretrum non ſequebatur, idem quoque non faciebat Pont. M. cui nec licebat veſtem lacerare, aut cæſariem nudare, uti nec ulli ſacerdotum ſe contaminare mortuo, excepto mortuo præcepti, ſupr. §. 14. & quod ad ſacerdotes vulgares attinet, ſex illis de quibus (I. X. 23.)

XXXVIII. *Duratio* horum officiorum mortuis exhibitorum varia erat: *Fletus & planctus* nonnunquam ultra diem mortis

tis continuabantur, quem in finem aliquando & ad sepulchra dein exibant *Joh.* XI. 31. prior tamen non ultra tres nec posterior ultra septem dies, præterquam in morte Sapientum, ubi pro Sapientiæ laude brevius aut longius durabant, nullum autem eorum ultra XXX. dies flebant, nec ultra XII. menses plangebant. Luctum Judæi ex lege ad unicum tantum diem, seu mortis & sepulturæ, determinatum esse tradunt, ex sententia autem Magistrorum, illum ad VII. imo ex parte ad XXX. dies extendunt, præeunte scriptura, *Gen.* L. 10. & *Deut.* XXI. 13.

XXXIX. Et *primo* quidem *diei* id privum faciunt, quod lugenti non liceat *uti phylacteriis*, & *cibo proprio*, tum vero quod eidem considendum sit supra *lecto inverso*, quæ tamen lecti inversio hodie non adeo observatur. Cibo proprio autem cum uti non liceret, ab aliis is lugenti mittebatur.

XL. *Septem diebus* eidem *undecim rebus* interdictum esse asserunt, quæ sunt 1. *Tonsura*, 2. *Lotio vestium*, 3. *Balneum*, 4. *Unctio*, 5. *Debitum conjugale*, 6. *Indutio calceorum*, 7. *Negotia*, 8. *Lectio libri Legis*, 9. *Erectio lecti*. 10. *Nudatio capitis*, 11. *Salutatio*.

XLI. *Triginta diebus* illi *quinque rebus* abstinendum statuunt 1. *Tonsura*, 2. *Politione vasorum*. 3. *Nuptiis*, 4. *Gaudio convivali*, 5. *Profectione* de loco in locum, mercaturæ exercendæ causa.

XLII. Per XII. menses denique liberi Luctum ob amissos Parentes continuabant, eumque in finem a *salutatione aliorum*, *gaudio convivali*, *signis lætitiæ* &c. sibi temperabant: iidem etiamnum per integrum annum domi ardentem cereum vel lampadem alunt, & in Synagoga circa introitum stant, tum quoque singulis annis diem quo parentes sepulti, jejunio, accenso lumine, aliisque ritibus celebrant.

XLIII. Annuatim etiam *sepulchra*. Virorum quorundam Clarorum, & de universo populo bene meritorum, ad eorum memoriam grata mente recolendam *visitabant*, Prophetarum (accedente imprimis hypocrisi) singulari cura *exornabant*, aut collapsa *instaurabant*, vid. *Matt.* XXIII. 29. quemadmodum & hodienum, *diebus jejunii*, *nono* mensis *Ab* & *pridie expiationis*, cœmeteria ad preces illic fundendas adire consueverunt.

XLIV. Ut lugentes charitatis officia defunctis, sic alii eadem vicissim lugentibus, ipsos *consolando*, præstabant. Fiebat id jam in cœmeterio aut sepulchreto post peractam sepultura, lugentibus ordine ad sinistram consolantium stantibus, his verbis תנוחמו מן השמים *Consolatio vobis eveniat e cœlo*.

XLV. Postquam Lugens domum reversus, ipse primum *discumbebat*, perque septem luctus dies continuo veniebant consolantes, & juxta illum *in pavimento considebant*, non loquentes tamen, nisi postquam ipse prius inciperet, conf. *Job.* II. 3.

XLVI. Si defunctus non haberet, qui ipsum lugerent, *septem viri* legitimi considebant, eorum loco, per septem dies luctus & reliquus populus, ad ipsos consolandi causa accedebat.

XLVII. Sic *mortui* mortuos suos sepeliunt *Matth.* VIII. 22. sepultos lugent, lugentesque se mutuo consolantur, veræ interim luctus causæ, solatiique fontis plane ignari. Excitet eos tandem Benignissimum Numen ex morte peccati, Spiritumque gratiæ & supplicationum in illos effundat, quo intuentes in eum quem perfoderunt, *plangentesque* super illo, ut super unico filio, & *acerbissime mœrentes*, ut super primogenito, promissam per Prophetas, ultimis temporibus, *consolationem* consequantur! *Ezech.* XXXVII. 1. *seqq.* *Zach.* XII. 10. *Jes.* LXVI. 13. & *Jer.* XXXI. 13.



BLASII UGOLINI
DISSERTATIO
DE
VETERUM HEBRÆORUM
Et reliquarum gentium præsertim Græcorum, & Romanorum Funere, & Præficis.

CAPUT PRIMUM
DE LUCTU.

I. *Quinam lugendi.* II. *Luctus publicus.* III. *Quinam non lugendi?* IV. *Quinam insepulti?* V. *Sepultura ex jure naturæ.*

I. REX lugendos esse constat ex Levit. XXI. ubi *Siphra* 46.4. ויאמר יי׳ אל משה אמור אל הכהנים בני אהרן ואמרת אליהם לנפש לא יטמא בעמיו בני אהרן אין מיטמים למתים מטמות הן בנות אהרן למתים בני אהרן יכול חללים ת״ל הכהנים יצאו חללים ומניין לרבות בעלי מומין ת״ל בני אהרן אף הקטנים: ואמרת אליהם לנפש לא יטמא בעמיו אין לי אלא המת ומניין לרבות את הדם ת״ל לנפש ואומר כי הדם הוא הנפש: מניין לרבות כל הטמאות הפורשות ממנו מן המת ת״ל ואמרת אליהם לרבות את הטמאות הפורשות מן המת לנפש לא יטמא בעמיו בזמן שעמיו שם אינו מטמא מיטמא הוא למת מצוה: כי אם לשארו הקרוב אליו אין שארו אלא אשתו שנ׳ שאר אביך היא הקרוב לא את הארוסה אליו לא את הגרותה יאמר לאמו מה ת״ל לאביו מה אמו שהיא מתחללת הרי דין שיטמא לו אילו כן הייתי אומר מה אמו בירוע אף אביו בידוע אביו חזקה מניין ת״ל ולאביו: או אילו נאמר לאביו ולא נאמר לאמו הייתי אומר מה אביו שהוא חזקה הרי הוא מטמא לו אמו ודאי אינו דין שיטמא לה אילו כן הייתי אומ׳ מה אביו שאינו מתחלל אף אמו שאינה מתחללת אמו שנתחללה מניין ת״ל ולאמו: יאמר לבנו ולבתו מה ת״ל לאמו ולאביו בנו ובתו שאינו חייב בכבודם הרי הוא מטמא להם אמו ואביו

שהוא חייב בבכורם אינו דין שיטמא להם אילו כן הייתי או׳ לבנו ולבתו יכול לבנו ולבתו הנפלי׳ ת״ל לאמו ולאביו מה אמו ואביו בני קיימא אף בנו ובתו בני קיימא יצאו בנו ובתו הנפלים שאינן בני קיימא ואה ת״ל לבנו ומה ת״ל לבתו לפי שיש בבן מה שאין בבת ויש בבת מה שאין בבן הבן אביו חייב בו מצוות למולו ולפדותו ללמדו תורה וללמדו אומנות ולהשיאו אשה מה שאין כן בבת הבת אביה זכאי במציאתה במעשה ידיה ובהפר נדריה מה שאין כן בבן הא לפי מה שיש בבן מה שאין בבת בבת מה שאין בבן צריך לומר לומר לבנו וצריך לומר בבתו: יאמר לאהיו ולאחותו מה ת״ל לבנו ולבתו באחיו ובאחותו שאינו חייב בהם מצוות הרי הוא מטמא להם בנו ובתו שהוא חייב בהם מצוות אינו דין שיהא מטמא להם אילו כן הייתי אומר לאחיו ולאחותו יכול לאחיו ולאחותו מאמו ת״ל לבנו ולבתו מת בנו ובתו שהוא יורשו אף אחיו ואחותו שהוא יורשו יצאו אחיו ואחותו מאמו שאינו יורשו: ואמר לאחיו מה ת״ל לאחותו שאילו נאמר לאחיו ולא נאמר לאחותו הייתי אומר מה אחיו בין גדול בין קטן אף אחותו בין קטנה בין גדולה ת״ל ולאחותו הבתולה הקטנה ולא הגדולה: אילו נאמר לאחותו ולא נאמר לאחיו הייתי אומ׳ מה אחותו שהוא קטנה ולא גדולה אף אחיו הקטן ולא הגדול ת״ל ולאחיו בין גדול בין קטן: ולאחותו הבתולה פרט לאבוסה ולמפותה או יכול שאני מוציא את מוכת עץ ת״ל אשר לא הייתה לאיש שהוויתה על ידי איש ולא שהוויתה בדבר אחר: הקרובה לרבות את הארוסה אלא לרבות את הבוגרת לה יטמא מצווה לא רצה ליטמא מטמין אותו בעל כורחו ומעשה ביוסף הכהן שמתה אשתו ובערבי פסחים ולא רצה ליטמא לה ודחפוהו חכמים וטימאוהו על כורחו: לה יטמא מטמא הוא על הוודאי ואינו מטמא על הספק לה יטמא אינו מטמא לאחרים עמה שלא יאמר אדם הואיל ונטמאה אלקט עצמות פלוני בידי לה יטמא אינו מטמא על איבריה שאין אדם מטמא על אבר מן החי מאביו אבל מטמא הוא על עצם כשעורה ר׳ יוסי אומ׳ אין אדם מטמא על עצם כשעורה מאביו: מעשה ביוסף בן פנכס שעלת נומי על רגלו ובקש הרופא להותכה אמר לו כשתנח בה כהוט הסערה הוריעני התכה והניח בה כחוט הסקרה והודיעו קרא לנחוניא בנו אמר לו חוניא בני עד כאן הייתה חייב ליטפל בי מיכן ואילך צא לך שאין מטמא על אבר מן החי מאביו וכשבא דבר לפני חכמים אמרו על זה נאמר יש צדיק אובד בצדקו הצדיק אבד וצדקו עמו: לא יטמא בעל בעמיו מה ת״ל לפי שנאמר לאמו ולאביו ולבנו ולבתו ולאחיו ולאחותו מטמא להם בין פסולים בין כשירים יכול אף לאשתו יטמא בין כשירה בין פסולה ת״ל לא יטמא בעל בעמיו יש בעל שמטמא ויש בעל שאין מטמא הא ביצד מטמא הוא לאשתו כשירה ואינו מטמא לאשתו פסולה: בעמיו בזמן שעושים במעשה עמיו לא בזמן שפרשו

מדרכי ציבור להחלו נהג מנהג כזה הרי הוא חולי׳ יכול יהיו חולים לעולם ת״ל בעמיו בזמן שהוא עמו הרי הוא חלים פירש הרי הוא בקרושתו: *Et dixit Dominus ad Moſem: Loquere ad Sacerdotes filios Aharon, & dices ad eos; Super anima non polluetur in populis ſuis*. Filii Aharon non polluentur pro mortuis, at poſſunt ſe polluere pro mortuis filiæ Aharon. *Filii Aharon*. Crederem profanatos? Idcirco dictum eſt: *Sacerdotes*. Excluduntur profanati. Unde probatur ad includendum vitiatos? Idcirco dictum eſt: *Filios Aharon*: Vel minorennes: *Et dices ad eos. Pro anima non polluetur in populis ſuis:* Non probo niſi de mortuo; unde probatur ad includendum ſanguinem? Idcirco dictum eſt: *Pro anima*. Et dictum eſt: *Quia ſanguis eſt anima*. Unde probatur ad includendas immundities, quæ ſeparantur ex mortuo? Ex eo quod dictum eſt: *Et dices ad eos*. Ad includendum immundities, quæ ſeparantur a mortuo. *Pro anima non polluetur in populis ſuis:* Quandiu populi ſui ibi fuerint, non polluetur, at polluetur pro mortuo præcepti. *Sed tantum pro propinqua ſua, quæ eſt proxima ſibi:* Propinqua non eſt niſi ejus uxor: Dictum eſt enim *Levit.* XVIII. *Propinqua patris tui illa; proxima;* at non deſponſata; *Sibi*; at non repudiata. Cum dictum ſit *pro matre ſua*, quid dicendum erat *pro patre ſuo*. Si pro matre ſua, cujus cauſa profanatur, polluitur, pro patre ſuo, cujus cauſa non profanatur, non erit æquum ut polluatur? Si dictum eſſet pro matre, ego dicerem ſicut pro matre certa, ita pariter pro patre certo; Pro patre ex præſumtione unde probatur? Ex eo quod dictum eſt. *Pro patre ſuo*. Aut ſi dictum eſſet *pro patre ſuo*, & non dictum eſſet, *pro matre ſua*, ego dicerem, ſicut pro patre qui ſit ex præſumtione, polluitur, pro matre certa non erit æquum ut polluatur? Si ita dictum eſſet, ego dicerem; Sicut pro patre, cujus cauſa non profanatur, ita pariter pro matre, cujus cauſa non profanatur. Pro matre ſua, cujus cauſa profanatur, unde probatur? Ex eo quod dictum eſt: *Et pro matre ſua*. Si dictum eſt *pro filio ſuo, & pro filia ſua;* quid dicendum erat *pro matre ſua, & pro patre ſuo?* Si pro filio ſuo, & pro filia ſua, quos honorare non debet, polluitur, pro matre ſua, & pro patre ſuo, quos honorare debet, non erit æquum ut polluatur? Cum dictum ſit *pro filio ſuo, & pro filia ſua*, crederem pro filio ſuo & pro filia ſua abortivis? Idcirco dictum eſt: Pro matre ſua, & pro patre ſuo: Sicut pater & mater ſunt filii conſiſtentiæ, ita pariter filius & filia erunt filii con-

consistentiæ. Excluduntur filius & filia, qui non fuerint filii consistentiæ. Quid dictum est *pro filio suo*, & cur dictum est *pro filia sua?* Eo quod deprehendatur in filio, quod non deprehenditur in filia; & deprehendatur in filia, quod non deprehenditur in filio. In filio pater obligatur ad præcepta, ad circumcidendum, & ad redimendum, & ad docendum legem, & ad docendum artes, & ad ducendum illi uxorem; quod non deprehenditur in filia. At in filia pater habet jus in rebus ab ea inventis, & in solvendis ejus votis; quod non deprehenditur in filio; Idcirco cum deprehendatur in filio, quod non deprehenditur in filia, & in filia, quod non deprehenditur in filio; dicendum erat *pro filio suo*, & dicendum erat *pro filia sua*. Dictum est *pro fratre suo, & pro sorore sua;* Cur dictum est: *pro filio suo, & pro filia sua?* Pro fratre suo, & pro sorore sua, quorum causa non obligatur ad præcepta, polluitur, pro filio suo, & pro filia sua, quorum causa obligatur ad præcepta, non erit æquum ut polluatur? Si ita dictum esset; ego dixissem; *pro fratre suo, & pro sorore sua*, crederem pro fratre sua, & pro sorore sua ex matre? Idcirco dictum est *pro filio suo, & pro filia sua;* Sicut polluitur pro filio suo, & pro filia sua, a quibus hæreditat; Excluditur frater, & soror ex matre, a quibus non hæreditat. Si dictum est *pro fratre suo*, cur dicendum est *pro sorore sua?* Si dictum esset pro fratre suo, & non dictum esset pro sorore sua; ego dicerem, sicut pro fratre, sive fuerit majorennis, sive minorennis, ita pariter pro sorore, sive fuerit majorennis, sive minorennis? Idcirco dictum est: *Pro sorore virgine;* pro minorenni; at non pro majorenni. Si dictum esset *pro sorore sua*; & non dictum esset *pro fratre suo;* Ego dicerem, sicut pro sorore sua, quæ sit minorennis, & non majorennis, ita pariter pro fratre suo, qui sit minorennis, at non majorennis. Idcirco dictum est: *& pro fratre suo*, sive fuerit majorennis, sive minorennis. *Et pro sorore sua virgine*. Excluditur vim passa, & seducta; Crederem etiam excludendam vulneratam ligno? Idcirco dictum est: *Quæ non fuerit viro*. Quæ fuerit in potestate viri; at non alia de causa. *Proximam*: Ad includendum desponsatam; *Sibi*; ad includendum adultam. *Pro illa polluetur*. Est præceptum; Si pollui noluerit, vel invitus polluetur. Narratur de Joseph sacerdote, cui mortua est uxor in vespera Paschatis; cum nollet pollui, sapientes coegerunt, ut vel invitus pollueretur. *Pro illa polluetur;* Pro certo polluetur, at non polluetur pro dubio; *Pro illa polluetur*: At non polluetur pro illis una cum illa; Ne quis dicat; quoniam pollutus sum, colligam ossa N. N. manu mea. *Pro illa polluetur*; At non polluetur pro ejus patre. At poterit se polluere pro osse in quantitate hordei ex ejus patre. R. Jose dicit: Nemo potest se polluere pro osse in quantitate hordei ex ejus patre: Narratur de Joseph filio Pacsas, cum ulcus in ejus pedem adscendisset, & cum vellet medicus illud incidere; ei dixit; Quando pes fuerit appensus juxta filum capilli, sibi nunciaret; Vocavit Nehunia filium suum, eique dixit: Nehunia fili mi; Hactenus mihi debes curam impendere; Hinc & ulterius egredere; etenim nemo potest se polluere membro vivo ex ejus patre. Quando allatum fuit factum coram sapientibus, dixerunt; de hoc dictum est *Eccles.* XII. 16. *Est justus qui perdit in justitia sua*. Justus perdit, & ejus justitia est cum eo. *Non polluetur maritus in populis suis*. Cur dictum est? Quia dictum est: *Pro matre sua, & pro patre suo, & pro filio suo, & pro filia sua, & pro fratre suo, & pro sorore sua polluetur:* sive fuerint illegitimi, sive legitimi; Crederem fuisse pollendum pro uxore sua sive fuerit legitima, sive illegitima? Idcirco dictum est: *Non polluetur maritus in populis suis:* Est maritus, qui se polluit, & est maritus, qui se non polluit. Quomodo? Se polluit pro uxore legitima; at se non polluit pro uxore illegitima. *In populis suis*. Quando faciant juxta opus populi tui, at non quando separati fuerint a viis cœtus; *ut profanetur*. Si juxta hanc consuetudinem egisset, erat profanatus. Crederem in perpetuum fuisse profanatos? Idcirco dictum est: *In populis suis*; Quandiu cum ipso fuerit; erunt profanati; Si se separaverit, erit in sua sanctitate. Vide *Pesichta* 16. 4. Maimonides Abel cap. 11. אלו שאדם חייב לה תאבל עליהן דין תורה אמו ואביו בנו ובתו ואחיו ואחותו מאביו ומדבריה' שיתאבל על אחיו ועל' אחותו שהן מאמו אפילו הכהן שאין מתטמ' לאחיו ולאחותו מאמו ולאחותו הנשואה אע"פ שהיא מאביו מתאבל הוא עליהן ואם היה אחותו זו הנשואה מאביו הרי הוא מתאבל עליה דין תורה בנו או אחיו הבא מן השפחה ומן הנכרית איין מתאבל עליהן כלל וכן מי שנתגייר הוא ובניו או נשתחרר הוא ואמו אין מתאבלין זה על זה וכן אשתו ארוסה אינו מתאבל עליה ולא אונן וכן היא לא אוננת ולא מתאבלת עליו כל הקרובים שהוא חייב להאתבל עליהן הרי זה מתאבל עמהן בפניהן מדברי סופרים כיצד הרי שמת בן בנו או אחי בנו או אם בנו

חייב לקרוע בבני בנו ולנהוג אבילה בפניו אבל שלא בפניו אינו חייב וכן באשר הקרבים אשתו הנשואה אע"פ שהוא מתאבל עליה אינו מתאבל עמה על שאר קרובי' אלא על אביה ועל אמה משום כבוד אשתו נוהג אבילתו עליהן בפניו כיצד מי שמ' חמיו או חמותו כופ' מטתו ונוהג אבילות עם אשתו בפניה אבל לא שלא בפניה וכן האשה שמת חמיה או חמותה נוהגת אבילות בפניו אבל שאר קרובים כגון שמת אחי אשתו או בנה והאשה שמת אחי בעלה או בנו אינו מתאבלים זה על זה וכן יראה לי שאם מתה אשה קרובו או בעל קרובתו כגון שמתה אשה בנו או בעל בתו אינו חייב לה האבל עליהן וכן כל כיוצא כזה : Isti sunt ab homine lugendi ex præscripto legis, mater, & pater, filius, & filia, frater & soror ex patre, & ex verbis scribarum vir lugebit pro uxore sua nupta, & similiter uxor pro marito suo, & lugebit pro fratre & sorore sua ex matre; Vel sacerdos, qui non polluitur pro fratre & sorore sua ex matre, & pro sorore nupta, quamvis sit ex patre, tamen pro istis lugebit, & si soror nupta fuerit, quamvis sit ex patre pro illa lugebit ex præscripto legis. Pro filio aut fratre, qui natus sit ex ancilla, aut alienigena omnino non lugebit; Et similiter si proselytus factus sit ipse, & ejus filius, aut libertate donatus sit ipse & ejus mater, pro illis non lugebunt; & pariter pro uxore desponsata non lugebit neque planget; & similiter ipsa pro illo non planget, neque lugebit. Pro cunctis propinquis, pro quibus debet lugere, in eorum conspectu lugebit ex verbis scribarum. Quomodo? Si moriatur filius filiæ, aut frater filii, aut mater filii, debet lacerare vestes in conspectu filii sui, & observare luctum in ejus conspectu, at eo absente non obligatur, & similiter in reliquis propinquis uxoris suæ nuptæ, quamvis pro ea lugeat, tamen non lugebit cum ea pro reliquis propinquis, sed tantum pro ejus patre & matre propter honorem uxoris suæ observabit luctum in ejus conspectu. Quomodo? Sicui moriatur socer, aut socrus, invertet lectum & observabit luctum cum uxore sua in ejus conspectu, at non illa absente. Et similiter uxor si illi moriatur socer aut socrus, observabit luctum in ejus conspectu. At pro reliquis propinquis, verb. grat. si moriatur frater uxoris suæ, aut filius, & uxor, si moriatur frater mariti sui, aut filius, non lugebantur; & similiter mihi videtur, si moriatur uxor propinqui sui, aut maritus propinquæ suæ; verb. grat. si moriatur uxor filii sui, aut maritus filiæ suæ, pro illis non obligatur ad luctum. Idem de reliquis hujusmodi dicendum est.

II. Viri illustres luctu publico celebrati. De Jacobo constat *Genes. l.* 3. ויבכו אתו מצרים שבעים יום. *Et fleverunt illum Ægyptii septuaginta diebus* & vers. 10. 11. ויבאו עד גרן האטד אשר בעבר הירדן ויספדו שם מספד גדול וכבד מאד ויעש לאביו אבל שבעת ימים וירא יושב הארץ הכנעני את האבל בגרן האטד ויאמרו אבל כבד למצרים על כן קרא אבל מצרים אשר בעבר הירדן. *Et venientes ad Garen Atad, quæ in transitu Jordanis, planxerunt ibi planctu magno, & gravi valde, fecitque pro patre suo luctum septem diebus: videntes habitatores terræ Chananæi luctum in Garen Atad dixerunt: Luctus gravis iste Ægyptiis; quapropter vocaverunt nomen ejus luctum Ægyptiorum in transitu Jordanis.* De Aharon dictum est *Num.* xx. 29. ויראו כל העדה כי גוע ויבכו את אהרן שלשים יום כל בית ישראל. *Viderant universa congregatio, quod mortuus esset Aharon & fleverunt Aharon triginta diebus universa domus Israel.* De Nadab & Abihu dictum est *Levit.* x. 6. ואחיכם כל בית ישראל יבכו את השרפה אשר שרף יהוה *Fratres vestri, tota domus Israel plangant combustionem, quam combussit Deus.* De Mose dictum est *Deut.* XXXIV. 8. ויבכו בני ישראל את משה בערבת מואב שלשים יום ויתמו ימי בכי אבל משה *& fleverunt filii Israel Mose in campestribus Moab triginta diebus, completique sunt dies fletus luctus Mose.* De Abia filio regio 1. *Reg.* XIV. 17. והנער מת ויקברו אתו ויספדו לו כל ישראל. *Et puer mortuus est, & sepelierunt eum, & planxerunt eum universus Israel.* De Josia rege 2. *Paral.* XXXV. 24. וכל יהודה וירושלם מתאבלים על יאשיהו : *& universus Juda, & Hierusalem luxerunt super Josia.* De Abner 2. *Sam.* III. 31. ויאמר דוד אל יואב ואל כל העם אשר אתו קרעו בגדיכם וחגרו שקים וספדו לפני אבנר. *Et dixit David ad Joab, & ad universum populum, qui erat cum eo: Lacerate vestes vestras, & præcingite saccos, & plangite coram Abner.* Et paulo post, ויקברו את אבנר בחברון וישא המלך את קולו ויבך אל קבר אבנר ויבכו כל העם. *Et sepelierunt Abner in Hebron, & extulit rex vocem suam, & planxit ad sepulcruum Abner, & planxerunt universus populus* 1. Machab. IX. 20. de Juda. *Et fleverunt eum omnis populus Israel planctu magno.* Ibid. XII. 54. de Jonatha. *Et planxerunt Jonathan & eos, qui cum ipso fuerunt, valde, & luxit Israel luctu magno.* Josephus lib. XV. de Bello, cum Hierosolymis falsus rumor de sua morte percrebuisset, ita scribit. *Lugebant universi, adeo ut per triginta dies nunquam lamenta*

in

in civitate cessarent, multique conducerentur tibicines, qui Nænias moderarentur. De luctu publico Græcorum & Romanorum infra quamplurima in capite de funere.

III. Quinam non erant lugendi? Abortus non erant lugendi. *Siphra* 47. I. אילו כן הייתי אומר לבנו ולבתו יכול לבנו ולבתו הנפלי׳ ת״ל לאמו ולאביו מה אמו ואביו בני קיימא אף בנו ובתה בני קיימא יצאו בנו ובתו הנפלים שאינן בני קיימא Cum dictum sit *pro filio suo, & pro filia sua*, crederem pro filio suo, & pro filia sua abortivis? Idcirco dictum est. *Pro matre sua, & pro patre suo:* Sicut mater sua, & pater suus sunt filii consistentiæ, ita pariter filius suus, & filia sua erunt filii consistentiæ, excluduntur abortus, qui non sunt filii consistentiæ. *Maimonides Abel* c. I. הנפלים אין מתאבלין עליהן וכל שלא שהה שלשים יום באדם הרי זה נפל אפילו מת׳ ביום שלשי׳ אין מתאבלין עליו ואם נודע בוראי שנולד לתשעה חדשים גמורים אפילו מת ביום שנולד מתאבלין עליו בן תשעה חדשים שנולד מת ובן ח׳ שמת אפילו לאחר ל׳ יומי שיצא מחותך או מרוסס אע״פ שכלו לו חדשיו הרי זה נפל ואין מתאבלין עליהם ולא מתקסקי׳ עמה. Non lugent abortus, & qui non sit triginta diebus in homine, reputatur abortus. Si moriatur tricesimo die, non lugetur, Si certo constat quod natus sit nono mense perfecto, vel si moriatur die, quo nascitur, lugetur. Si filius novem mensium nascatur mortuus, & filius octo mensium, vel post triginta dies egrediatur contusus aut quassatus, vel si fuerint completi ejus menses, reputatur abortus, & non lugetur, neque de illo cura habetur. Iterum cap. XII. 9. אין מספדין את הקטני׳ ובן כמה שנים היה ראוי להספד בני עניים או בני זקנים בני חמש ובני עשירי׳ בני שש אחד זכרים ואחד נקבות חינוק שמת כל שלשי׳ יום יוצא בחיק ונקבר באשה אחד ובשני אנשים אבל לא באנש אחד ובשתי נשים מפני הייחוד ואין עומדין עליו בשורה ואין אומרין עליו ברכת אבלי׳ ותנחומי אבלים בן שלשי׳ יום גמורות יוצא בגלוסקמא קטנה הניטלה באגפיים ועומדין עליו בשורה ואומרין עליו ברכת אבלים ותנחומי אבלי׳ בו י״ב חדש יוצא במטה. Non fit luctus pro pueris. Qua ætate esse debent, ut sint digni, pro quibus fiat luctus? Filii pauperum, filii senum erunt quinquennes, & filii divitum erunt sexennes, tam mares, quam fœminæ. Si lactans moriatur intra trigesimum diem, effertur in sinu & sepelitur ab una fœmina, & a duobus viris, at non ab uno viro, & a duabus fœminis propter singularitatem; & ejus causa non consistunt in serie, neque recitant pro eo benedictionem lugentium, neque consolationes lugentium. Si fuerit filius triginta dierum perfectorum, effertur parva arca, quæ transfertur asseribus, & ejus causa consistunt in serie, & recitant pro illo benedictionem lugentium, & consolationes lugentium, si fuerit filius duodecim mensium, effertur feretro: Apud Romanos quoque pueris justa non persolvebantur. *Plutarchus* in Numa. *Lugendi modum præ ætatibus, temporibusque Numa statuit; Puerum non lugeri trimo minorem, neque etiam grandiorem plures menses, quam vixisset annos.* *Cicero* Tusculan. *Si puer parvus occidet, æquo animo ferendum est, si vero in cunis, ne querendum quidem.* *Plutarchus* iterum in consolat ad uxorem. *Veteres neque infantibus pueris inferias ferebant, neque cetera faciebant, quæ par est facere alios pro mortuis. Nondum enim his terra communis est, neque eorum quicquam, quæ terra nascuntur.*

Puerorum corpora ad faces, & cereos efferebantur. *Seneca* de brevitate vitæ. *Istorum funera tamquam minimum vixerint ad faces, & cerea deducenda sunt.* Idem de tranquill. vitæ. *Toties in vicinia mea conclamatum est, toties preter limen immaturas exsequias fax cereusque præcessit* Idem Epist. CXXIII. *Quantulum enim a funere absunt, & quidem acerbo, qui ad faces, & cereos vivunt:*

Pueros lactantes matres suis manibus efferebant. *Statius* epicedio in filium:

> *Si qua sub uberibus plenis ad funera natos*
> *Ipsa gradu labente tulit, madidumque cecidit*
> *Pectus, & ardentes restinxit lacte favillas*

Ovidius in Epist. Aug. Sagho.

> *Non aliter quam si nati pia mater ademti*
> *Portet ad exstructos corpus inane rogos.*

Infantes qui intra tricesimum diem obiissent, non comburebantur, sed sepeliebantur in protecto, sive in suggrunda conditorii, unde & sepulcra eorum suggrundaria dicebantur. *Rutilius Geminus* Astyanacte.

> *Melius suggrundarium quæreres, quam sepulcrum.*

Fulgentius de prisco serm. *Suggrundaria antiqui dicebant sepulchra infantium, qui necdum quadraginta dies implessent, quæ nec jam busta dici poterant, quia ossa,* quæ

quæ comburerentur, non erant, nec tanta cadaveris immanitas, qua locus tumesceret, unde neque tumuli appellari merebantur. *Juvenalis* sat. XV.

> *Naturæ imperio gæmimus, cum funus adultæ*
> *Virginis occurrit, vel terra clauditur infans*
> *Et minor igne rogi.*

Plutarchus de consol. ad uxorem. *Neque sepulchra* scilicet pueris *extruebant, neque monumenta, ac collocationes mortuorum amabant, neque corporibus assidebant.*

Exsequiæ virginum immaturarum *choragium* dicebantur teste *Fulgentio* de prisco serm. Apulejus lib. II. metamh. *& cantatrices aviculæ, in ipso momento choragii funeris, præpeti celeritate, alienam sepulturam antevertunt:* Idem de Psychæ nuptiis lib. 4. metam. *Jam feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur, & sonus tibiæ Zigiæ, mutatur in querulum Lydiæ modum.* *Plautus* in Captivis.

> *Hoc pene iniquum est comico choragio*
> *Curare desubito nos agere tragœdiam.*

Propinqui sententiam passos non lugent, sed plangunt. *Sanhedrin* VI. 15. ולא היו מתאבלין אלא אוננין שאין אנינות אלא בלב Eos non lugent, sed mœrent, mœror non fit nisi in corde. *Maimonides* c. I. אבל כל הרוני ב"ד אין מתאבלין עליהם אבל אוננין שאין אונינות אלא בלב. At pro omnibus occisis a Synhedrio non lugent, sed mœrent, eo quod mœror non fit nisi in corde.

Neque apostatæ lugentur. *Siphra* 47. I. בעמיו בזמן שעושין כמעשה עמיו לא בזמן שפרשו מדרכי ציבור. *In populis suis.* Quando faciunt juxta opus populi sui; non autem quando se separent a viis cœtus. *Pesikal.* 27. I. בעמיו יטמא לקרוביו שאם עושין מעשה עמיו מטמא להן בין כשרין בין פסולין הא פרשו אבותיו מדרכי ציבור אין מטמא להן. *In populis suis polluetur* pro suis propinquis; Si fecerint opus populi sui pro illis polluetur, sive legitimi fuerint, sive illegitimi; ut si se separarint ejus patres a viis cœtus pro illis non polluetur. *Maimonides* cap. I. כל הפורשין מדרכי ציבור והם האנשים שפרקו עול המצות מעל צוארן ואין נכללין בכלל ישראל בעשיית המצות ובכבוד המועדות וישיבה בתי כנסיות ובתי מדרשות אלא הרי הן כבני חורין לעצמן כשאר האומות והם המינים והשמדין והמוסרין כל אלו אין מתאבלין עליהם אלא אחיהם ושאר קרוביהם לובשין לבנים ומתעטפים לבנים ואוכלים ושותים ושמחין שהרי אבדו שונאיו של הקדוש ברוך הוה׳ ועליה׳ הכתוב אומ׳ הלא משנאיך ה׳ אשנא Omnes qui se separant a viis cœtus, & isti sunt, qui abjecerunt jugum præceptorum ex collo suo, neque comprehenduntur in genere Israelitarum in observandis præceptis, & in colendis solemnitatibus, & in consessu Synagogarum & scholarum, & reputantur sicut alienigenæ, & sicut aliæ gentes, & similiter hæretici, & apostatæ, & tres isti omnes non lugentur; verum eorum fratres & reliqui propinqui induunt vestes albas, & velantur indumentis albis, & comedunt & bibunt, & lætantur, quia perierunt osores Dei S. B. & de his scriptum dicit *Psal.* LXXXVIII. 21. *Nonne qui oderunt te Domine oderam?*

Apud Romanos Fulgutritis justa non erant facienda. *Plinius* lib. II. c. 54. Verus est lex Numæ. *Si hominem fulminibus occisit; ne supra genua tollito.* Id est justa ne facito, & alibi. *Homo si fulmine occisus est, ei justa nulla fieri oporteto.* Plinius iterum l. c. *Hominem ita exanimatum cremare fas non est, condi terra jubet religio.* Artemidorus lib. II. 3. *Fulgitriti enim non transferuntur, sed quocunque eos loco ignis reliquerit, ibi sepeliuntur.* *Persius* sat. II.

> *Triste jaces lucis, evitandumque bidental.*

Sepulturæ privatio pœna gravissima. *Jerem.* VIII. I. בעת ההיא נאם יהוה ויציאו את עצמות מלכי יהודה ואת עצמות שריו ואת עצמות הכהנים ואת עצמות הנביאים ואת עצמות יושבי ירושלם מקבריהם ושטחום לשמש ולירח וגו׳ לא יאספו ולא יקברו לדמן על פני הארמה יהיו. *Tempore illo dicit Dominus & ejiciunt ossa regum Juda, & ossa principuo ejus, & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa habitantium Hierusalem de sepulchris suis; & expandentur ad solem, & ad Lunam non colligentur, neque sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt.* *Ezech.* 29. 5. על פני השדה תנפול לא תאסף ולא תקבץ לחית הארץ ולעוף השמים נתתיך לאכלה. *Super faciem terræ cades, non colligeris, neque congregaberis, feræ terræ & avibus cœli dedi te in cibum.* Deus apud *Hieremiam* 22. 2. Joakimo regi Juda sepulcrum asini minatur: לכן כה אמר יהוה אל יהויקים בן יאשיהו מלך יהודה לא ספרו לו הוי אחי והוי אחות לא יספרו לו הוי אדון הוי הדה קבורת חמור יקבר סחוב והשלך מהלאה לשערי ירושלם. *Propterea sic dicit Dominus ad Joakim filium Josiæ regem Juda. Non plangent eum: væ frater, & væ soror; non plangent eum: væ Domine, &*

væ inclyte. Sepultura asini sepelietur putrefactus, & projectus extra portas Hierusalem. Chaldæus vertit: *Sicut projicitur cadaver asini sic projicient cadaver ejus.* 2. *Reg.* 9. 10. ואת איזבל יאכלו הכלבים בחלק יזעבאל ואין קבר. *Jezabel quoque comedent canes in agro Jezabel, nec erit qui sepeliat. Ecclesiast.* VI. 3. קבורה לא היתה לו אמרתי טוב ממנו הנפל. *Sepultura non sit illi, dico, quod melior illo sit abortivus.* I. *Reg.* XIV. 11. המת לירבעם יאכלו הכלבים והמת בשדה יאכלו עוף השמים *Qui mortuus fuerit de Jeroboam in civitate comedent eum canes, qui autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli.* Apud Græcos & Romanos, qui sibi vim intulissent, insepulti jacebant. *Servius* ad illud *Virgilii* XII. Æneid.

> *Et nondum informis lethi trabe nectit ab alta.*

Sane sciendum est, quod cautum fuerit in Pontificalibus libris, ut qui laqueo vitam finisset, insepultus abjiceretur, unde bene ait: informis lethi, *quasi mortis infamissimæ. Plinius* lib. 36. 15. scribit Tarquinium Priscum αὐτοφονευτὰς non solum abjici insepultos sed *& corpora eorum crucibus spectanda civibus, simul & feris volucribusque devoranda* affigi jussisse. Tyranni quoque insepulti. *Svetonius* in Vitellio cap. 17. *Tandem apud Gemonias* (scalas) *minutissimis ictibus excarnificatum, atque confectum & inde unco tractum in Tiberim.* Heliogabalus in Tiberim præcipitatus est, *quod odio communi omnium contigit* (inquit *Lampridius*) *siquidem nec sepulcra mereatur, qui amorem senatus, populi ac militum non mereatur.* Similiter latrones. *Julius Capitolinus. Famosos latrones in his locis ubi grassati sunt, furca figendos placuit, ut & conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus.* Etiam servi. *Plautus* in Milite Act. II. 5. c. 4.

> *Noli minitari, scio crucem futuram mihi sepulcrum*
> *Ibi mei majores sunt siti, pater, avus, proavus, abavus.*

Petronius in Sat. *Miles cruces asservabat, nequis corpora ad sepulturam detraheret.* Eadem lex de insepultis cadaveribus obtinuit apud Ægyptios, uti constat ex Genes. XL. שלשה ימים ישא פרעה את ראשך מעליך ותלה אותך על עץ ואכל העוף את בשרך מעליך. *Post triduum tollet Pharrao caput tuum ex te, & suspendet te ligno, & comedent volucres carnem tuam ex te: Xenophon* lib. I. ἑλλην. Scribit apud Athenienses sacrilegos, proditores insepultos fuisse projectos: Idem testatur *Æmilius Probus* in Themistocle. Apud Romanos conjurati sepulturæ honore privabantur. *Svetonius* in Vespasiano. *Pœnæ conjuratorum addendum censuit ut insepulti projicerentur.*

V. Ceteris sepultura non negata. Lex extat *Deut.* XXI. 22. 23. qua præcipitur, ne cadaver pernoctet in ligno suspensum, sed erat eo ipso die sepeliendum וכי היה באיש חטא משפט מות יהומת ותלית אתו על עץ לא תלין נבלתו על העץ כי קבור תקברנו ביום ההוא כי קללת אלהים חלוי ולא תטמא את ארצחך אשר יהוה אלהיך נתן לך לנחלה. *Si fuerit in homine peccatum judicii moriendo morietur, & suspendes ipsum in ligno, non pernoctabit cadaver ejus super ligno, sed sepeliendo sepelies eum die ipso, quia maledictio Dei est suspensus, & non polluetur terra tua, quam Dominus Deus tuus dat tibi hæreditatem.* Ubi *Siphri* 48. 4. *Si fuerit in homine peccatum judicii, moriendo morietur.* Homo suspenditur, at fœmina non suspenditur; R. Elieser dicit: Vel fœmina suspenditur. Dixit R. Elieser: Nonne Simeon ben Setach suspendit fœminas in Ascalon? Responderunt illi. Octoginta fœminas suspendit; at duos non judicant die uno; at hoc necessario factum est, ut alii docerentur: *Et suspendes ipsum.* crederem omnes lapidatos fuisse suspendendos? Idcirco dictum ut: *Quia maledictio Dei est suspensus.* Postquam inclusit textus, excludit. Hoc addiscimus ex blasphemo; sicut blasphemus est peculiaris, qui extendit manum suam in fundamentum, ideoque suspenditur, ita pariter omnis, qui extenderit manum suam in fundamentum, suspendetur. Alter dicit: Sicut blasphemus est peculiaris, & lapidatur, ideoque suspenditur, ita pariter omnes lapidati suspendentur: Crederem, quod vivus suspenderetur? Idcirco dictum est, *& morietur, & suspendes ipsum super ligno;* at non ejus vestimenta super ligno, neque ejus testes, neque ejus falsos testes. *Ipsum.* Docetur, quod duos non judicent uno die. *Super ligno.* In ligno avulso, non autem solo adhærente. Unde probatur, quod si pernoctet cadaver mortui, quod prævaricetur præceptum negativum? Ex eo quod dictum est: *Et non pernoctabit cadaver ejus super ligno.* Si pernoctatio fiat ad ejus honorem sc. ad ferendam arcam, & involucra, crederem quod prævaricaretur præceptum negativum? Idcirco dictum est *ligno;* sicut lignum est peculiare, quod fit ad ejus infamiam, ita pariter includitur omne quod fit ad ejus dedecus.

Non

Non pernoctabit cadaver ejus super ligno. Est præceptum negativum. *Sed sepeliendo sepelies seum.* Est præceptum affirmativum. Quomodo faciunt? Expectant donec tenebræ oboriantur, & suspendunt, & solvunt; si minus, prævaricatur præceptum negativum: Dictum est enim. *Non pernoctabit cadaver ejus &c.* Quasi dicat. Qua de causa iste suspenditur? quia maledixit Deo, & deprehenditur maledictus. Vir lapidatur nudus, at fœmina nuda non lapidatur. R. Jehuda dicit: Tam vir quam fœmina. At vir suspenditur facie adversa ad populum, & aversus ad lignum; At fœmina facie adversa ad lignum, & aversa ad populum; Vir tegitur ab una parte adversa, at fœmina ab utraque parte tam adversa, quam aversa, eoquod tota sit turpitudo; *Et non polluetur terra tua*; Et deprehendetur nomen Dei profanatum; *Quam Dominus Deus tuus dat tibi hæreditatem*; ut de hoc præmoneatur synhedrium. Vide *Pesichta* ad loc. cit. *Deut.* & *Sanhedrin* VI. 4. Hinc *Josephus* lib. 4. 7. *tantam ait Judæis esse curam sepulturæ, ut eos etiam, qui ad patibulum damnati sunt, ad solis occasum tollant, & humo mandent. Domitius Ulpianus* lib. 1. ff. de cadaveribus punitorum. *Corpora* (inquit) *eorum, qui capite damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt, & id se observasse etiam Div. Augustus* l. x. *de vita sua scribit.* Et L. ult. *Paulus. Corpora animadversorum quibuslibet petentibus ad sepulturam danda esse*, scribit L. XI. Cod. Diocletianus, & Maximianus Imp. Gaudentio ita rescribunt. *Obnoxios criminum digno supplicio subjectos sepultura tradi non negamus.* Hinc *Cicero* Verri exprobrat, *quod sepulturam punitorum denegare, aut divendere fuerit solitus.*

Vel hostes sepulti sunt: *Pausanias* scribit ab Atheniensibus Medos fuisse sepultos; *quod cadaver hominis mandare humo, & occulere, tanquam in communis omnium matris sinum deponere, fas piumque prorsus esset.* Celebre illud sacramentum Atheniensium in bello: *Sepeliam socios, & bello victor etiam hostes.* Cicero lib. de Senect. *Marci Marcelli interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturæ carere passus est.* Pompejus *teste Dione* lib. XXXVIII. Mitridatem hostem sepeliri jussit; *Nullas in defunctum frustra iras exercendas putavit; Itaque nihil ejus corpori insultans in patrio id sepulchro condi jussit. Suidas* in voce ἀκηδής. *Romani non neglexerunt hostes suos, nec passi sunt ipsos insepultos, & exsequiarum honore fraudatos jacere. Appianus* sepeliendi hostes in acie cæsos jus κοινὸν ἐν τοῖς πολέμοις vocat; & *Dio Chrysostomus* in oratione περὶ ἔθους sepulturæ jus κἂν εἰς τὴν ἐσχάτην ἐχθρὰν προέλθωσι tradit. *Tacitus* lib. 1. Annal. *Ne hostis quidem sepulturam invidet.*

Sepultura ex jure naturæ. Hinc *Philo*, & *Josephus* jus naturæ appellarunt. *Arminius* vetus poeta.

> *Humano generi posuit natura creatrix*
> *Hanc legem, ut tumuli membra sepulta tegant.*

Apud *Euripidem* & *Statium* Antigone apud Creantem regem, quod contra ejus jussa sepelierit fratres Polinicem, & Œteoclem dicit: *Sepelire mortuos esse de jure naturæ, & juri naturæ magis est obediendum quam regi.* Autore *Dione Chrysostomo* in oratione περὶ ἔθους sepultura inter mores, qui τοῖς ἐγγράφοις opponuntur, statuitur. *Seneca* lib. 11. controv. *Humum cadaveri porrigere inter jura non scripta, sed omnibus scriptis certiora statuit.*

CAPUT II.

I. *Oscula, extremus spiritus exceptus.* II. *Lotio, oculi clausi.* III. *Unctio.* IV. *Vestes funebres.*

I. JOseph mortuum patrem Jacobum osculatus est *Genes.* lib. 1. ויפל יוסף על פני אביו ויבך עליו וישק לו: *Et cecidit Joseph super faciem patris sui, & flevit super eum, & osculatus est eum. Uzielides* ad loc. cit. בכן אחרכין יוסף על אנפי אבוי ובכא עלוי ונשיק: *Ecce tunc inclinavit se Joseph super facies patris sui, & flevit super eo, & osculatus est eum.* Targum Hierosolymitanum. ארכין יוסף באפוי דאבוי ובכא עלוי ונשק יתיה: *Joseph etiam incurvavit se in facies patris & flevit super eo, & osculatus est eum.* Jacob apud *Philonem* sic alloquitur Joseph filium, quem a fera dilaceratum putabat: *Non tam mortem tuam fili mi, doleo, quam sepulcri jacturam, nam si tibi sepulcrum contigisset in terra propria, nec mihi deesset solatium, officiose adstitissem morienti, impendissem morienti extrema oscula. R. Salomon* ad illud *Deut.* XIV. 5. *mortuus est Mose* על פי יי׳ *juxta os Domini* מותת נשיקה השכלית: *morte osculi spiritualis*; & *Devar. Rabba, & ipsa hora osculatus est eum Deus, & accepit animam ejus per deosculationem oris.* Hoc etiam obtinuit apud Christianos teste *Dionys. Areopagita* lib. VII. Hier. Eccles. *Accedens sacer pontifex sacram super ipso facit precem, post precem ipsemet defunctum osculo salutat, postque ipsum cuncti præsentes ceteri.* Mos

apud

apud Græcos & Romanos obtinuit osculandi mortuos. *Seneca* consol. ad Martiam cap. III. *Non licuerat matri, ut filii oscula, gratumque extremi sermonem oris haurire. Valerius Maximus* lib. VII. I. *Quintum Metellum ultimo senectutis spatio, lenique genere mortis inter oscula complexusque charissimorum pignorum exstinctum &c. Ausonius* Parent. carm. 23.

> *Illa manus inter genetricis, & oscula patris*
> *Occidit* ——

Suetonius in ejus vita Augustum Cæsarem in osculis Liviæ defecisse testatur.

Manilius lib. V.

> *Pernoctesque patres cupiant extrema suorum*
> *Oscula, & in proprias animam transferre medullas*

Pedo de morte Drusi:

> *At miseranda parens suprema neque oscula fixit*
> *Frigida nec fovit membra tepente sinu.*
> *Non animam opposito fugientem excepit hiatu*
> *Nec traxit cæcas per tua membra comas.*

Cicero VII. in Verrem. *Matres miseræ pernoctabant ad ostium carceris ab extremo complexu liberum exclusæ, quæ nihil aliud orabant, nisi filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret. Quintilianus* declam. VII. *Non morienti pater assedi, non ægri caput molliori sede composui, non fatigatum latus mutavi, non excepi spiritum: Virgilius* Æneid. IV.

> *Extremus siquis super halitus errat*
> *Ore legam.*

Ubi *Donatus*. *Hunc charissimi colligere se posse arbitrabantur, & si teneri non possit. Seneca* in Herc. furente:

> —— *hanc animam levem*
> *Fessamque senio, nec minus quassam malis*
> *In ore primo teneo.*

Pedo de morte Drusi:

> *Sospite te saltem moriar Nero, tu mea condes*
> *Lumina, & excipies hanc animam ore pio.*

Papinius Silv. V.

> —— *sociosque amplectitur artus*
> *Hærentemque animam non segnis in ora mariti*
> *Transtulit.*

Dio de funere Pertinacis. *Post Severus, propinquique statuam ejus osculantur.*

II. Oculi clausi. *Genes.* XLVI. 4. יוסף ישית ידו על עיניך: *Et Joseph ponet manum suam super oculos tuos. Jacobus* apud *Philonem* sic alloquitur Joseph filium. *Impendissem morienti extrema oscula, clausissem oculos.* Tobias XIV. 14. *Et reversus est ad soceros suos, invenitque eos incolumes in senectute bona, & curam eorum gessit, & ipse clausit oculos eorum. Schabbat* XXIV. 5. אין מעמצין את המת בשבת ולא בחול עם יציאת נפש והמעמץ עם יציאת נפש הרי זה שופך דמים: Non claudunt oculos mortui in Sabbatho, neque in profesto; nam qui claudit oculos cum exitu animæ; ecce hic est effusor sanguinum. *Maimonides* Abel IV. מנהג ישראל במתים ובקבור׳ כך הוא מעמצין עיניו של מת ואם נפתח פיו קושרי׳ את לחיו ופוקקין את נקביו: Consuetudo Israelitarum in mortuis & in eorum sepultura hujusmodi est. Clauduntur oculi mortui, si apertum sit os, colligantur ejus genæ, & obturantur ejus foramina. Mortuorum clausi oculi etiam apud reliquas gentes. *Virgilius* Æneid. IX.

> —— *nec te tua funera mater*
> *Produxi, pressive oculos* ——

Euripides in Hecuba.

> Πολύδωρος, ζῆ καὶ θανόντος ὄμμα συγκλείσατε τὸ σόν.

Idem in Phœn.

> Συνάρμοσον δὲ βλεφαρὰ μοῦ σῇ χειρὶ μάτερ.
>
> *Jam clausisti palpebras manu tua mater.*

Homerus Odys. XXIX.

> *Non pulchre dotata, & prudens Penelopea*
> *Rite suum, ut decuit, potuit componere Ulyssem*
> *Suggillans oculos, functis honor ille supremus.*

Idem fingit Agamemnonem querentem de officio hoc ab uxore neglecto:

—— neque mihi eunti ad Plutonis domum voluisti
Manibus oculos comprimere, atque os componere.

In Iliade Ulysses socium interficiens sic loquitur:

Ah miser, non quidem tibi pater, & honoranda
Mater oculos claudent mortuo.

Propertius.

At mihi non oculos quisquam inclinavit euntes
Condita sunt nostra lumina vestra manu.

Ovidius Epist. I. Penel.

Dii precor hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Idem. Ariadne Theseum sic alloquitur Epist. X.

Ergo ego nec lacrymis matris moritura videbo
Nec mea, qui digitis lumina condat, erit.

Idem de consolat. ad Liviam.

—— —— tu mea condas
Lumina & excipias hanc animam ore pio.
Atque utinam Drusi manus altera, & altera fratris
Formarent oculos, comprimerentque meos.

Martialis.

Quinque dedit pueros, totidem mihi Juno puellas,
Clauserunt omnes lumina nostra manus.

Plinius lib. XI. cap. 17. *Morientibus enim oculos operire, rursusque in rogo patefacere Quiritium magno ritu sacrum est. Valerius Maximus* lib. II. cap. 6. *Filiarum manus ad supremum opprimendorum oculorum officium advocavit. Valerius Flaccus* lib. III.

—— sera componunt lumina dextra

Romanis interdictum lege Mænia fuit, ne interdiu id facerent. *Varro* Geminis. *Lex Mænia est impietati, ne filii patribus luci claro suggillent oculos.*

III. Consequitur lotio cadaveris. *Maimonides* Abel IV. ופוקקין את נקביו אחר שמריחו אותו: Et obturant ejus foramina, postquam ipsum abluerint. *Act.* IX. 37. *Factum est autem in diebus illis, ut infirmata* Tabitha *moreretur, quam cum lavissent; posuerunt eam in cœnaculo. Johannes Chrysostomus* Hom. 84. in Joh. *Mihi videtur nobilissimus fuisse Joseph, quod ex sepulchro constat, & Pilato erat notus, quare impetravit, & sepelivit Jesum, non ut reum, sed magrefice secundum Judeorum consuetudinem &c. Cum autem tempore urgerentur; hora enim nona mortuus fuerat, & dum peteret eum a Pilato, & dum lavarent, jam vespera adventabat. Epiphanius* in hom. de sepultura Domini Josephum ab Arimathea ita alloquitur: *Hinc aqua Dei illius corpus abluis, qui omnes a peccatis abluit, & expiavit, omnibus puritatem tribuit?* Apud Christianos mos abluendi cadavera invaluit. *Eusebius* Hist. Eccles. lib. VII. cap. 17. *Sanctorum corpora manibus erectis, supinisque excipere gremio suo reponere, occludere oculos, ora obturare, gestare humeris cadavera, decenter ornare, illis adhærescere, amice complecti, lavare accurate, & linteo funebri involvere non gravati sunt.*

Præcipue apud Græcos & Romanos hæc consuetudo obtinuit. *Euripide* in Phœn.

—— —— ipse eo
Ad sororem Jocastam, ut
Abluat cadaver filii, atque collocet.

Ibidem circa finem.

At tu ablutum saltem concede mortuum.

Idem in Hecuba.

Ὡς παῖδα λȣτροῖς τοῖς πανυςάτοοις λȣ́-
σω.

Aristides in oratione contra criminantes ex Euripidis Hecuba.

Tu vero abenum famula sumens cærulo
Mergas profundo, & huc mihi, fas ultimas
Thetidis marinæ fluentibus sponsam meam
Sponso carentem, & virginem nec virginem
Abluam —— ——

Homerus Iliad. XXIV.

Quem postquam famulæ lavere ——

Vir-

Virgilius IV.

> —— *date vulnera lymphis*
> *Abluam.*

Idem lib. VI.

> *Pars calidos latices, & abena undantia flammis*
> *Expediunt, corpusque lavant frigentis, & ungunt.*

Ennius.

> *Exin Tarquinium bona fœmina lavit, & unxit.*

IV. Lotionem consequebatur unctio. De unctione Jacobi dictum est *Genes.* L. 21. ויצו יוסף את עבדיו את הרפאים לחנט את אביו ויחנטו הרפאים את ישראל וימלאו לו ארבעים יום כי כן ימלאו ימי החנטים: *Præcepitque Joseph servis suis medicis condire patrem suum, & condierunt medici Israel; completis ei quadraginta diebus; sic enim complentur dies conditorum.* *Uzielides* l. c. ויפול וארבע יוסף אבוי בערס דשנדפין מחפייא דהבטב מקעא אבנין טבין ומחזקא באטונין רבוץ תמן הוו שריין חמרין רהיחין ותמן מוקריך רישי בוסמנין: *Et jacere fecit Joseph patrem suum in strato cedrorum, quod tectum erat auro bono, & substratum lapidibus pretiosis, quod apprehendebant funes byssini; ibi erant effundentes vina ferventia, & ibi comburebant præcipua aromata & infra.* ופקד יוסף ית עבדוי ית אסוותא לבסמא את אבוי ובסימו אסוותא ית ישראל ושלימו ליה מן דאתבסם ארבעין יומין ארום כדין שלמין יומי בסמיא: *Ex præcepit Joseph servius medicis, ut aromatibus condirent patrem suum, & aromatibus condierunt medici Israel; & completi sunt illi, ex quo aromatibus conditus est quadraginta dies; quoniam sic complebantur dies aromatibus conditorum.* Targum Hierosol. וארבע יוסף בעוס דשנדפין דמחפיא דהב ומקבעה מרגלין ומחוקא במאני בוצא וארגונא תמן שפכין חמרין וריחנין טבין ותמן מוקרין בוסמנין: *Et jacere fecit eum Joseph in strato cedrorum, quod tectum erat auro, & obtectum margaritis, & instructum vestibus byssinis, & purpureis, ibi effundebant vina & odores bonos, ibi incendebant aromata.* Joseph quoque *Genes.* L. in fine dicitur aromatibus fuisse conditus. וימת יוסף בן מאה ועשר שנים ויחנטו אתו: *Et mortuus est Joseph centum viginti annorum, & condierunt eum,* *Uzielides* l. c. ובסימו יתיה ועטרין יתיה. *Et condierunt ipsum, & suffierunt ipsum.* Cadaverum conditura apud Ægyptios accurate describitur *ab Herodoto* lib. II. Οἱ δὲ ὑπολειπόμενοι ἐν οἰκήμασι, ὧδε τὰ σπουδαιότατα ταριχεύουσι· πρῶτα μὲν σκολιῷ σιδήρῳ διὰ τῶν μυξωτήρων ἐξάγουσι τὸν ἐγκέφαλον, τὰ μὲν αὐτοῦ οὕτω ἐξάγοντες, τὰ δὲ φάρμακα ἐγχέοντες· μετὰ δὲ λίθῳ Αἰθιοπικῷ ὀξέϊ παρασχίσαντες παρὰ τὴν λαπάρην, ἐξ ὧν εἷλον τὴν κοιλίην πᾶσαν ἐκκαθήραντες δὲ αὐτὴν, καὶ διηθήσαντες οἴνῳ φοινικίῳ; αὖτις διηθέουσι θυμιήμασι τετριμμένοισι· ἔπειτα τὴν νηδὺν σμύρνης ἀκηράτου τετριμμένης, καὶ κασίης, καὶ τῶν ἄλλων θυωμάτων πλὴν λιβανωτοῦ πλήσαντες, συῤῥάπτουσι ὀπίσω· ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ταριχεύουσι νίτρῳ, κρύψαντες ἡμέρας ἑβδομήκοντα· πλεῦνας δὲ τουτέων οὐκ ἔξεστι ταριχεύειν· ἐπεὰν δὲ παρέλθωσι αἱ ἑβδομήκοντα, λούσαντες τὸν νεκρὸν κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι, ὑποχρίοντες τῷ δὴ ἀντὶ κόλλης τὰ πολλὰ χρέωνται Αἰγύπτιοι· ἐνθεῦτεν δὲ παραδεξάμενοί μιν οἱ προσήκοντες, ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα· ποιησάμενοι δὲ, ἐσεργνῦσι τὸν νεκρόν· καὶ κατακληΐσαντες οὕτω θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκαίῳ ἱστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον· οὕτω μὲν τοὺς τὰ πολυτελέστατα σκευάζουσι νεκρούς· τοὺς δὲ τὰ μέσα βουλομένους τὴν δὲ πολυτελείην ἐκφεύγοντας σκευάζουσι ὧδε· ἐπεὰν κλυστῆρας πλήσωνται τοῦ ἀπὸ τοῦ κέδρου ἀλείφατος γινομένου, ἐν ὦν ἔπλησαν τοῦ νεκροῦ τὴν κοιλίην, οὔτε ἀνατεμόντες αὐτὸν, οὔτε ἐξελόντες τὴν νηδύν· κατὰ δὲ τὴν ἕδρην ἐσηθήσαντες, καὶ ἐπιλαβόντες τὸ κλύσμα τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ταριχεύουσι τὰς προκειμένας ἡμέρας· τῇ δὲ τελευταίῃ ἐξιεῖσι ἐκ τῆς κοιλίης τὴν ἐσῆκαν πρότερον· ἡ δὲ ἔχει τοσαύτην δύναμιν, ὥστε ἅμα ἑωϋτῇ τὴν νηδὺν καὶ τὰ σπλάγχνα κατατετηκότα ἐξάγει· τὰς δὲ σάρκας τὸ νίτρον κατατήκει· καὶ δὴ λείπεται τοῦ νεκροῦ τὸ δέρμα μοῦνον καὶ τὰ ὀστέα· ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, ἀπ᾽ ὧν ἔδωκαν οὕτω τὸν νεκρὸν, οὐδὲν ἔτι πρηγματευθέντες. *At hi* (Tarichentæ) *relicti in ædibus hunc in modum diligentissime condiunt corpus. Ante omnia incurvo ferro cerebrum per nares educunt, ut quamque partem educentes ita locum ejus medicamentis explentes. Debinc acutissimo lapide Æthiopico circa ilia conscindunt, atque illac omnem alvum protrahunt: quam ubi repurgarunt, ac vino palmeo eluerint, rursus odoribus contusis proluunt, tum alvum complentes contusa myrrha pura, & casia & aliis, excepto thure, odoribus, iterum consuunt. Ubi hæc fecere, saliunt nitro abditum septuaginta dies. Nam diutius salire non licet. Exactis septuaginta diebus, cadaver ubi abluerunt, sindone byssina totum incisis loris involvunt, gummi illinentes, quo Ægyptii glutinis loco plerumque utuntur. Eo deinceps recepto propinqui hominis effigiem faciunt, in qua mox inserunt mortuum, inclusumque ita reponunt in loculo, & rectum statuunt ad parietem. Siquidem mortuos sumtuosissime apparant. Eos autem, qui mediocria volunt, nimium fugientes sumtum, ita apparant.* Cly-

Clysterem unguine, quod e cedro gignitur, complent; deinde ex hoc alvum mortui ipsam neque scindentes, neque extrahentes, sed per secessum prehenso viæ posterioris hiatu, infarciunt, & tot quot dixi diebus, sale condiunt: quorum dierum ultimo cedrinum unguentum, quod prius ingesserunt, ex alvo egerunt, quod tantam habet vim, ut una secum alvum, atque intestina tabefacta educat. Nitrum autem carnes tabefacit, mortuique tantum cutis & ossa relinquuntur. Ubi ista fecere, ex quo sic tradidere mortuum, nihil amplius negotii suscipiunt. Diodorus *Siculus* lib. I. Biblioth. num. 91. *Quam primum ad secti cadaveris curationem convenere* (Tarichentæ) *unus per hiatum manu ad præcordia immersa, quicquid intestinorum est, præter cor, & renes extrahit. Alius alvum cum visceribus singulis repurgatam, vino palmeo, aromaticisque odoribus perluit. Totum denique cadaver ad dies plures* XXX. *unguento primum cedrino, aliisque delibutum reddunt. Myrrha deinde ac cinnamomo alioque non longiori tantum conservationi, sed etiam fragrantiæ aptis conditum propinquis reddunt.* Fere similis erat Ægyptiacæ conditura Æthiopum, sed in eo differebat, quod mortuos arefactos gypso inducebant eodem *Herodotos* teste in Thalia. Ἐπεὰν τὸν νεκρὸν ἰσχνήνωσι, εἴτε δὲ κατά περ Αἰγυπτίους εἴτε ἄλλως κως γυψώσαντες ἅπαντα αὐτὸν γραφῇ κοσμέουσι ἐξομοιεῦντες τὸ εἶδος ἐς τὸ δυνατόν. Ἔπειτα δέ οἱ περιϊστᾶσι στήλην ἐξ ὑέλου πεποιημένην κοίλην. Ἡ δὲ τῇ σφι πολλὴ μὲν εὐεργὸς ὀρύσσεται. Ἐν μέσῃ δὲ τῇ στήλῃ ἐνεὼν διαφαίνεται ὁ νέκυς, οὔτε ὀδμὴν οὐδείην ἄχαριν παρεχόμενος, οὔτε ἄλλο ἀεικὲς οὐδέν. Καὶ ἔχει πάντα φανερὰ ὁμοίως αὐτῷ τῷ νεκυΐ. Ἐνιαυτὸν μὲν δὲ ἔχουσι τὴν στήλην ἐν τοῖσι οἱ μάλιστα προσήκοντες, πάντων ἀπαρχόμενοι, καὶ θυσίας οἱ προσάγοντες. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐκκομίσαντες ἱστᾶσι περὶ τὴν πόλιν.

Mos condiendi cadavera ex Ægypto ad Judæos transiit, sicut legitur 2. *Paral.* 14. de Rege Asa. וישכבהו במשכב אשר מלא בשמים וזנים מרקחים במרקחת מעשה: *Et jacere fecerunt in lecto suo pleno aromatibus, & unguentis arte pigmentaria confectis.* Idem observatum in corpore Jesu Christi Salvatoris: *Matth.* XXVI. 10. *Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me.* vers. 13. *Mittens enim hoc unguentum in corpus meum* πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με: *ad funerandum me fecit. Marc.* XIV. 8. *Quod habuit, ipsa fecit, antevertit unguento linere corpus meum* εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν *ad funerationem. Job.* XII. 3. *Cum Maria accepta libra unguenti nardi pretiosi unxit pedes Jesu.* vers. 7. *Sive eam* εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου: *in diem pollincturæ meæ servavit illud. Luc.* XXIII. 56. *Et revertentes paraverunt aromata, & unguenta. Marc.* XVI. 1. *Et cum transisset Sabbatum Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum Job.* XIX. 19. *Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jesum noctu primum, ferens Myrrhæ & Aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire. Josippos* de funere Herodis m. p. 12. 4. וחמשים מעבריו סובבים המיטה איש איש במקטרה זהב בידו ושורפים עצי בשמים לרוב מאד ומשלכים על המטה מר דרור בכל עת: *Quinquaginta ministri ad latus feretri, gestabant totidem aurea thuribula, lignum odoriferum adolentes maxima copia, & myrrham purissimam continue injicientes super lectum.*

Præcipue apud Græcos & Romanos conditura cadaverum invaluit. *Homerus* Iliad. XXIV.

> *Quam postquam famulæ lavare, unxereque multum.*

Lucianus de luctu. Postea lotos eos, quasi infernalis palus lavandis ibi degentibus non sufficeret, & unguentis optimis delibuto corpore, devicta jam graveolentia &c. Virgilius Kacid. *6. 14.*

> —— *Corpusque lavant frigentis, & ungunt.*

Ennius.

> *Exin Tarquinium bona fœmina lavit & unxit.*

Horatius Ephod. Od. 17.

> *Unxere matres Iliæ.*

Idem lib. II. Sat. 5.

> ———— *Cadaver*
> *Unctum oleo largo nudis humeris tulit hæres.*

Juvenalis Sat. IV.

> *Et matutino sudans Crispinus amomo*
> *Quantum vix redolent duo funera.*

Plinius hist. nat. lib. II. Postea unguenti voluptas a *Romanis inter laudatissima, atque honestissima vitæ bona admissa est, honosque is & ad defunctos pertinere cæpit. Apulejus* in Hermagora. *Pollinctor ejus funeri dum unguentum parat.* Idem Florid. lib. IV. *Jam miseræ illius membra omnia aromatis perspersa, jam os ipsius ungui-*

guine delibutum, jam pollinctorem cœnæ paratum contemplatus.

Martialis lib. III. Epigr. 12.

> *Qui non cœnat & ungitur, Fabulle*
> *Hic vere mihi mortuus videtur.*

Idem lib. X. Ep. 9.

> *Dum levis arsura struitur libitina papyro*
> *Dum myrrham casiam flebilis uxor emit*
> *Jam scrobe jam lecto, jam pollinctore parato.*

Albinovanus.

> *Teque meæ poterunt ungere nate manus.*

Tacitus de Poppæa Neronis conjuge Annal. lib. XVI. *Non igni abolita ut Romanus mos, sed regum externorum consuetudine diffusa odoribus, condita, tumuloque Juliorum illata. Tertullianus* Apol. c. 42. & lib. de resur. carnis. *Proinde enim & corpora medicata condimentis sepulturæ Mausoleis, & monumentis sequestrantur.* Et lib. de Idol. scribit aromata *ad solatium sepulturæ usui esse. Minutius Felix. Non floribus caput nectitis, nec corpus odoribus honestatis, reservatis unguenta funeribus. Clemens* Alexandrinus lib. II. Pædag. c. 8. *Nimiæ unguentorum unctiones justa quæ fiunt mortuis potius, quam familiarem vitæ consuetudinem redolent. Corippus* lib. III. de funere Justiniani Imperatoris.

> *Thura Sabæa cremant, fragrantia mella locatis*
> *Centum aliæ species, unguentaque mira feruntur*
> *Tempus in æternum sacrum servantia corpus.*

Prudentius hymno ad exsequias defunctorum.

> *Candore nitentia claro*
> *Prætendere lintea mos est,*
> *Aspersaque myrrha Sabæa*
> *Corpus medicamine servat.*

Teste *Balsamone* in responsis Alexandrini sacerdotes, & Patriarchæ, mortui ungebantur. Ἀλεξανδρέων ἐκράτησε χώραν, τοὺς τελευτῶντας ἱερεῖς, καὶ ἀρχιερεῖς διὰ ἁγίου μύρου χρίεσθαι, καὶ ἐνταφιάζεσθαι. Pollinctores erant qui curam funerum habebant, & lavabant cadavera & ungebant: *Plautus* in Pœnulo.

> *Eorum alter vivit, alter est mortuus*
> *Proptera apud vos dico confidentius*
> *Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.*

Nonius Marcellus. Pollinctores sunt qui mortuos curant. Varro Mutuum misit. *Itaque plures dies inter medici discessum, & adventum pollinctores interfuerunt. Apulejus* Hermagora. *Pollinctor ejus funeri dum unctionem parat.* Græce teste *Hesychio* καταγεῶντας dicebant.

Martialis ut supra.

> *Jam scrobe jam lecto, jam pollinctore parato.*

Libitina erat locus in urbe, ubi conductores funerum constituti erant. *Acron* ad *Horat.* lib. II. Sat. 6. *Est libitina locus in urbe, quo constituuntur, qui efferenda cadavera conducunt, & præbent funeribus necessaria. Livius* lib. II. *In urbe tanta fuit pestilentia, ut vix tunc Libitina sufficeret. Svetonius* in Nerone. *Pestilentia unius autumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt &c. Valerius Maximus* l. I. c. 2. *M. Cornuto prætore funus Hirtii & Pansæ jussu senatus locante, qui tunc Libitinam exercebant, cum rerum usum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt.* Qui Libitinæ præficiebantur, libitinarii dicebantur. *Ulpianus* l. quicunque D. de instit. act. *Si Libitinarius, quos Græci νεκροθάπτας vocant, servum pollinctorem habuerit isque mortuum spoliaverit, dandam in eum quasi institoriam actionem. Phædrus.*

> *Qui circumcidit omnem impensam funeri*
> *Libitina ne quid de tuo faciat lucrum.*

Persæ cera mortuos oblinebant: *Cicero* I. Tusc. *Persæ jam cera circumlitos condiunt, ut quammaxime permaneant diuturna corpora.* Vid. *Herodot.* lib. I. & *Strabonem* lib. XV. Spartani melle condiebant. *Plutarchus* in Agesilao. Σπαρτιᾶται κηρὸν ἐπιτήξαντες τὸ νεκρὸν, μέλιτος οὐκ παρόντος, ἀπήγον εἰς Λακεδαίμονα. Idem tradit *Herodotus* lib. I. de Babyloniis.

V. Vestibus pretiosis non fuisse vestiendos mortuos scribit *Maimonides* Ebel IV. ואסור לקבור בתרכריכין של משי ובגדים המוזהבין ורקומין אפילו לנשיא שבישראל שזהו גסות ושחתהו מעשה גוים: Et vetitum est involvere involucris sericeis, & vestibus sericeis, & aureis, & factis opere Phrygiano, vel si fuerit princeps Israel, eo quod hoc sit argumentum superbiæ, &

sit

ſit opus gentilium. *Zemach David* fol. 36. ר"נ הזקן צוה קודם מותו להוציאו לקבורת בכלי פשתן כי קודם זה הוציאו את המתים בכלי משי והוה הוצאת המת קשה לקרוביו יותר ממיתתו כראיתא בפרק שני רשבת: Raban Gamaliel ſenex præceperat ante obitum, ut ſe veſte linea efferent, nam prius conſueverant mortuos in holoſoricis efferre, ut conſanguineis gravior fuerit ſepultura ipſa morte, ſicut eſt in Talm. cap. II. Schabbath. *Gemara Hieroſol. Chetuboth* 35. I. רבי חזקיה מוסיף אל תרכו עלי תכריכין ותהא ארוני נקובה לארץ מילתא אמרה בסדן אחד הוא נקבר רבי דרבי אמר כמה דבר נשא הזיל הוא אתי ורבנין אמרין כמו דבר נש אזיל הוא אתי בשם ר' נתן כסות היורדת עם אדם לשאול היא באה עמו מאי טעמא תתהפך כחומר חותם ויתיצבו כמו לבוש אנטולינוס שאל לר' מהו הדין דכתיב תתהפך כחומר חותם אמר ליה מי שהוא מביא את הדור הוא מלבישו ר' יוחנן מפקד אלבשוני בורדיקא לא חיורין ולא אוכמין אין קמית ביני צדקיא לא נבהת ואין קמית ביני רשיעייא לא נבהית רבי יאשיה פקיד אלבשוני חיוורין חפותין אמרו ליה מה ארת טב מן רבך אמר לון ומה אנא בהית בעובדיי רבי ירמיה מפקד אלבשוני חיורין חפותין אלבשוני דנרסיי והבון מסנאיי ברגליי וחוטרא בידי ויהבוני על מיטרא אין אתי משיחא ואנא מעתד: R. Ezechia addidit. Ne me involvatis involucris; & ſit mea arca perforata in terra. Traditio dicit: Una ſindone ſepultus eſt Rabi. Etenim Rabi dicit. Eo modo quo venit homo, eodem abibit. Et ſapientes dicunt. Sicut homo venit, ita pariter abibit. Traditio nomine R. Nathan. Indumentum, quod deſcendit cum homine in ſepulcrum, illud veniet cum eo. Qua de cauſa? Quia dictum eſt. *Reſtituetur ut lutum ſignaculum*, *& ſtabit ſicut veſtimentum*. Antoninus quæſivit a Rabi. Qua de cauſa ſcriptum eſt: *Reſtituetur ut lutum ſignaculum?* Reſpondit. Qui adducit ſeculum, ille induet. R. Jochanan præcepit. Nolite me induere burdiacis, neque albis neque nigris. Si reſurgam inter juſtos, me non pudebit; ſi reſurgam inter impios, non pudebit. R. Joſia dicit. Induite me veſtibus albis fimbriatis. Dixerunt illi. Num tu præſtantior es magiſtro tuo? Reſpondit illis. Num me pudet operum meorum? R. Jeremia præcepit. Induite me veſtibus albis fimbriatis, induite me veſtibus elegantibus, & ponite calceos meos in pedibus meis; & baculum in manu mea; & ponite me in latere, ut ſi veniat Meſſias, ſim paratus.

Judæi recentiores teſte *Buxtorfio* Synag. c. 35. ſepeliuntur alba veſte linea, eaque præcipue, qua die expiationum uſi ſunt. *Albam deinde illi lineam tunicam induunt, & quidem vulgo eam quam expiationis die induere ſolitus erat, & ita feretrum recondunt. Antiquiſſimæ hoc apud ipſos eſt conſuetudinis* לקבור בבגדים לבנים *in veſtimentis albis tumulo mortuos mandare. Pretioſis vero veſtimentis aliis nequidem principem in Iſraele ſepelire licet. Maimonides* Abel IV. אחר שמרימין אותו סיכן אותו במיני בשמים וגוזזין שערו ומלבישין אותו תכריכין תפורין בחוט של פשתן לבני ולא יהיו דמיהם נקרים: Poſtquam lotus fuerit, ungitur ſpeciebus aromatum, & tondetur ejus coma, & induitur veſtimentis conſutis filo lineo, albis, quæ pretioſa eſſe non debent.

Hoc plane conſtat ex ſepulturæ Chriſti ſervatoris deſcriptione, qui ſindone munda ſepultus fuiſſe dicitur *Matth.* XXVII. 59. *Et accepto corpore, Joſeph involvit illud in ſindone munda. Marc.* XV. 46. *Joſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum involvit ſindone. Luc.* XXIII. 51. *Et depoſitum involvit ſindone. Joh.* XIX. 40. *Acceperunt ergo corpus Jeſu & ligaverunt illud linteis cum aromatibus*. Iterum *Luc.* XXIV. 12. *Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum & procumbens vidit linteamina ſolo poſita. Joban.* XX. 5. *Et cum ſe inclinaret, vidit poſita linteamina, non tamen introivit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introivit in monumentum & vidit linteamina poſita*. Obſervandum eſt apud *Johannem* verbum *ligaverunt*, quod videtur faſcias, ſeu inſitas indicare, quæ cap. II. in funere Lazari memorantur. *Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus inſtitis*. Totum igitur corpus Salvatoris religatum fuit a pedibus uſque ad fauces, inſtar infantis faſciis incluſi. Hinc in Targum *Jonathan*, & *Hieroſol.* תכריכין veſtimenta mortuorum appellantur. *Deut.* XXVI. 14. לא יהביה מניה תכריכין לנפש דמות: *Non dedi ex illo veſtimenta pro anima mortui*. Et *Kilaim* cap. ult. תכריכי המת indumenta mortui. Etenim תכריך ſignificat *involucrum*, & ſynechdochice indumentum, quo mortui involvuntur, & ſepeliuntur. Prætera indumentum, & ſtolam deſignat. *Eſther* VIII. 15. Hebr. ותכריך בוץ: *Et ſtola byſſina*. *Ezech.* XXVI. 16. בתכריכין דארגון: *Cum veſtimentis purpureis. Sindon etiam deſignat veſtem. Strabo* lib. XV. *Indos ſindonibus candidis, & carbaſis uti, contra quam ab his traditur, qui dicunt eos veſtes coloribus infectas geſtare*. Gloſſa vetus. Σίνδον *tunica linea*. *Galenus* Μὴ γυμνὸς κομιζέσθω, ἀλλὰ ἐπιβιβλημένος σίνδονα.

Preterea ſudario tegebatur mortui facies. *Maimonides* Abel cap. IV. ונהגו חכמים בסודר שוה זוז שלא לבייש את מי שאין

שאין לו ומכסין פני המת שלא לבייש את העניים שפניהי׳ מושחרין ברעב: Et ſapientes uti conſuevere ſudario, quod æquivaleat zuzæ, ne pudeat eos, qui non habent, & velatur facies mortui, ne pudeat pauperes, eo quod eorum facies nigræ factæ ſint propter famem. Sudarium quoque memoratur inter indumenta ſepulcralia Chriſti ſalvatoris *Joh.* l. c. *Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introivit in monumentum, & vidit ligamenta poſita, & ſudarium, quod fuerat ſuper caput ejus*. Et cap. II. de Lazaro: *Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus ligatus pedes & manus inſtitis, & facies ejus ſudario erat ligata*. In Targum pariter fit mentio סודר סודרא, quod linteum, pannum lineum, ſudarium, velum, velamentum deſignat. *Ruth.* III. 15. הבי סודרא די עליך *Da linteum quod eſt ſuper te*. Hebr. המטפחת cintorium lineum. *Exod.* XXXIV. 33. ויתב על טיקוניז דבית אנפיי סודרא *Et impoſuit ſuper imaginem vultus ſui velum*. *Exod.* XXI. 15. Et *Levit.* XX. 10. in *Jonathan* ותקטל בשנוקא בסודרא. *Occidetur ſtrangulatione cum ſudario*. Apud Talmudicos *Schabb.* c. XVI. פריס סודרא על רישיה: *Expandit linteum ſuper caput ſuum*. *Tamid* cap. VII. והסודרין בידו *Et vela erant in manibus ejus*. *Svetonius* in *Nerone* cap. 51. *Plerumque prodiit in publicum, ligato circa collum ſudario*: *Catullus* ad Aſinium.

Nam ſudaria Setaba ex Iberis
Miſerant mihi muneri Fabullus
Et Veranius.

Dictum etiam *Orarium*. Etymologicum. *Ὠράελον, φώσων, φωσώνιον προσώπȣ ἐκμαγεῖον. Orarium, velum lineum, linteum, quo facies detergitur, mantile vultus*. *Hieronymus* Epiſt. 2. *Non abſque amictu lineo incedere laudabile eſt; ridiculum eſt referto marſupio, quod ſudarium orariumque non habeas gloriari*. In linteo obvolvebantur cadavera Chriſtianorum teſte *Euſebio* lib. VII. cap. 17. Quo alludit *Prudentius* in Apotheoſi:

Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos eſt.

Plane teſtatur *Hieronymus* Epiſt. 49. de muliere ſepties percuſſa. *Clerici, quibus id officii erat, cruentum linteo cadaver obvolvunt, & foſſam humum lapidibus conſtruentes ex more tumulum parant*.

Apud Græcos etiam & Romanos mortui albis veſtibus induebantur. *Homerus* Iliad. Σ. de Patrocli funere.

Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν
Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ.

In lectum autem imponentes linteo ſubtili texentes
Ad pedes a capite: deſuper autem alba veſte.

Plutarchus quæſt. Rom. I. *An quomodo mortui corpus albis veſtibus induunt, & propinquos idem facere volunt?* Etiam apud Græcos mos invaluit. *Artemidorus* lib. II. cap. II. *Viro ægrotanti in albis indutum eſſe veſtibus mortis imminentis ſignum eſt, quia mortui in albis efferuntur*. Pallium etiam in Græcia uſitatum. *Apulejus* Florid. I. *Pallio cadavera operiri* (viderat) *& Philoſophos amiciri*. Toga vero apud Romanos. *Juvenalis* Sat. III.

Pars magna Italiæ eſt, verum ſi admittimus, in qua
Nemo togam ſumit niſi mortuus

Apulejius lib. I. Florid. *Togam paravi funeri*. Toga *pallens* non alba dicitur a *Martiale* lib. IX. Epigr. 58.

Nec pallens toga mortui.

Juvenalis Sat. I.

Inſtituitque rudes melior Locuſta propinquos
Per famam & populum nigros efferre maritos.

Pauperes nigra veſte elati videntur; *Artemidorus*. *Novi ego multos & pauperes, & ſervos, & vinctos ægrotantes, qui etiam cum viderentur ſibi nigra habere veſtimenta, mortui ſunt*.

Magiſtratus & ſacerdotes in prætexta efferebantur. *Livius* de bello Macedonico lib. XXXIV. *Purpura viri utimur: prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis; nec id vivi ſolum habeamus inſigne, ſed etiam ut cum eo crememur mortui*. *Svetonius* in Julio cap. 45. *Intra lectus eburneus auro & purpura ſtratus*. Uxoribus eorum idem lubitus honor. *Propertius* lib. IV. Eleg. ult.

Et tamen emerui generoſos veſtis honores
Nec mea de ſterili facta rapina domo.

Ma-

Magnates pariter ita efferebantur. *Virgilius* Æneid. VI.

> *Fit gemitus, tum membra toro defleta reponunt*
> *Purpureasque super vestes, velamina nota*
> *Conjiciunt.* —— ——

Idem in funere Pallantis XI.

> *Tum geminas vestes ostroque auroque rigentes*
> *Extulit Æneas, quas illi læta laborum*
> *Ipsa suis manibus quondam Sidonia Dido*
> *Fecerat, & tenui discreverat auro;*
> *Harum unam juveni, supremum mœstus honorem*
> *Induit* —— ——

Bion in æpitaphio Adonidis.

> *Molli purpurea in tunica decumbit Adonis.*

Florus lib. IV. de Cleopatra. *Ubi servari se triumpho vidit, incautiorem nacta custodiam, in Mausoleum se recepit, ubi maximo ut solebat induta cultu, in diffuso odoribus solio, juxta suum se collocavit Antonium, admotis ad venas serpentibus, sic morte quasi somno soluta est.* *Statius* in funere Priscillæ.

> —— *Et altis*
> *Ipsa toris Serum, Tyriaque umbrata recumbit*
> *Tegmine.*

Iterum.

> *Eximius conjux nec enim fumantia busta*
> *Ardoremve rogi poterat perferre beato*
> *Composuit Priscilla toro*

Plutarcho teste in Νομιμ. Λάκων legimus honoratiores Lacedæmones ἐν πορφύρα, ἐν φοινικῆδι in purpurea, sive in punicea vestes elatos fuisse.

Martyres ex constitutione Eutichiani Pontificis, autore *Damaso* lib. IV. cap. I. purpura vestiendi erant: *Ut quicumque fidelium Martyrem sepelierit, sine Dalmatica, aut Collybio purpureo, nullatenus sepeliet.*

Uxores maritis vestes lugubres texebant. *Homero* teste Odyss. 19. de Penelope.

> *Expectate torum festivi, dum mihi triste*
> *Vestis opus (ne tot frustra male stamina perdam)*
> *Absolvam, qua supremum Laertius hæres*
> *Ornetur, cum dura illi mors lumina claudet,*

De filiis ex *Virgilio* Æneid. IX. ubi Eurialum filium mortuum mater alloquitur.

> —— *Nec te tua funera mater*
> *Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi*
> *Veste tegens, tibi quam noctes festina diesque*
> *Urgebam, & tela curas solabar inanes.*

CAPUT III.

De lugentium ritibus.

I. *Lugentium vestes: Incertum quales fuerint apud veteres Hebræos: Nigræ & albæ apud Græcos & Romanos:* II. *Saccus in luctu:* III. *Vestes scissæ in luctu.* IV. *Capilli passi.* V. *Capilli avulsi.* VI. *Capilli, & barba detonsi.* VII. *Capilli & barba cinere inspersi.* VIII. *Facies stigmatibus deformata.* IX. *Pectoris & femoris percussio.* X. *Manus elevatæ, & complosæ in luctu.* XI. *Humicubatio* XII. *Capitis velatio in luctu.* XIII. *Nudipedalia in luctu.* XIV. *Jejunium in luctu.* XV. *Clamor, ululatus, væ in luctu.* XVI. *Stupor & silentium.* XVII. *Planctus in tectis, & in plateis.* XVIII. *Interdicta lotio, unctio, tonsio, convivium.* XIX, *Inversio lectorum.* XX. *Tempus luctus.*

I. LUgentes mutasse vestes apud Hebræos constat ex *Genes.* XXXVIII. 14. in historia Thamar ותסר בגדי אלמנותו מעליה ותכס בציף ותתעלף. *Exuit vestes viduitatis suæ desuper se, & texit se velamine, & involuit se.* Et v. 19. 2. ותסר צעיפה מעליה והלבש בגדי אלמנותה *Et removit velamen desuper se, & induit vestes viduitatis suæ:* & 2. *Sam.* XIV. 3. de Thecoensi illa fœmina התאבלי נא ולבשי נא בגדי אבל ואל תסוכי שמן ויית כאשה זה ימים רבים מתאבלת על מת. *exhibe quæso luctum, & indue quæso vestes luctus, ne te ungas oleo, & sis sicut fœmina illa, quæ dies jam multos lugeat super mortuo:* Et ex *Judith.* X. 2. *Vocavitque Abram suam, & descendens in domum suam, & exuit se* ἱμάτιῳ τῆς χηρεύσεος *vestes viduitatis suæ.* Nigræ fuisse videntur lugentium vestes ex *Psal.* XXXV. 14.

14. והדהלכתי כאבל קדר שחותי. *Et incessi quasi lugens, & obtenebratus, seu atratus humiliatus sum*: קדר designat *nigrum atratum, tenebricosum*. *Joel.* II. 10. de sole & luna, nigris, & obscuratis. שמש וירח קדרו. *Sol & Luna nigri, seu tenebricosi facti sunt*, & IV. 15. שמש וירח קדרו. *Sol & Luna obtenebrati sunt*. *Isai.* L. 3. אלביש שמים קדרות ושק אשים כסותם *Induam cœlos tenebris, & saccum ponam tegumentum eorum*. *Jerem.* IV. 28. על זאת תאבל הארץ וקדרו השמים. *Idcirco lugebit terra, & obscurabuntur cœli*. Et VIII. 21. על שבר בת עמי השברתי קדרתי שמה החזקתני. *Propter contritionem filiæ populi mei contritus sum, & obscuratus sum, stupor corripuit me*. *Job.* V. 11. לשום שפלים למרום וקדרים שגבו ישע. *Ut ponat humiles in celso, & atrati sublimentur salute*. Et XXX. 28. קדר הלכתי בלא חמה *atratus incedo sine sole*. *Psal.* XXXVIII. 7. נעויתי שחתי עד מאד כל היום קדר הלכתי. *Afflictus sum, inclinatus sum vehementissime, atratus incedo*. *Malach.* III. 14. Judæi conqueruntur se frustra ambulasse in vestibus atratis more lugentium וכי הלכנו קדרנית מפני יהוה צבאות. *Quin ambulavimus atrati coram Domino exercituum*. קדר in Targum in significatu *vigrescere*. *Deut.* XXVIII. 15. שמשא וירחא קדרון *Sol & Luna nigri facti sunt* Cant. I. 5. אתקדרו אפיהון. *Nigræ factæ sunt facies eorum tamquam Æthiopum* *Thren.* V. 10. משכנא היך תפורא אתקדרו *Cutes nostræ nigræ factæ sunt ut fumus*. Huc facit illud *Josephi* Antiq. XV. 17. de reis in judicium procedentibu. κόμην ἐπιπέρψασι ϗ ἐσθῆτα μέλαιναν ἐνδεδημένοις. *Capillis passis veste nigra indutis*. Vide alia apud *Gejerum* de luctu cap. XXII. 5. unde hæc desumsimus Recentiores Judæi teste *Buxtorfio* Synagog. c. XXXVI. in luctu non mutant vestes. *Pullis vestibus in luctu non utuntur, sed vestes illas quibus obitus tempore quis indutus fuit, nec ullas alias toto luctus tempore per integrum scil. annum gestare tenetur*.

Græci & Romani similiter mutabant vestes. *Ovidius* Metam. II.

> *Surge age, de lachymas, lugubriaque indue,*
> *Nec me indeploratum sub inania tartara mitte*

Idem Trist. IV. Eleg. 2.

> *Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam.*

Propertius lib. V. Eleg. ult.

> — — — *numquam mater lugubria sumsi*.

Seneca consolat ad Helviam: *Nostis quasdam quæ mortuis filiis imposita lugubria nunquam exuerent;* Mutatas vestes discimus quoque ex *Dione* lib. II. in funere Augusti.

Vestibus albis, plerumque nigris lugentes incedebant. *Plutarchus quæst. Rom.* 26. *In luctu mulieres albas gerunt vestes, albasque vittas*. Idem de Argivis *Argis in luctu gerunt vestes albas, ut Socrates inquit, aqua lautas*. *Herodianus* lib. IV. in funere Severi. *Sedentes e dextra fœminæ, quas virorum, aut parentum dignitas honorat, harumque nulla vel aurum gestans, vel ornata monilibus conspicitur, sed vestimentis albis exilibus indutæ mœrentium specimen præbent*. *Statius* in lachrymis Hetrusci.

> *Summa Deum pietas, cujus gratissima colo*
> *Rara profanatas inspectant numina terras,*
> *Huc vittate comam, niveoque insignis amictu,*
> *Qualis adhuc præsens, nullaque expulsa nocentum*
> *Fraude, rudes populos, atque aurea regna colebas*
> *Mitibus exsequiis ades, & lugentis Hetrusci*
> *Cerne pios fletus*.

Imperator Constantinopolitanus in funere suorum propinquorum albam induebat vestem. *Codinus* de offic. *Constantinopolitanis*. *Patre Imperatoris defuncto aut matre, aut filio, aut nepte, Imperator alba gestat quandiu velit*.

Plerumque vestibus nigris utebantur. *Dionysius* Halicar. lib. VIII. de Publicola. *Romanorum matronæ, ut mos est illis in luctu domestico & necessariorum funeribus, deposito auro & purpura, atratæ ipsum per annum integrum luxerunt*. Idem lib. V. *Postero die atratus Bruti corpus in foro proposuit*. *Dio* lib. XVI. in funere Augusti. *Tiberius filiusque ejus Drusus pullam forensi more paratam amicti*. *Plutarchus* de consol. ad uxorem. *Et de unguento nonnullos, ac purpura cum uxoribus dimicare, tonsuras vero permittere lugubres, vestemque atratam*. Ovidius Met. l. VI.

> *Stabant cum vestibus atris*
> *Ante toros fratrum demisso crine sorores*.

Idem de Progne ibid.

> —— *velamina Progne*
> *Diripit ex humoris auro fulgentia lato*
> *Induitque atras veſtes.*

Althea apud eundem ibid. lib. VIII.

> —— *mœſtis clamoribus urbem*
> *Implet, & auratis mutavit veſtibus atras.*

Juvenalis Sat. x.

> *Hæc data pœna diu viventibus ut renovata*
> *Semper clade domus multis in luctibus, atque*
> *Perpetuo mœrore, & nigra veſte ſeneſcant.*

Tacitus Annal. lib. III. in morte Antonini. *Confuſa luctu publico urbe ſenatus in curia veſte atra amictus lacrimans convenit.* tecta. *Varro* de vita Pop. Rom. *Propinquæ anthraciniis, proximæ amiculo nigallo, capillo demiſſo ſequuntur lectum.* Tibullus, *Propertius* lib. IV.

> *Denique quis noſtro curvam te funere vidit*
> *Atram quis lacrimis incaluiſſe togam?*

Tibullus lib. III. eleg. 2.

> *Pars quæ ſola mei ſuperabit corporis, oſſa*
> *Jancinctæ nigra candida veſte legant.*

Apulejus Mileſ. lib. III. *Inter hæc quædam mulier per medium theatrum, lacrymoſa & flebelis, & atra veſte contecta.* Item lib. VII. *Mater pueri mortem deplorans acerbam filii, fleta & lacrimoſa, fuſcaque veſte contecta.* In Eccleſia Orientali Patriarchæ & Epiſcopi purpurati lugebant, teſte *Demetrio* Chomaſeno in reſponſis. *Etiam quin luctus indicium ſunt veſtimenta hujuſmodi purpurea, in ſolis enim jejuniis, ac mortuorum memoriis uſurpantur.*

II. Depoſitis veſtibus in luctu plerumque ſe præcingebant ſacco. *Gen.* XXXVII. 34. de Jacobo ויקרע יעקב שמלתיו וישם שק במתניו ויתאבל על בנו. *Scidit Jacob veſtimenta ſua, poſuit ſaccum ſuper lumbis ſuis, & flevit ſuper filio ſuo.* 2. *Sam.* III. 31. ויאמר דוד אל יואב ואל כל העם אשר אתו קרעו בגדחם וחגרו שקים וספרו לפני אבנר. *Et dixit David ad Joab, & ad univerſum populum, qui erat cum eo. Lacerate veſtes veſtras, & accingite ſaccos, & plangite coram Abner.* 1. *Reg.* XX. 32. ויחגרו שקים במתניהם וחבלים בראשיהם. *Et accingebant ſaccos lumbis ſuos, & funes capitibus ſuis. Eſai.* XV. 3. de Moabitis. בחוצתיו חגרו שק *In plateis ſuis accingent ſaccum.* Ibid. XXII. 12. ויקרא ארני יהוה צבצות ביום ההוא לבכי ולמספד ולקרחה ולחגר שק. *Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illo ad fletum, & ad planctum, & ad calvitium, & ad accingendum ſaccum. Et* XXV II. פשטה וערה וחגורה על חלצים. *Exue, & nuda te, & accinge te* ſc. ſacco *ſuper lumbos. Jerem.* IV. 8. על זאת חורו שקים ספרג. *Propterea accingite ſaccos, plangite.* Ibid. VI. 28. בת עמי חגרי שק. *Filia populi mei accinge ſaccum.* Ibid. XLVIII. 37. ועל כל מתנים שק. *Et ſuper omnes lumbos ſaccus. Thren.* II. 10. זקני ברת ציון העלו עפר על נראשם חגרו שקים. *Senes filiæ Sion extulerunt pulverem ſuper caput ſuum, & accinxerunt ſaccos. Ezech.* VII. 18. וחגרו שקים וכסתה אותם פלצות. *Accingent ſaccos, & operiet eos formido. Amos* VIII. 10. והעליתי על כל מתנים שק. *Et adſcendere faciam ſuper omnes lumbos ſaccum. Iſai.* III. 24. memoratur מחגירת שק *cingulum ſacci. Nehem.* IX. 1. נאספו בני ישראל בצום ובשקים. *Convenerunt filii Iſrael in jejunio, & ſacco Pſal.* XXX. 11. הפכת מספדי למחול לי מתחת שקי *Convertiſti planctum meum in gaudium mihi, conſcidiſti ſaccum meum.* Ibid. XXXV. 13. ואני בחלותם לבושי שק. *Ego autem cum mihi moleſti eſſent, induebam ſaccum.* Ibid. LXIX. 12. ואתנה לבושי שק. *Et dedi veſtimentum meum ſaccum. Joel.* I. 8. אלי כבתולה חגרת שק. *Plange quaſi virgo accincta ſacco Dan.* IX. 3. ואתנה את פני אל ארני האלהים לבקש תפלה ותחנונים בצום ושק ואפר. *Et dedi faciem meam ad Dominum Deum rogare & deprecari in jejunio, ſacco, & cinere.* 1. *Machab.* III. 47. *Et jejunaverunt illa die, & induerunt ſe ſaccis.* Depoſitis veſtibus aliquando ſupra carnem induebant ſaccum. *Job* XVI. 15. שק תפרתי עלי גלזי. *Saccum aſſui ſuper cutem meam.* 1. *Reg.* XXI. 30. ויקרע בגריו וישם שק על בשרו וצום וישכב בשק. *Scidit veſtimenta ſua, poſuitque ſaccum ſuper carnem ſuam, & jejunavit, & jacuit in ſacco.* 2. *Reg.* VI. 30. ויקרע את בגריו והוא עבר על החמה וירא העם והנה השק על בשרו מבית: *Et ſcidit veſtes ſuas, & tranſiit ſuper murum, & vidit populus: Et ecce ſaccus ſuper carnem ejus intrinſecus.* Aliquando ſe operiebant ſacco. 2. *Reg.* XIX. 1. ויקרע את בגריו ויתכס בשק: *Scidit veſtimenta ſua, & operuit ſe ſacco. Iſai.* XXXVII. 1. ויקרע את בגריו ויתכס בשק: *Et ſcidit veſtimenta ſua,*

ſua, *& operuit ſe ſacco*. Ibid. v. 2. ואת זקני הכהנים מתכסים בשקים: *Et ſeniores ſacerdotum ſe operientes ſacco*. *Jon.* III. 6. ויעבר אדרתו ויכס שק: *Et tranſire fecit veſtem ſuam magnificam a ſe*, *& operuit ſe ſacco*. Ibid. vel jumenta operta ſacco leguntur. ויתכסו שקים האדם והבהמה *Et operiantur ſaccis homines*, *& jumenta*. Quod obſervatum tempore *Joh. Chriſoſtomo* Homil. 3. *Sicut divites aliquo mortuo non ſervos ſolos & ancillas*, *ſed & equos domeſticos ſacco veſtientes*, *& agaſonibus tradentes ad ſepulcrum ſequi jubent*, *calamitatis magnitudinem oſtentantes &c.* Aliquando ſaccis operiebant facies ſuas. I. *Chron.* דויד והזקנים מכסים בשקים על פניהם: *David & ſeniores operti ſaccis ſuper facies ſuas*.

III. Veſtes ſciſſæ in luctu. *Gen.* XXXVII. 28. de Jacobo. ויקיע בגריו *Et ſcidit veſtes ſuas*. *Geneſ.* XLIV. 13. קרעו שמלתם *Sciderunt veſtimenta ſua*. 3. *Joſ.* VII. 6. ויקרע יהושע שומלותיו: *Et ſcidit Joſue veſtes ſuas*. *Deut.* XIV. 6. *De exploratoribus terræ Canaan*. קרעו בגריהם *Sciderunt veſtes ſuas*. *Judic.* XI. 35. de Jephte ויקרע בגריו: *Et ſcidit veſtimenta ſua*. 2. *Sam.* I. 11. De Davide in morte Saul & Jonathan. ויחזק בבגריו ויקרעם: *Et apprehendit veſtes ſuas*, *& ſcidit eas*. Ibid. III. 31. in morte Abner. קרעו בגריכם וחגרו שקים: *Scindit veſtes veſtras*, *& accingite ſaccos*. Ibid. XIII. 31. de David in rebellione filii Abſalom. *Surexit rex*. ויקרע את בגריו: *Et ſcidit veſtes ſuas*. 1. *Reg.* XXI. 27. de Achabo. ויקרע בגריו וישם שק *Et ſcidit veſtes ſuas*, *& induit ſaccum*. 2. *Reg.* II. 12. de Eliſæo. ויחזק בבגריו ויקרעם: *Et apprehendit veſtes ſuas*, *& ſcidit eas*. Ibid. de rege Joram v. 7. ויהי בקרא מלך ישראל את הספר ויקרע בגריו: *Et fuit cum legeret rex Iſrael literam*, *ſcidit veſtimenta ſua*. Ibid. ויהי בשמע אלישע איש האלהים כי קרע מלך ישראל את בגריו: *Et fuit*, *cum audiſſet Eliſeus vir Dei*, *quod rex Iſrael ſcidiſſet veſtes ſuas*. Ibid. וישלח אל המלך לאמר למה קרעה בגריך: *Et miſit ad regem ad dicendum*. *Cur ſcidiſti veſtes tuas?* Ibid. XI. 14. de Athalia. ותקרע עתליה בגריו *Et ſcidit Athalia veſtes ſuas*. Ibid. XIX. 1. de Ezechia: *Quæ cum audiſſet rex Ezechia*. ויקיע בגריו: *Scidit veſtimenta ſua*. Ibid. XXII. 19. ותקרע את בגריך ותבכה לפני *Eo quod ſcideris veſtes tuas*, *& fleveris coram me*. *Eſther* IV. 1. ויקרע מרדכי את בגריו: *Et ſcidit Mardochæus veſtes ſuas* *Jerem.* XXXV. 23. ולא קרעו את בגריהם *Et non ſciderunt veſtes ſuas*. Præter veſtes etiam pallià ſciſſa ſunt: *Eſdr.* IX. 3. *Cumque audiſſem ſermonem iſtum*, קרעתי את בגרי ומעילי: *ſcidi veſtes meas*, *meas*, *& pallium meum*. Ibid. v. 8. ובקרעי בגרי ומעילי: *Et cum ſcidiſſem veſtes meas*, *& pallium meum*. *Job* I. 12. ויקם איוב ויקרע את מעלו: *Et ſurgens Job ſcidit pallium ſuum*. Ibid. v. 20. וישאו קולם ויבכו ויקרעו איש מעלו: *Ex extulerunt vocem ſuam*, *& fleverunt*, *& ſciderunt unuſquiſque pallium ſuum*. Etiam tunica ſciſſa. *Baruch.* VI. 31. de Babyloniis. *In domibus eorum ſacerdotes ſedent*, *habentes tunicas ſciſſas*. 2. *Sam.* XIII. 19. de Thamar ab Ammone fratre compreſſa. וכתנת הפסים אשר עליה קרעה: *Et tunicam diverſicolorem*, *quæ ſuper ipſa*, *ſcidit*. Ibid. XV. 32. de Chuſai Archita ויהי דוד בא עד הראש אשר שתחוה שם לאלהים והנה לקראתו חושי הארכי קרוע כתנתו וארמה על ראשו: *Et fuit cum veniret David ad ſummitatem montis*, *ubi incarvaturus erat ſe Deo*, *ecce occurrit Chuſai Archita ſciſſa tunica ſua*, *humoque ſuper caput ſuum*.

Laceratio veſtium frequentiſſima apud omnes gentes, præcipue apud veteres Hebræos; Cauſas, & varios ritus lacerandarum veſtium damus ex loco uberrimo. *Moed Katon* 83. 2. עשרה קרעים אסורין באיחוי הקורע על אביו ועל אמו ועל רבו שלימרו חכמה ועל הנשיא ועל אב בית דין ועל שמועות הרעות ועל קללת השם ועל שריפת תורה ועל ירושלם ועל בית המקרש ועל אביו ועל אמו ועל רבו שלימרו חכמה מניין ואלישע רואה והוא מצעק אבי אבי רבב ישראל ופרשיו רבי מתון בעא קומי רבי יוחנן ומאלישע אנו למירין תורה א"ל מתון מה המרה מהוא מסתלק עור אינו רואהו כן זרה משנסתלק עור לא ראהו בשם שקורעין על החכמים כך קורעין על תלמידיהן אי זהו תלמיד חכם חזקיה אמר כל ששנה הלכות ועד תורה אמר ליה רבי יוסי הרא דת אמר בראשונה אבל עכשיו אפילו הלכות רבי אבהו בשם רבי יוהנן כל שהוא מבטל עסקיו מפני משנתו תני כל ששואלין אותו והוא משיב אמר רבי הושעיה כגון אנן דרבבינן שמגחין עלינן ואנן מתיבין לו אמר רבי בא בר ממל כל שהוא יורע לבאר משנתו ואנן אפי' רבבינן לא חכמין שבארה מתניתן אי זהו רבו כל שפתח לו תחילה דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר כל שרוב תלמודו ממנו רבי יוסי אומר כל שהאיר עיניו במשנתו אפילו בדבר אחד רבי אבהו בשם רבי יותנן הלכה כדברי מי שהוא אומר כל שרוב תלמודו ממנו ולמה לא אמר כרבי יהודה אית תניי תני ומחליף רבי לעזר קרע על שפתח לו תחילה שמואל חלץ על שהאיר עיניו במשנתו ומה האיר עיניו במשנתו אמר רבי יוסי בי רבי בון בשני מפתיהורת אחר יורד לאמרת השיתי ואחד פותח כיון מהו יורד לאמת השיתי שהיה שוחה אמה עד שלא יפתח על הנשיא ועל אב בית דין ועל שמועות הרעות מניין ויחזק דוד בבגריו ויקרעם וגומ' ויספרו ויבכו ויצומו עד הערב על שאול זה הנשיא ועל יהונתן

בנו זה אב בית דין ועל עם יי׳ ועל בית ישראל
כי נפלו בחרב אילו שמועות הרעות על
קללת השם מניין ויהי׳ כשמוע המלך חזקיהו
את דברי רבשקה ויקרע את בגדיו מהו
לקרוע על קללת הגוי מאן דאמ׳ רבשקה
גוי היה קורעין ומאן דאמר יהודי היה אין
קורעין תני רבי הושעיה אחד ששמע קללת
השם מישראל ואחד ששמע קללת השם מן
הגוי חייב לקרוע מה טעמא הנה אני יי׳ אלהי
כל בשר הממני יפלא כל דבר מהו לקרוע
בזמן הזה רבי יוסי רבי ירמיה בשם רבי יוחנן
משרבו הגדפנין פסקו מלקרוע מהו לקרוע
על הכינויים נישמעינה מן הדא רבי שמעון
בן לקיש הוה מהלך באיסרטא איזדמן ליה
חד כותיי והוה מגדף והוה קרע מגדף והוה
קרע נחית ליה מן חמרא ויהב ליה חד
מרתוקא גו ליביה אמר ליה רשע אית
לאימך מאבין מספקא לי הדא אמרה שקורעין
על הכינויין וקורעין בזמן הזה על שריפת
התורה מניין ויהי בקרוא יהודי שלש דלתות
וארבעה מהו שלש דלתות וארבעה תלת
ארבע פסיקן כיון שהגיע לפסוק החמישי כי
יי׳ הוגה על רוב פשעיה מיד יקרעה בתער
וגומ׳ ולא פחדו ולא קרעו את בגדיהם הרואה
תלמיד חכם שמת כרואה ספר תורה שנשרף
אמר ר׳ אבהו יבא עלי אם טעמתי כלום כל
אותו היום ר׳ יונה הוה בצור בר שמע דדמך
בריה דרבי אבהו אף על גב דאבל ניכנא
ושתא מיא אסקיה צום ההוא יומא ר׳ בא
ור׳ הונא בר חייה הוון יתיבין אתת נעמיתא
וחטפת תפילוי דר׳ הונא בר חייה צרה רבי
בא וחנקה אמר ליה רבי הונא בר חייה עוד
מעט והיינו באין לידי שריפת תורה אמר
ליה ואדיין את לזו כן אמר רב ירמיה בשם
רב אין קורעין אלא על ספר תורה ששרפו
מלך יאראל בזרוע כגון יהויקים בן יאשיהו
מלך יהודה וחביריו עולא ביריא רבי לעזר
בשם רבי חנינה הרואה הספר תורה שנשרף
חייב לקרוע על הגויל בפני עצמו ועל הכתב
בפני עצמו מה טעמא אחרי שרוף המלך את
המגילה ואת הדברים את המגילה זה הגויל
ואת הדברים זה הכתב רבי ברכיה רבי חלבו
עולא ביריא ר׳ לעזר בשם רבי חנינה עתיד
הק״בה ליעשות ראש חולה לצדיקים לעתיד
לבוא מה טעמא שיתו לובבם ילחילה לחולה
כתיב והצדיקים מראין אותו באצבע ואומר
כי זה אלהים אלהינו עולם ועד הוא ינהגינו
עלמות עלמות בעלימות עלמות בזריזות
עלמות כאילין עולימתא תירגם עקילס אתנא
סירא עולם שאין בו מות והצדיקים מראין
אותו באצבע ואומר כי זה אלהים אלהינו
עולם ועד הוא ינהגנו עלמוה הוא ינהגנו
בעולם הזא ינהגנו לעולם הבא ועל ירושלם
ועל בית המקדש ויבואו אנשים משכם
ומשילה ומשומרון שמונה אנשים מגולחי זקן
וקרועי בגדים אחד ששמע שחרבה ירושלם
ואחד הרואה את ירושלם בחרבנה חייב
לקרוע הרואה את ירושלם מן הצופים חייב
לקרוע אית תניי תני מוסיף על הקרע אית
תניי תני תחילת הקרע טפח ותוספת כל
שהוא ואית תניי תני תחילת הקרע טפח
תוספתו שלש אצבעות ר׳ יוסה רבי ירמיה

בשם ר׳ חייה בר בא רבי חזקיה רבי ירמיה
בשם רבי יוחנן הלכה כמי שאוסר תחילת
הקרע טפח תוספתו כל שהוא מהו להבדיל
קנה שפה רבי ירמיה רבי חייה בשם רבי
שמעון בן לקיש ויחזק דוד בבגדיו אין חזקה
פחות מטפח ויקרעם רבי סימון בשם רבי
יהושע בן לוי מיכן שהוא צריך הבדיל קנה
שפה מת לו מת קורע מת לו מת אחר
אפי׳ ששמע על אביו ועל אמו ועל ר׳ שלימדו
חכמה קורע קרע אחד לכולן רבי יהודה
בן תימא אומ׳ קורע על זה בפני עצמו ועל
זה בפני עצמו ובלבד שלא יעשה של אביו
ושל אמו תוספת ולא דא היא קדמיתא לא
שלא יוסיף לא על של אביו ולא על של
אמו רבי חלבו ורב מתנה יוסי בר מנשיא
בשם רב הלכה כרבי יהודה בן תימא מת לו
מת קורע מת לו מת אחר מוסיף על הקרע
וקורע עד איכן אמר ר׳ חנינה עד שהוא
מגיע עד טיבורו תנא חד סב קומי ר׳ זעירא
אפילו נתמנה לו כנגד כל שבעה חייב לקרוע
אמר ליה רבי זעורא הדא דתימר בשאר
הקרובים אבל על אביו ועל אמו אפילו
לאחר כמה חייב לקרוע מת לו מת קורע
מת לו מת אחר מרחיק שלש אצבעות וקורע
שלמו מלפניו מתחיל מאחריו שלמו מלמעלן
מתחיל מלמטן שלמו אילו ואילו ר׳ חייה
בריה דר׳ ארא דיפו אמר נעשה כפוחח רבי
חיננא בר פפא סלק גבי ר׳ תנחום בר חייה
נפק לגביה לביש סנטיריה מהו סנטיריה
מאנין דלא חפיתין אמר ליה הדא מנן לך
אמר ליה הכין הוה רבי סימון רבי עבד
אמר ליה התפלל עלינו אמר ליה יסוג תורעתך
שכל אותה השנה הדין מתוח כנגד המשפחה
דאמר ר׳ יוחנן כל שבעה החרב שלופה עד
שלשים היא רופפת לאחר שנים עשר חדש
היא חוזרת לתערה למה הדבר דומה לכיפה
של אבנים כיון שנתרעעה אחת מהן נתרעעו
כולן ואמר ר׳ לעזר אם נולד בן זכר באותה
המשפחה נתרפאת כל אותה המשפחה מניין
שאבל חייב לקרוע מעומד דכתיב ויקם איוב
ויקרע את מעילו ויגז את ראשו רבי יודה
בר פזי בשם רבי יוחנן מיכן שאבל צריך
לקרוע מעומד אמר רבי יוחנן הורי רבי יסא
לשלול למחר כר דמך ר׳ יסא הור רבי חייה
בר בא לנעול בו ביום אמר רבי זעורה ולא
פליגין מאן דאמר ישלול למחר ינעול למחר
ומאן דאמר ינעול בו ביום ישלול בו ביום
אמרו לו מת ראובן וקרע ואחר כך אמרו
לו שמעון מת הרי כבר יצא ידי קרעו אמרו
לו מת ראובן וקרע ואחר כך אמרו לו קיים
היה ומת אית תניי תני יצא ידי קירעו אית
תניי תני לא יצא ידי קירעו מאן דאמר יצא
ידי קירעו כבר קרע מאן דאמר לא יצא ידי
קרעו שהרי על חי קרע ועוד מן הדא דתני
קרע וחזרה בו נשמה אם על אתר אינו צריך
לקרוע אם לאחר זמן צריך לקרוע כמה הוא
על אתר כדי דיבור כמה הוא כדי דיבור
ר׳ סימון בשם רבי יהושע בן לוי כדי שאילת
שלום בין אדם לחבירו: Decem lacerationibus vetita eſt ſutura. Qui laceratio pro patre, & matre, & pro magiſtro ſuo, ex quo percepit ſapientiam, & pro principe,

cipe, & pro patre synhedrii, & pro malo nuncio, pro maledictione nominis Divini, pro combustione legis, & Hierusalem, & domus Sanctuarii. Pro patre & matre, & pro magistro, a quo percepit sapientiam unde probatur? Ex eo quod dictus est 2. *Reg.* XX. 12. *Et Eliseus videns exclamavit. Pater mi, pater mi, currus Israel, & ejus eques*. R. Mathon quæsivit coram R. Jochanan. Num ex Eliseo nos percepimus legem? Respondit illi. Mathon; sicut mortuus postquam abductus est, amplius non videtur, ita pariter iste postquam abductus est amplius non videtur. Sicut lacerant pro sapientibus, ita pariter lacerant pro eorum discipulis. Quinam est discipulus sapientis? Ezechia dicit: Qui didicit constitutiones, & præterea legem. Dixit illi R. Jose: Quod dicis, hoc erat in principio, at hoc tempore, vel constitutiones. R. Abau nomine R. Jochanan. Qui vacavit ab operibus suis propter studium. Est traditio; Quando ipsum interrogaverit, & ipse respondeat: Dicit R. Jochanan; Sicut nos sapientes curam habemus de nobis; quando nos interrogant, nos respondemus. Dicit R. Ba bar Mimal; Qui norit explicare doctrinam suam. At nos sapientes nonne scimus explicare doctrinam Misnæ? Quinam est magister? Qui ei incepit a principio; Verba R. Meir, R. Jehuda dicit. Ille, a quo magnam partem didicit. Et cur non dicit juxta mentem R. Jehuda? Extat traditio: Diversum est. R. Elieser laceravit pro illo, qui sibi ab initio incepit; Samuel se discalceavit pro illo, qui illuminavit ejus oculos in suo studio: Quænam est illuminatio suorum oculorum? Dicit R. Jose discipulus R. Bon de duabus clavibus, quarum altera descendit in fossam depressam, & altera aperuit. Quid significat; descendit in fossam depressam? Quod ipse deprimat cubitum, donec aperiat. Pro principe, & pro patre synhedriis & pro malo nuncio, unde probatur? Ex eo quod dictum est. 2. *Sam.* I. *Et apprehendit David vestes suas, & scidit eas &c. Et planxerunt, & fleverunt, & jejunarunt usque ad noctem super Saul:* Hic est princeps. *Et super Jonathan filio ejus*. Hic est pater Synhedrii. *Et super populo Dei, & super domo Israel, quod cecidissent in gladio*. Hic est malus nuncius. Pro maledictione nominis Divini unde probatur? Ex eo quod dictum est. 2. *Reg.* XIX. I. *Et fuit, cum audisset rex Ezechia verba Rabsace, scidit vestes suas*. Num lacerantur vestes propter maledictionem gentilis? Est qui dicit; Rabsace erat gentilis; idcirco lacerarunt vestes. Est qui dicit; Judæus erat; docet quod non laceret. Extat traditio. R. Osajah dicit: Sive audierit ab Israelita, sive a gentili maledictionem nominis Divini, lacerandæ sunt vestes. Qua de causa? Quia dictum est. *Jerem.* XXXII. 27. *Ecce ego, Dominus Deus universæ carnis, numquid mihi difficile erit omne verbum?* Num lacerandæ sunt vestes hoc tempore? R. Jose, R. Jeremia nomine R. Jochanan; postquam multiplicati sunt blasphemi, cessarunt a laceratione vestium. Num lacerandæ sunt vestes propter cognomina Divina? Hinc intelligitur? R. Simeon ben Lakisch incedebat per viam, offendit quendam Cuthæum, qui blasphemavit, & ipse laceravit; iterum blasphemavit, & ipse iterum laceravit; Descendit ex asino percussit pugno super ejus cor dicens. Impie suntne matri tuæ vestes, quæ mihi sufficiant? Hoc dicit, quod vel hoc tempore lacerandæ sint vestes. Pro combustione legis unde probatur? Ex eo quod dictum est *Jerem.* XXXVI. 23. *Cumque legisset Judi tres pagellas, vel quatuor?* Quid significat *tres pagellas vel quatuor?* Tres, quatuor versiculos. Quando pervenit ad textum quintum. *Quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum ejus scidit illud scalpello scribæ &c. Et non timuerunt, neque lacerarunt vestes suas*. Qui videt discipulum sapientem mortuum, reputatur perinde ac videat legem, quæ comburitur. Dicit R. Abau. Veniat super me, si quicquam gustavi eo die. R. Jona erat in Tyro, quando audiit obdormisse filium R. Abau, vel si comedisset caseum, & bibissem aquam, tamen jejunavit eo die. R. Ba, & R. Huna bar Chijah, cum sederent, venit ulula, & abstulit phylacteria R. Huna bar Chijah; cepit eam R. Ba; & strangulavit. Dixit illi R. Huma bar Chijah. Parum abfuit, quia eo deveniremus, ut combureremus librum legis. Respondit illi. Tibi hoc satis sit. Dicit R. Jeremia nomine Rab. Non sunt lacerandæ vestes nisi propter librum legis, quem violenter comburat rex Israel, e. g. Joachim filius Josiæ regis Juda, & ejus socii. Ela filius R. Elieser nomine R. Chanina; si videat, quod comburatur liber legis, lacerandæ sunt vestes pro pelle seorsim, & pro scriptura seorsim. Qua de causa? Quia dictum est *Jerem.* l. c. *Postquam combussit rex volumen, & verba. Volumen;* hæc est pellis. *Et verba*. Hæc est scriptura. R. Berachia, R. Chanina: Futurum est, ut Deus S.B. faciat principium tripudii justis in seculo futuro. Qua de causa? Quia dictum est *Psal.* XLVIII. 14. *Ponite corda vestra* לחילה *ad antemurale* : לחולה scriptum est, & justi

ſti moſtrabunt ipſum digito ſuo: Et dictum eſt. *Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſeculum ſeculi, ipſe reget nos in ſecula* עלמות *in robore* עלמות halacritate; עומות in hos ſeculo. Interpretatur Onkelos אחמא סירא: *Seculum in quo non eſt mors*. Et juſti illum digito monſtrabunt. *Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter inæternum. Ipſe reget nos in ſecula; ipſe reget nos* in hoc ſeculo; *ipſe reget nos* in ſeculo futuro. Et pro Hieruſalem, & pro domo Sanctuarii: *Venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria, octoginta viri raſi barba, & ſciſſis veſtibus.* Sive audiat, quod diruta ſit Hieruſalem, ſive videat Hieruſalem in excidio ſuo debet lacerare. Si videat Hieruſalem a Sophim, debet lacerare. Eſt qui docet; In principio lacerabit palmum, & addet quamtuluncumque. Eſt qui docet, quod in principio laceret palmum, & addat tres digitos. R. Joſe, R. Hieremia nomine R. Chijah bar Ba, R. Ezechia, R. Hieremia nomine R. Jochanan. Conſtitutio juxta mentem illius qui dicit: In principio lacerabit palmum, & addet quantulumcumque. Quid ut ſeparet cannam fimbriæ? R. Hieremia, R. Chijah nomine R. Simeonis ben Lakiſch. *Et apprehendit David veſtes ſuas*. Non eſt apprehenſio minor palmo. *Et ſcidit eas*. R. Simon nomine, R. Jehoſua ben Levi. Hinc ſeparanda eſt canna fimbriæ. Si ſibi moriatur mortuus, & laceret; ſi alter mortuus ſibi moriatur, vel ſi audierit de patre & matre ſua, & de magiſtro, ex quo didicerit ſapientiam, lacerabit lacerationem unam pro omnibus. R. Jehuda bar Thima dicit. Lacerabit pro hoc ſeorſim, & pro illo ſeorſim; dummodo non faciat pro patre & matre lacerationem addititiam. Nonne hæc eſt prima? At dicitur ne addat ad lacerationem pro patre & matre ſua. R. Cholbo, & R. Mitna, Joſe bar Menaſia nomine R. Cholbo bar R. Jehuda ben Thima. Si ſibi moriatur mortuus lacerabit, ſi alius ſibi mortuus moriatur, addet ad lacerationem, & lacerabit. Quouſque? Dicit R. Chanina. Donec perveniat ad umbilicum ſuum: Docuit quidam ſenex coram R. Zehera; vel ſi mutet veſtes cunctis ſeptem diebus, debet lacerare: Reſpondit illi R. Zehera. Quod dicis, intelligitur de reliquis propinquis; at pro patre & matre ſua, vel poſt multos dies debet lacerare; Si ſibi moriatur mortuus, lacerabit; ſi alius ſibi mortuus moriatur, in diſtantia trium digitorum lacerabit: Si perfecerit in adverſa, incipiet ab averſa parte; ſi perfecerit a ſuperiori, incipiet ab inferiori parte; Si perfecerit utrimque, R. Chijah bar R. Ada ex Japho dicit; fiet quaſi nudus. R. Chanina bar Papa adſcendens ad R. Tanchum bar Chijah, egreſſus eſt ad eum indutus veſtibus integris. סנטירה. Sunt veſtes non manicatæ. Dixit illi unde hoc habes? Reſpondit. Sic R. Simon præceptor meus fecit. Dixit illi: Ora pro nobis. Reſpondit: Sepi portam tuam. Etenim toto eo anno æquum eſt, ut ſit extenſa e regione familiæ. Etenim dicit R. Jochanan: Toto ſeptiduo gladius evaginatus eſt. Uſque ad triceſimum diem commovetur. Poſt duodecim menſem circumibit portam: Cuinam hoc ſimile eſt? Simili fornici lapidum, ſi unus frangatur, omnes franguntur. Et dicit R. Elieſer. Si naſcatur filius maſculus in ea familia, ſanatur tota illa familia. Unde probatur, quod lugens ſtans debeat lacerare? Ex eo quod ſcriptum eſt: *Tunc ſurrexit Job, & ſcidit veſtimenta ſua, tonſo capite*. R. Jehuda bar Pazi nomine R. Jochanan. Hinc probatur, quod lugens ſtans debeat lacerare. Dicit R. Jochanan; Docet R. Iſa poſtero die craſſe eſſe conſuendum. Quando obdormiit R. Iſa, docuit R. Chijah bar Ba, quod liceat calceum induere eo ipſo die. Dicit R. Zehera: Nonne diſſentiunt? Qui dicit: Craſſe conſuet poſtero die, calceos induet poſtero die; qui dicit calceos induet eo ipſo die, craſſe conſuet eo ipſo die. Si illi dicant: Mortuus eſt Ruben, & lacerat; & poſthac illi dicant; mortuus eſt Simeon: ecce ſatisfecit debito lacerationis ſuæ. Si illi dicant: Mortuus eſt Ruben, & lacerat; & poſthæc ſi illi dicant; vivit, & mortuus eſt; Eſt qui docet, quod ſatisfecerit debito lacerationis; Eſt qui docet quod non ſatisfecerit debito lacerationis; Qui dicit, quod ſatisfecerit debito lacerationis; jam laceravit: Qui dicit, quod non ſatisfecerit debito lacerationis; quia pro vivo laceravit: & præterea probatur ex eo, quod traditur. Si laceret, & in eum revertatur ſpiritus; ſi ſuper loco non obligatur ad lacerandum, ſi poſt tempus, obligatur ad lacerandum. Quantum erit ſuper loco? Quantum ſatis eſt ut poſſit loqui. Quandiu erit ut poſſit loqui? R. Simeon nomine R. Jehoſua ben Levi: ut poſſit ſalutare inter hominem & ejus ſocium.

Pro patre & matre omnes veſtes erant lacerandæ, & nuſquam reſarciendæ; mulieris ſuperior tantum veſtis erat laceranda. *Moed Katon* l. c. על כל המתים הוא שולל לאחר שבעה ומאחה לאחר שלשים על אביו ועל אמו אינו מאחה עולמית תנו בשם ר׳ נתן האשה שוללת מיד ומאחה לאחר שלש על אביה ועל אמה אינו מאחה עולמית איזהו איחוי ראבינ הסולם והקפש אין מעכבין על

על כל המתים אינו קרעא לא העליון בלבד על אביו ועל אמו אפילו עשרה זה על גבי זה אין אפיקרסין מעכבה האשה אינה קורעת אלא העליון בלבד חני ר' שמעון בן אלעזר אומר אשה קורעת את הפנימי והופכתו לאחוריה והוזרת וקורעת את השאר. Pro, omnibus mortuis crasse consuet post septem dies, & resarciet post triginta dies. Pro patre & matre in perpetuum non resarciet. Tradiderunt nomine R. Nathan. Mulier statim crasse consuet & resarciet post triginta dies. Pro patre & matre non resarciet in in perpetuum. Quænam est futura? Sicut textum. Sutura in formam crucis, & obductio non impediunt. Pro omnibus mortuis non lacerabit nisi vestem superiorem, at pro patre & matre, vel si fuerint decem, altera imposita alteri, interula non impedit. At mulier non lacerat nisi superiorem vestem duntaxat. Traditio R. Simeon ben Eliesér dicit. Mulier non lacerabit nisi interiorem, & eam invertet ad ejus dorsum, & iterum lacerabit reliquas.

Summus sacerdos lacerabat ab inferiori, & sacerdos vulgaris a superiore parte. *Moed Katon* ibid. כהן גדול פורס מלמטן וההדיוט מלמעלן ר' לעזר בשם כהנא למעלן למעלן מקנה שפה למטן למטן מקנה שפה ר' יוחנן אמר למטן ממש דאתיא דר' לעזר בשם כהנא כרבי יהודה אין כרבי יודה לא יפרס כל עיקר מאי כרון חומר הוא בכהן גדול שאינא מבדיל קנה שפה. Summus sacerdos discindit a superiori, & sacerdos vulgaris ab inferiori parte. R. Eliesér nomine Channa; ad superiorem, superiorem a canna fimbriæ; ad inferiorem, ad inferiorem partem a canna fimbriæ. R. Jochana dicit: Ad inferiorem partem simpliciter. Consentit R. Eliesér nomine Channa cum R. Juda. At juxta mentem R. Juda, nullo modo discindat. Quid hactenus? Gravior erat conditio sacerdotis summi, qui non dividebat cantum fimbriæ. Apud Ægyptios laceratio vestium in luctu antiquissima; *Didorus Siculus* lib. I. ὁπότε γὰρ ἐκλείποι τὶς τὸν βίον τῶν βασιλέων πάντες οἱ κατὰ τὴν Αἴγυπτον κοινὸν ἀνηρῶντο πένθος, καὶ τὰς μὲν ἐσθῆτας κατεῤῥήπτοντο, τὰ δὲ ἱερὰ συνέκλειον, καὶ τὰς θυσίας ἔπεχον, καὶ τὰς ἑορτὰς οὐκ ἦγον, ἐφ' ἡμέρας ἑβδομήκοντα, καὶ δύο. *Postquam quis Regum e vita excessit omnes per Ægyptum luctum communem suscipiunt, lacerant vestæ, sacras ædes claudunt, sacrificia inhibentur nec festa celebrantur per duos & octoginta dies.* Ægyptiis succedant Persæ. *Herodotus* in Thalia lib. III. Πέρσαι δὲ ὡς τὸν βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τάτε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατήρεικον τε καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο. *Persæ ut regem (Cambysen) lamentantem conspexere, omnes tum vestimenta rescinderunt, tum effuso ploratu usi sunt.* Et lib. VIII. *Diodorus Siculus* lib. XVII. scribit post Darium victum mulieres τὰς ἐσθῆτας παρεῤῥηττούσας μετ' ὀδυρμῶν, ἐκ τῶν σκηνῶν, *vestibus disruptis cum lamentationibus ex tabernaculis excessisse* Curtius lib. III. II. *Ingens circa eam nobilium fœminarum turba constiterat, laceratisque crinibus abscissaque veste, pristini decoris immemores, reginas dominasque veris quondam, tunc alienis nominibus invocantes.* lib. IV. cap. 10. De spadone Dario nuncium afferente de morte uxoris. *E spadonibus qui circa reginam erant, Tyriotes, inter trepidationem lugentium elapsus, per eam portam, quæ quia ab hoste aversa erat, levius custodiebatur, ad Darii castra pervenit, exceptusque a vigilibus, in tabernaculum regis perducitur, gemens & vesta lacerata.* Idem lib. V. c. 12. *Post hanc vocem (regis) spado gemitu non modo tabernaculum, sed etiam castra complevit: Irrupere deinde alii, laceratisque vestibus, lugubri & barbaro ululatu regem deplorare cœperunt.* Idem lib. X. cap. 5. de matre Darii audita Alexandri morte. *Ad Darii quoque matrem celeriter, perlata est; abscissa ergo veste qua induta erat, lugubrem sumsit, laceratisque crinibus, humi corpus abjecit.* In Græcia innumera extant monumenta; unum referam de Cleopatra teste *Plutarcho* in Antonio. Δεξαμένη δὲ αὐτὸν οὕτως, καὶ κατακλίνασα περιεῤῥήξατο τοὺς πέπλους ἐπ' αὐτῷ καὶ τὰ στέρνα τυπτομένη, καὶ σπαράττουσα ταῖς χερσὶ, καὶ τῷ προσώπῳ τοῦ αἵματος, ἀναματτομένη. *Ut eum hoc modo accepit, & deposuit in lectum, pepla eum lamentans dilaceravit, pectusque suum percutiens & lanians manibus, cruoremque facile abstergens.*

Virgilius Æneid. V.

> *Tum pius Æneas humeris abscindere vestem*
> *Auxilioque orare Deos, & tendere palmas*

Idem XII.

> —— *it scissa veste Latinus*
> *Conjugis adtonitus fatis*

Idem ibid. de conjuge regis Latini.

> *Purpureos moritura manu discidit amictus.*

De laceratione vestium apud Græcos & Romanos vide multa apud *Kirchm.* l. II. de fun. Rom. cap. 17. *Dilherr.* dial. I. *Forster.* ad Jes. 37. *Serrar.* ad Æsther. *Drus.* observ. c. I. 6.

III. Ca-

III. Capilli passi. *Isai.* de Babylone abjecta XLVII. 2. גלי צמתך *Retege capillum tuum*. Ubi *Kimchius Zemara* est capillus, quem ornatura se mulier, adaptat vel disponit circa faciei tempora, operiens postmodum peplo vel vitta, qui ipse est ejus splendor. Verum fœminæ in captivitatem abeuntis splendor vel decus ירד descendit, neque vittam etiam imponit, quin potius capillus ille retectus perpendit super faciem instar fœminæ despectæ. Hoc etiam constat ex muliere peccatrice apud *Lucam* VII. 38. *Et stans retro pedes ejus lacrymis cæpit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat*. Item de Maria sorore Lazari *Joh.* XI. 2. *Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis*. Et XII. 3. *Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Jesu, & extersit pedes ejus capillis suis*.

Capilli passi in luctu etiam apud reliquas gentes. *Terentius* Hecat. Act. II.

Texentem telam studiose ipsam offendimus,
Mediocriter vestitam veste lugubri
Ejus anus causa opinor, quæ erat mortua
Sine auro tunc ornatam, ita utique quæ ornantur sibi
Multa mala se esse expolitam muliebri,
Capillus passus, prolixus, circum caput
Rejectus negligenter.

Virgilius Æneid. III.

—— stant manibus aræ
Cæruleis mœstæ vittis, atraque cupresso
Et circum Iliades crinem de more solutæ.

Idem lib. XI.

—— & fœmineo ululatu
Scissa comam.

Catullus in arg.

Illius egregias virtutes, claraque facta
Sæpe fatabuntur gnatorum in funere matres
Cum tremulo incanos solvent a vertice crines.

Tibullus Eleg. III.

Non soror Asyrios cineri quæ dedat odores
Et fleat effusis ante sepulcra comis.

Idem lib. III. epigr. 2.

Ante meos veniat longos incomta capillos
Et fleat ante meum mœsta Neræa rogum.

Ovidius de Lucretia lib. II. Fast.

—— passis sedet illa capillis
Ut solet ad nati mater itura rogum.

Idem de Philomela lib. VI. Metam.

Mox ubi mens rediit passos laniata capillos.

Idem in Epist. X.

Arpice demissos lugentis more capillos.

Idem lib. VI. Metam.

—— stabant cum vestibus atris
Ante thoros fratrum demisso crine sorores.

Lucanus lib. II.

—— nec mater crine soluto
Exigit ad sævos famularum brachia planctus.

Idem lib. II. de Canone.

Ut primum tolli feralia viderat arma
Intonsos rigidam in frontem descendere canes
Passus erat mœstamque genis increscere barbam
Uni quippe vacat studiisque odiisque carenti
—— Humanum lugere genus.

Seneca in Troade.

Solvite crines, per colla fluant
Mœsta capilli, tepido Trojæ
Pulvere turpes paret exortos
Turba lacertos.

Chorus.

—— Coma demissum est
Libera nodo, sparsusque cinis
Fervidus ora.

Herodianus de Phadilla Commodi sorore. *Solutis crinibus humi se abjiciens, neque alium quam lugentis habitum presefferens*, *Petronius* Satyr. *Cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus*.

IV. De capillis in luctu avulsis exponit *R. Salomo* illud *Mich.* I. 16. קרחי וגזי על בני מענוגך. *De calva te & evelle crines super filio deliciarum tuarum, habere dicit* לשון תלישת שער, *significatum evulsionis crinium*. In Targam legitur פלישעל

חלישי על רברביך. *Evelle (crines) propter principes tuos*. Idem dicendum de loco *Job.* I. 20. ויקם ויקרע את מעלו ויגז את ראשו. *Et surgens Job laceravit pallium suum, & evulsit crines capitis sui. Coccejus* exponit; qui putat ob subitum dolorem Jobum non totondisse, sed evulsisse crines capitis sui. Idem dicendum de loco *Jerem.* VII. 29. גזי נזרך. *Evelle comam tuam. Targum* מלושי *evelle crines*. Manifestum est *Psal.* LXXI. 6. ממעי אמי אתה גוזי. *Et e visceribus matris meæ evulsor meus*. In Addit. *Esther.* XIV. 2. *Pro superbo unguento caput suum pulvere & stercore opplevit, omniaque loca in quibus antea lætari consueverat, laceratis suis crinibus replevit. Esdr.* IX. 3. וכשמעי את הדבר הזה קרעתי את בגדי ומעילי ואמרטה משער ראשי וזקני ואשבה משומם. *Cum audissem hoc laceravi vestem meam, & pallium meum, & evulsi de capillis capitis mei, & barbæ meæ; & consedi stupens.*

Hæc consuetudo apud alias gentes etiam obtinuit: *Virgilius* XI. Æneid.

> —— *prima manu flavos Lavinia crines*
> *Et roseas laniata genas.*

Curtius lib. X. de matre Darii audita morte Alexandri. *Laceratisque crinibus humi corpus abjecit*. Ibid. lib. III. audito nuncio de Dario victo. *Laceratisque crinibus, abscissaque veste*. Teste *Dione* lib. XLVIII. Milites amicorum & propinquorum morte cognita comas disrupisse dicuntur. *Lucianus* in luctu Παῦσαι τιλλόμενος τὴν κόμην, καὶ πρόσωπον ἐξεπιτολῆς ἀμύσσων. *Desine vellicare comam, ac vultus etiam cutem lacerare*. Alia exempla v. g. Achillis, Priami, Hecubæ ex Homero, Jocastæ & Ajacis ex Sophocle videsis apud *Ravanellum* in voce *capillus*.

V. Capilli & barba detonsi. *Isai.* III. 24. ותחת מעשה מקשה קרחה ותחת פתיגיל מחגרת שק. *Et pro crispanti crine calvitium, & pro fascia pectorali saccus*. Ib. XV. 3. עלה הבית ודיבן הבמות לבכי על נבו ועל מידבא מואב יליל בכל ראשיו קרחה כל זקן גרועה. *Ascendit domum, Dibon ad excelsa ad planctum super Nebo, & super Midaba, Moab ululabit; in omni capite calvitium, omnis barba radetur*. Ibid. XXII. 12. ויקרא אדני יהוה צבאות ביום ההוא לבכי ולמספד ולקרחה ולחגר שק: *Et vocabit Dominus exercituum in die illo ad fletum, & ad planctum, & ad calvitium, & ad cincturam sacci, Jerem.* VII. 29. גזי נזרך והשליכי. *Tonde comam tuam, & projice*. Ibid. XVI. 6. ומתו גדלים וקטנים לא יקברו ולא יספדו להם ולא בארץ הזאת ולא יתגדד ולא יקרח להם. *Et morientur magni, & parvi in terra hac, non sepelientur, neque plangent eos, non incidetur, neque decalvabitur ob eos*. Ibid. XLI. 5. ויבאו אנשים משכם משלו ומשמרון שמנים איש מגלחי זקן וקרועי בגדים. *Venerunt viri de Sichem, de Silo, & de Samaria octoginta viri, rasa barba, & scissis vestibus. Ezech.* VII. 18. וחגרו שקים וכסתה אותם פלצות ואל כל פנים בושה ובכל ראשיהם קרחה. *Et accingent se saccis & operiet eos formido, & omnis facies pudor, & in omibus eorum capitibus calvitium. Amos* VIII. 10. והפכתי חגיכם לאבל וכל שיריכם לקינה והעליתי על כל מתנים שק ועל כל ראש קרחה. *Et convertam festivitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in lamentum, & adscendere faciam super omnes lumbos saccum, & super omne caput calvitium. Mich.* I. 16. קרחי וגזי על בני תענוגיך הרחבי קרחתך כנשר. *Decalva te, & tonde te* (o Samaria) *ob filios deliciarum tuarum, dilata calvitium tuum sicut aquila.*

Calvitium *Levit.* XXI. 5. prohibetur: לא יקרחו קרחה בראשם ופאת זקנם לא יגלחו. *Non decalvabunt calvitium in capite suo & angulum barbæ suæ non radent*. Ubi *Siphra* 47. I. לא יקרחו יכול על חמש קרחות לא יהיו חייב אלא אחת ת"ל קרחה לחיוב על כל קריחה וקריחה בראשם מה ת"ל לפי שנאמ' לא תתגודדו ולא תשימו קרחה בין עיניכם למת שיכול אין לי אלא על בין העינים בלבד מניין לרבות את הראש ת"ל בראשם לרבות את הראש יכול הכהנים שריבה בהם הכתוב מצוות יתירות חייבים על כל קרחה וקרחה ועל הראש כבין העינים אבל ישראל שלא ריבה בהם הכתוב מצוות יתירות לא יהיו חייבים אלא אחת ואלא יהיו חייבים אלא בין העינים בלבד ת"ל קרחה וקרחה לגזירה שוה מה קרחה האמורה בכהנים על כל קרחה וקרח ועל הראש כבין העינים אף קרחה האמורה בישראל חייבים על כל קרחה וקרחה ועל הראש כבין העינים ומה קרחת האמורה בישראל אין חייבים אלא על המת אף קרחה האמורה בכהנים לא יהיו חייבים אלא על המת. *Non decalvabunt*. Crederem, quod pro quinque calvitiis non tenerentur nisi semel? Idcirco dictum est: *Calvitium;* ut teneatur pro singulis calvitiis. *In capite suo*. Cur dictum est? Quia dictum est *Deut. Non lacerabitis unguibus neque ponetis calvitium inter oculos vestros pro mortuo*. Crederem quod non teneretur nisi inter oculos duntaxat? Unde probatur ad includendum caput suum? Ex eo quod dictum est: *In capite suo*. Ad includendum caput. Crederem quod sacerdotes, in quibus textus multiplicat multa præcepta, tenerentur pro singulis calvitiis & in capite, & inter ocu-

oculos; At Iſraelitæ in quibus textus non multiplicat multa præcepta, non tenerentur niſi ſemel, & non tenerentur niſi inter oculos duntaxat? Idcirco dictum eſt: *Calvitium calvitium:* A pari Sicut propter calvitium dictum in ſacerdotibus includit pro ſingulis calvitiis & in capite, & inter oculos; Ita pariter propter calvitium dictum in Iſraelitis includit pro ſingulis calvitiis & in capite, & inter oculos. Sicut propter calvitium dictum in Iſraelitis non tenentur niſi ſuper mortuo, ita pariter propter calvitium dictum in ſacerdotibus, non tenentur niſi ſuper mortuo. Vide *Peſichta* ad h. l. Iterum prohibetur Calvitium *Deut.* XIV. לא תתגדדו ולא תשימו קרחה בין עיניכם למת. *Non lacerabitis unguibus neque ponetis calvitium inter oculos veſtes pro mortuo.* Ubi *Siphri* 41. 3. לא תתגודדו לא תתגודדו כדרך שאחרים מתגודדין שנ' ויתגודדו בחרבי' כמשפט ולא תשימו קרחה יכול לא יהיו חייבים אלא בין העינים בלבד סנייך לרבות את כל הראש ת"ל בראשם לרבות את כל הראש וגו'. *Non lacerabitis unguibus*, non lacerabitis unguibus ſicut ſolent lacerare reliqui. Dictum eſt enim 1. *Reg.* XVIII. 28. *Et inciderunt lanceolis juxta ritum ſuum: Et non ponetis calvitium.* Crederem quod non tenerentur niſi inter oculos duntaxat? Unde probatur ad includendum caput? ex eo quod dictum eſt: *In capite ſuo*. Ad includendum totum caput. Vide iterum *Peſiktha* ad l. c. *Maccoth* III. 5. הקורח קרחה בראשו והמקיף פאת ראשו השחית פאת זקנו והשורט שריטה אחת על המת חייב שרט שריטה א' על ה' מתים או ה' שריטות על מת א' חייב על כל אחת ואחת על הראש שתים אחת מכאן ואחת מכאן ועל הזקן שתים מכאן ומכאן ואחת מלמטה ר' אליעזר א' אם נטלו כולו כאחד אינו חייב אלא אחת ואינו חייב עד שטלנו בתער ר' אליעזר א' אפילו לקטו במלקט או ברהיטני חייב Qui decalvat calvitium in capite ſuo, & qui circumtondet angulum capitis ſui, & qui corrumpit angulum barbæ qui ſe incidit una inciſura ob mortuum, tenetur. Si inciderit una inciſura ob quinque mortuos, aut quinque inciſuris ob unum mortuum tenetur pro ſingulis, duabus in capite, altera hinc, & illinc altera, & in barba duabus hinc inde & una pro inferiori parte. R. Elieſer dicit; ſi totam una vice abſtulerit, non tenetur niſi ſemel, & non tenetur, niſi quando auferat novacula. R. Elieſer dicit vel ſi forcipe vel aſcia abradat, tenetur. Similiter *Levit.* XIX. 27. prohibetur in gyro tondere capillos, & corrumpere angulum barbæ, לא תקפו ראשיכם ולא תשחית את פאת זקנך. *Non in gyro attondebitis capita veſtra, neque corrumpes angulum barbæ tuæ.* Ubi *Siphra* 45. 4. לא תקיפו אחד המקיף ואחד הנקף פאת ראשכם סוף ראשכם ואילו הם הצדעים מיכן ומיכן ולא תשחית את פאת זקנך מה ת"ל לפי שנ' ופאת זקנם לא יגלחו יכול אפילו גלחו במספריים בתער יהיה חייב ת"ל לא תשחית פאת זקנך יכול אפילו לקטו במקלט וברחיטני יהיה חייב ת"ל וזקנם לא יגלחו הא כיצד גילוח שיש בו השחתה הוי אומר זה תער פאת זקנך סוף זקנך מלמד שהוא חייב על הראש שתים אחת מיכן ואחת מיכן ועל הזקן שתים מיכן ושתים מיכן ואחת מלמטן ר' אלעזר אומר אם נטלן כלן כאחת אינו חייב עד שיטלנו בתער ר' אלעזר אומר אפילו לקטו במלקט וברחיטני חייב. *Non in gyro attondebitis.* Tam qui tondet, quam qui attondetur. *Angulum capitis veſtri:* extremitatem capitis veſtri; & hæc ſunt tempora utrimque. *Neque corrumpes angulum barbæ tuæ.* Cur dictum eſt? Quia dictum eſt *Levit.* XXI. 5. *Et angulum barbæ ſuæ non radent.* Crederem vel ſi ſe raderet tam forſicibus quam novacula, quod teneretur? Idcirco dictum eſt: *Neque corrumpes angulum barbæ tuæ;* Crederem vel ſi auferret forſicibus, & volſellis, quod teneretur? Idcirco dictum eſt: *Barbam ſuam non radent.* Quomodo? ut raſio ſit in qua ſit corruptio; ecce hoc dicit, novacula. *Angulum barbæ tuæ.* Extremitatem barbæ tuæ. Docetur, quod teneatur in capite duabus pœnis teneatur altera ab una, & altera ab altera parte, in barba duabus hinc, & illinc duabus, & una in parte inferiori. R. Elieſer dicit; ſi omnem auferat ſimul non tenetur, niſi quando novacula radat. R. Elieſer dicit; Vel ſi raſerit forfice & volſellis, tenetur. Vide *Peſikchtra* ad h. l. Quomodo conciliandi ſint ſuperiores textus cum locis *Levitici & Deuteronomii*, in quibus expreſſe prohibetur calvitium, videſis *Gejerum* in luctu c. VIII. §. 8.

Reliquæ gentes quoque in luctu detondebant capillos. Herodotus de Scythis lib. IV. c. 7. ἐπεὰν σφὶ ἀποθάνῃ ὁ βασιλεύς· τῦ ὠτὸς ἀποτάμνωνται, τρίχας περικείρονται. *Quum Rex deceſſerit aurem decidunt, crinem circuntondent. Athenæus* lib. II. *Circa luctum contrario modo adornamur, eodem enim cum defuncto adfecti modo, mutilamus nos ipſos & capillorum tonſura, & ornamentorum depoſitione. Plutarchus* quæſt. Rom. *Etenim apud Græcos, ſi quod infortunium acciderat, tondentur mulieres, viri autem comam alunt. Julius Firmicus* lib. de error. profan. relig. de Ægyptiis in luctu Oſiridis. *Radunt capita, ut miſerandum caſum regis ſui, turpitudine dehoneſtati defleant capitis.*

Qui

Homerus Odyſſ. Δ.

> —— *illum nec enim reprehendere fas eſt*
> *Qui fleat hunc cujus fregerunt ſtamina parcæ*
> *Solus honor ſequitur mortales ille miſellos*
> *Et tondere comam, & lacrymas in funere ſpargi.*

Idem Iliad. ψ.

> *Haud capiti mihi fas ullas infundere lymphas*
> *Ante rogum chari, monumentaque ſumma Patrocli*
> *Abſciſſamque comam.*

Alcæus in Æpigr.

> *Exſtinctum luget Pylades te Græcia tota*
> *Ad vivam tonſis crinibus uſque cutem.*

De Perſis *Curtius* lib. x. in morte Alexandri. *Perſæ comis ſuo more detonſis, in veſte lugubri conjugibus ac liberis, non ut victorem & modo hoſtem, ſed ut gentis ſuæ juſtiſſimum regem lugebant.* Idem in morte Hephæſtonis de Alexandro, qui equos & mulos tonderi juſſit. *Nam cum dolorem nullo modo ferre poſſet, ex templo equos omnes & mulos juſſit tonderi. Plutarchus* de Theſſalis. *Cum Pelopidas cecidit in acie, quam Theſſali habebant contra* Alexandrum Phereum *Perſeæ tyranum, milites ejus Theſſali, neque thoracem poſuerunt, neque frænos equis detraxerunt &c. ſed & equos totonderunt, ipſi quoque tonſi fuerunt.* De Germanis *Svetonius* in Tiberio de morte Germanici. *Quin & barbaros ferunt, quibus inteſtinum quibuſque adverſus nos bellum eſſet, velut in domeſtico, communioque mœrore conveniſſe ad inducias; regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus. Plautus* in Amphit.

> —— *Sed quænam hæc eſt*
> *Mulier funeſta veſte, tonſu lugubri?*

Idem XI.

> *Evolat infelix, & fœmineo ululatu*
> *Sciſſa comas.*

Ovidius lib. III. Reg. 3.

> *Parce tamen lacerare genas, nec ſcinde capillos*
> *Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.*

Agathias Anthol. lib. III.

> *Eugenie jacet hic, ad cujus buſta ſecarunt*
> *Cæſariem Muſæ, & cum Thetide alma Venus.*

Julius Firmicus. In adytis habent idolum Oſyridis ſepultum; hoc annuis luctibus plangunt, radunt capita: Lucianus de Dea Syria: Ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνταί τε, καὶ ἀπολαύσωνται, πρῶτα μὲν καταγίζουσι τῷ Ἀδώνιδι ὅπως ἐόντι νεκῦι. *Poſtquam autem ſe tondendi, ac deplorandi finis factus eſt; primo quidem inferias Adonidi peragunt, perinde ac mortuo tum exiſtenti, & capita radunt, quemadmodum Ægyptii mortuo Api:* Plutarchus de Iſide teſtatur de Ægyptiis ξύρεσθαι τὰς κεφαλὰς διὰ τὸ πένθος: *Radere ſolitos capita propter luctum.*

Crines ſecti in mortuos injecti I. *Dio* lib. II. de morte filiæ virginis. *Quare exiliebant ex ædibus & mulieres, & virgines caſum illum lugentes, atque aliæ flores, & coronas in lectum jaciebant, aliæ faſcias, aut zonas, aliæ vittas virginalis comæ, nonnullæ etiam detonſos crinium tonſorum cincinnos, & multi viri ex proximis officinis. Ovidius* Metamorf. III.

> —— *planxere ſorores*
> *Najades, & ſectos fratri impoſuere capillos.*

Idem Epiſt. II.

> *Non mihi te licuit lacrymis perfundere juſtis*
> *In tua non tonſas ferre ſepulcra comas.*

Propertius.

> *Ille meo charos donaſſet funere crines.*

Seneca.

> *Placemus umbras, capitis exuvias cape*
> *Laceræque frontis accipe abſciſſam comam.*

Statius lib. VII. VII. Thebaid.

> —— *tergoque & pectore ſectam*
> *Cæſariem ferro minuit, ſectiſque jacentis*
> *Obnubit tenuia ora comis.*

VI. Capilli, & barba cinere inſperſi. Frequens in luctu apud Hebræos inſpergendi cinere capillos conſuetudo. *Job* II. 12. וישאו קולם ויבכו ויקרעו איש מעלו ויזרקו עפר על ראשיהם השמימה׃ *Et extu-*

tulerunt vocem ſuam, & fleverunt, & ſciderunt unuſquiſque pallium ſuum, & adſperſerunt cinerem ſuper capita ſua cœlum verſus. Joſ. VII. 6. ויקרע יהושע שמלותיו ויפל על פנו ארצה לפני ארון יהוה עד הערב הוא וזקני ישראל ויעלו עפר על ראשם: *Et ſcidit Joſue veſtes ſuas & cecidit ſuper faciem terræ coram arca Domini, ipſe & ſeniores Iſrael, & adſcendere fecerunt cinerem ſuper caput ſuum.* 1. *Sam.* IV. 12. וירץ איש בנימן מהמערכה ויבא שלה ביום ההוא ובגדיו קרעים ואדמה על ראשו: *Et cucurrit vir de Benjamin ex acie, & venit Silo eo ipſo die, & veſtes ejus erant laceratæ, & terra erat ſuper caput ejus.* 2. *Sam.* XIII. 19. de Thamar ותקח תמר אפר על ראשה וכתנת הפסים אשר עליה קרעה ותשם ידה על ראשה: *Et inſperſit Thamar cinerem ſuper caput ſuum, & veſtem verſicolorem, quæ erat ſuper eam, laceravit, & poſuit manum ſuper caput ſuum. Nehem.* IX. 1. נאספו בני ישלאל בצום ובשקים ואדמה עליהם: *Convenerunt filii Iſrael in jejunio, & in ſaccis, & terra ſuper eos. Thren.* II. 10. ישבו לארץ זקני בת ציון העלו עפר על ראשם חגרו שקים הורידו לארץ ראשם בתולות ירושלם: *Sederunt in terra, ſiluerunt ſeniores filiæ Sion, adſcendere fecerunt cinerem ſuper caput ſuum, æccinxerunt ſe ſaccis, & inclinarunt in terram caput ſuum virgines Hieruſalem. Ezech.* XXVII. 30. de natis lugentibus ſuper Tyrum. כל תפשי משוט מלחים כל חבלי הים אל הארץ יעמדו והשמיעו עליך בקולם ויזעקו מרה ויעלו עפר על ראשיהם: *Nautæ omnes & univerſi gubernatores maris in terra ſtabunt, & clamabunt ſuper te voce magna, & clamabunt amare, & adſcendere facient pulverem ſuper capita ſua. Eſter* IV. 1. ומרדכי ידע את כל אשר נעשה ויקרע מרדכי את בגדיו וילבש שק ואפר: *Et Mardocheus cum noſſet, quæ facta ſunt, ſcidit Mardocheus veſtes ſuas, & induit ſaccum, & adſperſit cinerem ſuper caput ſuum.* 3. *Machab. Virgines, & puerperæ procurrebant capitibus pulvere cinereque conſperſis. Job. Apocal.* XVIII. 19. *Et miſerunt pulverem ſuper capita ſua, & clamaverunt flentes & lugentes.*

Non ſolum ſpargebant cinerem & pulverem ſuper capita ſua, verum etiam ſe in pulvere volutabant. *Jerem.* VI. 26. בת עמי חגריתי לך והתפלשי באפר אבל יחיד עשי לך מספד תמרורים: *Filia populi mei accinge te ſacco, & voluta te in pulvere, luctum unigeniti fac tibi, planctum amaritudinum: Ezech.* XXVII. 30. באפר יתפלשו. *In pulvere volutabunt. Mich.* I. 10. בגת אל תגידו בכו אל תבכי בבית לעפרה עפר התפלשתי: *In Gath nolite annunciare planctum; Ne lugeatis in domo* vel *propter domum Aphra, in pulvere volutavi me. R. Salomo* & *Abarbanel* hunc locum *Mich.* exponunt per התגלגלי *voluta te in pulvere, Kimchi* per התעטפי *obtege te. Job* XVI. 16. שק תפרתי עלי גלדי ועללי בעפר קרני: *Saccum conſui ſuper me in pelle mea, & volutavi me in pulvere.* Hoc idem legitur apud *Lucianum* in luctu. *Nam illi humi volutantur ſæpenumero.*

Reliquæ etiam gentes in luctu cinerem, & pulverem ſuper caput inſpergebant; *Homerus* Odyſ. ω. ἀμφοτέρῃσι τε χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν χεύατο κακκεφαλῆς πολιῆς ἀδινὸν στοναχίζων. *Ambabus manibus ſumens cinerem fuliginoſum fudit in capite cano, graviter ſuſpirans.* Idem ibidem Σ. de Achille Patroclum lugente. *Euripides* in ſupplic. ἀμφὶ δὲ σποδὸν κάρα κεχύμεθα. *Cinerem vero circa caput fudimus.*

Virgilius Æneid. X.

> *Canitiem immundo deformat pulvere.*

Et lib. XII.

> *—— it ſciſſa veſte Latinus*
> *Conjugis attonitus fatis*
> *Canitiem immundo perfuſam pulvere turpans.*

Idem in Ciri.

> *—— intonſos multo deturpat pulvere crines.*

Catullus Argon.

> *Canitiem terra, atque infuſo pulvere fœdans.*

Ovidius lib. VIII. Metam.

> *Pulvere canitiem genitor, vultuſque ſeniles*
> *Fœdat humi fuſus.*

Seneca in Troad.

> *Solvite crines, per colla fluant*
> *Mœſta capilli tepido Trojæ —*
> *Pulvere turpes paret exertos*
> *Turba lacertos.*

Et mox.

> *Solvimus omnes lacerum multo*
> *Funere crinem*
> *Libera nodo, ſparſuſque cinis*
> *Fervidus ora.*

Hec.

> *Complete manus, hoc ex Troja*
> *Sumſiſſe licet.*

Lu-

Lucianus de luctu. Κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσσεται: *pulvis capiti inspergitur adeo ut viventes miserabiliores sint mortuis*. *Apulejus* lib. VII. *Mater pueri mortem deplorans filii, fleta & lacrimosa, fuscaque veste contecta, ambabus manibus trahens cinerosam caniciem*. Item lib. X. *Ab ipso ejus rogo senex infelix ora sua recentibus adhuc rigans lacrimis trahensque cinere sordentem caniciem, foro se festinus immittit*. *Statius* Theb. VI.

> —— *sedet ipse exutus honoro*
> *Vittarum nexu genitor, squallentiaque ora*
> *Sparsus, & incultam ferali pulvere barbam*.

VII. Stigmata & incisuræ in luctu prohibentur. *Levit.* XIX. 27. ושרט לנפש לא תתנו בבשרכם וכתבת קעקע לא תתנו בכם: *Et incisionem pro anima non dabitis in carne vestra, & scripturam incavatam non dabitis in vobis*. Ubi *Siphra* 45.4. ושרט לנפש יכול אפילו שרט על ביתו שנפל ועל ספינתו שאברת בים יהי חייב ת"ל לנפש לא אמרתי שריטה אלא שהוא על המת מניין לחמש שריטות על מת אחר שהוא חייב על כל שריטה ושריטה ת"ל ושרט לחייב על כל שריטה והשריטה ר' יוסי אומר מניין לשריטה אחת על חמש מתים שהוא חייב על כל מת ומת ת"ל לנפש לחייב על כל מת ומרת וכתובה קעקע יכול אפילו כתב ולא קעקע יהי חייב ת"ל קעקע אי קעקע יכול קעקע ולא כתב יהי חייב ת"ל וכתובה הא כיצד עד שהכתוב ויקעקע בדיו ובכוחל ובכל דבר שהוא רושם ר' שמעון בן יהודה משום רבי שמעון אינו חייב עד שיכתב שם השם שנ' וכתובת קעקע לא תתנו בכם אני יי': *Et incisionem pro anima*. Crederem, vel si inciderit se pro domo sua quæ ceciderit, vel pro navi sua, quæ perierit in mari; quod teneretur? Idcirco dictum est. *Pro anima*. Non dixi nisi de incisione, quæ sit pro mortuo. Unde probatur, quod pro quinque incisionibus pro mortuo uno, quod teneatur pro singulis incisionibus? Ex eo quod dictum est. Et *incisionem*. Ut teneatur pro singulis incisionibus. R. Jose dicit: Unde probatur pro una incisione pro quinque mortuis, quod teneatur pro singulis mortuis? Ex eo quod dictum est: *Pro anima*: Ut teneatur pro singulis mortuis. *Et scripturam incavatam*; Crederem vel si scripserit, & non incavaverit, quod teneretur? Idcirco dictum est: *Incavatam*. Si incavatam, crederem si incavaverit, & non scripserit, quod teneatur? Idcirco dictum est. *Scripturam*. Quomodo? Donec scripserit & incavaverit, atramento, & stibio, & quavis re, quæ signet. R. Simeon ben Jehuda dicit nomine R. Simeon non tenetur donec scribat nomen Dei: Dictum est enim: *Et scripturam incavatam non dabitis in vobis: Ego Dominus*. Vide *Pesiktha* ad h. l. *Deut.* XIV. לא תתגודדו לא תתגודדו כרו שאחרי' מתגודדין שנ' ויתגודדו כחרבן כמשפטם: *Non sacrificabitis vos:* Non scarificabitis vos, sicut alii solent se scarificare: Dictum est enim I. *Reg.* XVIII. 28. *Et se scarificarunt lanceolis juxta ritum suum*. Si non fiat scarificatio juxta ritum Idololatricum, licebit se scarificare; *Jerem.* XVI. 6. ולא יתגודד ולא יקרח. *Et se non scarificabit, neque se decalvabit*. Idem XLI. 5. וקרועי בגדים ומתגודדים *Et lacerati vestibus, & scarificati*. Idem XVII. 8. עד מתי תתגודד. *Quamdiu te scarificabis?* Idem XLVIII. 37. כי כל ראש קרחה וכל זקן גרעה על כל ידים גדדת ועל מתנים שק: *Omne caput calvitium, & omnis barba succisa, super omnes manus scarificatio, & super lumbos saccus*. *Ose.* VII. 14. כי ילילו על משכבותם על דגן ותירוש יתגודדו יסורו בי: *Sed ululabunt super cubilibus suis super tritico, & musto, scarificantes se in me rebellabunt*. *Baruch* VI. 31. *In domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita & barbam rasam, quorum capita nuda sunt*. *Zachar.* XII. 3. כל עמסיה שרוט ישרטו: *Omnes oneratores incidendo incidentur*.

Laniare faciem & genas interdictum erat lege XII. Tab. *Mulieres genas ne radunto*. *Festus radere* exponit *unguibus scindere vel cruentare*. Solon quoque teste *Plutarcho* in ejus vita τὰς ἀμυχὰς τῶν κοπτομένων ἐν ταφαῖς. *Lacerationes cutis, & comæ lugentium in funeribus severe prohibuit*; Attamen apud omnes gentes hæc consuetudo invaluit.

Virgilius de Anna sororem Didonem lugente Æneid. IV.

> —— *trepido exterrita cursu*
> *Unguibus ora fœdans & pectora pugnis*
> *Per medios ruit* ——

Et lib. XII.

> *Quam cladem miseræ postquam accepere Latinæ*
> *Filia prima manu flavos Lavinia crines*
> *Et roseas laninta genas* ——

Herodotus lib. IV. de in Scythis funeribus regum. *Aurem decidant, crinem circumtondeant, brachia circumcidant, frontem nasumque construcient, sinistram manum sagittis trajiciant*. *Euripides* in Androma.

vo-

vocat faciei laniationem ὀνύχων μύγματα. *Petronius* Arbiter matronæ Ephesinæ in funere mariti *faciem unguibus sectam* scribit. Apud *Quintilianum* declam. x. *Mulier in morte filii sanguinantes ad judices porrigit lacertos. Servius* ad l. c.

Virgilii XII.

> —— *flavos Lavinia crines*
> *Et roseas laniata genas.*

Varro dicit mulieres in exsequiis & luctu ideo solitas ora lacerare, ut ostenso sanguine inferis satisfacerent. Pergit *Servius* ibid. *Moris erat ut ante rogos sanguis humanus effunderetur, vel captivorum vel gladiatorum; Si forte copia non fuisset, laniantes genas suum effundebant cruorem, ut rogis illa imago restitueretur. Herodotus* lib. VI. in morte Regis Lacedæmonum. *Postquam multa millia in unum coacta sunt, promiscue cum mulieribus frontes suas intrepide pungunt, & ululatu immenso utuntur. Plutarchus* de consol. ad Apollon. Τίνες δὲ τῶν βαρβάρων καὶ μέρη τοῦ σώματος ἀποτέμνουσι, ῥῖνας, καὶ ὦτα, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα καταικίζοντες δοκοῦντες τὸ χαρίζεσθαι τοῖς τετελευτηκόσι. *Quidam vero barbarorum* (in funere) *etiam corpora sua, naribus, auribus, aliisve partibus amputandis fœdant, se gratificari defunctis credentes, cum in hoc genere mediocritatem a natura constitutam excedunt.* Idem de consolat. ad uxorem. *Hoc quoque narrant, qui interfuerunt, & admirantur, te neque lugubrem sumsisse vestem, neque vel tibi vel ancillis ullam intulisse deformitatem. Lucianus* de luctu. Οἰμωγαὶ δ' ἐπὶ τούτοις καὶ κωκυτὸς γυναικῶν, καὶ παρὰ πάντων δάκρυα, καὶ στέρνα τυπτόμενα, καὶ σπαραττομένη κόμη, καὶ φοινισσόμεναι παρειαί: *Accedunt ad hæc mulierum ejulatus, omnium certe lacrymæ, pectorum planctus, comæ dilaniatio, genarum cruentatio.* Ibid. Παῦσαι τιλλόμενος τὴν κόμην καὶ τὸ πρόσωπον ἐξ ἐπιπολῆς ἀμύσσων. *Cessa vellicare comas, ac vultus etiam cutem lacerare. Hesychius* in voce Ἐντομίδ. Ἐντομίδες ξύσμαι ὕψεως γινόμεναι καὶ τοῖς λοιποῖς σώμασιν ἐντετμημέναι, τοιαῦτα δὲ εἰώθασι ποιεῖν ἐν τοῖς νεκροῖς αὐτῶν οἱ ἄπιστοι: *Scissuræ in vultibus aliisque corporis partibus factæ; hujusmodi laniatus facere solent infideles. Suida*: Ἐντομίδαι, οἱ τοῖς σώμασιν ἐντεμνόμενοι, τοιαῦτα εἰώθασι ποιεῖν, οἱ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τὰ ἔντομα ἔθυον τετραπόδων i. e. ἐντομίδαι: *Dicti sunt, qui corpora sua incisionibus lacerabant. Hoc facere solebant illi, qui quadrupedes castratas super defunctis immolabant. Julius Firmicus* in luctu Osiridis; *Tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum referunt cicatrices.* Pectus quoque laniatum in luctu. *Petronius* in Satyr. *Illa ignota consolatione perculsa, laceravit vehementius pectus, ruptosque crines super pectus jacentis imposuit.*

Statius Epic. in filium.

> *Signa sub uberibus plenis ad funera natos*
> *Ipsa gradu labente tulit, madidumque cecidit*
> *Pectus* —— ——

Plutarchus in M. Antonio de Cleopatra: Περιεῤῥήξατο τοὺς πέπλους, καὶ τὰ στέρνα τυπτομένη καὶ σπαράττουσα ταῖς χερσί. *Pepla dilaceravit, pectusque suum percutiens & lanians manibus.*

Nunc pauca de stigmatibus. Stigmata impressa nobilitatem designabant. *Herodotus* lib. v. cap. 6. de Thracibus. Τὸ μὲν ἐστίχθαι εὐγενὲς κέκριται, τὸ δὲ ἄστικτον ἀγεννές. *Punctas notis esse frontes nobile judicatur; non esse notatas punctis, ignobile.*

Claudianus lib. I.

> *Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.*

Tertullianus de velam. Virgin. cap. 10. de Britanius; *Insignia eorum fuisse stigmata* scribit. *Mercero* teste in Thesauro ling. Sacr. voce קעקע; Stigmata magnatum; Nam apud Babylonios ducibus & magnatibus notis in carne impressis decorabantur; Et hoc verisimile videtur ex loco *Ezechielis* XXIII. 23. בני בבל וכל כשדים פקוד ושוע וקוע: Interprete Hieronymo ad h. l. קוע & שוע virum quibusdam characteribus notatum, & insignem designat. Servi quoque stigmatibus, in fronte notabantur: De his vid. *Turneb.* advers. lib. 25. cap. 12. *Lips.* elect. lib. II. cap. 13. *Henr. Ursin.* Analect. sacr. lib. I. *Ausonius* jocatur in Pergamum scriptorem fugitivum Epigr. 15.

> *Ergo notas scripto tolerasti, Pergame, vultu*
> *Et quas neglexit dextera, frons patitur.*

Hinc illustratur *Apoc.* XIV. I. ubi Dei servi *habentes nomen agni, & nomen patris ejus, scriptum in frontibus eorum.* Militum quoque stigmata apud veteres memorantur *Vegetio* teste lib. IX. de re milit. cap. 5. *Victuris in cute punctis milites scripti, & matriculis inscripti jurare. Ambrosius* in obitu Valent. *Charactere Domini inscribuntur servuli, nomine Imperatoris signantur milites.* Plerumque in manibus stigmata militaria. *Ælianus*: Στίγματα ἐστι τῶν στρατευομένων ἐν ταῖς χερσίν. *Stigmata*

ta militantium ſunt in manibus. Ad hæc ſtigmata militaria alluſum *Apoc.* XIII. 16. *Et fecit ut omnes characterem haberent in dextra manu ſua, vel in frontibus*. Sequuntur ſtigmata eorum, qui peculiari modo ſe Deo devovebant. *Iſai.* XLIV. וזה יכתב ידו ליהוה ובשם ישראל יכנה: *Hic ſcribet manu ſua Domino, & nomine Iſrael cognominabit*. Illuſtratur ex verſione LXX. Ἐπιγράψαι τῇ χειρὶ αὐτοῦ· Θεοῦ εἰμί. *Scribet in manu ſua: Dei ſum*. Procopius h. l. τὸ δὲ τῇ χειρὶ λέγει διὰ στίζειν ἴσως ἄλλους ἐπὶ καρπῶν, βραχιόνων, ἢ τοῦ σταυροῦ τὸ σημεῖον ἢ τὴν Χριστοῦ προσηγορίαν. *In manu dicit propter impreſſas notas, quas aliqui ſibi incerebant, aut carpo manus aut in brachio ſignum crucis efformando, vel exprimendo liſeris nomen Chriſti*. Solebant veteres Chriſtiani aliquo artificio ſibi nomen Chriſti, aut crucem imprimere. Hinc *Tertullianus* de Idolat. 19. *Non convenit ſigno Chriſti, & ſigno diaboli*, & S. Auguſtinus in tract. 7. in *Job. Perdidit ſignum Chriſti, accepit ſignum diaboli*. Hinc aluſum *Apoc.* XIII. 16. 17. ubi alii habebant characterem agni, & alii beſtiæ. *Et faciet omnes puſillos & magnos, divites, pauperes, & liberos, & ſervos habere characterem, in dextra manu ſua, aut in frontibus ſuis; & nequis poſſit emere, aut vendere, niſi qui habet characterem, aut nomen beſtiæ, aut mumerum nominis ejus*. Et XIV. 1. *Et vidi, & ecce agnus ſtabat ſuper montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, & nomen patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis*. Remanent ſtigmata Idololatrica, ad quæ alluſiſſe videtur *Zacharia* XIII. 6. ואמר אליו מה המכות האלה בין ידיך יאמר אשר הכיתי בית מאהבי: *Et dicetur illi; Quæ ſunt plagæ iſtæ, quæ ſunt in manibus tuis? Et dicet. Iſtæ ſunt quibus plagatus ſuum in domo eorum, qui diligebant me*. Sunt qui putant inventas eſſe has notas Idololatricas in corpore defuncti Joachim: 2. *Chron.* XXXVI. 8. ויתר דברי יהויקים ותעבתיו אשר עשה והנמצא עליו הנם כתובים על ספר מלכי ישראל ויהודה: *Reliqua verborum Joakim, & abominationum ejus, quas operatus eſt, & quæ inventa ſunt in eo, continentur in libro Regum Iſrael, & Juda. Hieronymus tradit*. Hebr. in *Paral. Inter cetera mala, quæ geſſit, etiam hoc fecit in corpore ſuo, quod Dominus prohibuit; dum diceret;* Non facietis ſtigmata in corporibus veſtris; *quæ poſtquam mortuus eſt in corpore ejus inventa ſunt:* Præcipue in honorem Idolorum ſibi has notas imprimebant. *Philo* de Monarch. l. c. Ἔνιοι τοσαύτῃ κέχρηνται μανίας ὑπερβολῇ ὥστ᾽ οὐδ᾽ ἀναχώρησιν ἑαυτοῖς πρὸς μετάνοιαν ἀπολιπόντες ἴενται πρὸς δουλείαν τῶν χειροκμήτων, γράμμασιν αὐτὴν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἐν χαρτιδίοις, ὡς ἐπὶ τῶν ἀνδραπόδων, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς σώμασι, καταστίζοντες, αὐτὴν σιδήρῳ πεπυρωμένῳ, πρὸς ἀνεξάλειπτον διαμονήν, οὐδὲ γὰρ χρόνῳ ταῦτα ἀμαυροῦνται. *Non deſunt quidam eo inſaniæ prolapſi, ut ne receptum quidam ad pœnitentiam ſibi reliquum faciant, ad cultum ſimulacrorum præcipites ruant; confirmantes eam ſervitutem literis, non in chartula ſcripta, ſicut mos eſt mancipiorum, ſed inuſtis ferro ignito, ne deleri queant poſtea; nam hæ non obſcurantur ullo tempore. Theodoretus* explicans legem in ſuo coment. ad *Levit.* XIX. 28. hæc eadem confirmat. Ἕλληνες τοῦ σώματος μέλεα βελόναις ἰκέντουν, καὶ μέλαν ἐπέβαλλον εἰς θεραπείαν τῶν Δαιμόνων· ταῦτα οὖν ὁ θεῖος νόμος ἀπαγορεύει. *Græci aliquas corporis partes acubus compungebant, & atramentum immittabant in reverentiam Dæmonum: Hæc igitur lex divina interdicit*. Hinc Ptolemæus Philophater 3. *Machab.* IX. omnes Bacchi ceremoniis initiatos χαράσσεσθαι διὰ πυρὸς *notari per ignem*, & Judæos a religione patria deficientes χαράσσεσθαι παρασήμῳ Διονύσου κισσοφύλλῳ *notari inſigni Bacchi, hederæ folio juſſit:* Imo ipſe Ptolemæus cutem ſuam hoc Bacchi charactere notavit teſte etymologici ſcriptore in voce Γάλλος. Γάλλος ὁ φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος· Διὰ τὸ φύλλον κισσοῦ καταστίχθαι, ὡς οἱ Γάλλοι: *Gallus, Philopater Ptolemæus, quod ei, ut Gallis ſolet, hederæ folia imprimerentur*. *Lucianus* lib. de Dea Syria: Στίζονται δὲ πάντες, οἱ μὲν ἐς καρπούς, οἱ δὲ ἐς αὐχένας, καὶ ἀπὸ τοῦδε ἅπαντες Ἀσσύριοι στιγματοφορέουσι. *Certis autem notis compinguntur omnes, alii quidem in vola manus, alii autem in cervice; & inde eſt, quod omnes Aſſyrii ſtigmatizentur*. Talmudici apud *Hottingerum* de jur. Hebr. pag. 393. רושמין עצמן לע״א שלהן כלומר שהוא עבד נמכר לה וגו׳: *Se ſigno quodam notant Idolis ſuis, ſignificantes ſe quaſi ſervos eorum, pretio emtos &c.* Ex his illuſtratur *Apoc.* XIV. 9. *Et tertius Angelus ſecutus eſt illos, dicens voce magna. Siquis adoraverit beſtiam & imaginem ejus, & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua*. Et verſ. 11. *Qui acceperunt beſtiam, & imaginem ejus, & ſiquis acceperit characterem nominis ejus*. Et XVI. 2. *Et factum eſt vulnus ſævum, & peſſimum in homines, qui habebant characterem beſtiæ*. Et XIX. 20. *Et apprehenſa eſt beſtia, & cum ea pſeudopropheta, qui fecit ſigna coram ipſis, quibus ſeduxit eos, qui acceperunt characterem beſtiæ*. Et XX. 4. *Et qui non adoraverunt beſtiam, neque imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in frontibus aut in manibus ſuis*.

VIII.

VIII. Pectus & femora percussa. *Nehum* 11.7. de regina Ninive. והצב גלתה העלתה ואמהתיה מנהגות כקול יונים מתפפות על לבבהן: *Et regina in captivitatem abducta, & ancillæ ejus deducentes eam tanquam cum voce columbarum, pulsantes pro tympanis pectora sua:* Sc. plangent, & pectora velut tympana pertundent. *Chaldæus* habet מטרפן contundentes a rad. טרף, quæ Syris, atque etiam Chaldæis est *concutere*. Consentit *Raschi*; מקישות *pulsantes manibus suis super pectus suum* כהיקש sicut pulsantur tympana. R. David. Sicut homo מכת pulsans tympanum, sic ipse מכיות pulsant super pectora sua juxta morem mulierum plangentium, ac lamentantium. Talmudice etiam טרף significat collidere, percutere. *Kilaim* cap. 9. שטרפן זה בזה. Quæ collidunt se invicem. *Sanhedr.* 67. 2. וטרף ליה בטבלא: Et percutiebat ipsi tintinnabulum. *Chagiga* 12. 1. וטרפן זה בזה Et percutiebat illa invicem. *Berach.* 59. 1. כדטריפא מיטרף Sicut qui percussit percussionem *Luc.* XVIII. de Publicano. Ε῎τυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτȣ. *Percutiebat super pectum suum.* Ibid. XXIII. 48. πάντες οἱ παραγενόμενοι ὄχλοι, *videntes quæ fiebant* τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη ὑπέστρεφον *percutientes pectora tua revertebantur.* Percussio pectoris etiam apud reliquas gentes in luctu; *Herodotus* in Euterpe de fœminis Ægyptiis. *Luctus eorum, ac sepulturæ tales sunt, quibuscunque aliquis decesserit homo alicujus momenti, ibi omnes fœminæ illius familiæ caput sibi & vultum obliverunt luto, deinde redicto domi cadavere, ipsæ per urbem vagantes,* τύπτονται ἐπεζωσμέναι, καὶ φαίνουσαι τοὺς μαζούς. *Se verberant succinctæ, nudatis mammillis, & cum eis proximæ quæque. Altera ex parte viri:* τύπτονται ἐπεζωσμένοι καὶ οὗτοι, *& ipsi expectorati se verberant. Lucianus* de luctu; οἰμωγαὶ δ' ἐπὶ τούτοις καὶ κωκυτὸς γυναικῶν καὶ παρὰ πάντων δάκρυα, καὶ στέρνα τυπτόμενα. *Accedunt ad hæc mulierum ejulatus, omnium certe lacrymæ, pectorum planctus.* Mammæ etiam percussæ. *Isai.* XXXII. 12. על שדים סופדים. *Super ubera plangite. Artemidorus* lib. 1. c. 62. Ipsæ enim (mulieres) in luctu etiam mamma laniant.

De percussione femorum in luctu constat ex cap. XXXI. 29. *Jerem.* אחרי שובי נחמתי ואחרי הודעי ספקתי על ירך: *Postquam conversus sum pœnituit me, & postquam ostensum est mihi percussi femur;* Ubi *Kimchi*: כמצטער ומתאבל *instar axii, ac lugentis.* Et *Ezech.* XXI. 12. זעק והילל בן אדם כי היא היתה בעמי היא בכל נשיאי ישראל מגורי אל חרב היו את עמי לכן ספק על ירך: *Clama, atque ulula, quia hic factus est in populo meo, hic in omnibus Israel, qui timuerunt, gladio traditi sunt cum populo meo, idcirco percute super femur.* Ubi *Jarchi* לנהי ולקינה *ob planctum ac lamentum.*

De percussione femorum in luctu usus obtinuit apud reliquas gentes.

Plautus art. 2. scen. 2. in milite.

> —— *pectus digitis pulsat*
> *Cor credo evocatu' est foras*
> *Ecce autem aperit nisus læva,*
> *In semine habet lævam manum, dextera*
> *Digitis rationem computat, feriens*
> *Femur dextrum ita vehementer &c.*

Homerus Odyss. N. de Ulisse. *Flevitque postea,* καὶ ὤ πεπλήγετο μηρὼ χερσὶ καταπρηνέσσ' ὀλοφυρόμενος δ' ἔπος ηὔδα. *Et sua percussit femora manibus dejectis; lugens autem locutus est.* Et Iliad. 11. de Achille μηρὼ πληξάμενος *femora percutiens.*

IX. Manus elevatæ & complosæ in luctu. 2. Sam. 13. 10. de Thamar ותקח תמר אפר על ראשה וכתנת הפסים אשר עליה קרעה ותשם ידה על ראשה ותלך הלוך וזעקה. *Et accepit Thamar cinerem super caput suum, & vestem versicolorem, quæ erat super eam, scidit, & posuit manum suam super caput suum, & abeundo abiit, & clamavit. Jerem.* 11. 37. מה תזלי מאד לשנות את דרכך גם ממצרים תבשי כאשר בשת מאשור גם מאת זה תצאי וידיך על ראשך. *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas, & ab Ægypto & pudore suffunderis, sicut pudore suffusa es ab Assur, etiam hinc egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum.* Ubi *Abarbanel: Sicut mulier quæ vociferatur propter infortunium suum, & nemo est, qui ipsam eripiat.* Quo cum consentit *Kimchi*; & *Hieronymus* & *Theodoretus*: *Egredieris super caput tuum manibus, in signum pudoris, & doloris.* Ibid. IV. 31. כי קול כחולה שמעתי צרה כמבכירה קול בת ציון תתיפח תפרש כפיה אוי נא לי כי עיפה נפשי להרגים. *Quoniam vocem parturientis audivi, vocem angustiæ ut primogenitum parientis, expandit manus suas, væ mihi quia defecit anima mea propter interfectos.* Idem *Thren.* 1. 17. על אלה אני בוכיה עיני עיני ירדה מים כי רחק ממני מנחם משיב נפשי היו בני שוממים כי גבר אויב. פרשה ציון בידיה אין מנחם לה. *Idcirco ego ploravi, oculi mei, oculi mei deduxerunt aquas, quia elongatus est a me consolator, conversa est anima mea, filii mei perditi sunt, quia prævaluit inimicus. Expandit Sion manus suas; non est qui consoletur eum.* Ubi *Theodoretus. Ipsius lugentis habitum describit; illæ enim, quæ lugent, consueverunt & extendere, & contrahere* ma-

manus ſuas. Thren. II. 19. קומי לני בליל לראש אשמרות שפכי כמים לבך נכח פני ארני שאי אליו כפיך על נפש עולליך. *Surge, exclama in nocte in principio vigiliarum, effunde ſicut aquas cor tuum in conſpectu Domini, extolle manus tuas pro anima interfectorum tuorum*. *Eſdr.* 9. 5. במנחה הערב קמתי מתעניתי ומקרעי בגרי ומעלי ואכרעה על ברעי ואפרשה כפי על יהוה אלהי. *Et in oblatione muneris veſpertini, ſurrexi ab afflictione mea, & a laceratione veſtium mearum, & pallii mei, & genibus flexis expandi manus meas ad Dominum Deum*. Orantes etiam extudebant, & elevabant manus ſuas. *Exod.* IX. 28. 29. *Orate Dominum ut deſinant tonitrua Dei, & grando, & dimittam vos, & nequaquam ultra manebitis*: ויאמר משה כצאתי את העיר אפריש את כפי אל יהוה הקלות וחדלון והכרד לא יהיה עוד לארץ. *Et dixit Moſe, cum egreſſus fuero ex civitate, extendam manum meam ad Dominum, tonitrua ceſſabunt, & grando non erit amplius, ut cognoſcas quod Domino ſit terra*. Ibid. v. 33. ויצא משה מעם פרעה את העיר ויפרש כפיו אל יהוה ויחדלו הקלות והכרד ומטר לא נתך ארצה. *Et egreſſus Moſe a Pharaone ex civitate expandit manus ſuas ad Dominum, & ceſſarunt tonitrua, & grando, nec ultra ſtillavit pluvia ſuper terram*. I. *Reg.* VIII. 29. ויהי בכלות בכלות שלמה להתפלל אל יהוה את כל התפילה והתחנה הזאת קם מלפני מזבח יהוה מכריע על ברעיו וכפיו פרשת השמים. *Et fuit, cum ceſſaſſet Salomo ab orando Domino orationem, & deprecationem hanc, ſurgens e conſpectu altaris Domini, genuflexit, & manus ſuas expandit ad cœlum*. 2. *Chron.* VI. 12. ויקם לפני מזבח יהוה נגר כל קהל ישראל ויפרש כפיו. *Et ſurgens* (Salomo) *coram altari, contra univerſam congregationem Iſrael, expandit manus ſuas*. Et mox: ויעמר עליו ויברך על ברכיו נגר כל קהל ישראל ויפרש כפיו השמימה *Et ſtans ſuper illo, & genuflexus contra univerſam congregationem Iſrael, extendit manus ſuas ad cœlum*. Ib. v. 29. כל חפילה כל תחנה אשר יהיה לכל האדם ולכל עמך ישראל אשר ידעו איש נגעו ומכאבו ופרש כפיו אל הבית הזה ואתה והטזמעת מן השמים. *Omnem orationem, & deprecationem, quæ fuerit cunctis hominibus, & univerſo populo tuo Iſrael, qui noverit plagam ſuam & infirmitatem ſuam, & extenderit manus ſuas in domo iſta, & exaudies de cœlis*. *Iſai.* I. 17. ובפרשכם כפיכם אעלים עיני מכם. *Et cum extenderitis manus veſtras, abſcondam oculos meos a vobis*. *Job.* XI. 13. ופרשת אליו כפיך. *Et extendas ad eum manum tuam*. *Pſal.* XLIV. 27. ונפרש כפינו לאל. *Et expandemus manus noſtras ad Deum*. Manus etiam elevatæ in oratione & benedictione. *Lev.* IX. 22. וישא הארן את ידיו. *Et elevavit Aharon manus ſuas* *Deut.* XXXII. 4. כי אשא אל שמים ידי. *Quoniam elevabo ad cœlum manus meas* *Pſal.* XXVIII 2. שמע קול תחנוני בשועי אליך בנשאי ידי אל דביר קרשך. *Audi vocem orationis meæ in clamore meo Deus meus in elevatione manuum mearum ad templum ſanctitatis tuæ*. *Pſal.* 63. 5. בשמך אשא כפי. *In nomine tuo elevabo manus meas*. *Pſal.* 119. 48. ואשא כפי. *Et elevabo manus meas*. *Pſal.* 134. 2. שאו ידיכם קרש. *Elevate manus veſtras ad ſanctum*. Similiter apud *Virgilium* Æneas ſuborta tempeſtate orabat Deos Æneid. II.

> *Ingemit & duplices tendens ad ſidera palmas*.

Jurantes elevabant manus ad Deum. *Geneſ.* 14. 22. *Et reſpondit ei* הרימתי ידי אל י'י. *Elevo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cœli, & terræ*.

Sic Latinus *Æenid.* V.

> *Suſpiciens cœlum, terditque ad ſidera dextram*
>
> *Hæc eadem Æneas: terram, mare, ſidera juro*.

Manus tam in lætitia, quam in luctu comploſæ. 2. *Reg.* 12. 2. *in auguratione Regis Joas*. ויוצא את בן המלר ויתן עליו את הנור ואת העדות וימלכו אותו וימשחהו ויכו כף ויאמרו יחי המלך. *Et eduxit filium regis, & dedit ſuper eum coronam, & ornamentum, eumque in regem inauguravit, & unxit eum, & percuſſerunt* (vel plauſerunt) *manum, & dixerunt: vivat rex*. *Job.* 27. 23. ישפק עלימו כפימו וישרק עליו ממקומו. *Conplodet ſuper ipſis manus ſuas, & ſibilabit ſuper ipſo ex loco ſuo*. Ibid. 34. 37. בינינו יספוק אמריו לאל. *Inter nos plaudit & multiplicat ſermones ſuos contra Deum*. *Iſai.* 55. 12. כי בשמחה תצאו ובשלום תובלים ההרים והגבעות יפצחו לפניכם רנה וכל עצי השדה ימחאו כף. *Quoniam egreſſi eſtis in pace feremini, montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnes arbores agri plaudent manu*. *Pſal.* 47. I. כל העמים תקעו כף הריעו לאלהים בקול רנה. *Omnes populi plaudite manu, clangite Deo voce jubili*. Ibid. 98. 8. נהרות ימחאו כף יחר הרים ירננו. *Flumina plaudent manu ſimul montes cantabunt*. *Thren.* II. 15. ספקו עליך כפים כל עברי דרך שרקו וינעו ראשם על בת ירושלם *Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam, ſibilaverunt & moverunt caput ſuum ſuper filiam Hieruſalem*. *Zephon.* II. 15. זאת העיר העלי זה היושבת לבתח

לבתח ואמרה בלבבה אני ואפסי עוד איך היתה לשמה מרבץ לחיה כל עובר עליה ישרק יניע ידו. *Hæc est civitas exultans, habitans in confidentia, & dicebat in corde suo: Ego non amplius: Quomodo facta es in desertum; in cubile bestiæ? Omnis qui transit, super eam sibilabit, & agitabit manum suam. Nahum* III. 19. כל שמעי שמעך תקעו כף עליך. *Omnes qui audierunt famam tuam, plauserunt manu super te.*

Manuum complosio in luctu. Ez. VI. II. ubi post memoratum excidium, & clades Israelitarum indicitur luctus: אמר אדני יהוה הכה בכפך ורקע ברגלך ואמר אח אל כל תועבות רעות בית ישראל אשר בחרב ברעב ובדבר יפלו. *Dicit Dominus Deus; Percute manu tua, & pulsa pede tuo, & dicito, Ach! Propter omnes abominationes malas domus Israel, qui gladio, fame, & peste cadent.* Ubi *Abarbenel*. Præcipit Deus prophetæ, ut percutiat manu ad manum sicut facere solent המקוננות *Lamentatrices*, vel ut percutiat manu sua femur, juxta illud *Jerem.* 31. 18. ספקתי *Percussi femur*. Eadem habet *Kimchi*. Ibid. 21. 14. ואתה בן אדם הנבא והך כף ותכפל חרב שלישיתה חרב חללים. *Et tu fili hominis vaticinare, & percute manu ad manum, duplicetur gladius, & triplicetur gladius interfectorum*. Ibid. v. 17. וגם אני אכה כפי אל כפי והניחתי חמתי אני יהוה דברתי. *Etiam ego percutiam manu mea ad manum meam, & requiescere faciam iram meam. Ego Dominus locutus sum*. Ib. 22. 13. והנה הכיתי כפי אל בצעך *Et ecce percussi manum meam ob avaritiam tuam*. Gemara Hierosol. *Moed Katon* ולא נוספקין סיפוק שהוא מחמתו כמה דאת אמר ויחר אף בלק אל בלעם ויספק את כפיו ולא מטפחין טיפוח שהוא לרצונו ר' יונה חברייה חד אמר הכין שרי והכין אסור וחורנה אמר בין הכין ובין הכין אסור ולא ידעין מאן אמר דא ומאן אמר דא מן מה דאמר ר' יונה אית הוה מכין ביומינן והוון מטפחין לאחורי ידיהן בשבתא הוי דו אמר' הכין שרי והכין אסור ר' הוה מסב לר' שמעון בריה עבר ר' מאיר ושמע קלהון אמר רבותינו התירו השבת. Et non complodunt manus. Conplosio quæ sit ex excandescentia. Sicut tu dicis. *Et excandefacta est ira Balac in Balaam, complositque manus suas*. Et non complodunt complosione, quæ sit ad ejus oblectationem. R. Jona socius. Alter dicit, hoc modo est licitum, & illo modo est vetitum, & alter dicit; sive hoc sive illo modo est vetitum, & ignoramus, quis hoc, & quis illud dixerit ex eo quod dicit R. Jona; Isti complodunt dextra sua, & illi complodunt aversa manu in Sabbatho. Hoc dicit, hoc modo est licitum, & illo est vetitum. Rabi discubuit cum R. Simeone filio suo & ipsi complodebant aversa manu in Sabbatho; Pertransiens R. Meir, & audiit eorum sonitum; dixit. Sapientes nostri permiserunt in Sabbatho. Vide plura apud *Gejerum*, de luctu cap. XIV. unde pleraque desumsi.

X. Humicubatio in luctu *Job.* I. 20. ויקם היוב ויקרע את מעלו ויגז ראשו ויפל ארצה וישתחו. *Et surgens Job, scidit pallium suum, & totondit caput suum, & cecidit in terram, & incurvavit se*. Ib. II. 8. והוא ישב בתוך האפר. *Et ipse sedebat in medio cineris*. Ibid. VII. 21. כי עתה לעפר אשכב. *Ecce nunc super pulvere cubabo*. Ibid. 20. 11. ועמו על עפר תשכב. *Et cum eo super pulvere cubabo*. Ibid. 42. 6. ונחמתי על עפר ואפר. *Et me pœnituit cum sim in pulvere & cinere*. *Jos.* VII. 6. *post cladem Israelitarum:* ויקרע יהושע שמלותיו ויפל על פניו ארצה לפני ארון יהוה עד הערב ההוא וזקני ישראל ויעלו עפר על ראשם. *Et scidit Josue vestimenta sua, & cecidit in faciem suam in terram, ipse, & seniores Israel, & fecerunt adscendere pulverem super caput suum*. Et v. 10. ויאמר יהוה אל יהושע קם לך למה זה אתה נפל על פניך. *Et dixit Dominus ad Josue; Surge, ut quid tu cadis super faciem tuam?* 2. *Sam*. 12. 16. ויבקש דוד את האלהים בעד הנער ויצם דוד צום ובא ולן ושכב ארצה ויקמו זקני ביתו עליו להקימו מן הארץ ולא אבה ולא ברא אתם לחם. *Et deprecatus est David Deum propter puerum, & jejunavit David jejunium, & venit, & pernoctavit, & jacuit in terra. Et surgentes seniores domus ejus ad eum, ut surgere facerent eum, at non venit, neque comedit cum eis panem. Et* v. 20. ויקם דוד מהארץ וירחץ ויסך ויחלף שמלתו. *Et surrexit David de terra, & se lavit, & unxit, & mutavit vestimentum suum*. Ibid. cap. 13. 31. de David cum fama percrebuisset de clade filiorum: ויקם המלך ויקרע את בגדיו וישכב ארצה וכל עבדיו נצבים קרעו בגדים. *Et surgens rex, scidit vestes suas, & jacuit in terra, & omnes servi ejus qui adsistebant ei, sciderunt vestes*, 1. *Reg*. 21. 27. *de rege Achabo* ויהי כשמע אחאב את הדברים האלה ויקרע בגדיו וישם שק על בשרו ויצום וישכב בשק ויהלך אט. *Et fuit cum audisset Achab sermones istos, scidit vestes suas, & induit saccum super carnem suam, & jejunavit & jacuit in sacco, & incessit discalceatus*. *Isai*. III. 26. ואנו ואבלו פתחיה ונקתה לארץ תשב *Plangent & lugebunt portæ ejus, & incisa in terra sedebit*. Ib. 29. 4. de Hierusalem. ושפלת מארץ תדברי ומעפר תשח אמרתך והיה כאוב מארץ קולך ומעפר אמרתך תצפצף. *Et humiliaberis, de terra loqueris, & de terra inclinabi-*

nabi-

nabitur ſermo tuus, & erit quaſi pythonis de terra vox tua, & de terra verbum tuum exile. Item XLVII. אמר למלך ולגבירה השפילו שבו כי ירד מראשותיכם עטרת תפארתכם׃ *Dic regi, & dominæ,* (reginæ) *humiliate vos, & ſedete humi, quia deſcendit de capitibus veſtris corona gloriæ veſtræ. Ezra* IX. 3. וכשמעי את הדבר הזה וקעקתי בגדי ומעילי ואמרטה משער ראשי וזקני ואשבה משומם׃ *Cum audiſſem hoc verbum, ſcidi veſtes meas & pallium meum, & evulſi de capillis capitis mei, & barbæ meæ, & conſedi in terra ſtupens. Iſai.* XLVII. 1. רדי ישבי על עפר בתולת בת בבל שבי לארץ אין כסא בת כשדים כי לא תוסיפי יקראו לך רכה וענגה׃ *Deſcende, ſede ſuper pulverem virgo filia Babylonis, ſede in terra, non eſt ſolium filiæ Chaldæorum, quia ultra non vocaberis tenera & delicata.* Et verſ. 5. שבי דומם בחשך בת כשדים כי לא תוסיפי יקראו לך גברת ממלכות׃ *Sede tacens in tenebris filia Chaldæorum, quia non ultra te vocabunt dominam regnorum. Jerem.* XIV. 2. *Thren.* II. 10. ישבו לארץ ידמו זקני בת ציון העלו עפר על ראשם חגרו שקים הורדו לארץ ראשן בתולות ירושלם׃ *Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion, ſparſerunt cinerem ſuper capita ſua, accinxerunt ſaccos, declinarunt in terram capita ſua virgines Hieruſalem.* Ibid. III. 10. יתן בעפר פיהו *Et dedit in pulvere os ſuum. Ezech.* XLIV. 17. de principibus maris. וירדו מעל כסאותם כל נשיאי הים והסירו את מעיליהם ואת בגדי רקמתם יפשטו חרדות ילבשו על הארץ ישבו וחרדו לרגעים ושממו עליך׃ *Et deſcendent de ſoliis ſuis principes maris, & deponent pallia ſua, & veſtes opere phrigionico factas exuent, ſuper terram ſedebunt, & attoniti de repentino caſu admirabuntur ſuper te. Jona* III. 5. de rege Ninive. ויגע הדבר אל מלך נינוה ויקם מכסאו ויעבר אדרתו מעליו ויכס שק וישב על האפר׃ *Cum perveniſſet verbum ad regem Ninive, ſurgens de ſolio ſuo, & tranſtulit paludamentum ſuum ab ſe, & ſe operuit ſacco, & ſedit ſuper cinere.*

Non ſolum in cinere & in pulvere ſedebant, ſed etiam in pulvere & in cinere ſe volutabant. *Jerem.* VI. 26. בת עמי חגרי שק והתפלשי באפר אבל יחיד עשי לך מספד תמרורים׃ *Filia populi mei accinge ſaccum, voluta te in cinere, luctum unigenti fac tibi, planctum amaritudinum.* Ibid. XXV. 34. הילילו הרעים וזעקו והתפלשו׃ *Ululate paſtores, clamate, volutate vos* ſc. *in cinere. Ezech.* XXVII. 27. וירדו מאניותיהם כל תפשי משוט מלחים כל חבלי הים אל הארץ יעמדו והשמיעו עליך בקולם ויזעקו מרה ויעלו עפר על ראשיהם באפר יתפלשו והקריחו אליך קרחה וחגרו שקים ובכו אליך במר נפש מספד מר הנשאו אליך בניהם קינה וקוננו עליך מי כצור כדמה בתוך הים׃ *Et deſcendent de navibus ſuis omnes, qui tenebant remum, nautæ, & univerſi remiges maris in terra ſtabunt & clamabunt, & decalvabunt ſupre te calvitium, & accingent ſaccos, & lugebunt ſuper te in amaritudine animæ planctu amariſſimo, & extollent ſuper te filii eorum lamentationem, & lamentabuntur; Quæ eſt ut Tyrus, quæ obmutavit in medio maris. Mich.* I. 10. בגת לא תגידו בכו לא תבכו בבית לעפרה עפר התפלשתי׃ *In Gath nolite annunciare, luctum ne lugeatis in domo ſuper pulvere, in pulvere te voluta:* Illud התפלשתי *Abarbanel, Raſchi, & Kimchi* per התגלגלי *voluta te in pulvere* declarant; Et *Kimchi* addit התעטפי *obrue te.* Etiam operiebantur cinere. *Thren.* III. 16. הכפישני באפר *Operuit me cinere.* Ubi *Raſchi* ſubvertit me in cinerem ככלי הכפוי׃ ſicut vas inverſum על פיו ſuper ore ſuo.

Humicabatio etiam apud reliquas gentes uſitata. *Curtius* de matre Darii audita morte Alexandri. *Ad Darii quoque matrem celeriter perlata eſt: abſciſſa ergo veſte, qua induta erat, lugubrem ſumſit; laceratiſque crinibus, humi corpus abjecit.*

Ovidius VIII. Metam.

> *Pulvere canitiem genitor, vultuſque ſeniles*
> *Fœdat humi fuſus.*

Similiter ſe in terra volutabant *Lucianus* in luctu: Οἱ *μὲν γὰρ χαμαὶ κυλινδοῦνται πολλάκις, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀράττουσι. Nam illi humi volutantur ſæpenumero, & capita ſolo allidunt.*

XI. Capitis velatio in luctu. 2. *Sam.* XV. 30. de David fugiente ob defectionem filii Abſalon ודוד עלה במעלה הזיתים עלה ובוכה וראש לו חפוי והוא הולך יחף וכל העם אשר אתו חפו איש ראשו ועלו עלה ובכה׃ *Et David adſcendit verticem montis olivarum, adſcendebat & flebat, eique caput erat opertum, & incedebat diſcalceatus, & univerſus populus, qui erat cum eo, unuſquiſque capite operto, & aſcendebant, & adſcendebat. Eſther.* VI. 12. de Haman: והמן נדחף אל ביתו אבל וחפוי ראש׃ *Et Haman repulſus eſt in domum ſuam lugens & operto capite*: Id VII. 8. *Et facies Haman opertæ ſunt* propter iram regis: Jerem. XIV. 3. 4. ואדריהם שלחו צעוריהם למים באו על גבים לא מצאו מים שבו כליהם ריקם בשו והכלמו וחפו ראשם בעבור האדמה חתת כי לא היה גשם בארץ אכרים חפו ראשם׃ *Et fortes eorum miſerunt minimos ſuos ad aquos, euntes ad foſſas, non invenerunt aquas, tulerunt vaſa eorum vacua, pudore ſuffuſi ſunt & afflicti operuerunt*

runt caput suum, propter terram, eo quod non esset pluvia in terra, pudore suffusi sunt bubulci, operuerunt caput suum. Ezech. ולא חעלטה שפם: *Neque velabis mystacem. Dan.* XIII. 32. de Susanna. *At iniqui illi jusserunt, ut discooperiretur (erat enim cooperta) ut vel sic satierentur decore ejus.* Velatam quoque faciem Christi Redemtoris legimus *Marc.* XIV. 65. *Et cæperunt quidam conspuere in eum, & velare faciem ejus.* Et *Luc.* XXII. 64. *Et velaverunt eum:* Consueverant veteres eorum velare facies, qui ad supplicium damnati erant, juxta formulam usitatam. *I lictor colliga manus, verbera, caput obnubito, arbori infelici suspendito.* Ea de causa interfecti velati sepeliebantur.

Virgil. lib. XII.

> *Horum unam juveni supremum mœstus honorem*
> *Induit, arsurasque comas obnubit amictu.*

Vellejus lib. II. De morte Scipionis Africani secundi. *De tanti viri morte nulla habita est quæstio, ejusque corpus velato capite elatum est:* Hinc explicandus *Seneca* de funere Claudii. *Injicit illi manum Talthybius Deorum nuncius, & trahit capite obvelato, nequis posset agnoscere.* Gemara Hierosol. *Moed Katon* 83. תרין בנוי דרבי נפקין חד רישיה מגלי ושליח סנדלוי וחד רישיה מכסי ולביש סנדלוי: Duo filii Rabi egressi sunt, alter capite detecto, & discalceatus, alter capite operto, & calceatus. Gemara Hierosol. *Chetuboth* 35. ציפורייא אמרין מאן דאמר לן דמית רבי אנן קטלין ליה אדיק להון בר קפרה רישיה מכוסי מאנוי מבזעץ: Tsiporienses dixerunt: Siquis nobis dixerit, quod mortuus sit Rabi, eum occidemus: occurrit illis Bar Khapra capite tecto, & vestibus scissis. Filiæ in funere parentum operto, filiæ autem aperto capite incedebant: *Plutarchus* in quæst. Roman. 14. *An quod patres tanquam Deos a maribus coli convenit, quos tamen eosdem filios luctu prosequi magis deceat: An ea lugenti accommodata sunt, quæ sunt inusitata? Consueverunt autem magis, aperto capite mulieres, atque viri contra operto in publicum prodire.* Idem in causis. Οἱ μὲν γὰρ υἱοὶ συγκεκαλυμμέναις, θυγατέρες γυμναῖς ταῖς κεφαλαῖς.

XII. Nudipedalia in luctu. 2. *Samuel* XV. 30. de Davide fugiente propter defectionem filii sui Absalom ודוד עלה במעלה הזיתים עלה ובוכה וראש לו חפוי והוא הולך יחף: *Et David adscendebat verticem montis olivarum, adscendebat, & lugebat, & caput illi erat opertum, & ipse incedebat discalceatus.* 1. *Reg.* XXI. 27. ויהי כשמע אחאב דברים האלה ויקרע בגדיו וישם שק על בשרו וצום וישכב בשק וילך אט: *Et fuit cum audisset Achab hos sermones, discidit vestes suas, & posuit saccum super carnem suam, & jejunavit & cubavit in sacco, & incessit discalceatus. Isai* XX. 2. בעתת ההיא דבר יהוה ביד ישעיהו בן אמוץ לאמר לך ופתחת השקי מעל מתניך ונעלך תחלוץ מעל רגלך ויעש כן הלוך ערום ויחף: *Tempore illo locutus est Dominus ad Isaiam filium Amos, dicendo. Vade; & solve saccum tuum a lumbis tuis, & calceum tuum discalcea a pede tuo; & fac ita; incede nudus & discalceatus.* Ibid. v. 3. ויאמר יהוה כאשר הלך עבדי ישעיהו ערום ויחף שלש שנים אות ומופת על מצרים ועל כוש כן ינהג מלך אשור את שבי מצרים ואת גלית כוש נערים וזקנים ערום ויחף וחשופי שת ערות מצרים: *Et dixit Dominus: Sicut incessit servus meus Isaias nudus, & discalceatus tribus annis, portentum & exemplum super Ægypto, & super Æthiopia, sic ducet rex Assur captivos Ægypti, & super Æthiepiæ juvenes & senes, nudus & discalceatus, apertis natibus ignominiam Ægypti. Jerem.* II. מנעי רגלך מיחף *Prohibe pedem tuum a discalceatione. Ezech.* XXIV. 16. 17. ויהי דבר יהוה אלי לאמר בן אדם הנני לקח ממך את מחמד עיניך במגפה ולא תספד ולא תבכה ולא תבוא דמעתך האנקום מתים אבל לא תעשה פארך חבוש עליך ונעליך תשים ברגליך ולא תעטה שפם: *Et fuit, locutus est Dominus ad me, dicens. Fili hominis; ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plaga, neque planges, neque lugebis, neque defluet lacryma tua; ingæmisce tacens, mortuorum luctum non facies, & mitram tuam impones tibi, & calceos tuos pones in pedibus tuis, neque velabis mystacem.* Gem. Hierosl. *Taanith* ad cap. I. Misnæ *Tanith* בנעלי של סנדל תני כל אילו שאמרו אסורין בנעילת סנדל יצא לדרך נועל הגיע לכרך חולץ וכן באבל וכן במנודה אית תני יוצאין באנפיליא של בגד מאן דאמר אין יוצאין באמפיליא של עור ר' יהושע בן לוי בליל צומא רבא נפק לגביה לביש סולייסיה אמר ליה מהו הכין אמר ליה איסתניס אני ר' יהושע בר נחמן סלק גבי ר' יהושע בן לוי בלילי תעניתה נפק לגביה סולייסיה אמר ליה מהו הכין אמר ליה איסתניס אני ר' שמי חמיעיה נפק לביש סלייסיה בלילי תעניתה חד תלמיד מן דר' מנא הורי לחד מן קריבוי דנשייא למלבוש סולייסיה אמר ליה מן הדא דר' יהושע בן לוי אמר איסתניס אני: Indutione calcei. Traditio. Isti omnes, de quibus dictum est, quod sit interdicta indutio calcei, si egrediantur ad iter, induent, quando pervenerint ad urbem exuent. Et similiter in lugente, & in excommunicato. Est qui docet, quod possint egredi cum empiliis in die expiationum, est qui docet, quod non pos-

poſſint egredi. Dicit R. Chaſda; Qui dicit quod poſſint egredi poſſunt egredi empiliis laneis; qui dicit quod non poſſint egredi, non poſſunt egredi cum empiliis pelliceis. R. Iſaach bar Nachman adſcendit ad R. Jehoſua ben Levi noctibus jejunii magni, egreſſus eſt ad eum indutus ſoleis. Dixit illi: Quid ita? Reſpondit: Ægrotus ſum: R. Jehoſua bar Nachman adſcendit ad R. Jehoſua ben Levi in noctibus jejunii, egreſſus eſt ad eum indutus ſoleis. Dixit illi. Quid ita? Reſpondit: Ægrotus ſum: R. Same Chamuniah egreſſus eſt indutus ſoleis in noctibus jejunii. Quidam ex diſcipulis R. Mena docuit quemdam de propinquis principis, quod liceat induere ſoleas. Dixit illi ex eo quod putat R. Jehoſua ben Levi; Etenim dicit R. Jehoſua ben Levi. Ægrotus ſum. *Hieronymus* in conſol. ad Paulam. *Flenteſque hodie Judæi, & nudatis pedibus, in pulvere volutati ſacco incubant.*

Græci etiam in luctu nudipedes incedebant. Autonoe plangit Actæona filium apud *Nonnum* in Dionyſiacis lib. v.

> —— *materni affectus dolore*
> *Diſcalceata, ſine vitta* (Νήλιπος ἀκρήδεμνος)

Et iterum.

> *Vagantibus vero pedibus pertranſiens dorſum ſylvæ*
> *Aſperi pede calcavit difficilia aditu dorſa montis*
> *Soluta tunica, ſine calceis* (Λυσιχίτων ἀπέδιλος)

Iterum lib. x. in morte Hymni a Nicæa necati:

> —— —— *in arborea domo*
> *Royndacis aquam portans ſine ſandaliis gemebat puella,*
> *Najades vero flebant.*

Romani quoque in luctu nudipedes. *Svetonius* in Auguſto cap. x. *Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis, tunicati, & diſcincti, pedibuſque undis, ac in Mauſolæo condiderunt.* Id factum pro reverentia, & obſervantia ſcribit *Kirchmannus* lib. III. de funer. Roman. cum id non fuerit obſervatum in reliquis funeribus.

Crepidis calceorum loco aliquando Romani uſi ſunt, quæ ſoleæ dicebantur, quæ plantam infime, non ſuperne tegebant. *Tacitus* Annal. II. cap. 59. *Multa Germanicus in vulgus grata uſurpavit, ſine milite incedere, pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu, Publii Scipionis æmulatione, quem eadem factitaviſſe apud Siciliam, quamvis flagrante Pœnorum bello:* Hinc apud *Agellium* legitur lib. XIII. cap. 21. *Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ tegentur, cetera prope nuda, & feretribus haberis vincta ſunt, ſoleas dixere nonnunquam voce Græca crepidas.* Hinc conciliari poſſunt dicta Chriſti ſervatoris apud *Matthæum* x. 10. & *Lucam* x. 4. cum his quæ leguntur *Marc.* VI. 9. ubi jubentur Apoſtoli calceati incedere, quod in prioribus locis prohibetur. Scilicet ὑποδήματα, qua voce duo priores Evangeliſtæ utuntur, quæ totum pedem tegebant, prohibentur, & permittuntur *Sandalia*, ſicut legitur apud *Marcum*, quæ erant ſoleæ, quæ non integrum pedem, ſed pedis plantam tantum operiebant. Et Act. XII. 8. dicitur Petrus *Sandaliis* fuiſſe uſus.

Veterum calcei cruribus alligabantur; Hinc *vincula* & *vincla* pro calceamentis. *Virgilius* Æneid. VIII.

> *Unum exuta pedem vinclis in veſte recincta.*

Ovidius.

> *Arida de vinclis crura reſolve tuis.*

Idem III. Metamorph.

> *Vincla duo pedibus demunt.*

Et lib. I. Faſt.

> *Impediunt teneras vincula nulla pedes.*

Lib. II. Faſt.

> *Scindebant magni vincula parva pedes.*

Lib. III. Faſt.

> *Nec quiſquam invita faciet bene vincula plantæ.*

Lib. v. Faſt.

> —— *habent gemini vincula nulla pedes.*

Propertius lib. I. leg. 4.

> *Vinclaque de niveo detrahet ipſe pedes.*

Ovi-

Ovidius item lib. III. de arte amandi.

> *Cum poſſit ſolea chartas celare ligatas*
> *Et vincto blandas ſub pede ferre notas.*

Hinc illuſtratur illud Marc. I. 7. *Venit fortior me poſt me, cujus non ſum dignus procumbens ſolvere corrigiam calceamentorum ejus. Luc.* III. 16. *Veniet autem fortior me, cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus.* Vid. *Johann.* I. 27.

XIII. Jejunium in luctu. Plerumque jejunium in ſacro textu cum luctu conjunctum legitur. 2. *Sam.* I. 11. 12. ויחזק דוד בבגדיו ויקרעם וגם כל האנשים אשר אתו ויספדו ויבכו ויצמו עד הערב על שאול ועל יהונתן בנו ועל עם יהוה ועל בית ישראל כי נפלו בחרב: *Et apprehendit David veſtes ſuas, ſcidit eas, pariterque omnes viri, qui erant cum eo, & planxerunt, & luxerunt, & jejunarunt uſque ad veſperam pro Saul, & pro Jonathan filio ejus, & pro populo Domini, & pro domo Iſrael, quod ceciderint gladio.* Ibid. XII. 16. ויבקש דוד את האלהים בער הנער ויצם דוד צום ובא ולן ושכב ארצה ויקמו זקני ביתו עליו להקימו מן הארץ ולא אבה ולא ברא אתם להם: *Et deprecatus eſt David Deum, pro puero, & jejunavit David jejunium, & venit, & pernoctavit, & jacuit in terra; & ſurrexerunt ſenes domus ejus, ut eum ſurgere facerent de terra, at non venit, neque comedit panem cum eis.* Ibid. verſ. 22. ויאמרו עבדיו אליו מה הדבר הזה אשר עשיתה בעבור הילד חי צמת ותבך וכאשר מת ילד קמת ותאכל לחם ויאמר בעוד הלד חי צמתי ואבכה כי אמרתי כי יודע יחנני יהוה וחי הילד ועתה מת למה זה אני צם: *Et dixerunt ei ſervi ejus; Qua de cauſa hoc feciſti? Propter puerum vivum jejunaſti, & luxiſti, & poſtquam mortuus eſt puer, ſurrexiſti, & comediſti panem? Reſpondit. Dum adhuc viveret puer, jejunavi, & flevi, & dixi; Quis ſciat, an miſereatur mei Dominus, & vivat puer? At nunc cum mortuus ſit, cur ego jejunabo?* 1. *Reg.* XXI. 27. כשמע אחאב את הדברים האלה ויקרע בגדיו וישם שק על בשרו ויצום וישכב בשק ויהלך אט: *Cum audiſſet Achab hos ſermones, ſcidit veſtes ſuas, & ſaccum ſuper carnem ſuam, & jejunavit in ſacco, & inceſſit nudus.* 1. *Chron.* X. 12. ויקומו כל איש חיל וישאו כל גופת שאול ואת גופת בניו ויביאום יבישה ויקברו את עצמותיהם תחת האלה ביבש ויצומו שבעת ימים: *Et ſurrexerunt ſinguli viri exercitus, & tulerunt corpus Saul, & corpus filiorum ejus, & adduxerunt arida, & ſepelierunt oſſa eorum ſub quercu, quæ erat in Jabes, & jejunarunt ſeptem dies. Nehem.* IX. 1. נאספו בני ישראל בצום ובשקים ואדמה עליהם: *Convenerunt filii Iſrael in jejunio in ſaccis, & terra ſuper eos. Eſther* IV. 3. de Judæis flentibus propter decretum regis Aſſueri. אבל גדול ליהודים וצום ובכי ומספד שק ואפר יצע לרבים: *Luctus magnus Judæis, fletus, & jejunium, & fletus, & planctus, ſaccus, & cinis, ſtratum pro multis*[!]. Ibid. verſ. 16. לך כנוס את כל היהודים בשושן וצומו עלי ואל תאכלו ואל תשתו שלשה ימים לילה ויום גם אני ונערתי אצום: *Vade, & congrega omnes Judæos, qui ſunt in Suſan, & jejunate pro me, & nolite comedere neque bibere per tres dies, neque nocte neque interdiu, ego quoque cum puellis meis jejunabo. Pſal.* LXIX. 11. ואבכה בצום נפשי. *Et luxi in jejunio anima mea. Dan.* IX. 3. בצום ושק ואפר. *In jejunio, & ſacco, & cinere. Joel.* II. 12. ובצום ובבכי ובמספד. *In jejunio, in luctu, & in planctu. Jon.* III. 6. ויגע הדבר אל מלך נינוה ויקם מכסאו ויעבר אדרתו מעליו ויכס שק וישב על אפר ויזעק ויאמר בנינוה מטעם המלך וגדליו לאמר האדם והבהמה הבקר והצאן אל יטעמו מאומה אל ירעו מים אל ישתו ויתכסו שקים האדם והבהמה: *Et pervenit fama ad regem Ninive, & ſurgens de ſolio ſuo, tranſtulit a ſe paludamentum ſuum & operuit ſe ſacco, & ſedit ſuper cinere. Et exclamavit, & dixit: In Ninive juſſu regis, & magnatum ejus dicendo; Homo, & pecus, bos, & ovis ne guſtent quicquam, nec paſcantur, & aquas ne bibant: Et operuerunt ſe ſaccis homo, & pecora: Zachar.* VII. 5. כי צמתם וספוד בחמישי ובשביעי וזה שבעים שנה הצום צמתני אני: *Cum jejunaſti, & planxiſti in quinto, & in ſeptimo, his ſeptuaginta annis, num jejunium jejunaſti mihi?*

Judæi celebrant adhuc quatuor ſolennia jejunio in maximo luctu in memoriam cladium quibus olim afflicti ſunt, putantque ea a Zacharia indicta fuiſſe cap. VIII. 19. כה אמר יהוה צבאות צום הרביעי וצום חשביעי השעירי לבית יהורה לששון ולשמחה ולמערים טובים: *Sic dicit Dominus: Jejunium quarti*[!], *& jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi erit domum Juda in lætitiam, & in gaudium, & in ſolemnitates optimas.* Hæc omnia uberima exponuntur in tractato Miſnico & Gemarico *Taanith*. Gemara Hieroſolym. *Taanith* 68. 1. תני רבי שמעון בן יוחי עקיבה רבי היה דורש כה אמר יי׳ צבאות צום הרביעי וצום החמישי וצום השביעי וצום העשירי יהיה לבית ישראל לששון ולשמחה צום הרביעי זה שבעה עשר בתמוז יום שנשתברו הלוחות ובטל התמיד והובקעה העיר ושרף אפוסטומוס את התורה והעמיד

והעמיד צלם בהיכל צום החמישי זה תשעה
באב שבו חרב הבית בראשונה ובשנייה צום
השביעי זה שלשה בתשרי שנהרג בו גרליה
בן אחיקם צום העשירי זה עשרה בטבת
יום שסמך מלך בבל על ירושלם והובקעה
העיר כתיב בתשעה לחרש הובקעה העיר ואת
אמר הבין אמר ר׳ תנחום בר חנילאי קילקול
חשבונות יש כאן הדא היא דכתיב ויהי
בעשתי עשרה שנה באחד לחרש היה דבר
יי׳ אלי לאמר בן ארם יען אשר אמרה צור
על ירושלם האח מהו האח אין תימר באחד
באב עדיין לא נשרף אין תימר באחד באלול
ביום ולילה נפק בלדרה מן ירושלם ואתי
לצור אלא קילקול חשבונות יש כאן ר׳ יוחנן
רבי שמעון בן לקיש רבי יוחנן אמר למלך
שהיה יושב ומחשב חשבונות באו ואמרו לו
נשבה בנך ונתקל קלו חשבונותיו אמר יעשה
זה ראש לחשבונות רבי שמעון בן לקיש אמר
למלך שהיה יושב ומחשב חשבונותיו באו
ואמרו לו נשבה בנך ונתקרש אמר ייעשה זה
ראש לחשבונות ר׳ מנא בעי ניחא נתקלקלו
לשעבר דילמא להבא בין כמאן דאמר
בתשעה לחרש בין כמאן דאמר בשבעה
עש׳ מה ביניהון עשרי׳ ואחר יום מיו׳ שהובקעה
העיר ועד יום שחרב בית המקרש אמר רבי
אבונה סימנא מקל שקר אני רואה מה הלוז
הזה משהוא מוציא את ניצו ועד שהוא גומר
את פירותיו עשרים ואחד יום כך מיום
שהובקעה העיר ועד יום שחרב הבית עשרים
ואחד יום מאן דאמר בתשעה לחדש באחד
באב חרב הבית מאן דאמר בשבעה עשר
בתשעה באב חרב הבית תני רבי שמעון בן
יוחי עקיבה רבי היה דורש בה אמר יי׳ צבאות
צום הרביעי וצום החמישי וצום השביעי
וצום העשירי וגו׳ צום הרביעי זה שבעה עשר
שתמוז שנשתברו הלוחות ובטל התמיר
והובקעה העיר ושרף אפוסטומוס את התורה
והעמיד צלם בהיכל צום החמישי זה תשעה
באב שבו חרב הבית בראשונה ובשנייה צום
השביעי זה שלש׳ בתשרי יום שנהרג בו גרליה
בן אחיקם צום העשירי זה עשרה בטבת שבו
סמך מלך בבל על ירושלם הדא היא דכתיב
ויהי דבר יי׳ אלי בשנה התשיעית בחרש
העשירי בעשור לחרש לאמר בן ארם כתב
לך את שם היו׳ את עצם היום הזה סמך
מלך בבל על ירושלם ואני אומר צום העשירי
זה חמשה בטבת יום שבאת שמועה לגולה
הדא היא דבתיב ויהי בעשתי עשרה שנה
בחמישי לחרש בגלותינו בא אלי הפליט
מירושלם לאמר הובקעה העיר אלא שביהודה
מתענין על המעשה ובגליות על השמועה
ר׳ עקיבה דורש ראשון אחרון ואחרון ראשון
ואני דורש ראשון ראשון ואחרון אחרון ואני
רואה את דבריי מדברי רבי עקיבה ושרף
אפוסטומוס את התורח איכן שרפה ר׳ אחא
אמר במעברתא דלוד ורבנן אמרי במעברתא
הטרלוסה והעמיד צלם בהיכל אית תניי תני
הועמד מאן דאמר הועמד צלמו של מנשה
מאן דאמר העמיד צלמו של אפוסטומוס
מפני מה לא קבעו אינו תענית חיננא אבוי
דבר ינטה בשם רבי בנייה שלא קיבלו רוב
ציבור עליהם אמר ר׳ יהושע בן לוי כל מח

שנעשה בזה חזר וכל מה שנעשה בזה לא חזר :
Traditio R. Simeon ben Jochai; Rabi exponebat: *Sic dicit Dominus exercituum. Jejunium quarti, jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi erit domui Israel in gaudium & lætitiam. Jejunium quarti;* Hic est dies decimus septimus Tamuz, in quo fractæ sunt tabulæ, & abolitum fuit sacrificium juge, & fissa fuit civitas, & Apostemus combussit legem, & statutum est simulacrum in templo: *Jejunium quinti*. Hæc est dies nona Ab, in qua diruta fuit domus tam prima, quam secunda. *Jejunium septimi.* Hæc est dies tertia Tisri, in qua occisus fuit Gedaliah filius Achikam. *Jejunium decimi*. Hæc est dies decima Tebet, dies in qua rex Babel confirmatus est super Hierusalem, & fissa est civitas. Scriptum est: *Die nona mensis aperta est civitas*. Et tu ita dicis? Hoc est quod scriptum est. *Et factum est decimo anno, prima die mensis, & factum est verbum Domini ad me dicendo: Fili hominis pro eo, quod dixit Tyrus de Hierusalem; Euge:* Quid *Euge?* Si dicas prima die Ab, nondum fuerat combusta. Si dicas die prima Elul, die & nocte egressus est cum illusione de Hierusalem, & venit Tyrum. At depravatio supputationis hic est. R. Jochanan, & R. Simeon ben Lakisch; R. Jochanan dicit: Simile est regi, qui sedens computat supputationes. Venientes dicunt illi: Captivus factus est filius tuus, & depravantur ejus supputationes. Dicit: Fiat hoc principium supputationum. R. Simeon ben Lakisch dicit: Simile est regi, qui sedens computat supputationes: Venientes dicunt illi: Captivus factus est filius tuus, & desponsatus est. Dicit: Fiat hoc principium supputationum. R. Mena quæsivit: Recte depravatæ sunt pro tempore præterito, num forte pro futuro? Inter eum qui dicit septima die mensis, & eum qui dicit decima septima, quid intercedit? Dies una & viginti a die, qua fissa est civitas, usque ad diem, qua diruta fuit, domus sanctuarii. Dicit R. Akiba: Hoc est signum. *Virgam vigilantem ego video*. Sicut hæc amygdala, postquam produxit flores donec perficiantur fructus, requiritur intervallum unius & viginti dierum; ita pariter a die, qua fissa est civitas, usque ad diem qua diruta fuit domus sanctuarii, intervallum fuit unius & viginti dierum: Qui dicit nona die mensis, prima die Ab diruta fuit domus; qui dicit die decima septima, die nona Ab diruta fuit domus. Traditio R. Simeon ben Jochai, Akiba: Rabi exposuit: *Ac dicit Dominus exercituum: Jejunium*

nium quarti, *& jejunium quinti*, *& jejunium ſeptimi*, *& jejunium decimi &c.* *Jejunium quarti*. Hæc eſt dies ſeptima Tamuz, in qua fractæ ſunt tabulæ, & abolitum fuit ſacrificium juge, & fiſſa eſt civitas, & combuſſit Apoſtemus legem & ſtatutum eſt ſimulacrum in templo. *Jejunium quinti*. Hæc eſt dies nona Ab, in qua diruta fuit domus tam prima quam ſecunda. *Jejunium ſeptimi*. Hæc eſt dies tertia Tiſri, in qua occiſus fuit Gedaliah filius Achikam. *Jejunium decimi*. Hæc eſt dies decima Tebet, in qua rex Babel confirmatus eſt ſuper Hieruſalem. Hoc eſt quod ſcriptum eſt. *Et factum eſt verbum Domini ad me anno nono, menſe decimo, decima die menſis, dicendo. Fili hominis ſcribe tibi nomen diei hujus, in quo confirmatus eſt rex Babylonius adverſus Hieruſalem*. At ego dicam *jejunium decimi*. Hic eſt dies quintus Tebet, dies quo pervenit fama ad captivitatem. Hoc eſt quod ſcriptum eſt: *Et factum eſt decimo anno quinto die menſis captivitatis noſtræ venit ad me, qui fugerat de Hieruſalem dicens: Vaſtata eſt civitas*. At in Judæa jejunant propter factum, & in captivitate propter famam. R. Akiba expouit prius poſterius. At ego expono prius prius, & poſterius poſterius: Et probabiliora mihi videntur mea verba præ verbis R. Akiba: Et combuſſit Apoſtemus legem. Ubi conbuſſit? R. Acha dicit: in trajectu Lud: Et ſapientes dicunt. In trajectu Tarluſac. Et ſtatutum eſt ſimulacrum in templo: Eſt qui dicit, quod ſtatutum fuerit ſimulacrum Manaſſe: Eſt qui dicit, quod ſtatutum fuerit ſimulacrum Apoſtemi. Qua de cauſa non conſtituerunt jejunium? Chinna Abaje bar Inatha nomine R. Benajah: Quia non accepit ſuper ſe major pars cœtus. Dicit R. Jehoſua ben Levi: Quod in hoc factum eſt, innovabitur, & quod in illo factum eſt, non innovabitur.

Horum jejuniorum ſolemnitas deſcribitur in Gemara Hieroſol. *Taanith* 65.
סדר תעניות כיצד כו' א"ר חייה בר בא ולמה יוצאין לרחובה של עיר לומר חשבינו כאילו גולים לפניך אמר רבי יהושע בן לוי לפי שנתפללו בצינעה ולא נענו לפיכך יצאו לחוץ ויתפרסמו אמר רבי חייה בר בא ולמה מוציאין את התיבה לרחובה של עיר לומר כלי אחד של חמדה שהיה לנו נרמו עונותינו שיתבזה ר' חונה רבה דציפורין אמר אבותינו חיפו אותו זהב ואנו חיפינו אותו אפר אמר רבי יעקב דרומיא ולמה תוקעין בקרנות לומר חשבינו כאילו נועים כבהמה לפניך אמר ר' לוי ולמה יוצאין בין הקברות לומר חשבינו כאילו מתים לפניך אמר רבי תנחומה וכולהן בה אם מיתה אנו חייבין הרי מתים אם גלות הרי גולים אם רעבון הרי רעבים ונותנין אפר מקלה על גבי התיבה על שם עמו אנכי בצרה אמר רבי זעורה כל זמן דהוינא חמי לון עבדין כן הוה גופי רעד ביומוי דרבי אילא הוון שבקין אקונא ועלליז לון אמר ליה רבי זעורה לא כן תני לא להיו מתחלפין עליה כל היום אלא אחד היה יושב ומשמרה כל היום רבי יורן בי רבי מנשה ורבי שמואל בר נחמן חד אמר כדי להזכיר זכותו של אברה' וחורנה אמר כדי להזכיר זכותו של יצחק מאן דאמר כדי להזכיר זכותו של אברהם בין עפר בין אפר על שם ואנבי עפר ואפר מאן דאמור בדי להזכיר זכותו של יצחק ובלבד אפר רואין אפרו של יצחק באילו צבור על גבי המזבח רבי יודה בר פזי בר הוה נפק לתעניתא הוה אמ' קומיהון אחינן כל מאן דלא מטא שמשא לגביה יסב עפר ויתן נו רישיה ובראש הנשיא אמר רבי תחליפא קיסריא כדי לפרסמו לא דומה המתבזה מעצמו למתבזה מאחר כתיב יצא חתן מחדרו וכלה מחופתה יצא חתן מחדרו זה ארון וכלה מחופתה זה התורה דבר אחר יצא חתן מחדרו זה הנשיא וכלה מחופתה זה אב בית דין ר' חלבו אמר לרבי יורן נשייא פוק עימן וצערך עבר:
Ordo jejuniorum quomodo &c.? Dicit R. Chijah bar Ba. Cur egrediuntur in plateam civitatis? Dicit: Reputamur quaſi iſti captivi coram te. Dicit R. Jehoſua ben Levi. Quia orarunt in occulto, & non ſunt exauditi, idcirco foris egrediuntur, ut manifeſtentur; Dicit R. Chijah bar Ba. Cur educunt arcam in plateam civitatis? Dicit: Vas unum pretioſum fuit nobis, & effecerunt iniquitates noſtræ, ut ſperneretur. R. Huna Rabba ex Tſitpori dicit. Patres noſtri illam obduxerunt auro, & nos obducimus cinere. Dicit R. Jacob meridionalis: & cur clangunt cornibus? Dicit: Reputamur quaſi iſti mugientes ſicut pecus coram te. Dicit R. Levi: Et cur egrediuntur inter ſepulcra? Dicit: Reputamur ſicut iſti mortui coram te. Dicit R. Tanchuma. Et hæc omnia ibi ſunt: Si mortis ſumus rei, ecce mortui ſumus; ſi exilii rei ſumus, ecce exulamus; ſi famis, ecce eſurimus. Et imponunt cinerem combuſtum ſuper arcam: Eo quod dictum eſt. *Cum ipſo ſum ego in tribulatione:* Dicit R. Zeheca; Quando video illos ita facientes, ego ipſe commoveor. Diebus R. Ela deſernerunt arcam, & ingreſſi ſunt. Dixit illis R. Zehera: Non ita extat traditio. Se non mutant toto die, ſed unus ſedens illam cuſtodit toto die. R. Jodan diſcipulus R. Menaſſe, & R. Samuel bar Nachman, alter dicit, ut memorentur merita Abraham, & alter dicit, ut memorentur merita Iſaach. Qui dicit, ut memorentur merita Abraham, ſive ſit pulvis ſive cinis. Idcirco ſcriptum eſt:

Et

Et ego ſum pulvis & cinis. Qui dicit; ut memorentur merita Iſaach, dummodo ſit cinis. Conſiderant cinerem Iſaach quaſi concervatum ſuper altare. R. Jehuda bar Pazi, quando ingrediebatur in jejunium, dicebat coram illis: Fratres noſtri unuſquiſque ſuper quem non occidit ſol, ſumat pulverem & imponat capiti ſuo: & in capite principis. Dicit R. Tachalpha Cæſarienſis ut manifeſtetur. Non aſſimilatur is, qui ſeipſum contemnit illi, qui ab alio contemnitur. Scriptum eſt: *Egredietur ſponſus de cubiculo ſuo*. Hæc eſt arca. *Et ſponſa de thalamo ſuo*. Hæc eſt lex. Alia expoſitio: *Egredietur ſponſus de cubiculo ſuo*. Hic eſt princeps. *Et ſponſa de thalamo ſuo*. Hoc eſt ſynedrium. R. Cholbo dixit ר׳ R. Jodam principi. Egredere nobiſcum, & dolor tuus præteribit, Miſna *Taanith* cap. II. סדר תעניות כיצד
מוצאין את התיבה לרחובה של עיר
ונותנין את אפר מקלה על התיבה ובראש
הנשיא ובראש אב בית דין וכל אחד ואחד
נוטלו ונותן בראשו הזקן שבהן אומר לפניהם
דברי כובשין אחינו לא נאמר באנשי נינוה
וירא אלהים את שקם ואת תעיתם אלא
וירא אלהים את מעשיהם כי שבו מדרכם
הרעה ובקבלה מהו אומר וקרעו לבבכם ואל
בגדיכם ושובו אל יהוה אלהיכם. Ordo jejuniorum qualis? Educebant arcam in plateam civitatis, eique imponebant cinerem combuſtum, ſimul imponebatur cinis capiti principis, & capiti patris ſynhedrii, & ſinguli ſumebant, & imponebant capiti ſuo, & ſenex, qui erat inter eos, dicebat coram illis verba pœnitentiæ. Fratres noſtri, non dictum eſt de Ninivitis; & reſpexit Deus ſaccum eorum, & jejunium eorum; ſed dictum eſt: *Et vidit Deus opera eorum; quod receſſerint a viis eorum malis:* Et in traditione dicit. *Scindite corda veſtra, non veſtimenta veſtra, & revertimini ad Dominum Deum veſtrum*.

XIV. Clamor & ululatus, væ frequens in luctu 2. *Sam.* XIII. 19. de Thamar vim paſſa: ותקח חמר אפר על ראשו
וכתנת הפסים אשר עליה קרעה ותשם ידה
על ראשה והלוך וזקעת. *Et ſumſit Thamar cinerem ſuper caput ſuum, & tunicam verſicolorem, quæ erat ſuper eam ſcidit, & poſuit manum ſuam ſuper caput ſuum, & abiit, & clamavit*. *Eſther* 4. I.
ומרדכי ידע את כל אשר נעשה ויקרע
מרדכי את בגדיו וילבש שק ואפר ויצא
בתוך העיר ויזעק זעקה גדולה ומרה. *Et Mardocheus cum noſſet ea quæ facta ſunt, ſcidit Mardocheus veſtes ſuas, & induit ſaccum & cinerem, & exiit in medium civitatis, & clamavit clamorem magnum, & amarum*. *Iſai.* 13. 16. הלילו כי קרוב יום
יהוה כשד משדי יבוא על כן כל ידים תרפינה
וכל לבב אנוש ימס. *Ululate, quia prope eſt dies Domini, quaſi vaſtitas ab omnipotente veniet; idcirco omnes manus diſſoluentur & omne cor hominis contabeſcet*. Ibid. XIV. 31. הלילי שער זעקי עיר נמוג
פלשת כלך כי מצפון עשן בא ואין בודד
במועדיו. *Ulula porta, clama civitas, quia diſſoluta eſt Philiſtæa omnis, quoniam ab aquilone fumus veniet, & non eſt qui effugiat agmen ejus*. XV. I. משא מואב כי בליל
שד עיר מואב נדמה כי בליל שדד קיר מואב
נדמה עלה הבית ודיבן הבמות לבכי על נבו
ועל מידבה מואב יליל בכל ראשיו קרחה
כל זקן גרועה בחוצתיו חגרו שק על גגותיה
וברחבתיה כלה יליל ירד בבכי ותזעק
חשבון והלעלה עד יהץ נשמע קולם. *Onus Moab, quia nocte devaſtata eſt civitas Moab, tacuit, quia nocte devaſtatus eſt murus Moab, tacuit: Adſcendit domum, & Dibon ad excelſa ad lugendum ſuper Nebo, & ſuper Medaba: Moab ululavit; In omnibus capitibus ejus calvitium, omnis barba abraſa: In viis ejus accincti ſunt ſacco, ſuper tectis ejus & in plateis ejus, omnis ululatus deſcendit in luctum. Clamavit Heſebon, & Eleale, uſque Jaſe audita eſt vox eorum;* Ib. XVI. 7. 10. לכן יליל מואב למואב
כלה יליל לאשישי קיר חרשת. *Idcirco ululabit Moab ad Moab, ululabit ad fundamenta muri lateritii*. Ibid. 23. I. משא צר
הילילו אניות תרשיש כי שדד מבית מבוא
מארץ כתים נגלה למו. *Onus Tyri: Ululate naves maris, quia deprædata eſt ex domo unde veniebat, de terra Cethim revelatum eſt eis*. Ibid. v. 6. הילילו ישבי אי.
Ululate habitatores inſulæ. Ibid. v. 15.
הילילו אניות תרשיש כי שדד מעזכן *Ululate navis Tharſis, quia devaſtata eſt fortitudo veſtra* Ibid. 24. II. צוחה על היין
בחוצות ערבה כל שמחה גלה משוש הארץ
Clamor ſuper vino in viis, obſcurata eſt omnis lætitia, exulavit gaudium terræ. Ibid. 52. 5. ועתה מה לי כה נאם יהוה כי
לקח עמי חנם משלו והילילו. *Et nunc quid mihi eſt hic? Dicit Dominus. Venundatus eſt populus meus gratis; Dominabuntur, & ululabunt*. Ibid. 65. 19. וגלתי בירושלם
וששתי בעמי ולא ישמע בה עוד קול בכי
וקול זעקה. *Et jubilabo, & lætabor in Hieruſalem in populo meo, & non audietur in ea amplius vox fletus, & vox clamoris*. *Jerem.* 4. 8. על זאת חגרו שקים ספדו
והילילו כי לא שב חרון אף יהוה ממנו.
Idcirco præcingite ſaccos, plangite, & ululate, quia non ceſſavit ira furoris Domini a nobis. Ibid. 18. 22. לכן תן את בניהם
לרעב והגרם על ידי חרב ותהיינה נשיהם
שכלות ואלמנות ואנשיהם יהיו הרגי מות
בחוריהם מכי חרב במלחמה תשמע זעקה
מבתיהם. *Idcirco da filios eorum in famem & deduc eos in manus gladii, ſint mulie-*

res eorum ſine filiis, & viduæ, & viri eorum occidantur morte, juvenes eorum confediantur gladiis in bello: Audiatur clamor ex domibus eorum. Ibid. 20. 16. ושמע זעקה בבקר ותרועה בערת צהרים. *Et audietur clamor ejus mane, & vociferatio in tempore meridiano.* Ibid. 25. 34. הילילו הרעים וזעקו והתפלשו אדירי הצאן כי מלאו ימיכם כי שדד לטבוח ותפוציתיכם ונפלתם ככלי חמדה ואבד מנוס מן הרעים ופליטה מאדירי הצאן קול צעקת הרעים ויללת אדירי הצאן כי שדד יהוה את מרעיתם. *Ululate paſtores, & clamate, & volutate vos in cinere magnates gregis, quia completi ſunt dies veſtri ut mactemini, & diſperſiones veſtræ, & cadetis quaſi vaſa pretioſa, & peribit fuga a paſtoribus & ſalvatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris paſtorum, & ululatus optimatum gregis, quia vaſtavit Dominus paſcua eorum.* Idid. 30. 15. מה תזעק על שברך. *Quid clamas ſuper contritione tua?* Ibid. 47. 2. כה אמר יהוה הנה מים עלים מצפון והיו לנחל שוטף וישטפו ארץ ומלואו עיר יושבי בה וזעקו האדם וילל כל יושב הארץ. *Sic dicit Dominus: Ecce aquæ adſcendunt ab aquilone, & erunt in torrentem inundantem, & inundabunt terram, & implebunt urbem, & habitatoree ejus, & ciamabunt homines, & ululabunt omnes habitatores terræ.* Ibid. 48. 4. קול צעקה מחרונים שד ושבר גדול נשברה מואב השמיעו זעקה צעוריה. *Vox clamoris de Oronaim, vaſtatio, & contritio magna; In contritione Moab audivimus clamorem parvulorum.* Ibid. v. 20. הביש מואב כי חתת הילילו ויזעקו הגידו בארנון כי שדד מואב. *Erubuit Moab, quia victus eſt; ululate & clamate, annunciate in Arnon, quoniam vaſtatus eſt Moab.* Ibid. v. 31. על כן על מואב הילילו ולמואב כלה אזעק. *Idcirco ſuper Moab ululabo, & ad Moab univerſum clamabo.* Ibid. v. 37. כי כל ראש קרחה וכל זקן גרעה על כל ידים גדדת ועל כל מתנים שק על כל גגות מואב וברחבתיה כלה מספד. *Super omne caput calvitium, & omnis barba abraſa, & ſuper omnem manum lancinatio, & ſuper omnes lumbos ſaccus; ſuper omnia tecta Moab, & in plateis ejus totus erit planctus.* Ibid. 49. 2. לכן הנה ימים באים נאם יהוה והשמעתי אל רבת בני עמון תרועה מלחמה והיתה לתל שממה ובנתיה באש תצתנה וירש ישראל את יורשיו אמר יהוה הילילי חשבון כי שדדה עי צעקנה בנות רבה חגרנה שקים ספדנה והתשוטטנה בגדרות כי מלכם בגולה ילך כהניו ושריו יחדיו. *Idcirco ecce dies veniunt, dicit Dominus; auditum faciam ſuper Rabbath filiorum Ammon clangorem belli, et erit in tumulum, et villæ ejus igne conbuſtæ erunt, et hereditabit Iſrael hæredes ſuos; dicat Dominus; Ulula Heſebon, quia devaſtati eſt Hai; clamate filiæ Rabba, accingite ſaccos, plangite et vagemini per ovilia, quia Melcom in captivitatem abibit, ſacerdotes ejus, et principes ejus ſimul* Ibid. L. 49. מקול נתפשה בבל נרעשה ארץ וזעקה בגוים נשמע. *A voce captivitatis Babel commota eſt terra, et clamor in gentibus auditus eſt.* Ibid. LI. 8. פתאם נפלה בבל ותשבר הילילו עליה. *Subito cecidit Babylon, et contrita eſt, ululate ſuper eam.* Ibid. LI. 52. לכן הנה ימים באים נאם יהוה ופקדתי על פסליה ובכל ארצה יאנק חלל כי תעלה בבל השמים וכי תבצר מרום עזה מאתי יבאו שדדים לה נאם יהוה קול זעקה מבבל ושבר גדול מארץ כשדים כי שדד יהוה את בבל ואבד ממנה קול גדול והמו גליהם כמים רבים נתן שאון קולם כי בא עליה על בבל שודד ונלכדו גבוריה חתתה קשתותם כי אל גמלות יהוה שלם ישלם. *Idcirco ecce dies venient, dicit Dominus, et viſitabo ſuper ſculptilia ejus, et in univerſa terra ejus mugiet vulneratus. Si aſcenderit Babylon in cœlum, et muniatur ab excelſo robur ſuum, a me venient vaſtatores ejus, dicit Dominus. Vox clamoris ex Babylone, & contritio magna ex terra Chaldæorum; quia devaſtavit Dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam, & ſonabunt fluctus eorum quaſi aquæ multæ, dedit ſonitum vox eorum. Quoniam venit ſuper eam, ſuper Babylonem devaſtator, & capti ſunt fortes ejus, fractus eſt arcus eorum, quia fortis retributor Dominus perfecte retribuet.* Ez. XI. 12. ואזעק קול גדול. *Et clamabo voce magna.* Ibid. XXI. 17. 36. זעק והילל. *Clama & ulula.* Ibid. XXX. 2. ויהי דבר יהוה אלי לאמר בן אדם הנבא ואמרת כה אמר אדני יהוה הילילו הה ליום. *Et fuit verbum Domini ad me dicendo. Fili hominis vaticinare, & dic: Sic dicit Dominus Deus. Ululate, væ væ.* *Amos* VIII. והילילו שירות היכל ביום ההוא. *Et Ululabunt cantica templi die illa.* *Joel.* I. 5. הקיצו שכורים ובכו והילילו כל שתי יין. *Expergiſcimini ebrii, & lugete, & ululateomnes bibentes vinum.* Ib. v. 8. אלי כבתולה חגרת שק על בעל נעוריה: *Plange quaſi virgo præcinta ſacco ſuper virum juventutis.* Ib. v. 11. הבישו אכרים הילילו כרמים על חטה ועל שערה כי אבד קציר שדה הגפן הובישה והתאנה אמללה רמון גם תמר ותפוח כל עצי השדה יבשו כי הביש ששון מן בני אדם חגרו וספדו הכהנים הילילו משרתי אלהי כי נמנע מבית אלהיכם מנחה ונסך קדשו צום קראו עצרת אספו כל ישבי הארץ בית יהוה אלהיכם ויזעקו אל יהוה. *Confuſi ſunt agricolæ, ulularunt vinitores ſuper frumento, & ſuper hordeo, quia periit meſſis agri.*

Vi-

Vitis aruit, & proventus ſucciſus eſt, malogranatum ſimul palma, & malum, & omnia ligni agri aruerunt, quia confuſum eſt gaudium a filiis hominum. Accingite vos, & plangite ſacerdotes, ululate miniſtri altaris, Venite, pernoctate in ſaccis miniſtri Domini, quia remotum eſt a domo Dei veſtri munus & libamen; Sanctificate jejunium, vocate concionem, congregate ſenes, omnes habitatores terræ in domum Dei veſtri, & clamate ad Dominum. Mich. VII. I. אללי לי כי הייתי כאספי קיץ כעללת בציר. *Ululabo mihi, quia ſum quaſi colligens fructus æſtivos, quaſi racemus in vindemia. Sephon.* I. 10. והיה ביום ההוא נאם יהוה קול צעקת משער הדגים ויללת מן המשנה ושבר גדול מהגבעות הילילו ישבי המכתש כי נדמה כל עם כנען נכרתו כל נטילו כסף. *Et erit in die illo dicit Dominus, vox clamoris a porta piſcium, & ululatus a ſecunda, & contritio magna a collibus. Ululate habitatores ſaxi, quia conticuit omnis populus Chanaan, exciſi ſunt omnes onuſti argento.*

Virgilius Æneid. XI.

> ——— ——— *& fœmineo ululatu*
> *Sciſſa comas, muros amens, atque agmina curſu*
> *Prima petit.*

Curtius lib. v. de infortunio Darii regis. *Poſt hanc vocem* (regis) *ſpado genitu, non modo tabernaculum, ſed etiam caſtra complevit. Irrupere deinde alii, laceratiſque veſtibus, lugubri & barbaro ululatu, regem deplorare cœperunt. Lucianus* de luctu: Οἰμωγαὶ δ' ἐπὶ τούτοις, καὶ κωκυτὸς γυναικῶν, καὶ παρὰ πάντων δάκρυα, καὶ στέρνα τυπτόμενα, καὶ σπαραττομένη κόμη, καὶ φοινισσόμεναι παρειαί. *Accedunt ad hæc mulierum ejulatus, & omnium certe planctus, comæ dilaniatio, genarum cruentatio. Dionyſius* Halicarn. IV. *Exorto autem ingenti tumultu, & ululatu per totam urbem ob Tullii mortem.*

Væ in luctu. I. *Reg.* XIII. 30. ויספדו עליו הוי אחי: *Et planxerunt ſuper eo; væ frater. Iſai.* I. 4. הוי גוי חוטא *Væ genti peccatrici.* Ibid. 24. הוי אנחם מצרי *Væ conſolabor ab inimicis meis.* Ibid. v. 8. הוי מגיעי בית בבית: *Væ qui continuatis domum ad domum.* Ibid. v. 11. הוי משכימי בבקר: *Væ qui conſurgunt mane.* Ibid. v. 18. הוי משכי העון: *Væ qui trahunt iniquitatem.* Ibid. v. 20. הוי האומרים לרע טוב. *Væ qui dicunt malum bonum.* Ibid. v. 21. הוי חכמים בעיניהם: *Væ ſapientibus in oculis ſuis.* הוי גבורים לשתות יין. *Væ fortibus in bibendo vino.* Ibid. x. I. הוי החקקים חקקי און: *Væ inſtitutoribus ſtatutorum iniquitatis.* Ibid. v. 5. הוי אשור שבט אפי. *Væ Aſſur virga iræ meæ.* Ibid. XVII. 12. הוי המון עמים רבים. *Væ multitudini populorum multorum.* Ibid. XXIX. I. הוי עטרת גאות. *Væ coronæ ſuperbiæ.* Ibid. XXIX. I. הוי בנים סוררים *Væ filiis perverſis.* Ibidem XXXI. I. הוי היורדים מצרים: *Væ deſcendentibus in Ægyptum.* Ibid. XXXIII. I. הוי שודד *Væ devaſtatori.* Ibid. הוי רב את יוצרו. *Væ qui contendit cum fictore ſuo.* Ibid. v. 10. הוי אומר לאב: *Væ qui dicit patri. Jerem.* XXII. 13. הוי בונה ביתו בלא צדק. *Væ qui ædificat domum ſine juſtitia.* Ibid. XXII. 18. הוי אחי הוי אחות וגו' הוי אדן והוי הדה: *Væ frater, væ ſoror &c. Væ domine, væ inclyte.* Ibid. XXIII. I. הוי רועים מאבדים. *Væ paſtoribus, qui perdunt.* Ibid. XXX. 7. הוי כי גדול היום: *Væ quia magna dies.* Ibid. XXXIV. 5. הוי אדון יספדו לך. *Væ Domine, plangent te.* Ibid. XLVIII. I. הוי נבו כי שדדה: *Væ Nebo, quia devaſtabitur.* Ibid. L. 27. הוי עליהם כי בא יומם. *Væ illis, quia venit dies eorum. Ezech.* XIII. 3. הוי על הנביאים: *Væ prophetis.* Ibid. v. 18. הוי למתפר ותכסות על כל אצילי ידיועשות המספחות על הראש: *Væ quæ conſuunt pulvillos ſuper omnes cubitos manuum, & quæ faciunt cervicalia ſuper caput.* Ibid. XLIV. 2. הוי רועי ישראל: *Væ paſtoribus Iſrael. Amos* v. 18. הוי המתאוים יום יי'. *Væ deſiderantibus diem Domini.* Ibid. VI. 2. הוי השאננים בציון: *Væ divitibus in Sion Mich.* II. I. הוי חשבי און: *Væ cogitantibus iniquitatem. Nahum* III. I. הוי עיר דמים. *Væ civitati ſanguinum. Habac.* II. 6. הוי המרבה לא לו *Væ qui multiplicat quod ſuum non eſt.* Ibid. v. 9. הוי בוצע בצע רע לביתו. *Væ qui colligit collectionem malam domui ſuæ.* Ibid. v. 12. הוי בונה עיר בדמים. *Væ qui ædificat civitatem in ſanguinibus.* Ibid. v. 15. הוי משקה רעהו *Væ qui potum dat proximo ſuo.* Ibid. v. 19. הוי אומר לעץ *Væ qui dicit ligno. Sephan.* II. 5. הוי ישבי חבל הים: *Væ qui habitant regionem maritimam.* Ibid. III. I. הוי מוראה ונגאלה העיר: *Væ deceptrix, & redemta civitas.* Zachar. II. 6. הוי הוי ונסו מארץ צפון. *Væ væ fugite de terra aquilonis.* Ibid. XI. 13. הוי רעי האליל, *Væ paſtor', ululabo.*

XVI. Stupor in luctu. *Deut.* XXVIII. 34. והיית משגע ממראה עיניך אשר תראה: *Et eris ſtupens ad terrorem oculorum tuorum, quæ videbis.* I. *Reg.* IX. 8. והבית הזה עליון כל עבר עליו ישם ושרק ואמרו על מה עשה יהוה ככה לארץ הזאת ולבית הזה: *Et domus iſta erit in proverbium, omnis qui tranſierit ſuper eam ſtupebit, ſibilabit; & dicent, quid fecit Dominius terræ huic, & domui huic?* 2. *Chron.* VII. 21. והבית הזה אשר היה עליון לכל עבר עליו

ישם נמה עשה יהוה ככה לארץ הזארת
:ולבית הזה *Et domus ista erit in prover-
bium omni transeunti , & stupebit , & di-
cet . Quid fecit Dominus terræ huic , &
domui huic ? Job* XXI. 5. פנו אלי והשמו
ושימו די על פה ואם זכרתי ונבלתי ואחז
:בשרי פלצות *Attendite ad me , & obstu-
pescite , & ponite manum super os ; & si
recordatus fuero , pertimesco , & appreben-
dit carnem meam terror .* Ibid. XVIII. 20.
: על יומו נשמו אחרנים וקדמנים אחזו שער
*Super die ejus stupebunt novissimi , & prio-
res apprebendet terror . Isai.* XIII. 8. ונבהלו
צירים וחבלים יאחזון כיולדה יחילון איש
:אל רעהו יתמהו פני כהבים פניהם *Et erunt
perterrefacti ; Contorsiones , & dolores appre-
bendent , instar parturientis , dolebunt , unus-
quisque ad proximum suum obstupescent , &
facies combustæ facies eorum .* Ibid. XXIX. 9.
התמהמהו ותמהו השתעשעו שברו ולא
:יין נעו ולא שכר *Moramini , & obstupesci-
te ; obturamini , inebriamini at non a vi-
no , movemini , & non obrietate . Jerem.*
IV. 8. 9. על זאת חגרו שקים ספדו
והילילו כי לא ישב חרון אף יהוה ממנו
והיה ביום ההיא נאם יהוה יאבד לב המלך
:ולב השרים ונשמו הכהנים והנביאים יתמהו
*Idcirco præcingite saccos , & plangite , &
ululate , quia non cessabit ira furoris Do-
mini a nobis . Et erit in die illa perdetur
cor regis , & cor principum , & obstupe-
scent sacerdotes , & prophetæ stupebunt .*
Ibib. VIII. 21. על שבר בת עמי השברתי
:קדרתי שמה החזקתני *Super contritione fi-
liæ populi mei , contritus suum , niger fa-
ctus sum , stupor apprebendit me .* Ibid.
XVIII. 16. לשום ארצם לשמה שרוקת עולם
:כל עובר עליה ישם ויניד בראשו *Ut poneret
terram eorum in desolationem in sibilum sem-
piternum , omnis pertransiens super eam stu-
pebit & movebit caput suum .* Ibid. XIX. 8.
ושמתי את העיר הזאת לשמה ולשרקה כל עבר
:עליה ישם וישרק על כל מכתה *Et ponam
civitatem hanc in stuporem , & in sibilum ;
omnis , qui transierit , super eam stupebit ,
& sibilabit super omni plaga ejus .* Ibid.
XLIX. 17. והיתה ארום לשמה כל עבר
:עליה ישם וישרק על מכותיה *Et erit Idu-
mæa in desolationem , & omnis , qui per-
transierit , super eam stupebit , & sibilabit
super omnes plagas ejus .* Ibid. L. 13. מקצף
יהוה לא תשב והיתה שממה כלה כל עבר
:על בבל ישם וישרק על כל מכותיה *Ab
ira Domini non habitabitur , & erit deso-
lata tota , qui transierit , super Baby-
lonem stupebit , & sibilabit super om-
nes plagas ejus .* Ezec. III. 17. ואבוא אל
הגולה תל אביב הישבים אל נהר קבר
ואמר המה ישבים שם ואשב שם שבעת
:ימים משמם בתוכם *Et veni ad captivi-
tatem ad acervum novarum frugum ad
eos , qui habitabant ad flumen Chobar , &
qui sedebant ibi , & ibi consedi septem
diebus stupens in medio eorum .* Ibid. v. 15.
והיתה חרפה ונדפה מוסר ומשמה בגוים
:אשר סביבותיך *Et eris opprobrium , blas-
phemia , exemplum , & stupor in gentibus ,
quæ in circuitu tuo sunt .* Ibid. XXVI. 16.
*Super terra sedebunt , & contremiscent ,
& stupebunt super te .* Ibid. XXVII. 33.
כל ישבי האיים שממו עליך ומלכיהם ושערו
:שער *Omnes habitatores insularum obstu-
puerunt super te , & reges eorum perturba-
tione perturbati sunt super te .* Ibid. XXVIII.
19. De Tyro כל יורעיך בעמים שממו עליך
:בלהות היית ואינך עד עולם *Qui nove-
rint te in populis , obstupescent super te in
terroribus fuisti , at non eris in perpe-
tuum :* Ibid. XXXII. 10. de Pharaone re-
ge Ægypti והכעסתי לב עמים רבים בהביאי
שברך בגוים על ארצות אשר לא ירעתם
והשמותי עליך עמים רבים ומלכיהם ישערו
עליך שער בעופפי חרבי על פניהם והררו
:לרגעים איש לנפשו ביום מפלתך *Et irri-
tabo cor populorum multorum , quando ad-
duxero contritionem tuam in gentibus su-
per terras , quas non cognoverunt , & exci-
tabo admirationem super populorum multo-
rum , & reges eorum formidando formi-
dabunt super te , quando vibrare faciam
gladium meum super facies eorum , &
contremiscent repente singuli pro anima sua
in die excidii tui . Esdr.* IX. 3. ובשמעי
את הדבר הזה קרעתי את בגדי ומעילי
:ואמרטה משער ראשי וזקני ואשבה משומם
*Cum audissem verbum hoc scidi vestes
meas , & pallium meum , & evelli de
capillis capitis mei , & barbæ meæ , &
sedi stupens .* Et v. 4. ואלי יאספו כל חרד
בדברי אלהי ישראל על מעל הגולה ואני
:ישב משומם עד למנחת הערב *Et ad me
convenerunt omnes , qui timebant Deum
Israel propter iniquitatem captivitatis , &
ego sedi stupens , usque ad oblationem mu-
neris vespertini .* Cap. Patrum IV. §. 8.
Ne places socium , dum irascitur , ואל
:תנחמנו בשעת שמתו Nec consoleris eum ,
dum stupet .

Silentium in luctu. *Exod.* XV. 16. מגדול
:זרועך ידמו כאבן *A magnitudine brachii
tui conticuere quasi lapis . 1. Sam.* II. 9.
:רגלי חסידו ישמר ורשעים בחשך ידמו *Pe-
des piorum servabit , & impii in tenebris
conticescent . Job* II. 12. 13. de amicis Job ,
qui venerant ad eum consolandum . וישאו
את עיניהם מרחוק ולא הכירהו וישאו קולם
ויבכו ויקרעו איש מעלו ויזרקו עפר על
ראשיהם השמימה וישבו אתו לארץ שבעת
ימים ושבעה לילות ואין אליו דבר כי ראו
כי גדל הכאב מאד אחרי כן פתח איוב את
:פיהו *Et extulerunt oculos suos procul , &
non cognoverunt eum , & elevarunt vocem
suam , & fleverunt , & sciderunt unusquis-
que pallium suum , & sparserunt pulverem
su-*

ſuper capita ſua ad cœlum, & ſederunt cum eo, in terra ſeptem diebus & ſeptem noctibus, & non dixerunt ei verbum, quia viderunt, quod magnus eſſet dolor valde. Poſthæc aperuit Job os ſuum Pſal. XXXIX. 12. 3. אשמרה לפי מחסום בעד רשע לנגדי נא למתי דומית החשיתי מטוב וכאבי נעכר: *Cuſtodiam os meum fræno, quando ſit impius contra me. Humiliatus ſum, obmutui, tacui a bonis, & dolor meus conturbatus eſt. Iſai.* XV. I. משא מואב כי בליל שדד ער מואב נדמה כי בליל שדד קיר מואב נדמה. *Onus Moab qui in nocte vaſtatus eſt, civitas Moab obmutuit, quia in nocte devaſtatus eſt, murus Moab conticuit.* Ibid. 23. 2. דמו ישבי אי סחר צידון עבר ים מלאוך. *Obmutuerunt habitatores inſulæ, mercator Sidonis transfretans mare implevit te.* Ibid. 47. 5. שבי דומם ובאי בחשך בת כשדים כי לא תוסיפי יקראו לך גברה ממלכות. *Sede tacens, & ingredere in tenebras filia Chaldæorum, quia non vocabunt amplius te reginam regnorum. Jer.* 8. 14. על מה אנחנו ישבים האספו ונבוא אל ערי המבצר ונדמה שם כי יהוה אלהינו הדמנו וישקנו מי ראש כי חטאנו ליהוה: *Cur ſedemus? Congregamini, & ingrediamur in civitatem munitam, & ſileamus ibi, quia Dominus Deus veſter ſilere nos fecit, & potavit nos aquis toxici quia peccavimus Domino.* Ibid. 47. 5. באה קרחה אל עזה נדמתה אשקלון שארית עמקם עד מתי תתגודדי הוי חרב ליהוה עד אנה לא תשקטי האספי אל תערך הרגעי ודמי. *Venit calvitium ſuper Gaza; obmutuit Aſchalon, reliquiæ vallis, earum quouſque ſcarificaris? Heu gladius Domino uſquequo non quieſces? Ingredere in vaginam tuam; conſiſte & tace. Thren.* II. 10. ישבו לארץ ידמו זקני בת ציון העלו עפר על ראשם חגרו שקים הורידו לארץ ראשן בתולות ירושלם. *Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion, projecerunt pulverem ſuper caput ſuum, accinxerunt ſaccos, projecerunt in terram capita ſua virgines Hieruſalem.* Ibid. III. 10. *Sedebit ſolitarius, & tacebit. Ezech.* 24. 17. ואנק דם. *Ingemiſce tacens.*

Apud *Homerum* Iliad. ρ́ Antilochus audita morte Patrocli tacitus & attonitus deſcribitur:

> Δὴν δὲ μὲν ἀμφασὶν ἐπέων λάβε δὲ οἱ ὄσσε
> Δακρυόφιν πλῆσθεν, θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνή:

> *Diu autem ipſum obmuteſcentia verborum corripuit, eique oculi*
> *Lacrymis impleti ſunt, florida autem ejus hæſit vox.*

Lucanus lib. II.

> —— *ſic funere primo*
> *Attonitæ jacuere domus, cum corpora nondum*
> *Conclamata jacent, nec mater crine ſoluto*
> *Exigit ad ſævos famularum brachia planctus.*

Statius in Epicedio in Glauciam.

> *Muta domus, fateor, deſolatique penates*
> *Et ſitus in thalamis, & mœſta ſilentia menſis.*

Tacitus. Annal. II. in morte Germanici præter ſilentium, ſponte indictum fuit juſtitium. *Hos vulgi ſermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum magiſtratuum ante ſenatus conſultum, ſumto juſtitio deſerrentur fora, clanderentur domus, paſſim ſilentia, & gemitus, nihil compoſitum in oſtentationem.* Idem Anal. III. *Dies, quo reliquiæ tumulo Auguſti inferebantur, modo per ſilentium vaſtus, modo ploratibus inquies, plena urbis itinera, conlucentes per campum Martis faces; illic miles cum arnus, ſine inſignibus magiſtratus, populus per tribus.* In luctu clauſæ taburnæ, forum, balnea, tonſtrinæ, mutatæ veſtes, annuli poſiti, ſpectacula interdicta. *Livius* lib. X. *Extemploque ſine ulla publica autoritate, conceſſum in omnem formam luctus eſt, tabernæ circa forum clauſæ, juſtitiumque in foro ſua ſponte cœptum, priuſquem indictum, lati clavi, annuli aurei poſiti.* Idem lib. X. *Juſtitium edicit, claudi tabernas tota urbe jubet, vetat quemquam privatæ rei agere; Lucanus* lib. II.

> ——— ——— *ferale per urbem*
> *Juſtitium, latuit plebejo tectus amictu*
> *Omnis honos, nulla comitata eſt purpura faſces.*

Pedo Albinovanus in Eleg. de Morte Druſi.

> *Jura ſilent, mutæque jacent ſine vindice leges*
> *Adſpicitur toto purpura nulla foro.*

Diogenes Laertius lib. II. de morte Socratis. *Ille quidem ex hominibus exceſſerat, Athenienſes vero ſtatim pœnitentia facti invaſit, ut palæſtras & gymnaſia clauſerint.* Interpres hiſtoriæ Apollonii Tyrii. *Tantus vero amor civium circa eum erat, ut multo tempore tonſores ceſſarent, pu-*

publica ſpectacula tollerentur, balnea clauderentur, non templa non tabernas quiſquam ingrederetur. Herodot. lib. VI. de morte Regis Lacedæmonis. *Qui vero rex in bello periit, ejus ſimulacrum cum expreſſerint, in toro bene ſtrato efferunt, cujus tumulatione decem dies juſtitium eſt, nulluſque magiſtratuum conſeſſus, ſed luctus continuus.*

Annuli mutati teſte *Svetonio* in Auguſto. *Exſequiarum die ponendos aureos annulos, ferreoſque ſumendos:* Mutatæ veſtes teſte *Dione* lib. IV. in funere Auguſti, & *Livio* lib. XXXIV. *Quid aliud in luctu, quam purpuram atque aurum deponunt?* *Ovidius* Triſt.

> *Nec te purpureo velent vaccinia ſucco,*
> *Non eſt conveniens luctibus ille color.*

Vetita ſalutatio in luctu. Gemara Hieroſol. *Moed Kathon* ad cap. III. Miſnæ §. 4. תני מקום שנהגו לשאול בשלום אבלים בשבת שואלים ובדרום שואלים ר׳ הושעיה רבא אצל לחד אתר חמא אביליא כשובתא ושאול לון אמר אני איני יודע מנהג מקומכם אלא שלום עליכם כמנהג מקומינו ר׳ יוסי בי רבי חלפתא הוה משבח בי ר׳ מאיר קומי ציפוראיי אדם גדול אדם קדוש אדם צנוע חד זמן חמא אביליא בשובתא ושאל לון אמרין ליה ר׳ אתנו דאת מתני שבחיה אמר לון מה עבר אמרן ליה חמא אביליא ושאל לון אמר לון בעי אתון מידע מהו חייליה בא להודיענו שאין אבל בשבת דכתיב ברכה יהוה היא תעשיר זו ברכת שבת ולא יוסיף עצב עמה זו אבילות: Traditio: Ubi ſolent lugentes ſalutare in Sabbatho, ſalutabunt, & in plagis meridionalibus ſalutant: R. Oſajah Raba in quodam loco vidit lugentes in Sabbato, & eos ſalutavit. Dixit: Ego ignoro conſuetudinem veſtræ regionis, at ego vos ſaluto juxta conſuetudinem regionis noſtræ. R. Joſe diſcipulus R. Chalphta laudabat diſcipulum R. Meir coram Tſipporimſibus dicens; homo magnus, homo ſanctus, homo modeſtus: Aliquando vidit lugentes in Sabbatho, & eos ſalutavit. Dixerunt illi: Ecce cui impertiſti laudem: Reſpondit; Quid fecit? Dixerunt: Vidit lugentes in Sabbatho, & eos ſalutavit. Reſpondit: Si vultis noſcere, quanta ſit ejus virtus, venit ad vobis ſignificandum, quod non ſit luctus in Sabbatho. Scriptum eſt enim: *Benedictio Domini divites facit*. Hæc eſt benedictio Sabbathi. *Nec aſſociabitur afflictio*. Hic eſt luctus: *Maimonides Ebel*. V. 20. ומניין שהאבל אסור בשאלת שלום שנ׳ ואנק דום כל שלשה ימי׳ הראשנים מי שנתן לו שלום אין מחזיר לו אלא מודיעי שהוא אבל ומשלשה ועד שבעה מי ששאל בשלומו מחזיר לו שלום ומשבעה ועד שלשים שואל בשלום אחרי׳ אבל אחרי׳ אין שואלין בשלומו עד לאחר ל׳ ועל אביו ועל אמו אין שואלין בשלומו עד לאחר י״ב חדש אם בשלאת שלום נאס׳ אבל ק״ו שהוא אסור להרבות דברי׳ ולשחוק שנ׳ דום ולא יאחוז תינוק בידו שלא יביאנו לידי שחוק ולא יכנס למקום שמח׳ כגון המשתאו׳ וביוצ׳ בהן: Unde probatur lugenti vetitum eſſe impertire ſalutem? Ex eo quod dictum eſt. *Quieſce ſilens*. Cunctis tribus diebus prioribus, ſi quis ſibi ſalutem impertiat, non ſalutabit, ſed ſignificabit ſe eſſe lugentem; at a tribus ad ſeptem dies ſi quis ſibi ſalutem dicat, ſalutabit. Verum a ſeptem uſque ad triginta dies, ille poterit alios ſalutare, at alii illum non ſalutabunt, niſi poſt triginta dies: At pro patre & matre non ſalutabunt niſi poſt duodecim menſes. Si de ſalutando vetitum eſt lugenti, multo magis vetitum eſt multiplicare ſermones, & ridere: Dictum eſt enim *Silens*: Neque apprehendet manu ſua puerum, ne eum adducat ad riſum, neque ingredietur in locum lætitiæ, e. g. in domum convivii, & his ſimilia. *Dio* lib. LIX. de Caligula. *Et alius morbus, qui priore anno ipſum invaſerat, & Druſillæ ſororis mors perdidit; & præterea ſi quis convivium dediſſet, aut ſalutaſſet, aut laviſſet illo temporæ plecteretur.*

XVII. Abſconſio, & ſolitudo in luctu. 2. *Sam*. XVIII. 33. ubi de Davide, qui audita morte Abſalom filii in cœnaculum adſcendit, ibique luxit וירגז המלך ויעל על עלית השער ויבך: *Et contriſtatus eſt rex, & adſcendit in cœnaculum portæ, & flevit*. Conſilio Joab ſolitudinem deſerit ibid. XIX. 7. ועתה קום צא ודבר על לב עבדיך: *Nunc igitur ſurge, egredere, & loquere ad cor ſervorum tuorum*. *Iſai*. XXVII. 10. כי עיר בצורה בדד. *Quoniam civitas munita ſolitaria eris*. Ibid. XLIX. 21. נשארתי לבדי אלה איפה הם: *Relicta ſum, ſolitaria, captiva, & ſola*. *Jerem*. XV. 17. בדדי שבתי כי זעם מלאתני: *Solitarius ſedebam, quia comminatione repleſti me*. *Pſal*. CII. 8. שקדתי ואהיה כצפור בודד על גג: *Vigilavi, & fui ſicut paſſer ſolitarius ſuper tecto*. *Thren*. III. 18. ישב בדד וידם: *Sedebit ſolitarius, & tacebit*: *Lucanus* lib. X. in luctu Corneliæ Pompeii uxore.

> *Sic ubi fata, caput ferali obnubit amictu,*
> *Decrevitque pati tenebras* ——

Vultu demiſſo lugentes incedebant. *Iſai*. LVIII. 5. הכזה יהיה צום אבחרהו יום

יום ענות אדם נפשו הלכף כאגמן ראשו *An hujusmodi esset jejunium, quod eligo, dies quo affligit homo animam suam? an incurvare ut juncum caput suum? Thren.* II. 10. הורידו לארץ ראשן בתולות ירושלם *Inclinarunt in terram caput suum virgines Hierusalem. Zachar.* I. 21. ואמר לאמר אלה הקרנות אשר זרו את יהורה כפי איש לא נשא ראשו. *Et dixit dicendo; Ista sunt cornua, quæ ventilaverunt Judam, eo quod nemo non elevavit caput suum. Judic.* 8. 28. ויכנע מרין לפני בני ישראל ולא יספו לשאת ראשם. *Et humiliatus est Madian coram filiis Israel, & non addiderunt elevare caput suum. Propertius* lib. IV. *Denique quis nostro curvam te funere vidit? Seneca* Epist. C. *Ego duritiem suadeo, & in funere ipso erigere vultum volo. Lugentes lente incedebant. Reg.* XXI. 27. כשמע אחאב את הדברים האלה ויקרע בגריו וישם שק על בשרו ויצום וישכב בשק ויהלך אט: *Cum audisset Achab sermones istos, scidit vestes suas, & posuit saccum super carnem suam, & jejunavit, & jacuit in sacco, & incessit lente.* Hinc *Kimchi* de Achabo: *Ambulabat in domo sua* לאט quasi homo דואג *solicitus*, & auxie meditabundus: Similiter R. Levi ben Gerson; Incedebat בנחת *cum quiete* instar lugentis. Vide alia apud *Gejerum* de luctu cap. XVII. §. 8.

XVIII. Interdictus concubitus conjugalis in luctu. Gemara Hierosolym. *Moed Katon* l. c. ר' סימון בשם ר' יוחנן שהוא מותר בתשמיש המיטה קם ר' ירמיה עם ר' יודה בי ר' סימון אמר ליה הכין אמרין כל תילמיידיו דר' יוחנן שמע בר נש מיניה הדה מילתא אלא אבוך אמר ליה ר' יעקב דאית אמרת לא איתאמרת אלא מין אילין מילייא דהכין הכין מילתיה דר' יהושע בן לוי אמר שהוא אסור בתשמיש המיטה דאמר ר' סימון בשם ר' יהושע בן לוי ואלה אמרו אין אבל ברגל אלא שהרבים נוהגין בו בצינעה מהו בצינעה שהוא אסור בתשמיש המיטה ואינו עולה אף השבת הואיל והיא אסורה בתשמיש המיטה לא תעלה אמר ר' בא תיפשר לשבעה בלא רגל אבל אי איפשר לשבעה בלא שבת. R. Simeon nomine R. Jochanan; quod sit licitus usus lecti. Surgens R. Hieremia cum R. Juda discipulo R. Jochanan. Sic dicunt omnes discipuli R. Jochanan. Nemo audiit ab eo, nisi pater tuus. Dixit illi R. Jacob; Si dictum est, non dictum est nisi de his rebus. Ita est enim sententia. R. Jehosua ben Levi dicit: quod sit vetitus usus lecti, etenim dicit R. Simon nomine R. Jehosua ben Levi. Nonne dixerunt? Non est luctus in die festo nisi quod populus ita facere soleat in occulto. Quid in occulto? Quod sit vetitus usus lecti. Responderunt. Ecce dies festus, ecce in eo vetitus est usus lecti, & non annumeratur. Ita pariter Sabbathum quoniam in eo est vetitus usus lecti, non annumerabitur. Dicit R. Ba: Dici potest, quod sint septem sine festo; at fieri non potest, ut sint septem sine Sabbatho. *Maimonides* Abel. v. 5. מניין לאבל שאסור בתשמיש המטה שנ' וינחם דוד את בת שבע אשתו ויבא אליה וישכב עמה מכלל שהיה אסור מקודם וכן לאישא האבל אשה ולא תנשא אשה אע"פ שאין משמשין מטתן ומותר להתיחד עם אשתו ואע"פ שהוא אסור בתשמיש המטה. Unde probatur lugenti vetitum esse concumbere cum uxore? Ex eo quod dictum est. *Et consolatus est David Bethsabee, & ingressus est ad eam, & concubuit cum ea.* Deducitur, quod antea illi fuerit vetitum: lugens non ducet uxorem neque nubet mulieri, licet una non concumbant, at poterit solus morari in cubiculo cum uxore, licet sit vetitus concubitus. Hinc factum est, ut in luctu inverterentur lecti. Gemara Hierosol. *Moed Katon*. 83. 1. מאימתי כופין את המיטות משיצא המת מפתח החצר דברי רבי ליעזר ורבי יהושע אומר משיסתם הגולל וכשמת רבן גמליאל כיון שיצא מפתח החצר אמר רבי ליעזר לתלמידים כפו את המיטות וכשנסתם הגולל אמר ר' יהושע לתלמידים כפו את המיטות אמרו לו כבר כפינום על פי זקן בערב שבת הוא זוקף את מיטותיו במוצאי שבת הוא כופן תני דרגש נזקפת ואינה נכפית ר' שמעון בן אלעזר אומר שומט קל מנטרין שלה ודייו ר' יוסה בשם ר' יהושע בן לוי הלכה בר' שמעון בן אלעזר ר' יעקב בר אחא בשם ר' יסא מיטה שנקליטיה עולין ויורדין עמה שומטן ודייו איזו היא מיטה ואיזו היא דרגש אמר ר' ירמיה כל שמסרגין על גופהזו היא מיטה וכל שאין מסרגין על גופה זו היא דרגש והא תנינן המיטה והעריסה משישופם בעור הדג אם מסרג הוא על גופה לאי זה דבר הוא שפה אמר רבי לעזר תיפתר באילין ערסתא קיסרייתא דאית לה ניקבן ומניין לכפיית המיטות רבי קריספי בשם רבי יוחנן וישבו אתו לארץ על הארץ אין כתיב כאן אלא וישבו אתו לארץ אלא דבר שהוא סמוך לארץ מיכן שהיו ישנן על מיטות כפויות בר קפרא אמר איקונין אחת טובה היתה לי בתוך ביתך וגרמתני לכפותה אף את כפה היטתך ואית דמפקין לישנא יכפה הסרסור רבי יונה ורבי יוסה תריהון בשם רבי שמעון בן לקיש חד אמר מפני מה הוא ישן על מיטה בפויה כדי שיהא ניעור בלילה ונזכר שהוא אבל וחורנה אמר מתוך שהוא ישן על גבי מיטה כפויה הוא ניעור בלילה ונזכר שהוא אבל אמר איני כופה את המיטה הרי אני ישן על גבי הספסל אין שומעין לו מפני שאמ' איני כופה את המיטה אבל אם אמר הרי אני כופה את המיטה שומעין לו מתניתא לא אמרה כן אלא וכשמברין אותו כל העם מסובין על הארץ והוא מיסב על הספסל

הספסל בכהן גדול הא בכהן הדיוט לא
וברבים הא ביחיד לא ולא עבדין כן כפיית
המיטות פעמים עושה ששה חמשה ארבעה
שלשה בערב שבת ששה בערב שבת עם
דימדומי חמה חמשה יום טוב לאחר שבת
ארבעה שני ימים טובים של ראש השנה
שלשה חד תלמיד מן דרבי מנא הורי לחד
מין קריבוי דנשייא משהוא זוקפה שוב אינו
כופה כמה ימים היה לו רבי יעקב בר אחא
בשם רבי יסא שני ימים היה לו רבי בא
רבי אמי רבי יעקב בר זבדי בשם רבי יצחק
שלשה רבי חיננא בר פפא הורי לכפותה
אפילו יום אחד ואיתחמי ליה יעז בי מריתה
תני הדר בפונדק אין מחייבין אותו לכפות
דלא יהוון אמרין חרש הוא הרי שמת חמיו
או חמותו או אחר מקרובי אשתו אינו כופה
לא מכחול ולא לפקוס אלא נוהג עמה כדרך
שהיא נוהגת וכן היא שמת חמיה או חמותה
או אחד מקרובי בעלה אינה לא כוחלת ולא
פוקסת אלא נוהגת עמו כדרך שהוא נוהג
שמואל אמר לא שנו אלא חמיו או חמותו
הא אחר כל הקרובים לא רבי בא בר כהן
אמר קומי רבי יוס רבי יודה בר פזי בשם
רבי יוחנן בדר עמו קם רבי יוסה עם רבי
יודה בר פזי אמר ליה אתה שמעת מן אבוך
הדא שילתא אמר ליה אבא לא הוה אמר
כן אלא אחוי דאיתתיה דבר נחמיה שית
אתון ושאלון ליה מהו לכפות את המיטה
אמר לון לא צריך: Quando invertunt lectos? Postquam elatus sit mortuus ex porta atrii. Verba R. Eliesèr & R. Jehosua dicit: Postquam obturatum fuerit operculum sepulcri, & quando mortuus est Raban Gamaliel, postquam elatus fuit ex porta atrii, dixit R. Eliesèr. discipulis: Invertite lectos. Et quando obturatum fuit operculum sepulcri, dixit R. Jehosua discipulis. Invertite lectos. Dixerunt illi. Invertimus ex dicto senis. In vespera Sabbathi eriget lectum suum. In exitu Sabbathi invertet. Traditio: Lectus erigitur, at non inclinatur. R. Simeon ben Eliesèr dicit: Invertet postes lecti, & satis erit. R. Jose nomine R. Jehosua ben Levi. Constitutio juxta mentem R. Simeonis ben Eliesèr. R. Jacob bar Acha nomine R. Isa. Si lectus cohæreat, adscendunt, & descendunt cum eo, si inclinet, satis erit. Quinam est מיטה, & quinam est דרגש? Dicit R. Hieremia. Omne, quod funibus super ipso internectitur, est lectus, & omne quod super ipso funibus non internectitur, est lectica. Lectus, & stratum, postquam fricaverit pelle piscis. Si funibus internectat super ipso, non est hæc fricatio. Dicit R. Eliesèr: Potest exponi de his stratis Cesariensibus. Et unde probatur de inversione lectorum? R. Charsiphai nomine R. Jochanan. Dictum est. *Et sederunt cum eo ad terram*. Sic in loco prope terram. Super terra non scriptum est; sed *sederunt cum eo ad terram*. Indicat rem quæ sit vicina terræ. Hinc probatur, quod dormiant in lectis inversis. Bar Chaphra dicit. Quædam imago optima erat mihi in domo tua, & occasionem mihi dedit, ut inverterem; tu quoque invertes lectum tuum: Et ex vocabulo eruitur; invertet proxeneta. R. Jona & R. Jose nomine R. Simeonis ben Lakisch, alter dicit. Cur dormiet super lecto inverso? ut excitetur noctu, & recordetur, quod sit lugens. Et alter dicit. Ut dormiens super lecto inverso, excitetur noctu, & recordetur, quod sit lugens: Si dicat: Ego non invertam lectum, ecce ego dormiam super sella; illum non auscultant; quia dicit: Non invertam lectum: At si dicat: Ego invertam lectum, illum auscultant. Misua non ita dicit, sed dicit; Quando illi apponunt cibum, populus accumbit super terra, & ipse accumbit in sella; In summo sacerdote; at in sacerdote vulgari minime, & in populo. Ecce in particulari minime: At non ita faciunt. Inversiones lectorum aliquando facit sex, aliquando quinque, aliquando quatuor, aliquando tres dies. Si in vespera Sabbathi, sex; post occasum solis, quinque. In die festo post Sabbathum, quatuor. In duobus diebus festis principii anni, tres. Quidam discipulus R. Mena docuit quendam de propinquis principis. Postquam erexerit lectum, amplius non invertet. Quot dies illi erunt? R. Jacob bar Acha nomine R. Isa. Duo dies illi erunt. R. Jose, R. Amme, R. Jacob bar Zebedai, nomine R. Isach; tres. Rab Chinna bar Papa, docuit ut inverteretur vel die uno. Traditio: Qui habitat in diversorio, non obligatur ad inversionem lecti, ne dicant: Præstigiator est: Ecce si moriatur ejus socer, aut socrus, aut aliquis de propinquis uxoris suæ, non invertet lectum, non ad fucandum, neque ad concinnamdum, sed aget cum iis, sicut fieri solet. Et similiter, si sibi moriatur socer, aut socrus, aut aliquis de propinquis mariti sui, se non fucabit, neque concinnabit, sed aget, cum iis sicut fierit solet. R. Samuel dicit. Non agitur nisi de ejus socero, aut socru; at si moriatur aliquis de propinquis, minime. Surgens R. Jose cum R. Juda bar Pazi, dixit: Audistine hoc a patre tuo? Respondit: Pater meus, non ita dixit; sed hoc dixit Frater uxoris bar Nehemia mortuus est, venientes quæsierunt ab eo: num invertendus est lectus? Respondit: non est necesse. *Statius* epicedio in Glauciam:

Et

Et situs in thalamis, & muta silentia mensis.

In luctu adscendebant in tecta, vagabantur per vias, & plateas; *Isai.* XV. 13. משא מואב כי בליל שדד ער מואב נדמה כי בליל שדד קיר מואב נדמה עלה הבית ודיבן הבמות לבכי על נבו ועל מדבה מואב ייליל בכל ראשיו קרחה כל זקן גרועה בחוצתיו חגרו שק על גגותיה וברחביה כלה ייליל ירד בבכי. *Onus Moab; quoniam in nocte vastata est civitas Moab, conticuit, quia in nocte devastatus est murus Moab conticuit. Adscendit domum, & Dibon excelsa ad lugendum super Nebo, & super Medaba Moab lugebit; in cunctis capitibus ejus calvitium, omnis barba abrasa, in viis ejus accingent saccum, super tecta ejus, & in plateis ejus tota ululabit descendens ad luctum.* Ibid. XXII. 1. משא גיא חזיון מה לך אפוא כי עלית כלך לגגות תשאות מלאה עיר הומיה קריה עליזה חלליך לא חללי חרב ולא מתי מלחמה כל קציניך נדדו יחד מקשת אסרו כל נמצאיך אסרו יחדו מרחוק ברחו על כן אמרתי שעו מני אמרר בבכי אל תאיצו לנחמני על שד בת עמי. *Onus vallis visionis. Quid tibi quod adscenderis tu tota in tecta? Tumultibus plena est civitas tumultuans civitas, exultans; interfecti tui non interfecti gladio neque mortui in bello; omnes principes tui fugerunt simul; durissime vincti sunt; omnes qui inventi sunt in te, vincti sunt simul; procul fugerunt: Idcirco dixi: Recedite a me; amare dolebo in luctu meo, nolite egredi, ut consolemini me super devastatione filiæ populi mei:* Ibid. XXIV. 11. צוחה על היין בחוצות ערבה כל שמחה גלה משוש הארץ נשאר בעיר שמה ושאיה יכת שער: *Clamor super vino in plateis, obscurata est omnis lætitia, exulavit gaudium terræ; relicta est in civitate solitudo, & desolatio percutiet portam. Jerem.* 7. 29. גזי נזרך והשליכי ושאי על שפים קינה כי מאס יהוה ויטש את דור עברתו: *Tonde comam tuam, & projice, & sume super locis editis lamentum, quia projecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui:* Ibid. XLVIII. 38. על כל גגות מואב וברחבתיה כלה מספד: *Super omnia tecta Moab, & in plateis ejus omnibus erit planctus.* Ubi *Kimchi:* Manifestum seu publicam hoc modo indicari planctum ubi tam in tectis, quam in plateis conspici possunt a quibusvis aliis iidem plangentes. Ibid. XLIX. 2. הילילי חשבון כי שדדה עי צעקנה בנות רבה חגרנה שקים ספדנה והתשוטטנה בגדרות כי מלכם בגולה ילך כהניו ושריו יחדיו: *Ulula Hesobon, quoniam vastata est Hai, clamate filiæ Rabbath, accingite saccos plangite, & circuite per sepes, quia rex eorum in captivitatem abiit, sacerdotes ejus, & principes ejus simul. Eccles.* XII. 5. וסבבו בשוק הסופדים: *Et circumibunt in plateis plangentes. Psalm.* אלופינו מסבלים אין פרץ ואין יוצאת ואין צוחה ברחבתינו: *Boves nostri onusti, non est ruina maceriæ, neque egressus, neque clamor in plateis eorum.* In jejuniis indictivis propter luctum & calamitates educebatur arca in plateam civitatis, & ibi clamabant & orabant. Tosaphta *Taanith* סדר תעניות כיצד מוציאין את התבה לרחובה של עיר ונותנין עליה אפר מקלה: Ordo jejuniorum quomodo? Educebant arcam in plateam civitatis, eique imponebant cinerem combustum. Misna *Taanith* II. 1. סדר תעניות כיצד מוציאין את התיבה לרחובה של עיר ונותנין אפר מקלה על גבי התיבה ובראש הנשיא: Ordo jejuniorum quomodo? Educebant arcam in plateam civitatis, & imponebant super arcam cinerem combustum, & super caput principis.

XIX. Judæos in luctu non lavisse constat exemplo Mephiboseth 2. *Sam.* XIX. 24. ומפבשת בן שאול ירד לקראת המלך ולא עשה רגליו ולא עשה שפמו ואת בגדיו לא כבס למן היום לכת המלך עד היום אשר בא בשלום: *Et Mephiboseth filius Saul descendit in occursum regis, & non concinnavit* (lavit) *pedes suos neque fecit mystacem suum, & vestes suas non lavit a die, qua abierat rex, usque ad diem qua reversus est in pace.* Tosaphta *Moed Katon* cap. II. כל אלו שאמרו מכבסין בעוסר מותר לכבס בתוך שלשים יום של אבל אע״פ שהתירו לו לכבס לא יוליך כליו לכובס אבל מכבס הוא בצנעה בתוך ביתו: Omnibus istis, de quibus dixerunt, quod se lavent in diebus festi intermediis, licebit lavare intra tricesimum diem luctus, vel si permiserint ut lavet, tamen non adducet vestes suas ad fullonem, at ipse clam lavabit intra domum suam. Gemara Hierosolimitana *Moed Katon* cap. II. 5. תני אילו דברים שאבל אסור בהן כל שבעה ברחיצה בסיכה בנעילת הסנדל ובתשמיש המיטה מלספר ומלכבס מלקרות בתורה ומלשנות מדרש הלכות והגדות משאילת שלום ומלעשות מלאכה מאן תנא אבל אסור ברחיצה כל שבעה רבי נתן רבי אמי הורה ליה עובדא שאל לרבי חייה בר בא והורי ליה כל שבעה כרבי נתן רבי יוסה הוה ליה עובדא שלח לרבי בא בר כהן אמר ליה ולא כן אלפן רבי ר׳ אמי הוה ליה עובדא ושאל לרבי שמעון בן לקיש והורי ליה כל שבעה כר׳ נתן אמר ליה ודילמא תרין עובדין אינון אנן אמרין לה על דרבי חייה בר אבא ואחרן אמרין לה על דרבי שמעון בן לקיש ועוד מן הדא רבי חמא אבוי דרב הושעיה הוה הוה ליה עובדא שאל לרבנן ואסרין רבי יוסה בעי היידן רבנן רבנן דהכא או רבנן מדרומא אין תימר רבנן דהכא ניחא אין תימר רבנן דדרומא

דדרומא דברבייא קמוי והוא שאיל לזעירייא אין תימר רבנן דהכא ניחא אין תימר רבנן דדרומא אתון שריין ואינון אסורין דתני מקום שנהגו לרחוץ אחר המיטה מרחיצין ובדרום מרחיצין אמר רבי יוסה בי רבי בון מי שהוא סתי' ארח הרחיצה עושה אותה כאכילה ושתיית הדא דאת מר ברחיצה שהיא של תענוג אבל ברחיצה שאינה של תענוג מותר שמואל בר אבא עלו בו חטטין אתון ושאלון לרבי יסא מהו דיסחי. אמר לון ואין לא סחי מיית הוא אין כיני אפילו בתשעה באב אין כיני אפולו ביום הכיפורים ר' יוסי בן חנינה ראו אותו טובל אין לקירויו לא ידעין ואין להקר גופו שאין רחיצת צונין רחיצה לא ידעין הורי רבי בא בר כהן תנייא הורי רבי אחא בבא מן הדרך והיו רגליו קיהות עליו שמותר להרחיצם במים. Traditio. Iſta ſunt, quæ ſunt vetita lugenti toto ſeptiduo, lotio, unctio, & inductio calcei, & uſus lecti (*concubitus*) tonſio, ablutio, & lectio in lege, & ſtudium commentarii allegorici, & conſtitutionum, & Agadoth, & ſalutatio & opus. Doctor qui prohibet lugenti lotionem, eſt R. Nathan: Narratur. R. Amme quæſivit a R. Chijah bar Ba R. Joſe miſit ad Rabi Ba bar Coen; reſpondit. Nonne ita nos docuit Rabi? Narratur: R. Amme quæſivit a R. Simeone ben Lakiſch, & illum docuit. Toto ſeſtiduo juxta mentem R. Nathan. Reſpondit: Fortaſſe duo ſunt facta. Nos dicimus de R. Chijah bar Aba & vos dicitis de R. Simeone ben Lakiſch. Et hinc præterea narratur. R. Chama pater R. Oſajah quæſivit a ſapientibus, & prohibuerunt; R. Joſe, a quibuſnam ſapientibus quæſivit? A ſapientibuſne hujus loci, an a ſapientibus meridionalibus? Si dicas de ſapientibus hujus loci; recte; ſi dicas de ſapientibus meridionalibus, qui erant maximi coram te, at ipſe quæſivit a minimis. Si dicas de ſapientibus hujus loci, recte: Si dicas de ſapientibus meridionalibus, ipſi permiſerunt, & non prohibuerunt. Etenim extat traditio: Ubi ſolent lavare poſt lectum, lavant; & in plaga meridionali lavant: Dicit R. Joſe diſcipulus R. Bon; Qui permittit lotionem, eam conſiderat ſicut cibum & potum. Quod dicis, intelligitur de lotione voluptuoſa; at lotio quæ non ſit voluptuoſa, permittitur; Cum adſcendiſſet ulcus in Samuelem bar Aba, venientes quæſierunt a R. Iſa; quid? non licet avellere? Reſpondit: Quando moriatur, ſi non avellat. Si ita eſt, vel nona die Ab; Si ita eſt, vel ita die expiationum. Viderunt lavantem R. Joſe ben Chanina. Num licet ſe refrigerare? Ignorarunt: Num licet refrigerare corpus? Num lotio in aquis frigidis eſt lotio? Ignorarunt. Traditio: Docet R. Acha de eo, qui veniat ex itinere, & ejus pedes ſint ſtupidi, licitum eſt aquis lavare. *Maimonides*, Ebel v. 3. ומניין שהאבל אסור לכבס גופו ולסוך שנ' התאבל נא ולבשי בגדי אבל ואל תסוכי שמן ורחיצה בכלל סיכה שהרחיצה קודמה לסיכה שנ' ורחצת וסכת. Unde probatur lugenti vetitum eſſe lavare corpus ſuum; & ungere? Ex eo quod dictum eſt: *Exhibe quæſo te lugentem, indue veſtes luctus, ne te ungas oleo:* Et lotio comprehenditur in unctione, etenim lotio unctionem præcedit. Dictum eſt enim: *Et te lavabis & unges:* Frequens erat unctio apud Hebræos, ut conſtat ex loc. cit. *Ruth.* III. 4.& 2. Ubi Targum: בוסמנין *Unguentis aromaticis; & Aben Ezra.* Oleo, cui eſt odor bonus; quondam ſic conſuetudo frequens in Iſrael viris, & fœminis. *Sam.* XIV. 3. & Ibid. XII. 20. ויקם דוד מהארץ וירחץ ויסך ויחלף שמלתיו: *Et ſurgens David de terra, ſe lavit & unxit, & mutavit veſtes ſuas.* 2. *Reg.* IV. 2. ויאמר אליה אלישע מה אעשה לך הגידי לי מה יש לכי בבית ותאמר אין לשפחתך כל בבית כי אם אסוך שמן: *Et dixit ei Eliſæus: Quid faciam tibi? Nuncia mihi, quod habes in domo & reſpondit. Non eſt ancillæ tuæ in tota domo, niſi quo ungar, oleum.* 2. *Chron.* XXVIII. 15. ויקמו האנשים אשר נקבו בשמות ויחזיקו בשביה וכל מערמיהם הלבישו מן שללוי לבשום ויאכלום וישקום ויסכום: *Et ſurgentes viri; quorum nomina memorata ſunt, & apprehendentes captivos, & omnes nudos eorum veſtierunt ex præda &c. & induerunt, & calcearunt, & cibum & potum præbuerunt, & unxerunt. Ezec.* XVI. 9. וארחצך במים ואשטף דמיך ואסכך בשמן ואלבשך רקמה ואנעלך תחש ואחבשך בשש ואכסך משי: *Et lavi te aquis, & deterſi ſanguinem tuum ex te, & unxi te oleo, & veſtivi te veſtibus opere phrygiano confectis, & calceavi te janthino, & involui te byſſo, & velavi te veſtibus ſericeis. Daniel* X. 3. ובשר ויין לא בא אל פי וסוך לא סכתי: *Et caro & vinum non venit in os meum, & ungendo me non unxi. Mich.* VI. 15. אתה תזרע ולא תקציר אתה תדרך זית ולא תסיך שמן: *Tu ſeres, & non metes, tu calcabis olivam, & non ungeris oleo. Amos* VI. 6. השתים במזרקי יין וראשית שמנים ימשחו: *Bibunt in phialis vinum, & electis unguentis ungunt ſe. Pſalm.* CIV. 15. ויין ישמח לבב אנוש להצהיל פנים משמן: *Et vinum lætificabit cor hominis, ut niteat facies ex oleo. Prov.* XXVII. 9. שמן וקטרת ישמח לב. *Oleum & ſuffimentum lætificabit cor.* Ibid. XXI. 17. אהב יין ושמן לא יעשיר: *Qui amat vinum & oleum, non ditabitur. Eccleſ.* VII. 1. טוב שם משמן טוב: *Melius eſt bonum nomen,*

quam

quam unguentum bonum. Ibid. x. 1. memoratur שמן רוקח *oleum pigmentarium*. *Esther* II. 12. ובהגיע תר נערה ונערה לבוא אל המלך אחשורוש מקץ היות לה כרת הנשים שנים עשר חרש כי כן ימלאו ימי מרוקיהן ששה חרשים כשמן המר וששה חרשים בבשמים ובתמרוקי הנשים׃ *Cum autem venisset tempus singularum puellarum, ut venirent ad regem Assuerum, a tempore juxta morem mulierum, duodecim mensibus; eo quod impleantur dies expolitionis earum, sex mensibus oleo, & myrrha, & sex mensibus in unguentis, & in expolitiore mulierum*. *Judith*. x. 3. *Et lavit corpus suum, & unxit se*. μύρῳ παχεῖ *unguento pingui*, seu *spisso*. *Sapient*. II. 7. *Vino pretioso, & unguentis nos impleamus*. Vid. *Dan*. fragm. I. 17. *Matth*. VI. 17. *Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava*. Ibid. XXVI. 7. *Accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis*. Marc. XIV. 3. *Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier, habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi & fracto alabastro effudit super caput ejus*. *Job*. XII. 3. *Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi, & unxit pedes Jesu, & extersit pedes ejus capillis suis, & domus impleta est ex odore unguenti*.

De unctione constat ex 2. *Sam*. XII. 20. ubi David post luctum se lavit, & unxit. ויקם דוד מהארץ וירחץ ויסך ויחלף שמלתיו׃ *Et surgens David de terra, se lavit, & unxit, & mutavit vestes suas*. Ibid. XIV. 2. de muliere Thecuitica luctu simulante ex consilio Joab. וישלח יואב תקועה ויקח משם אשה חכמה ויאמר אליה התאבלי נא ולבשי נא בגדי אבל ואל תסוכי שמן והיית באשה זה ימים רבים מתאבלת על מת׃ *Et misit Joab Teecuta, & assumsit inde mulierem sapientem, & dixit illi. Lugentem te exhibe, & indue quæso vestes luctus, ne te ungas oleo, & sis sicut mulier illa diebus multis, quæ lugeat mortuum*. *Dan*. x. 2. בימים ההם אני דניאל הייתי מתאבל שלשה שבעים ימים לחם חמדות לא אכלתי ובשר ויין לא בא אל פי וסוך לא סכתי עד מלאת שלשת שבעים ימים׃ *In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desideriorum non comedi, & caro & vinum non venit in os meum, & unctione non unxi usque ad complementum trium hebdomadarum dierum*.

Luxus incredibilis apud veteres in unctionibus. Singulis corporis membris singula destinata unguenta teste *Athenæo*, caput & collum, supercilia ac capilli oleo *serpillino*, aut *Amaracino*, genæ & mammillæ φοινικίνῳ, genua & collum ἑρπυλλίνῳ, unum brachiorum Sisymbrino, & tibiæ a genu usque ad imos ungues μύρῳ Αἰγυπτίῳ: ungebantur. Nardo apud Græcos & Romanos caput & capilli ungebantur.

Tibullus lib. III. eleg. 6.

> *Jamdudum Tyrio madefactus tempora nardo*.

Et similiter *amomo*. *Martialis* lib. VIII. Eleg. 76.

> *Si sapis Assyrio semper tibi crinis amomo*
> *Splendeat*.

Et balsamo. *Juvenalis* Sat. II.

> —— *hirsuto spirant opobalsamo collo*

Myrabalano. *Horatius* lib. III. od. 29.

> *Pressa tuis balanus capillis*.

Myrrha. Idem lib. III. od. 14.

> *Myrrheum nodo cohibere crinem*.

Virgilius.

> —— —— *crines*
> *Vibrati calido ferro, myrrhaque madentes*.

Ovidius lib. V.

> *Et madidos myrrha currum crinale capillos*.

Malobathro. *Horatius*.

> —— —— *micantes*
> *Malobathro Syrio capillos*.

Hospites loti, & uncti. Telemachus & Pisistratus Menelai hospites ab ancilla loti & uncti sunt teste *Homero* Odyss. IV. *Et Apulejo* Metam. I. *Fotis sarcinulas hospitis susceptas cum fide conde in illud cubiculum, ac simul e promtuario oleum unctui, lintea tersui, & cetera huc eidem usui profer ocyter, & hospitem meum produc ad proximas balneas, satis arduo itinere, atque prolixo fatigatus est*. Et lib. III. *Jussis balnearibus adsequi, produxit ad lavacrum proximum*. Hinc illustratur *Luc*. VII. 44. 46. *Et conversus ad mulierem dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti; hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, & capillis suis tersit, osculum mihi*

mihi non dedisti; hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti; hæc autem unguento unxit pedes meos.

Pedes quoque unguentis uncti. *Isai.* III. 18. ויאמר יהוה יען כי גבהו בנות ציון ותלכנה נטוות גרון ומשקרות עינים הלוך וטפף תלכנה וברגליהם תעכסנה ישפח ארני קדקד בנות ציון יהוה פתהן יעלה ביום ההוא יסיר ארני את תפארת העכסים והשכיסים והשחרנים: *Et dixit Dominus: Eo quod elevatæ sunt filiæ Sion, & incesserunt extenso collo, & nutibus oculorum iverint, & saltantes & personantes ambulaverunt, & in pedibus earum* העכסנה *crepitacula; & decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. Die illa removebit Dominus ornamentum, crepitacula, & lunulas, & inaures. R. Isaach* ad h. l. scribit, *quod calceamentis suis indiderint myrrham, & balsamum, & conculcaverint in pavimento.* Verumtamen *Kimchi* exponit עכס *ornamentum tinniens, seu strepitum edens*, h. e. *crepitaculorum, quæ in eo sunt, strepitum resonans. Abarbanel* putat filias Sions altis fuisse usas calceis eo quod גבהו *eminuisse* dicantur, pariterque quod pedibus suis induxerint עכסים *compedes*, quarum agitatione, tanto audirentur melius, aut quod portaverint חנשיטין *mundum pretiosum* in pedibus suis, ut in allidendis pedibus monilium illorum sonantium audiretur strepitus. Sunt qui asserunt calceamenta muliebria unguentis imbuta fuisse ex *Plauto* in Aulul. act. III. sc. 5.

> *Aut manulearii, aut Myrrobathrarii.*

Præcipue in festis, ludis, & gaudiis & natali die unguentis erant delibuti. *Tibullus* lib. I. eleg. 8.

> *Huc ades & centum ludos, Geniumque choreis*
> *Concelebra, & multo tempora funde mero*
> *Illius & nitido stillent unguenta capillo.*

Ibid. lib. II.

> *Ipse suos Genius adsit visurus honores*
> *Illius puro distillent tempora nardo.*

Juvenalis Satir. IX.

> *Dum bibimus, dum serta, unguenta puellas*
> *Poscimus.*

Et in pratis, & in rivulis. *Horatius* lib. II. Od. 3.

> *Qua pinus ingens, albaque populus*
> *Umbram hospitalem consociare amant*
> *Ramis quo obliquo laborat*
> *Huc vina & unguenta, & nimium breves*
> *Flores amænæ ferre jube rosas.*

Vino immixta unguenta. *Ælianus* Hist. lib. XII. cap. 31. μύρῳ οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον. *Juvenalis* Sat. VI.

> *Cum perfusa mero spumant unguenta falerno*
> *Cum bibitur concha* —— ——

Plautus in Milit. gloriof. act. III. sc. 2.

> *Demisit Nardini unam amphoram cellarius.*

Pueri, qui *pocillatores* & *a cyathis* dicebantur, plerumpat uncti: *Propertius.*

> *Lygdamus ad cyathos* ——

Horatius lib. I. od. 29.

> *Puer qui ex aula capillis*
> *Ad cyathum statuetur unctis.*

Seneca Epist. 110. *Crinitus puer poculum tibi porrigat. Julianus* Mesop. οὐ κρεῖττον ἦν ὀδωδέναι μύρων τὴν ἀγορὰν βαδίζοντές σου καὶ παῖδας ἡγεῖσθαι καλοὺς, εἰς οὓς ἀποβλέπουσι οἱ πολῖται. *Juvenalis* Sat. IX.

> *Puerum te & pulchrum & dignum cyatho.*

Vide *Athenæum* lib. X. c. 8. Uncti cœnabant. *Athenæus* lib. IV. ex *Homero*. Δεῖν θεραπεύσαντα τὸ σωμάτιον, καὶ λουσάμενον ἰέναι πρὸς δεῖπνον. *Horatius* lib. II. Sat. 7.

> —— —— *jusserit ad se*
> *Mecænas servum sub lumina prima venire*
> *Convivan, nemo, oleum feret ocyus.*

Apulejus Metam. lib. IV. *Nudati, & flammæ largissimæ vapore recreati, calidaque perfusi, & oleo peruncti, mensas dapibus largiter instructas accumbunt. Martialis* lib. III. Ep. 12.

> *Unguentum (fateor) bonum dedisti*
> *Convivis here, sed nihil scidisti.*
> *Res salsa est bene olere, & esurire;*

Qui

Qui non cœnat, & ungitur, Fabulle;
Hic vere mihi mortuus videtur.

Effœminati, & mollissimi habiti, qui unguentis delectabantur. Hinc apud *Virgilium* ab Jarba Æneas deridetur lib. VI.

Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu
Mæonia mentum mitra crinemque madentem
Subnixus, rapto potitur ——

Gellius lib. VII. cap. 12. *Nam qui quotidie unguentatus adversum speculum ornetur, cujus supercilia raduntur, qui barba volsa, fœminibusque subvolsis ambulet, qui in conviviis adolescentulus cum amatore, cum chiridota tunica interior accubuerit, qui non modo vinosus, sed virosus quoque sit e contra quispiam dubitet, quia idem fecerit, quod cinædi facere solent?* Vespasianus apud *Svetonium* cap. 7. *Nequam occasionem corrigendi disciplinam prætermitteret, adolescentulum fragrantem unguento, cum sibi pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam gravissima increpuit: Maluissem allium oboluisses: literasque revocavit.* Cum unguentorum luxus crevisset, exotica unguenta Censorum edicto vetita sunt teste *Plinio* lib. XIII. cap. 3. *Certum est Antiocho rege, Asiaque devicta ab anno urbis DCLVI. Publium Licinium Crassum, L. Julium Cæsarem Censores edixisse nequis venderet unguenta exotica.*

De tonsione, quod vetita sit lugenti, constat ex Gemara Hierosol. *Moed Katon.* תני כל אילו שאמרו מגלחין במועד מותרין לגלח בתוך שלשים יום של אבל אית תניי תני אסור ואית תניי תני מותר אמר רב חסדא מאן דאמר מותר בשיש שם רגל מאן דאמר אסור באין שם רגל מחניתא פליגא על רב חסדא הרי שתכפוהו אבליו זה אחר זה שיקל בסכין ובמספרת אבל לא במספריים ויעשה אבל השיני אצל הראשון כמי שהוא אנוס ויגלח הוי לא אתאמרת אלא מפני כבוד הרגל רבי שמואל בר רב יצחק בעי ניחא בתוך שבעה בתוך שלשים התיב ר׳ חנניה חברון דרבנן והא תאני אילו דברים שאבל אסור בהן כל שבעה אם בתוך שלשים הוא אסור בתוך שבעה הלא כל שכן לא איתאמרת אלא כשתכפוהו אבלים הדא אמרה שהוא מותר אמר רבי מתניה מאן דאמר אסור בדרכו בטספרים שפם ונטילת צפורנים אית תניי תני ברגל מותר ובאבל אסור אית תניי תני ברגל אסור ובאבל מותר מאן דאמ׳ ברגל מותר בשיש שם רגל ובאבל אסור בשאין שם רגל מאן דאמר ברגל אסור בשיש שם הערמה באבל מותר בשאין שם הערמה רב חייה בר אשי בשם רב הלכה כדברי מי שהוא מיקל כאן ובאן רבי שמעין בר אבא בשם רבי יהושע בן לוי הלכה כדברי מי שהוא מיקל בהילכות אבל רב אמר שפם בנטילת צפרנים לכל דבר אמר ר׳ ירמיה ובלבד בנוטות רבי יצחק בר נחמן בשם ר׳ חנינה זוג בא לפני ר׳ בשפם ובנטילת צפרנים והתיר להם ר׳. ר׳ סימון בשם ר׳ חנינה שני זוגות היו אחר מעמחן ואחה מירר עלה אחר בשפם ואחר בנטילת צפרנים והתיר להן ר׳ כהדא ר׳ שמואל בר אבא דסכת אחתיה והוה יתיב מצמי אפרויי סלק ר׳ לעזר לגביה ולא כסיתון סלק רבי נחן בר אבא לגביה וכסיתון אמר לית מן קומי רבי לעזר לא כסיתינון ומן קומוי את מכסי לון אמר ליה ומה את סבר דאת הביב עלי ברבי לעזר: Traditio: Omnes isti, de quibus dixerunt, se tondeat in diebus festi intermediis, licitum est se tondere intra triginta dies luctus: Est qui dicit, quod sit vetitum; & est qui dicit, quod, sit licitum. Dicit Rab. Chasda. Qui dicit, quod sit licitum, intelligitur, quando tum fuerit festum; Qui dicit, quod sit vetitum, intelligitur quando tum non fuerit festum. Misna contraria est τῷ R. Chasda. Ecce si continuetur ejus luctus, ecce illi allevatur in cultro, & forfice, at non in novaculis, & faciet luctum secundum prope primum, quasi coactus se totonderit. Ecce tu non dicis nisi propter decorem festi. R. Samuel bar R. Isaach dicit. Recte intra septem dies; At intra triginta; Respondit R. Chananjah socius sapientum. Atqui hæc sunt, quæ sunt vetita lugenti toto septiduo; Si intra triginta est vetitum, intra septem nonne multo magis? Non dicis, nisi postquam continuaverint lugentes. Hoc dicis, quod sit licitum. Dicit R. Nathania. Qui dicit quod sit vetitum, intelligitur quando tondeat more consueto novaculis. Mystax & præcisio ungium, est qui docet quod sit permissa in festo, & vetita lugenti: Est qui docet, quod sit vetita in festo, & permissa in lugente: Qui dicit quod sit permissa in festo, quando tum fuerit festum, & in lugente vetita, quando tum non fuerit festum. Qui dicit, quod in festo sit vetita, quando ibi sit calliditas; & in lugente quod sit licita, quando ibi non sit calliditas. R. Chaijah bar Asse nomine Rab. Constitutio juxta verba illius, qui allevat in constitutionibus lugentis. Rab dicit de mystace, & de præcisione unguium in singulis rebus. Dicit R. Hieremia. Dummodo in nautis. R. Isaach bar Nachman nomine R. Chanina. Par venit coram Rabi cum mystace, & præcisione unguium, & iis permisit Rabi: R. Simon nomine R. Chanina. Duo paria: Alter ex Umathan, & alter ex Midad. Adscendit alter cum mystace, & alter præcisis unguibus, & iis permisit Rabi.

Sit

Sic R. Samuel bar Aba, cui mortua erat soror, ipse sedens præcidebat ungues. Adscendit ad eum R. Eliesar, & eas non operuit. Adscendit ad eum R. Nathan bar Aba & eas operuit. Dixit coram R. Eliesar non operuit, & coram me operuit. Respondit. Quid putas, quod tu sis amabilior coram me præ R. Eliesar?

Convivum vetitum in luctu. Gemara Hierosol. *Moed Katon* ibid. אבל כל זמן שמתו מוטל לפניו אוכל אצל חבירו אין לו חבר אוכל בבית אחר אין לו בית אחר עושה מחיצה ואוכל אם אינו יכול לעשות מחיצה הופך את פניו כנגד הכותל ואוכל ואינו לא מיסב ואוכל ולא אוכל כל צורכו ולא שותה כל צורכו ולא אוכל בשר ולא שותה יין ואין מזמנין עליו ואם בירך אין עונין אחריו אמן ואחרים שבירכו אינו עונה אחריהן אמן בכמה דברים אמורים בחול אבל בשבת מיסב ואוכל ואוכל כל צירכו ושותה כל צורכו ואוכל בשר ושותה יין ומזמנין עליו ואם בירך עונין אחריו אמן ואחרים שבירכו עונה אחריהן אמן: At quandiu mortuus jacet in ejus conspectu, comedet apud socium suum; si sibi non sit socius, comedet in alia domo, si sibi non sit alia domus, faciet maceriem, & comedet, si non possit facere maceriam, convertet faciem suam ad parietem, & comedet. Non accumbet ut comedat, neque comedet quantum sibi necesse est, neque bibet quantum sibi necesse est, neque comedet carnem, neque bibet vinum; neque invitatur ad convivium; si benedicat, non respondent post illum amen, & alii si benedicant non respondebit post eos amen. At de quo hæc dicta sunt? In die profesto. At in Sabbatho accumbet, & comedet, & comedet quantum sibi necesse est, & bibet quantum sibi necesse est, & comedet carnem & bibet vinum, & ad convivium invitatur, & si benedicat, respondent post eum amen, & si alii benedicant, respondet post eos amen.

Hujusmodi ritus lugubres vel apud reliquas gentes obtinuere. *Plutarchus* in consolat. ad uxorem. *Ita dejiciunt, inque angustias redigunt, & meticulosum faciunt animum, ut propter luctum neque risum, neque lucem, neque humaniorem mensam participent. Comitatur autem huic malo neglectio corporis, aversatio unctionis, balnei, ac reliquæ victus rationis.* Idem ibid. *Et sessiones deformes, & accubitus laboriosos. Svetonius* in Caligula cap. 24. in morte Drusillæ. *Eadem defuncta justitium indixit, in quo risisse, lavisse, cœnasse cum parentibus, aut conjuge, liberisque capitale fuit. Paulus* recep. sentent. lib. 1. cap. 22. *Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, & alba veste.* Item in l. Templorum Codic. Theodos. de Paganis. *Non liceat omnino in honorem saarilegi ritus funestioribus locis exercere convivia. Statius* Opiced. in Glauscian.

> *Muta domus, fateor, desolatique penates*
> *Et situs in thalamis, & mœsta silentia mensis.*

Lucanus in luctu Corneliæ Pompeii uxoris.

> *Sic ubi fata, caput ferali obnubit amictu*
> *Decrevitque pati tenebras* ——

Lumen non accendebatur. Glossæ veteres: *Silicernium* περίδετινον λύχνους τὸ ἅπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις. Item focus neglectus. *Juvenalis* Sat. III.

> *Si magna Assarici cecidit domus, horrida mater*
> *Pullati proceres, differt vadimonia prætor,*
> *Tum gemimus casus urbis, tunc odimus ignem.*

Interpres ejus vetus. *Nec focum in domo mortui fieri patimur, quod & lugentes observare solent.* Hinc lux impartitur *Apulejo* Miles. 2. *Abi, inquit, fatue, qui in domo funesta cœnas, & partes requiris, in qua tot jugis jam diebus ne fumus quidem visus est. Plutarchus* in Polopida narrat, *milites in tentoria abeuntes neque ignem accendisse, neque cibum sumsisse.*

XX. Lugenti interdicta mercatura & opus: Gemara Hierosol. *Moed Katon* l. c. הרי שאין לו מה לאכול ביום הראשון ובשני אינו עושה מלאכה בשלישי הוא עושה בצינעה אבל אמרו תבוא מאירה לשכיניו תצריכוהו לכך בר קפרא אמר אפילו משלישי לא יעשה כל עיקר בר קפרא כרעתיה דבר קפרא אמר אין תוקפו של אבל אלא עד שלשה ימים: Ecce si sibi non non fuerit quod comedat, die primo & secundo non faciet opus, in tertio faciet in abscondito. At dicunt. Veniat veniat maledictio super ejus vicinos, qui ita eum facere coegerunt. Bar Kaphra dicit. Vel in tertio omnino non faciet. Bar Kaphra juxta sententiam suam; etenim bar Kaphra dicit: Non erit molestia lugenti nisi usque ad tres dies. *Ibid. infra.* על כל המתים אסור לו לך בסחורה עד שלשים יום על אביו ועל אמו עד שינערו בו חביריו לו צא עמנו: Pro omnibus mortuis vetitum est proficisci ad mercaturam usque ad tricesimum diem; at pro patre & matre

tre ſua, donec illi perſuaſerint ſocii dicentes. Veni nobiſcum. *Maimonides* Abel v. VII. רמז לאבל שאסור בעשיית מלאכה זה שנ׳ והפכתי חגיכם לאבל מה הג אסור בעשית מלאכה אף אבל אסור בעשיית מלאכה וכשם שהוא אסור בעשיית מלאכה כך הוא אסור לישא וליתן בסחורה ולילך ממדינה למרינה בסחורה כל שלש ימים הראשונים אסור בעשיית מלאכה אפילו היה עני המתפרנס מן הצדקה מכאן ואילך אם היה עני עושה בצנעה בתוך ביתו והאשה טוה בפלך בתוך ביתה שני אחים או שני שותפין שהיו בחנות אחת ואירע אבל לאחר מהן נועלין את החנות כל שבעה: Signum eſt lugenti vetitum eſſe opus, ex eo quod dictum eſt. *Et convertam ſolennitates veſtras in luctum*. Sicut in ſolennitate vetitum eſt opus, ita pariter lugenti vetitum eſt opus. Similiter illi vetitum eſt mercari, & itinerari de urbe ad urbem cum mercibus. Cunctis tribus diebus prioribus vetitum eſt illi facere opus, vel ſi fuerit pauper, qui alatur eleemoſyna. Hinc & ulterius poterit clam facere opus intra domum ſuam, & mulier poterit nere colo ſuo intra domum ſuam. Si duo fratres, aut duo ſocii fuerint in una officina, & contigerit alteri ex iis luctus, clandent officinam toto ſeptiduo.

XXI. Apud Hebræos tempus luctus ſeptiduo definitur. *Geneſ.* I. 10. de Joſeph in funere patris. ויעש לאביו אבל שבעה ימים *Et fecit patri ſuo luctum ſeptem diebus. Judith* XVI. 29. *Luxitque illam* ſc. Judith *omnis populus diebus ſeptem. Eccleſ.* XXII. 13. *Luctus mortui ſeptem dies. Joſeph.* lib. XVII. Antiq. 30. de Archelao funus Herodis patris procurante: *ἐπὶ μὲν ἑβδόμην ἡμέραν πένθος τῷ ἐν τῷ πατρὶ τιμῶν τόσας γὰρ διαγορεύει τὸ νόμιμα τοῦ πατρίου per ſeptiduum luctum parenti celebraſſe tot enim dies patrium morem requiſiſſe*. Gemara Hieroſol. *Moed Katon* מניין לאבל מן התורה שבעה ויעש לאביו אבל שבעת ימים ולמירין רבר קודם למתן תורה רבי יעקב בר אחא בשם רבי זעורה שמע לה מן הרא ופתח אוהל מועד תשבו יומם ולילה שבעת ימים ושמרתם את משמרת משכן יי׳ כשם ששימר הק״בה על עולמו שבעה כך אתם שמרו על אחיכם שבעה ומניין תשימר הק״בה על עולמו שבעה ויהי לשבעת הימים ומי המבול היו על הארץ ומתאבלין קודם שימות המת אלא בשר ודם שאינו יורע מה עתיד להיות אינו מתאבל עד שימות המת אבל הק״בה שהוא יורע מה עתיד להיות שימר על עולמו תחילה אית רבעי מימר אילו שבעת ימי אבלו של מתושלה הצדיק אמר רבי הושעיה כי שמן משחת יי׳ עליכם כשם שנתרויתם בשמן המשחה כל שבעה כך אתם שמרו על אחיכם כל שבעה רבי אבהו בשם רבי יוחנן אל נא תהי כמת תסגר מה ימי המת שבעה אף ימי הסגר שבעה חד ר׳בר אמר הרא דרבי יוחנן קומי דרבי שמעון בן לקיש ולא קביל עלוי אמר הכא עבד לה להסגר והכא הוא עבר להחלט דאמר רבי יוחנן בשם רבי ינאי אל נא תהי כמת מה ימי המת אינן עולין אף ימי החלט אינן עולין רבי ירמיה ורבי חייה בשם רבי שמעון בן לקיש רבי אבהו רבי יוסי בן חנינה בשם רבי שמעון בן לקיש ויתמו ימי בכי אבל משה ימי שבעה בכי שנים אבל שלשים ואית דמחלפין ימי שנים בכי שבעה אבל שלשים רבי חייה בשם רבי שמעון בן לקיש רבי יונה ורש׳בל בשם רבי יודן נשייא והפכתי חגיכם לאבל מה ימי החג שבעה אף ימי האבל שבעה אמר רבי אמי לרבי חייה בר בא או מה ימי החג שמונה אף ימי האבל תמונה אמר ליה שמיני רגל בפני עצמו הוא או מה העצרת יום אחד אף האבל יום אחד אמר ליה מיכן לשמועה רחוקה ותני כן שמועה קרובה יש לה שבעה ושלשים ורחוקה אין לה שבעה ושלשים אית תניי תני שמועה קרובה בתוך שנים עשר חרש ורחוקה לאחר שנים עשר חרש רבי אבהו בשם רבי יוחנן הלכה כרברי מי שהוא אומר שמועה קרובה בתוך שלשים ורחוקה לאחר שלשים הרי ששמע שמת לו מת ברגל לא הספיקו ימי הרגל לצאת עד ששלמו לו שלשים חבריה אמרי מכיון ששמע בתוך שלשים מונה שבעה לאחר שלשים אמר לון רבי יוסי מכיון ששמע בשעה שאינו יכול להתאבל כמי ששמע לאחר שלשים ואין לו אלא יום אחד בלבר רבי אידי דקיסרין בשם רבי יוחנן באת לו שמועה קרובה בשבת קורע למחר ומתאבל אמר רבי חנניה אינו מתאבל אמר ליה רבי מנא ויש קריעה בלא איבול שכן על אביו ועל אמו אפילו למחר כמם חייב לקרוע. Et unde probatur lugendum eſſe ſeptem dies? Ex eo quod dictum eſt. *Et fecit patri ſuo luctum ſeptem diebus*. At percipimus rem ane datam legem. R. Jacob bar Acha nomine R. Zehera hinc probat. *Et ad oſtium tentorii conventus ſtabitis nocte & die ſeptem dies, & cuſtodietis cuſtodiam tabernaculi Domini*. Sicut vigilavit Deus S. B. pro mundo ſuo ſeptem dies, ita pariter vigilate pro fratribus veſtris ſeptem dies. Et unde probatur quod Deus S. B. vigilaverit pro mundo ſuo ſeptem dies? Ex eo quod dictum eſt: *Et fuit poſt ſeptem dies, ut aquæ diluvii eſſent ſuper terram*. Num lugendum eſt antequam moriatur mortuus? At caro & ſanguis ignorat, quid futurum ſit, neque luget, priuſquam moriatur mortuus. At Deus S. B. qui cognoſcit, quod futurum eſt, vigilat ſuper mundo ſuo a principio. Si velis tibi dicam: Iſti ſunt ſeptem dies luctus Methuſalah juſti. Dicit R. Oſajah: *Quia oleum unctionis Domini ſu-*

super vos. Sicuti præmoniti estis de oleo unctionis toto septiduo, ita pariter vigilate pro fratribus vestris toto septiduo. R. Abau nomine R. Jochanan: *Ne nunc sit sicut mortuus*. Sicut dies mortui sunt septem, ita pariter dies inclusionis sunt septem. Unus ex filiis Rabi dixit hanc opinionem R. Jochanan coram R. Simeone ben Lakisch, & non accepit, & dixit: Hic assimilat leproso incluso, & ibi assimilat leproso declarato. Etenim dicit R. Jochanan nomine R. Inai. *Ne nunc sis sicut mortuus*. Sicut dies mortui non numerantur, ita pariter dies leprosi declarati non annumerantur. R. Jeremia & R. Chjiah nomine R. Simeonis ben Lakisch. R. Aban, R. Jose ben Chanina nomine R. Simeonis ben Lakisch. *Et completi sunt dies fletus luctus Mose*. *Dies* septem; *fletus* duo, *lectus* triginta: & sunt qui immutant. *Dies* duo; *fletus* septem, *luctus* triginta. R. Jose, R. Chjiah, & R. Simeon ben Lakisch nomine R. Jodan principis. *Et convertam solennitates vestras in luctum*. Sicut dies solennitatis sunt septem, ita pariter dies luctus sunt septem. Dixit R. Amme τῷ R. Chjiah bar Ba. Aut sicut dies solennitatis sunt octo, ita pariter dies luctus sunt octo. Respondit: Dies octavus erat dies festus seorsim. Aut sicut Pentecostes erat dies unus, ita pariter luctus erit dies unus. Respondit. Hinc probatur de nuncio propinquo. Et extat traditio. Nuncio proximo sunt dies septem, & triginta, & longinquo non sunt dies septem & triginta. Est qui docet: Nuncius proximus intra duodecim menses, & longinquus post duodecim menses. R. Aban nomine R. Jochanan: Constitutio juxta verba illius qui dicit. Nuncius proximus intra triginta dies, & longinquus post triginta dies. Ecce si audierit sibi mortuum esse mortuum in festo, non cessabunt dies festi ad exitum, priusquam sibi compleantur triginta dies. Socii dixerunt. Quando audierit intra triginta dies, numerabit septem post triginta dies. Respondit R. Jose. Quando audierit in tempore, in quo non possit lugere, reputatur perinde ac audierit post triginta dies, & sibi non est nisi dies unus duntaxat. R. Idi Cæsariensis nomine R. Jochanan. Si sibi afferatur nuncius proximus in Sabbatho lacerabit vestes die sequenti, & lugebit. Dicit R. Chananjah: Non lugebit. Respondit ei R. Mena. Estne laceratio vestium sine luctu? Etenim sic pro patre & matre vel post multos dies debet lacerare.

Apud Spartanos undecim dierum spatio definitus est luctus. *Plutarchus* in Lycurgo. *Lugendi vero tempus breve præfiniunt, dies undecim, duodecimo autem post celebratum Cereri sacrificium solvere luctum oportebat*. *Herodotus* lib. VI. de Spartanis. *Qui vero rex in bello periit, ejus simulacrum cum expresserint, in toro bene strato offerunt, cujus tumulatione decem dies justitium est*. *Plato* præfectos civitatis vetat esse lugendos in XII. de Leg. *Indumenta omnia alba, luctus ploratusque nullus*. Apud Messalienses nullus luctus *Valerio Maximo* teste lib. II. cap. 6. *Duæ ante portam eorum arcæ jacent altera qua liberorum, altera qua servorum corpora ad sepulturæ, locum plaustro devehebantur, sine lamentatione, sine planctu, sine luctu, funeris dies domestico sacrificio, adjectoque necessariorum convivio finitur. Etenim quid attinet aut humano dolori indulgere, aut divino numini invidiam fieri, quod immortalitatem suam nobiscum partiri noluerit?* Apud Romanos viris nullum, at mulieribus vero decem mensium spatium luctus definitum est. *Plutarchus* in Numa. *Ipse etiam luctum secundum ætates & tempora ordinavit, sc. puerum trimulo minorem non lugendum, majorem vero, non plures menses, quam annos vixisset, usque ad decem. Longissimum autem luctus tempus esse decem mensium quamdiu etiam defunctorum uxores viduæ permanent. Quæ autem ante nupsisset bovem gravidam ex ejus lege immolabat*. *Ovidius* Fast. I.

Quod satis est utero matris dum prodeat infans
Hoc anno statuit temporis esse satis.
Per ottidem menses a funere conjugis uxor
Sustinet in vidua tristia signa domo.

Seneca consolat ad Albinam, capite XV. *Sexui muliebri pœne concessum est, immo datum in lacrymas jus, non immensum tamen, & ideo majores decem mensium spatium viros lugendi dederunt*.

Annuum luctum fœminarum legimus apud nonnullos autores. Idem epist. 64. *Annum fœminis ad lugendum constituere majores, non ut tandiu lugerent, sed ne diutius: Viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum*. *Livius* lib. II. de Bruto. *Sed multo majus decus publica fuit mœstitia, eo ante omnia insignis, quia matronæ unnum ut parentem eum luxerunt, quod tam acer ultor violatæ pudicitiæ fuisset*. Idem honos habitus Valerio Publicolæ eodem teste. *Luxore matronæ ut Brutum*. *Dionys.* Halicarnas. lib. VIII. *Matronæ*

tronæ ut mos est illis in luctu domestico, & necessariorum funeribus, deposito auro & purpura, ceteroque ornatu, atratæ ipsum per annum integrum luxerunt. Dio lib. LVI. in funere Augusti. *Luxerunt eum viri quidem ex lege paucos dies, mulieres vero ex senatus consulto totum annum.* Immo cautum leg. Impp. Gratiani, Valentiniani, & Theodosii l. siquid 2. C. de sect. nupt. *Si qua ex fœminis perdito marito intra anni spatium alteri festinaverit nubere (parvum enim tempus est post decem menses servandum adjicimus) tametsi idipsum exiguum putemus, probrosis inusta notis, honestiorisque nobilisque personæ decore, & jure privetur, atque omnia, quæ de prioris mariti bonis vel jure sponsalium, vel judicio defuncti conjugis consecuta fuerit, amittat.* Variis de causis minuebatur tempus luctus. *Livius* de 2. bello Punico lib. II. *Tum privatæ quoque per domos clades vulgatæ sunt, adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris omissum sit, quia nec lugentibus id facere est fas. Itaque ne ob eandem causam alia quoque sacra publica aut privata desererentur, senatus consulto diebus triginta luctus est finitus.* Aliæ causæ citius finiendi luctus a *Festo* recensentur. *Minuitur vero luctus Ædis dedicatione, cum Censores lustrum condiderunt, cum votum publice susceptum solvitur, privatus autem, cum liberi nati sunt, cum honos in familia venit, cum parens aut liberi, aut vir, aut frater ab hoste captus domum redit, cum desponsa est, cum propiore quis cognatione, quam is, qui lugetur, natus est, cum in casto Cereris est, omnique gratulatione.*

Apud Barbaros breve tempus luctus. *Tacitus* de moribus Germanorum. *Lamenta, & lacrymas cito, dolorem & tristitiam tarde ponunt. Fœminis lugere honestum est, viris meminisse. Plutarchus* in consolat. ad Apollonium. *Ex ipsis vero barbaris, siqui luctum exercent, non animosissimi Germani, non Galli, aut siqui alii generoso pleni spiritu, id faciunt, sed Ægyptii, Syri aliique eorum similes.*

Aliquando ultra anni spatium a nonnullis productus luctus. *Tacitus Annal.* XIII. *Longa huic Pomponiæ ætas, & continua tristitia fuit. Nam post Juliam Drusi filiam dolo Messalinæ interfectam per quadraginta annos non cultu nisi lugubri, non animo nisi mœsto egit. Seneca* in consolat. ad Albinam. *Nosti quasdam, quæ amissis filiis imposita lugubria nunquam posuerunt.*

In morte propinquorum, & amicorum non est damnandus luctus. In vetere testamento sanctissimos viros, & in novo Christum servatorem luxisse mortem Lazari legimus. Patres luctum probarunt. *Ambrosius* in obitu Satyri fratris. *Sunt lacrymæ pietatis indices, non illices doloris, non omnis infidelitatis, aut infirmitatis est fletus, alius est naturæ dolor, alia est tristitia diffidentiæ. Augustinus* serm. 32. de verbis Apostol. 1. Thessal. 4. *Ideo non admonuit Apostolus, ut non contristemur, sed non* sicut ceteri, qui spem non habent. *Contristamur ergo nos in nostrorum mortibus necessitate amittendi, sed cum spe recipiendi; inde angimur, hinc consolamur; inde infirmitas afficit, hinc fides reficit, inde dolet humana conditio, hinc sanat divina pruvidentia. Hieronimus* ad Paulam de morte Blesillæ filiæ. *Ignoscimus matris lacrimis, sed modum quærimus, si parentem cogito, non reprehendo, quod plangis, si Christianam, & Monacam istis nominibus mater excluditur. Joh. Chrisostomus* Homil. 61. in cap. 2. in Joh. *Non lugere, sed immoderate sine debita moderatione lugere veto. Non sum immanis, neque crudelis; video naturam dolere, & quotidianam requirere consuetudinem. Nec licet nullo affectu moveri, quod & Christus ostendit lacrymatus super Lazarum, ejus exemplum sequere, lacrymare sed leniter, & prudenter & cum Dei timore. Cyrillus* in Joh. lib. VIII. cap. 20. *Erudiit nos Dominus suis lacrymis, quomodo charos nostros vita functos moderatis, & lege rationis temperatis lacrymis flere debeamus. Nam ex toto nec compati, nec mœrere ferinum est & durum, horum vero exuberantia, muliebre.*

Ethnici quoque probarunt luctum. *Plato* lib. XII. de legibus. *Flere mortuum jubere absurdum est, plangere vero, & voces & lamenta extra ædes mittere vetandum. Cicero* in Cat. maj. *Solonis quidem sapientis est elogium, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentisque vacare.* Idem Tuscul. II.

> *Mors mea ne careat lacrymis, linquamus amicis.*
> *Mœrorem, ut celebrent funera nostra lacrymis.*

Capitolinus in vita Antonini Pii. *Permittite illi ut homo sit, neque enim vel philosophia, vel imperium tollit affectus.* Non audiendus est *Lucianus* in luctu qui patrem filii mortem deflentem reprehendit: ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε τὶ κεκραγας; τὶ δὲ μοι παρέχοις πράγματα; παῦσαι τιλλόμενος τὴν κόμην καὶ τὸ πρόσωπον ἐξεπιπολῆς ἀμύσσων. *Homo infelix quid clamas? Quid mihi molestus es? Desine vellicare comam, ac vultus etiam cutem lacerare.*

CAPUT IV.

De Præficis.

I. *Funus plerumque indictum*. II. *Noctu aut ante lucem elati mortui*. III. *In lectis elati mortui nobiliores, sandapila plebeii*. IV. *Lectis portandis qui subiere?* V. *Orationes funebres habitæ ante funus*. VI. *Ordo funeris. Proximi sanguine præcedebant. Tibicines & præficæ lectum funebrem præcedebant: Variæ species tibiarum pro variis usibus*.

I. AD funus familiare vocabantur amici. *Varro* de re rustica l. I. c. 69. *Cum hæc diceret Stolo, venit libertus æditui, ad nos flens, & rogat ut ignoscamus, quod simus retenti, & ut ei in funus postridie prodeamus.* Pauperis funus nemo præter propinquos plerumque prosequebatur. *Terent.* Phorm. Act. I. sc. 2.

> *Modo quandam vidi virginem hic viciniæ*
> *Miseram, suam matrem lamentari mortuam:*
> *Ea sita erat ex adverso; neque illi benevolens*
> *Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam*
> *Quisquam aderat, qui adjuvaret funus.*

Indictivum funus erat, ad quod per præconem populus convocabatur. *Festus*. *Indictivum funus ad quod per præconem evocabantur*. *Cicero* II. de leg. *Reliqua sunt in more, funus ut indicatur*. Funus Jacob indictivum merito dici potest, quod eum non solum Israelitæ, sed etiam Ægyptii prosecuti fuerint. *Genes.* L. 7. ויעל יוסף לקבר את אביו ויעלו אתו כל עבדי פרעה זקני ביתו וכל זקני ארץ מצרים וכל בית יוסף ואחיו ובית אביו וגו' ויעל עמה גם רכב גם פרשים ויהו המקנה כבר מאד: *Et adscendit Joseph ad sepeliendum patrem suum, adscenderunt cum eo omnes servi Pharaonis, senes domus suæ, & omnes senes terræ Ægypti, & universa domus Joseph; & fratres ejus, & domus patris sui & adscenderunt cum eo etiam currus, etiam æquites, & fuerunt castra magna admodum.* Aharon *Num.* XX. 19. ויראו כל העדה כי גוע אהרן ויבכו אהרן שלשים יום כל בית ישראל: *Et viderunt universa congregatio, quod mortuus esset Aharon, & luxerunt Aharon triginta diebus universa domus Israel.* Samuel 1. *Sam.* XXV. 1. וימת שמואל ויקבצו כל ישראל ויספדו לו: *Et mortuus est Samuel, & congregati sunt universus Israel, & luxerunt illum.* Saul & Jonathan 2. *Sam.* I. 11. ויחזק דוד בבגדיו ויקרעם וגם כל האנשים אשר אתו ויספדו ויבכו ויצמו עד הערב: *Et apprehendit David vestes suas, & scidit eas, atque etiam omnes viri, qui erant cum eo, planxerunt, & luxerunt, & jejunarunt usque ad versperam.* Abner. Ibid. III. 31. ויאמר דוד אל יואב ואל כל העם אשר אתו קרעו בגדיכם וחגרו שקים וספדו לפני אבנר: *Et dixit David ad Joab, & ad universum populum, qui erat cum eo. Scindite vestes vestras, & accingite saccos, & plangite coram Abner.* Et paulo post, ויספו אל העם לבכות עליו: *Et congregati sunt universus populus ad lugendum super eum.* Josiæ 2. *Chron.* XXXV. 24. ויליכהו ירושלם וימת ויקבר בקברות אבותיו וכל יהודה וירושלם מתאבלים על יאשיהו: *Et deduxerunt eum Hierusalem, & mortuus est, & sepultus est in sepulcro patrum suorum, & universus Jehuda, & Hierusalem fleverunt super Josia.* I. *Machab.* IX. 20. De Juda Machabæo. *Et fleverunt eum omnis populus Israel planctu magno, & lugebant multos.*

Apud Romanos funus indictivum. *Svetonius* in Julio cap. 84. *Funere indicto rogus exstructus est in Martio campo juxta Juliæ tumulum.* Pauperum etiam indicta funera. *Varro* de Ling. Lat. lib. IV. *Ex ædibus efferri indictivo funere præco etiam eos dicit, qui tabernis efferuntur.* Hæc erat formula indicendi funeris: *Exequias quibus commodum tempus esit, ollus Quiris leto datus est.* Cum instaret tempus elationis, iterum clamabat præco. *Exsequias quibus commodum tempus est, ædibus ecfertur.* *Terent.* Phorm. Act. V. sc. 9.

> *Exsequias Chremeti, quibus commodum ire, tempus est.*

Vid. Varronem loc. cit. & *Festum*.

Hoc *conclamare funus* dicebatur. *Seneca* de tranquil. vitæ lib. I. cap. II. *Toties in vicinia mea conclamatum est, toties præter limen immaturas exsequias fax cereusque præcessit.* *Lucanus* lib. II.

> —— *sic funere primo*
> *Attonitæ tacuere domus, cum corpora nondum*
> *Conclamata jacent, nec mater crine soluto*
> *Exigit ad sævos famularum brachia planctus.*

Vid. *Meurs.* de funere cap. XVII. unde hæc desumsimus. *Plutarchus* in vita Æmilii Pauli: *Quotquot forte eo tempore Romæ fuerunt, Hispani, Ligures, Macedones,* ex

ex his juvenes, qui erant corpore valido, feretrum subierunt, majores natu vero prosecuti sunt, servatorem, & patrem patriæ appellantes. De Græcis *Plutarchus* in Timoleonte. *Prosequebantur vero multæ myriades virorum, fœminarumque, quos videre erat ceu festum agitantes, omnibus coronatis, & alba veste amictis.* Idem in Arato. *Mutato in festum luctu statim ex Ægio funus coronati, albatique cum pæanibus, & choreis in urbem deduxerunt. Herodotus* de funere regum Lacedæmonum lib. VI. *Equites per universam Laconiam obitum regis enunciant, fœminæ per urbem circumeuntes ollas pulsitant. Cumque hoc fit, necesse est ex singulis domibus duos ingenuos marem & fœminam luctu fœdari, magnis pœnis, nisi hoc fecissent, impositis. Eadem circa funus regum Lacedæmonium, quæ barbaris Asianis, nam plerique barbarorum eodem ritu in morte regum utuntur. Siquidem postquam obiit Lacedemoniorum rex, oportet ejus exsequiis adesse ex omni Lacedæmonis regione necessarios quoque Spartiatarum, qui sunt numero vicinorum, quorum & item servorum, atque ipsorum Spartiatarum postquam multa millia in unum coacta sunt, promiscue cum mulieribus frontes suas intrepide pungunt, & ululatu immenso utuntur.* Fateor hæc postrema potius pudlica quam indictiva dicenda: Pittacus teste *Cicerone* 2. de Leg. hæc indictiva funera prohibuit. *Sublata etiam celebritate virorum ac mulierum quo lamentatio minueretur. Habet enim luctus concursum hominum. Quocirca Pittacus omnino accedere quenquam, vetuit in funus aliorum.*

II. Noctu seu ante lucem elati mortui. Id videtur in funere Abner 2. *Sam.* III. 35. *Et congregati sunt universus populus ad lugendum super eum.* ויספו כל העם לבכות עליו ויבא כל העם להברות את דוד לחם בעוד היום: *Et venit universus populus, ut faceret ut David vesceretur pane claro adhuc die: juravit David dicens; Sic faciat mihi Deus, & sic addat mihi, si ante occasum solis gustem panem, aut quidpiam aliud.*

Romani antiquissimis temporibus noctu mortuos efferebant. *Servius* ad Æneid. XI. *Antea per noctem cadavera proferebantur.* Idem. *Apud Romanos moris fuit, ut noctibus efferentur ad funalia: propter sacrorum celebrationem diurnam.* Teste *Donato* in Andr. *Terent.* Cum propter indictiva funera hæc consuetudo desiisset, tamen servata est in vulgaribus, & acerbis. *Dionys.* Halicarnassæus lib. IV. *Tullii uxor, Tarquinii prisci regis filia, prosequentibus paucis quibusdam amicis, noctu ex urbe ipsum ut hominis privati, & plebeii funus extulit.* De acerbis *Servius* ad Æneid. XI. *Erat moris Romani, ut impuberes noctu efferrentur ad faces, ne funere immaturæ sobolis domus funestaretur, quod præcipue accidebat in eorum, qui in magistratu erant filiis.* Pauperes noctu elati. *Festus: Vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt.* Deinde ante lucem elata cadavera tam apud Græcos, quam apud Romanos. *Heraclides* de Alleg. Hom. *Olim mortuos neque noctu neque interdiu efferebant, sed summo mane, sole non gravi. Demosthenes* in oratione de sacra sorte. *Lex est mortuum collocare intus quomodo velint, postridie vero efferre ante solis exortum. Callimachus* Epigr. 25.

> *Ivimus exsequias Menolippi mane, sed ecce*
> *Occidit, & cum sol occubuit Basilo.*

Plato XII. de Leg. *At postero die bene mane juniores capulum ad sepulcrum ferebant.* Autor hujus legis Demetrius Phalareus: *Cicero* II. de leg. *Iste igitur* (Demetrius) *sumtum minuit non solum pœna, sed etiam tempore, ante lucem enim jussit efferri.* Idem in orat. pro Cluentio. *Ante noctem mortuus est, & postridie antequam luceret combustus. Plutarchus* in Sylla. *Ceterum cum ab aurora dies iste nubilus fuisset, pluviæque metuerentur, nona demum hora funus elatum est.* Julianus noctu jussit efferri Cod. Theodos. tit. 17. de sepult. viol. lib. 5. *Efferri comperimus cadavera mortuorum per confertam populi frequentiam. Qui enim dies bene auspicatus funere? Aut quomodo ad Deos & templa venietur? Ideoque quoniam, & dolor in exsequiis secretum amat, & dum functis nihil interest utrum per noctes, aut dies efferantur, liberari convenit populi totius aspectu, ut dolor esse in funeribus, non pompa exsequiarum, nec ostentatio videatur.*

III. In lectis elati mortui. *Uzielides Genes.* L. I. וארבע יוסף ית אבוי בערס דשנרפין מחפייא דהב טב מקבעא אבנין טבין ומחזקא באטינין דבוץ: *Et jacere fecit Joseph patrem in lecto cedrorum, qui tectus erat auro bono, & substratus lapidibus pretiosis, quem apprehendebant funes byssini.* Et Targum Hierosolymitanum ibid. וארבע יוסף בערס דשנרפין דמחפיא דהב ומקבעא מרגלין ומחזקא במאני בוצא וארגונא: *Et jacere fecit Joseph in lecto cedrorum, qui tectus erat auro, & obsitus magaritis, & instructus vestibus byssinis, & purpureis.* 2. *Chron.* XVI. 14. ויקברהו בקברתיו אשר כרה לו בעיר דויד וישכיבהו במשכב אשר מלא בשמים וזנים מרקחים

במרקחת מעשה: *Et ſepelierunt eum in ſepulcro ſuo, quod effodit ſibi in civitate David, & recumbere fecerunt eum in lecto, quem impleverunt aromatibus, & odoramentatis pigmentatis pigmentario opere:* *Joſippus* pag. 124. de rege Herode. הורודוס צוה לפני מותו לקברו בארודיאן רחוק מירושלים מהלך ב׳ ימים וחצי וישכיבוהו במיטה מציפה בזהב וממולא באבנים יקרות: *Herodes juſſerat ante mortem ſuam, ut ſe ſepelirent in Herodio diſtante ab Hieruſalem itinere duorum dierum cum dimidio, & recumbere fecerunt eum in lecto deaurato, & pleno lapidibus pretioſis.*

De Græcis *Homerus* Σ' de Patrocli funere.

> Ε'ν λεχέεσι δὲ θέντες ἑαυτῷ λιτὶ κάλυψαν
> Ε'ς πόδας ἐκκεφαλῆς καθυπερθη δε φάρεϊ λευκῷ

> *In lectum autem imponentes linteo ſubtili texerunt*
> *Ad pedes a capite deſuper alba veſte.*

Herodotus lib. 16. *Qui vero rex in bello periit, ejus ſimulacrum cum expreſſerunt, in toro bene ſtrato efferunt: Philoſtratus* in vita Sophiſt. lib. II. in Herode. *Mortuo vero ipſo Marathone cum mandaſſet libertis, ut ibi ſe ſepelirent; Athenienſium adoleſcentum manibus raptum in urbem intulerunt, omni ætate lectum præeunte.* De Romanis *Dionyſius* Halicarn. lib. V. *Poſtero die atratus Bruti corpus in foro propoſuit in lecto ornatum.* *Livius* de bello Macedonico lib. VIII. *Tradunt pileatum ſicut in triumpho erat, ante lectum iviſſe:* Multi efferebantur lecti ad pompam & oſtentationem. *Servius* ad Æneid. V. *In honorem regum cum faculis procedebatur a populis, poſtea etiam funebres lectos proferre cœperunt.* Idem ad lib. VI. *Hoc apud majores glorioſum fuerat, & dabatur pro qualitate fortunæ.* In funere Marcelli Octaviæ filii ſexcenti lecti, & in funere Syllæ ſex millia lectorum lata fuiſſe dicuntur, quamvis cantum fuiſſet legibus XII. Tabularum teſte *Cicerone* de legib. II. *Credoque quod erat jactitatum, ut cum plura fierent, lectique plures inſerrentur, idque ne fieret lege ſancitum eſt. Pluſa funera unei nei facito, neive plus lectos endoſerto.* Lectica ſeu lecti a ſex ferebantur. Martialis in Zoilum lib. II. Epigr. 81.

> *Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit,*
> *Dum tamen hæc tua ſit, Zoile, ſandapila.*

Idem lib. V. Epigr. 77.

> *Invidioſa tibi quam ſit lectica requiris?*
> *Non debes ferri mortuus hexaphoro.*

Aliquando octo portabant lecticam *Martialis* lib. IX. epigr. 3.

> *Octo Syris ſuffulta datur lectica puellæ,*
> *Nudum ſandapilæ pondus amicus erit.*

Pauperes ſandapila efferebantur. *Fulgentius* de priſco ſermone *Sandapilam dici antiqui voluerunt feretrum, id eſt loculum, non in quo nobilium corpora, ſed in quo plebejorum, atque damnatorum corpora exſportabantur. Martialis* lib. VIII. Epigr. 75.

> *Permutatur onus, ſtipulaque tollitur alte*
> *Grandis in anguſta ſarcina ſandapila.*

Suetonius in Domitiano. *Cadaver ejus populari ſandapila per veſpillones exportatum.* Sandapilam *Horatius vilem arcam* appellat lib. I. Sat. 8.

> *Huc prius anguſtis ejectu cadavera cellis*
> *Conſervus vili portanda locatus in arca.*

Lucanus.

> *Da vilem magnam plebeii funeris arcam*
> *Quæ lacerum corpus ſiccos effundat in ignes.*

Gladiatorum corpora, qui in amphiteatro mortui eſſent, ſandapila exportabantur, teſte vetere interprete *Juvenalis* ad Satyr. VIII.

> *Inter carnifices, & fabros ſandapilarum.*

Martiali dicitur *Orciniana ſponda* lib. X. epigr. 5.

> *Orciniana qui feruntur in ſponda.*

Dicta eſt etiam *bacca*. Gloſſæ *Iſidori*. *Bacca capulus, in quo mortui deferuntur.* Quatuor hominibus portabatur Sandapila. *Martialis* lib. VIII. Epigr. 75.

> *Quatuor inſcripti portabunt vile cadaver.*

Per

Per vespillones, qui erant viles cadaverum funeratores, portabatur sandapila: *Eutropius* lib. III. *Funus ejus cum ingenti dedecore per vespillones exportatum, & ignobiliter sepultum.* *Isidorus* in Gloss. *Vespillones fossarii, qui mortuos sepeliunt bajuli*: *Martialis* in Diaulum lib. I. Epigram. 30.

> *Chirurgus fuerat, nunc est Vespillo Diaulus.*

Ibid. Epigr. 44.

> *Nuper erat medicus, nunc est Vespillo Diaulus,*
> *Quod Vespillo facit, fecerat & medicus*

Sc. antea vivos occidit, nunc occisos effert. *Juvenalis* sat. 3.

> ——— ——— *vivant Artorius istic*
> *Et Catulus, mane aut qui nigrum in candida vertunt,*
> *Queis facile est ædem conducere, flumina, portus,*
> *Siccandam eluviem, portandum ad busta cadaver.*

Damnatorum cadavera plaustris exportabantur teste *Herodo* lib. V. *Cadavera plaustris omnibus per contumeliam imposita, atque extra urbem exportata.*

IV. Lectis portandis subjere in parentum funere filii & generi. *Valerius Maximus* lib. VII. cap. I. *Q. Metellum ultimo senectutis spatio, lenique genere mortis inter oscula complexusque charissimorum pignorum exstinctum, filii & generi humeris suis per urbem latum rogo imposuerunt.* *Lucanus* lib. VIII.

> *Ut Romana suum gestent pia colla parenetem.*

Plinius lib. VII. cap. 3. *Inter quas legigitur Eutiche a viginti liberis rogo illata Trallibus enixa triginta partibus.* Velatis capitibus in funere filii incedebant. *Plutarchus* in quæst. Rom. *Parentes filii quidem efferunt velatis capitibus.* Si horum copiam non fuisset, efferebatur ab amicis. *Plutarchus* in vita Æmilii Pauli. *Quotquot eo tempore Romæ fuerunt Hispani, Ligures, Macedones, ex his juvenes, qui erant corpore valido, feretrum subierunt.* *Plutarchus* in Othone. *Nec quisquam reliquit eum, saluti suæ, propinquis jam hostibus, prospiciens, sed excultum corpus rogo parato, extulerunt armati, exultaveruntque, qui occupaverant subire, & gestare lectum.* Idem in Lucullo. *Corpus a nobilissimis adolescentibus in forum prolatum cum esset, in campum Martium efferre, ibique ut Syllam sepelire contendit.* Idem in Timoleonte. *Lecti suffragio adolescentes primarii feretrum subierunt.* *Cicero* pro L. Flacco *Possem recitare psephismata Smyrnæorum, quæ fecerunt & in Castricium mortuum; Primum ut oppidum introferretur, quod aliis non conceditur; deinde ut ferrent ephebi.*

Imperatorum, regum & magnatum corpora Pontificum, senatorum, equitum, & juvenum nobilissimorum humeris elata: *Josippus* pag. 124. in funere Herodis ונרולי ישראל נושאין אותו על צואריהם והולכים בנחת ובכבוד עד אשר הניעו לא נעשה כמוהו לכל מלך: *Ferebant eum magnates Israel suis collis, tarde ac graviter incedentes cum honore usque dum eo pervenissent; quod nulli regum ita contigit.* *Suetonius* in Julio cap. 84. *Lectum pro rostris in forum magistratus & honoribus functi tulerunt.* Idem in Augusto c. 100. *Senatorum humeris delatus in campum, crematusque.* *Dio* in funere imaginario Pertinacis. *Lectum tulere a tribunali Pontifices, & Magistratus, non modo qui tum erant sed etiam ii qui fuerunt in sequentem annum designati, eumdemque postea tradidere nonnullis equitibus ut ferrent.* *Herodianus* lib. IV. in funere Severi. *Ubi jam visus obiisse diem, lectum humeris attollunt equestris, senatoriique ordinis nobilissimi, ac lectissimi juvenes, perque viam sacram in vetus forum deferunt.*

Mulierum funebres lecti non humeris, sed manibus portabantur. *Propertius* l. IV.

> *Num minus immites habui Cornelia parcas*
> *Et sum quod digitis quinque levatur onus.*

Pueri lactantes a matribus efferebantur. *Statius* Epicedio in filium.

> *Si qua sub uberibus plenis ad funera natos*
> *Ipsa gradu labente tulit madidumque cecidit*
> *Pectus & ardentes restinxit lacte favillas.*

Ovidius in Epist. Sappho:

> *Non aliter quam si nati pia mater ademti*
> *Portet ad exstructos corpus inane rogos.*

V. Orationes funebres habitæ ante funus

nus. Antiquissima & celeberrima est laudatio funebris, quam habuit David in funere Saul, & Jonathan 2. *Sam.* I. 17. & seqq. ויקנן דוד את הקינה הזאת על שאול ועל יונתן. בנו ויאמר ללמד בני יהודה קשת הנה כתיבה על ספר הישר חצבי ישראל על במותיך חלל איך נפלו גבורים אל תגידו בגת אל תבשרו בחוצת אשקלון פן תשמחנה בנות פלשתים פן תעלונה: בנות הערלים הרי בגלבע אל טל ואל מטר עליכם ישרי תרומת כי שת נגעל מגן גבורים מגן שאול בלי משיח בשמן מרם חללים מחרב גבורי קשת יונתן לא נשוג אחור וחרב שאול לא ריקם שאול ויהונתן הנאהבים והנעימם בחייהם ובמותם לא נפרקו מנשרים קלי מאריות גברו בנות ישראל את שאול בכינה המלבשכם עם גדנים המעלה ערי זהב על לבושכן איך נפלו גברים בתוך המלחמה יהונתן על במותיך חלל צר לי אחי יהונתן נעמת לי מאד נפלאתה אהבתך לי מאהבת נשים איך נפלו גבורים ויאבדו כלי סלחמה. *Et lamentatus est David lamentationem hanc super Saul, & super Jonathan filium ejus; & dixit, ut docerent filios Juda arcum; ecce scriptum est in libro justi. Decus Israel super altitudines tuas occisi sunt; quomodo ceciderunt fortes? Nolite annunciare in Geth, nolite annunciare in plateis Ascalon, ne lætentur filiæ Philistæorum, ne exultent filiæ Præputiatorum. Montes in Gilboa non ros neque pluvia super vobis, & agri oblationum, quia ibi rejectum fuit scutum fortium, scutum Saul, quasi non fuisset unctus oleo. A sanguine interfectorum, ab gladio fortium arcus Jonathan nunquam retrocessit, & gladius Saul non est roversus inanis. Saul & Jonathan amabiles & dilecti, in vita & in morte eorum non sunt separati, præ aquilis velociores, & præ leonibus fortiores. Filiæ Israel super Saul lugete, qui induebat vos coccino diphabo, cum deliciis faciebat adscendere civitatem auream super vestes vestras. Quomodo ceciderunt fortes in medio belli? Jonathan super excelsis tuis occisus est. Dolet mihi super te frater mi Jonathan, dilectus mihi admodum, admirabilis tu, amabilior mihi præ amore mulierum. Quomodo ceciderunt fortes, & perierunt instrumenta belli?* Et alteram, quam habuit in morte Abner ibid. III. 33. ויקנן המלך אל אבנר ויאמר הכמות נבל ימות אבנר ידיך לא אסרות ורגליך לא נחשתים הגשו כנפול לפני בני עולה נפלת: *Et lamentatus est rex Abner; Non sicut moritur ignavus, mortuus est Abner & dixit. Manus tuæ non fuerunt ligatæ, & pedes tui non compedibus aggravati sunt, sicut cadere solent coram filiis iniquitatis, cecidit.* Et I. *Machab.* IX. 20. de Morte Juda: *Et fleverunt eum omnis populus Israel planctu magno, & lugebant multos. Et dixerunt. Quomodo cecidit fortis, qui salvum faciebat populum Israel?*

Frequentissimæ apud Græcos & Romanos orationes funebres. *Demosthenes* in oratione pro Ctesiphonte scribit se ab Atheniensibus fuisse electum, ut laudaret eos, qui in pugna mortui essent. *Philostratus* in Heroicis. *Collocabant vero cadaver Athenienses, & Menesthæus oratione celebravit, quem honorem Athenis habent bello interfectis: Suidas. Duo erant Ceramici, hic intra urbem, ille vero extra, ubi & in bello mortuos publice sepeliebant, orationesque funebres recitabant. Plato* lib. VII. de legibus. *Decens est eos cives laudibus exornare, qui excesserint e vita, si corporis, vel animi viribus res arduas præclarasque gesserint, & legibus libenter paruerint, vivos autem laudibus, hymnisque honorare tutum non est, priusquam vita defunctus vivendi finem fecerit; hæc omnia viris, mulieribusque virtute insignibus communia sint. Lucianus* in luctu. *Sunt vero, qui ludos quoque constituant ad sepulcrum, ac funebres orationes habeant, perinde quasi patrocinentur, ac testimonium perhibeant defuncto apud inferos judices. Plutarchus* cap. xv. scribit a Cecrope Atheniensium rege fuisse institutum, ut clarissimi viri funebri oratione laudaretur.

Romæ in foro pro rostris habitæ orationes funebres: *Polybius. Ubi ad rostra veniunt cuncti ex ordine sellis elephantinis sedent, quo spectaculo haud facile poterit quicquam spectari pulchrius juveni gloriæ & honestatis cupido. Etenim eorum virorum, qui virtutis gratia glorificantur, videre imagines, easque omnes veluti vivas quem non excitaret? Quodnam autem pulchrius spectaculum? Præterea qui de jam sepeliendo mortuo concionatur etiam de aliis disserere incipit, idque primum de majore natu, & his qui præsentes sunt, recensens quid quisque illorum consecutus sit, ac gesserit. Unde fit ut frequenter bonorum virorum præconia virtute acquisita renoventur, ac celebritas eorum, qui honesti aliquid gesserunt, immortalis, & gloria eorum, qui patriæ benefecerunt, multis innotescat, & ad posteros propagetur. Et quod maximum est, juventus ad hac provocatur, ut nihil non pro Reipublicæ commoditate ferendum subeat, quo celebritatem, quæ bonos viros comitatur, consequatur.* Propinqui defuncti has orationes habebant. Idem paulo ante. *Si filius adultus superstit, ac præsens existat; sin vero alius quisquam ex ipsius genere rostra ascendit, ac demortui virtutes, & quæ in vita præclare gessit, prædicat. Plutarchus* in Fabio, qui filium mortuum collaudavit;

Ora-

Orationem quam habent in clarorum Virorum funere propinqui, ipse in foro dixit, quam postea edidit scriptis mandatam. Cato pater Marcum filium in prætura collaudavit. Si propinqui non essent, aut per ætatem non essent idonei, aliis hoc munus demandabatur. *Appianus* in funere Syllæ. *Pro rostris deinde in suggesto posito cadavere funebrem orationem habuit vir ejus ætatis eloquentissimus, quod Faustus filius nondum esset maturus. Plinius* lib. II. epist. I. *Hujus viri exsequiæ magnum ornamentum principi, magnum seculo, magnum etiam foro & rostris adtulerunt. Laudatus est a Consule Cornelio Tacito, nam hic supremus felicitati ejus cumulo accessit, laudator eloquentissimus*. Imperatores a successore laudabantur. *Dio* in funere Pertinacis. *Severus adscendit in rostra, & laudationem Pertinacis recitavit. Cumque oraret, crebro exclamatum est a nobis, partim laudantibus Pertinacem, partim lugentibus, sed oratione babita multo magis*. Aliquando in clarissimorum virorum funere ex Senatus consulto magistratibus laudandi munus demandabatur. *Quintilianus* in gen. demonstrat. lib. III. *Mos Romanus etiam negotiis hoc munus inseruit. Nam & funebres laudationes pendent frequenter ex publico officio, atque ex senatus consulto magistratibus foro mandantur*. Primus Romæ Publius Valerius Publicola Brutum Collegam in acie mortuum collaudavit. *Dionysius Halicarnass.* lib. V. *Postero die atratus Bruti corpus in foro proposuit splendido in lecto ornatum, populumque ad concionem convocavit, & suggesto conscenso, in ejus laudem habuit funebrem orationem. Plutarchus* in Publicola. *Et funebrem illi orationem dixit, quæ ita Romanis placuit, tantaque cum gratia excepta fuit, ut omnibus ex eo tempore præstantibus magnisque viris haberi istum in funere honorem vellent*.

Non solum in virorum, sed etiam in mulierum funere Romæ habitæ orationes funebres ea de causa, quam affert *Plutarchus* in vita Camilli. *Cum Camillus ad Vejos expeditionem ageret, spoliorum decimas vovit. Capta diceptaque urbe, multo post tempore cum votum solvere neglexisset, monuerunt augures in sacrificiis iram Deum apparuisse; Senatus jurejurando adstrinxit eos, qui in partem prædæ venissent, decimas in medium ut afferrent; ut quisque quantum erat æquum in medium contulerunt; visum est aureum craterem Delphos mitti; sed parva auri copia erat in urbe; Cum ii, quibus præcipue cura hæc demandata erat, consilia agitarent, matronæ inter sese sua sponte consultantes, omnia ornamenta aurea, quibus circa corpus utebantur, offerentes, contribuerunt. Aurum fuit pondo octo talentorum. His mulieribus referens senatus honorem, pro earum dignitate decrevit post mortem quemadmodum pro viris, ita pro fœminis in funere laudativam orationem haberi. Livius* scribit hoc accidisse bello Gallico lib. V. ab V. C. *Jam ante in eo religio civitatis apparuerat, quod cum in publico deesset aurum, & quo summa pactæ mercedis Gallis conficeret, a matronis collatum acceperant, ut sacro auro abstineretur. Matronis gratiæ actæ, honosque additus, ut earum sicut virorum, post mortem solennis laudatio esset. Plutarchus* iterum de virtutibus mulierum. *Romanam legem maxime probo, quæ mulieres itidem ut viros publice post mortem meritis laudibus affici jubet*. Primus Popiliam matrem Catulus filius collaudavit teste *Cicerone* lib. II. de Orat. *In eo quidem genere scio, & me & omnes, qui affuerunt, delectantes esse vehementer cum abs te* (Catulo sc.) *est Popilia mater vestra laudata; cui primum mulieri hunc honorem in nostra civitate tributum puto*. Ætate provectiores tantum collaudatæ. Primus Julius Cæsar uxorem laudavit teste *Plutarcho* in ejus vita. *Enimvero ætate provectiores mulieres in funere laudari moris antiqui apud Romanos fuit. Primus Cæsar uxorem suam, cum juniores laudari non esset receptum, mortuam oratione decoravit; quo facto animos multitudinis sibi favore obstrinxit, ut tanquam mansuetum, placidissimisque moribus virum amarent. Suetonius* in Julio cap. 6. *Quæstor Juliam amitam uxoremque Corneliam defunctas laudavit e more pro rostris. Dio* lib. XXXIX. de Pompeii uxore Julia. *Laudataque in foro est, & in campo Martio sepulta*: Hujusmodi orationes domesticæ in familiis asservabantur teste *Cicerone* de Clar. Orator. *Nonnullæ mortuorum laudationes forte delectant, & hercule hæ quidem extant; ipsæ enim familiæ sua quasi ornamenta, ac monimenta servabant, & ad usum siquis ejusdem generis accidisset, & ad memoriam laudum domesticam, & ad illustrandam nobilitatem suam*.

VI. Ordo funeris. Proximi sanguine præcedebant in ducendo funere. *Josipp.* p. 124. וכל הגבורים סביבותיו לבושי שריונות וחרבותיהם שלופות בידיהם וכובעיהם כימי מלחמותיו וארקילוס בנו המולך בא אחריהם ואחריו כל עם ישראל: *Et omnes fortes circumdabant eum, loricas induti, strictos vero gladios manibus gerentes, & in capitibus galeas, ut in bellis solebant. Archelaus filius ac hæres regni, post illos medius incedebat, & universus populus postea sequebatur*. Primi filii operto, & filiæ aperto capite incedebant *Plutarcho* teste in

Quæst.

Quæſt. Rom. XIV. *An quod patres tamquam Deos a maribus coli convenit, quos tamen eoſdem filias luctu proſequi magis deceat. An ea lugenti acrommodata ſunt, quæ ſunt inuſitata? Conſueverunt magis aperto capite mulieres, atque viri contra operto in publicum predire. Apud Græcos enim ſiquid adverſi attigerit, ut mulieres tenderi, ſic viri comas alere conſuoverunt, quod viri tondere, mulieres vero promiſſiores habere crines moris.*

Eſt. Virgilius Æneid. IX.

> *—— nec te tua funera mater*
> *Produxi.*

Lucanus.

> *—— ceu morte parentem*
> *Gnatorum orbatum longum producere funus*
> *Ad tumulum jubet ipſe dolor ——*

Juvenalis. Sat. X.

> *Ut vigeant ſenſus animi, ducenda tamen ſunt,*
> *Funera gnatorum ——*

Suidas in Auguſto. *Auguſto Cæſare mortuo Tiberius & Druſus,* (quos adoptaverat) *ducebant funus. Plinius* lib. II. cap. ult. *Diem obiit in patria, funus duxere ei propinquæ, ad quas pertinebat hæreditas:*

Seneca Theb.

> *Animoſa virgo funus extendit meum*
> *Longaſque vivi ducis exſequias patris.*

Statius Epiced. in Glanciam.

> *Ipſæ etiam tecum pigræ ſolemnia pompæ,*
> *Spectatunque urbi ſcelus, & puerile pheretrum*
> *Produxi.*

Silius lib. x. de funere Paul.

> *Non cnjux, native aderant, non juncta propinquo*
> *Sanguine turba virum.*

Poſt viros, ducebant funus matres, conjuges, filiæ, ſorores, ſanguine proximæ, & *funeræ* dicebantur. *Servius* Æneid. IX. *Apud majores funeras dicebant eas, ad quas funus pertinet, ut ſororem, matrem &c.*

Ante feretrum incedebant ſervi manumiſſi pileati. Juſtinian. Imperat. Cod. de Cat. libert. *Qui domini funus pileati antecedunt; ſi hoc voluntate fiat vel teſtatoris, vel hæredis, fiant illico cives Romani. Dionyſ.* Eth. VIII. *Equidem ſcio quoſdam, qui teſtamento omnes ſuos ſervos manumiſerunt, ut poſt mortem boi audirent, & multi lectulos eorum ferales proſequerentur pileati.*

Præterea in militaribus exſequiis incompta ſigna, & arma inverſa portabantur. *Tacitus* de Germanico *Annal.* III. *Tribunorum centurionimque humeris cineres portabantur, præcedebant incomta ſigna. Statius* lib. VI. Theb.

> *—— verſis ducunt inſignibus ipſi*
> *Grajugenæ reges —— —— ——*

Virgilius Æneid. XI. in funere Pallantis.

> *—— tum mœſta phalanx Teutrique ſequuntur*
> *Tyrrhenique duces, & verſis Areades armis.*

Ubi *Servius. Lugentum more mucronem non cuſpidem haſtæ contra terram tenentes, ſcuta etiam invertentes, propter numina illic depicta ne eorum ſimulacra cadaveris pollucrentur adſpectu.* Producebantur & defuncti arma, & equus. Virgilius, ibid.

> *Poſt bellator equus poſitis iuſignibus Æthon,*
> *Et lacrymans, guttiſque humectat grandibus ora;*
> *Haſtam alii, galeamque ferunt (nam cetera Turnus*
> *Victor habet —— —— ——*

XVII. Ante lectum funebrem incedebant tibicines & præficæ. Gloſſa vetus ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη θρωνῆδος ἐκ ἐκφορῶν. *Plinius* lib. X. c. 43. *Tibicine præcedente, & coronis omnibus ornatum ad rogum uſque &c.* Variæ tibiarum ſpecies pro variis uſibus. Tibia ex locto facta, quo facilius cavari poſſet. *Theocritus* Idyll. K.

> Ημερον αὐλήσαντι πολυτρήτων διὰ λωτῶν
> Ε῎ιπε.

> *Multiphoris blandum cum Lotnia tibia cantum*
> *Ederet,* inquit &c.

Ovidius Faſt. IV.

> *— ſed me ſonus æris acuti*
> *Terret, & horrendo lotos adunca ſono.*

Atque

Atque etiam e buxo. Idem ibid.

Prima terebrato per rara foramina buxo
Ut daret, effeci, tibia longa sonos.

Phrygia tibia in dextra unum, in sinistra duo habebat foramina. *Virgilius* lib. IX. Æneid.

O vere Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta
Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.

Plinius nat. hist. lib. XVI. *Orchomenius est continuo foramine pervius, quem auleticum vocant, hic tibiis utilior. Est alius crassiore ligno, & tenui foramine. Hunc totum fungosa replet medulla; alius brevior, alius procerior, exilior, crassiorque.* Vel apertis, vel clausis foraminibus diversum sonum effundunt. *Fabius* lib. II. cap. 3. *Nam tibiæ eodem spiritu, alium clausis, alium apertis foraminibus, alium satis purgatæ, alium quassæ sonum reddunt.* A *Solino* discrimen & differentia tibiarum egregie describitur cap. XX. *Thermitanis locis insula est arundinum ferax, quæ accomodatissimæ sunt in omnem sonum tibiarum, sive præcentoribus facias, quarum locus est ad pulvinaria præcinendi, sive Vascas, quæ foraminam numeris præcentorias antecedunt, sive puellatorias, quibus a sono clariore nomen datur; sive Gringinas, quæ brevitate licet, subtilioribus tamen modis insonant; aut Milvinas, quæ in accentus exeunt acutissimos, aut Lydias, quas & Turarias dicunt, vel Corinthias, vel Ægyptias, aliasve a musicis per diversas officiorum, & nominum species separatas.* Hinc constat variasse tibias, & tibiarum sonos vel ex materia, vel ex foraminum numero, vel ex brevitate, aut longitudine tibiarum, & inde natas diversas officiorum, & nominum species.

Lydiis læta, Phrygiis tibiis tristia cantari consuevisse. *Statius* Theb. VI.

Quum signum luctus cornu grave mugit adunco
Tibia, cui teneros suetum producere manes
Lege Phrygum mœsta.

Rex Phrygum tibiarum cantum invenit teste *Athenæo* lib: XIV.

Φρύγα αὐλιπνόων αὐλῶν ἱερῶν βασιλῆα
αὔδονος
Ἥρμοσε πρῶτος Δουρίδος ἀντίπαλον μούσης νομοαίολον
Ὀρφναὶ πνεύματος εὔπτερον αὔραν ἀμφιπλέκων καλάμοις.

Phrygum rex leniter personantium tibiarum sacrum
Cantum primus invenit, Doricæ Musæ æquiparandum, æmulum
Varie modulatum tenebrosi spiritus, acrem levem atque pernicem arundine circumplectens.

Pollux a Phrygibus tibiarum funebrium usum. Cares accepisse testatur l. IV. c. 10. Λέγεται δὲ καὶ φρύγας εὑρεῖν αὐλὸ θρενητικὸν, ᾧ κεχρῆσθαι τὸς Κάρας, παρ' ἐκείνων λαβόντας· Θρηνῶδες γάρ τὸ αὔλημα τὸ Καρικόν. *Athenæus* scribit lib. IV. Cares & Phœnices *Gringa* usos fuisse in luctu, quæ erat magnitudine palmi, lugubre quiddam & stridulum sonans; Hoc nomine appellabatur Phœnicum lingua, quod ea in Adonidis luctu uti soleant, quem γείγγρν appellant; hinc verbum γειγγαίνω. Alii Lydiis lugubrem harmoniam tribuunt. *Plutarchus* de musica scribit Platonem lib. III. de Rep. Lydiam harmoniam rejecisse; Ἐπειδὰν ὀξεῖα, καὶ ἐπικήδειως πρὸς θρῆνον, *eo quod stridula sit, & lamentis acommodata. Aristoxenus* lib. I. de Musica: Ολύμπον πρῶτον ἐπὶ τῷ Πύθωνι ἐπικήδιον αὐλῆσθαι Λυδιςὶ. *Olympum primum de morte Pythonis lugubre carmen cecinisse Lydio modo. Apulejus* Flor. I. *Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum &c.* Idem Milef. IV. *Sonus tibiæ Phrygiæ mutatur in querulum Lydis modum.* At contradicit *Acron* lib. IV. Od. 15. *Lydiis tibiis læta cantabantur, Phrygiis tristia:* Et sibi ipsi opponitur *Apulejus* Milef. X. *Jam tibiæ multiforatiles cantus Lydios dulciter resonant. Propertius* lib. IV. Eleg. 7.

Ecce coronato pars altera vecta phaselo,
Mulcet ubi Elysias aura beata rosas:
Qua numerosa fides, quaque æra rotunda Cybelles,
Mitratisque sonant Lydia plectra choris.

Et verosimile est Lydiis modis læta cantari, si quis norit Lydorum luxum & mollitiem: nisi forte fuerit discrimen in tibiis, quæ lætis & tristibus aptæ essent.

Ovidius in fastis.

> *Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,*
> *Cantabat mœstis tibia funeribus.*

Certum est tibias plerumque in funeribus adhibitas esse. *Artemidorus* lib. I. c. 58. Αὐλεῖν Πυθικοῖς, αὐλοῖς πένθος σημαίνει. *Pythicis canere tibiis luctum designat*. Ex prolegomenis in Pythionicis secunda Pythiade repudiatæ fuerunt αὐλῳδίαι id est *cantiones ad tibias*, quod οὐκ εὔφημον ἄκουσμα eas judicarent, quuum σκυθρωπότατα, ἐλεγεῖα, & θρῆνοι ad tibias canerentur. *Eusebius* Hist. Eccles. lib. IX. cap. 8. οὐδ. ἄλλό τε θεωρεῖν ἢ θρήνους μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς αὐλῶν τε καὶ κτύπων. *Neque aliud cernere licebat, quam lugubres nænias cum usitato apud eos tibiarum cantu atque plausu*. *Apulejus* lib. III. Florid. *Siquidem vox hominis & tuba rudiore tenuior, & tibiæ questu delectabilior*.

Horatius Od. 15. lib. IV.

> *Virtute functos, more patrum duces*
> *Lydis remissos carmine tibiis*
> *Trojamque & Anchisem, & almæ*
> *Progeniem Veneris canamus*.

Tibia in Bachanalibus. *Catullus* de Bacchantium cohorte Eleg. 65.

> *Barbaraque horribili stridebat tibia cantu*.

Tibiarum usus pariter in conviviis, spectaculis, & bellis. *Athenæus* lib. XIV.

> Ποικιλόπτερον μέλος τᾶν ἀιδᾶν
> Κατέσας ἐπερεῖς βασιλέια,
> Οὐ διαυλὸς ὕστερον χορεύετω,
> Καὶ γὰρ ἐσθ' ὑπηρετῆς κοίμων μόνος
> Πυραμάχοις τε πυγμαχίασιν
> Εῶν θέα εἰς παροίκοινον ἔμμεναι στρατηλάτας.

> *Varii modi sunt accinendi*
> *Tibiis cantiones præire gaudet rex Dionysius:*
> *Post illas canat & saltet Tibicen.*
> *Tibia tantum commessationum ministra est,*
> *Spectaculis commoda, quibus pugnant ardentibus animis pugiles*
> *In conflictu bellicorum agminum duces*.

Polybius lib. IV. *Veteres Lacedemonii & Cretenses loco tubæ tibiam, & rythmum ad bella sine causa usurpant*.

Et in comœdiis, in quibus tibiæ *pares* & *impares*, *dextræ*, & *sinistræ* memorantur.

Ovidius Fast. VI.

> *Quæritur in scenis cava tibia; quæritur aris*.

Tibiæ in luctu, & in funeribus. *Ovidius* Fast. VI.

> *Cantabat fanis, cantabat tibia ludis*
> *Cantabat mœstis tibia funeribus*.

Statius Theb. lib. IX.

> *Cum signum luctus cornu grave mugit adunco*
> *Tibia, cui teneros suetum producere manes*
> *Lege Phrygum* mœsta*.

Veteres tibiæ paucis foraminibus constabant teste *Horatio* in arte.

> *Tibia non ut nunc orichalco, tubæque*
> *Æmula, sed tenuis, simplexque foramine pauco*.

Acron ad h. l. *Varro ait* ad *Marcum de Lingua Latina quatuor foraminum fuisse tibias apud antiquos, & se ipsum in templo Marsyæ vidisse tibias quatuor foraminum*. Hæ tibiæ luctui damnatæ sunt, & funebres dictæ: *Festus*. *Funebres tibiæ dicuntur, quibus in funere canitur, quas flamini audire putabant illicitum*. Ingravescente luxu multis foraminibus tibiæ factæ. *Apulejus* Miles X. *Tibiæ multiforatiles cantus Lydios dulciter resonant*. *Plinius* lib. XVI. cap. 36. de Lydiis tibiis. *Et multa habebant foramina, ut edere quemvis sonum possent, quod aptum lætitiæ*.

Tibiæ quamplurimæ in funeribus, sed Leg. XII. tabularum reductæ ad decem. *Ovidius* Fastor. VI.

> *Temporibus veterum tibicinis usus avorum*
> *Magnus, & in magno semper honore fuit.*
> *Cantabat fanis, cantabat tibia ludis*
> *Cantabat mœstis tibia funeribus.*
> *Dulcis erat mercede labor, tempusque secutum est*
> *Quod subito gratæ frangeret artis opus.*
> *Adde quod Ædilis pompa qui funeris irent*
> *Artifices solos jusserat esse decem.*

Cicero II. de leg. *Extenuato igitur sumtu*,

tu, tribus riciniis & vinculis purpuræ, & decem tibicinibus tollit etiam lamentationem. Id etiam obtinuit apud Athenienſes *Plutarcho* teſte in Solone. *Ne plures tibicines ad funerum pompam adhiberentur.*

Tubarum etiam uſus in funeribus. *Homerus* in funere Hectoris.

Dum pyra conſtruitur, quo bis ſex corpora Grajum
Quadrupedeſque adduntur equi, curruſque tubæque.

Virgilius Æneid. XI.

It cœlo clamorque virum, clangorque tubarum.

Propertius lib. IV.

Sic mœſtæ cecinere tubæ.

Perſius.

Hinc tuba candelæ.

Ubi *Cornutus. Quia ſepultura tubis apud antiquos celebrabatur.*

Hinc proverbium. *Licet ad tubicines mittas;* cum de ſalute deſperatum eſſet. *Petronius* Satyr. *Nunquam ego ægrum tam magno periculo vidi; medius fidius jam periſti. Quod ſi idem frigus genua, manuſque tentaverit tuas, licet ad tibicines mittas.*

Tuba viris, tibia juvenibus in funeribus attributa. *Servius* Æneid. V. *Sciendum majoris ætatis funera ad tubas ſolere proferri, minoris vero ad tibias. Lutatius* ad Thebaid. VI. *Jubet religio, ut majoribus mortuis tuba, minoribus tibia canetur.* Quod falſum eſt teſte *Ovidio* Triſt. lib. V. eleg. I.

Tibia funeribus convenit iſta meis.

Suetonius in Julio cap. 84. *Tibicines & ſcenici artifices veſtem, quam ex inſtrumento triumphorum, ad præſentem uſum induerant detractam ſibi, atque diſciſſam injecere flammis. Seneca* in Claudio. *Erat formoſiſſimum Claudii funus: Tibicinum, cornicinum, omniſque generis ſonatorum tanta turba, tantus concentus, ut etiam Claudius audire poſſet.* Tubicines ab *Agellio* lib. XX. cap. II. *Siticines* appellati. *In Capitonis Ateii conjectaneis invenimus Siticines appellatos, qui apud ſitos canere ſoliti eſſent, hoc eſt vita functos, & ſepultos; eoſque habuiſſe proprium genus tubæ a ceterorum differens.*

Similiter apud Hebræos tibiarum uſus tam in lætitia, quam in luctu. I. Reg. I. 40. ויעלו כל העם אחריו והעם מחללים בחלילים ושמחים שמחה גדולה ותבקע הארץ בקולם. *Et aſcenderunt univerſus populus poſt eum, & populus ſonabat tibiis, & gaudebant gaudio magno, & inſonuit terra a voce eorum. Iſai.* V. 12. והיה כנור ונבל תף וחליל ויין משתיהם ואת פעל יהוה לא יביטו ומעשה ידיו לא ראו. *Et fuit cithara, & nablium, cymbalum, tibia & vinum in ſympoſiis eorum, & opus Domini non reſpexerunt, & opus manuum ejus non conſiderarunt.* Ibid. XXX. 29. השיר יהיה לכם בליל הקרוש חג ושמחת לבב כהולך בחליל לבוא בהר יהוה אל צור ישראל. *Canticum erit vobis in nocte ſanctificata ſolennitatis, & lætitia cordis, ſicut qui incedit cum tibia ut ingrediatur in montem Domini, ad rupem Iſrael. Jerem.* XLVII. 36. על כן לבי למואב כחללים יהמה ולבי אל אנשי קיר הרש יהמה כחללים. *Propterea cor meum ab Moab quaſi tibiæ reſonabit, & cor meam pro viris Chir-Chetos dabit ſonitum quaſi tibiarum.* Gemara Hieroſol. *Moed Katon* in fine אין מולכין חלילים לבית האבל אלא מולכין לבית המשתה ולבית המשחה: Non adducunt tibias in domum luctus, at adducunt in domum ſympoſii, & in domum lætitiæ. Toſaphta *Moed Katon* cap. II. 10. אין מוליכים חלילים לבית האבל אלם מוליכים לבית המשחה ולבית המשחה. Non adducunt tibias in domum luctus, ſed adducunt in domum ſympoſii, & in domum lætitiæ.

Duodecies in anno perſonabat tibia in templo. Miſnah *Succab.* החליל חמשה וששה זה חליל של בית השואבה שאינה דוחה לא שבת ולא יום טוב אמרו כל מי שלא ראה שמחת בית השואבה לא ראה שמחת מימיו: Tibia perſonabat quinque & ſex dies; hæc eſt tibia domus hauſtionis, quæ neque Sabbathum neque diem feſtum pellit. Dixerunt: Quicunque non vidit lætitiam domus hauſtionis, non vidit lætitiam a diebus ſuis. Ubi Gemara Hieroſol. *Saccab* החליל חמשה וששה הא של"קרבן דוחה מתניתא דר' יוסי בי ר' יודה דתני חליל של קרבן דוחה את השבת דברי ר' יוסי בי ר' יהודה וחכמים אומרים אינו דוחה לא השבת ולא יום טוב תמן תנינן בשנים עשר יום בשנה החליל מכה לפני המזבח בשח'יטה הפסח הראשון בשחיטה הפסח השני וביום טוב הראשון של פסח וביום העצרת ובשמונה ימי החג ויש שמונה בלא שבת ר' יוסה אמר ר' בון בשם ר' יוחנן דר' יוסה בי ר' יהודה היא על דעתהון דאילין רבנן למה אינו דוחה משם שאינו מהוור והא כתיב והעם מחללים בחלילים בשמחה שלמה הכתוב מדבר ר' יונה בשם ר' בא בר ממל ושמחת לבב כהולך בחליל כל זמן שהחליל נוהג

החליל נוהג ר׳ יוסי בי ר׳ בון בשם ר׳ בא בר ממל למה קורין את הלל כל׳ שבעת ימי החג כנגד הלולב שהוא מתחד׳ש כל׳שבעה ולמה מן כל אילין מילייא חליל תנינן שזה לקיצין וזה לקיצין וזה חביב וזה חביב ותלו הביב בחביב. Tibia quinque & ſex diebus &c. Ecce tibia ſacrificii pellit ſc. *Sabbathum*. Miſna R. Joſe diſcipuli R. Jehuda. Etenim extat traditio. Tibia ſacrificii pellit Sabbathum. Verba R. Joſe diſcipuli R. Jehuda. At ſapientes dicunt: non pellit Sabbathum, neque diem feſtum. Duodecim diebus ſingulis annis tibia ſonabat coram altari, ſc. in mactatione primi Paſchatis & in mactatione ſecundi, & in die primo feſti Paſchatis, & in die Pentecoſtes, & diebus octo ſolennitatis Tabernaculorum. Eſtne octiduum ſine Sabbatho? R. Joſe dixit illi abſolute. R. Joſe diſcipulus R. Bon nomine, R. Jochanam, R. Joſe diſcipulus R. Jehuda erat. Ex mente horum doctorum cur non pellit? Quia non eſt manifeſtum. Atqui ſcriptum eſt. *Et populus ſonabat tibiis*. De lætitia Salomonis textus loquitur: R. Jona nomine R. Ba bar Mimal; Scriptum eſt: *& letitia cordis ſicut qui incedit cum tibia*. Quando obſervatur tibia, obſervatur Hallel: R. Joſe diſcipulus R. Bon nomine R. Ba bar Mimal. Cur legunt Hallel cunctis diebus ſeptem ſolennitatibus Tabernaculorum? Contra palmam, quæ innovatur cunctis ſeptem diebus. Et cur hæc omnia cum tibia? Quod hoc ſit propter finem, & illud propter finem, & hoc amabile, & illud amabile, & fecerunt dependere amabile ex amabili: In eandem Gemara narratur fractam fuiſſe tibiam, quæ facta fuit a Moſe חליל של מקדש של משה ושל קנה היה שבר ותיקנוהו ולא היה קולו ערב כמות שהית חזרו ונטלוהו וחזר כמות שהיה. Tibia Moſis in Sanctuario erat, & erat calamus. Cum fracta eſſet, eam concinnarunt, at ejus ſonitus non erat æque ſuavis ac antea; removerunt ab ea concinnationem, atque iterum facta eſt, ſicut antea erat. Primitiva, quæ ſingulari celebritate & lætitia, Hieroſolymam afferebantur, tibia præcedebat. Miſna *Bicurim* cap. 3. כיצר מעלין את הבכורים כל העיירות שבמעמד מתכנסות לעיר של מעמד ולנין ברחובות של׳עיר ולא היו נכנסין לביתם ולמשכים היה הממונה אומר קומו ונעלה ציון אל בית ה׳ אלהינו הקרובים מביאין נרונרות וצמוקים והשור הולך לפניהם וקרניו מצופות זהב ועטרת של זית בראשו החליל מכה לפניהם ער שמגיעים קרוב לירושלים הגיעו קרוב לירושלם שלחו לפניהם ועטרו את בכוריהם הפחות הסגנים והגזברים יוצאים לקראתם לפי כבוד הנכנסים היו יוצאים וכל בעלי אומניות שבירושלם עומדי׳ לפניהם ושואלין בשלומם אחינו אנשי רמקום פלוני באתם לשלום החליל מכה לפניהם ער שמגיעין להר הבית הגיעו להר הבית אפילו אגריפס המלך נוטל הסל על כתפו ונכנס ער שמגיע לעזרה הגיע לעזרה ורברו הלוים בשיר ארוממך יי׳ כי דיליתני ולא שמחת אויבי לי. Quomodo faciunt adſcendere primitiva? Omnes urbes ſtationariæ congregabantur in urbe ſtationis primariæ, & pernoctabant in plateis, non intrabant domos, & eos excitabat præfectus dicens. Surgamus & aſcendamus Sion, domum Domini Dei noſtri. Propinquiores adducebant ficus virides, & uvas, & remotiores ficus ſiccas, & paſſas; bos vero præibat illis, cujus cornua erant auro operta, cum corona oleagina in capite ejus; tibia reſonabat ante eos, donec perveniſſent Hieruſalem, cum perveniſſent Hieruſalem, mittebant ad eos, qui coronabant primitiva; duces, inſpectores, præfecti ærarii illis obviam ibant, & juxta honotem intrantium exibant, & omnes opifices, qui inveniebantur Hieroſolymis, conſiſtebant ante eos, & ſalutabant dicentes. *Fratres noſtri viri loci N. N. venite in pace*. Tibia ante eos ſonabat uſque dum perveniſſent ad montem templi, cum perveniſſent ad montem templi, vel Agrippa rex levabat caniſtrum in humerum, & intrabat, donec perveniret in atrium, cum perveniſſet in atrium, Levitæ canebant: *Exaltabo te Domine, quia evexiſti me, & non feciſti, ut gauderet inimicus meus ſuper me*. Talmud *Erach* cap. II. אין פוחתין משני חלילין ולא מוספין על שנים עשר. Non diminuunt de duabus tibiis, neque addunt ultra duodecim. Miſna *Bava Metzia* cap. 6. שחר את החמר ואת הקדר להביא פריופרין וחלילים לכלה או למת. Qui conduxerit aſinum & aurigam ad advehendum ligna præſtantia, & tibias (*ad exhilarandam*) ſponſam, aut (*ad plangendum*) mortuum. Gloſſa h. e. לשמח חתן וכלה *ad exhilarandum ſponſum, & ſponſam*; לקינן למת *ad lamentandum ob mortuum*. Et addit ad *Ezech*. XXV. 6. יש דברים שעושין אותם לאבל ולשמחה אבל אין עניינם שוה וכן חלילין לכלה ולמת. Sunt quædam res, quibus utuntur ad luctum, & ad gaudium, ſed non eſt earum par ratio. *Sic tibiæ adhibentur in nuptiis & in funeribus*. Duplex hic uſus deprehenditur. *Matth*. XI. 17. *ηὐλήσαμεν ὑμῖν Tibia cecinimus vobis, & non ſaltaſtis*: ἐθρηνήσαμεν (ſc. tibiis) *lamentati ſumus, & non planxiſtis*. *Matth*. IX. 13. Miſna *Ketubb*. cap. IV. אפילו עני שבישראל לא יפחות משני חלילים ומקוננת אחת Etiam pauper

per inter Israelitas non diminuet de duabus tibiis, & de una lamentatrice *in funere sc. uxoris*. *Schabb.* cap. XII. ע״א שהביא חלילין בשבת לא יספוד בהן ישראל Si Idololatra adduxerit tibias in Sabbatho, non planget in illis Israelita.

Plerique philologi consentiunt Hebræos a gentilibus mutuatos fuisse tibiarum usum in funeribus. *Schikardus* de jure regio cap. VI. *An etiam siticines* (inquit) *adhibuerint veteres Hebræi, equidem ignoro, inquisivi curiose, sed nondum reperi ullum eorum vestigium nisi forte* המקוננות lamentatrices fœminæ *Jerem.* IX. 17. *huc referri debeant, quæ anus pretio conductæ, ululatu suo lacrymas eliciebant, ut apud Romanos præficæ: At hoc voce præstabant, non organis; Quid ergo sibi vult ille tumultus Auletarum in Hist. Evangel.* Matth. IX. 23. *apud filiolam primatis exanimem? Videntur hoc a gentibus, quarum sub potestate fuerant, didicisse. Romani enim tubicines, & tibicines adhibebant, qui quod apud* Sitos, h. e. *vita functos canere solerent, proprio vocabulo* Siticines *dicti sunt*. Consentit *Scultetus* exercit. Evangel. lib. II. cap. 55. ubi de tibiarum usu in funeribus differens. *Ut alia plura* (inquit) *ita & hunc morem ex Gentilium tam Latinorum, quam Græcorum consuetudine hauserunt Judæi;* & *Mayerus* Philol. sacr. p. I. *Nullum dubium est* (inquit) *Judæos tibicinum in funeribus usum a Græcis accepisse*. Et *Hammondus* Annotat. ad *Matth.* IX. 23. *Mos ille instramenta musica in funeribus adhibendi ad posteros Judæos devenit e ritibus & moribus Gentilium*. Et deinde: *Cantus organorum in funeribus mos erat origine Ethnicus, & nuper admodum inter Judæos receptus*.

Verumtamen vetustas tibiarum in funeribus Hebræorum probari mihi videtur ex loco *Jerem.* XLVIII. 36. על כן לבו למואב כחללים יהמה ולבי אל אנשי קיר חרש כחללים יהמה. *Propterea cor meum ad Moab quasi tibiæ resonabit, & cor meum pro viris Chir-Cheros dabit sonitum quasi tibiarum*. Quibus verbis inquit *Drusius* in not. ad cap. IX. *Matth.* proculdubio intellexit Propheta *tibias quibus carmen lugubre in funeribus canebatur, de quibus* Ovidius *Fastor.* vers. 660.

Cantabat mœstis sibia funeribus.

Quod confirmatur a Targum *Jonathan*. *Cor meum sicut cantus tibiarum —— triste erit*. Græci pariter interpretes similiter consentiunt: Καρδία μου τῷ Μωαβ, ὥσπερ αὐλοὶ βομβήσωσι καρδία μου ἐπ' ἀνθρώποις κειρά δας ὥσπερ αὐλός βομβήσει. Quæ verba optime conveniunt tibiis, ut testatur *Galenus* lib. III. de symtomatum causis, ubi in hunc modum flatus explicat in ventre inferiori nasci solitos. Βομβώδεις δὲ εἰσιν ἕτεροι: τοῖς ἐξ εὐρυτάτων αὐλῶν ἐοικότες, ὁποίους ἔχουσιν οἱ τύμβαυλοι καλούμενοι. *Porro sunt alii bombosi, bombis latissimarum tibiarum non absimiles, quales habere solent ii*, τύμβαυλοι, h. e. *Siticines nominantur, quæ sonum efficiunt graviorem*. Vid. *Ursinus* Part. I. Anal. lib. I. qui probat lugubrium tibiarum antiquissimum fuisse usum apud Hebræos, idque e sacris constare.

VIII. Præficæ Hebraice המקוננות, sc. lamentatrices dicuntur *Jerem.* IX. 17. כה אמר יהוה צבאות התכוננו למקוננות ותבואינו ואל החכמות שלחו ותבואנו ותמהרנה ותשנה עלינו והי ותרדנה עינינו דמעה ועפעפינו יזלו מים: *Sic dicit Dominus exercituum; Advertite, & vocate lamentatrices, & veniant, & ad sapientes mittite, & veniant, & properent, & extollant super nos lamentum, & effluant oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ distillent aquas*. *Chaldaice* אליה l. c. *Jerem.* קרו לאליתא *& vocate lamentatrices*. *Theodorus Hasæus* in differt. de inscriptione *Psal.* XXII. quæ inserta legitur Bibl. Brem. class. I. fascic. I. p. 34. & Tom. I. Opusc. sacrorum *Petri Zornii* p. 151. *Apud Hebræos* (inquit) אלי *notionem planctus ac lamenti habet*. Joel I. 8. אלי כבתולה חגרת שק *Ejula lamentare sicut virgo accincta sacco*. *Recte* LXX. θρήνησον, *ejula instar puellæ, quæ sacco induitur tanquam præfica; Syri eadem significatione utuntur* אלא *ut & Targumistæ* Judic. XI. 40. 2. *Sam.* 17. *Apud eosdem* אליה *lamentatricem præficam ad plangendum mortuos conductam, ut apud Syros* אלין *indicat, sicut* אליה *qua frequentee utuntur, ejulationem planctumque significat. Huc pertinet*, אליותא *quam adhibent* Job III. 8. *& hinc* אללי vox singultientium & ejulantium Job X. 45. Mich. VII. I. *Apud Talmudicos* אליית *lamentatricem fœminam indicat, unde sistrum lamentantis fœminæ* רביעית של אליית *in tractatu* Kelim cap. 17. *Et in eodem codice* Kelim cap. 13. *tympanum mundum pollui sessione* שהאליית *ad quæ verba ita scribit:* Maimonides. *Cum hocce instrumentum quod vocant* טמבורין (nota nostrum Tambour). *apud mortuos lamentatione agitans, & hic est sensus illius, quod dicit, quia* Elith *in ipso* considet *intelligas* הספדנית lamentatrix, *sicut dicitur* Joel I. 8. Et infra §. 12. *Affatim puto constare* אלית *commode significare posse instrumentum aliquod musicum, cujus in deducendis funeribus usus erat; sive illud fuerit tibia, sive tuba,*

sive

sive tympanum; nihil enim certi statui ac determinari posse fateor. Chaldaice etiam ספדנית *lamentatio*, & ספדן סופדן *lamentator*, qui conductus est ad planctum mortuorum, *Siticinem* והקרוב בי אוררי יום הם הספדנים. Et verosimile est אוררי יום sint lamentatores *Aben Ezra Job* III. 8.

Lamentatio lamentum Hebraice קינה. 2. *Sam.* I. 17. ויקונן דוד את הקינה הזאת *Et lamentatus est David lamentationem istam*. 2. *Chron.* XXXV. 24. ויקונן ירמיהו על יאשיהו ויאמרו כל השרים והשרות בקינותיהם על יאשיהו עד היום ויתנום לחק על ישראל והנם כתובים על הקינות: *Et lamentatus est Jeremia super Josia, & dixerunt omnes cantores, & cantatrices lamentationes super Josia usque ad hodiernum diem, & datum est in statutum super Israel, & hæc scripta sunt in lamentationibus*. *Jer.* VII. 31. ושאי על שפים קינה *Et elava super excelsa lamentationem*. Idem IX. 10. על ההרים אשא בכי ונהי ועל נאות מדבר קינה: *Super montem extollam planctum meum, & lamentum, & super habitationes deserti lamentationem*. Ibid. V. 20. ולמדנה בנתיכם נהי ואשה רעותה קינה: *Et docete filias vestras lamentum, & quæque proximam suam lamentationem*. *Ezec.* XIX. I. שא קינה על נשיאי ישראל *Extolle lamentum super principes Israel*. Ib. XXVI. 17. ונשאו עליך קינה *Et extollent super te lamentum*. Ib. XXVII. 2. שא על צור קינה *Extolle super Tyrum lamentum*. Ibid. XXVII. 32. ונשאו אבניהם קינה וקוננו עליך: *Et extollent filii eorum lamentum, & lamentabuntur super te*. Ibid. XXVIII. 2. שא קינה על מלך צר. *Extolle lamentum super regem Tyri*. Ibid. XXXII. 2. שא קינה על פרעה *Extolle lamentum super Pharaonem*. Ibid. XXXII. 16. קינה היא וקוננות בנות הגוים תקוננה אותה על מצרים ועל כל המונה: *Lamentum erit, & lamentabuntur filiæ gentium, & lamentabuntur eum super Ægyptum, & super multitudinem ejus lamentabuntur eum; Dicit Dominus Deus*. *Amos* אשא עליכם קינה. *Extollam super vos lamentum*. Ibid. V. 10. ותפכתי חגיכם לאבל וכל שיריכם לקינה: *Et convertam solennitates vestras in luctum, & cantica vestra in lamentum*.

Præterea lamentum appellatur נהי. *Jerem.* IV. 10. אשא בכי ונהי *Extollam luctum & lamentum*. Ibid. V. 18. ותשנה עלינו נהי: *Et faciant super nobis lamentum*. Ibid. V. 19. נהי משמע מציון. *Lamentum auditum est ex Sion*. Ibid. V. 20. ולמדנה בנותיכם נהי: *Et docete filias vertas lamentum*. Ibid. XXXI. 14. נהי בכי תמרורים. *Lamentum, & luctus amarissimus*. *Mich.* II. 4. ונהה נהי נהיה. *Et lamentabitur lamentum effusum*. Postremo lamentum dicitur מספד, de quo plurima extant loca in veteri testamento.

Græci carmen lugubre dicitur θρῆνος, θρηνοδία, ἐπικήδιον: ᾠδαὶ νεκελκαὶ, μέλαιναι, ὀδύναι, θανατῆραι, & in lexico vetere Græco-Latino ὕμνος ἐπὶ τῶν νεκρῶν. Cantus funebris ὀλοφυρμός vocabatur. *Athenæus* lib. XIV. *In funere vero & luctu cantus ὀλοφυρμὸς vocatur*. Eodem *Athanæo* teste λίνος quoque, & αἴλινος, & ἴαλεμος dicebatur. *In nuptiis ὑμέναιος, in luctu ἴαλεμος*, λίνος vero, & αἴλινος *non tantum in luctu, sed & læto aliquo cantu*. De *Jalemo* apud *Theocritus* Idyll. XV.

—— τὸν ἴαλεμον ἠείσατο.

Plato mentionem facit Caricæ Musæ, quam interpretatur ἐπικήδιον ᾠδὴν i.e. *lugubrem cantionem*.

Latine lamentatrices principes Præficæ dicebantur: *Festus: Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum præfectæ*. *Nævius*. *Præficæ dicebantur apud veteres, quæ adhiberi solent funeri, mercede conductæ, ut & flerent, & fortia facta laudarent*. Glossa. Præfica ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ καπτομένη θρηνῳδός ἐπ' ἐκφοραν. *Nævius*.

—— —— Hæc quidam
Mehercle, opinor, præfica est, sic mortum
Collaudat.

Præficæ a *Luciano* in luctu σοφισταὶ θρηνῶν appellantur, quod præ ceteris in lamentationibus excellerent: Similiter *Jerem.* IX. 17. fit mentio lamentatricum sapientum, eo quod in cantionibus lugubribus præ ceteris præficis excellerent. כה אמר יהוה צבאות התבוננו וקראו למקוננות ותבואינו ואל החכמות שלחו ותבואנו ותמהרנה: *Sic dicit Dominus exercituum; advertite, & vocate lamentatrices, & veniant, & ad sapientes mittite, & veniant, & properent*. Docebantur filiæ a matribus in lamentationibus. *Jerem.* IX. 20. ולמדנה בנתיכם נהי ואש רעותה קינה: *Et docete filias vestras lamentum, & quæque proximam suam lamentationem*.

Lucilius.

Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ
Multo & capillos scindunt magis.

Horatius de Arte Poetic.

—— Ut quæ conductæ plorant in funere.

Ovi-

Lepidus eſt Æſopi apologus de Præficis: *Dives domi habens duas filias, altera mortua præficas conduxit: quum vero altera dixiſſet; ut nos miſeræ ipſæ ad quas luctus pertinet, lamentari neſcimus; hæ vero non neceſſariæ ſic vehementer plangunt: Mater ait. Ne mirare filia, ſi hæ ita lamentantur, numorum gratia id agunt.*

Carmen lugubre Latine *Nænia* dicitur. *Varro* de vita Pop. Rom. lib. IV. *Ibi a muliere, quæ obtutum a voce eſſet perquam laudari, deinde neniam cantari ſolitam ad tibias, & fides* (merito negat *Gutherus* de jure Manium lib. I. cap. 22. fides in funeribus adhibitas fuiſſe) *eorunque ludiſtricas curſitaſſent: Hæc mulier vocitata olim præfica uſque ad Punicum bellum.* Ibid. Hunc locum ita emendat *Gutherus* loc. cit. Quid hoc verbi eſt? *A muliere, quæ obtntum a voce eſſet:* Melius forte legeretur, quæ obtuſa voce eſſet, ἀτονίᾳ, quam veteres Gloſſæ *Næniam* vocant, quod voce languida præfica in Næniis uteretur. *Quamvis enim orbi viduæque in ipſis funeribus audirentur canoro quodam modo proclamantes*, ait *Fabius* lib. XI. c. 3. *hic etiam fuſca illa vox præficæ aures verberabat, qualem Cicero in Antonio fuiſſe dicit, in Bruto, & qualem vulgo in eo eſſe dicimus, qui ab ingrata voce, mortuorum proclamator nuncupatur. Nonius. Nænia ineptum & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quæ præfica diceretur, iis quibus propinqui non eſſent, mortuis adhiberet.* Feſtus. *Nænia eſt carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Cicero* II. de Leg. *Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, eaſque etiam cantus ad tibicinem proſequatur, cui nomen Nænia, quo vocabulo etiam a Gracchо cantos lugubris nominatur. Svetonius* in Auguſto cap. C. *Canentibus næniam principum liberis utriuſque ſexus.* Næniæ autor *Simonides* prædicatur: *Horatius* lib. II. ad I.

Sed ne relictis Muſa procax jocis
Ced ritractas munera næniæ.

Ubi *Acron. Nænia carmen lugubre, quod nunc Græce* ἐπιτάφιον *appellatur, quod Simonides Græcus poeta Lyricus primus inſtituit.*

Jacobus Gutherus lib. I. cap. 22. putat tres fuiſſe cantatas nænias in funere. *Mortuos* (inquit) *ad ſepulturam proſequi cum cantu plurimarum gentinm, & regionum inſtituta ſumſerunt, perſuaſione hac inducti quod corpore exſtincto animæ ad originem dulcedinis muſicæ* i. e. *ad cœlum redire credantur. Macrobius* lib. II. Somn. Scipion. cap. 3. Quare plangebant flebile carmen ad tibias funus proſequentes nonnulli; ϗ τίνες ἑτέρων ἐκόπτοντο πενθιμὸν τι, ὑπαυλέντων. *Xiphilinus* in Severo. Recte quidem ἐκόπτοντο, etenim κόπτειν *funebris vox, quæ ſignificat plangere, quod eſt cum lamentis & miſerabilibus dictis pectus tundere, at mœrere eſt cum ſilentio dolere, flere ubertim lacrymas demittere, cum voce flere, lugere etiam cum habitus mutatione. Servius* XI. Æneid. Hi vero planctus, qui in exſequiis a præfica præcinuntur, & a proximioribus, vel iis qui ad hanc rem conducti eſſent, cantabantur ad tibias proprie ſunt ἐπικήδια ad laudem compoſita. Lectum anteibant cum præfica cantantes. Præfica enim ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη θρηνῳδὸς ἐπ' ἐκφορῶν. Gloſſa vetus &c. *Et paucis interjectis.* Triplicem autem næniam fuiſſe comperio; de prima, quæ in exſequiarum comitatu, nihil repeto, quæ ἐπιτήδιον, ϗ θρηνῳδία. Secunda canebatur ad rogum; tertia ad tumulum; atque hæc ὕμνος ἐπὶ τῶν νεκρῶν in Lexico vetere Græco Latino in verb. ὕμνος ubi male ſcriptum eſt *Veniæ* pro Næniæ. Hæc tertia ἐπικάφιον, ſive ᾠδὴ ἔσχατον νυκίατον, quod extremum atque ultimum mortuus accinebatur, in populi circunſtantis corona, a præfica fundebatur, dum corpus ureretur, & humaretur, cui ſtans populus reſpondebat, dum conſunto cadavere, & collectis cineribus, *ilicet* diceretur. *Servius* VI. Æneid. Quæ ita a θρηνῳδία differt, ut hymni & preces a planctu, & lamentatione diſtinguuntur. Prima nænia ad tibicines ducebatur, corpuſque interim quieſcebat; tunc illud ad rogum efferebatur, quod erat *funus commovere*, de loco in locum corpus tranſmittere: *Varro* (apud *Non.* in verbo *patritum*) *funere familiari commota, avito ac patrio more precabantur. Tunc enim preces concipiebantur, & Dea Nænia a præficis advocabatur, cujus ſacellum extra portam Viminalem primum dedicatum, in ædiculam poſtea commutatum fuit.* Tantus vero ad Næniam decantandam tibicinum munerus adfuit, ut ad decem reducerentur leg. XII. Tab. minuendi ſumtus cauſa; ſed iſtis abrogatis major poſtea tibiarum cornicimumque omnis generis æneatorum turba perſonabat, ut illis mortuus poſſet etiam ab æterno ſomno excitari: *Seneca* de morte Claudii &c. Tibicines propter lectum cum præfica incedebant; at tubæ remotiores, quæ ſuis clangoribus Næniæ plangorem ſepelirent.

IX. Quomodo lamentationes canerentur apud Hebræos, docemur ex Miſna *Moed Katon* cap. III. 8. אין מנחים את המיטה ברחוב שלא להרגיל את הספד ולא של נשים לעולם מפני הכבוד נשים במועה

במועה מננות אכ'ל לא מטפחות ר' ישמעאל אומר הסמכורת למיטה מטפחורת וכראשי חרשים בחנוכה ובפורום מענים ומטפחורת בזה ובזה אבל לא מקוננירת עונורת נקבר המת לא מענורת ולא מטפחורת אי זה הוא העינוי שכולם עונורת כאחר הקינה שאחר מרברת וכולם עונורת אחריה שנ' ולמרנה בניתיכם נהי ואשה רעותה קינה אבל לעתיד לבוא מהו אומר בלע המורת לנצה ומחה יהוה אלהים רמעה מעל כל פנים וגו'. Non ponunt lectum in platea, ne occaſionem lamentandi præbeant, neque unquam lectum mulierum decoris gratia. Mulieres in diebus feſti intermediis, reſpondent threnis, ſed non feriunt palmis. R. Iſmael dicit: Quæ proximæ ſunt lecto, feriunt palmis. In noviluniis in dedicatione templi, & in Purim reſpondent, & palmis feriunt alternatim, at non lamentantur. Quando ſepultus eſt mortuus, non reſpondent, neque palmis feriunt. Quænam eſt reſponſio? Ut omnes ſimul reſpondeant. Quænam eſt lamentatio? Ut una loquatur, & omnes poſt eam reſpondeant. Dictum eſt enim: *Doceat filias veſtras lamentum, & quælibet proximam ſuam lamentationem*. At de tempore futuro quid dictum eſt? *Et abſorbebit mortem in ſeculum, & abſterget Dominus Deus lacrymas ab omnibus faciebus &c. Maimonides* Abel cap. II. 5. הנשים במוער מענבות אבל לא מטפחות ובראשי חרשים ובחנוכה ובפורים מענות ומטפח ותאבל אין מקוננות לא בזה ילא בזה נקבר המת לא מענורת ולא מטפחורת אי זהו עינוי שכולן עונורת באחר קינה שאחר אומררת וכולן עונירת אחריה שנ' ולמרנה בנותיכם נהי ואמה רעותה קינה כ"א באשר העם שמתו אבל תלמיד הכם שמרת סופרין אותו בעומר ואין צריך לומר בחנוכה ובפורים וראשי חרשים אבל לא ביום טוב שני ואין סופרין אותו בימים אלו אלה בפניו נקבר אסורין בהספר. Fœminis licet lamentari in diebus feſti intermediis, at non licet plangere; at in noviluniis; in Chanucha, & in Purim poſſunt lamentari & plangere, at non poſſunt inter ſe alternatim lamentari. Sepulto mortuo non reſpondent, neque lamentautur. Quænam eſt reſponſio? Quando omnes ſimul reſpondeant. Quænam eſt lamentatio? Quando una loquatur, & omnes poſt eam reſpondeant. Dictum eſt enim. *Et docete filias veſtras lamentum, & quævis proximam ſuam lamentationem*. De quo hæc dicta ſunt? De reliquo populo, qui moriatur; at ſi moriatur diſcipulus ſapiens, plangunt in diebus feſti intermediis; neque neceſſe eſt ut dicatur in Chanucha, in Purim, & in noviluniis; at non in die feſto ſecundo. Neque licet plangere his diebus, niſi præſente mortuo, at eo ſepulto vetitum eſt plangere. In planctu percutiebant pectus, & extendebant brachia: Toſaphta *Moed Katon* cap. II. אי זה הספר זה שעל הלב שנ' על שרים סופרים טיפוח בירים קילוס זה פישוט זרועורת. Quinam ut planctus? Quando quis ſe percutit ſuper cor. Dictum eſt enim. *Super ubera plangite*. Comploſio fit manibus. קילוס, quando quis extendit brachia. Ex his conſtat aliquando præficas omnes ceciniſſe, aliquando unam tantum quæ uſu & arte lamentandi excelleret præ ceteris, præciniſſe, & reliquas carmen lugubre repetiſſe: Quæ excellerent in næniis חכמות a *Jeremia*, & a *Luciano* σοφιςαὶ θρήνων appellantur. A *Feſto* lamentationum principes dicuntur. *Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant ceteris modum plangendi, quaſi in hoc ipſum præfectæ*. Interdum planctu & ejulatu tantum reliquæ reſpondebant. *Lucianus* de luctu. Ἀλλ' ὅμως οἱ ματαῖοι καὶ βοῶσι καὶ μεταπεμψάμενοι, τίνα θρήνων σοφιςὴν, πολλὰς συνειλεγμένον παλαιὰς συμφορὰς, τούτῳ συναγωνιςῇ καὶ χορηγῷ τῆς ἀνοίας καταχρῶνται, ὅποι δ' ἐκεῖνος ἐξάρχῃ, πρὸς τὸ μέλος ἐπαιάζοντες. Καὶ μέχρι μὲν θρήνων, ὁ αὐτὸς ἅπασι νόμος τῆς ἀβελτερίας. *Attamen hi ſtolidi vociferantur, & accerſito lamentorum magiſtro, qui multas calamitates in unum congerat hoc adjutore & chorago amentiæ utuntur, ubicumque ceperit ille, ipſi ad melos ejulatu reſpondentes. Verum quantum ad lamentationes attinet omnibus eadem eſt ineptiendi conſuetudo*. Quis autem fuerit ille ὄχλος θορυβούμενος *Matth.* IX. 23. *Hammondus* intelligit de ejulantium multitudine; hæc ſubjungens. *Id poteſt illuſtrari verbis* Homeri *qui poſtquam meminit* θρήνων ἐξάρχων *eorum qui luctum incipiebant, addit* κλαίων ἀμφὶς θ' ὅμιλος *& rurſus* ἐπὶ δὲ ςενάχοντο γυναῖκες. *Erant nempe ut docet* Chriſoſtomus *tibiæ, & cymbalu quæ luctum excitabant. Muſici incipiebant, & qui aderant ſubſequebantur* in θρηνῳδίᾳ, quam Lucianus *vocat* τὴν πρὸς τὸν αὐλὸν, *planctum ad tibiam*. Huc referri poteſt illud *Marc.* v. 38. 39. θόρυβον κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά. De voce ἀλαλάζειν in rebus triſtibus ἐνεργείᾳ leg. *Theodori Hatæi* diſs. de inſcriptione Pſalmi XXII. quæ inſerta legitur Bibl. Brem. Claſs. I. faſc. I. Hæc *Zornius* in Biblioth. Antiq. Exeg. 585.

Tibicines moderabantur luctum & nænias: *Lucianus* iterum in luctu. τί δέ με κωκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὕτη ςερνοτυπία, καὶ ἡ τῶν θρηνούντων περὶ τῶν θρήνων ἀμετρία; *Verum ejulatus iſte veſter quid mihi confert? Aut quid iſta pectorum ad tibiæ modos percuſſio? aut quid mulierum immodica lamentatio? Cicero* de leg. II.

Ho-

Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen næniæ. Varro de vita Pop. Rom. lib. IV. *Ibi, a muliere qui obtusa voce esset, per quam laudari, deinde næniam cantari solitam ad tibias, & fides. Josephus* de bello l. XV. Lugebant universi adeo ut per dies triginta numquam lamenta in civitate cessarent πλεῖστους μισθοῦσθαι τοὺς αὐλητὰς, οἳ θρήνων ἐξῆρχον αὐτοῖς, *plurimos magna mercede tibicines conduxisse, qui næniarum principia ducerent. Eusebius* Hist. Eccles. lib. IX. cap. 8. οὐδ᾽ ἦν, ἀλλὰ τι θεωρεῖν ἢ θρήνους μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς αὐλῶν τε καὶ κτύπων. *Neque aliud cernere licebat quam lugubres nænias cum usitato apud eos tibiarum cantu atque plausu.*

Tibicines in canendis tibiis saltabant. *Athenæus* lib. XIV.

> Ποικιλόπτερος μέλος
> Τᾶν αταοίδᾶν
> Κατεᾶς ἐπιερῆς βασίλεια
> Οὐ διαύλὸς ὕςερον χορέται.

> *Varii modi sunt accinendi.*
> *Tibiis cantiones præire gaudet rex Dionysius;*
> *Post illas canat, & saltet tibicen.*

Arcades teste Polybio præ ceteris in hac arte celebres. *Soli ferme sunt Arcades, apud quos pueri primo ab ipsa infantia ex legibus assuefiant hymnos & Peanas canere, quibus more patrio singuli suos heroas, & Deos concelebrant. Deinde Philoxeni ac Timothei nomos addiscentes quotannis per Liberalia ipsi in theatris cum saltatione & tibiis, summo studio puerilia quæ vocant ludicra, pueri agitant, juvenes quæ dicuntur virorum. Tryphon* lib. II. *Nomenclaturarum* has recenset cantiones tibiales: Comon, Bucoliasmum, Gingras, Tetracomon, Epiphallon, Choricon, Callinicon, Polemicon, Hedycomon, Siccinothyrben, Thyrocopicon, quæ Crousithyros etiam dicitur, Cnismon, Mothona, quæ omnes cum saltatione canebantur. Nonnulli putant in *Matth.* XI. 17. & *Luc.* VII. 32. ad hunc morem allusum fuisse ηὐλήσαμεν *tibiis cecinimus vobis neque saltastis* ἐθρηνήσαμεν *ejulavimus vobis, neque* ἐκόψασθαι *planxistis.* Merito reprehenditur *Dougtæus* Tom. I. Annal. p. 150. a *Zornio* Biblioteh. Antiquit. Exegetica p. 582. Quoniam vero Gejerus §. 16. verba puerorum in foro versantium, & ad æquales suos acclamantium ηὐλήσαμεν *fistulavimus vobis, neque saltastis,* ἐθρηνήσαμεν *ejulavimus vobis neque* ἐκόψασθαι, *neque planxistis Matth.* XI. 17. *Luc.* VII. 32. sine ulla interpretatione adduxit, etiamsi in rem præsentem (nam de tibiarum cantu ad funera agebatur) quam maxime facerent, operam hic qualemcunque nostram profitebimur. A *Dougeæo* initium faciendum; is enim Tom. I. Annal. p. 150. verba illa ita interpretatur. *De cantu & saltatione in funebribus exsequiis adhiberi consueta, non omnino incommode intelligi potest; sic enim solebant utrimque, ut tum ad tibiæ modos concinerent defuncti laudes, tum saltando eas exprimerent.* Ammianus Marcellinus *lib.* XIX. Saltando & cantando tristia quædam genera næniarum regium juvenem (*extinctum*) lamentarunt. Verum enim vero *Dougtæus* & falli, & alios fallere videtur; vox enim ηὐλήσασθαι, hic solum lætitiæ usum indicat, cum Judæi diebus festis ad tibiarum cantum saltarent, secundum Psalm. CL. 4. & divinas laudes saltando concelebrarent. In primitiis offerendis (atqui tum magnus erat lætitiæ publicæ apparatus, uti copiose ostendunt *Lightfootus* in Decad. Chorogr. *Marco* præmissa cap. IV. §. 6. & *Hottingerus* in notis ad *Goodwinum* p. 859.) tibia cecinit ante eos usque dum Hierosolymis appropinquarent, & ad montem templi progrederentur. Significanter admodum *Isaias* loquitur huc respiciens *Isai.* XXX. 29. *Carmine utemini quale noctis est, qua festum indicitur, animique lætitia, quali, qui cum tibiis* μετ᾽ αὐλοῦ LXX. *in Jehovæ montem ire pergunt ad numen Israelitarum.* Hic judicio *Salom. Vau Til* de Musica Veterum Hebræorum pag. 439. נחילות *melodiæ ad tibias compositæ Psal.* V. I. XXXV. I. LXXXVIII. I. *carminis pars ad tibias decantandæ* מחלת. In aliis sacris usus quoque saltationum satis frequens fuit, prout luculenter indicat *Lightfootus* in hor. Talmud. ad *Matth.* XIV. 6. *Soliti sunt Judæi* (inquit) *in gaudiis exuberantibus publicis, atque etiam in solennitatibus quibusdam sacris hilaritatem suam saltatione & tripudiis exprimere.* Videmus adeo, qui tibiarum, quive saltationum in Judæorum sacris usus fuerit, atque jam multo verisimilior conjectura erit, si dicamus Christum huc respexisse, si affirmemus, pueros in tantula ætate ludibundos sæpe patrios in sacris mores expressisse, Christoque in hunc modum de ipsis differendi optimam dedisse occasionem. Nunquam enim *Dougtæus* probare poterit saltationes in Judæorum funeribus institutas fuisse, immo vero hæ profanis gentibus solis in usu erant, nec acceptæ unquam a Judæis lugentibus nec com-

commendatæ. In voce ἐθρηνήσαμεν majus præsidium ponere potuisset *Dougtæus* non hujusmodi instrumentum tibia fuit, quæ propterea *luctus signum vocatur*. *Papinius* in VI. Thebaidos, indeque *Artemidorus*. lib. I. cap. 58. ait αὐλεῖν Πυθικοῖς αὐλοῖς πένθος σημαίνει. *Pythicis canere tibiis luctum signat*. *Ovidius* VI. Fast.

Cantabat mœstis tibia funeribus.

Plutarchum, *Gellium*, *Festum* aliosque ad partes advocare in re per se cognita, ut puto nihil attinet. Ante omnes consulere juvat *Bartholinum* de tibiis data opera differentem. *Ambrosius* lib. V. in *Luc.* c. IX. ait id factum *ad incendendos excitandosque luctus*.

X. Threnorum exempla quamplurima extant in sacro Codice; nonnulla quæ præstantiora videbuntur, seligam, quamvis omnia sint præstantissima. Præteribo carmen lugubre, quod recitavit David in obitu Saul & Jonathan, de quo supra dictum est, quum de laudationibus funebribus actum est, quamvis lamentatio potius quam oratio funebris dicenda sit, quod ibi dictum sit: ויקנן דוד את הקינה: *Et lamentatus est David lamentationem*. I. Reg. XIII. 30. ויבא אל עיר הנביא הזקן לספד ולקברו וינח את נבלתו בקברו ויספדו עליו הוי אחי. *Et venit ad civitatem prophetæ senis, ut plangeret eum, & posuit cadaver ejus in sepulcro suo, & planxerunt super eum: Heu mi frater!* *Isai.* cap. XV. משא מואב כי בליל שדד ער מואב נדמה כי בליל שדד קיר מואב נדמה עלה הבית ודיבן הבמות לבכי על נבו ועל מידבא מואב ייליל בכל ראשיו קרחה כל זקן גרועה בחוצתיו חגרו שק על גגותיה וברחבתיה כלה ייליל ירד בבכי ותזעק השבון ואלעלה עד יהץ נשמע קולם על כן חלצי מואב יריעו נפשו ירעה לו לבי למואב יזעק עד צער עגלת שלשיה כי מעלה הלוחית בבכי יעלה דרך הרנים זעקה שבר יעררו ונו״כי הקיפה הזעקה את גבול מואב עד הגללים יללתה ובאר אלים יללתה. *Onus Moab, quoniam noctu vastata est civitas Moab, conticuit, quia vastatus est murus Moab, conticuit, ululabit, in omnibus capitibus ejus calvitium, omnis barba ejus abrasa. In viis ejus accingent saccos, super tecta ejus, & in plateis ejus omnibus ululatus descendit in luctum. Et clamavit Hesebon, & Eleale, usque ad Jase audita est vox eorum; ideoque armati Moab perstrepent, & perstrepet anima ejus strepitum sibi. Cor meum ad Moab clamabit, vectes ejus usque ad Segor vitulam triennem; quia adscensus Luith in luctu adscendit, quia in via Oronaim clamorem contritionis exclamabunt &c. Quia circumiit clamor terminum Moab usque ad Gallim ululatus ejus, usque ad puteum Elim ululatus ejus.* Ibid. XXII. 2. תשאות מלאהי עיר הומיה קריה עליזה חלליך לא חללי חרב ולא מתו מלחמה כל קציניך נדדו יחד מקשת אסרו כל נמצאיך אסרו יחדו מרחוק ברחו על״כן אמרר בבכי אל תאיצו לנחמני על שד בת עמי. *Tumultibas plena est civitas, tumultuans urbs læta, interfecti tui, non interfecti sunt gladio, neque mortui sunt in bello; omnes principes tui fugerunt simul, ducesque vincti sunt, omnes, qui in te inventi sunt, vincti sunt simul, procul fugerunt. Propterea dixi: recedite a me, amare dolebo in luctu meo; ne ingrediantur ad consolandum me super desolationem filiæ populi mei.* Ibid. XXIII. משא צר הילילו אניות תרשיש כי שדד מבית מבוא מארץ כתים נגלה למו דמו ישבי אי סחר צידון עבר ים מלאוך ובמים רבים זרע שחר קציר יאור תבואתה ותהי סחר גוים בושי צידון כי אמר ים מעוז הים לאמר לא חלתי ולא ילדתי ולא גדלתי בחורים רוממתי בתולות כאשר שמע למצרים יחילו כשמע צר עברו תרשישה הילילו ישבי אי הזאת לכם עליזה מימי קדם קדמתה יבלוה רגליה מרחוק לגור מי יעץ זאת על צר המעטירה אשר סחריה שרים כנעניה נכבדי ארץ יהוה צבאות יעצה לחלל גאון כל צבי להקל כל נכבדי ארץ עברי ארצך כיאר בת תרשיש אין מזח עוד ידו נטה על הים הרגיז ממלכות יהוה צוה אל כנען לשמד מעזניה. *Onus Tyri: Ululate naves maris, quia vastata est domus, unde veniebant, a terra Cethim manifestatum est ei. Tacete habitatores insulæ, negotiator Sidon transfretans mare implevit te: & in aquis multis semen Nili, messis fluminis, proventus ejus, & factus est negotiator gentium. Erubesce Sidon; quia dixit mare, fortitudo maris dixit. Non dolui, neque peperi, neque enutrivi juvenes, exaltavi virgines. Quando auditum fuerit Ægypto, dolebunt, quando auditum fuerit Tyro; transite maria, ululate habitatores insulæ: Nonne vobis erit? hæc gloriabatur a diebus antiquis in antiquitate sua, deducent eam pedes ejus longe ad habitandum. Quis cogitavit hoc super Tyrum coronatam, cujus mercatores principes, & negotiatores ejus inclyti terræ? Dominus exercituum cogitavit deprimere superbiam omnis decoris, & vilipendere omnes inclytos terræ: Transi terram tuam, quasi flumen filia maris; non est inde auxilium. Manum suam extendit super mare; conturbavit regna, Dominus, præcepit Chanaan ut custodiret arces suas.* Ibidem XXIV. 7. שבת משוש תפים חדל שאון עליזים שבת משוש כנור בשיר לא ישתו יין ימר שכר לשתיו נשברה קרית תהו סגר כל בית מבוא צוחה על היין בחוצות ערבה כל שמחה גלה משוש הארץ נשאר בעיר שמה ושאיה יכת שער.

com- Ces-

Cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus lætantium, cessavit gaudium cytharæ. In cantico non bibent vinum, amara erit sicera bibentibus eam. Attrita est civitas vanitatis, clausa est omnis domus ab introeunte. Clamor super vino in viis, obscurata est omnis lætitia, exulavit gaudium a terra. Relicta est in urbe solitudo, & desolatio percutiet portam. Ibid. XLVII. רדי ושבי על עפר בתולת בת בבל שבי לארץ אין כסא בת כשדים כי לא תוסיפו וקראו לך רכה וענגה קחי רחים וטחני קמח גל יצמתך חשפי שבל גלי שוק עברי נהרות תגל ערותך גם תראה חרפתך נקם אקח ולא אפגע אדם גאלנו יהוה צבאות שמו קדוש ישראל שבי דומם ובאי בחשך בת כשדים כי לא תוסיפי יקראו לך גברת ממלכות. *Descende & sede super pulverem virgo filia Babylonis, sede in terra, non est thronus filiæ Chaldæorum, quia non ultra vocabunt te teneram & delicatam. Sume molas, & mole farinam, nuda tempora tua, discooperi humerum, revela crura, transi flumina. Revelabitur turpitudo tua, & videbitur ignominia tua; ultionem capiam, & non resistet mihi homo. Redemtor noster Dominus exercituum, nomen ejus sanctus Israel. Sede tacita, & intra in tenebras filia Chaldæorum, quia non ultra vocabunt te Dominam regnorum. Jer.* VIII. 18. מבליגיתי עלי יגון עלי לבי דוי הנה קול שועת בת עמי מארץ מרחקים היהוה אין בציון אם מלכה אין בה מדוע הכעסוני בפסליהם בהבלי נכר עבר קציר כלה קיץ ואנחנו לא נושענו על'שבר בת עמי השברתי קדרתי שמה החזקתני הרי אין בגלעד אם ריפא אין שם כי מדוע לא עלתה ארכת בת עמי. *Ex impetu meo super me dolor, super me cor meum mœror. Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longiqua; Nunquid Dominus non est in Sion, neque rex? Quare ergo me irritarunt in sculptilibus suis, & iniquitatibus alienis. Transiit messis, finita est æstas, & nos non salvati sumus. Super contritione populi mei contritus sum, & contristatus; stupor apprehendit me. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?* Ibid. IX. 1. מי יתן ראשי מים ועיני מקור דמעה ואבכה יומם ולילה את חללי בת עמי: *Quis dabit capiti meo aquas & oculis meis fontem lacrymarum, ut lugeam die & nocte interfectos filiæ populi mei?* Ibid. v. 18. 21. ותמהרנה ותשנה עלינו נהי ותרדנה עינינו דמעה ועפעפינה יזלומים כי קול נהי נשמע מציון איך שרריו בשנו מאד כי עזבנו ארץ כי השליכו משכנותינו כי שמענה נשים דבר יהוה ותקח אזנכם דבר פיו ולמדנה בנתיכם נהי ואשה רעותה קינה כי עלה מות בחלונינו בא בארמנותינו להכרית עולל מחוץ בחורים מרחבות: *Festinent, & assumant super nos lamentum; deducant oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ destillent aquas. Quia vox lamentationis audita est de Sion. Quomodo devastati sumus, & confusi vehementer? Quia dereliquimus terram, quoniam dimisimus tentoria nostra. Audite ergo mulieres verbum Domini, & assumant aures vestræ verbum oris ejus; & docete filias vestras lamentum, & unaquæque proximam suam lamentationem. Quia adscendit mors per fenestras nostras, ingressa est palatia nostra, ad excidendum pueros in viis, & juvenes in plateis.* Ibid. XIV. 17. ואמרת אליהם את הדבר הזה תרדנה עיני דמעה לילה ויומם ואל תדמינה כי שבר גדול נשברה בתולה בת עמי מכה גדולה מאד אם יצאתי השדה והנה חללי חרב ואם באתי העיר והנה תחלואי רעב. *Et dices ad eos verbum istud. Deducant oculi mei lacrymam per noctem & diem, & non taceant contritionem, quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer: Si egrediar ad agros, & ecce occisi gladio, si ingrediar in civitatem, & ecce egrotantes fame.* Ibid. XXII. 18. לכן כה אמר יהוה אל יהויקים בן יאשיהו מלך יהודה לא יספדו לו הוי אחי הוי אחות לא יספדו לו הוי אדון והוי חדם: *Propterea sic dixit Dominus ad Joachim filium Josiæ regis Jehuda. Non plangent eum; Heu frater mi, heu soror; non plangent eum; heu domine, heu ornamentum.* Ibid. XXXIV. 5. והוי אדון יספדו לך. *Et heu domine plangent tibi.* Ibid. XLVIII. למואב כה אמר יהוה צבאות אלהי ישראל הוי אל נבו כי שדדה הבישה נלכדה קריתים הבישה המשגב וחתה אין עוד תהלת מואב בחשבון חשבו עליה רעה לכו ונכריתנה מגוי גם מדמן תדמי אחריך תלה חרב קול צעקה מחרונים שד ושבר גדול נשברה מואב השמיעו זעקה צעוריה כי מעלה הלחית בבכי יעלה בכי כי במורד חרתים צרי צעקת שבר שמעו וגו'. נדו לו כל סביביו וכל ידעי שמו אמרו איכה נשבר מטה עז מקל תפארה רדי מכבוד ישבי בצמא ישבת בת דיבון כי שדד מואב עלה בך שחת מבצריך אל דרך עמדי וצפי יושבת ערוער שאלי נס ונמלטה אמרי מה נהיתה הביש מואב כי חתה הילילי וזעקי הגידו בארנון כי שדד מואב וגו' על כן על מואב איליל ולמואב כלה אזעק אל אנשי קיר חרש יהגה מבכי יעזר אבכה לך הגפן שבמה נטישתיך עברו ים עד ים יעזר נגעו על קיצך ועל בצירך שדד נפל ונאספה שמחה וגיל מכרמל ומארץ מואב ויין מיקבים השבתי לא ידרך הידד הידד לא הידד מזעקת חשבון עד אלעלה עד יהץ נתנו קולם וגו' על כן לבי למואב כחללים יהמה ולבי אל אנשי קיר חרש כחללים יהמה על כן יתרת עשה אבדו כי כל ראש קרחה וכל זקן גרעה על כל ידים גרעה ועל מתנים שק על כל גגות מואב

מואב

מואב וברחבתיה כלה מספד כי שברתי את
מואב ככלי אין חפץ בו נאם יהוה איך חתה
הילילו איך הפנה ערף מואב בוש והיה מואב
לשחק ולמחתה לכל סביביו: *Ad Moab hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel. Væ super Nabo, quoniam vastata est, confusa; capta est Cariatharim, confusa est fortis, & succisa est. Non est amplius exultatio in Moab, in Hesbon; cogitaverunt super eam malum; Venite & excidamus eam de gentibus; ergo tacendo conticesces, & post te incedet gladius. Vox clamoris ex Oronaim, vastatio, & contritio magna. Contritus est Moab, audierunt clamorem parvulorum ejus. Quoniam per adscensum Luith in ploratu adscendet plorans, quia in descensu Oronaim hostes clamorem contritionis audierunt. Fugite, salvate animas vestras, & eritis quasi juniperus in deserto &c. Commovemini pro illa omnes, qui estis in circuitu ejus, & omnes, qui norunt nomen ejus, dicent. Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriæ? Descende de gloria, sede in siti habitatrix filia Dibon, quia vastator Moab adscendit contra te, perdidit munitiones tuas. In via consiste, & inspice habitatrix Asor, interroga fugientem, & eum qui evasit; dic: Quid fuit? Confusus est Moab, quoniam excisus est; ululate, & clamate in Arnon, quia devastatus est Moab &c. Propterea super Moab ululabo, & ad Moab universum clamabo, ad viros Chircheros lamentabor. De luctu Jazer lugebo tibi, vinea Subama; propagines tuæ transierunt mare Sazer, pervenerunt ad messem tuam, & super vindemiam tuam vastator cecidit. Et ablata est lætitia & exultatio de Carmelo, & ex terra Moab, & vinum ex torcularibus removi; & torcularius tuus non calcabit, clamor clamor, non clamor, quasi tibiæ resonabit; propterea augumentum factum est perditionis ejus. Clamavit Hesbon usque ad Eleple, & Isa dederunt vocem suam &c. Propterea cor meum ad Moab quasi tibiæ resonabit, & cor meum pro viris Chircheros; quasi tibiæ resonabit, propterea augumentum factum est perditionis ejus, quoniam omne caput calvitium, & omnis barba abrasa, super omnes manus colligatio, & super lumbos saccus, super omnia tecta Moab, & in plateis ejus omnibus planctus, quia contrivi Moab quasi vas non desiderabile; dicit Dominus: Quomodo succisus est, & ululaverunt? Quomodo convertit cervicem Moab, & confusus est? & erit Moab in derisionem, & in terrorem omnibus in circuitu suo.* Ibid. XLIX. 3. הילילי חשבון כי שדדה עי
צעקנה בנות רבה חגרנה שקים ספדנה
והתשוטטנה בגדרות כי מלכם בגולה ילך כהניו
ושריו יחדיו: *Ulula Hesbon, quia vastata est Hai, clamate filiæ Rabba, accingite saccos, plangite, & vagamini per ovilia, quoniam Malcom in captivitatem ibit, sacerdotes ejus, & principes ejus simul.* Ibid. vers. 23.
לדמשק בושה חמת וארפד כי שמעה רעה
שמעו נמגו בים דאגה השקט לא יוכל רפתה
דמשק הפנתה לנוס ורטט החזיקה צרה
וחבלים אחותה כיולדת איך לא עזבה עיר
תהלה קרית משושי לכן יפלו בחוריה
ברחבתיה וכל אנשי המלחמה ידמו ביום
ההוא: *Ad Damascum; confusa est Emath, & Arphad, quia nuncium malum audierunt; turbati sunt in mari. Propter solicitudinem recedere non potuit. Dissoluta est Damascus, conversa est in fugam; tremor apprehendit eam, angustia & dolores tenuerunt eam instar parturientis. Quomodo non dereliquerunt civitatem laudabilem, urbem lætitiæ? Idcirco cadent juvenes ejus in plateis ejus, & omnes viri belli conticescent in die illo.* Ibid. LI. 41. איך נלכדה
ששך ותתפש תהלת כל הארץ איך היתה
לשמה בבל בגוים עלה על בבל הים בהמון
גליו נכסתה היו עריה לשמה ארץ ציה
וערבה ארץ לא ישב בהן כל איש ולא יעבר
בהן בן אדם: *Quamodo capta est Sesaeh, & apprehensa est inclyta universæ terræ? Quomodo fuit in stuporem Babylon in gentibus? Ascendit super Babylonem mare, multitudine fluctuum ejus operta est. Erunt civitates ejus in stuporem, terra inhabitabilis, & deserta terra; Non habitabit in iis ullus homo, neque per eas pertransibit filius hominis.* Ibid. vers. 52. קול זעקה
מבבל ושבר גדול מארץ כשדים כי שדד יהוה
את בבל ואבד ממנה קול גדול והמו גליהם
כמים רבים נתן שאון קולם חתה קשתותם:
Vox clamoris ex Babylone & contritio magna ex terra Chaldæorum; quia vastavit Dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam, & sonuerunt fluctus eorum, quasi aquæ multæ, dedit sonitum vox eorum. Quia venit devastator super eam, super Babylonem, & capti sunt fortes ejus, & fractus est arcus eorum. Ezech. XXI. 12.
זעק יהילל בן אדם כי היא היתה בעמי היא
בכל נשיאי ישראל מגורי אל חרב היו את
עמי לכן ספק אל ירך כי בחן ומה גם שבט
מאסת לא יהיה נאם אדני יהוה ואתה בן
אדם הנבא והך כף אל כף ותכפל חרב
שלישיתה חרב חללים היה חרב חלל הגדול
החדרת להם. *Clama & ulula fili hominis, quia hic fuit in populo meo, hic in omnibus principibus Israel, qui timuerunt ad gladium cum populo meo; idcirco plaude super femur; quia probatus est, & hoc cum sceptrum subverterit, non erit, dicit Dominus Deus. Et tu fili hominis vaticinare, & percute manum ad manum, & duplicetur gladius, triplicetur gladius interfectorum, hic est gladius occisionis magnæ, qui penetrat eos.* Ibidem XXVI. 15.
כה אמר אדני יהוה לצור הלא מקול
מפלתך

מפלחך באנק חלל בהרג הרג בתוכך ירעשו
האיים וירדו מעל כסאותם כל נשיאי
הים והסירו את מעיליהם ואת בגדי רקמתם
יפשטו חרדות ילבשו על הארץ ישבו וחרדו
לרגעים ושממו עליך ונשאו עליך קינה ואמרו
לך איך אבדת נושבת מימים העיר ההללת
אשר היתה חזקה בים היא וישביה אשר נתנו
חתיתם לכל יושביה עתה יחררו האין יום
מפלתך ונבהלו האיים אשר בים מצאתך:
Sic dicit Dominus Deus ad Tyrum: Nunquid a voce minæ tuæ, & in gemitu interfectionis, in clade occisionis in medio tui non commovebuntur insulæ? Et descendent de soliis suis omnes principes maris, & deponent pallia sua, & vestes opere phrygionico factas exuent, timores induent, super terra sedebunt, & perterrefacti de repentino casu obstupescent super te; & assument super te lamentum, & dicent tibi: Quomodo periisti plena populo a maribus urbs inclyta, quæ eras fortis in mari; ipsa & habitatores ejus, qui dederunt terrorem suum omnibus habitatoribus ejus; nunc perterrefecti erunt insulani in die excidii tui, & turbabuntur insulæ quæ sunt in mari, ab exitu tuo. Ibid. XXVII. I. ויהי דבר יהוה
אלי לאמר ואתה בן אדם שא על צר קינה
ואמרת לצור היושבתי על מבואת ים רכלת
העמים אל איים רבים כה אמר אדני
יהוה צור את אמרת אני כלילת יפי
וגו׳ לקול זעקת חבליך ירעשו מגרשות וירדו
מאניותיהם כל תפשי משוט מלחים כל חבלי
הים אל הארץ ועמדו והשמיעו עליך
בקולם ויזעקו מרה ויעלו עפר על ראשיהם
באפר יתפלשו והקריחו אליך קרחה וחגרו
שקים ובכו אליך במר נפש מספד מר ונשאו
אליך בניהם קינה וקוננו עליך מי כצור
כדמה בתוך הים בצאת עזבוניך מימים
השבע עמים רבים כרב הוניך ומערביך
העשרת מלכי ארץ עת נשברת מימים
במעמקי מים מערבך וכל קהלך בתוכך
שממו עליך ומלכיהם שערו שער רעמו פנים
סחרים בעמים שרקו עליך בלהות היית
ואינך עד עולם. *Et fuit verbum Domini ad me, dicendo. Et tu fili hominis extolle super Tyro lamentum; & dices Tyro: Quæ habitas in introitu maris, negotiatrix populorum ad insulas multas. Sic dicit Dominus Deus: Tyre tu dixisti: ego sum perfecti decoris &c. Ad vocem clamoris gubernatorum tuorum contremiscent suburbia: & descendent de navibus suis omnes apprehendentes remum, nautæ, omnes gubernatores maris, in terra stabunt, & vociferabuntur super te, & clamabunt amare, & extollent pulverem super capita sua, & in cinere se volutabunt, & decalvabunt super te calvitium, & accingent saccos, & lugebunt super te in amaritudine animæ, planctu amarissimo; & assument super te filii eorum lamentum, & lamentabuntur super te. Quis sicut Tyrus, quis similis in medio maris? In exitu negotiationum tuarum saturasti populos multos, in multitudine facultatum tuarum, & populorum tuorum ditasti reges terræ. Nunc contrita es a maribus, in profundis aquarum opes tuæ, & omnis congregatio tua, quæ erat in medio tui ceciderunt. Omnes habitatores insularum obstupuerunt super te, reges earum, perturbatione perturbati sunt, iracundiis irati sunt. Negotiatores in populis sibilaverunt super te in terroribus; fuisti, & non eris amplius in perpetuum.* Ibid. XVIII. II.
ויהי דבר יהוה אלי לאמר בן אדם שא
קינה על מלך צור ואמרת לו כה אמר אדני
יהוה אתה חותם תכנית מלא חכמה וכליל
יפי וגו׳ לבך ביפיך שחת חכמתך על יפעתך
על ארץ השלכתיך לפני מלכים נתתיך לראות
בך מרוב עוניך בעול רכלתך חללת מקדשיך
ואוצא אש מתוכך היא אכלתך ואתנך לאפר
על הארץ לעיני כל ראיך כל יודעיך בעמים
שממו עליך בלהות היית ואינך עד עולם.
Et fuit verbum Domini ad me dicendo. Fili hominis extolle lamentum super regem Tyri & dices ad eum: Sic dicit Dominus Deus: Tu obsignasti summam plenus sapientia, & perfectus decore. &c. Elevatum est cor tuum in decore tuo; corrupta est sapientia tua super magnificentia tua; super terram projeci te, coram regibus dedi te, ut adspiciant in te. A multitudine iniquitatum tuarum, in iniquitate negotiationis tuæ profanasti sanctuaria mea, educam ignem de medio tui, ipse absumet te; & dabo te in cinerem super terram in oculis omnium qui videant te. Omnes, qui noverint te in populis, obstupuerunt super te, in terroribus fuisti, & non eris amplius in perpetuum. Ib. XXXII. ויהי בשתי
עשרה שנה בשני עשר חדש באחד לחדש היה
דבר יהוה אלי לאמר בן אדם שא קינה על
פרעה מלך מצרים ואמרת אליו כפיר גוים
נדמית ואתה כתנים בימים ותגח בנהרותיך
ותדלח מים ברגליך ותרפס נהרותם וגו׳ בתתי
את ארץ מצרים שממה ונשמה ארץ ממלאה
בהכותי את כל יושבי בה וידעו כי אני יהוה
קינה היא וקוננוה בנות הגוים תקוננה אותה על
מצרים ועל כל המונה תקוננה אותה
נאם אדני יהוה ויהי בשתי עשרה שנה
בחמשה עשר לחדש היה דבר יהוה אלי
לאמר בן אדם נהה על המון מצרים והורדהו
אותה ובנות גוים אדרם אל ארץ תחתיות
את יורדי בור ממי נעמת רדה והשכבה את
ערלים בתוך חללי חרב יפלו חרב נתנה
משכו אותה וכל המוניה ידברו לו אלי
גבורים מתוך שאול את עזריו ירדו שכבו
הערלים חללי חרב שם אשור וכל קהלה
סביבותיו קברתיו כלם חללים הנפלים בחרב
אשר נתנו קברותיה בירכתי בור ויהי קהלה
סביבות קבורתה כלם חללים נפלים בחרב
אשר נתנו חתית בארץ חיים ושם עולם וכל
המונה סביבות קברתה כלם חללים
ונפלים

ונפלים בחרב אשר ירדו ערלים אל ארץ
תחתיות אשר נתנו חתיתם בארץ חיים
וישאו כלמתם את יורדי בור בתוך חללים
נתנו משכב לה בכל המונה סביבותיו
קברתה כלם ערלים חללי חרב כי נתן
חתיתה בארץ חיים וישאו כלמתה את
יורדו בור בתוך חללים נתן שם משך תבל
וכל המוניה סביבותיו קברותיה כלם ערלים
מחללי חרב כי נתנו חתיתם בארץ חיים
ולא ישכבו את גבורים נפלים מערלים
אשר ירדו שאול בכלי מלחמתם ויתנו את
חרבותם תחת ראשיהם ותהי עונתם על
עצמותם כי חתית גבורים בארץ חיים
ואתה בתוך ערלים תשבר ותשכב את חללי
חרב שמה אדום מלכיה וכל נשיאיה אשר
נתנו בגבורתם את חללי חרב המה את
ערלים ישכבו ואת ירדי בור שמה נסיכי
צפון כלם וכל צדני אשר ירדו את חללים
בחתיתם מגבורתם בושים וישכבו ערלים
את חללי חרב וישאו כלמתם את יורדי בור
אותם יראה פרעה ונחם על כל המונה
חללי פרעה לכל חילו נאם אדני יהוה כי
נתתי את חתיתו בארץ חיים והשכב בתוך
ערלים את חללי חרב פרעה וכל המונה
נאם אדני יהוה *Et fuit duodecimo anno, in mense duodecimo, in una mensis; & fuit verbum Domini ad me dicendo, Fili hominis tolle lamentum super Pharaonem Ægypti, & dices ad eum: Leunculo gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari; & egressus es in fluviis tuis, & conculcasti aquas pedibus tuis, & turbidos fecisti fluvios eorum &c. Cum dabo terram Ægypti desolatam, & desolabitur terra a plenitudine sua, quando percussero omnes qui habitant in ea, & cognoscent quia ego Dominus. Lamentum erit, & lamentabuntur filiæ gentium, & lamentabuntur eam super Ægypto, & super omni multitudine ejus, lamentabuntur eam; dicit Dominus Deus: Et fuit in anno duodecimo, in quinta decima mensis fuit verbum Domini ad me, dicendo. Fili hominis lamentare super multitudinem Ægypti, & trahe eam ipsam, & filias gentium robustarum ad terram inferiorem cum descendentibus in fossam: Eo quod jucunda facta es, descende & dormi cum incircumcisis. Loquentur illi fortissimi robustorum de medio inferni cum iis, qui auxiliati sunt ei, descenderunt, & dormietunt incircumcisi interfecti gladio. Ibi Assur, & omnis congregatio ejus, in circuitu ejus sepulcra ejus, omnes interfecti qui ceciderunt gladio. Quorum data sunt sepulcra in lateribus fossæ, & fuit congregatio ejus circa sepulcra ejus, omnes interfecti, cadentes gladio, qui dederunt terrorem in terra viventium. Ibi Ælam, & omnis multitudo ejus circa sepulcrum ejus, omnes incircumcisi interfecti gladio, quia dedit terrorem suum in terra viventium, & portaverunt ignominiam suam cum his, qui descendunt in fossam, in medio interfectorum dati sunt: Ibi Mosoch & Jubal, & omnis multitudo ejus in circuitu sepulcrorum ejus, omnes incircumcisi, interfecti gladio, quia dederunt terrorem suum in terra viventium; & non dormierunt cum fortibus & cadentibus ex incircumcisis, qui descenderunt in infernum cum instrumentis bellicis, & dederunt gladios suos sub capitibus suis, & erunt iniquitates eorum super ossa eorum, quia fuit terror fortium in terra viventium. Et tu in medio incircuncisorum, contrita eris, & dormies cum interfectis gladio. Ibi Edom, reges ejus, & omnes principes ejus, qui dati sunt cum fortibus suis cum interfectis gladio, ipsi cum incircumcisis dormierunt, & cum his, qui descenderunt in fossam. Ibi domini Aquilonis omnes, & omnes vastatores, qui descenderunt cum interfectis gladio in terroribus suis, in fortitudine eorum confusi sunt, & dormierunt incircumcisi cum interfectis gladio, & portaverunt, ignominiam suam cum iis, qui descenderunt in fossam; Ipsos inspiciet Pharao, & consolabitur super omni multitudine sua, quæ interfecta est gladio, Pharao, & omnis exercitus ejus, dicit Dominus Deus; Quia dedi terrorem ejus in terra viventium, & dormivit in medio incircumcisorum cum interfectis gladio Pharao, & omnis multitudo ejus; dicit Dominus Deus. Joel. I.* דבר יהוה אשר היה
אל יואל בן פתואל שמעו זאת הזקנים
והאזינו כל יושבי הארץ ההיתה זאת בימיכם
ואם בימי אבתיכם עליה לבניכם ספרו
ובניכם לבניהם ובניהם לדור אחר יתר הגזם
אכל הארבה ויתר הארבה אכל הילק ויתר
הילק אכל החסיל הקיצו שכורים ובכו והילילו
כל שתי יין על עסיס כי נכרת מפיכם כי גוי
עלה על ארצי עצום ואין מספר שנוי שני
אריה ומתלעות לביא לו שם גפני לשמה
ותאנתי לקצפה חשף חשפה והשליך הלבינו
שריגיה אלי כבתולה חגרת שק על בעל
נעוריה הכרת מנחה ונסך מבית יהוה אבלו
הכהנים משרתי יהוה שדד שדה אבלה
הדמה כי שדד דגן הוביש תירוש אמלל יצהר
הבישו אכרים הילילו כרמים על חטה ועל שערה
כי אבד קציר שדה הגפן הובישה והתאנה
אמללה רמון גם תמר ותפוח כל עצי השדה
יבשו כי הביש ששון מן בני אדם חגרו
וספדו הכהנים הילילו משרתי מזבח באו
לינו בשקים משרתי אלהי כי נמנע מבית
אלהיכם מנחה ונסך קדשו צום קראו
עצרה אספו זקנים כל ישבי הארץ בית יהוה
אלהיכם וזעקו אל יהוה אהה ליום כי
קרוב יום יהוה וכשד משדי יבוא הלוא
נגד עינינו אכל נכרת מבית אלהינו שמחה
וגיל עבשו פרדות תחת מגרפתיהם נשמו
אצרות נהרסו ממגרות כי הביש דגן מה
נהנחה בהמה נבכו עדרי בקר כי אין מרעה
להם גם עדרי הצאן נאשמו אליך יהוה
אקרא כי אש אכלה נאות מדבר ולהבה
לחטה

לחטה כל עצי השדה גם בהמות שדה תערוג
אליך כי יבשו אפיקי מים ואש אכלה נאות
מדבר. Verbum Domini, quod fuit ad Joel filium Pathuel. Audite hoc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ. Si fuit hoc in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum. Propter hoc filiis vestris narrate, & filii vestri filiis suis, & filii eorum generationi alteri. Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrii, & lugete & ululate omnes bibentes vinum super succo, quoniam excidit ab ore vestro. Quoniam gens adscendit in terram meam fortis, & non potest numerari; dentes ejus, dentes leonis, & dentes molares leenæ illi. Posuit vineam meam in desolationem, & ficum meum in decorticationem, nudando nudavit eam, & projecit, albi facti sunt rami ejus. Ejula quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. Defecit munus, & libamen a domo Domini, luxerunt Sacerdotes, ministri Domini: Depopulando depopulata est, luxit terra, quia devastatum est triticum, aruit mustum, concisum est oleum. Confusi sunt bubulci, ulularunt vinitores super tritico, & super hordeo, quia periit messis agri. Vitis aruit, & ficus succisa est, malo granatum imul & palma, & malum, omnia ligna agri aruerunt, quia confusum est gaudium a filiis hominis. Accingite, & plangite sacerdotes, ululate ministri altaris, venite, pernoctate in saccis ministri Dei quia defecit a domo Dei vestri munus & libamen. Sanctificate jejunium, convocate concionem, congregate senes omnes habitatores terræ ad domum Domini Dei vestri, & clamate ad Dominum. A a a diei, quia prope est dies Domini, & sicut devastatio ab omnipotenti veniet: Nonne coram oculis nostris cibus periit, a domo Dei nostri lætitia & exultatio? Putruerunt frumenta sub glebis eorum, desolata sunt horrea terræ, dissipata sunt horrea, quia aruit triticum. Quid ingemuit pecus, gemuerunt greges bovum, quia non est pascuum illis; similitet & greges ovium dissoluti sunt. Ad te Domine clamabo; quia ignis absumit habitaculum deserti, & flamma succensit omnia ligna agri. Sed & bestiæ agri suspirarune ad te, quia aruerunt rivi aquarum, & ignis absumsit habitacula deserti. Joel. II.

תקעו שופר בציון והריעו בהר קדשי ירגזו
כל ישבי הארץ כי בא יום והיה כי קרוב
יום חשך ואפלה יום יום ענן וערפל כשחר
פרש על ההרים עם רב ועצום כמהו לא
נהיה מן העולם ואחריו לא יוסף עד שני
דור ודור לפניו אכלה אש ואחריו תלהט
להבה כגן עדן הארץ לפניו ואחריו מדבר
שממה וגם פליטה לא היתה לו כמראה
סוסים מראהו וכפרשים כן ירוצון בקול
מרכבות על ראשי ההרים ורקדון כקול להב
אש אכלה קש כעם עצום ערוך מלחמה
מפניו יחילו עמים כל פנים קבצו פארור
כגבורים ירצון כאנשי מלחמה יעלו חומה
ואיש בדרכיו ילכון ולא יעבטון ארחותם
ואיש אחיו לא ירחקון גבר במסלתו ילכון
ובעד השלח יפלו לא יבצעו בעיר ישקו
בחומה ירצון בבתים יעלו בעד החלונים
יבאו כגנב לפניו רגזה ארץ רעשו שמים שמש
וירח קדרו וכוכבים אספו נגהם וגו׳ תקעו
שופר קדשו צום קראו עצרה אספו עם
קדשו קהל קבצו זקנים אספו עוללים ויונקי
שדים יצא חתן מחדרו וכלה מחפתה בין
האולם ולמזבח יבכו הכהנים משרתי יהוה
ויאמרו חוסה יהוה על עמך ואל תתן נחלתך
לחרפה למשל בם גוים למה יאמרו מעמים
איה אלהיהם. Clangite cornu in Sion, clangite in monte sancto meo, contremiscent omnes habitatores terræ, quia venit dies Domini, quia prope est, dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis, & turbines, quasi nigredo expansa, super montes populus multus, & fortis; similis illi non fuit ab æterno, & post eum non addetur usque ad secundam generationem & generationem: Ante faciem ejus ignis absumens, & post eum exurens flamma, sicut hortus Eden terra coram eo, & post eum desertum desolatum, atque etiam evasio non erit illi. Quasi aspectus equorum aspectus eorum, & quasi equites sic current: Quasi sonitus curruum in vertilibus montium, & exilient sicut sonitus flammæ ignis devorantis stipulam, sicut populus fortis paratus ad bellum. A facie ejus delebunt populi, omnes facies contraxerunt negredinem. Sicut fortes current, sicut viri belli adscendent murum, & unusquisque in viis suis incedent, & non declinabunt a semitis suis; unusquisque fratrem suum non coarctabit, singuli in via sua ambulabunt, per ensem cadent, & non concident: Per urbem discurrent, in muris current, in domos adscendent, per fenestras ibunt quasi fur. A conspectu eorum contremuit terra, obscurati sunt cœli, sol & luna nigri facti sunt, stellæ collegerunt splendorem suum. &c. Clangite cornu in Sion, sanctificate jejunium, vocate concionem, congregate populum, sanctificate cœtum, congregate senes, congregate juvenes, & sugentes ubera; egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo: inter vestibulum & altare lugebunt sacerdotes ministri Domini, & dicent; parce Domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis gentes; Quare dicent in populis. Ubi est Deus eorum? Mich. I. 8

על זאת אספדה ואילילה אילכה שילל וערום
אעשה מספד כתנים ואבל כבנות יענה כי
אנושה מכותיה כי באת עד יהודה נגע עד

עשר

עשר עמי עד ירושלים בגת אל תגידו בכו אל תבכו בבית לערפה עפר התפלשתי עברי לכם שבת שפיר עריה בשת לא יצאה יושבת צאנן מספד בית האצל יקח סכם עמדתו כי חלה לטוב יושבת מרות כי ירד רע מאת יהוה לשער ירושלם רתם המרכבה לרכש יושבת לכיש ראשית חטאת היא לבת ציון כי בך נמצאו פשעי ישראל לכן תתני שלוחים על מורשת גת בתי אכזיב לאכזב למלכי ישראל עד הירש אבי לך יושבת מרשה עד עדלם יבוא כבוד ישראל קרחי וגזי על תענוגיך הרחבי קרחתך כנשר כי גלו ממך:

Propterea plangam & ululabo, incedam spoliatus & nudus, faciam planctum quasi draconum, & luctum quasi struthionum; quia desperata est plaga ejus, quia usque ad Judam pervenit usque ad portam populi mei, usque ad Hierusalem. In Geth ne annuncietis, luctum ne lugeatis in domo ad pulverem, in pulvere me volutabo; Transite vobis, habitatrix Schaphir nuda, pudore suffusa lugebit non est egressa habitatrix Saanan, lugebit domus Esel sumet a vobis stationem suam. Liga currum ad equos cursorios habitatrix Lachis, principium peccati filiæ Sion, quia in te inventa sunt delicta Israel. Idcirco dedi dona super hæreditatem Geth, domo Aczib, ad faciendos mendaces reges Israel. Donec hæreditet adducam te habitatrix Moressah, usque ad Odollam veniet decor Israel. Decalvare, evelle comam super filiis iniquitatum tuarum, dilata calvitium tuum, sicut aquila, quia exularunt abs te. Nahum II. & III. ubi de excidio Ninive. עלה מפיץ על פניך נצור מצורה צפה דרך חזק מתנים אמץ כח מאד כי שב יהוה את גאון יעקב כגאון ישראל כי בקקים בקקום וזמריהם שחתו מגן גבוריהו מאדם אנשי חיל מתלעים באש פלדות הרכב ביום הכינו והברשים הרעלו בחוצות יתהוללו הרכב ישתקשקון ברחבות מראיהן כלפידים כברקים ירוצצו יזכר אדיריו יכשלו בהלכותם ימהרו חומתה והכן הסכך שערי הנהרות נפתחו וההיכל נמוג והצב גלתה העלתה ואמהתיה מנהגות כקול יונים מתפפות על לבבהן ונינוה כברכת מים מימי היא והמה נסים עמדו ואין מפנה בזו כסף בזו זהב ואין קצה לתכונה כבד מכל כלי חמדה בוקה ומבוקה ומבלקה ולב נמס ופיק ברכים וחלחלה בכל מתנים ופני כלם קבצו פארור איה מעון אריות ומרעה הוא לכפרים אשר הלך אריה לביא שם גור אריה ואין מחריד אריה טרף בדי גרותיו ומחנק ללבאתיו וימלא טרף חריו ומענתיו טרפה הנני אליך נאם יהוה צבאות והבערתי בעשן רכבה וכפיריך תאכל חרב והכרתי מארץ טרפך ולא ישמע עוד קול מלאככה הוי עיר דמים כלה כחש פרק מלאה לא ימיש טרף קול שוט וקול רעש אופן וסוס דהר ומרכבה מרקדה פרש מעלה ולהב חרב וברק חנית ורב חלל וכבד פגר ואין קצה לגויה יכשלו בגויתם מרב זנוני זונה טובת הן בעלת כשפים המכרת גוים בזנוניה ומשפחות בכשפיה הנני אליך נאם יהוה צבאות וגליתי שוליך על פניך והראיתי גוים מערך וממלכות קלונך והשלכתי עליך שקצים ונבלתיך ושמתיך כראי והיה כל ראיך ידוד ממך ואמר שדדה נינוה מי יגיד לה מאין אבקש מנחמים לך התיטבי מנא אמון הישבה ביארים מים סביב לה אשר חיל ים מים חומתה כוש עצמה ומצרים ואין קצה פוט ולובים היו בעזרתך גם היא לגלה הלכה בשבי גם עלליה ירטשו בראש כל חוצות ועל נכבדיה ידו גורל וכל גדוליה רתקו בזקים גם את תשכרי תהי נעלמה גם את תבקשי מעוז מאויב כל מבצריך תאנים עם בכורים אם ינועו ונפלו על פי אוכל הנה עמך נשים בקרבך לאיביך פתוח נפתחו שערי ארצך אכלה אש בריחיך מי מצור שאבי לך חזקי מבצריך באי בטיט ורמסי בחמר החזיקי מלבן שם תאכלך אש תכריתך חרב תאכלך כילק התכבד כילק התכבדי כארבה הרבית רכליך מכוכבי השמים ילק פשט ויעף מנזריך כארבה וטפסריך כגוב גובי החונים בגדרות ביום קרה שמש זרחה ונודד ולא נודע מקומו איה נמו רעיך מלך אשור ישכנו אדיריך נפשו עמך על ההרים ואין מקבץ אין כהה לשברך נחלה מכתך כל שמעי שמעך תקעו כף עליך כי על מי לא עברה רעתך תמיד:

Adscendit dispersor, super faciem tuam custos munitionis; contemplare viam, robora lumbos, conforta virtutem valde; quia retribuit Dominus superbiam Jacob sicut superbiam Israel; quia evacuando evacuarunt, & palmites ejus perditi sunt. Scutum fortium ejus rubens, viri exercitus in coccineis igniti titiones carrus in die præparationis suæ. In viis furiarunt, currus celeriter discurrerunt in plateis, aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur, inclyti ejus offendent in itineribus suis, velociter adscendent muros ejus & præparabitur umbraculum. Portæ fluviorum apertæ sunt, & palatium liquefactum est; Regina in captivitatem abducta est, & ancillæ ejus deducentes eam, mussitantes voce columbarum, pulsant pro tympanis super pectora sua; & Ninive quasi piscina aquarum a diebus, ipsa & illi fugerunt; consistite, consistite, & non est, qui respiciat. Prædamini argentum, prædamini aurum, & non est finis præparationi divitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus. Vacua, & exhausta facta est, & scissa, & cor tabescens, & debilitata sunt genua, & tremor in omnibus lumbis, & facies omnium contraxerunt nigredinem. Ubi est habitaculum leonum, & pascua leunculorum, ad quæ ivit leo, leæna? Ibi habitat leo, & non est qui exterreat. Leo discerpsit satis leuuculis suis, & strangulavit leænis suis, & implevit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. Ecce ego ad te dicit Dominus exercituum, & succendam fumo currus, & leunculos tuos absumet

ſumet ignis, & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur amplius vox nunciorum tuorum. Væ civitas ſanguinum tota mendax prædationibus plena. Non recedet rapina. Vox flagelli, & vox commotionis rotæ, & equi ſolum quatientis, & aurigæ exſilientis, equitis adſcendentis, & aciei gladii, fulgurantis haſtæ, & multitudinis interfectionis, onus cadaveris, nec eſt finis cadaverum; corruent in cadaveribus ſuis. A multitudine ſcortationum meretricis ſpecioſæ, & gratioſæ, magiſtra præſtigiarum tradidit gentes in ſcortationibus ſuis, & familias in præſtigiis ſuis. Ecce ego ad te dicit Dominus exercituum: & revelabo fimbrias tuas ſuper faciem tuam, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis vilipendium tuum, & projiciam ſuper te opprobria, & vilipendam te, & ponam te quaſi ſtercus: & erit omnis qui te viderit, recedet a te, & dicet. Vaſtata eſt Ninive, quis dolebit? Unde queram conſolationem tibi? Nunquid melior es terra Ammon? quæ habitat in fluviis, aquæ in circuitu ejus, cujus robur eſt mare, aquæ muri ejus; Æthiopia fortitudo ejus, & Ægyptus, Puth & Lybies fuerunt in auxilium tuum. Ipſa quoque in captivitatem abducta eſt captiva, & pariter parvuli ejus alliſi ſunt in capite omnium viarum; & ſuper inclytos ejus projecerunt ſortem, & magnates ejus vincti ſunt compedibus: Tu pariter inebriaberis, & eris occulta, quæres auxilium ab inimico: Omnes munitiones tuæ ficus cum groſſis, ſi commovebuntur, cadent in os comedentis: Ecce populus tuus mulieres, in medio tui inimicis tuis aperiendo aperientur portæ terræ tuæ, abſumet ignis vectes tuos. Aquas propter obſidionem hauri tibi, confirma munitiones tuas ingredere in lutum, & calca cœmentum, confirma laterem. Ibi te devorabitignis, exterminabit te gladius, te abſumet quaſi bruchus, aggravare ut bruchus, everrere ut locuſta. Multiplicaſti negotiationes tuas præ ſtellis cœli; bruchus expanſus eſt & evolavit. Coronati tui, quaſi locuſta, & domini tui, quaſi locuſtæ locuſtarum, quæ conſident in parietibus in die frigoris; ſol ortus eſt, & commotus eſt, & non innotuit locus ejus ubi fuerint. Dormierunt paſtores tui, rex Aſſur, ſubſiderunt principes tui, multiplicati ſunt populus tuus ſuper montibus, & non eſt, qui congreget. Non eſt medicina contritioni tuæ, deſperata eſt plaga tua: Qui audierunt auditionem tuam, planxerunt manus ſuper te, quia ſuper quem non tranſiit malitia tua ſemper? Zachar. XI. 2. יליל ברוש כי נפל ארז אשר אדירם שדדו הילילו אלוני בשן כי ירד יער הבציר קול יללת הרעים כי שדדה אדרתם קול שאגת כפירים כי שדד גאון הירדן: *Ulula abies, quia cecidit cedrus, quoniam fortes earum devaſtatæ ſunt, ululate quercus Baſan, quia deſcendit ſaltus munitus. Vox ululatus paſtorum, quia devaſtata eſt fortitudo eorum; vox rugitus leonum, quia devaſtata eſt ſuperbia Jordanis.*

Quædam exempla carminum lugubrium afferam ex Talmudicis, & Rabbinis. Gemara Hieroſol. *Chetabbot* 33. ציפורייא אמרין מאן דמר לן דמית רבי אנן קטלין ליה אדיק להון בר קפרא רישיא מכוסיו מאניו מקרעין אמר לון יצוקים ואראלים תפשון בלוחות בלוסים וגברה של אראלים וחטרו את הלוחות אמרו ליה המך רבי אמר לון אכון אמרתון: Tſipporienſes dixerunt: Si quis nobis dixerit, quod mortuus ſit Rabi; nos eum occidemus: Occurrit illis Bar Kaphra capite tecto, & veſtibus ſciſſis, illis dicens: Juſti & Angeli apprehenderunt tabulas legis; & prævaluit virtus Angelorum, & ruperunt tabulas. Dixerunt illi: Obiitne Rabi? Reſpondit: Vos dicitis. Celebrantur in Babyl. *Moed Katon* fol. 25. 2. duo lamentatores קפוק & בר קיפוק, uti בר אבין vel בר איבא & legitur in *Jevam.* fol. 103. 1. vel בר אביו ובר קפוי uti legit *Baal Aruch* in lit. ב in בר אפיו. Cum mortuus eſſet Rabbena, quidam lamentator ſic incepit ſuam lamentationem. חמרים הניעו ראש על צדיק כחמר נשים לילות כימים: O palmæ commovete caput ſuper juſto, qui ſimilis erat palmæ, inſumamus dies & noctes (ſc. *in luctu*) Bar Kippak interrogatus a Raf Aſſe quidnam ipſe eo die dixiſſet; reſpondit: Dixi: אם בארזים נפלה שלהבת מה יעשו איזובי קיר לויתן בחכה הועלה מה יעשו דגי רקק בנחל שוטף נפלה חכה מה יעשו מי גבים: Si in cedros cecidit flamma, quid fiet de hyſſopo prodeunte de pariete? Si Levijathan hamo captus eſt, quid facient piſces in paludibus? Si in torrentem inundantem cecidit hamus, quid facient aquæ lacunarum? At Bar Abbin haud decorum putans vocem flammæ & hami de juſtis uſurpari, hoc modo ſuum planctum incepit. בכו לאבלים ולא לאבידה שהיא למנוחה ואנו לאנחה: Deflete lugentes, non vero defunctum, ipſe enim eſt in requie, nos vero in luctu, & gemitu. Alius cum funus Rabba per aquas portaretur. באו רוב שלישי במי' זכור ורחם תעינו מאחריך כאשה מבעלה אל תאניחנו באות מי מרה: Ingreſſa eſt præcipua pars Iſraelis (qui שלישית vocatur) in aquas: Recordare & miſerere, erravimus a ſequendo te, ſicut mulier a marito ſuo, ne rejicias nos, ſicut mulierem per aquas amaras.

LAMENTATIO
IN FUNERE
R. SALOMON ZALMAN.

קראו למקוננות נא ובואנה	VOcate lamentatrices, quæso, & veniant
ובקול נהי נהיה על מכתנו	Et voce lamenti queruli super plaga nostra
כי נחלה למאד בביה תשאנה.	Quia desperata est, planctum extollant.
ישבות משוש תפים המית נבלנו	Cesset gaudium tympanorum, tumultus nabliorum nostrorum
ולבד כמו חליל מגדיל החבל	Et tantummodo quasi tibia, quæ aggravat dolorem,
והמה ויתן קול רק מר לבנו.	Resonet, & det vocem tantummodo amaram cor nostrum.
לו נוכלה נקח לנו האבל	Si possemus, assumeremus nobis luctum
מכל בני מצוק מכל נגוע	Præ omnibus filiis afflictis præ omnibus plagatis,
מני שכולות ומענים בכבל.	Præ *exsiliatis*, & afflictis, in compedibus.
נכף ונספוק כף ובראש גרוע	Complodendo complodamus manus, & capite demisso
נצרח אבוי ואוי על חוצותים	Clamemus luctum & lamentum in plateis
כי נאסף נוגה ואור ידוע.	Quoniam recessit splendor, & lux defecit.
קדרות ושק הלבישו השמים	Nigredinem & saccum induerunt cœli
פתאום עלי אישים כי בא השמש	Momento super homines, quoniam occidit sol
פתאום בטרם בא בין הערבים.	Momento, priusquam veniret inter vesperas.
כעורים כל איש החשך ימש	Quasi cœci omnis homo tenebras palpat
עתה אשר שמשו ביום השקיע	Nunc cum sol ejus in die submersus est
ובצהרים לו אופל כאמש.	Et in meridie sunt illi tenebræ sicut nox.
הרב שלמה אור המפיע	Rab Sahelemo erat lux, quæ illuminabat
ארץ ולדרים כולם עליה	Terram, & habitatores omnes ejus super eam
מזיו ידיעתו אורה שבקיע.	A splendore scientiæ suæ lux findebatur.
לו מותה אכזר אמר חיש צאה	Illi mors crudelis dixit: Festina, egredere
מארצך אל המקום אראך	De terra tua ad locum, quem monstravero tibi
קומה מאס תבל עם צאצאיה.	Surge, sperne mundum cum productis suis.
עוד לא יכוסה כל הטוב ממך	Amplius non erit absconditum omne bonum abs te
הטוב אשר עוד עין לא ראתה	Bonum, quod adhuc oculus non vidit,
אותו נתנו אל לך ויחנך.	Illud dabit Deus tibi, & gratificabitur tibi.

Ani-

נפשו לקול קורא מהר עלתה:	Anima ejus ad vocem vocantis ſubito adſcendit
לאור בהור בין שרפי מעל	Ut luceret in luce clariſſima inter Seraphin ſuperiores ,
אז נשארה חבל ארץ עיפתה.	Tum remanſit mundus terra obſcura .
אם עלזו מעל שתו כוס רעל	Si lætati ſunt ſuperiores , biberunt calicem toxici
כל יושבי חבל חבל מפועל צדק	Omnes habitatores mundi ab operatore juſtitiæ
עד מט עקלקלות רע ובלייעל.	Uſque ad declinantem ad res perverſas, malum & impium .
כי פס מאשר כל מחזיק כל בדק	Quia remotus eſt , qui dirigebat omnia , qui roborabat omnem rupturam .
צדיק יסוד עולם עומד בפרץ	Juſtus , fundamentum mundi , qui conſiſtebat in ſciſſura
מגן לכרם אל כמשוכת חדק.	Scutum vineæ Dei , ſicut munitio ſpinarum .
איה מעון חכמה ותהלת ארץ	Ubi eſt habitaculum ſapientiæ , & laus terræ
איה נוה קדש וטהר ידים	Ubi habitatio ſancta , purus manibus
איה מקור בינה ודיר הערץ.	Ubi fons intelligentiæ, & dilectus fortitudinis?
אוי אוי במר נקרא ובפיק ברכים	Heu heu amare clamabimus , & in infirmitate genuum ,
כי נגרעה מישראל תפארת	Quia abſciſſa eſt ab Iſrael gloria
ויהי לאבל נבל ומצלתים.	Et ſit pro luctu nablium & tibiæ .
הה שודדה לאביונים אדרת	An prædatum eſt pauperibus horreum ,
כי היתה להם מסתור מזעם	Cum eſſet illis ſubſidium ab ira
משוד וכפן לב להם משמרת.	Ab excidio, & fame, multa erat illis cuſtodia .
לבם עלי יגוז מהולם פעם	In cor eorum adſcendit mœſtitia pluſquam percuſſio incudinis
בם יהלום כי מי ינוד עלימו	In adamantem ; quis movebitur ſuper illis
לשאול לשלום למו זאת הפעם.	Ad petendum pacem pro illis hac vice?
עליו תלויות הן היו עינימו	Illi affixi erant oculi eorum
יען ביום צרה מבטח וישע	Quod in die anguſtiæ fiduciam & ſalutem
כו מצאו ולנצח עזרתמו.	In eo inveniebant, & ſemper erat auxilium eorum .
יתגודדו כהם שבי הפשע	Commovebuntur ſicut illi reſipiſcentes a prævaricatione
כי מחזיק ירם אפס מן ארץ	Quoniam qui roborabat manus eorum , defecit de terra ,
מה יעשו אפוא אנשי הרשע.	Quid ergo facient nunc viri impietatis ?
מה מותה אכזר פרצת פרץ	Cur mors crudelis rupiſti rupturam?
דרת לי הגבר כי לנצח	Dominata es ſuper virum , qui ſemper
הציל בני דורו מידי הקרץ.	Servavit filios ſeculi ſui ab excidio.
על זה כאבי עז היה ונצח	Propterea dolor meus vehemens erit & perpetuus ,

עיני ועפעפי רמעה יזלו	Oculi mei, & palpebræ meæ lacrymas ſtillabunt,
הלוך שחוח אט ושפל המצח.	Incedam humilis, lente & demiſſa fronte.
איכה נבוני עם שאול ישאלו	Quomodo intelligentes populi quærendo quærent
עוקר בעוז הרים נעקר ממנו	Quando evulſor montium in fortitudine evulſus eſt a nobis?
איש שערי דעה לו לא ננעלו.	Vir, cui portæ ſcientiæ non erant clauſæ.
גבור כֹּמו אריה בישיבתנו	Fortis ut leo in Academiis noſtris
חוט שערה תוך ים תלמוד קולע	Filum capilli in medio maris doctrinæ incidebat,
מציב גבלות דת מאיר דעתנו.	Corrigebat fines legis, illuminabat mentes noſtras.
איך דללו מימי מעין נובע	Quomodo diminutæ ſunt aquæ fontis ſcaturientis
מעין אשר אליו תמיד נהרו	Fontis ad quem ſemper currebant
לרוב צמאי דין ותאבי דיע.	Multitudo ſitientium judicii, & cupidorum ſcientiæ.
מרות שלמות רבה איך נעדרו	Virtutes perfectionis magnæ quomodo defecerunt?
המשמחות מאז עין ועין	Quæ lætificabant tum oculum & oculam
אנה נבקשם עוד אם לא נשערו.	Ubi quæſo quæremus eas, ſi clauſæ ſunt?
כל נאלח כל סר ויהי אל אין	Omne corruptum, omne fœdatum eſt, & nihil eſt,
כל שב אלו עפר אל אל ראשיתהו	Omne revertitur ad pulverem ad principium ſuum:
למצוא תמורתו בקש ואין.	Ut inveniatur ei par, quæritur, at non eſt.
אויה אשר הדור אבד רועהו	Heu quod ſeculum amiſit poſtorem ſuum.
מי יעמד אליו בזמן צרתה	Quis conſiſtet pro eo in tempore anguſtiæ?
מי יחבוש או מי ירפא שברהו.	Quis obligabit, aut medebitur contritioni ſuæ?
צרה כשבבירה קריה היתה	Dolor inſtar parturientis in civitate fuit.
יען הדר זיוה פנה ממנה	Quoniam decor ſplendoris ſuis declinavit ab ea
ותעזוב הגיל חדוה נכרתה.	Et derelictum eſt jubilum, lætitia exciſa eſt
אמנם ביפיו עינינו תראנה	Verum in pulchritudine ſua oculi noſtri ipſum videbunt
אותו במרחקים שם בשמים	Ipſum a longe ibi in cœlis
במקום תמונת אל עיניו תצפינה.	In loco imaginis Dei oculi ejus reſpiciunt.
נשא לפניו נא לב על כפים	Elevemus coram eo quæſo cor ſuper manibus
על כי יחנן אל צורו עלינו	Ut gratificetur Deus formator ejus nobis,
יבנה מכון ציון וירושלים	Tum lætabitur civitas, multiplicabitur jubilum noſtrum.
אז תעלוץ קריה ירבה גילנו.	

VOX LAMENTATIONIS HURI

IN FUNERE FILII UNICI.

יר המכאוב עלי הויה שמעו רעים אוי מה היה	VIS doloris super me est, audite socii, væ quid fuit?
קרעו מעטה חגרו שקים ספדו בר- חבות קריה	Lacerate vestes, accingite saccos, & lamentamini in plateis urbis
ליחיאל בן יחיד וטוב נושא חן בפ- ני כל-בריה	Pro Jechiel filio unico, & bono, qui portabat gratiam in conspectu omnis creaturæ.
הונה דת אל יומם וליל גם לו עצה עם תושיה	Meditabatur in lege die ac nocte, & illi erat consilium cum eruditione
אל כל רואיו מוצא חסד ב עין עברית או נכריה	In omnibus, qui videbant eum, inveniebat gratiam in oculis Hebræorum aut alienigenarum.
עולה לא נמ- צא בשפתיו רודף חלום לא ברמיה	Iniquitas non inventa est in labiis suis, sequebatur pacem non cum dolo
זכור אזכור שבת זכור כי עור עי- ני צדקיה	Recordando recordabor sabbathi *memento*, quod excæcavit oculos justi hujus.
וזמן אכזר השליך עליו את כל כליו בו בצדיה	Et tempus crudele projecit super eum omnia arma sua cum insidia,
פתע פתאום חלף הלך כי יכת ש- על ושאיה	Momento abiit, excessit, quia percussa est porta & desolata.
בקשתיו לא מצאתי עוד אל תוך קרבו נפש חיה	Quæsivi illum, & non inveni amplius in medio viscerum suorum animam vitalem:
נמס לבי חיה כמ- ים אז נארמ- תי דומיה	Liquefactum est cor meum quasi aqua, tum obmutui silens
מי יתן לי אבר בעוף כבני פרס או עזנית	Quis det mihi alas quasi volucri, quasi filiis falconis, & gryphonis
אעוף אשכון ארחיק לנדד אלין מדבר ארץ ציה	Ut evolem habitem, & recedam tantummodo in desertum terræ aridæ
אלו נשאר- תי חסר כל לו לא נותר לי די מחיה	Si remansissem orbatus omnibus, nihil mea interesset, satis superque esset vita ejus,
אם רק אתי חפץ ישעי אם רק עיני בו צופיה	Si tantummodo remansisset mecum desiderium salutis meæ, si tantummodo oculi mei respicerent illum.
אי את אשתי לא עוד שרה אבן תאנ- יה ואניה	Heu uxor mea, non amplius Sara es, at lamentum & luctus.
צר לי במאד כי אראנה כי רק דמע- תה על לחיה	Molestum est mihi valde, quod videam eam tantumodo cum lacrymis super maxillas ejus
איך תתנחם הנל מורה מעליה הודר עדיה	Quomodo consolabor, quoniam remotum est ornamentum ejus ab ea?
על זה היה דוה לבי על אלה עי- ני בוכיה	Propterea dolens est cor meum, propterea oculus meus luget.
יגענו לא הונת לנו את החלב את האליה	Laboravimus, non remansit nobis neque adeps neque cauda.
כי נפלנו מחוג שחק צללנו אל בור תחתיה	Quia cecidimus de globo cœli, submersi sumus in fossam inferiorem.

ALTERA LAMENTATIO

IN EODEM FUNERE.

אל שברנו אין עוד מרפא אין את עוד ג- פן פוריה	COntritioni meæ non est amplius medela, non est amplius vitis frugifera
מי והיחמול מי זה ינוד מי ישים יד על עין נהיה	Quis est ille, qui miserebitur, quis dolebit, quis imponet manum oculo querulo?
מי יקדיש אל על נפשנו יכבה רשפי שלהבת יה	Quis sanctificabit Deum pro animabus nostris, & exstinguet prunas flammæ ejus

מה זאת עשה לנו האל המר שדי זה הוא פריה	Cur hoc fecit Deus? Queri me fecit Omnipotens, hic erat fructus ejus.
באנו באש גם במים ותוציא- נו ללויה	Venimus in ignem, atque etiam in aquas, & fecisti exire nos salvos.
לא אהגה עוד ספר רק במ- גלת ברוך בן נריה	Non meditabor amplius in libro, sed tantummodo in volumine Baruch filii Nerajah.
ארד לבני אבל לשאול תמיד אזעק עלי אוית	Descendam ad filium meum lugens in fossam, jugiter clamabo super me væ.
ובת קול יוצאת ומכרזת ואומרת	At filia vocis egressa est, & publicavit, & dixit.
מה לכם עוד הרהור הלב איך תרימו יד על כס יה	Quid vobis adhuc cogitatio cordis? quomodo extolletis manum super solium ejus?
חדלו לכם מן האדם כי בן נזר הווה היה	Quiescite vobis ab homine; Sic enim decrevit qui fuit, & qui est.
מי שנתן הוא שלקח קומו ותנו לו הודיה	Qui dedit, ipse recepit; surgite ergo, & date illi confessionem.
הבן יקיר געל חבל אל עדי נפ- שו חסיח	Si filium pretiosum rejecit mundus, ad Eden anima ejus recepta est,
ישב עולם לפני האל יקיץ יעור בעת חיה	Stabit in perpetuum coram Deo, excitabitur, & experiset in tempore resurrectionis.

TERTIA LAMENTATIO

IN EODEM FUNERE.

פרח כי בין ציצי גנים יפריח	Flos, qui inter germina hortorum florebat,
אך יצא אך שלח עליו לריח	Vix exiit, vix emisit super eo odorem
הנה איש את כפו אליו שולח	Ecce vir manum suam in illum injecit,
וימל וייבש עוד לא יריח	Et cecidit, & aruit, & amplius non oluit.
הן שלח את ידו מות מקשיח	Ecce immisit manum suam mors crudelis,
ויקטוף ציץ כי רק החל צמח	Et cecidit germen, quod tantummodo incipiebat florere,
אכן ערב מכל בשם רוקח	Verum erat suavis præ omni aromate pigmentarii,
כי ריח טוב עוד לעולם יפיח	Quoniam odorem bonum mundo reddidit.
אתה מחמד נפשי ציץ זה דמית	Tu desiderium animæ meæ germini huic similis fuisti,
כי ממות פתע פתאום נגדעת	Qui a morte de improviso succisus es
ובילדותך אויה מנו דמית	Et in tua juventute ehu a nobis abisti.
אך מה תוכל הוסיף אלו חיית	Verum quid poteras addere, si vixisses?
אם בשחרות תמים מפו נסעת	Si in juventute perfectus hinc abiisti,
וכחנוך ואליה לרום עלית.	Et sicut Enoch & Elia ad cœlum adscendisti.

LAMENTATIO
IN FUNERE
NESSIM DAVID COHEN.

א	I.
על ההורים אשא בכי ונהי	SUper magiſtris extollam luctum, & lamentum
אצעק מרה אויה עדי עד סלה	Clamabo amare heu uſque in æternum
אש תוקד תוך קרבי שאת החלה	Ignis ardet in viſceribus meis, venter meus inflavit
נפשי נפשי אנא ואן תצאי :	Anima, anima mea, ubi es, & quo abiiſti?

ב	II.
דודי חמק עבר ביום הזעם	Dilectus meus diſceſſit, abiit in die iræ
הוא יום כי טוב לא נ- אמר מקדם	Ille fuit dies, qui bonus non fuit ab antiquo,
חלף רוחו לשוב בארץ קדם	Abiit ſpiritus ejus ut reverteretur ad terram antiquam
תחת כנפי עליון בסתר רעם:	Sub alas Altiſſimi in ſecreto tonitru.

ג	III.
קירות לבי הומה בתוך מעים	Interiora cordis mei tumultuantur in medio viſcerum.
איכה גז היש צדיק יסוד הארץ	Quomodo ſuccisus eſt vir juſtus, fundamentum terræ?
סר ממנו וי- עלה אל ערץ	Diceſſit a nobis, & adſcendit ad cœlum,
הן בן שנה דוד יפה עינים:	Ecce filius anni David pulcher adſpectu.

ד	IV.
תורה עם שם הטוב ביום המות	Lex & nomen bonum in die mortis
לא הגינו עליו ולא הצילו	Non ſalvarunt & non ſervarunt.
סבל יסורי אל אשר הגדילו	Pertulit caſtigationes Dei, quæ aggravatæ ſunt,
ושנות חיים נהפ- פכו צלמות:	Et anni vitæ converſi ſunt in umbram mortis.

ה	V.
זאת אשיב אל לבי באמרי דעת	Hoc reſpondebo cordi meo dictis ſcientiæ:
מי האיש החפץ לחיות נצח	Quis eſt vir, qui cupiat vivere in æternum?
יחיה אז כי ימות בחרב רצח	Vivet tum, quamvis moriatur gladio occiſionis
חיים הנצחיים בלי מגרעת:	Vita æterna, in qua non erit defectus.

ו	VI.
שמה כהן גדול באש אוכלת	Ibi sacerdos magnus in igne absumente
יקטיר חלב אישים ברום מזבח	Adolebit adipem ignitorum in summitate altaris
בקטרת הסמים ואשה ריח	Quasi adolitionem aromatum. & ignitum odorum
יקריב לפנים לפני עלי נחלת:	Admovebit in adyto super prunas
ז	VII.
שמה ינוחו כל- יגיעי כח	Ibi quiescunt omnes, qui laborarunt valide
בתורה במצות שנותם תמו	In lege, in præceptis anni, eorum completi sunt
עוד לא ייגעו כי כבר נשלמו	Amplius non laborabunt, quia in omnibus completi sunt,
ותמימים יחד יח- לקו מלקוח:	Et perfecti simul divident prædam.
ח	VIII.
אם כן איפה מחמד מאור עינינו	Si ita est igitur, desiderium, lux oculorum nostrorum
אתה עתה תקום בבמות בעל	Tu nunc adscendisti in excelsa superiora,
תתחנן נא אל אל וצור ממעל	Supplices quæso Deum, & fortem superiorem
כי הוא יאמר נא די לצרותינו:	Ut dicat; jam satis sit tribulationibus nostris.
ט	IX.
ישחית יבלע מות ויסתום ברק	Perdat, & dissipet mortem, & claudat rupturam
יסיר הציר יבנה ירושלם	Surgat nuncius, ædificetur Hierusalem,
כי חצדיקו דינו בני אפרים	Quoniam justificarunt judicium ejus filii Ephraim
הצור ברוך דיין אמת וצדק:	Fortis, benedictus, judex veritatis, & justitiæ.

ALTERA LAMENTATIO

IN EJUS FUNERE.

א	I.
בארץ כל פנים פארור קבצו	IN terra omnes facies nigredinem contraxerunt,
גם כל חבל כלה כסו פניה	Atque etiam omnis mundus universus operuit faciem suam
אם אורם עוד יבהיקו וינוצצו	Si lux eorum adhuc splendet, & scintillat,
צר ואור חשך שמה בעריפיה	Sol & luna obscurati sunt ibi in cœlis suis
היום כי עוד יהר חשך השמש	Hodie, quoniam adhuc obtenebratus est sol
על מה יום לא ימש חשך כאמש.	Quoniam interdiu non palpantur tenebræ, sicut noctu.

II.

ב

שמש בהיר מאיר היה בחלד
נסים דוד חרב אור רב מפיע
מי איר כל דרי ארץ שב וילד
ובכל מקוב אור חכמתו מגיע
אור זה נאסף חשך אותו המות
ופני תבל כלם על זה צלמות.

II.

Sol clarus illuminabat in terra
Nissim David, Rabi, luce magna splendebat,
Illuminabat omnes habitatores terræ, senem & puerum
Et ad omnem locum lux sapientiæ suæ perveniebat:
Lux ista defecit, obscuravit eam mors,
Et facies universi omnes propterea sunt umbra mortis.

ג

על זה יהיה דוה עתה לבנו
עינינו שלבכפות לא תתאפקנה
נשפיך נהי עם בכי ולקולנו
בפיס מקיר ואבן מר תצעקנה
יבכה כל גברא אם יותן לו דמע
חי דומם עד צומח אל השמע.

III.

Propterea nunc est dolens cor nostrum,
Oculi nostri a lugendo non morantur,
Effundemus lamentum cum luctu, & ad voces nostras
Tigillum muri, & lapis amare exclamabunt;
Lugebit omnis creatura, si detur illi lacryma
Vivens, silens, usque ad germinans ob nuncium.

ד

החכמה לא תעדה עוד ארח בליה
אמות ספי ביתה נעו ונדו
תדמע בינה כי מטו אשיותיה
תום ויושר גם המה יתגודדו
כי לא נמצא סומך אנה ואנה
ככה גם כל מדות מוסר כלנה.

IV.

Sapientia non ornabitur amplius suis ornamentis:
Fulcimenta stipitum domus mota, & agitata sunt,
Lacrymatur intelligentia, quoniam quassata sunt fundamenta:
Integritas, & rectitudo ipsæ quoquæ commotæ sunt,
Eo quod non inveniatur qui fulciat hinc inde,
Similiter omnes mores traditionis universæ.

ה

אסנם איכה למות יד היתה
ליגע בך או לישא חרבו עליך
בך כי לא נמצא מום או כל עולתה
כי תמכת ברת כי היא חייך
כי מתה ברצונך לכן אמרתי
לנוס מרע תבל ככה גמרתי.

V.

Verum quomodo morti potestas fuit
Ut attingeret te, aut ut extolleret gladium suum super te?
In te in quo non est inventa macula, neque iniquitas,
Quoniam substinuisti legem, quæ erat vita tua,
Quoniam mortuus es libens; sic dixi,
Ut fugeret a malo mundus, sic perfeci.

ו

אך לא יוכל רועה רחום כמוך
כי תמיד את עמך בצאן נחית
לעזוב אותו על זה דעתי נבוכה
אשאל איפה איכה ממנו עלית
מי עוד ינחה עדרך כאשר עד הנה
את מי נטשת את הצאן ההנה.

VI.

Quomodo potuit pastor misericors, sicut tu
Qui jugiter populum tuum quasi oves duxisti
Deserere illum? Propterea mens mea confusa est.
Inquiram ergo quomodo a nobis adscendisti.
Quis amplius ducet gregem tuum sicut adhuc?
Cui reliquisti oves istas?

ז

יפנה לבי שנית לחור לדעת
על מה ארצה נפל כתר ראשנו
בראות כי לא תמצא בו מגרעת
נאמר כי תמצא רק מצדנו
מה זה הבל נהבל הסבה אנו
עליון הפגיע בו פשע כלנו.

VII.

Convertatur cor meum iterum ad explorandum, & cognoscendum,
Cur in terram cecidit corona capitis nostri?
Cum constet, quod non sit inventus in eo defectus;
Dicemus quod inventus sit dumtaxat in nobis:
Quid delirando deliramus cum causa simus nos?
Altissimus occurrere fecit in eum scelus omnium nostrum.

ח

בכה נבכה אחי איפה כפלים
ויעור לב נכאב שבר על שבר
חלחלה תאחוז טרם כל מתנים
כי יופי כל בשר הובל לקבר
שנית אידי דמעה רום יתאבכו
כי רק ידינו דם הזה שפכו.

VIII.

Lugendo lugebimus fratres mei dupliciter
Et commovebitur cor dolens propter contritionem super contritionem;
Tremor apprehendit antea omnes lumbos,
Quoniam pulchritudo omnis creaturæ effertur ad sepulcrum:
Iterum vapores lacrymarum in excelsum adscendant
Quoniam tantummodo manus nostræ sanguinem istum effuderant.

ט

אם לא נדעה זאת אנוש שברנו
לא ירפא מי יעל לו תחבושת
המספחת תפשה על מכתנו
בקרב לנו סכלות כרחוק הבשת
כי אם חולה לא יכיר את חליהו
אל מזור ותעלה מי יקראהו.

IX.

Si non norimus hoc, erit acerba plaga nostra,
Non erit illi medela, quid proderit illi obligatio?
Lepra se extendet super plagam nostram:
In medio nostri erit stultitia, removebitur pudor,
Quoniam si ægrotus non cognoscat morbum suum
Ad medelam & auxilium quem vocabit?

י

נפקח עינינו אם עד הנה טחו
נבין מפעל כפינו ורעות רוח
כי רעותינו מרעות זנחו
כי הואיל אחר שוא לילך הרוח
מה נעש עתה כי אין אב אתנו
כי אלמן ישראל ויתומים אנו.

X.

Aperiamus oculos noſtros, ſi adhuc clauſi ſunt,
Conſideremus opus manuum noſtrarum, & malitiam ſpiritus,
Quoniam mentes noſtræ a mentibus remotæ ſunt:
Quoniam poſt falſitatem incedit ſpiritus:
Quid faciemus nunc, cum non ſit pater nobiſcum?
Quoniam viduus eſt Iſrael, & pupilli nos.

יא

אב הרב היה לנו אב הצדק
וכאב את בן ירצה תמיד ינחנו
עתה מי יגדור לנו עוד הברק
מי בנתיבות הצדק ידריכנו
הה כי על זאת אם כל לב אישים יצר
רק שוש ישיש יגיל בנו הצר.

XI.

Pater Rabi erat nobis, pater juſtitiæ,
Et ſicut pater in filio ſe complacet, jugiter ducebat nos.
Nunc quis ſepiet nobis rupturam?
Quis in ſemitis juſtitiæ ducet nos?
Ah ſi propterea omne cor hominum eſt figmentum malum
Solummodo jubilando jubilabit in nobis concupiſcentia.

יב

בעורים בחוצות נלך כלנו
ונגשש קיר למצא דרך אין
כי מביא ומנהל אין עוד ואתנו
על זה נשבר לבב ויהי אל אין
ציצי הדת אל עת כזאת נבולו
ובלי משקם לפרוח לא יכולו.

XII.

Sicut cœci in plateis incedemus omnes nos,
Et palpabimus parietem, ut inveniamus viam, & non erit:
Quia ductor, & dux non eſt amplius nobiſcum.
Propterea contritum eſt cor, & nihil eſt.
Germina legis tempore hoc fœdata ſunt.
Et cum non ſit irrigatio illis, florere non poterunt.

יג

אם חטאתנו אז פנים הסתירי
מהעתר שיחנו בו נוחילה
אל פניו פתחי שוע לא הסגירו
ותפלתו תמיד לנו הועילה
עתה אל מי נוחילה לישועתה
מי יקרא לנו אל אל בצרתה.

XIII.

Si peccata noſtra tum facies fecerunt abſcondere
Ut exaudiretur oratio noſtra, in eo ſperabamus,
Ad ejus conſpectum portæ cœli non erant clauſæ?
Et oratio ejus jugiter nobis proderat
Nunc in quo ſperabimus ad ſalvationem?
Quis invocabit pro nobis Deum in tribulatione?

יד.	XIV.
כהן עליון אם למרום עלית	Sacerdos Altissimi, si ad excelsum adscendisti,
נחנו בשפל בראגה נשברה	Nos in loco humili in dolore stabimus:
אתה שם בשמחות הטוב קנית	Tu ibi in lætitiis bonum comparasti.
לנו פה בדאבת שמחה ערבה	Nobis hic in dolore lætitia obscurata est,
על ראש כל שמחתנו אבל יעל	Super caput omnium nostrarum lætitiarum luctus adscendit,
עד ישקיף וירחם האל ממעל.	Donec respiciat, & misereatur Deus ab excelso.

טו.	XV.
נא אל רחום אם את בנך יסרת	Quæso Deus misericors, si filium tuum castigasti,
אם בו שפכת את רעם זעמך	Si in eum effudisti tonitru iræ tuæ,
אנא שב מלמחוץ העם רחרל	Quæso, cessa a vulnerando populo, quem elegisti;
הנחם על רעה שוב מאפך	Pœniteat propter malum, cessa ab ira tua;
דוד יראה נסים לו כימי קדם	David ostendet miracula illi, sicut in diebus antiquis,
ומלוך בגבורה צפון ימה וקדם.	Et regnet in occidente, septentrione, meridie, & oriente.

LAMENTATIO
IN FUNERE
ABRAHAM ISACH MEDINI.

א	I.
מות משכל כל אהה נצחת	MOrs *exsiliatrix* omnia vicisti,
נא כי בחיר אישים באף דמית	Ah quod electum hominum in ira cæcidisti,
ייראך עתה ילוד הארץ	Timebit nunc te natus terræ,
בל לב יסלד מידי החרץ	Omne cor contremiscet ab excidii,
נא כי בחיי כובשך רדית	Nunc cum in vitam subjugatoris tui dominata es,
נא כי ידי זה הורגך נגדעו.	Nunc cum manus hujus occisoris tui succisæ sunt.

ב	II.
אז האמנתי כי לבד יובצעו	Tum putavi, quod solum conciderentur
מדקרות חרבך עמוסי פשע	A transfixionibus gladii tui onusti prævaricatione,
האוכלים כל מערני פלך	Comedentes omnes delicias terræ

Cu-

Hebrew	Latin
השוכבים תמיד במטות מלך	Cubantes jugiter in lectis regiis:
בינם ובין המותה רק פשע	Inter eos & inter mortem tantummodo gradus,
אלה ברגע קט שאול ייחתו.	Isti momento subito in fossam descendent.
ג	III.
כצאן למו טבחחך יושתו	Sicut oves ad macellum tuum adducentur,
הם אחרי אכלם דשאי יער	Illæ postquam comederunt herbas teneras sylvæ
אחר רביצתם בערשות עשב	Postquam decubuerunt in lectis herbosis;
אחר רקידתם בעז וכשב	Postquam saltarunt sicut hœdus, & agnus,
מחרבך אז בם יחולל סער	A gladio tuo tum in eos commovetur tempestas,
כן אומרה לפושעים השבר.	Sic dicam; prævaricatoribus contritio erit.
ד	IV.
עם אחריתם אחזה השבר	Finem eorum videbo, contritio
בי יחזק נטעי אמון שורשו	In me roboratur plantæ veritatis radicantur.
מי שלאנן ימות בעצם שכל	Qui quiete moritur in fortitudine intellectus
מי תוך פלגי טוב היותו יכל	Inter pelagos boni ejus essentia stabilita est,
אז חקרי לב לענות ניגשו	Tunc scrutatores cordis ad testandum accedunt;
עבדי אדמה הם בני המות.	Servi terræ ipsi sunt filii mortis.
ה	V.
הה כי מאורי נמלאו צלמות	Ah mea lumina impleta sunt umbra mortis,
היום במות אדם גדול הערך	Hodie cum mortuus est homo valde æstimandus,
חושי בפלצות ופיד חבלו	Sensus mei terrore & ruina corrupti sunt,
ברכי בחלחלה ופיק בשלו	Genua mea tremore & infirmitate lapsa sunt,
אם זה פרי צדיק תמים הדרך	Si iste est fructus justi perfecti in via,
רטוב פני שמשו להגרע?	Ut virens coram sole suo succidatur.
ו	VI.
דת אל הלא את היא כים נובע	Lex Dei erat in te sicut mare inundans
למחזיקים בך מקורי תחי	Possidentibus in te, fontes excitabas,
איכה יאונה לי להפך עתה	Quomodo contigit mihi in contrarium nunc?
איכה ידידך שערה סופתה	Quomodo dilectam tuam tempestas abscidit?
מות יצודני והגדיל רחי	Mors devastavit illum, & ampliavit impulsionem,
ליתן אלי גדיש יפי החלד.	Ut daretur sepulturæ pulchritudo terræ.

VII.

ז	VII.
שק תפרו על זאת עלי הגלד	Saccum aſſuent propterea ſuper pellem
כל יושבי תבל ודרי מטה	Omnes habitatores mundi, & incolæ terræ
אוי ואבוי הן יקראו כלמו	Væ & lamentationem clamabunt omnes:
אין עוד מנחם אין הפוגות למו	Non eſt amplius conſolator, non eſt requies illi:
נעו מסיבות רום וארץ מטה	Commotæ ſunt ſemitæ excelſi, & terra mota eſt,
התרופפו כי היסוד אבדו.	Infirmatæ ſunt, quia fundamentum amiſerunt.
ח	VIII.
כמה פצעי גדלו נכרו	Quantum mea vulnera ampliata ſint, notum eſt
מות במחץ זה אשר מחצת	Mors in vulnere hoc, quo vulneraſti,
ראש לחלי דוי לבבי יצר	Caput eſt ægrum, & cor dolens eſt,
רוחי מבולעה ברוע יצר	Spiritus meus corruptus eſt in malitia tentationis.
כל מעמד נפשי בעוז רצצת	Omnis conſiſtentiam animæ meæ vi fregiſti
במחוץ באיש נבל אבי הצדק.	Quando vulneraſti quaſi virum abominabilem patulo juſtitiæ.
ט	IX.
איה מאשר מחזיק כל בדק	Ubi eſt director, roborator omnis rupturæ?
איה מכון חכמה הדעת	Ubi habitaculum ſapientiæ, habitatio ſcientiæ?
אן צוף דבש פנה ומתק טעם	Ubi favus mellis? converſus eſt, & dulcis guſtus:
אן תוכחות מוסר משיבות טעם	Ubi probationes reddentes rationem
אן זהרה חמה בעוף שוקעת	Ubi ſplendor ſolis? volatu ſubmerſus eſt
פתע בעוף פתאום שעוף משארת.	Momento volatu, momento a volatu remanſit.
י	X.
ככה תיליל אז מאד קודרת	Sic ejulabat tum valde atrata
מול מותה נפשי במכאוב נצח	Contra mortem anima mea dolore æterno.
ישאו בשיחה משכבות הנהי	Extollent in lamentatione magna ſtrata lamentationem
לולא מקור דמעה עליהם יהי	Si non eſſet fons lacrymarum ſuper illis
אידי דמעות אך אלי אל נצח	Vapores lacrimarum ad Deum æternum
אז יעלו לרום כחום השיח.	Tum adſcendent ad excelſum ſicut calor orationis.

יא

ערש דוי עליון אזי השגיח
חיש שערי כל רחמיו נפתחו
חבלי תנומה יצאו משמח
ויסובבו נפשי ואז נרדמה
כן מחשבות הסוערות לה נחו
נחו והנה מחזה אלימו.

XI.

Lectum dolentis Altiſſimus tum reſpexit,
Celeriter portæ omnium miſericordiarum ſuarum apertæ ſunt,
Funes dormitionis egreſſi ſunt illinc;
Et circumdederunt animam meam, & tum dormitavit.
Sic cogitationes tempeſtuoſæ quieverunt
Quieverunt, & ecce viſio illi.

יב

הנה מאורי אור ואיש בינימו
עוטה מעיל בהיר כמו רקיע
נורא מאד האיש וזיו מראהו
הנו כעין חשמל לעין רואהו
שמש לנגדו זהרו משקיע
לא ראתה עין איש דמות הוהד.

XII.

Ecce luminaria lucis, & vir inter illa
Amictus pallio claro inſtar expanſi,
Venerabilis valde vir, & ſplendor aſpectus ejus
Similis erat cryſtallo oculo videntis;
Sol præ illo ſplendorem ſuum ſubmergebat,
Non vidit oculus hominis ſimilem ſplendorem.

יג

קוי פני הודו וקצב תואר
חיש ידעו חושי והכירוהו
תואר אשר גוע יפי הרוח
האיש באברהם שמו זרוח
תמים כמו יצחק אמת כינוהו
יחד בני תבל וגם נכרו

XIII.

Lineas faciei decoris ejus, & formam adſpectus ejus
Celeriter ſcietunt ſenſus mei, & cognoverunt
Formam, in qua periit pulchritudo ſpiritus,
Virum, ſicut *Abraham*, nomen ejus ſplendebar,
Perfectum ſicut *Iſaach*, vere cognominarunt
Simul filii Eber, atque etiam cognoverunt.

יד

מגן אבו הדור בקול אמרו
כל חקרי לבי למול הגבר
איכה תמותה משלה עליך
מה יעשו בלעדך צאנך
אנא שעה לבכי ילידי עבר
ושמע נהי קולם עלי החבל.

XIV.

Scutum pater ſeculi voce dixerunt
Omnes ſcrutatores cordis in conſpectu viri;
Quomodo mors dominata eſt in te?
Quid facient ſine te oves tuæ?
Nunc convertere ad luctum natorum Eber,
Et audi lamentum vocum eorum ſuper dolores.

XV.

טו

אם בין אשורי רום יקרב אבל
ענה בקול ערב יפה ההדר
על שברכם הן אספרה אלילה
לו אוכלה ככם כאב אגדילה
לב יעזוב גילה אפשט סדר
הדרי ואתפלש בתוך האפר.

XV.

Si inter beatos excelſi accederet luctus,
Reſpondit voce ſuavi pulcher decore;
Super contritione veſtra plangerem, ejularem
Lugerem ſuper vos, dolorem ampliarem,
Cor dereſeret jubilum, exuerem paludamentum
Decoris, & me volutarem in medio cineris.

טז

בן אהבת עמי בתוכי תפר
סתיר בעודי חי ועוד נשארת
אך ציר וחיל לשוא אבקש עתה
תחתם מנחמכם היות יאתה
עין פקח הט אזנך נזהרת
ליקח אמרי נא משיבי נפש.

XVI.

Sic amorem populi mei in viſceribus meis conſui
Jugiter, cum eſſem vivus, & adhuc remanſit.
Solummodo nuncium & robur fruſtra quæram nunc.
Pro illis conſolator veſter eram conveniens.
Oculum aperi, inclina aurem, ut moneam
Ut accipias dicta mea, quæ inſtaurant animam.

יז

למצא תלונות מה תחפש חפש
על תוצאות מיתה אשר בי נחו
הן מלאכי עליון ומי מצריח;
לו תחזה קרני ברום מזריח
קירות לבבך אז מאד ישמחו
שירים מקום צירים בך יבקיעו.

XVII.

Ut invenias querelas quid ſcrutaris ſcrutando
Super finibus mortis, qui in me quieverunt?
Ecce Angeli Altiſſimi; & quis clamabit?
Si videres meam coronam in excelſo ſplendentem,
Intima cordis tui tum valde lætarentur,
Cantica pro anguſtiis in te finderentur.

יח

רוגז ימי חיי לבד השביעו
היו בים זועף אזי בארץ
עול סבלה נא פרקו השליכו
ובמי מנוחות ירבצו ידריכו
יתהלכון על גב שבילי ערץ
ישר כבוד אל יחזו פנימו.

XVIII.

Indignatione dies vitæ meæ ſolummodo ſaturati ſunt,
Fuerunt in mari tempeſtuoſo tum in terra,
Jugum oneris ruperunt, projecerunt,
Et in aquis requierum decumbunt, incedunt,
Et ſpatiantur ſuper ſummitate ſemitarum cœli;
Rectitudinem, & honorem Dei videbunt facies eorum.

יט	XIX.
בני ידידי צאן אשר אלימו	Filii dilecti, oves quibus
תמיד קסיס לקחי בכן נשאתי	Jugiter succum doctrinæ meæ attuli,
יראו ביפיי רום ויתנחמו	Videbunt in pulchritudinem meam in excelso, & consolabuntur,
לבא מחיצתי בעז יתמו	Ut veniant in refugium meum, in fortitudine perficient,
עז דת אשר להם כבר נתתי	In fortitudine legis, quam illis jam dedi,
בה יהגו תמיד ויתאוששו	In ea meditabuntur jugiter, & lætabuntur.
כ	XX.
נא יחזו רועים אשר נוטשו	Nunc videbunt pastores, qui relicti sunt
הם מעללי איש הלא יישירו	Opera viri hujus, quo directa essent;
מאהלם לא ימעדו הרגל	A tentorio eorum non vacillabunt pede,
להם להתנוסס ברת הרגל	Ut extollant in lege vexillum.
הם אהבת עליון הכי יעירו	Illi amorem Altissimi sic excitabunt
לא עוד יאחר עקבות משיח.	Non amplius tardabuntur plantæ pedis Messiæ.
כא	XXI.
אמר ונס האור אשר הזריח	Dixit, & fugit lux, quæ splendebat
אז לא ראיתיו עוד הגם צעקתי	Tum non vidi amplius, & exclamavi;
מורי ורבי איך תהלך מני	Domine mi, Magister mi, quomodo abiisti a me!
אבי עמוד נא פה ותשמעני	Pater mi consiste, quæso hic, & significa mihi.
לעו דברי רק והתאפקתי	Completa sunt mea verba, & me cohibui.
כן בין כאב וגיל אזי נשארתי.	Sic inter dolorem & jubilum tum remansi.

LAMENTATIO
IN FUNERE
MENACHEM LEVI MESULAMIM.

א	I.
בת לוי בת עינך חדום חנוח	Filia Levi pupilla oculi sileat, quiescat
עוד לא תגוד דמעה פוגת תנורי	Amplius ne colligas lacrymas, requiem colligas
מני ינוך תסוך תסורי	A mœrore recede,
ונאומי נחומים האל תשורי	Et dicta consolationem Dei aspicies.
כי שבר וכאב רוח	Quoniam contritio, & dolor spiritus
ממך אף כי חזקו הם יסירו	Abs te, quamvis roborati sint, removendi sunt,
וכחום צח אור חרוה יעירו.	Et quasi sol qui fulget post pluviam, lætitiam excitabunt.
ב	II.
הן אנחתך ממני לא נסתרה	Tum gemitus tuus a me non fuit absconditus
ויללת הרועים אזני שמעו	Et ejulatum pastorum aures meæ audierunt,
ראשים נרו ונעו	Capita commota, & agitata sunt,
ראשים רשים כי בגדיהם קרעו	Capita pauperum, qui vestes suas lacerarunt,
גם נפשי לא נשארה	Anima mea quoque non cessavit
מהאנק גם היא בכי הגדילה	A gemitu, ipsa quoque luctum ampliavit,
אך מכוס תנחומי עוד לא אוחילה.	At a calice consolationum mearum amplius non desperabo.
ג	III.
על נבל ובלי שם תרמע העיז	Super vilem & infamem lacrymetur oculus,
אם נבאה אם עליו נפל הקרץ	Si abeat, si super illum cadat excidium,
זה יחשב לו פרץ	Hæc imputatur illi ruptura.
יעץ לעד זכרו אבד מן ארץ	Consiliarii in perpetuum memoria perit de terra,
אם מרת נדמה אל אין	Si mortuus assimilatur nihilo;
ונחלי השבחה לשמו ישטופו	Et torrentes oblivionis nomen ejus inundant,
ומכוסה תוך עיפתה לו יהדופו.	Et opertum in medium obscuritatum illum impellunt.

ד	IV.
זה הנקרא הולך לא ישוב הנה	Iste vocatur abiens, & non revertetur huc;
הוא יספר עת כי יובל לשחת	Iste lugendus est, quo tempore ducitur ad sepulcrum.
נפש מטוב זונחת	Anima a bono removebitur
עוברת דת שדי ושמו שוכחת	Prevaricatrix legis Omnipotentis, & nominis ejus oblita;
גם לה נשים תבכינה	Pro illo quoque mulieres lugeant,
קינית הנה והי ישאו עליה	Lamentationes, & lamentum extollant super illam,
כי ערוך מאתמול תפתה אליה.	Quoniam præparatus est heri infernus illi.

ה	V.
מי יגיד הצירים כי שם יגודו	Quis referet angustias, quæ ibi congregantur?
מי יזכור ים צרות כי לה יגיע	Quis memorabit mare tribulationum, quod ad eam perveniet?
לא ישרוק לא ינוע	Non sibilabit, non movebit
ראשו ויללת קול אז לא ישמיע	Caput suum; & ejulatus vocis tum non audietur.
על זאת ספוד יספודו	Pro ista lamentando lamentabuntur.
כי בחיים חבלי מיתה סבוה	Quoniam in vita dolores mortis circumdederunt eam,
אף כי אחר מותה לא יניחוה.	Eo magis, quod post suam mortem non deserent eam.

ו	VI.
בא בימים צדיק ובסוף גווע	Incedit in diebus justus, & in fine moritur,
אחר כי עם רוחו שפרה ארצנו	Postquam spiritu suo ornavit terram nostram,
לא יוטל מראיו מנו	Non cessabit aspectus ejus a nobis,
לא יבטל אמנם ישאר בינינו	Non abolebitur, certe remanebit inter nos;
רק זכרו ישמע	Solummodo memoria ejus audietur;
זה הוא כי חטאים יורה בדרך	Iste est, qui peccatores docebat viam.
מי כמוהו מורה אין לו פה ערך.	Quis sicut ille præceptor? non est par.

ז	VII.
על זה הצדיקים חיים נקראו	Propterea justi vivi vocantur
אף אחר מיתתם מאל שמים	Etiam post mortem eorum a Deo cœlorum.
על מה נספוק כפים	Cur igitur complodemus manus
בפטירתם אם הם חיים כפלים	In discessu eorum, si illi sint vivi dupliciter

Hebrew	Latin
רומה כי שם נשאו	In excelso, quo adducuntur?
אמצע אלפי שנאן חיים יפסעו	In medio millium Angelorum vivi deambulant;
גם מטה מחיים הם לא יגרעו.	Vel in terra ex vivis non defecerunt.
ח	VIII.
אך מה רב טוב נצפן למו ממעל	Quantum quidem boni repositum est illis in excelso!
אחר נסעם מזה הולך הרוח	Post profectionem eorum hinc, abit spiritus
לאור מאור זרוח	Ut illuminetur a luce splendente,
ולנוגה זיו עליון לפוש לנוח	Et ad lucem splendoris Altissimi, ut augeatur & quiescat;
יהיה רע ובליעל	Erit malus & impius
מי יחשוב הגד טוב להם יאתה	Qui putet narrare bonum, quod illis contigit;
אל זולתך עין לא ראתה.	Præter te oculus non vidit.
ט	IX.
במשוכת חדק ארץ ז נחשבה	Quasi sepes spinarum terra ista reputatur
אל עובר ושב בה תמיד כמארת	Transeunti & habitanti, in ea semper pungitur.
בסלולה הנבחרת	Sicut in semita electa
פגע רע לא נמצא רק גיל תפארת	Occursus malus non invenitur, sed tantum jubilum & gloria.
פה כסלנו נכזבה	Hic spes nostra mendax est,
שם תוחלת תמים ריקם בל תלך	Ibi spes perfecta frustra non incedit
כה שכל עבד חוש שמה הוא מלך.	Hic intellectus est servus, cito ibi rex.
י	X.
אשרי איש חמחכה יגיע שמה	Beatus vir qui expectans pervenit illuc
מי לא יכסוף כוסו מי לא ירצנו	Quis non desiderabit partem suam, quis non acceptabit?
נחנו מעפעפנו	Nos ex palpebris nostris
עליו מים נזול נשפוך שיחנו	Pro illo aquas stillabimus, effundemus lamentum,
אם קרנו באל רמה	Si gloria ejus ad excelsum adscendit;
:יו ופאר תחת אפר לו נמצאו	Splendor & gloria pro cinere illi inventi sunt
לא כאל כי מרע אל רע יצאו.	Non sicut illi, qui de malo ad malum progrediuntur.
יא	XI.
מי איש שם במנחם הדר עדייכי	Quis vir celeber sicut *Menachen* gloria ornamenti nostri
מי גדול כמשולם העלה מעל	Quis magnus sicut *Messulam*, qui adscendit ad excelsum?

תהירה כמעילרת מעל	Ad lamentandum illum, si abiit hinc, & adscendit,
לספודו אבם נסע מפה ויעל	Non audiatur vox tua:
לא תשמיעי קולנו	Virens est coram sole nomen regis nostri,
רטב הוא לפני שמש שם מלכנו	Non succisus est, in virgulti suo adhuc est nobiscum.
לא קטף ובאבו אבן עודנו.	
יב	XII.
מרכסי איש הוקס ויהי נוצח	Ab excelsis vir excitatus est, & fuit victor:
על אדר היקר כל רבי מטרה	Super fortitudine honoris omnium magnatum terræ
תפארתו לכן שטרה	Gloria ejus ita se extendit;
גם בקצוצי פאה לעד לא מטרה	Atque etiam in extremitatibus anguli ad latus non declinavit.
קול רב מליל גונח	Vox magna lamentationis gementis
יוצא מחוג חבל אומר נגזרתי	Exiit ex globo universi dicentis: Succisus fui,
בא חרסי ומאורי קודר נשארתי.	Occidit sol meus, & lux mea nigra remansit.
יג	XIII.
לרעורת עמים שדי השגיא לו רוח	Ad pascendum populos Omnipotens contribuit illi spiritum,
ויהי האיש עושה משפט וצדק	Et fuit vir faciens judicium & justitiam
גרר פרצה ובדק	Sepiit scissuram & rupturam,
סקל כרמו התז שמיר וחדק	Elapidavit vineam suam, removit spinas & urticas,
ובכל פנה ורוח	Et in omni angulo & latere
כי פנה עשה שם שמה חזרית	Quo se convertit, fecit nomen, ibi splenduit,
ויהי האיש חמיד דרכו מצליח.	Et fuit vir, cujus via semper prosperata fuit.
יד	XIV.
ובמו עדרי צאן אם רועם אבדו	Sicut greges ovium si pastorem suum amiserint
במעוף חורש מצל שוגים ירוצו	In obscuritate sylvæ, ab umbra aberrantes discurrunt
פה ואנה יפוצו	Hinc & inde disperguntur,
ולמוצא דשא ונויהם יקוצו	Et ad inveniendam herbam teneram, & ovilia aversantur.
דרי חבל ירעדו	Habitatores terræ contremiscunt
ככה נא כי רועם עלה הערץ	Ita nunc, quoniam pastor eorum adscendit ad cœlum
תועים לשוט ולהתהלך בארץ.	Errant ut vagentur, & incedant in terra.

טו

אנלי של כי על ציץ ובול ישכבו

ימצו מן הצרערת ודבש יוקאו

הדעות כן נקראו

ומצצם שר נפטר תוכו נמצאו

עדיו כי מפיו זבו

תחתם כדבש וכמו צופים מתקו

מי יתן כי בספר הם יחקו

טז

רב וגדול העצה היה הגבר

אם פצה פיו מולו איש לא יביע

אמריו בינה השמיע

ולדעתו כם רוב הדעות הבריע

שם טוב פרש האבר

יגיד שבחו מחכמתו הרמה

קדמה מזרחה צפונה וימה.

יז

רבי הון ונטילי כסף יחפרו

כי לחלק חרוץ גבר כולמו

דלים ישאו היה למו

כי נסע מגינמו הוד עוזמו

פז וכתם יקרו

בצדקה יחשבו לו בשחק

על זו אור נגה לו בהיר בשחק.

יח

אם מצעדיו נגד האל כוננו

יען דרכו חפץ במחופש חפש

אם בסנוחה הנפש

מה נדאיב אם גופו נהפך אל רפש

זה אז אל השמיענו

XV.

Guttæ roris, quando ſuper germina, & fructus jacent,
Suguntur ab apibus, & mel evomunt;
Mentes ſic vocantur:
Et ſugebat illas princeps, qui abiit, in viſceribus ejus inventæ ſunt
Adhuc, quoniam ex ejus ore diſtillarunt
Sub iis ſicut mel, & ſicut favi dulceſcunt,
Quis det, ut in libro ſculptæ ſint?

XVI.

Celeber & magnus conſilio fuit vir
Si aperiebat os ſuum, contra eum vir non loquebatur,
Dicta intelligentiæ faciebat audire;
Et ad mentem ejus multitudo mentium ſe incurvabat.
Nomen bonum expandens alas
Narrat laudem ſapientiæ ſuæ ſublimis
Ad orientem, meridiem, ſeptentrionem & occidentem.

XVII.

Divites & onuſti argento erubeſcent,
Quoniam ad dividendum aurum prævaluit omnibus:
Pauperes extollent lamentum pro illo,
Quia abiit ſcutum eorum, & decor ſuæ fortitudinis:
Aurum, & aurum purum illi pretioſa fuerunt
In eleemoſyna, imputabuntur illi in cœlo,
Propter hoc lux ſplendet illi clara in cœlo!

XVIII.

Si paſſus ejus ad Deum directi fuerunt
Quoniam ejus viam deſideravit, ſicut deſideratur res deſiderabilis,
Si in requie eſt anima
Cur dolebimus, ſi corpus ejus converſum ſit in cœnum?
Hoc tum Deus fecit nobis audire

Quo

Hebrew	Latin
עת אבינו הראשון עשה עולתה	Quo tempore pater noster primus fecit iniquitatem:
גם אל עפר תשוב אם עפר אתה.	Et ad pulverem reverteris, cum pulvis tu.
יט	XIX.
אשמע כי כן תשובי לי מליך	Audiam, quoniam sic respondes meis verbis
רופא עמל מה עזרת לא כח	Medice mendax, quid auxiliaris, cum non sit virtus?
איכה אמצא מנוח	Quomodo inveniam requiem
אם מני איש כזה זנח זניח	Si me vir sicut iste deserendo deseruit?
הסי הטי אזניך	Tace, inclina aurem tuam
למנחם כמנחם מן הרקיע	Ad consolandum quasi consolator ab expanso
כי בין כסלי מרום לך כן מביע.	Inter planetas ab excelso tibi sic loquitur.
כ	XX.
נא ביתי היקרה בראבה דוצי	Quæso domus mea pretiosa in lætitia jubilet
אם נסעתי ממך לשאת תלמדי	Si abii, abs te, ad ferendum addisces
תשמחי אם תרעדי	Lætaberis, si contremisces
ולשואה כי תבא הגיל תחדי	Et ob desolationem, quando adveniet jubilum, lætaberis.
גועתי אל תקוצי	Propter meam mortem ne doleas
מטוב משה ושבר נבצע בצע	A bono, a desolatione, & contritione lucrabimur lucrum,
כי לנשמה תמרוק חבורות פצע.	Quoniam animam expurgat vibex vulneris.
כא	XXI.
שנחת כי סבוני חבלי מות	Oblitusne es, quod circumdederint me dolores mortis
עודי בחיים כמה נצערתי.	Cum essem vivens? quantum cruciatus fui?
מעליון אם יוסרתי	Si ab Altissimo castigatus fui;
נא ידעתי כי אל עיניו יקרתי	Nunc cognosco, quod ejus oculis fuerim pretiosus.
המה מגיא צלמות	Illi a valle tenebrosa
הצילו את נפשי ולאור הנחו נו	Salvarunt animam meam, & ad lucem duxerunt:
כי אל אהוב יוכיח כן הורוני.	Quoniam Deus quem amat corrigit; sic me docuerunt.
כב	XXII.
מהנחם אפוא על מה תסורי	Ab consolatore cur te removes?
עורי עורי לבשי בגד תפארת	Expergiscere, expergiscere, indue vestes gloriæ,

ובשירה הנבחרת	Et cantico electo
שירי מזמור תורה בלשון אדורת	Canite psalmum confessionis lingua forti;
בטחי עוד אל תגורי	Confide adhuc, & nnn timeas
סתרך הייתי חי פה שבעתים	Si riparator fui vivens, hic septuagies
אנכי מגן לך מן השמים.	Ego scutum tibi ero ex cœlis.
כג	XXIII.
אומתי תמתי גם את תבטחי	Natio mea, perfectio mea tu quoque confide
על רעתך כי זה יועיל אליך	Super tuo malo, quia id proderit tibi,
אל אל תשאי כפיך	Ad Deum extolle manus tuas,
אז עם לבב נרכה בתחונותיך	Tum corde contrito in supplicationibus tuis
נפשך לא תשתוחחי	Anima tua non opprimetur;
אם על גופי בטחה חי ערנו	Si super corpore meo confidisti, vivit adhuc;
תוחילי לאלהום כי עוד תודנו.	Spera in Deo, quoniam adhuc confiteberis illi.
כד	XXIV.
אך אם לתמורתי קולך תשמיעי	Si ad immutationem meam vocem tuam audire facias
אחי ופרי בטני עוד בך נשארו	Fratres mei, & fructus viscerum meorum adhuc tecum remanserunt
הם את ברקך יחברו	Illi rupturam tuam conjugent
ולמלאת את שבתי מהר יוקרו	Ad implendum locum meum cito honorabuntur,
אם כן עוד לא תריעי	Si ita est, amplius non clamabis
תשימי בם כסלך יושיעך אלוה	Pone in illis spem tuam, & salvabunt te illi,
עד כי רוכב שמים יעש פלא.	Donec rector cœli faciat miracula.

LAMENTATIO
IN FUNERE
JACOBI VITA.

חושי כפלצות ופיד חבלו	Sensus mei terroribus & ruina corrupti sunt,
התנודדה פשי במר ינהה	Commota est anima mea, in amaritudine incedit,
ברכי בחלחלה ופיק בשלו.	Genua mea tremore & infirmitate lapsa sunt.

Spi-

רוחי בהרבות לה יגונותיה	Spiritus meus in multiplicando ſuas mœſtitias
כי נפעמה לא יכלה הסבל	In me conturbatus eſt, non poteſt onus
הרב שאת כי כבדו עליה.	Multum ferre, quia aggravatum eſt ſuper illo.
כי אחזה עמי בתוך החבל	Cum video populum meum in medio doloris
על מות תמים דעים אבי הצדק	Propter mortem perfecti intelligentiæ, patris juſtitiæ,
יגדל ויתנשא אמר תחבל.	Aggravatur & extollitur valde dolor,
מי יעמוד מי יחזיק הבדק	Quis conſtituet, quis reborabit rupturam?
הן אשאלה מי יעזרנו עתה	Si quæram, quis auxiliabitur nobis nobis nunc?
כי אבדה כרמי משוכת חדק.	Quoniam periit vinea mea ſepta ſpinis.
ממוחה חפול הכי אימתה	A morte cecidit, ſic mortuus eſt
עתה למו תבל ומי ירגיע	Nunc mundo; quis quieſcet
מות למול חרבך אשר בו שתה.	Mors contra gladium tuum, quem in illum injeciſti,
אביט ואשתומם ילך אביע	Mirabor & ſtupebo, & tibi loquar,
אכזר ואיך תמים באף דמית	Crudelis, quomodo perfectum furore cæcidiſti?
על זה תלונותי לך אציע.	Propterea querelas meas ad te extendo.
אם קשתך בבני חלוף ירית	Si arcum tuum in filior dignos excidii jeciſti,
הפושעים הנם אנשי רשע	Prævaricatores illi ſunt, & viri impietatis
אלה בצדק ובאמת כלית.	Iſtos jure merito abſumſiſti.
הן לענה החטא ורעל פשע	Ecce abſynthium peccati & venenum prævaricationis
המה ימצו אותו והם ישתוהו	Hi ſuxerunt, & biberunt illud;
בינם ובין חמותה כן פשע.	Inter ipſos & mortem ſic eſt prevaricatio.
אל צוף דבש ולמו צרי ידמוהו	Favo mellis, & reſinæ aſſimilantur,
אך נהפך הצוף מרורת למו	Verum converſus eſt favus in amaritudinem illis,
וצרי לשרש ראש הלא יראוהו.	Et reſina in radicem toxici; nunc videbunt.
לב עועים התעם וטח עינמו	Cor perverſorum decepit, & obſcuratus eſt oculus eorum,
ובתענוג לא יחזו השבר	Et in deliciis non viderunt contritionem
אוי ואבוי כי ימצאו אותמו.	Væ & lamentum propterea deprehendent illos.

נטבע בבץ החטא אבי כל גבר	Immersus est in profundum peccati pater omnis hominis,
ובטעמו מתק פרו הרע	Et in gustanda dulcedine fructus scientiæ
אבד ימי נצחו ומצא קבר.	Amisit dies æternitatis, & invenit sepulcrum.
טרם חליפתו אנוש גווע	Ante immutationem suam homo moritur
אם יעשה כזאת ומה הפלא	Si operetur, sicut iste; quod erit miraculum
אם חרבך הרוג כבר גדע.	Si gladius tuus occisum cædit?
אמנם אמור אלי ואיך לא תלא	Verum dic mihi, quomodo non suspenditur
ידך בקומך על תמימי דרך!	Manus tua, quando insurgis in perfectos in viis,
אם תחשוב אלה היות כאלה.	Si reputes istos sicut illos?
היום בכבשך את גדול הערך	Hodie in subjugando virum magnæ æstimationis
מה כחך גדול הכי הראת	Quam magna sit virtus tua, ostendisti,
כי כל יציר יפול ויכרע ברך.	Quoniam omnis formatus cadet, & genuflectet.
על כובשך היום הלא נשאת	Propter subjugationem tuam hodie quantum exaltata es:
כי על אסם חיים ובנאות נצח	Quoniam ad thesaurum vitæ, & habitaculum æternitatis
אותו בשלוה שוכני גלית.	Illi in quiete habitaculum aperuisti
יראת י״י היא עזו ונצח	Timor Dei ille est fortitudo, atque æternitas
למחזקים בה ודת שמים	Possidentibus eum, & lex cœlorum
השומרה משוד ומפיד ורצח.	Quæ custodit a præda, ruina, & occisione.
כעשי והותי בכף מאזנים	Mea ira, & mea pravitas in lancem librarum
לו יוטלו יחדיו וישקלו	Si projicerentur simul, & ponderarentur,
הן יכבדו מחול ומכל מים.	Aggravarentur præ arena, & præ omnibus aquis.
איך אבדו כחם גבורות אלו	Quomodo amiserunt virtutem suam fortitudines istæ?
כי אז לקחי מותה הצילו	Quæ tum captos a morte salvarunt.
למו תעלה זנחה כשלו.	Ab iis præsidium remotum est, corruerunt.
אחי אלי שיחי פנות הואילו	Fratres mei ad lamentum meum vos convertite
ולצדקני בו אנא תחפצו	Ut me justificetis in eo, uti desideratis
ובחיל לבבי נפשכם תוחילו.	Et in fortitudine cordis mei animæ vestræ sperabunt.

Ubi

איה מעון חכמה אשר בו רצו	Ubi eſt habitaculum ſapientiæ, ad quod pulſabant
חכמי ישיבתו ובו מצאו	Sapientes conſeſſus ſui, & in eo inveniebant,
רק מענה שדי זמן נועצו ?	Solummodo reſponſa Omnipotentis tempus figebant.
הה כי בני עברים מאד יצמאו	Ah filii Hebræorum valde ſitient,
כי דללו מימי מקור הדעת	Quia diminutæ ſunt aquæ fontis ſcientiæ
לא ידעו עוד צאת ואנה באו.	Ignorant, quo amplius exeant, & quo veniant.
היך נאסף עוד אשאלה לדעת	Quomodo aggregatus eſt? Adhuc quæram ut cognoſcam:
הוגה בתורת אל בכל לבהו	Meditabatur in lege Domini toto corde ſuo
כי בו כעין היתה נובעת.	Quæ in illo quaſi fons erat ſcaturiens.
סר שר למשמעתך וגם אורהו	Receſſit princeps ad auditionem tuam, & fugit præceptor ejus,
איך היתה כזאת אמור לי אתה	Quis fuit ſicut iſte, dic mihi tu?
איך משלה ידך ופס חילהו:	Quomodo dominata eſt manus tua, & defecit virtus ejus?
הה כי לבבי מכאב ובעתה	Ah cor meum dolens eſt, & conturbatum eſt
נהפך בקרבי הוא והלך מני	Converſum eſt in viſceribus meis, & abiit a me
ולבר בלי השכל ידבר עתה.	Et ſolummodo ſine intelligentia loquetur nunc.
אם נבערה דעחי ולא תורני	Si perturbata eſt mens mea, & non docet me,
סי כל יציר יגוע ותם בארץ	Quod omnis formatus moriatur, & deficiat in terra,
מי לא יהורה זאת ויכחישני?	Quis hoc non referat, & mendacem me faciat?
הנה כתובה היא בלוחי ערץ	Ecce hoc ſcriptum eſt in tabulis fortibus eſt
כי ככסיל ימות תמים השבל	Quod ſicut ſtultus moritur, perfectus intelligentiæ,
כהם ובעול יאסף קרץ.	Sicut perfectum, & iniquum colligit excidium.
אך פועלי חמס ואנשי סכל	Verum operantes iniquitatem, & ſtulti
תוך נחלי שכחה שמם ישטופו	In torrentibus oblivionis nomen ſuum inundabunt,
זכרם כמו נופם כרגע יכל.	Memoria eorum ſicut corpus eorum momento perit.
אל הררי נשפם בחיל יגנופו	Ad montes ſublimes violenter collidunt
עיפה ואופל וערפל למו	Tenebræ & obſcuritas & caligo illis,
שמה למשואות כמוץ יהדופו.	Illuc ad deſolationem quaſi ſtipula impelluntur.

ישכון כאב וציר לכם אתמו	Habitaculum doloris, & anguſtiæ ſolummodo illis
וכמו יקר כרים בעשן כלו	Et quaſi pretioſi arietum fumo abſumuntur,
שמה בתוך תפתה זכרמו.	Ibi in inferno, eſt memoria eorum.
להם בכו בכה ולב תחבלו	Pro illis lugendo lugete, & cor doleat,
לא על גויעת פועלי היושר	At non pro morte operantium rectitudines.
כי אל ימי עולם הכי יזבלו.	Quoniam ad dies æternos ſic ſublati ſunt.
למו פרי דרכם בתוך האשר	Ibi fructum viarum ſuarum in medio beatitudinis
שמה שכר המעשה ימצאו	Ibi mercedem operum invenient,
שמה זמן שלום. שעת כשר.	Ibi tempus retributionis, & tempus rectitudinis.
לא יפחרו משאול ולא ייראו	Non pavebunt a foſſa neque timebunt
נפשם בצרקתם הלא יצילו	Animæ eorum, bonitates eorum eas ſalvabunt
כי אז לחיי עד זבול יישאו.	Et tum ad vitam eoſque ad cœlum extollentur.
שמה פני אל רם בגיל יגילו	Ibi in aſpectu Dei excelſi in jubilo jubilabunt
שובע שמחות שם נעימות נצח	Saturitas lætitiarum ibi, ſuavitas æternitatis
טוב ירויון תמיר ועוד יוחילו.	Bono ſaturabuntur jugiter, & amplius ſperabunt.
שמה מעוטרים ירימון מצח	Ibi coronati extollent frontem
אל זיו פני עליון ולא יחצרו	Ad ſplendorem faciei Altiſſimi, & non erubeſcent,
כי יעטו לבם במעשה נצח.	Quoniam velabitur cor eorum velamimine æternitatis.
הטוב צפונם זה עדן יבערו	Bonum repoſitum illis, hoc adhuc ignorant
אישים ולמה עוד אדבר מנו	Homines; & cur amplius loquar de illo?
אם נועמו רק בזבול חקרו?	Si ſuavitatem ejus tantummodo in cœlo ſcrutabuntur.
רק נעלמים הם ישרים מנו	Tantummodo abſconditi ſunt recti a nobis
אפוא ואין שלטון למות במו	Igitur non eſt dominium morti in illos
רק יחליף כחם ויכוננו.	Tantummodo renovabit vires eorum, & confirmabit.
כן יונקות שיחים ירמו למו	Sic lactantes ubera aſſimilantur illis
יתמוללו מטה ותטעמו	Exciduntur hinc, & plantantur
במקום אשר יוסיף וצץ כחמו.	In loco, ubi creſcit & germinat vis eorum.

Sic

כן יפרחו ברום וגם מראימו	Sic florebunt in excelso, & etiam eorum aspectus
לא יוטלו מעין אנוש בארץ	Non rejiciuntur ab oculo hominis in terra,
חיים בזכרונו הלא הנימו.	Vivunt in memoriis nostris; ecce ille.
מעלליהם לא יבלה קרץ	Opera eorum non absumit excidium,
רוחם אשר שפרה מאד דעתנו	Spiritus eorum, qui ornavit valde mentem nostram
יפיץ ענן אורו ויפרוץ פרץ.	Diffindit nubem lucis, & rumpit rupturam.
לא מת ולא גוע אבי דורנו	Non mortuus est, non obiit pater nostri seculi
הוא יעקב חי רב ומורה דעת	*Jacob Vita*, Rabi, & doctor scientiæ
עוד יעקב חי חי הננו.	Adhuc *Jacob Vita* vivit certe, ecce ille.
נפשו פני צורו באור מיפערת	Anima ejus in conspectu sui formatoris in luce splendet
שם במרומים בין אשורי מעל	Ibi in excelsis inter beatos superiores
מני עדני רום בגיל שובערת.	Deliciis sublimibus in jubilo saturatur.
על כס ישרים ישבה ותעל	Super solio rectorum considet, & adscendit
מתחכמוני שם עלי השברת	Super sapientissimos, ibi assidet
רק בוטחה בל יראה ממעל.	Tantummodo confidit, & nihil timet a prævaricatione.
ידוה לבב עמי אשר אורהו	Dolebit cor populi mei, quod magister ejus
רק בעדו חשך ועוד זורח	Solum pro illo obscuratus est, & adhuc splendet
שתה בסוד שדי והוא מחסהו.	Nunc in consilio Omnipotentis, & ipse est refugium ejus.
אם כל קצין העם ילל גונח	Si omnis Dominus populi ejulat, & gemit,
כן יאתה אליו בזכרו עתה	Sic decet illum, ut memoretur nunc
כי יעצו הלך ומר צום.	Quoniam consiliarius ejus abiit, & amare clamat.
עונה וער יבכו בחיל ובעתה	Magister & discipulus lugebunt terrore, & pavore
כי אבדו רועם ואיך ימלטו	Quia amiserunt pastorem suum & quomodo salvabuntur,
עתה בלי יוסר בני עולתה?	Nunc sine illo, qui castigabat filios iniquitatis?
לולא סעיפי בי בנכרו שטו	Nisi quod cogitationes meæ in nepotem ejus inclinent
כי בו שמו גם מעשיו ראינו	Quoniam in eo nomen ejus, atque etiam opera ejus videmus.
מרפא ונחושים לעמי מטו.	Medela, & consolatio ad populum meum pervenient.

Ipse

הוא הוא ימלא יד אשר בכינו

נמצא רפואות בו למכתנו

ומזור תעלה כאשר אוינו.

התנחמי עדה ואל ישענו

ישמע לקול עצבך ודמעותיך

ישלח מבשר והוא ינחנו

יבנה דביר הראל וחומותיך:

Ipse ipse implebit manum, quam lugemus,
Invenietur medela in eo plagæ nostræ,

Et medecinam utilem, sicut desideramus.

Consolare congregatio, & Deus salutis nostræ
Attendet ad vocem doloris tui & lacrymarum tuarum,
Mittet nuncium bonum, & ille ducet nos,
Ædificabitur templum, altare, & muri tui.

Lucianus in luctu, suo more næviam matris, aut patris referens irridet. Εἶθ' ἡ μάτηρ, καὶ νὴ Δί ὁ πατὴρ ἐκ μέσων τῶν συγγενῶν προελθὼν, καὶ περιχυθεὶς αὐτῷ (πεκείσθω γάρ τις νέος καὶ καλὸς, ἵνα καὶ ἀκμαιότερον ἐπ' αὐτῷ τὸ δρᾶμα ᾖ) φωνὰς ἀλλοκότους καὶ ματαίας ἀφήησι, πρὸς ἃς ὁ νεκρὸς αὐτὸς ἀποκρίναιτ ἂν, ἡ λάβει φωνήν. Φάσι γὰρ ὁ πατὴρ γοερὸν φθεγγόμενος καὶ παρατείνων ἕκαστον τῶν ὀνομάτων ἥδιστον, τέκνον οἴχῃ μοι καὶ τέθνηκας καὶ πρὸ ὥρας ἀνηρπάσθης, μόνον ἐμὲ ἐπὶ τὸν ἄθλιον καταλιπών· οὐ γαμήσας, οὐ παιδοποιησάμενος, οὐ στρατευσάμενος, οὐ γεωργήσας, οὐκ εἰς γῆρας ἐλθών· οὐ κωμάσῃ μάλιν, οὐδ' ἐρασθήσῃ τέκνον, οὐδ' ἐν συμποσίῳ μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν μεθυσθήσῃ. *Deinde mater, atque adeo pater quoque ex mediis cognatis progressus (nam finge juvenem aliquem ac formosum propositum esse, quo magis in hunc competat actio fabulæ) absurdas ac stultas voces emittit, ad quas mortuus ipse responsurus sit, si contingat vocem recipere. Ait enim pater flebiliter flebili quadam voce verbum ununquodque producens in longum. Fili jucundissime, peristi mihi, mortuus es, ante diem præreptus es, me super hoc misero solo relicto. Non duxisti uxorem, non parasti liberos, non militasti, non coluisti agros, non ad senectam pervenisti. Non commessaberis posthac, non amabis fili, neque cum æqualibus in compotatione inebriaberis.*

X. Hymni, & Psalmi pro næniis in funere Cristianorum a Psaltriis decantati. *Cæsarius* frater S. Gregorii Nazianzeni. *Cum multiplici hymnorum cantu deducitur, celebrique pompa ad Martyrum sedes effertur &c. Psalmorum cantu luctum consopiente. Hieronymus* in funere Paulæ. *Psalmorum linguis diversis examina concrepabant. &c. Hebræo, Græco, Latino, Syroque sermone Psalmi personabant.* Et supra citatis verbis subjungit; *alios Episcoporum choros psallentium duxisse. Nyssenus triplicis canentium ordinis meminit. Hieronymus* iterum in funere Fabiolæ. *Sonabant Psalmi, & aurea tecta templorum roboans in sublime quatiebat Alleluja. Hic juvenum chorus, ille senum, qui carmine laudes fœmineas, & facta ferunt. Victor* Uticensis lib. 1. de Persec. *Quis sustineat atque possit sine lacrymis recordari, dum præciperet nostrorum corpora defunctorum sine solennitate hymnorum cum silentio ad sepulcrum perduci? Johannes Chrysostomus* Hom. 4. in Epist. ad Hebr. *Dic mihi, quid sibi volunt istæ lampades tam splendidæ? Nonne sicut athletas mortuos comitamur? Quid etiam hymni? Nonne ut Deum glorificemus, eique gratias agamus, quod jam coronavit discedentem, quod a laboribus liberavit, quod a timore liberatum apud se habet.* Psallentes alteri alteris succedebant teste *Hieronymo* in funere Paulæ. *Psalmis in ordine personabant, non solum triduo donec subter Ecclesiam, & juxta specum Domini conderetur, sed per omnem hebdomadam cunctis, qui venerunt, suum funus, & proprias credentibus lacrimas.*

CAPUT V.

De sepultura.

I. *Humatio antiquissima, & naturæ magis consentanea quam combustio.* II. *Humati mortui primum in domibus, & in puteis deinde in lucis & cavernis, & montibus, postremo in hortis, vallibus, & agris, ad vias & ad portas urbium sepulti.* III. *Posterioribus temporibus combusta cadavera.* IV. *Num regum Hebræorum combusta cadavera?* V. *Pyra.* VI. *Vestes pretiosissimæ, aurum, argentum, gemmæ, aromata &c. in pyram conjecta.* VII. *Venti invocati, ut cito pyra conflagraret.* VIII. *Pyra accensa a parentibus, filiis, sanguine proximis, aversi incendebant.* IX. *Cœna feralis.* X. *Epitaphia.*

I. HUmatio antiquissima, & naturæ magis consentanea quam combustio. *Plinius* lib. 11. cap. 63. *Sic hominum illa*

illa ut cœlum Dei, quæ nos naſcentes excepit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper, noviſſime complexa gremio, jam a reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater operiens, nullo magis ſacramento, quæm quo nos quoque ſacros facit, etiam monumenta ac titulos gerens, nomenque prorogans noſtrum, & memoriam extendens, contra brevitatem ævi. Cicero de leg. II. *Quod redditum eſt terræ corpus, & ita locatum ac ſitum, ut quaſi operimento matris obduceretur.* *Philo* lib. in Flaccum. Ανθρώποις ϰ̀ πασι χερσάιοις οἰκειότερον ἡ φύσις χωρίον ἀπένειμε γῆν, οὐ μόνον ζῶσιν, ἀλλὰ ϰ̀ ἀποθανοῦσιν ἵν᾽ ἡ αὐτὴ καὶ τὴν πρώτην ὑποδεχήται γένεσιν, ϰ̀ τὴν ἐκ τοῦ βίοῦ τελευταίαν ἀνάλυσιν. *Hominibus & omnibus terreſtribus animalibus naturæ magis propriam regionem terram tribuit, non ſolum viventibus, ut ipſa & primum ſuſciperet ortum, & a vita ultimam reſolutionem.* Servata corpora vel Ethnici teſtantur ob internum futuræ reſurrectionis ſenſum. *Phocilides* ethnicus poeta.

> Οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀιαλύομεν ἀνθρώποιο
> Καὶ τάχα δ᾽ ἐκ γάιης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν
> Λείψαν᾽ ἀποιχοιμένων, ὀπίσω δὲ θεοι τελέθονται.

> *Non diſſolvimus pulchram hominis harmoniam,*
> *Etenim ſubito e terra ſperamus in lucem venturas*
> *Reliquias defunctorum, qui poſtea dii fiant.*

Hinc ſepulcra *domus appellantur.* *Job* XXX. 13. כי ידעתי מות חשיבני ובית מועד לכל חי׃ *Quoniam novi quod me ad mortem rediges, & domum condictam omni viventi.* *Iſai.* XVI. 18. כל מלכי גוים כלם שכבו בכבוד איש בביתו׃ *Omnes reges gentium, omnes cubaverunt glorioſe, unuſquiſque in domo ſua;* ſcil. in ſepulcro ſuo, ita *Emanuel Sa*, & *Menochius*. Ægyptii teſte *Diodoro Siculo* lib. I. Bibliot. ἀϊδίους οἴκους ſepulchra appellabant. *Chaldæos domum dormitionis*, *domum ſepulchri* appellare annotat *Druſius* comment. in *Job*. Græci κοιμητηριον *dormitorium*. *Paulus* Apoſtolus 2. *Corinth.* V. I. *terreſtrem domum*, & *Sapientia* IX. 15. *terrenam habitationem* appellant. *Cicero* I. Tuſc. *portum* appellat *neque ſepulcrum quo recipiat* (legendum forte recipiatur) *habeat portum corporis; ubi remiſſa humana vita corpus requieſcat a malis.* Paſſim *quietoria*, *repoſitoria* appellantur.

II. Mortui antiquitus in domibus recondebantur. Samuel I. *Sam.* XXX. I. dicitur domi ſuæ ſepultus. וימת שמואל ויקבצו כל ישראל ויספדו לו ויקברהו בביתו ברמה. *Et mortuus eſt Samuel, & congregati ſunt univerſus Iſrael, & fleverunt illum, & ſepelierunt eum in domo ſua in Ramah.* Et Joab I. *Reg.* II. 34. ויקבר בביתו במדבר. *Et ſepultus eſt in domo ſua in deſerto.* Et Manaſſe 2. *Chron.* XXXIII. 20. וישכב מנשה עם אבותיו ויקברהו ביתו. *Et dormivit Manaſſe cum patribus ſuis, & ſepelierunt eam in domo ſua.* Hoc credi non poteſt ob immunditiem ſepulcris competentem. *Num.* XIX. 16. Quapropter per *domum* intelligi poteſt, quod domui adhæret, puta hortus &c. Herodotus lib. II. de Ægyptiis. Ενθεῦτεν δὲ παραδεξάμενοι μιν οἱ προσήκοντες ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα ποιησάμενοι δὲ, ἐσεγγνῦσι τὸν νεκρὸν, ϰ̀ κατακληΐσαντες οὕτω, θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκοίῳ, ἱστάντες ὄρθὸν πρὸς τὸιχον. *Eo deinceps recepto* (cadavere condito) *propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in qua mox inferunt mortuum, atque ita incluſum reponunt in loco ſepulcrorum loculis dicato, & rectum ſtatuunt ad parietem.* *Cicero* I. Tuſc. *Condiunt Ægyptii mortuos, & eos domi ſervant.* *Mela* lib. I. cap. 9. *Mortuos nec cremare, nec fodere fas putant, verum arte medicatos intra penetralia collocant.* *Silius Italicus Punic.* XIII.

> *— — — — Ægyptia tellus*
> *Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxa*
> *Corpora, & a menſis exanguem haud ſeparat umbram.*

Cicero II. de Leg. *At mihi quidem antiquiſſimum ſepulturæ genus videtur, quod apud Xenophontem Cyrus utitur. Redditur enim terræ corpus, & ita locatum & ſitum quaſi operimento matris obducitur. Eodemque ritu in eo ſepulcro non procul a fontis ara regem noſtrum Numam conditum accepimus gentemque Corneliam uſque ad memoriam noſtram hac ſepultura ſcimus uſam*: Sepulcro Cyri hoc Epitaphium fuit impoſitum.

> *Vir quicunque es, & undecunque advenis*
> *(Neque enim te adventurum ignoravi) ego ſum*
> *Cyrus, qui Perſis imperium conſtitui, puſillum*
> *Hoc terræ, quo meum tegitur corpus, mihi ne invideas.*

Xenephon Cyrop. lib. VIII. de eodem Cyro. *Mei pueri, cum deceſſero, nolite neque in argento, neque in aliquo lapide callocare, ſed illud terræ reddite quampri-*

primum. Quid enim hac re beatius, quam terræ misceri, quæ pulchra omnia bona gignit, & nutrit? Arnobius lib. VI. adversus gentes scribit Cecropem *Athenis in Minervio terræ mandatum. Euripides* in supplicibus Theseum sic alloquentem adducit.

> *Jam sinite terræ mortuos, gremio tegi,*
> *Res unde quæque sumserat principium,*
> *Eo recipitur, spiritus cœlo redit,*
> *Corpusque terræ: jure nec enim mancupi*
> *Sed brevis ad ævi tempus utendum datum*
> *Mox terra repetit ipsa, quod nutriverat.*

Lucianus de luctû; Ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος ȣ μέντοι, λέγω δὲ ἰδών, ξηρώσας τὸν νεκρὸν, σύνδειπνον, καὶ συμπότην ἐποιήσατο. *Muria condit Ægyptius; atque hic quidem (rem visam a me narro) desiccatum cadaver convivam, & compotorem adhibet. Athanasius* Episcopus Alexandrinus in vita S. Antonii. *Mos est Ægyptiis nobilium, & præcipue beatorum Martyrum corpora linteamine quidem involvere, & studium funeri solitum non negare; terra vero non abscondere, sed super lectulos domi posita reservare; hunc honorem quiescentibus, inveterata consuetudinis vanitas tradidit. Damascenus* Orat. I. de Imag. Ἴσμεν τὸν μακάριον Ἀθανάσιον, ἀπηγορευκότα τὸ ἐν λάρνακι τεθῆναι τὰ τῶν Ἁγίων λείψανα, μᾶλλον δὲ προστάττοντα ὑπὸ γῆν ταῦτα καλύπτειν, τὸ ἄτοπον ἔθος τῶν Αἰγυπτίων καταργῆσαι, βουλόμενον, οἳ τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς οὐχ ὑπὸ γῆν ἔκρυπτον, ἀλλ' ἐπὶ κλινῶν καὶ σκιμποδίων ἐτίθουν. *Scimus beatum Athanasium sanctorum reliquias non in urnis collocandas, sed humi condendas esse eo consilio censuisse, ut absurdum Ægyptiorum morem abnegaret, qui suos mortuos non sub terra condebant, sed in lectulis, & scimpodiis collocabant.* Romani quoque antiquitus in ædibus sepeliebant mortuos. *Isidorus* lib. X. cap. II. *Sepulcrum a sepulto dictum est. Prius autem in domo quisque sepeliebatur; Inde lares quoque celi cœperunt.* Et lib. XIV. *Prius autem quisque in domo sua sepeliebatur. Postea vetitum est legibus, ne fœtore ipso corpora viventium contacta inficerentur. Serv.* Æneid. VI. *Apud majores omnes homines in suis domibus sepeliebantur; unde ortum est, ut lares quoque colerentur in ædibus.* Idem lib. V. Æneid. *E foro domum suam referebant mortuos: Unde & apud* Virgilium lib. VI.

> *Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulcro.*

Sequentibus seculis a nonnullis id factitatum. *Statius* in lacrymis Etrusci.

> *Non totus rapiore tamen, nec funera mittam*
> *Longius, hic manes, hic intra tecta tenebo.*

Seneca lib. IV. controv. *Cineres meorum in sepulcro video; magnum solatium est appellare nomina filiorum non responsura.* Erant unicuique cellæ. *Phlegon Trallianus* de Mirab. *Aperta vero cella, in qua posita omnium familiarium cadavera, in aliis quidem lectis conspiciebantur corpora. Conditoria dicebantur. Solinus* cap. V. *Quorum reliquiæ in conditorio Salustianorum videntur: Plinius* lib. XXXVIII. cap. II. *Quæ in dolorem credo seculi invidiamque fortunæ tanquam Alexandri Magni corpus in conditorio servari ostentarentur, placebat. Petronius* in Satyr. *In conditorium etiam prosecuta est defunctum.* Ante conditorium erat protectum, sive suggrunda, ubi sepeliebantur infantes intra quadragesimum diem mortui, unde & sepulcra eorum *suggrundaria* dicebantur. In puteis etiam sepulti. *Festus: Puteolos antiquissimum genus sepulturæ appellabant, quod ibi in puteis sepelirentur homines.* Varro lib. IV. de L. *extra oppida a puteis puticulæ. Quod ibi in puteis obruebantur homines; Nisi potius Ælius scribit; Puticulæ, quod putrescebant ibi cadavera projectu, qui locus publicus extra Exquilias.*

Vetitum deinde legibus in urbe mortuos sepelire. Lege XII. tabularum cautum fuit. *Hominum mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. Cicero* 2. de leg. *In urbe sepeliri lex vetat; sic decretum est a Pontificum collegio, non esse jus in publico loco fieri sepulcrum. Statuit enim collegium locum publicum non potuisse privata religione obligari.* Hadrianus quoque teste *Ulpiano* l. 3. §. D. *Rescripsit & postea statuit pœnam quadraginta aureorum in eos, qui in civitate sepulcrum faciunt.* Item vetuere Diocletianus, & Maximianus Cæsares, ut testatur *Julius Paulus.* lib. I. Sent. *Corpus in civitatem inferre non licet, ne funestarentur sacra civitatis, & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.* Idque observatum etiam apud alias gentes. *Cic.* Epist. fam. lib. IV. epist. 12. ubi Servius Sulpitius Ciceroni scribens de Marcello Athenis mortuo: *Ab Atheniensibus* (inquit) *locum sepulturæ, ut darent intra urbem, impetrare non potui, quod religione mi-*

impediri se dicerent, neque ante id cuiquam concesserant. Contra Lycurgus *Plutarcho* teste in ejus vita permisit mortuos in urbe sepeliri. *Primum omni superstitione sublata mortuos intra urbem humari monumentaque prope templa, poni non prohibuit; hujusmodi spectaculis adolescentes adsuefaciens, ne mortis recordatione perturbarentur, eamque exhorrescerent, quasi eos, qui cadaver tetigissent, aut per sepulcretum transissent, polluerentur*. *Strabo* de Deliis lib. x. *Rhenea insula est exigua & deserta intra quartum a Delo stadium, ubi monumenta sunt Deliorum, nam mortuum in Delo sepelire non fas neque cremare*.

Concessa tantum viris illustribus in urbe sepultura. *Cicero* lib. II. de leg. *Plutarchus* in vita Valerii Publicolæ. *Sepultus vero & hic est plebiscito intra urbem juxta Veliam, & universo ejus generi illic sepeliri concessum*. Idem ibid. *Quid? Qui post* XII. *in urbe sepulti sunt clari viri? M. Credo, Tite fuisse aut eos, quibus hoc ante legem virtutis causa tributum est, ut Publicolæ ut Tuberto, quod eorum posteri tenuerunt, aut eos, si qui hoc, ut C. Fabricius virtutis causa, solutis legibus consecuti sunt*. Teste *Servio* Æneid. II. Imperatores, & Virgines Vestales in urbe sepulti. *Ante omnes in civitate sepeliebantur, quod postea Duilio Consule Senatus prohibuit, & cavit, nequis in urbe sepeliretur. Unde Imperatores & virgines Vestæ, quia legibus non tenerentur in civitate habebant sepulcra. Denique etiam nocentes Virgines, licet vivæ, tamen intra urbem in campo scelerato obruebantur*. De virginibus vestalibus testatur quoque *Diony*. Halicarn. l. II. *Vivæ funebri ritu & pompa efferuntur, amicis ac cognatis cum luctu ac lacrymis comitantibus. Delatæ autem ad portam Collinam intra muros subterranea in cella cum funebribus ornamentis deponuntur:* Et *Plutarchus* in Numa. *Sceleratus campus prope portam Collinam in quo Virgines Vestales quæ incestum fecerunt, vivæ defodiuntur*. Solus Trajanus ex Cæsaribus, si fides sit *Eutropio* in urbe sepultus. *Solus omnium Imperatorum intra urbem sepultus est. Ossa ejus collocata in urna aurea, in foro quod ædificavit sibi, columna ibi posita sunt, cujus altitudo* CXI. *pedes habet*. Ceteri Imperatores & viri illustres in campo Martio, qui fuit locus extra Urbem, juxta portam Flaminiam sepulti teste *Strabone*. *Itaque Romani hunc locum maxime sacrum & venerabilem rati, illustrium virorum ac mulierum sc. Syllæ, Hirtii, Pansæ, Drusi, Oppii, Juliæ monumenta ibi collocarunt*.

In Græcia Coloniarum ductores, & Tyrannicidæ in media urbe sepeliebantur. *Pindari* Scholiastes Olymp. Od. I. *Colonias qui deduxerunt in mediis urbibus sepeliebantur ex more*. De Tyrannicidis *Quintilianus* declam. 329. *Ad exemplum posteritatis ostenditur in foro sepulcrum, nequis audeat tyrannus esse; ut omnes homines monumentis ejus sciant quibus præmiis adversus tyrannos tyrranicidæ armentur*. *Plutarchus* de Timoleonte. *Humatum est corpus ejus in foro*. Idem de Arato Sicyoniorum duce in ejus vita. *Ad hunc modum cum fato functus Ægii in* XXII. *Prætura esset contenderuntque Achæi illic ut justa ei & monumenta ex vitæ dignitate fierent, calamitatem duxerunt Sicyonii, nisi conditum corpus apud ipsos foret, flexeruntque Achæos, ut id permitterent. Quia vero vetus lex, humari quemquam intra urbis mœnia vetabat, & gravis adjuncta legi erat religio; Delphos miserunt ad consultandum super ea re vatem, qui hasce sortes dedit*.

> *Consultat Sycion tellus, natalis Arati*
> *Dii justi semper, festis quoque concelebrandis*
> *Defuncti Herois, verum illum, si qua gravant, sunt*
> *Et maris & cœli, terræque piacula crassæ*.

Allato hoc oraculo Achæi cuncti gavisi sunt, Sicyonii præcipue, qui converso in festum luctu, protinus corpus in Ægio coronati, & candidis amicti vestibus, carminibus & tripudiis, locoque delecto conspicuo & conditorem & servatorem urbis ibi funerarunt. Appellatur usque ad hanc memoriam locus Aration. Sacra ei faciunt semel, quo die civitatem a tyrannide vindicavit, quinto mensis Dæsii, quem Athenienses Anthesteriona nominant.

Rex David & ejus posteri reges in civitate Hierosolymæ, sive Sion sepulti sunt. I. *Reg.* וישכב דוד עם אבותיו ויקבר בעיר דוד: *Et obdormivit David cum patribus suis, & sepultus est in civitate David*. Civitas David erat Sion. Ejus monumentum post J. Christi mortem adhuc extabat, uti constat *Actor*. II. 29. Salomon ejus filius ibi quoque sepultus est. I. *Reg.* XI. 45. וישכב עם אבותיו ויקבר בעיר דוד אביו: *Et dormivit Salomo cum patribus suis, & sepultus est in civitate David patris sui*. Et ceteri reges. Eorum sepulcra erant in agro seu in horto regalis palatii in extremitate montis Sion. 2. *Chron.* XXVI. 23. Ozias dicitur sepultus in agro regalium sepulcrorum, eo quod esset leprosus, non autem in regis sepulcris וישכב עזיהו עם אבותיו ויקברו אתו בשדה הקבורה אשר למלכים כי אמרו

מצורע הוא: *Et dormivit Ozia cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in agro ſepulcrorum regiorum, quia dixerunt: leproſus ille*. Idem de Joram legitur ibidem xxi. 20. ויקברהו בעיר דויד ולא בקברות המלכים: *Et ſepelierunt eum in civitate David, at non in ſepulcris regum*. Et de Joas ibid. xxiv. 25. ויקברהו בעיר דויד ולא קברו בקברות המלכים: *Et ſepelierunt eum in civitate David, at non in ſepulcris regum*. Et de Achaz ibid. xxiii. 27. Lex de non ſepeliendis in civitatibus mortuis abrogata fuit a Leone Imperatore. *Ne igitur ullo modo inter civiles hæc lex recenſeatur, ſancimus, quia potius, ut a conſuetudine recte contemnitur, ſic etiam decreto noſtro prorſus reprobatur; quicumque autem ſive extra muros, ſive intra civitatem ſepelire mortuos volet, perficiendæ voluntatis facultatem habeat*.

Deinde in cavernis, & ſpeluncis ſepulti. Sara, Abraham, Iſaach, & Jacob in ſpelunca ſepulti. *Geneſ.* xxiii. 8. ויקם אברהם וישתחו לעם הארץ לבני חת וידבר אתם לאמר אם יש את נפשכם לקבר את מתי מלפני שמעוני ושנעו לי בעפרון בן צחר ויתן לי את מערה המכפלה אשר לו אשר בקצה שדהו בכסף מלא יתננה לי בתוככם לאחות קבר וגו' ואחרי כן קבר אברהם שרה אשתו אל מערת שדה המכפלה על פני ממרא הוא בארץ כנען: *Et ſurgens Abraham ſe incurvavit populo terræ filiis Cheth. Et dixit illis dicendo: Si eſt beneplacitum animæ veſtræ ut ſepeliam mortuum meum a conſpectu meo, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Tſochar; ut det mihi ſpeluncam duplicem, quæ eſt illi in extremo agri ſui, argento pleno det eam mihi in medio veſtri in poſſeſſionam ſepulcri &c. Et poſtea ſepelivit Abraham Saram uxorem ſuam in ſpelunca agri duplici quæ eſt e regione Mamre, illa eſt Hebron in terra Chanaan*. Quæ fuerit hæc ſpelunca, quæ vulgo dicitur duplex, audiendus eſt *Zornius* in Bibliot. Antiquar. pag. 600. *Ceterum* (inquit) *quod ad locum Geneſ.* xxiii. 9. *attinet non admodum conſtat, qualis fuerit illa* מערה מכפלה Spelunca Macpelah. Speluncam duplicem *convertunt* Vulgatus, Græci, Samaritanus, Onkeloſus, Syrus, Arabs. *In* Bereſith Rabbah *ſect.* 6. 2. *vocatur* דיטרין Dutaran *quaſi* duplex antrum, *quomodo autem duplex fuerit, mire æſtuant eruditi. Hebræi plerique exiſtimant duplicem dici eo quod duplex fuerit, una ſuperior pro marito, inferior altera pro conjuge*. Jarchius, *quod fuerit duplex conjugibus* שכפולה בזוגות: *puta Adamo & Evæ, Abramo & Saræ, Iſaaco & Rebeccæ &c.* Abeneſra *putat fuiſſe ſpeluncam in medio ſpeluncæ. Alii ariolantur fuiſſe foſſam, quæ ad ſpeluncam duceret, ita ut per foſſam aditus patuerit ad ſpeluncam, in qua jacebat mortuus*. Salmaſius *in exercit. Plin.* pag. 1208. *exiſtimat ſimpliciſſimum eſſe*, ſpeluncam duplicem *accipere ut Græci appellant* ἀμφίδυμα σπήλαια τὰ διπλᾶ quæ duplicem habent aperturam, *ut ex duabus partibus ingreſſum, duplicemque adeo hiatum haberet. Quomodo portus* ἀμφίδυμοι *dicuntur* διπλοῖ, καὶ ἑκατέρου μέρους ἔσπλουν ἔχοντες, ad quos aditus duabus ex partibus patet. *Ceterum nulli harum interpretationum facile aſſentitur* Heideggerus *Tom.* ii. *hiſt. S. Patriarch.* Exercit. iii. §. 58. pag. 131. *quod* מכפלה *non tam appellativum, uti omnes hi faciunt, quam proprium nomen agri fuiſſe potius videatur. Etenim uti ſpelunca, ita quoque ager dicitur* שדה מכפלה ager Macpelach v. 19. *Quod ſi igitur ob quamcunque harum cauſarum ſpelunca dicitur* מכפלה *quo quæſo ſenſu ipſum agrum dicemus* מכפלה Macpela? *Tum & v.* 17. *ſpelunca fuiſſe dicitur* במכפלה לפני ממרא, in Macpela coram Mamre, *hoc eſt in tali loco, qui erat e regione Mamre. Unde apparet* מכפלה *nomen loci fuiſſe. Igitur tam ager, quam ſpelunca* Macpela *dicitur, quia utraque in eo tractu fuit, qui* Macpela *dicebatur; neque inſolens eſſe nomina propria ſive perſonarum, ſive locorum ab interpretibus appellative accipi, & contra, oſtendi poſſet exemplis. Neque enim obſtat, quod* ה *dictioni* מכפלה *præfixum eſt, quod alias nominibus propriis alienum eſſe videtur. Alia enim ratio eſt nominum propriorum perſonæ, alia propriorum loci. Poſteriora admittunt ſæpius. Quin & nomina propria perſonæ* ה *præfixum habent, ſi ſimul ſint, aut eſſe poſſint appellativa. Confer* Num. iii. 21. i. Sam. xxiii. 19. xxvi. 1. 3. Vid. *Joh. Nicolai* tractat. de ſepulcris Hebræorum lib. iii. cap. 10. *Joh.* xi. 28. ſeq. memoratur Lazari ſepulcrum, quod fuerit *ſpelunca lapide occluſa*; Græc. σπήλαιον καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ. Optime *Syrus Spelunca, & lapis appoſitus erat ad oſtium ejus*. Huic ſimile fuiſſe videtur Chriſti ſervatoris ſepulcrum, de quo fit mentio *Matth.* xxvii. 60. *Marc.* xv. 46. *Luc.* xxiii. 53. ἐν τῇ πέτρᾳ ἐλατόμησε, ſc. *monumentum effoſſum a Syro* appellatur, ſc. ex petra exciſum ex ſola rupe; nam ſolum circa Hieruſalem ad ſexageſimum uſque lapidem ὑπόπετρον *ſaxoſum, petroſum* erat teſte *Strabone* Etymologici autor. *Olim in cavernis terræ ſepeliebant, neque ferro neque ære utentes*. Notæ & celebres ſunt *cryptæ* ſeu catacumbæ, de quibus præter *Boſium* & *Arringhium* in Roma ſubterranea, conſulandæ ſunt *Torrigii*

rigii cryptæ ſacræ Vaticanæ Italice editæ; *Job. Herbinii* cryptæ Kilionienſes; De cryptis Ægyptiorum agit *Kircherus* Ædip. Ægypt. pag. *399*. De cryptis Romanis *Hieronymus* ita ſcribit in cap. x. *Ezech. Dum eſſem Romæ puer, & liberalibus ſtudiis erudirer, ſolebam cum ceteris ejuſdem ætatis, & propoſiti, diebus Dominicis ſepulcra Apoſtolorum, & Martyrum circumire, cebroque cryptas ingredi, quæ inter terrarum profunda defoſſæ ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora ſepultorum, & in obſcuro ſunt omnia, ut propemodum illud propheticum compleatur:* Deſcendant in infernum viventes: *Et raro deſuper lumen admiſſum horrorem temperet tenebrarum, ut non tam feneſtram, quam foramen demiſſi luminis putes; rurſumque pedetentim acceditur, & cæca nocte circumdatis, illud Virgilianum proponitur.* Horror ubique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent.

Præterea præſtantiſſimi viri in montibus ſepulti. *Num.* XXXIII. 38. Aharon mortuus & ſepultus eſt in monte *Hor.* ויעל הארון הכהן אל הר ההר על פי יהוה וימת שם: *Et adſcendit Aharon Sacerdos in montem Hor ex dicto Domini, & mortuus eſt ibi. Deut.* XXXII. 49. 50. Joſue in monte Ephraim *Joſ.* XXIV. 30. ויהי אחרי הדברים האלה וימת יהושע בן נון ונו' וקברו אתו בגבול נחלתו בתמנתסרח אשר בהר אפרים מצפון להר געש: *Et fuit poſthæc, & mortuus eſt Joſue filius Nun ſervus Domini; & ſepelierunt eum in termino hæreditatis ſuæ in Thamnathſare, quæ eſt in monte Ephraim ad aquilonem montis Geas.* In eodem monte ſepultus eſt Eleazer filius Aharon, uti dicitur ibid. verſ. 33. ואלעזר בן אהרן מת ויקברו אתו בגבעת פינחס בנו אשר לו בהר אפרים: *Et Eleazer filius Aharon mortuus eſt, ſepelierunt eum in Gabaath Phinees filii ejus, quæ data eſt ei in monte Ephraim* 2. *Regum* XXIII. 16. ויפן יאשיהו וירא את הקברים אשר שם בהר וישלח ויקח את העצמות מן הקברים וישרף על המזבח: *Et converſus Joſia vidit ſepulcra, quæ ibi erant in monte, & miſit & cepit oſſa de ſepulcris, & combuſſit ſuper altare.* 1. Mach. XIV. 27. *Et miſit Simon & accepit oſſa Jonathæ fratris ſui, & ſepelivit ea in Medin.* Modin erat civitas Palæſtinæ in Juda in monte exciſa.

Similiter apud reliquas gentes nobiliores in montibus ſepulti. *Virgilius* Æneidem 11.

> —— *fuit ingens monte ſub alto*
> *Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum.*

Ubi *Servius*. *Apud majores nobiles aut ſub montibus, aut in montibus ſepeliebantur. Lucanus* lib. III.

> *Et regum cineres extructo monte quieſcunt.*

Amelius Victor de origine gentis Romanæ. *Poſt illum regnavit Aventinus Sylvius, iſque finitimis bellum inferentibus in dimicando vulneratus, ab hoſtibus proſtratus eſt, ac ſepultus circa radices montis, cui ex ſe nomen dedit. Lycophron.*

> *At tres ſepeliunt Corcaphi valles cavæ.*

Theocritus Idyl. 1.

> —— *Helices juga linque, & celſa ſepulcra*
> *Sacra Licaonides* ——

Stobæus lib. VI. *Oſtenduntur vero Dauniæ circa collem, cui Drium nomen heroa; hoc Calchanti in ſupremo cacumine, illud infra ad radicem; & hæc* ἡρῶα *nuncupabantur, ut iſta* ἱερά: *Iſidorus* lib. II. cap. II. *Apud majores potentes in montibus ſepeliebantur; inde factum eſt, ut ſuper cadavera aut pyramide fierent, aut ingentes columnæ collocarentur.* Gualterius in tabulis Siciliæ. *Monumenta ad montes vetuſta paſſim per Siciliam reperiri, imprimis Pantalicæ in ditione Caſ. Cajetani, ubi præruptis hinc inde collibus ab imo ad eorum faſtigia uſque ea exciſa. Quæ cum innumera ſint, qua ſublimioris, qua abjectioris ſortis mortalibus conditoria fuiſſe autumat. Ambroſius Leo* in deſcriptione urbis Nolæ lib. III. cap. 2. *Ætatem quæ ſecuta eſt illam priſcam in excavatis in monte verrucave aliqua magnis concameratiſque cuniculis, quæ aliquanto tractu ſemota ſint ab urbe, excavaſſe ſepulcra ſingulis defunctis quæ ſicut capſæ longa ſerie, & ſibi hærentes ordinatæ, tum in dextro, tum in lævo cuniculi latere ſoloque calle, qui in medio eſt cuniculo relictus diſcriminante ſtructa ſpectantur. Atque ita in viſceribus montium & terræ factam eſſe veluti civitatem mortuorum, ubi tanquam per vicinias, ita per cuniculos iretur. Neapoli, atque Syracuſis ejuſmodi mortuorum civitates excavatas etiam nunc eſt cernere, quamquam neque tempeſtate noſtra, neque longis anteactis temporibus quiſquam in eis conditus ſit.*

In hortis ſepulti. 2. *Reg.* XXI. 18. וישכב מנשה עם אבתיו ויקבר בגן ביתו בגן עזה: *Et dormivit Manaſſe cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in horto domus ſuæ,*

in horto Oza: Similiter Ammon ejus filius sepultus in horto ibid. v. 26. ויקבר אתו בקברתו בגן עזא: *Et sepelivit eum in sepulcro suo in horto Oza.* Idem dicendum de Samuele, & de Joab, qui dicuntur sepulti in *domo sua*, sc. in horto contiguo domui suæ. Servator noster in horto sepultus *Joh.* XIX. 41. *Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat; Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum.* Hinc Gentiles sepulti in lucis, quod ibi lares viales, animæ Heroum habitare crederentur. *Cicero* pro Milone x. *Albanos lucos, & tumulos obtestatur, quod in illis sint tumuli.* Teste *Svetonio* c. c. Augustus sepulcro suo lucos adjecit: Hinc religio lucorum; Passim in Scriptura cultus Idololatrici lucorum extant monumenta. A Deo passim Israelitæ jubentur cædere, & comburere lucos. *Exod.* XXXIV. 13. כי את מזבחתם תתצון ואת מצבתם תשברון ואת אשריו תכרתון: *Et altaria eorum infringetis, & statuas frangetis, & lucos succidetis. Deut.* XII. 2. אבד תאבדון את כל המקמות אשר עבדו שם הגוים אשר אתם ירשים אתם את אלהיהם על ההרים ועל הגבעות ותחת כל עץ רענן ונתצתם את מזבחתם ושברתם את מצבתם ואשריהם תשרפון באש: *Perdendo perdetis omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quæ possessuri estis, deos eorum super montes excelsos, & sub omni arbore frondosa; diruite aras eorum, & infringite statuas eorum, & lucos eorum comburite igni.* Sub arboribus sepulti. Debora nutrix Rebeccæ sub quercu sepulta. *Genes.* XXXV. 8. *Et mortua est Debora nutrix Rebecca & sepulta est ad radices Bethel sub quercu, vocatumque est nomen loci illius: quercus fletus.* Saul in Jabes sub Eschel 1. *Sam.* XXXI. 13. ויקחו את גוית שאול ואת גוית בניו מחומה בית שן ויבאו יבשה וישרפו אתם שם ויקחו את עצמותיהם ויקברו תחת האשל ביבשה: *Et acceperunt corpus Saul, & corpora filiorum ejus de muro Bethsan, & venerunt Jabes Galaad, & combusserunt ea ibi, & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt ea sub Eschel in Jabes?* De *Allon*, & *Eschel* vid. *Henr. Ursin.* Arbor. Bibl. cap. XIII. 2. p. qui glandiferas arbores interpretatur.

In valle sepultus est Mose *Deut.* XXXIV. 6. וימת שם משה עבד יהוה בארץ מואב על פי יהוה ויקבר אתו בני בארץ מואב: *Et mortuus est ibi Mose servus Domini in terra Moab jubente Domino, & sepelivit eum in valle in terra Moab.* In valle Kedron memorantur sepulcra filiorum populi, 2. *Reg.* XXIII. 6. ויצא את האשרה מבית יהוה מחוץ לירושלם אל נחל קדרון וישרף אתה בנחל קדרין וידק לעפר וישלך את עפרה על קבר בני העם: *Et extulit lucum de domo Domini extra Hierusalem ad vallem Kedron, & combussit illum in valle Kedron, & reduxit in pulverem & projecit pulverem super sepulcretum filiorum populi.* Celebres sunt vallis Kedron, seu Josaphat, & vallis ben Hinnom, quarum illa immani demissa sinu jacet inter latus Hierosylimæ orientale, ac montem Oliveti, uti scribit *Joseph.* de bell. Judaic. VII. Utramque teste *Adrichomio* in delin. Jerusal. rigat Kedron torrens. Hæc vallis propter sepulcra dicta est vallis cadaverum cineris, calvariæ, & regio mortis. *Jerem.* XXXI. 40. וכל העמק הפגרים והדשן וכל השרמות עד נחל קדרון עד פנת שער הסוסים מזרחה: *Et omnem vallem cadaverum, & cineris, & universam regionem mortis usque ad torrentem Kedron ad angulum portæ equorum orientalis.*

Sepulti in agris. Abraham & Sara &c. sepulti sunt in sepultura, quæ erat in agro Macpelach, uti supra vidimus. Joseph in agro Sichemitico sepultus est *Jos.* XXXIV. 32. ואת עצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים קברו בשכם: *Et ossa Joseph, quæ deportaverant filii Israel ex Ægypto, sepeliverunt Sichem.* Vid. *Job. Bened. Carpzovii* diss. de Sepultura Josephi Patriarchæ, quam in hoc volumine edendam curavimus. *Matth.* XXVII. 6. 7. *Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt non licet eos mittere in Corbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum.* Dictus ager figuli, quod ibi argilla esset, ex qua figuli conficerent vasa, vel quod esset locus sterilis, in quem conjicerentur vasa fracta, quod verosimile est, cum vili pretio emptus fuerit. Apud gentes quoque agri steriles ad sepulturam electi. *Plato* de leg. lib. XII. *Nullum in agro fœcundo & agro ad culturam apto sepulcrum fiat, sed is locus corpora defunctorum recipiat, qui ad cetera inutilis. Nec enim a vivis, nec a mortuis terræ fœcunditas impedienda est. Cicero* lib. II. de leg. *Ex agro culto, eove qui coli possit, nullam partem sumi sepulcro, sed quæ natura agri tantummodo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento recipiat.*

Reliquarum gentium passim sepulcra in agris. *Cicero* pro Roscio. *Cui de tanto patrimonio ille nefarius prædo ne iter quidem ad sepulcrum patrium reliquisset.* Præstantissimi Viri, & Cæsares in Campo Martio sepulti; *Strabone* teste: *Itaque Romani hunc locum maxime sacrum & venerabilem rati, illustrissimorum virorum ac mu-*

mulierum ſc. *Syllæ*, *Hirtii*, *Panſæ*, *Druſi*, *Oppii*, *Juliæ monumenta ibi collocarunt*. Similiter Athenienſium celeberrimi in Academia ſepulti, ſicut teſtatur *Pauſanias* in Atticis. *Athenis in Academia* (qui locus ager, aut hortus erat), *Gymnaſio extra muros clariſſimorum virorum ſepulcra viſebantur*, *Thraſybuli Lyci F. qui cum quadraginta ſociis Thebas profectus*, *tyrannorum triginta dominatum evertit; Item Periclis*, *Chariæ*, *& Phormionis*. *Eorum omnium*, *qui aut navalibus aut terreſtribus præliis oppetiere*, *iis exceptis*, *qui ad Marathonem ceciderunt*, *quibus eodem quo occubuere loco*, *ſepulcra erecta fuere &c. In Marathoniis campis tumulus eſt*, *qui in pugna contra Perſas ceciderunt*, *& ex eo pilæ eminent*, *in quibus cæſorum nomina*, *& tribus inſcriptæ ſunt*. *In his ipſis campis audiuntur per totam noctem equorum hinnitus*, *& pugnantium etiam virorum ſpecies cernuntur*. *Atque hæc quidem qui de induſtria auditum ſpectatuamve venerint*, *male mulctati abeunt: iis vero qui de fortuito animadverterint*, *nihil omnino unquam triſte accidit*.

Sepulcra plerumque ad vias. *Varro* lib. v. de L. S. *Monumenta a monendo quæ ſunt in ſepulcris; & ideo ſecundum viam, quo prætereuntes admonerentur & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales*. Hinc ſolemnes formulæ, quibus viatores compellantur. *Siſte viator*, *viator adſta*, *aſpice viator*, & ſimiles Rachel ſepulta eſt ad viam, quæ ex Bethel ducit Bethlem. *Geneſ.* xxxv. 16. ותמת רחל ותקבר בדרך אפרתה הוא בית לחם: *Et mortua eſt Rachel*, *& ſepulta eſt in via Ephrath*, *ipſa eſt Bethleem*. *Tacitus Annal.* xiv. *Domus corporibus exanimes*, *itinera funeribus complebantur*. *Propertius* lib. iv.

> *Cynthia namque meo viſa eſt incumbere fulcro*
> *Marmor ad extremæ nuper humata viæ*.

Idem lib. iii.

> *Di faciant*, *meane terra locet oſſa frequenti*
> *Qua facit aſſiduo tumice vulgus iter*.
> *Poſt mortem famuli ſic infamentur amantum*,
> *Me tegat arborea devia terra coma*.
> *Aut humet ignotæ cumulus vallatus arenæ*,
> *Non juvat in media nomen habere via*.

Romani nobilites ſepeliebantur ad viam Flaminiam & Latinam. *Juvenalis* Sat. i.

> —— *expectatur quid concedatur in illos*
> *Quorum Flaminia tegitur cinis*, *atque que Latina*.

Statius Epicedio in Glauciam.

> *Quid mirum? Plebs cuncta nefas*, *& pervia flerunt*
> *Agmina Flaminia qua limite Milvius agger*
> *Tranſvehit*, *immenſis flammis dum triſtibus infans*
> *Traditur* —— —— ——

Martialis lib. xi. Epigr. 16.

> *Quiſquis Flaminia teris viator*
> *Noli nobile præterire marmor*.

Prudentius contra Symmachum lib. i.

> —— *Dis manibus illis*
> *Marmora ſecta lego*, *quacumque Latina vetuſtas*
> *Cuſtodit cineres*, *denſiſque ſalaria buſtis*.

Plebis ſepulcra in Exſquiliis *Horatius* lib. i. Sat. 8.

> *Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulcrum*.

Ibid.

> *Non licet Exſquiliis habitare ſalubribus*, *atque*
> *Aggere in aprico ſpatiari*, *quo modo triſtes*
> *Albis informem ſpectabunt oſtibus agrum*.

Et Ephod.

> *Poſt inſepulta membra different lupi*
> *Et Exſquilinæ alites*.

Et ad portas urbium erecta ſepulcra. *Suidas* in Steſichoro. *Pallantio Arcadiæ profugum veniſſe Cataniam dicunt*, *ibi mortuum & ſepultum ante portam*, *quæ ab ipſoS teſychorea appellatur*: *Diogenes Laertius* in vita Diogenis Cynici. *Venientibus autem eorum patribus*, *matribuſque ab ipſis ſepultum eſſe juxta portam*, *qua itur ad Iſthmum*. *Marcellinus* in vita Thucidydis. *Eſtque illius ſepulcrum ad portam in regione Atticæ*, *quæ cava dicitur*. *Cicero* iv. Tuſcul. de Syracuſis laqueus. *Eſt ad portas*

tas Achradinas magna sepulcrorum copia. Inde hæ porta ἠρία appellatæ. Etymologici autor. *Ἠρία portæ ab hominibus appellantur, quod illac efferantur mortui ad sepulcra, vel longius a portis abscendebant, & ob vias sepeliebant. Theocryt.* Idyll. 7.

Plus medium superabat iter, Brasilæque sepulcrum
Conspectum nobis nondum fuit ——

III. Posterioribus temporibus combusta cadavera præsertim apud Græcos, & Romanos. Vetus interpres ex Androne narrat ad Iliad. α. Herculem primum apud Græcos cremasse Argium. *Causæ* (inquit) *cremandorum corporum Græcis hæc est. Hercules enim adducto ad Ilium exercitu, Laomedonte ipsi fidem non servante, neque dante equos promissos, ob liberatam a ceto filiam ejus Hesionem, poscebat etiam Argium. Sycimnus Argi pater metuens, quia etiam filium majorem eorum, quem cum Hercule Lacedæmonem miserat, amisisset, cum non daret, Hercules juravit se reducturum ipsum: Cum vero fatalis interim hora Argium opprimeret, Hercules ignarus quo pacto jusjurandum præstaret, cremavit ipsum.* Aliam affert causam cremandorum corporum apud Romanos *Plinius* lib. VII. cap. 54. *Ipsum cremare* (inquit) *apud Romanos non fuit veteris instituti, terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc institutum, & tamen multæ familiæ priscos servarunt ritus; sicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus, idque voluisse, vetitum talionem, eruto C. Marii cadavere. Cicero* II. de Leg. *Gentem Corneliam usque ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse usam. Caji Marii sitas reliquias apud Anionem dissipari jussit Sylla victor, acerbiore odio incitatus, quod haud scio an timens suo corpori posse accidere primus e patritiis Corneliis igni voluit cremari. Macrobius* lib. VII. c. 7. testatur suis temporibus nullum cremationis usum fuisse. *Licet urendi corpora defunctorum usus nostro seculo nullus sit. Statius* de Absantho testatur imperante Domitiano cremationem desiisse. Vid. *Meurs.* de funere cap. X.

Hic te Sidonio velatum molliter ostro
Eximius conjux (nec enim fumantia busta
Ardoremque regi potuit perferre) beato
Composuit Priscilla toro nil longius ætas
Carpore, nil ævi poterunt vitiare labores
Siccatam membris.

IV. Num Regem Hebræorum combusta cadavera? De combustione cadaverum regis Saul, & filiorum ejus dubitar non licet, ex textu 1. *Sam.* XXXI. 13. ויקומו כל איש חיל וילכו כל הלילה ויקחו את גוית שאול ואת גוית בניו מחומה בית שן ויבאו יבשה וישרפו אתם שם ויקחו את עצמותיהם ויקברו תחת האשל בילשה: *Et surgentes viri fortes, incesserunt tota nocte, & venerunt, & acceperunt corpus Saul, & corpora filiorum ejus de muro Bethsan, & venerunt Jabes, & combusserunt ea ibi, & sumserunt ossa eorum, & sepelierunt sub Eschel. R. David Kimchi* ad h. l. scribit tantummodo carnes putridas fuisse combustas, ossa vero sub Eschel fuisse sepulta כי הבשר שרפו שהעלה רמה ולא רצו לקברם עם התולעים כי לא היה דרך כבור ושרפו הבשר וקברו העצמות תחת האשל ובדברי הימים תחת אשל הוא כלל לכל עץ: *Convenit hoc interpretari de carne, quam vermes jam invaserant, noluerunt una cum illis rosoribus humare, quia non fuisset honorificum: Itaque cremarunt carnem, ossa vero sepelierunt sub Eschel. In* Chron. cap. XI. *legitur* sub quercu, *quod huic non contradicit, quia generale nomen arboreti quercetum quoque comprehendit.* De rege Asa 2. *Chron.* XVI. 14. וישכיבהו במשכב אשר מלא בשמים וזנים מרקחים במרקחת מעשה וישרפו לו שרפה גדולה עד למאד: *Et sepelierunt eum in sepulcris suis, & recumbere fecerunt eum in lecto, quem impleverunt aromatibus, & aromatibus pigmentatis in pigmentario opere, & combusserunt ei combustionem magnam usque valde.* De rege Joram ibid. XXI. 19. ולא עשו לו עמו שרפה כשרפת אבותיו: *Et non fecerunt illi populus ejus combustionem juxta combustionem patrum suorum.* De Zedeckia rege *Jerem.* XXXIV. 5. בשלום תמות ובמשרפות אבותיך המלכים הראשנים אשר היו לפניך כן ישרפו לך והוי ארון יספדו לך: *In pace moriaris, & combustionibus patrum tuorum regum, qui fuerunt ante te, comburent tibi; & heu Domine, plangent te.* Et *Amos* VI. 10. ונשאו דודו ומסרפו להוציא עצמים מן הבית: *Et collet eum patruus suus, & comburet eum, ad educendum ossa de domo:* Uno ore omnes interpretes Judæi asserunt non corpora regum, sed eorum suppellectilem fuisse combustam. *Avoda Zarah* כשם ששורפין על המלכים כן שורפין על הנשיאין ומה הם שורפין מיטתן וכלי תשמישתו ומעשה שמת רבן גמליאל הזקן ושרף עליו אונקלוס הגר שבעים מנה צורי: *Sicut comburunt pro regibus, similiter comburunt pro principibus* (Synhedrii) *Quid autem comburunt? Lectum & utensilia eorum. Narratur cum mortuus est Raban Gamaliel Senior, ut combureret propter eum Onkelos proselytus septuaginta*

ta minas Tyrias. *Maimonides Melac.* cap. II. אין משתמשין באחר מכל כלי תשמי וכשהוא מת כולן נשרפין לפניו: *Non utuntur ulla ſuppellectili regali, ſed cum ille moritur, comburunt univerſam coram ipſo.* Idem Ebel cap. ult. מלך או נשיא שמת יש להן לשרוף מטתו וכל כלי השמישו ואין בזה דרך האמורי ולא משום השחתה שנ' בשלום תמות ומשרפות אביתיך הראשונים ישרפו לך: *Si rex aut princeps moriatur, licet comburere lectum ejus, & omnia utenſilia ejus; Neque hoc eſt juxta inſtitutum Amoreorum, aut propter perditionem. Dictum eſt enim.* In pace morieris, & in combuſtionibus patrum tuorum piorum comburent tibi. Notandum quod de rege Aſa dictum eſt וישרפו לו *Et combuſſerunt ei*, non combuſſerunt eum, ſc. quod ei combuſſerint ſuam ſupellectilem. Et de Jotam ſimiliter dictum eſt ולא עשו לו עמו שרפה: *Et non fecerunt ei populus ejus combuſtionem*. Et de Zedekia pariter; ישרפו לך: *comburent tibi*. Vid. *Gejer.* de luctu VI. 2. 3. Et *Schicbradi* de jure regio Theor. XIX.

V. *Pyra* teſte *Servio* ad Æneid. XI. *eſt lignorum congeries; rogus cum ardere cœperit dicitus: Buſtum vero jam exuſtum vocatur.* Ex lignis quernis ſtruebatur pyra. *Sophocles* Trachiniis.

> *Deinde robur altiradicum manu*
> *Tondens, & oleam agreſtem multam maſculam*
> *Pyram exſtrue, inque hanc corpus infelix jace.*

Homerus Iliad. ψ.

> *Aggreſſi ſæva mox robora celſa bipenni*
> *Feſtivi ſecuere.*

Primo rudia erant. *Cicero* II. de leg. *Hoc plus ne facito; rogum aſcia ne polito.* Poſtea vilia habita ſunt. *Statius* Theb. XII.

> — — *nec robora vilem*
> *Struxerunt ex more rogum, nec bellicus agger.*
> *Curribus, & clypeis, Græcorumque omnibus armis*
> *Sternitur.*

Lucanus lib. VIII. de Pompeii pyra.

> *Da vilem Magno plebeii funeris arcam,*
> *Quæ lacerum corpus ſiccos effundat in ignes*
> *Robora non deſint miſero, nec ſordidus uſtor.*

Teſte *Herodiano* quadrangula erat lib. VI. *Qua latiſſime campus patet ſuggeſtus quidem ſpecie quadrangula, lateribus æquis aſſurgit nulla præterquam lignorum ingentium materia compactus in tabernaculi formam.* Quatuor erant tabulata; in infimo poſita erant ſtramina, quæ facile flammam conciperent, in ſecundo flores, in tertio thura, & aromata alia, in quarto veſtes pretioſiſſimæ. *Statius* Theb. VI.

> — — — — *ima virens agreſti ſtramina cultu*
> *Proxima gramineis operoſior area ſertis,*
> *Et picturatus morituris floribus agger;*
> *Tertius aſſurgens Arabum ſtrue tollitur ordo,*
> *Eoas complexus opes, incanaque glebis*
> *Thura, & ab antiquo durantia cinnama Belo,*
> *Summa crepant auro.*

Paulatim tabulata ſuperiora decreſcebant. *Herodianus* lib. VI. *Supra vero alterum minuſculum quidem poſitum eſt, ſed forma & ornata perſimile, portis januiſque patentibus. Tertiumque item & quartum ſemper ſuperiore contractius, ac deinceps alia, donec ad extremum, quod eſt omnium breviſſimum perveniatur.*

VI. Veſtes prætioſiſſimæ, aurum, gemmæ, aromata &c. in pyram conjecet. *Virgilius* in funere Miſani Æneid. VI.

> — — *conjecta crenantur*
> *Thurea dona, dapes, fuſo crateris olivo.*

Statius in funere Archemori.

> *Ditantur flammæ, non unquam opulentior illo*
> *Ante cinis, crepitant gemmæ, atque immane liqueſcit*
> *Argentum, & pictis exſudat veſtibus aurum.*

Veſtes prohibuit Solon teſte *Plutarcho* in ejus vita. *Bovem vero immolare non permiſit, neque plura tribus veſtimentis in rogum addere.* *Cicero* de leg. II. *Nam de tribus riciniis, & pleraque illa Solonis ſunt.* Leg. XII. Tab. *Sumtum minuito, tria ſi voles ricinia, & vincula purpuræ, & decem tibicinas adhibere, hoc pluſne facito.* De auro XII. Tabularum leges *Ne ut aurum addito, aſt quoi auro dentes vincti eſont ita cum illo ſepelire, uroreve ſe fraude eſto.* Aromata imprimis in pyram congeſta. *Plutarchus* in Sylla. Fe-

Ferunt tantum a mulieribus aromatum Syllæ ingestum, ut præterea, quæ in CCX. *feretris illata sunt, justæ magnitudinis imago ipsius affićta sit, atque lićtoris, & thure pretioso cinnamo.* *Statius* in Epicedio Pileti Ursi servi.

> —— *sed nec servilis ademto*
> *Ignis odoriferos exhausit flamma Sabæos,*
> *Et Cilicum messes, Phariæque exemta volucri*
> *Cinnema, & Assyrio manantes gramine succos.*

Idem lib. v. Syl.

> —— *quis carmine digno*
> *Exsequias, & dona malæ feralia pompæ*
> *Perlegat? Omne illic stipatum examine longo*
> *Aer Arabum Cilicunque fluit, floresque Sabæi,*
> *Indorunque arsura seges, præ reptaque templis*
> *Thura* — — —

Herodianus lib. IV. *Igitur lećto in secundum tabulatum sublato, aromata, & suffimenta omnis generis, frućtus, herbasque, succosque omnes odoratos conquirunt, atque acervatium effundunt; quippe neque gens est, neque civitas, neque qui honore ullo aut dignitate præcellat, quia certatim pro se quisque suprema illa munera principis honori deferant.* *Plinius* lib. x. cap. 18. *Beatam Arabiam fecit hominum etiam in morte luxuria, quæ Diis intellexerat genita, adhibens urendis defunćtis. Periti rerum asseverant non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps novissimo Poppeæ suæ die concramaverit. Æstimantur singulis annis tot funera, acervatimque consperta honori cadaverum. Ministrat computatione millies centum millia sestertium annis omnibus India, & Sires peninsulaque imperia nostro adimunt. Tanti nobis deliciæ, & fœminæ constant.*

VII. Venti invocati, ut cito conflagaret pyra. Achilles apud *Homerum Iliad.* ψ. in funere Patrochi.

> *Tunc heros aliud Pelides voluere mente*
> *At supplex ventotum animas orare duorum*
> *Et boreæ & Zephyri, promittens plurima sacra;*
> *Multa etiam aurata libens cratere rogabat*
> *Exsequias irent rapidi, flammasque juvarent.*

Bacchus apud *Nonnum* in funere Opheltæ lib. XXXVII.

> —— *Eurum errantem Oriente vocavit*
> *Ocius ingerere in tumulum contraria flabra.*

Propertius lib. IV.

> *Cur ventos non ipsa rogis ingrata petisti?*

Parentes filii sanguina proximi accendebant pyram. Hercules apud *Scphoclem* in Trachiniis, ubi filium Hyllam sic alloquitur.

> *Piaque piceam dextera præbendans facem*
> *Accende.*

Lucretius lib. VI.

> *Namque suos consanguineos aliena rogorum*
> *Insuper exstrućta ingenti clamore locabant*
> *Subdebantque faces* — — —

Statius Epicedio Pileti.

> —— *miserum est primæva parenti*
> *Pignora, surgentesque nefas accendere natos.*

Lucanus lib. II.

> —— *ceu morte parentem*
> *Gnatorum orbutum longum producere funus,*
> *Ad tumulum jubet ipse dolor, juvat ignibus atrius*
> *Inservisse manus, contraćtoque aggere busti*
> *Ipsum atrus tenuisse faces.*

Cornelia apud *Lucanum* in funere Pompeii conjugis lib. IX.

> *Ergo indigna fui, dixit, fortuna marito*
> *Accendisse rogum?*

Aversi incendebant. *Virgilius* in funere Miseni *Æneid.* VI.

> —— *pars ingenti subierere feretro*
> *Triste ministerium, & subjećtum more parentum*
> *Aversi tenuere facem* — —.

VIII. Re-

VIII. Referam hoc loco funus Pertinacis descriptum a *Dione*, eo quod ex eo maxime pyra, & exsequiæ Cæsarum illustrari possint. *Hujus funus* (inquit) *& si dudum obierat, ita factum est. Erat in foro Romano tribunal ligneum coloris lapidei, supra fuit ædificium, quod columnæ undique substinebant, eratque ebore varie ornatum, & auro; eo allatus lectus consimilis, cui, singulis purpureis, atque auro intectis ornato erant circum capita belluarum terræ marisque, in eoque posita erat statua Portinacis, cerea ornatu triumphali, a qua puer egregia forma ita ut si dormiret Pertinax, pennis pavonis muscas abigebat; eo ita jacente Severus nosque Senatores, uxoresque nostræ accessimus funebri vestitu, illæ in porticibus, nos sub dio sedebamus. Quibus ita dispositis, primo transierunt statuæ omnium veterum Romanorum illustrium, deinde nationes omnes subjectæ Imperio Romano in statuis æneis ornatis, ut est cujusque gentis patria consuetudo sequebantur post varia genera civium, lictorum, scribarum, præconum, & qui sunt ejusdem generis. Veniebant deinceps statuæ multorum Virorum, quos præclare fecisse aliquid, aut excogitasse, aut in aliquo studio floruisse constaret. Subsequebantur equites, ac pedites armati, certatores equi, atque & quæ ad parentandum pertinebant; quæ ab ipso Principe & a nobis uxoribusque nostris, & a clarissimis equitibus, ac populis, & a congregationibus civium missa fuerant. Postea ferebatur altare inauratum ornatumque ebore & lapillis Indicis, quæ posteaquam transierunt, Severis adscendit in rostra & laudationem Pertinacis recitavit. Cumque oraret, crebro exclamatum est a nobis, passim laudantibus Pertinacem, passim lugentibus, sed oratione habita multo magis. Ac tandem cam lectum de loco, in quo erat, moveri oportuit, omnes simul lamentati sumus, ac flevimus. Lectum tulere a tribunali Pontifices & magistratus non modo qui tum erant, sed etiam ii qui fuerunt in sequentem annum designati; eundemque postea tradidere nonnullis equitibus ut ferrent. Pars nostrum lectum anteibat, ex quibus multi frangebuntur dolore, multi canebant flebile carmen ad tibias. Imperator postremus sequebatur, ita in campum Martium venimus. Hic extructus erat rogus instar turris forma trianguli, ebore & auro ac nonnullis statuis ornatus, in summo ejus currus inauratus, quo Pertinax olim vehebatur, collocatus erat. In hunc rogum conjectis primo iis quæ allata fuerant parentandi causa, lectus compositus est. Post Severus propinquique Pertinacis statuam ejus osculantur; quo facto Imperator tribunal conscendit, nos Senatores exceptis magistratibus, in tabulatum conscendimus, ut tuto simul & commode spectaremus ea, quæ gererentur. Magistratus & equestris ordo collocati sunt eo ordine, ut cujusque dignitas postulabat. Hic confecere milites, equites, atque pedites circum rogum cursus urbanos, & confictos; iisque peractis cursibus, consules rogum incenderunt, quod cum esset factam, aquila ex rogo evolavit; itaque Pertinax immortalitate donatus est.*

IX. Post funus cœna feralis apparabatur. 2. *Sam.* III. 35. ויבא כל העם להברות את דוד לחם בעור היום וישבע דוד לאמר בא יעשה לי אלהים וכה יסיף כי אם לפני בוא השמש אטעם לחם: *Et venit omnis populus, ut comederet cum David panem, dum adhuc esset dies, juravit David dicendo. Sic faciat mibi Deus, & sic addat, si ante occasum solis gustem panem. Jerem.* XVI. 5. 8. כי כה אמר יהוה אל תבוא בית מרוח ואל תלך לספול ואל תנר להם כי הספתי את שלוטי מאת העם הזה נאם יהוה את החסר ואת הרחמים ומתו גרלים וקטנים בארץ הזאת לא יקברו ולא יספדו להם ולא יתגדד ולא יברח להם ולא יפרסו להם על אבל לנחמו ולא ישקו אותם כוס תנחומים על אביו ועל אמו ובית משחה לא לשבת אותם לאכל ולשתות. *Sic dicit Dominus: Ne ingrediaris in donnum epuli funebris, neque eas ad plangendum, neque consoleris eos, qnia abstuli salutem meam a populo isto, dicit Dominus, benignitates & misericordias, & morientur majorennes, & minorennes in terra ista, non sepelientur, neque plangentur, neque se incidet, neque decalvabit pro illis, & non frangent illis* (sc. panem) *super luctu, & consolentur super mortuo, neque bibent cum illis calicem consolationum pro patre, & matre ejus. Et domum convivii non ingredieris, ut assideas cum eis ad comedendum & bibendum. Ezech.* XXIV. 17. ויהי רבר יהוה אלי לאמר בן אדם הנני לקח ממך את מחסד עיניך במגפה ולא תפסר ולא חבכה ולא תבוא רמעתך האנק רם מתים אבל לא תעשה פארך תבוש עליך ונעליך תשים ברגליך ולא תעטה על שפם ולחם אנשים לא תאכל: *Et fuit verbum Domini ad me dicendo. Fili hominis. Ecce ego tollo a te desiderium oculorum tuorum in plaga; neque planges, neque lugebis, neque defluet lacryma tua. Ingemisce tacens; mortuorum luctum non facies; cidaris tua imposita sit tibi, & calceos tuos pone in pedibus tuis, neque teges mystacem, & panem virorum non comedes illis. Prov.* 35. 6. לא סכו לאובר ויין למרי נפש. *Date siceram mœrenti, & vinum qui amaro sunt corde. Baruch* VI. 31. *Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut* ἐν περιδείπνῳ νεκροῦ, *in cœna mortui*. *Tobiæ* IV. 18. ἔκχεον τοὺς ἀρ-

ἀρτοῦς σου ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων. *Effunde panem tuum ſuper ſepulcrum juſtorum.* Per ὄχλον θορυβώμενον *Matth.* IX. 23. *Lighofootus* intelligi vult convivas ad epulas funebres convenientes. Hieroſol. *Berachoth* fol. VI. I. תני עשרה כוסות שותין בבית האבל שני לפני המזון וחמשה בתוך המזון וג׳ לאחר המזון אילו שלש׳ של אחר המזון אחד לברכת המזון ואחד לגמילות חסדים ואחד לתנחומי אבילים ושמת רש״בג הוסיפו עוד שלשה אחד לחזן הכנסת ואחד לראש הכנסת לרש״בג וכיון שראו בית דין שהיו משתרין גזרו עליהן והחיזירום למקומן: Traditio. Decem pocula bibunt in domo luctus, duo ante convivium, & quatuor in medio convivii, & tria poſt convivium. Tria illa poſt convivium, alterum pro benedictione convivii, alterum pro beneficentia, & tertium pro conſolatione lugentium: Quando mortuus eſt Raban Simeon ben Gamaliel, addiderunt illis præterea tria, alterum pro inſpectore congregationis, alterum pro præfecto congregationis, & tertium pro Raban Simeone ben Gamaliel. At quando viderunt Synhedrin, quod inebriarentur, decreverunt, & confirmarunt conditionem priſtinam. Archelaus teſte *Joſeph.* lib. VII. Antiquit. in funere Herodis patris epulum funebre populo exibuit: ἑστιάσας τοὺς ὁμίλους, καὶ καταχύσας τὸ πένθος ἄνεισιν εἰς τὸ ἱερόν; Et lib. II. de Bel. *Diebus ſeptem in luctu patris conſumto* καὶ τὴν ἐπιτάφιον ἑστίασιν πολυτελῆ πλήθει παρασχὼν (ἔθος δὲ παρὰ Ιουδαίκοις πολλοῖς πενίας αἴτιον, διὰ τὸ πλῆθος ἑστιᾶν, οὐκ ἄνευ ἀνάγκης οἱ γὰρ παραλίποντες, οὐ χ᾽ ὅσιος. *Epulaſque ferales prolixe populo exhibens (hic autem mos apud Judæos cibandi tantam multitudinem multos ad inopiam reduxit, nam qui eum neglexerat, nec æſtimabatur pius) candida veſte indutus procedit ad templum.*

Feralis cœna & apud Græcos, & Romanos uſitata. *Lucianus* de luctu. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ περίδειπνον, καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τοὺς γονέας παραμυθοῦνται τοῦ τε τελευτηκότος, καὶ πείθουσι γεύσασθαι, ὡς οὐκ ἀηδῶς, μὰ Δί᾽, οὐδ᾽ αὐτοὺς ἀναγκαζομένους, ἀλλ᾽ ἤδη ὑπὸ λιμοῦ τελῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἀπηυδηκότας· καὶ μέχρι μέν τινος, ὦ οὗτος, ὀδυρόμεθα; ἔασον ἀναπαύσασθαι τοὺς τοῦ μακαρίτου δαίμονας. εἰ δὲ καὶ τὸ παράπαν πλάειν διέγνωκας αὐτοῦ τε τούτου ἕνεκα χρὴ μὴ ἄσιτον εἶναι, ἵνα καὶ διαρκέσῃς πρὸς τοῦ πένθους τὸ μέγεθος. τότε δή, τότε πρὸς ἁπάντων ῥαψῳδοῦνται δύο τοῦ Ομήρου στίχοι·

> Καὶ γάρ τ᾽ ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου.

Καὶ.

> Γαστέρι δ᾽ οὔ πως ἔστι νέκυν πενθῆσαι
> Ἀχαιούς.

Οἱ δὲ ἅπτονται μὲν αἰσχυνόμενοι δὲ τὰ πρῶτα, καὶ δεδιότες, εἰ φανοῦνται; μετὰ τὴν τελευτὴν τῶν φιλτάτων, τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν ἐμμένοντες· ταῦτα, καὶ πολὺ τούτων γελοιότερα εὕροις ἄν, ἐπιτηρῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, διὰ τὸ τοὺς πολλοὺς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἴεσθαι. *Poſt hæc omnia ſupereſt exequialis cœna. Jamque adſunt neceſſarii, ut defuncti parentes conſolentur, ſuadentque ut cibum capiant; quanquam illi per Jovem non illibentes ad id compelluntur, quippe perpetuum jam triduum enecti fame. Et quouſque quæſo flebimus. Sine quieſcant Plutonis manes. Quod ſi tibi deliberatum eſt omnino flere, vel ob hoc ipſum cibus eſt capiendus, quod tanto luctui par eſſe non poſſit. Tum denique ex omnibus contexuntur duo verſus Homerici.*

> Nam cœpit meminiſſe cibi Niobe
> auricapilla.

Tum illud.

> Vita defunctos flere haud ſinit alvus
> Achivos.

At capiunt quidam illi, ſed initio pudibundi, verenteſque ne poſt chariſſimorum obitum videantur adhuc affectibus humanis commoveri.

Cœna feralis vocatur περίδειπνον. Etymol. περίδειπνον ἡ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσι γινομένη ἑστίασις. Scholiaſtes ad Iliad. ψ. περίδειπνον τὸ ἐπὶ τετελευτηκόσι παρασκευαζόμενον. Similiter ἐπιτάφια δεῖπνα dicebantur. *Homerus* vel τάφους ſimpliciter, vel ἐπιδορπίους τάφους nominat Iliad. φ. & ψ. *Cicero* II. de leg. ἐπίδειπνον circumpotationem tranſtulit. Latini *ſilicernium* & *exſequium* appellabant. *Feſtus*. Silicernium *cœna funebris, quem alio nomine exſequium ſcriptores vocant. Varro* de Ling. Lat. *Funus exſecuti, lauti ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus*, i. e. *convivium in quo pranſi diſcedentes dicimus aliis alii, vale. Homerus* Odyſ. Γ.

> *Exhibuit cœſo hoc epulum ferale Argivis*
> *Inviſæ matris ſimul imbelliſque Ægiſthi.*

Artemidorus lib. V. cap. 82. *Mos eſt convictoribus etiam in defunctorum ædes ingredi, & epulari. Epulum vero a defuncto exhibitum dicitur pro honore, quem defuncto convictores habent.* De Romanis *Dio* lib. XXXVII. Sub idem tempus *Fauſtus Sylla in honorem patris ſui populum lauto convivio excepit. Suetonius* in Julio cap. XXVI. *Munus populo, epulunque pronunciavit in filiæ memoriam quod ante eum ne-*

nemo. Dicebatur visceratio, eo quod caro cruda distribueretur populo. *Livius* lib. VIII. *Populo visceratio data est a Marco Flavio in funere matris*. *Cicero* II. de Offic. *Populi qui epulis & viscerationibus pecunias profundunt*. *Livius* iterum de J. Flaminio lib. X. *Mortis causa patris sui cum visceratione & ludysceniis dedit quatriduum*. In cœna funebri commemorabantur laudes mortui teste *Cicerone* de Leg. II. *Sequebantur epulæ quas inirent propinqui mortui, apud quas de mortui laude, quid verum esset, prædicatum. Nam mentiri nefas habebatur*.

X. Epitaphia. Inscriptio sepulcralis Hebraice dicitur ציון. Rabinis epitaphium dicitur נפש. *Schekalim* cap. II. in fine. בונין לו נפש על קברו. Ædificant ipsi monumentum super sepulcro suo. *Maimonides* ad h. l. נפש notat monumentum, quod faciunt super sepulcrum, & ציון vocatur lingua sancta sit. *Jecheschaab.* XXXIX. 15. ובונים בינה אצלו ציון. Monumenta hæc aliquando sacellulo includebantur. *Eruvin* fol. 53. I. נפשות שיש בהן בית דירה. Monumenta, quibus est locus habitationis. Justis non erant facienda monumenta. *Bereschith Rabba* Sect. 82. fol. 92. I. אין עושין נפשות לצדיקים דבריהם זכרוניהם: Non sunt facienda monumenta justis; Verba ipsorum sunt memoriæ ipsorum. *Maimonides* Abel IV. 5. ומציינין את הקברות ובונים נפש על הקבר והצדיקין אין בונים להם נפש על קברותיהם שדבריהם הם זכרונם: Et signabant sepulcra, & construebant epitaphium super sepulcro; at justi non construebant sibi epitaphia super sepulcris suis, eo quod eorum verba essent eorum monumentum.

Talmudicis dicitur נפש. Græcis ἐπιτάφιον, ἐπίγραμμα, ἐπιτύμβιον, ἐπικήδιον, ἐπιτάφιος, μνημοσύνης, λίθικον, ἐπίσημα, ἐπιγραφή; Latine *Epigramma*, *elegia*, *epitaphium*, *titulus*, *nomen*, *eclogium*. 2. *Reg.* XXIII. 17. 18. ויאמר מה הציון הלז אשר אני ראה ויאמרו אליו אנשי העיר הקבר איש האלהים אשר בא מיהודה ויקרא את הדברים האלה אשר עשית על המזבח בית אל ויאמר הניחו לו איש אל ינע עצמותיו את עצמות הנביא אשר בא משמרון: *Et dixit. Quis est titulus ille, quem video? Dixerunt ei viri civitatis: Sepulcrum viri Dei, qui venit de Juda, & legit verba hæc, quæ fecisti super altare Bethel. Et dixit: Relinquite eum; nemo commoveat ossa ejus, & ossa prophetæ, qui venit de Samaria*. *Ezech.* XXXIX. 15. ועברו העברים בארץ וראה עצם אדם ובנה ציון עד קברו אתו המקברים אל גיא המון: *Si peragrantes sint in terra, & viderit os hominis construet titulum donec sepeliant illud pollinctores in velle multitudinis Gog*. Hunc locum Talmudici in Gemara Hierosol. *Moed Katon* sic explicant cap. I. ועברו העבורים בארץ וראה עצם אדם יבנה ציון מיכן שמצי יכים על עצמות ארם מיכן שמציינין על השורה ועל הנוגלת יבנה מיכן שמציינין על גבי אבן קבועה אם אומר על גבי אבן תלושה אף היא הולכת ומטמא במקום אחר אצלו במקום טהרה ציון מיכן לציון מצא אבן מצויינת אע״פ שאין מקיימין כן תמאהול עליה טמא אני אומר מת המבוץ והיה נתון תחתיר היו שתים המאהיל עליהם טהור וביניהם טמא אם היה חרש בנתיים הרי הם כייתי דנות ביניהם טהור סביבותיהם טמא תני אין מציינים על הבשר שמא נתאכל הבשר ר׳ יוסטא בר שונם בעא קומי ר׳ מנא ולא נמצא מטמא טהרות למפרע אמר ליה מוטב יתקלקלו כן לשעה ואל יתקלקלו בו לעולם: *Si peragrantes peragrentur in terra, & viderit os hominis, construet juxta illud titulum*. Hinc probatur quod signent super ossa. *Hominis*. Hinc probatur quod signent super spina dorsi, & super cranio. *Construet*. Hinc probatur, quod signent super lapide stabili. Si dicas super lapide evulso; ipse quoque movebitur, & polluat in alio loco: *Juxta illud*. In loco mundo. *Titulum*. Hinc probatur esse signandum: Si inveniat lapidem signatum, licet nos ita non explicemus, si tentorium faciat super illo, sit immundus; tamen ego dico; mortuus quando sit in medio, & ipse ponatur sub eo; quando sint duo, si tentorium faciat super illos, est mundus, si inter illos, erit immundus. Si aret inter illos erit sicut solitudo: Inter illos est mundus, circum illos, est immundus. Traditio: Non signant super carne, fortasse absumetur caro: R. Justa bar Sunham quæsivit coram R. Mena; Nonne deprehendetur, quod polluet puritates inverso ordine? Respondit: Melius est ut depraventur aliquo tempore, & non depraventur in perpetuum. Epitaphium dicebatur *nomen*. Virgilius *Æneid.* VII.

> —— —— —— *ossaque nomen*
> *Hesperia in magnu, si qua est gloria, signet*

Idem *Æneid.* II.

> — — *jacet ingens litore truncus*
> *Avulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.*

Ovidius Metamorph. XII.

> —— *tumulo quoque nomen habenti*
> *Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.*

Propertius lib. I. eleg. I.

> *Et breve in exiguo marmore nomen ero.*

Titulus præterea dicebatur. *Juvenalis* satir. x.

> – – *titulo res digna ſepulcri*.

Silius lib. xv.

> – – *titulis decorare ſepulcrum*.

Auſonius in Epith. Heroum 20.

> *Nec ſatis eſt titulum ſaxo incidiſſe ſepulcri*.

Senec. de brevit. vitæ pag. 20. *Quidam cum in conſummationem dignitatis per mille indignitates erepſiſſent, miſera ſubit cogitatio, ipſique laborant in titulum ſepulcri*.

Lucianus de luctu: Πυραμίδες καὶ ϛῆλαι, καὶ ἐπιγράμματα πρὸς ὀλίγον διαρκοῦντα. *Pyramides, columnæ, tituli ad breve tempus duratura, annon ſupervacanea, & ludicris ſimillima?*

Eclogia appellabantur. *Cicero* I. Tuſcul. *Quid ſepulcrorum monumenta, quid Eclogia ſignificant, niſi nos etiam futura cogitare?* Præterea *Elegia*, *Epitaphia*, *Epigramma dicebatur*. Et *carmen*. *Virgilius* Eclog. 5.

> *Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen*.

Lycurgus apud *Plutarchum* ſepulcrales inſcriptiones conceſſit illis qui in bello pugnantes occubuiſſent; *Fuſcus vero facientibus defunctum honeſtaſſe inſcriptione non licebat, niſi ſi in bello vir, mulier ſancte ſpiritum reddidiſſet*. Idem in Laconicis. *Suſtulit etiam inſcriptiones monumentorum, præterquam eorum, qui in acie cecidiſſent*. *Dio* lib. v. ſcribit Julium Frontinum vetuiſſe omnino monimentum ſibi fieri, additis his verbis. *Impenſa monumenti ſupervacanea eſt; memoria noſtri durabit, ſi vitam meruimus*. Veterum Græcorum inſcriptiones ſepulcrales breves & ſimplices. *Callimachus* Epigr. 15.

> *Timonoe quænam es? Non te hercle non ego noſſem*
> *Ni patris in cippo nomina Timothei*
> *Vidiſſem, & patriæ Methymene*.

Pauſanias in Corinthiacis de Sicyoniis. *Corpus terra contegunt, deinde lapidea baſi extructa columnas erigunt, quibus faſtigia, vel ut Græci vocant, aquilas imponunt, eadem prope facie, qua ſunt templorum columnæ; inſcribunt vero ſepulcris plane nihil, ſed ejus quem extulerunt, nomen appellantes, patris mentione prætermiſſa, illum valere jubent*. *Theophraſtus* Ethic. Charact. cap. περιεργίας. *Et uxore defuncta inſcribere monumento & mariti, & patris, & matris, & ipſius quoque mulieris nomen, & cujatis ſit*. *Plato* quatuor tantum heroicos verſus permiſit lib. XII. de Leg. *Saxa vero monumentorum non majora facere, quam quæ recipere defuncti encomia poſſent non ampliora quatuor heroicis verſibus*. *Cicero* II. de Leg. *Nec a lapide excitari plus nec imponi, quam quod capiat laudem mortui, inciſam quatuor heroicis verſibus, quos longos appellat Ennius*.

EPITAPHIA JUDAICA
FURTHENSIA
LATINE REDDITA
A JOH. CHRISTOPH. WOLFIO.

EPITAPHIUM PRIMUM

Mosche filius David Schemuel.

(1) פנ׳ איש חסיד ועניו האלוף (2) פו׳
כמוהר״ר משה דיין בן הרב הגדול כמוהרר
כמוהר״ר דוד שמואל ז״ל:

(3) פ׳ה ר׳וח נ׳אמן (4) ספון רב טוב צפון:

(5) רועה נאמן משה (6) דיין מצוין נקב
את ההר (7) בכלי זיין (8) כמרחו של משה:
(9) אביהן דיתומים (10) צדיק הישר איש
תמים (11) כמן המים משה (12) גבאי
פריון שבוים גמל חסר למתים ולחיים
(13) ומתוך האהל לא משה בן מעון ומגדול
(14) דור הרב הגדול זכותו לעד לא יחדול:

Hic conditus est vir piissimus & mansuetus, Dominus curator atque ductor cœtus Judaici, vir excellentissimus, Doctor præstantissimus *Moses*, Judex, filius doctoris magni, scilicet excellentissimi ac gloriosissimi viri, Davidis Schmuelis: memoriam justi benedictio maneat.

Fidus hic spiritus obtegitur: multitudo boni reconditur.

Pastor fidus Moses: Judex optime signatus: montem qui perfovarit ceu organon acutum: ad modum Mosis:

Pater orphanorum, justus ac rectus, vir integer morum, quasi aquis extractus Mose; redimendis captivis præpositus, beneficus in mortuos & vivos: & a conventus tentorio non recedet nec quam Mosche, filius habitationis & turris: Doctor magnus, cujus merita & pietas nunquam cessabant.

(1) i. e. פה נטמן

(2) i. e. פרנס ומנהיג

(3) Initiales literæ nomen referunt officii פרנס. Phrasis petita est ex Prov. XI. 13. ונאמן רוח מכסה דבר.

(4) Alluditur ad Ps. XXX. 20. מה רב טובך אשר צפנת ליראיך.

(5) Alluditur ad nomen defuncti, & ad Exod. III. 1. ומשה היה רועה & ad Num. XXVII. 17. *ne Ecclesia Jehovæ sit instar gregis*, אשר אין להם רועה *quibus non est pastor*, Mose scilicet vita functo: & Num. XII. 7. לא כן עבדי משה בכל ביתי נאמן הוא.

(6) Ex phrasi Talmudica communissima, & epitheto Judæis frequentatissimo. Vide præfationem ad librum כנסת הגדולה.

(7) i. e. ingenii acie quæque profunda & altioris indaginis subtiliter penetrans: Phrasis itidem est Talmudica.

(8) Phrasis Talmudica.

(9) Psal. LXVIII. 6. curator & tutor constitutus orphanorum.

(10) *Deuter.* XXXII. 4.

(11) *Exod.* II. 10.

(12) Nomen consuetum officii.

(13) Eo ipso prædicatur vel frequentissimum legis ac pietatis studium, vel perpetua animæ præsentia in cœlis. Respicitur autem simul ad Exod. XXXIII. 11.

(14) דור Ex mea quidem sententia vel puncta interstitio per inscitiam lithographi interjecta, vel propter rhythmi limitem signandum apponuntur. Non enim legendum דור ob inconvenientem alioquin constructionem, sed potius, quod certissime mihi persuasum habeo דור *turris Davidis*, facta scilicet allusione ad nomen Patris & ad Cantic. IV. 4. Levissima punctorum ac Grammatices ratio in his non attenditur, sed propter rhythmi ac versuum genus multa indulgentur.

II. *Israelis fil. Mosis Ulma.*

פ"נ הקצין פרנס ומנהיג הקהלה כ"מר איסרל בר משה ז"ל אולמא.

(1) א'בן פנה יסוד ציונה: א'ל ראש אמנה:

י' גוז ואנחה שבתה שמחה: (2) ו'ראי דא קא בבינה:

ס'מך דלים (3) רץ כאילים: ל'כל מצוה ראשונה:

ר'חים רבנן אורחים חנן: מ'יהב יהיב חנינה:

ל' נחשלים עזר להמציא ממון א' סור הוציא ברנה:

פרנס קהלה טיהר עולה בר משה יכונה

ראש הבירה: הולך ישרה: בעל צורה ובינה:

נהג שררות: (4) עד גבורות: כבן שמונים שנה:

ספרו עליו: ו"ט כסליו חנ"ז למנינה (5) תנצבה א'

Hic conditur opibus conspicuus, curator & ductor cœtus excellentissimus, *Israel fil. Mosche* p. m. *Ulma*.

Angularis lapis in basin jactus monumenti sepulchralis. Ad caput fidele.

In mœrore ac gemitu omnia: lætitia cessavit.

Unde profecto illæ lacrymæ.

Sustentavit pauperes hinnulorum instar currens.

Lætus ad quodcunque præceptum primum obveniens exsequendum.

Rabbinos deperiit, nostros, in errones beneficus

Misericordiam humaniter impertiens:

Libentissime infirmos, ut & ipsi opes invenirent, adjuvit.

Argentum studiose & hilariter iniquis manibus eripuit.

Curavit cœtum mundavit iniquitatem filius Mosche cognominatus.

Caput oppidi: recta incedens, vir egregiæ staturæ & sapientiæ:

Principatum gerens ad fortitudinem usque, tanquam natus 80. annos,

Eum lugebant die 19. Kislevi mensis an. 457. juxta computum receptum

Sit anima ipsius colligata in fasciculum vigentium! Amen.

(1) Lepide alluditur ad *Jes.* XXVIII. 16.
(2) Phrasis Talmudica, respiciens eo, quando Doctor aliquis ad Solis radios brachii sui denudati pulchritudinem aspiciens in lacrymas solvebatur, ac causam quærenti edicentique, nonne ideo lacrymaris, quod caro hæc elegantissima olim putrescere debeat, respondit: וראי דא קא ברנה *hæc sane ratio est mearum lacrymarum*. Vide *Berachoth*. f. 8. b.
(3) Ad cultum Deo rite præstandum requiruntur in Talmude brutorum quorundam mores.
(4) In *Pirke Avoth* tribuuntur ætatibus singulis suæ vires, octuagesimo autem anno addicitur גבורה.
(5) i. e. תהי נפשו צרורה בצרור החיים Conf. B. *Matth. Frider. Beckii* notas ad Monumenta Judaica

§. 23. & 42. Carmen ipsum e novem strophis, in fine coincidentibus, constatur, quarum singulæ septem voces conainent, & tres incisiones habent, duæ priores literæ rhythmicæ duebus plerumgue vocibus & tertia in eandem syllabam נה terminata tribus, nisi antecedens pluribus gaudeat, definiuntur: ultima stropha numerica videtur excipi; poterit tamen ת' נ"ז divisim æstimato conciliari. Primæ incisionis elementa initialia in quinque strophis prioribus referunt nomen AISRL, quemadmodum ultimæ cognomen AVLMA sive VLMA. א enim sive A sequente vocali immediate est nudum ipsius fulcrum, sono plane destitutum, prævalente vocalis sonitu. Sexta stropha refert voce prima officii nomen *Parnas*, Curator.

III. *Josephi Gabrielis fil. Naphthali.*

יוסף (1) איננו מחמד (2) עיננו: (3) יפה וב

גברייאל ומיכאל מימין ושמאלה בדרך לשם

בן שבעים: מעט (4) ורעים עלונים גב (5)

נדע (6) בשערים: נדיבתו לזרים: אין לספ

פרנס הדור בהוד והדר: כברק ודבו

תורתו אמונתו יציאתו כביאתו בלא עבי

Joseph abest desiderium oculorum nostrorum, pulcher & nitidus.

Gabriel & Michael a dextra & sinistra ipsi in via sunt in custodiam:

Filius 70. annorum, paucorum quidem & malorum: cœlites tandem prævalent.

Notus in portis, cujus munificentia exteros non fugit: numeri expers.

Prospexit seculo summa cum gloria ac præstantia instar Barac ac Deboræ.

Hujus lex erat ipsius veritas, cujus egressus e mundo haud absimilis ingressui, transgressionis scilicet expers.

Ly-

לבירת המדרש: כסף פירש לתעורה ולתו (7)	Lyceum ſtudiis dicatum voluit, argento fuſiſſime dotavit, pro teſtimonio ac lege ſervanda & divulganda.
יתומום רבים גירל באהבים בשיר וזמ} רה	In orphanos multos multum benignitatis contulit, multos educans jubila inter & cantica:
זארת בחן לעניים יחן: בחומש ועש	Miſericordiam pauperibus gratioſe præſtitit, tam quintam quam decimam facultatum partem exſolvens.
צו לבנים: סמיכורת זקנים: ממנו נער	Inter filios rem domeſticam teſtamento rite diſponens, quibus jam fulcimentum ſenile ſubduxit.
לספר הורו: מנפשו ומאורו: אפו ח	Bile quaſi incenſus prohibuit gloriam, laudes & facultates ſuas poſt fata deprædicare.
בחמישי בשבועה יבכה ותרועה נשמתו ס	Feria hebdomadis quinta inaudiebatur ejulatus & horriſonus clamor anima ſecedente.
(8) כ״ח בסיון: לבש כשריון בבאמבורג הבי	Die 27. Sivan virtutem quaſi loricam induit Bambergæ in oppido.
(9) ע״ת לספר: לקרוע רביד צוקרה וצ	Tempus eſt lugendi, dilacerandi indumentum anguſtiæ ac mœroris.
(10) לכאן פיאורדא: ביום הפרידה הובא לקכו תנ״צבה (11) ענ איו וש	Huc Furtum die ἀναλύσεως ad ſepulturam adductus. Sit ipſius anima in faſciculo colligata viventium, cum Prophetis Abrahamo, Iſaaco, Jacobo & Sara.

(1) Phraſis belle depromta e Gen. XLII. 36. Nomen hoc in morbo periculoſiſſimo aſſumſit, quod Apellæ dicunt: man hat ihn gebenſchet. (benedictum ipſi eſt.)
(2) *Reg.* xx. 6. *Ezach.* XXIV. 16. 31. 25.
(3) Alluditur ad *Geneſ.* XXXIX. 6.
(4) *Geneſ.* 47. 6.
(5) Puta per animæ avocationem.
(6) i. e. in pluribus civitatibus.
(7) *Jeſ.* VIII. 20.
(8) Voce כ״ח & *virtus* ſignificatur, & dies menſis, quo ſatis functus eſt, ſubindicatur.
(9) Vox ע״ת non ſolum formaliter tempus denotat, ſed & annum æræ minoris Judaicæ 470. infert. Alluditur ſimul ad Eccleſ. III. 4.
(10) Litera ל ſymbolice innuit לפ״ק (לפרט קטון) i. e. minorem æræ Judaicæ computum.
(11) i. d. עם נביאי אברהם יצחק ויעקב

Hic generatim obſervandum eſt, literas majuſculas initiales exhibere nomen demortui, formulam benedicendi, & tempus obitus.

Verſus omnes terminantur in ſyllabam רה quæ propterea ſemel tantum ad oram exprimitur. Singuli quoque duos minimum rhythmos, in duas æquales literas unamque vocalem exeuntes, quantitate & numero ſyllabarum non admodum obſervatis exhibent. Singuli præterea conſtant ſex vocibus, in tria cola diſtinctis, quorum duo priora ſimilem referunt ſonum, & voces maxima ex parte duas, excepta ſtropha ſecunda (ubi tamen aliqua ſubeſt ratio, quod גבריאל quaſi גברי אל & מיכאל quaſi מי כאל pro duabus vocibus haberi poſſint) & decima ſexta, ubi ſimiliter ex abbreviaturarum ratione ſuppetit qualiſcunque cauſa, ut colon primum legatur *Taznabb bacham;* ſecundum: *im nebbie;* tertium *Ijo ve Sara.*

IV. *Schelomonis Schneior fil. Joſuæ Abraham.*

(1) פנ׳ הקצין פו׳ כה״ר שלמה שניאור בר יהושע אברהם	Hic conditur Princeps, curator & ductor excellentiſſimus, Schlomo Scheneior fil. Jehoſuæ Abrahami.
(2) פה רד נאמן (3) סור: שר הבירה:	Hic ſubiit fidelis cippum: Princeps:
(4) החזיק חוקים בקיצור רחוקים חסדו גברה:	Qui ſtatuta legis ac juſti confirmavit, cujus beneficentia ad remotos etiam pertigit.
(5) זכרון לדורות מכתב נחרות באבן יקרה:	Sit lapidi memoria in ſecula pretioſo inſcripta.
(6) שני שלחנות אור כתנות: זכה בהדרה:	Cui duæ menſæ erant paratæ, & lux indumentum gloria & decore puriſſimum.

Stu-

(7) שקר לגרור מפרנורת הדור : בעצרה נכחרה:
(8) אביר הרועים במעשיו הנעים מתן נסתרה:
זרה קנרה (9) שבעים שנה : ועוד לגבורה :
(10) בשובה ינוב : י"א תמוז (11) תנ"ב : הובל לקבורה
נשמתו היקרה : תהא צרורה : ובכסא קשורה : אמן :

Studuit lubens malis hujus ævi obicem ponere consilio electo.
Præpotens Pastorum inter egregia facta beneficentiam occultam esse voluit.
Hic habuit septuaginta annos: eosque qua præpollentiam
Olim revertens reflorescet: die XI. Tammus, anni 452. ad sepulturam delatus.
Anima pretiosa sit colligata & in throno gloriæ ligata. Amen.

(1) Inscriptio hæc, in cippo summo per circulum ducta, epitaphio ipsi imminet.
(2) Voces initiales majusculæ nomen officii *Parnas* inferunt.
(3) Pro סור i. e. *discedendo*, legendum est ob rhythmum סר loco בסר particula ב ad literam ס ab initio vocis collocandam rejecta. Sic *Job.* XIII. 27. dicitur ישם בסך רגרי
(4) Literæ majusculæ referunt titulum dignitatis החבר.
(5) Literæ initiales repræsentant nomen Judæo-Germanicum *Salman* i. e. *Schlomo*.
(6) Mensa scilicet opipara in hoc & altero seculo, quæ felicitas paucis obtingit, edicente Gemara. Vide *Berachoth* fol. 5. col. b.
(7) Initia vocum habent nomen *Schlomo*.
(8) Phrasis desumta ex 1. *Sam.* XXI. 8. qua simul officium *Parnasicum* denotatur.
(9) Alluditur ad Psal. xc. 10.
(10) Verba hæc, facta levicula mutatione, conveniunt cum Ps. XCII. 15.
(11) Hinc liquet, quod Judæi signa numeralia instar vocum efferant vox enim תנב *tanobh* respondet antecedenti ינב *janobh*: quod ipsum intelligendum quoque est de abbreviaturis. Confer præfationem ad librum בנין שלמה

V. R. *Menachem fil. Mosis*.

(1) נלקחה ארון ביום ב' ר"ח ניסן (2)
קוִתי (3) שקטו (4) ויבוא ריגזא לפ"ק
תנצ"בה אמן.
(5) מנחם משיב נפשי : (6) נפלה עטרת ראש:
(7) חלק ה' היה עמו : (8) מרחוק הלך שמו :
(9) נר ישראל : ראש גולת (10) אוריאל:
(11) אב"ד ור"מ מוה"רר מנחם מן כה"רר משה ז"ל:
פה נטמן (12) צנצית המן : היה מלא תורה (13) כרמון : (14) ומצות :

Abrepta fuit fœderis arca die II. hebdomadis i.e. Lunæ, XXVIII. mensis Nisan. Espectavi ipsius tranquillitatem & venit motus: sit anima ipsius colligata in fasciculo viventium. Amen.
Menachem (id est consolator) animum meum restituens: decidit corona e capite meo.
Portio sive hereditas Domini erat populus ipsius, (sive: erat cum ipso) nomen ejus etiam in dissitis oris resonuit.
Lucerna Israelis: caput captivitatis Urielis.
Præses tam judicialium rerum, quam studiorum, excellentissimus doctor Menachem Man, fil. Domini Mosis.
Hic absconditur lagenula Mannæ, repleta lege ac præceptis instar malogranati.

(1) I. Sam. IV. 11. 17. Hæc inscriptionis verba æque ut in superiore epitaphio in circulum ducta sunt.
(2) Alluditur ad Jobi XXX. 26. כי טוב קויתי & ad annum obitus exprimendum pro טוב vox æquipollens שקט substituitur.
(3) שקטו indicium anni emortualis 415. c. 1655.
(4) Phrasis *Jobi* III. 26. ויבא רוגז terminatio Chaldaica propter rythmum est adhibita.
(5) *Thren.* I. 16. מנחם משיב נפש
(6) *Thren.* V. 16.
(7) Convenit fere phrasis cum *Deut.* XXXII. 9.
(8) Phrasis tritissima. Vide 2. Paral. XXVI. 8. & 15. &c. Manifestum præterea est, literas majusculas exprimere nomen *Menachem*.
(9) Sic vocatur doctor Talmudicus.
(10) Hodierna Judæorum captivitas sic appellatur, cum alias [illegible] etur אריאל
(11) In Syn[illegible] majoribus, v. c. Pragæ, אב"ד *Abh Beth Din* i. e. Pater domus judicii seu Præses judicialia curat & primum in conventu tenet locum. Alter vero ר"מ i. e. *Rosch meschibbha* iuventuti studiosæ præest, & studiis provehendis invigilat. In minoribus vero Synagogis unus idemque utramque provinciam sustinet.
(12) De lagenula hac mannæ sæpe mentio fit in Talmud, & hic loci ea ad cognomen defuncti *Man* alluditur. Lege speciatim Talmud Hierosolymitanum Tract. שקלים de Siclis cap. VI. §. 2. pag. 14. in fine, ubi traditur, cum arca fœderis reconderetur, lagenulam mannæ, ac phialam olei unctionis, item baculum Aaronis cum floribus suis & amygdalis, tum vero Philistæorum monimenta aurea ibidem reposita fuisse.
(13) Phrasis hæc Talmudica frequenter occurrit, qua & Paraphrastes Chaldæus utitur in *Cant.* IV. 3. VI. 6. VII. 13. &c.
(14) Vox מצות per errorem Scribæ aut lapicidæ transposita hic & post vocem תורה collocanda videtur. Id enim vult tum rhythmus, tum Syntaxis.

In hoc carmine bini versus unius strophæ in æquisonam syllabam terminantur, & singuli e tribus fere vocibus constituuntur.

VI. *R. Behrman ben David Isaac.*

(1) מורנו ורבנו (2) הרב המורה וריש מתיבתא בקהלתנו מוה"רר בערמן סג"ל (3) ומצודתו היתה פרוסה בחדינות אנשבך ושנייטך :	Noster juris definitor & doctor, doctor decidens, & caput Athenæi nostro in cætu, Muhrar *Behrmann*, Segal, sive Levita, cujus rete erat expansum in provincia Anspach & Schneitach.
שמואל שוכב בהיכל (4) נוגה : בלי עצם ותוגה: תחת כנפי השכינה:	SCHMVEL cubat in templo Splendoris, expers doloris & mœroris: sub alis Schechinæ i. e. Numinis.
(6) עלי גפי מרומה : ישב והגין לדור (7) כחומה: שקע שמש (8) בלא עונה:	Super pinnis excelsæ structuræ sedens, seculum protexit instar muri: occubuit Sol præter tempus suum:
(9) ישׂכר לפעולתו : מי יתנה כלמדתו : (10) קנה חכמה ובינה :	Est merces ipsius operi: quis omnem ejus dignitatis rationem enarrabit: sapientiam sibi comparavit & intelligentiam:
(11) בנרו (12) האיר והורה: (13) סיני ועוקר הרה: (14) בקהל עם ומדינה מדינה:	Luce sua illuminavit & jus edixit, qui exstitit mons Sinai legifer, & montem dimovit loco, in cœtu nostro populoso ac in variis provinciis.
הראש (15) מופלא בב"ד ומסיבה: דרשן דרשן וראש ישיבה (16) בשבת תחכמונה:	Caput admirandum in foro & ceteris conventibus, caput & rector Academiæ in habitaculo sapientiæ.
הפרנס (17) טוב לישראל: אשר (18) הכה שני אריאל: (19) ונתן לידידו שינה:	Curator, qui optime prospexit Israeli, & destruxit duos Arieles: dilectoque suo fecit suavissimum somnum.
כהרר א' (20) צדקתו : אשרי ילדתו והורתי: (21) רב טוב לי צפונה :	Sicut mons Dei ipsius erat justitia: quam beata est, quæ ipsum peperit & concepit: copia boni ipsi erat recondita.
(22) יצחק ליום אחרון (23) כי הרבה צדקת פזרון: (24) ויהי ידיו אמונה :	Ridebit ad diem ultimum: namque multa eleemosynarum sparsione valuit: cujus manus erat firmissima & fida.
סגל סגופים (25) ולא נהנה כ"א באצבע קטנה (26) על דאקא בבינה:	Proprias sibi fecit afflictiones, nec de mundi commodis aliter quam minimo digito delibavit: hinc illæ lacrymæ nostræ!
למורנו מוהרר בערמן בהפר' החסיד הרר דוד יצחק	Propter doctorem nostrum amplissimum Behrmann, filium curatoris ac ductoris cœtus piissimi Magistri Dav. Isaaci
זעקל סג"ל זצ"ל אשא קינה: צוה עלינו לקיים: אשר נזר ואיים:	Seckel, Levitarum Antistitis p. m. alta voce lamentabor. Cum vero nostrum sit ipsius observare præcepta, quod tremorem injiciens definiverat,
שלא לפר שבחו לכן אסיימנה: שני בסוכות (27) בטהרה יצאה נשמתו: והיתה (28) שלום מנוחתו: תסט למנינה הנצבה:	Ne scilicet laudes ipsius deprædicarentur: ideo hisce carmen obsignabo: secunda festi tabernaculorum feria in puritate anima discessit, & facta est pax ejus requies an. 469. secundum computum nostrum. S. a. e. l. in f. v.

(1) Verba hæc itidem ut in superioribus in orbem dimidium ducta epitaphio ipsi in cippo imminent

Morenu doctor est, qui ab alio doctore ad hanc dignitatem, specimine eruditionis ac decidendi facultatis exhibito, promovetur; qualis deinceps potestate decisoria pollet. Hic loci (i. e. Furthi) *Rabb* una cum *Beth Din* sive collegio juridico hanc dignitatem aliis tribuit, ut & titulum *Rabbi*, Rabh vero solus in præmium accipit pro *Morenu* florenos 12. pro *Rabb* & Chober (חבר) florenos 6.

(2) *Harabb hammore* alias est titulus Maimonidi proprius, quippe qui librum quendam suum *More Nebhochim* inscripsit, atque adeo hunc titulum sibi comparavit.

(3) Hac phrasi officium *Rabbinatus* designatur.

(4) Ut planetæ suos orbes retinent; ita Kabbalistæ cœlestes ac spirituales ejusmodi orbes effingunt, ad qualem voce נוגה Luciferum seu Venerem alioquin significante, poeta hic alludit: eo ipso dicendi genere beatum in cœlis prædicans, simulque ad phrasin & factum 1. Sam. III. 3. ושמואל שוכב בהיכל ה' respiciens.

(5) Particula עלי simul innuit prænomen *Eli*, quod

נהחנו צרורח זארח ולרורה עד יבא
[15] בן פרץ:

Cujus anima nunc & in posterum beatissimo fasciculo ligatur, donec venerit filius Perez.

(1) Respicitur ad 1. Paralip. XII. 30. ubi prædicantur בני יששכר יורעי בינה לעיתים
(2) Phrasis in Scriptura Sacra frequens.
(3) Phrasis Michæ est cap. VI. 2. Defunctus hodienum a popularibus suis propter eximiam pietatem laudatur. Pietatis illius Judaicæ ratio potest describi ex libro Teutonico-Judaico, qui dicitur ספר היראה item ex R. Bechai כר הקמח Verbum אבר apicibus instructum est ideo, ut intelligatur, eo simul innui per scriptionis compendium, quod defunctus officium אב בית דין gesserit, quamvis illi solenniter non fuerit inauguratus.
(4) Intellige vitriolum, quo manna asservabatur *Exod.* XVI. 33. Nota quoque allusionem ad communissimum inter suos nomen.
(5) Hic & Patris nomen, & defuncti dignitas doctoralis ac Rabbinica indicatur.
(6) Isque præ reliquis omnibus eximius.
(7) Pertinet huc historia de Benjamine, doctore Talmudico, & disputatore ingeniosissimo, ad quam hic apposite ob nominis convenientiam alluditur.
(8) Alluditur ad 1. *Sam.* IV. 12. וירע איש בנימין
(9) Respicitur ad 1. *Reg.* VII. 21.
(10) Vide *Deut.* XXXIII. 12. נלבנימין אמר יהוה ידיד
(11) Operam dedit, ne quid detrimenti res Judæorum caperent.
(12) Malach. II. 6. ורבים השיב מעון.
(13) i. e. Festo Pentecostali.
(14) Phrasis *Jeremiæ* ex cap. XLVI. 20. qua h. l. dies emortualis indicatur.
(15) i. e. Messias, e Perezi familia oriundus; id quod applicandum ad locum *Michæ* II. 13.

Carmen hoc novem habet strophas duabus ultimis syllabis coincidentes, quarum singulæ in tres particulas distinctæ sunt, ex quibus dum priores rhythmicæ e duabus constant vocibus: ultimæ autem e tribus. Particulæ, itemque aliæ voces monosyllabicæ e. g. בן frequenter ad alia referuntur verba.

IX. Epitaphium (1) *R. Chajim Bochner.*

[2] הרב מוה"רר חיים באכנר מק"ק קראקא
בעל המחבר חיבור אור חרש זצל תנצבה
אמן:

[3] אשא נהו וקינה: [4] למלא חכמה
ותבונה:
סקיבל אלקי' ותבונה יכונה: [5] הוא
הרב
[6] הותיק וחיד מוהרר חיים בן מוהרר
בנימין
זצ"ל : נפטר ונקבר ביום ד' י"ז שבט
תמ"ר:

Rabh Muhrar *Chajim Bochner* Cracoviensis Judæus, qui auctor fuit libri *Or chadasch* p. m. cujus anima sit ligata in fasciculo viventium. Amen.

Edam ploratum & ejulatum, sapientia & intelligentia cumulatissime
Kabbalistæ divino & Astronomo peritissimo; scilicet Doctori
Piissimo sanctissimoque Muhrar Chajim filio Muhrar Benjaminis
P. m. dissolutus & sepultus fuit feria quarta 17. Schbath 444. a. e.

(1) Ad hoc epitaphium provocavi supra in his Accessionibus p. 252.
(2) Verba hæc in circulum dimidium ducta epitaphio ipsi præmittuntur.
(3) Petita hæc phrasis est ex *Jerem.* IX. 9.
(4) Ita *Ezech.* XXVIII. 2. Tyrius Rex vocator מלא חכמה & *Josua*, *Deut.* XXXIV. 9. מלא רוח חכמה. Voces חכמה ותבונה sæpe in sacris conjunguntur, ut *Exod.* XXXVI. 1. &c.
(5) הוא הרב Voces has alias compendiose exprimunt per ה"ה
(6) Vox ותיק illustrari potest ex locis a Buxtorfio citatis, maxime vero ex Lexicis moralibus.

Duo rhythmi in hac inscriptione exstare videntur. Commendatur autem defunctus a sapientia, Kabbala & pietate singulari.

X. Epitaphium *Seligmanni fil. R. Meir.*

נכאי צדקה זעליגמן בן ר' מאיר אוליסום
דק"ק פירדא עד:

גל זה והמצבה לנאמן וישר נצבה:

עובר היה באהבה
כמר דוד יצחק בן הר"ר יעקב מאיר ז"ל
נפטר ונקבר יום א' כ"ג אדר ת"לב לפ"ק
תנצבה

Præfectus eleemosynis Seligmann fil. R. Meier Ulissum Synag. S. Furthensis. Testis.

Tumulus hic & obeliscus fidelissimo integerrimo positus

Qui suis in amore negotiis fuit defunctus
Cmar Davidi Isaaco, fil. R. Jacobi Meier p.m.
Dissolutus & sepultus Feria I. 23. Adaris an. 432.

XI. Epi-

XI. Epitaphium *Anschel fil. Reubenis*.

גבאי צדקה ותקה ותקיע כהר"ר ענזיל בר ראובן ז"ל מטיטלבך עד	Præfectus eleemosynarum & buccinator Charrar Ansel f. Ruben p. m. Tettelbaccensis. Testis
גל זה והמצבה לאיש ישר ונאמן באמונת אומן	Tumulus hic & statua viro integerrimo & optima fide conspicuo
ירא חטא כהר"ר עובדיה אשר בר ראובן ז"ל	Peccatum exhorrescenti, Charrar Obadiæ Ascher filio Reuben p. m.
נפטר ביום ה' ונקבר עש"ק י' אלול חמ"ו לפ"ק תנצ"בה	Mortuo feria quinta, & sepulto vespera sancti Sabbati seu feria sexta decimi Eluli 446. æræ minoris.

Sit anima ejus ligata in fasciculo viventium.

XII. Epitaphium *Jacobi Meir filii Jebudæ Mosis Ulma*.

האלוף [1] הט"ק כה"רר יעקב מאיר בר יהודא משה אולמא ז"ל	Dominus unus de optimatibus communitatis Harar *Jac. Meir fil. Jebudæ Mosis Ulma*, p. m.
[2] כהררים בסערה: הוציא לאורה: אבן הראשה:	Veluti montes e capillo pendentes in apricum produxit saxum hoc primarium:
[3] מאיר נתיב: חריץ יתיב: כל דבר קשה:	Semitam illuminans: optime enodans quamcunque rem dubiam:
[4] בנתיב יושר: לעני ועושר: כפי פרושה:	In semita recta perstitit: sive cum divite: cujus manus semper fuere extensæ ad eleemosynas faciendas.
האלוף בקהל: בנחת ניחר; בפרץ עמד חושה:	Dominus in communitate: modestissime ducens gregem: celerrime se sistens in fractura:
משה [5] אור מזרח: אורו זרח: בתורת משה:	Mosche lumen orientale: cujus lex oriebatur lege Mosis
[6] אולם בהי: [7] גבר כארי: לבית תפלה ובקשה:	Atrium - - - - instar leonis se confortavit, currens ad ædem precum.
[8] זלג דמעות: לקרב תשועות: [9] ביהודה בהגשה:	Stillavit lacrymas, ut salutem accerseret omnigenam per suum in precibus admotum.
אייר ת"ע למנינה: קנין עולם קנה: כחצות חדשה תנצ"בה: א:	Ijare 470. juxta computum suum sibi communem omnium sortem comparavit mensis in dimidio.

(1) i. e. הטובי קהל *ex optimatibus coetus*, qui res ejus curant. Illi alias etiam vocantur טואי העיר de quibus lege *Jac. Rhenferdium* in Dissert. I. de decem Otiosis pag. 113. seq.

(2) E minimis res maximas ingeniose eruens. Phrasis est Talmudica.

(3) *Job* XLI. 24.

(4) Respicitur *Job.* IV. 14.

(5) Cabbalisticum est Mosis cognomen.

(6) Quid sibi velit בהי nondum assequor: fortasse ex sequente voce ארי syllaba רי ad בהי referenda est, ac si legeretur בהירי i. e. *illustre*. Fortasse scribi debebat בקי בקי i. e. *peritus*. Ceterum per אולם simul alluditur ad nomen defuncti gentilitium.

(7) Vide *Orach Chajim* fol. I. tit. I.

(8) Vide Buxtorfii Lexicon Talmudicum.

(9) Alluditur ad *Genes.* XLIV. 18.

XIII. Epitaphium adolescentis *Naphthali filii Wolf*.

Hebraice	Latine
הבחור חשוב נפתלי בן הפר' כמר זאב	Adolescens æstumatissimus *Naphthali*, *fil.* Curatoris & dictatoris *Wolf*.
(1) נפת לי טוף מור שפתו	Destillavit mihi guttis suavissimæ myrrhæ ipsius labellum.
בן י"ד שנה היה במותו הרוה אביו בתורת חכמתו	Natus 14. annos fuit cum moreretur. Multa affecit hilaritate Parentem suum studio suo sapientiæ.
יראת השם היתה אוצרתו י' סיון ת"ע הלך למנוחתו: תנצב:	Timor Numinis ipsius exstitit thesaurus. Decimo Sivanis 470. ad suam abiit requiem.

Anima ejus ligata sit in fasciculo viventium.

(1) Exprimitur hic nomen *Naphthali*, & simul alluditur ad varia loca in Proverbiis & Cantico Canticorum v. c. Prov. v. 3. VII. 17.

XIV. Epitaphium feminæ *Edel* filiæ *Jac. Coppel*, uxoris *Lammel*.

Hebraice	Latine
אירל בת קצין והנדיב ה"רר יעקב קאפל סגל זצ"ל אשת כמ"ר לעמל בן פר' כמר יואל ז"ל:	*Edel*, filia opulentissimi & munificentissimi Hr'r *Jac. Koppel*, Levitici Antistitis, p. m. uxor Cmar *Lemmel*, fil. ductoris & curatoris Cmar *Joel* p. m.
אבן מצבה לשמחה ערבה: במורה ישרה	Lapideum monumentum suavissimo dilecto sub mortem optime parato.
ידה בכושר לעני ועושר: נטלה בהדרה.	Cujus manus ex æquo in pauperem & divitem benefice protensa fuit.
דרכי צניעות בשפתים נעורה: וכגפן פורה:	Verecundiæ rationem habuit & labiis amœna protulit: instar vitis floruit.
לדרכי קרושה זריזה וחשה: כרת תורה:	Ad vias sanctitatis alacris & velox, secundum legis præscripta:
בתי עזרה כהרדי סערה: באופל ואורה:	Filia mea adjumento fuit, sicut montes e capillo pendentes, in caligine æque ac luce.
יע לה זכותה קיבן נשמתה: בכס קשורה:	Merita ejus ascendant cum oblatione animæ in marsupio [beatifico] colligatæ.
האביב לוית חן וביב תנ"ח ליצירה: תהא	Mensis Abhibh. f. Nisan tempus fuit comitatus benigni ac vociferationis lugubris an. 458. a M. C. Sit anima ejus
בצרול החיים צרורת: אמן:	In fasciculo viventium colligata. Amen.

Hic recensentur virtutes uxorum, delicium, benignitas, verecundia, affabilitas, fertilitas, adjumentum, sanctitas. Strophæ singulæ constant tribus membris, singulis duarum vocum.

XV. Epitaphium fœminæ *Channa*, filiæ *Meir Gungenheim* maritæ *Behrman*, Levitæ.

פ"ט אשה חשובה חנה חנה בת ח"רר מאיר נונהים אשת הר"ר בערמן סגל חנצב"ה א':	Hic conditur fœmina honoratiſſima *Channa*, filia Hr"r *Meir Gungenheim*, uxor Hr"r *Behrmann* Levitæ. S. a. c. in f. v. Amen.
הברו קינה נדרה שנה העריבה:	Conjungite planctum! defunctæ huic ſomnus receſſit.
והשכימה בנתה ביתה תורה קנתה:	Domum ſuam ædificavit; legem præ omnibus ſibi comparavit:
חסירה והשכימה הררום בשערה	Piiſſima & matutina: montes e capillo hoc pendebant,
מאירה וזהירה בשכבה ובקומה:	Illuminans & refulgens, dum cubuit & ſurrexit,
בנים גדלה ליראה מעולה ביונה תמה:	Filios ad timorem Domini ſummum educavit, devotione perfectiſſima
נפטרה ונקברה: ביום השירה: תנ"ח ליצירה:	Mortua atque ſepulta die Cantici Anno 458. a condito mundo.

XVI. Epitaphium fœminæ *Treinla* uxoris *Man*.

החשובה מרת טריינלא אשרת האלוף כמ"ר מן ז"ל	Honoratiſſima Domina *Treinla*, uxor Domini Cmar *Man*. p. m.
טרף [1] נתנה ליראים: בחסר וחנינה:	Eſcam dedit Deum timentibus: gratioſe ac benefice.
ייגה מסכה לחכמים: לנבון [2] הרלנה:	Vinum ſuum (fudit) Sapientibus: intelligenti adhauſit fuſiſſime.
לאביון ודל החיקה: בידה תביאנה:	Egenum & miſerum confortavit: manu ſua eum adducens:
בת ענית ישבה: [3] ובאצבע לא נהנה:	In jejuniis conſedit: ne quidem digito mundi commodis fruens.
פונה זיוה והדרה: ז"ך תמוז הוי בבינה:	Avertit ſuum jubar & gloriam: die 27. Tammuz fletu exorto.
איכה אספה חסידה: חסט למניינה:	Qui ad parentes collecta fuit piiſſima? anno 469. ſecundum ſupputationem.
יזעק אבן מקיר: לה ישא קינה:	Clamavit e pariete lapis: ipſique edet lamentum:
קדמה חשכה לכנישת: תעמוד לקוץ [4] ימינה: תנצ"בה	Anteverterunt tenebræ mortis collectionem (in cœlum univerſalem) reſurget tamen ſub finem dierum ſuorum.

(1) *Proverb.* XXXI. 15. & *Pſ.* CXXIV. 6.

(2) Hæc verbi forma exſtat *Exod.* II. 16. Dubio procul reſpexit Poeta ad *Prov.* XX. 5. איש תבונה ידלנה.

(3) Phraſis Talmudica, quæ jam in ſuperioribus exſtat.

(4) Per nimiam licentiam ſuffixum ימינה hic ponitur.

Quod ad carminis rationem attinet, ſingulæ ſtrophæ tres habent inciſiones: Secunda per totum eandem deſinentiam & duas plerumque voces retinet. Prima & tertia in ſtrophis ſemper, non tamen per totum carmen ſimiles ſyllabas habent in terminis, & utplurimum tres voces. In ſtropha tertia inciſio tertia voce una, & in quinta prima & tertia rhythmo deſtituuntur, forſitan per errorem.

XVII. Epitaphium puerperæ cujusdam *Belæ*, filii *Jacobi*.

Hebraice	Latine
מולדת בילא בת יעקב ז"ל פ"ט	Puerpera *Bela*, filia *Jacobi* p. m. hic conditur.
אשת חשובה והגונה מצות	Mulier æstumatissima & honestissima, quæ præcepta
ה' עשתה בכוונה מרת בילא	Johovæ fecit summa devotione, Domina *Bela*,
בת יעקב ז"ל יום ב'ךב :	Filia Jacobi p. m. die secundo vicesimi secundi
תשרי תנה : לפ"ק תנצ"בה	Tischri anno 455. Computi minoris :

Sit anima ejus ligata in fasciculo viventium.

XVIII. Epitaphium Virginis *Hindel* filiæ *R. Naphthali*.

Hebraice	Latine
פה טמונה אשה חשובה	Hic conditur fœmina præstantissima
והגונה כי במצות השם דרכיה	Et optime instituta : nam in præceptis Numinis erant viæ ejus.
הינדל בת ר' נפתלי	*Hendel* filia R. *Naphthali*
נפטרת ונקברת יום ב' ה' אדר שפה	Quæ defuncta est & terræ illata feria II. quinti Adaris an. 385.
לפ"ק תנצ"בה	Æræ minoris :

Sit sit anima ejus ligata in fasciculo viventium.

XIX. Epitaphium fœminæ *Pesel*, filiæ *Josuæ*, uxoris *Salman Schneior*.

Hebraice	Latine
פה אשת חיל ימצא :	Hic fæmina virtute præcellens reperitur.
מצות ה' עשתה בריצה	Præcepta Dei observavit lubentissime.
בהשכמה לב"ה אצה :	Mane ad Synagogam properavit :
למצות ולגסילות חסד וצדקה רצה :	Ad exsecutionem præceptorum Dei beneficentiæque & eleemosynarum cucurrit :
ציצית נתנה למי שחפצה :	Peniculamenta dedit, quicunque desideraret.
כמה שנים בחול כיין ובשר מאסה וקצה :	Permultos annos diebus profestis vino & carne tanquam nauseabunda abstinuit.
בלא מטה מושב בארצה :	In terra absque lecto & culcitra decubuit :
ובתענית משבת לשבת ובשאר סיגופים אמצה :	Jejuniis a Sabbatum protractis, ac aliis afflictionibus spontaneis valuit.
נפטרת יום ה' ונקברת עש"ק ז' ניסן תנ"ב לפ"ק תנצ"בה :	Obiit feria quinta, & sepulta est in vespera Sabbati Sancti, [i. e. die Veneris] 7. Nisanis an. 452. curæ minoris. S. a. e. l. i. f. c.

XX. Epitaphium Typographi *Josephi* fil. *Salman Schneior*.

האלוף הר"ר יוסף בן הר"ר זלמן שיאור ז"ל	Dominus Harrar *Joseph* fil. Harar *Salman Schneior*.
(1) מחוקק אבן כוחן: לחבר יראים נבחן:	Typographus, lapis lydius, ad Societatem Deum timentium expeditissimus:
(2) עדות ביוסף: קבע עתים לתורה:	Testificatio in Josepho facta: Tempora definivit legi discendæ
(3) ומצות ה' ברה:	*Et præceptis Domini selectissimis*
(4) עמוריו עשה כסף: חמים רעים	Columnas suas fecit argenteas: cumprimis cordatus:
(5) ומעשיו לשמים נאים:	Et facta ipsius cœlo digna:
בן פורת יוסף: גבאי צדק: החזיק בדק:	Ramus fœcundus est Joseph: eleemosynis præfectus: restauravit defectus:
כבן חרדין חסף: בן שנים קצרות: על מאורות:	Ut filius Tardin fideliter dispensavit: annos non multos natus luminaria cœli auxit:
הוסיף ונאסף בחדש רביעי י"ד בו קבע:	Collectus ad patres mense quarto, cujus die 14. præcise
לקבר (6) הורד יוסף: תנצ"בה:	In sepulchum deferebatur Joseph: S. a. e. l. in f. viventium.

(1) Belle excisas: qua voce simul ars typographica, ingeniique ejus magnitudo innuitur.

(2) Psalm. XXI. 6. quippe quo cum Deus mire æque ac clementissime egit, ex carcere protrahens.

(3) *Psal.* XIX. 3.

(4) h. e. optime semper & sibi & aliis prospexit.

(5) i. e. opera ejus ad Dei gloriam tendebant.

(6) Respicitur ad Genes. XXXIX. 1. ויוסף הורד מצרימה.

Annectam his Inscriptiones tres, ex Italia ad Ungerum perscriptas, ut de Judæorum Italorum genio in hoc scribendi genere judicari possit. Altera R. *Jehudæ Leoni Mutinensi*, altera R. *Mosi Sacuta* sacra est, tertia R. *Josepho Semiga*.

XXI. Epitaphium *R. Jehudæ Arje Mutinensis*.

ארבע אות קרקע בחצע בחצר זה	Quatuor hic sunt cubiti terræ in conclavi hoc
(1) אגב קנין סודר מימות עולם	Quos ex panni tacti ritu a longo tempore
הקנו ממעל (2) ליהודה אריה מסורינה בזה בסתר נעלם:	Emerunt superne Jehudæ Leoni Mutinensi, qui hic in occulto latet.

(1) קנין סודר i. e. *possessio* seu *emtio* per *pannum* vel linteum, a duobus testibus & viris contrahentibus tactum, facta & firmata. De ritu hoc lege *Eliam Levitam* in *Tisbi*, & ex eo Buxtorfium in Lexico Talmudico pag. 1443.

(2) De *Jehuda* hoc diximus Vol. I. Biblioth. Hebraic. n. 692. ad quem conferantur Supplementa hæc num. 296. unde de anno ipsius emortuali constabit. Cippus hic exstat Venetiis.

XXII. Epitaphium *R. Mosis Sacuta*.

מצבת קבורת הרב הגדול שברבנים המקובל
החסיד והקדוש מרנא ורבנא [1] משה
זכותא [1] זצוק"ל אשר נסע למנוחה
ויעזוב אותנו לאנחה יום שני של סוכות
הת"נח:

העוברים עמדו ואל [3] עברו
שימו לבבכם אל קבורת גבר
גבר בעוז על כל אשר נודעו

בסוד ובנגלה [4] ומשבור שבר

כל שומעיו ישתעשו [5] ישבעו

על כן [6] שפתיו דובבות בקבר

עומד כמו [7] משה בעת הרחק
לנו [8] זכותו יעמד בשחק:

Cippus sepulcri Magistri inter doctores maximi, Cabbalistæ, pii & sancti Doctoris & Magistri nostri, *Mosis Sacuta*, [memoria justi & sancti sit in benedictione] qui ad quietem concedens nos reliquit in gemitu, die secundo festi Tabernaculorum an. 458.

Transeuntes consistite, nec transite:
Advertite animum ad sepulchrum Viri,
Viri, præstantioris ceteris, qui fama valent,

In argumentis abstrusis & claris vendentis annonam,

Omnes eum audientes obstupuerunt, & satiati sunt.

Propterea labia ejus loquuntur etiam in sepulchro.

Constitit ut *Moses*, tempore angustiæ,
Nobis meritum ejus constet in cœlo.

(1) Vide Bibliothecam hanc Vol. I. & III. numer. 1605.
(2) i. e. זכר צדיק וקדוש לברכה
(3) Vocem hanc in apographo omissam nexus, sensus & rhythmus verborum mihi suppeditarunt.
(4) Alluditur ad *Genes.* XLII. 6. & *Proverb.* XI. 26. Innuitur autem copia doctrinæ tam ampla, ut aliis etiam sufficere potuerit.
(5) Continuatur metaphora ab *annona* desumta.
(6) Respicitur dicterium Talmudicum in *Jevammoth* fol. 97. 1. & alibi legendum: כל תלמיד חכם שאומר דבר שמועה מפיו בעולם הזה שפתותיו דובבות בקבר i. e. *omnis discipuli Sapientis, qui dictum aliquod illustre loquitur in hoc mundo, labia loquuntur etiam in sepulchro.* Confer *Buxtorfii* Lexicon Talmudicum. p. 491. Hinc factum est, ut nonnulli libris suis titulum fecerint שפתי ישנים i. e. *Labia dormientium*, phrasi ex Cant. VII. 9. desumta, cui Talmudici dictum illud suum superstruunt.
(7) Comparatur defunctus cum *Mose*, cujus nomen gessit, ratione constantiæ animi difficillimis quibusque temporibus, & speciatim Exodi XVII. probatæ.
(8) Præter ingenium qualecunque, allusione ad cognomen nostri *Sacuta* facta, redolet vox ista superstitionem Judaicam, per quam merita magnorum & piorum, quos somniant, virorum sibi salutaria ut fiat, precantur. Frequenter hæc formula occurrit in precibus ipsorum & epitaphiis, & ad nauseam usque repetitur in epicedio Judaico, quod, Lippmanni cujusdam memoriæ destinatum lingua Judæo-Germaniac exhibet *Joh. Christoph. Wagenseilius* in Telis Igneis Satanæ p. 497. ubi R. *Lipmanni* carmen confutat.

XXIII. Epitaphium *R. Josephi Semiga*.

חכם [1] כמוה"רר [2] יוסף סימינה

[3] סוני [4] ועוקר הר בשמועתו

נפטר שנת [5] שפט י' ט"ו סיון

[6] זקן שבע ימים למנוחתו:

Sapiens, gloria doctoris nostri Domini, Domini *Joseph Semiga*

Sinaiticus, suburbens montes præconio suo:

Obiit anno quo dici potest: *judicat Dominus*, die 15. mensis Sivan,

Senex, satur dierum, ad quietem suam.

(1) כבוד מורנו ורבנו הרב רבי
(2) Vide Vol. I. & III. Bibliothecæ hujus an. 937. ubi de hoc *Josepho Semiga*, dictum est, quem rectissime *Semigam* appellari vel ex hoc monimento constat.
(3) Pervulgatum hoc doctorum inter Judæos principum elogium, quod in nostrum jure quasi quodam visum est conferendum, quia primum omnium *Josepho* cuidam attributum est, ut patet ex calce *Berachoth* fol. 64. Is scilicet סיני i. e. *Sinaiticus* dictus fertur a monte *Sinai* traditam, exacte cognitam habuerit.
(4) In apographo legere mihi videbar הב, quæ vox cum sit nihili, permutanda omnino est cum הר vel הרים. Idem vero ille Josephus, de quo modo dixi, hoc itidem elogium tulit, tanquam talis, qui doctrinæ suæ beneficio difficillima quæque legis momenta extricare, & contrarios illi errores instar montium evertere valuerit.
(5) Alludi videtur ad *Judic.* XI. 27. Latet vero in hac voce annus emortualis 389. c. 1629.
(6) *Jobi* XLII. 17.

TRIA ET QUADRAGINTA,

Quæ conſequuntur Epitaphia,

VEL CLAR. WOLFII

EPITAPHIA CRACOVIENSIA.

Epitaphium R. *Aaronis Moſche Teomim*, Rabbini Cracovienſis.

פה נטמן לו תבואה אוהב בהמון:	Hic reconditus eſt qui proventum amavit in multitudine
תורק שמו כשמן הטוב יורד על׳ זקן אהרון:	Redolet ejus nomen ſicut oleum bonum deſcendens ſuper fimbriam Aaron
להגיד שבחו כי יסופר לא יאומן.	Ad enarrandum ejus laudem; ſi quis recenſeat, non erit fide dignus.
מופלג הדור על עם ה׳ היה חופה ככפה ואגמון.	Admirabilis ſeculi, populo Dei erat tegumentum ſicut ramus juncus.
ה״ה הגאון הגדול אב״ד ור״מ דק״ק קראקא	Sapiens inclytus, magnus, pater ſynhedrii, & præfectus ſtudiorum cœtus ſancti Cracoviæ.
והגליל יצ״ו הקדוש כמהר״ר אהרן ד״רשן	Et Galil, quem Deus cuſtodiat, ſanctus Vir excellentiſſimus, doctor præſtantiſſimus, teſtimonio, & judicio a manuenſium incuria, & inſcitia mendoſiſſima quantum fieri potuit, emendavimus. Aaron, rector.
בה״רב מהו״רר משה א״ץ תאומים בעון	
הדור נשברה ארון אלקים בשבת ב אב	
ת״ן לפ״ק זכותו יעמד לעולם אמן:	Filius excellentiſſimi & glorioſiſſimi Moſe Atz Teomim, propter ſcelus
	Seculi captiva facta eſt Arca Dei in Sabbatho die ſecunda.
	Ab Anno 450. juxta ſupputationem minorem; ejus meritum permanebit in æternum. Amen.

Epitaphium R. *Aaronis Samuelis*, *fil. Iſrael Koidenover*.

פה נטמן צנצנת המן.	Hic recondita eſt lagenula Mannæ.
איש אלקים משה נאמן	Vir Dei Moſe fidelis.
כמשה ושקל כאהרו ושמואל.	Sicut Moſe, & æſtimandus ſicut Aaron, & Samuel,
הגאון המופלא בדורו אשר רבץ והרבה תורה בישראל והעמיד	Inclytus, admirabilis in ſeculo ſuo, qui docuit & multiplicavit legem in Iſrael, & conſtituit.
הרבה תלמידי חכמים שריחו נודף כשמן אפרסמן . נר המערכה	Multos diſcipulos ſapientes, cujus odor fragrabat ſicut oleum balſaminum, lucerna occidentales.
א״ד ור״מ דק״ק קראקא והגליל מוה״רר	Pater Synhedrii, & præfectus ſtudiorum cœtus ſancti Cracoviæ, & Galil, doctor excellentiſſimus & glorioſiſſimus
אהרן שמואל בה״רר ישראל	Aaron Samuel filius excellentiſſimi, & glorioſiſſimi Iſrael,
קאידנאובר ונפטר ונקבר ביום ו׳ י״ט תמוז תלו׳ לפ״ק:	Koidenover & mortuus, & ſepultus eſt die ſexta, decima nona Tamutz, anno 436. juxta ſupputationem minorem.
כתר תורה. כתר שם טוב	Corona legis, corona nominis boni,
גברה יד העליונים על התחתונים.	Prævaluit manus ſuperiorum præ inferioribus.

In

Hebrew	Latin
בהלקח ארון אלקים הנתונה לפני ולפנים.	In apprehendenda arca Dei reposita in adyto,
תורתו אמרת כניתנה למשה פנים אל פנים.	Lex ejus veritas ſicut data eſt Moſi facie ad faciem
ונתבקש רבינו בישיבה של מעלה לשמוע דברים כנים.	Et petitus eſt doctor noſter ad Academiam ſuperiorem, ad audiendam verba recta.
ביום חושך לנו והאיר לעליונים.	Die illo factæ ſunt tenebræ nobis, & lux excelſis.
יום שישי י"ט תמוז תלו' שנים.	Dies fuit ſextus, 19. Tamutz anno 436.
אוי ואבוי כי נפלה עטרת ראשינו יקרה מזהב ומפנינים	Væ & luctus, quia cecidit corona capitis noſtri pretioſior auro & gemmis.
ראש ואב לכל החכמים.	Caput & pater omnibus ſapientibus. Compoſuit (librum cui titulus) *Benedictio ſacrificii pacificorum*.
חבורו ברכת הזבח שלמים.	Et librum (cui titulus) *Benedictio Samuelis ſuper legem Moſis* juſti, qui vivat in æternum.
וספר ברכת שמואל על תורת משה צדיק חי העולמים.	(Et librum cui titulus) *Filum triplicatum non facile rumpitur*. Librum. *Fides Samuelis*.
החוט המשולש לא במהרה ינתק ספר אמונת שמואל	
על פוסקים וג"פת בטוב טעמים.	(Libros) in textus, & in Gemaram, & Toſaphoth cum multis explicationibus.
בת קול דומה במדרשו של שמואל שר הפרתמים.	Filia vocis obmutuit in Academia Samuelis principis primariorum.
מי יוכל לספר שבחו אילו היה כל בני אדם סופרים.	Quis poterit recenſere ejus laudem? Vel ſi omnes filii hominum eſſent ſcribæ,
ודיו ימים. הגאון אב הרבנים. בג"ע יהיה תמים:	Et atramentum maria. Inclytus pater ſapientum. In horto Eden erit perfectus.

Epitaphium R. *Iſaaci fil. Jeſchajæ*.

Hebrew	Latin
יצאו אראלים וספדו תמרור וצעקו מרה.	Egrediantur Angeli, & clament lamententur amariſſime amare.
צדיק חסיד ארז בלבנון אדור התורה.	Juſtus, pius, cedrus in Libano, præpotens legis,
חמדת ישראל כלי הקודש נזר ועטרה.	Deſiderium Iſrael, vas ſanctum, corona, & diadema,
קל כנשר לעשות רצון קונה באהבה גמורה.	Velocior aquila ad faciendam voluntatem formatoris in amore perfecto.
הגאון מ"ו אב"ד מוה"רר יצחק במה"ורר ישעיה.	Inclytus, doctor, pater Synhedrii, doctor excellentiſſimus, & glorioſiſſimus Iſaac filius doctoris excellentiſſimi & glorioſiſſimi Jeſchajæ. Propterea fluent oculi noſtri aquis fluendo.
כהן צדק. על זאת נגרו עיני מים נגרה: יהללו שמים: יחט"ו ל"פק	Canent cœli. Anno 415. juxta ſupputationem minorem.
יום זה נהי ומספד רב ארעימה ואהימה.	Die iſto lamentum, & lamentatio magna; lamentabor & ingemiſcam.
צאיקת הוי הוי איך נפלה גבור וכלי מלחמה.	Clamabo, væ væ, quomodo cecidit fortis, & arma belli.
חשכו עינינו על אבידת הצדיק ונפשינו עגומה.	Obtenebrati ſunt oculi noſtri propter mortem juſti, & animæ noſtræ afflictæ ſunt.
קר"או למקוננות לקונן ולבכות עש כסול וכימ"ה:	Vocate lamentatrices ad lamentandum & ad lugendum Arcturum, Oriona & meridiem.

Epitaphium *Iſaaci R. Jekel*.

Hebrew	Latin
פה נטמן הנגיד המנושה המיוחס נזר ותפארת הזמן. רועה נאמן.	Hic reconditus eſt dux, princeps generoſus, corona & gloria temporis, paſtor fidelis.

האלוף כמה'ורר איזק ר"י אשר בנה בה"כ מעשה ידי אומן.

Magister, Vir excellentissimus, & doctor præstantissimus Isaach R. Jekel, qui ædificavit domum congregationis.

לגן ערן ש"י הוא מזומן :

Opus manuum artificis; ad hortum Eden munus est præparatum.

ראש וזקן ומנהיג נשא פנים.
איש צדיק שומר אמונים.
יושר מליץ למלכים וסגנים.

Caput, & senex, & director venerabilis,
Vir justus, custodiens veritates
Director, interpres, regum, & ministrorum

יגע ללכת בחרבות וסכינים.

Laboravit, ut incederet in locis desertis, & periculosis.

זהב רב חוציא ורב פנינים.

Aurum plurimum impendit, & plurimas gemmas,

קרש יה בנה פאר הבנינים.

Sanctificavit Deum, ædificavit decus ædificiorum.

זכרון צדקתו לבני בנים
י"ג בטהורה ביום השבת ק"ו סון תי"ג לפ"ק ב"הכ שלו ק"דש ל"פק:

Memoria pietatis suæ filiis filiorum
Mortuus est in puritate die Sabbathi 26. Sivan anno 413. Juxta supputationem minorem in schola sua sancta.

Epitaphium R. *Isaaci Cohen* Soceri *R. Meir Lublinensis*.

בחודש אלול בש"ם ליצירה.
כיבה מישראל אורה.
ופנה זיוה ויצאה הדרה.
משיבי מלחמה השערה.
הוא מלחמת התורה.
המשבר בר לכל ישאל בחכמתו המפוארה.

In mense Elul anno 340. Creationis
Extincta est ex Israel lux,
Et cessavit splendor, & abiit gloria
Ab iis qui faciunt cessare bellum a porta
Ipse erat bellum legis,
Vendebat triticum universo Israel sapientia insigni.

במשנה בתלמוד בקבלה גם במקרה

In Misna, Talmud, in Kabbala, atque etiam in lege

גאון ונשיא כהנא רבה.
אשר גוע בעון הדרא.
מורנא ורבנא יצחק בר דוד שפירא

Insignis, & princeps, sacerdos magnus,
Qui mortuus est propter scelus seculi
Doctor, & magister, justus, filius David formosi,

עוקר הרים ומשבר סלעים בסברא.

Evellens mentes, & incidens lapides disputatione.

שפתי כהן ישמרו דעת מפיהו יבקשו תורה.

Labia sacerdotis custodient scientiam, & ex ore ejus petent legem.

ויצא יצחק לשוח בשדה.

Et egressus est Isaach ad orandum in agro.

Epitaphium R. *Mordechai Margalijoth*.

יוד כסלו שע"ז ל"פק.

Die 10. Casleu anno 377. juxta supputationem minorem

זה קבר איש אלקים קרוש יאמר.

Hoc est sepulcrum Viri Dei, sanctus dictus est.

מצות ה' שומר.
שר גדול בתורה בפלפול ובסברה.

Præcepta Dei custodiit
Princeps magnus in lege, in acutis argumentationibus, & in disputatione;

במקרה ובמשנה ובגמרה.
הגאו' ר"מ מוה'רר מרדכי מרגליות.

In lege, & in Misna, & in Gemara
Inclytus, præfectus studiorum, doctor excellentissimus, & gloriosissimus Mordachai Margalijoth.

Epi-

Epitaphium *Filii ejus*.

Hebraice	Latine
פה נטמן אבינו האיש משה עניו מכל הארם	Hic conditus est pater noster, vir Mose, humilis præ omnibus hominibus,
כל ימיו היה עוסק במצות ובגמילת חסידים	Cunctis diebus suis occupatus fuit in præceptis, & in beneficentia,
והרביץ תורה בישראל חסיד ועניו כהילל	Et docuit legem in Israel, pius, & humilis sicut Hillel
מרגניתא דלית בו טימרא.	Margharita, cui non fuit pretium,
כמה"רר משה יוסף במה"רר משה מרדכי מרגליות.	Vir excellentissimus, & doctor præstantissimus Joseph filius doctoris excellentissimi, & gloriosissimi viri Mose Mordechai Margalijoth.
ביום ג' ך' אייר לפרט ולסדר נשא את ראש.	Die 3. 20. Jiar juxta supputationem & ordinem. *Sume computum*.

Epitaphium R. *Jacobi Rotner*.

Hebraice	Latine
פה נטמן המוכיח הגדול מוהר"ר יאקב ראטנר.	Hic reconditus est corrector magnus doctor excellentissimus & præstantissimus Jacob Rotner
בער"ח חשון שנת תמ"ה לפ"ק.	In vespera novilunii mensis Chesvan anno 444. juxta supputationem minorem.

Epitaphium R. *Heschel Zoreph*.

Hebraice	Latine
ועליו נקבר המפורסם מהו"רר העשל צורף	In hoc sepultus est conspicuus doctor excellentissimus & præstantissimus Heschel Zoreph.
מוילנא י"ב ביום ה' ד"ר אייר בשנת ת"ס לפ"ק תנצב"ה:	Ex Vilna die 12. 5. 24. Jar anno 460. juxta supputationem minorem, cujus anima colligata sit in fasciculo vitæ.

Epitaphium R. *Koppel filii Nathan*.

Hebraice	Latine
מפי כל בן ובת	Ex ore omnis filii & filiæ
הוגות קינות רבות	Meditatio fiat lamentationum multarum
נחל ושר התורה שוות	Torrens, & princeps legis simul
בחוצאי שבת	In exitu Sabbathi
בליל לח' שעות הלך הגאון מוה"רר קאפיל	In nocte ad horam octavam abiit inclytus doctor præstantissimus & excellentissimus Koppel
בן מה"רר נ' לישן לישן לחדר משכבתו	Filius viri præstantissimi, & excellentissimi R. Nathan, ad dormiendum ad dormiendum in cubiculum in lecto suo,
וקרא ק"ש על מטתו	Et legit lectionem Audi super lecto suo
בפתחו כפתו	In principio captus fuit;
ערב לו הרוצח נחרב מתחת למדו	Accessit ad eum homicida cum gladio sub veste sua,
ויתקעהו בבטנו בירו	Et transfixit eum in ventre suo manu sua;
ונפל מת ארצה במעמדו	Et cecidit mortuus in terram in loco suo;
רצחו נפש בלי פשע.	Occidit animam sine scelere;
לא שינה בו הרוצח הרשע:	Non repetiit in eum homicida impius.

Epitaphium R. *Natha Darſchan.*

על קבר הגאון מוה"רר נטע אב"ד ור"מ	In ſepulcro inclytus doctor excellentiſſimus, & præſtantiſſimus Natha pater Synhedrii, & præfectus ſtudiorum, autor
בעל מגלה עמוקות	libri, (cui titulus.) *Revelatio profundorum.*
מטושטש ר"ק לפרט . ויקרא ה' אלקים צבאות	Tumulatus fuit anno 300. juxta ſupputationemminorem, & invocavit Dominum Deum exercituum
ביום ההוא לבכי למספד ולקרחה.	Die illo luctus fuit, lamentatio, & decalvatio,
ואצלו נקבר הגאון מהו"רר יצחק בנו :	Et juxta illum ſepultus eſt inclytus doctor præſtantiſſimus & excellentiſſimus Iſaach filius ejus.

Epitaphium R. *Joſeph Cohen* Autoris libri שארית יוסף.

בזות המערה נקבר איש אלקים האלוף התורנו מוה"רר	In hac ſpelunca ſepultus eſt vir Dei magiſter legis noſtræ doctor excellentiſſimus & præſtantiſſimus
יוסף בן הרר מרדכי גרשון כץ זלהה	Joſeph filius Herr viri excellentiſſimi & præſtantiſſimi Mordechai Gerſon Chatz, memoria ejus ad vitam ſeculi futuri
הי' אב ב"ד	pater Synedrii,
וראש ישיבה פה קק קראקא יותר מחמישים שנה	Et caput Academiæ cœtus ſancti Cracoviæ plus quinquaginta annos
ויוסף להיות עניו מאד מכל אדם . הוא הרביץ תורם	Et Joſeph fuit humilior præ cunctis hominibus, ipſe docuit eorum legem
בישראל האיר עינינו . בתשובת שארית יוסף וביאורי .	In Iſrael, illuminavit oculos noſtros in reſponſis (in libro cui titulus) *reliquiæ Joſeph*, & in illuſtratione
חשן משפט וביאור על ספר מרדכי ונפטר ביום	Pectoralis judicii, & in expoſitione ſuper librum Mordachai, & mortuus eſt die
ב' ג' שבט שנת נש"א ארת ראש בנו גרשון לפ"ק.	2. 3. Schevet anno 351. Sume computum filiorum Gerſon juxta ſupputationem minorem.

Epitaphium *filii ejus Tanchum.*

פה נקבר הגאון מוה"רר תנחום כ"ץ ונפטר	Hic ſepultus inclytus doctor excellentiſſimus & vir præſtantiſſimus Tanchum Chatz, & mortuus eſt die 14. purus
י"ד ז"ך ונקי בחרש	& mundus in menſe
שבט שע"ח לפ"ק היה לכל ימיו דיין וגבאי	Schevet anno 378. juxta ſupputationem minorem, fuit cunctis diebus vitæ ſuæ judex, & collector eleemoſynarum
בן הגאון מוה"רר יוסף	Filius inclyti doctoris excellentiſſimi & præſtantiſſimi Joſeph
כ"ץ נקבר בארון שלו על ארון של אביר	Chatz; ſepultus eſt in arca ſua in arca patris ſui inclyti patris Synhedrii in
הגאון אב"ד בק"קק מוה"רר יוסף כ"ץ:	cœtu ſancto Cracoviæ doctoris præſtantiſſimi, & excellentiſſimi Joſeph Chatz.

Epi-

Epitaphium R. *Mose filii Joschea.*

פה נטמן האלוף מוה"רר משה בהגאון
מוה"רר יושע ז"ל שהלך
לעולמו יום א' ד"ה אייר ת"מח לפ"ק:

Hi reconditus est magister, doctor excellentissimus & præstantissimus Mose filius inclyti doctoris excellentissimi & præstantissimi Joschea, cujus memoria sit in benedictionem.
Qui abiit in mundum suum die 1. 28. Jiar ann. 448. juxta supputationem minorem.

Epitaphium R. *Isaschar Behr filii Heschel.*

על אלה אני בוכי' ודמע תדמע עיני על
פטירת א"ב ע"רר
האלוף המרומם הראש ומנהיג הקהילה
והמדינה
המפורסם הרב מוה"רר יששכר בערש
בהגאון מהורר העשל ז"ל
יום א' ר"ח חשון תנ"א לפ"ק:

Propterea ego lugebo, & lacrymando lacrymabitur oculus meus propter mortem patris gregis
Fuit magister altissimus, pater & rector cœtus, & civitatis,
Celeberrimus dominus doctor excellentissimus, & præstantissimus Isaschar Behr filius inclyti doctoris excellentissimi, & præstantissimi Heschel, cujus memoria sit in benedictionem
Die primo vespera diei octavæ Chesvan anno 451. juxta supputationem minorem.

Epitpphium R. *Jonæ.*

פה נטמן הרב הדיין מוה"רר יונה רא"ח
קראכמאלש מת
יום ד' י"ר שבט מ"ט לפ"ק:

Hic reconditus est dominus judex, doctor excellentissimus, & præstantissimus Jona Rach
Charchamals; mortuus est die 4. 14. Schevet, anno 429. juxta supputationem minorem.

Epitaphium R. *Heschel.*

פה נטמן ונגנז ארון הקודש צדיק יסוד
עולם הרב כמהורר העשל ר"מ ואב"ד
ד"קק קראקא בן הרב הגדול של כל
בני הגולה מוהר"ר יעקב ז"ל ר"מ וא"ב
דק"ק לובלין א' ך' תשרי תכ"ד:

Hi recondita & abscondita est arca sancta, justus, fundamentum
Mundi dominus, sapiens excellentissimus, & vir præstantissimus Heschel, præfectus studiorum, & pater Synhedrii
Cœtus sancti Cracoviæ, filius Domini magni omnium
Filiorum captivitatis doctoris excellentissimi & præstantissimi Jacob, cujus memoria sit in benedictionem, qui fuit præfectus studiorum, & pater Synedrii
Cœtus sancti Lublini, die 1. 20. Tisri anno 424.

Epitaphium R. *Or Schraga Veibs.*

פה נטמן אבינו האלוף בתורה הרב
המופלג מוהר"ר אורי
שרגא וויבש ה"ה יכונה ר' פייבש דיין.
יציאת נשמתו היתה
בקדושה ובטהורה אור ליום ה' ז' אב
תבנ"הה.

Hic reconditus est pater noster, magister in lege, dominus admirabilis, doctor præstantissimus & excellentissimus Or
Schraga Veibs, sapiens cognominatus fuit Pibas, judex; egressa est ejus anima
In sanctitate & in puritate ad lucem diei 5. die 7. Abh; ejus anima colligata sit in fasciculo vitæ.

HACTENUS EPITAPHIA CRACOVIENSIA.

Epitaphium R. *Seev fil.* Wodislaviæ juxta Pinſchoviam Poloniæ minoris.

פה נטמן נאונינו מורינו ורבינו המאור הגדול האלוף בתורה

Hic reconditus eſt inclytus doctor, & magiſter noſter, luminare magnum, doctor in lege

הצדיק החסיד הגאון הגדול אב"ד ור"מ מהו"רר זאב בםהור"ר גד

Juſtus, pius, inclytus, magnus, pater Synhedrii, & præfectus ſtudiorum Seev filius doctoris præſtantiſſimi & excellentiſſimi Gad

ז"ל היה אב"ד ך"ב שנים אצלינו ג' תמוז תק"ב ל"פק:

Cujus memoria ſit in benedictionem, fuit pater Synhedrii 22. annos apud nos, die tertia Tamutz, anno 422. juxta ſupputationem minorem.

Epitaphium R. *Joel Viibs*. Climtoviæ juxta Pinſchoviam.

פה נטמן הגאון הגדול אב"ד מהו"רר יואל פייבש במהו"רר יודא

Hic reconditus eſt inclytus, magnus, pater Synhedrii, doctor præſtantiſſimus & excellentiſſimus Joel Pibas, filius doctoris præſtantiſſimi & excellentiſſimi Jehuda

ברוך את ביום ר' כ"ח שבט ת"לו ל"פק היה א"בר בק"ק קלימטוב

Baruch; mortuus eſt die 4. 24. Schevet anno 436. juxta ſupputationem minorem, fuit pater Synhedrii in cœtu ſancto Climtoviæ.

Epitaphium R. *Chajim*.

פה נטמן ר' חיים בעל המחבר מגן אברהם זצ"ל היום

Hic reconditus eſt R. Chajim autor libri (qui inſcribitur) *Scutum Abraham*, memoria ejus pro ſeculo futuro

יום שהלך לעולמו. ערב יום הכיפורים תנ"ט לפ"ק:

Dies, quo abiit in mundum ſuum, fuit veſpera diei expiationum, anno 459. juxta ſupputationem minorem.

Epitaphium R. *Iſaac filii Seev*.

יחרד ויחר לבבינו בחלחלה.

Contremiſcet, & commovebitur cor noſtrum in commotione:

צפירת תפארת ועפרת הושפלה.

Pulchritudo, gloria & corona humiliata eſt,

השוך הוזק ומאורת הואפלה.

Obtenebrata eſt fortitudo, & luminare obſcuratum eſt

קרן ישראל וערים נוצלה.
בשנת ת"מג ביום חיבט ערבה.
רתת וחיל אחזתנו על המגבה.

Corona Iſrael, & urbium, quas ſalvavit
Anno 443. die percuſſionis ſalicis;
Tremor & dolor apprehendet nos propter inauratum.

נר אלקים וישראל כבה.
על זה לבינו דוה.
על פטירת ארונינו מורינו ורבינו הגאון מהו"רר יצחק

Lucerna Dei, & Iſrael exſtincta eſt.
Propterea cor noſtrum dolet
Propter mortem domini noſtri, magiſtri & doctoris noſtri inclyti doctoris præſtantiſſimi, & excellentiſſimi Iſaach

במה"רר זאב זצ"ל אב"ד ור"מ דקהלותינו והגליל

Filii doctoris præſtantiſſimi & excellentiſſimi Seev: memoria ejus pro ſeculo futuro qui fuit pater Synhedrii, & præfectus ſtudiorum cœtus naſtri, & Galil

שנפטר והלך לעולמו ועמו. נסתמו מעינות התורה.	Qui mortuus est, & abiit in mundum suum, & cum eo clausi sunt fontes legis.
כחמישים שנה היה טופס בישיבה של מטה ונחמר לישיבה של מעלה.	Quinquaginta annis fuit princeps in Academia inferiori, Et desideratus fuit ad Academiam superiorem
ביום הששי הושנא רבא שנת תמ"ג:	Die sexta Osanna Rabba, anno 443.

Epitaphium R. *Joel Sircks*.

הגאון והחסיד ומו' ואב"ד הישראלי ומ"ה יואל סירקש	Inclytus & pius, & conspicuus, & doctor, & pater Synhedrii Israelis, præstantissimus vir Joel Sircks
ז"ל תנצב"ה. בעל בית חדש:	Cujus memoria sit in benedictionem, & ejus anima colligata sit in fasciculo vitæ; fuit autor (libri qui inscribitur) *Domus nova*.

Epitaphium R. *Jehoschua filii Joseph* Cracoviæ.

על אלה אני בוכייה ועיני נגרה. על אבי הגאון הגדול שר התורה.	Propterea ego lugebo, & oculi mei distillabunt super patre meo inclyto, magno principe legis.
לא הניח כלום מתורת משה לשמרם. גם חבר ספרים	Nunquam cessavit a lege Mosis, ut eam custodiret, composuit etiam libros
ספר מגיני שלמה. גם שאלות ותשובות הוציא לאורה.	Librum: *Scuta Salamonis*; præterea *quæstiones & responsa* in lucem edidit.
מודינו הרב יהושוע בן מוה"רר יוסף ז"ל אב"ד ור"מ מקראקא	Doctor noster, dominus Jehoschua filius doctoris excellentissimi & præstantissimi Joseph, cujus memoria sit in benedictionem, fuit pater Synhedrii, & præfectus studiorum Cracoviæ.
בשבת קדש ז"ך מנחם תח"ל:	(Mortuus est) in Sabbatho sancto die 27. Menachem anno 438.

Epitaphium R. *Arie Lev* Cracoviæ.

פה נטמן וצפון חלקת מחוקק.	Hic reconditur, & absconditur portio Legislatoris,
איש טהור שבעתיים מזוקק. לתורת ה' כסף זוקק.	Vir purus, septuagies purgatior In lege Dei argento purgatissimo
ה"ה הגאון הגדול המופלג ברורו כמהו"רר אריה ליב	Sapiens inclytus, magnus admirabilis in seculo suo, vir excellentissimus, & doctor præstantissimus Arie Lev
זצ"ל א"ד ור"ם דק"ק קראקא והגליל יע"א נפטר בשבת	Cujus memoria in Seculo futuro, Pater Synhedrii cœtus sancti Cracoviæ, & Galil: mortuus est in Sabbatho
קדש ט"ו אייר ונקבר י"ו א' ט"ז אייר תל"א:	Sancto die 15. Jair, & sepultus est die 1. 16. Jiar. anno 431.

Epitaphium R. *Mordechai*.

פה נקבר איש נבר. לפרט מוהר"ר מרדכי סב'.	Hic sepultus est vir purus, Præcipue fuit doctor excellentissimus, & præstantissimus Mordechai Lev,
בחכמת הטבע היה שר צבא.	In sapientia naturali fuit princeps exercituum
גם נגיד בדקרוק בקבלה בדרשות כרב חנינא	Fuit quoque dux in perscrutatione, in Kabbala, in expositionibus allegoricis, sicut R. Chanina.

In

Hebraice	Latine
בימי בחרותו נסתפק כרב חבינא בקב דרובא.	In diebus juventutis suæ satis illi erat, sicut R. Chabinæ, cabus siliquarum.
מורגלה בפומיה כל מאי דעביד רחמנא עביד לטבא.	Solebat habere in ore: Quod facit Deus, facit propter bonum.
לעת זקנותו כשהיה לאיש שיבה.	Tempore suæ senectutis, quando fuit vir senex,
נהפכו כולם לטובה.	Conversa sunt omnia in bonum.
הגאון מוהר׳ מרדכי רעה אבן ישראל ב״ר יעקב נעלה.	Inclytus, doctor præstantissimus & excellentissimus Mordechai pastor filiorum Israel, filius R. Jacob excelsi.
מהו״רר מרדכי שמעבר הלז חקוקה.	Fuit Doctor excellentissimus, & præstantissimus Mordechai; (*) quod præteritum est, exculpsit.
נשמתו יצאה בנשיקה.	Anima ejus egressa est in osculo:
זה ראי׳ גם עד. שצדקתו שומרת לעד.	Hæc est probatio, quod pietatem suam custodierit in perpetuum;
ממרדכי למרדכי לא קם כמרדכי.	A Mordechai ad Mordechai non surrexit sicut Mordechai.
טוב לעמו דרש	Bonum populo suo quæsivit.
כל רז פיריש	Omne arcanum exposuit.
ייקיא כן אגור	Evomebat quod collegerat.
היה הכל כפיו שגור.	Et omne quod erat in ore ejus, emittebat.
יום ד׳ י״ט טבת שלו לפ״ק:	(Mortuus est) die 4. 19. Thebeth, anno 336. juxta supputationem minorem.

(*) Quid hæc sibi velint, divinare mihi non licet.

Epitaphium R. *Isarles*.

Hebraice	Latine
ביום ג׳ כמספר בני ישראל.	Die 3. juxta supputationem filiorum Israel,
גלה כבוד מישראל:	Exulavit gloria ab Israel,
משה היה רעה צאן ישראל.	Mose fuit pastor gregis Israel;
צדקת ה׳ עשה ומשפטיו לישראל.	Justitiam Dei fecit, & judicia ejus Israel.
הרביץ תורה בישראל.	Docuit legem in Israel,
העמיד תלמידים לרבות אלפי ישראל.	Constituit discipulorum multa millia Israel.
ממשה עד משה לא קם כמשה בישראל.	A Mose ad Mose non surrexit sicut Mose in Israel.
וזאת תורת החטאת ותורת העולה	*Et hæc est lex sacrificii pro peccato, & lex holocausti*
אשר שם משה לפני בני ישראל.	Quam posuit Mose coram filiis Israel
ה״ה נר המערבי הגאון הגדול מוה״רר משה רועה אבן ישראל:	Sapiens, lucerna occidentalis, inclytus, magnus, doctor præstantissimus & excellentissimus Mose pastor filiorum Israel.

Epitaphium R. *Eliefer filii Eliæ*.

Hebraice	Latine
פה נקבר הגאון מה״רר אליעזר בה״רר אלי׳ הרופא אשכנזי ז״ל:	Hic reconditus est inclytus doctor præstantissimus, & excellentissimus Eliefer filius viri excellentissimi & præstantissimi Eliæ Medici Germani, cujus memoria sit in benedictionem,
א״קונן על זמן סוער.	Lamentabimur super tempore tempestuoso.
הלא זה גלגל חוזר.	Hæc est rota, quæ circumagitur.
לבבי׳ הן במסתרים גברת ה׳ בכי עוזר	Corda sunt in absconditis: Fortitudo Dei luctum adjuvat.
יגוני רב וגם לי אב מזהב ז״ר.	Mœror meus est magnus, mihi quoque fuit pater, quasi aurum purum
הלא נלקח שנת מספר וש״ם אחר אליעזר:	Hic captus fuit anno supputationis 340. *Et nomen unius Eliefer*.

Epitaphium R. *Schalom Schachna*.

על אלה אני בכיה בכירה ועל זה דוה לבינו.	Propterea ego lugebo luctum, & propterea dolebit cor noſtrum.
איך שנפלה עטרת ראשינו.	Quomodo cecidit corona capitis noſtri?
ומשלום תענו נפשינו.	Et propter Schelom afflictæ ſunt animæ noſtræ?
ובשלוה כתרים תורה וכהונה ומלכות כאחה מאתנו.	Et in requie coronarum legis, & ſacerdotii, & regni ſimul a nobis (ereptæ ſunt).
שנפטר אבינו הראש והנגיד בישראל	Quando mortuus eſt pater noſter, princeps, & ductor in Iſrael
מוה"רר שלום שכנא ביום ג׳ י"ד סיון חמ"ה:	Doctor præſtantiſſimus & excellentiſſimus Schelom Schachna die 3. 14. Sivan anno 445.

Epitaphium R. *Samuelis Jehuda Katzenelbogen*. Patavii.

מה תחזה עובר אין זה קבר	Quod vides viator, hoc non eſt ſepulcrum,
רק הוא למלבוש חור כרפס ותכלת	Solummodo eſt propter veſtem ſericeam, albam, viridem & hiacynthinam,
ארגז אשר הושם פקדון שם	Arca, quæ poſita eſt ibi in depoſitum,
ובכן אני אליו אבן זוהלת	Idcirco ego ſum illi lapis lævigatus,
הוא גוף הדר לבש נשיא חרבש	Hoc corpus decorum veſtem principis præcinxit.
בעם ומנהינס תחת ממשלת	In populo duxit ſub ejus dominio,
טובו בתפארה כתר תורה	Bonum ejus in gloria coronæ legis,
חכם בחכמתו בלתי בנכלת	Sapiens in ſapientia ſua infinita;
גאון לישראל רב כשמואל	Inclytus Iſrael, doctor ut Samuel
יודא לקצינאיל בונן שלשלת	Juda Katzenelbogen, genealogia
הרב אשר נודע כלכל דרדע	Hujus Rabini, quæ innotuit ſicut Chalchol, & Dardan.
מאיר שמו טרום להב גחלת	Illuminavit nomen ſuum excelſum inſtar flammæ ardentis:
עדות לשבטי ה׳ בויניציאה	Teſtimonium tribubus Dei Venetiis.
ובכל פני תבל רחו רוכלת	Et in cunctis angulis mundi legem ſuam negotiatus eſt.
יבכו בני עולה על סר צלה	Lugebunt filii ſceleris, quoniam receſſit umbra ejus.
כי הם כמו אלה עלה נובלת	Quoniam ipſi erunt ſicut quercus, cui cadant folia;
לא על יחידתו כי בזכותו	Non propter ejus ſingularitatem, quoniam ob meritum ſuum
ודאי בגן עדן טובה נוחלת	Certe in horto Eden bonum hæreditavit.
גם זה בשר קדשו אם פה שרשו	Præterea iſta caro ſanctitatis ſuæ ſi hic radicem egit,
חלקת שדה קרקע אינה נגזלת	Portionem agri in ſolo non uſurpavit.
כי יום מיוחד בו גואל יבא	Quoniam in die peculiari redemtor veniet,
תקום ותהבשם נפף ושחלת:	Reſurget, & condita erit myrrha & onycha.

Epitaphia R. *Joſeph filii* ר״י Anno 368.

קבר חכם בעוז	Sepulcro ſapientis in fortitudine
פה הנני אוסף	Hic ego collectus ſum,
אב בחכמה ורך	Pater in ſapientia, tener
שנים בתום הולך	Annis, in perfectione abiit
י׳ הטיב מפרי	Melior fructu

<table>
<tr><td>ידיו אשר כוסף</td><td>Manuum suarum, quem desideravit</td></tr>
<tr><td>יוסף וצד-</td><td>Joseph, & pietas ejus</td></tr>
<tr><td>קתך לבן מלך :</td><td>Filio regis.</td></tr>
</table>

Epitaphium R. *Mosche Chephetz*:

<table>
<tr><td>מיום שקמת על</td><td>Ab die, quo sublatus es super</td></tr>
<tr><td>דעתך שמת</td><td>Intelligentiam tuam, & posuisti</td></tr>
<tr><td>שכלך לחקור</td><td>Intellectum tuum ad perscrutandum</td></tr>
<tr><td>דברי תורתינו</td><td>Verba legis nostræ,</td></tr>
<tr><td>הרבצת החכמות</td><td>Docuisti sapientias</td></tr>
<tr><td>בין אומתנו</td><td>Inter gentem nostram,</td></tr>
<tr><td>חכמת אדם תאיר</td><td>Sapientiam hominis, quæ illuminat</td></tr>
<tr><td>פניו טעמת</td><td>Facies ejus, gustasti.</td></tr>
<tr><td>פי אל דבר לך רב</td><td>Os Dei locutum est tibi; satis est</td></tr>
<tr><td>למנוחתך</td><td>Requiei tuæ;</td></tr>
<tr><td>צא בן חיל לך</td><td>Egredere fili fortis, proficiscere</td></tr>
<tr><td>בשנת חמר"תך</td><td>In anno 472.</td></tr>
<tr><td>היא מצבת החכם הנעלה</td><td>Hic est lapis sapientis excelsi</td></tr>
<tr><td>החריף התורני הפילוסוף</td><td>Acuti legis nostræ, philosophi</td></tr>
<tr><td>האלהי כמוה"רר משה חפץ</td><td>Dei, doctoris præstantissimi atque excellentissimi Mose Chephetz</td></tr>
<tr><td>זלה"ה היתה מנוחתו יו' שבת</td><td>Ejus memoria ad seculum futurum: fuit requies ejus die Sabbathi</td></tr>
<tr><td>ערך הנה הוא לך כסות
עינים התע"ב</td><td>Juxta ordinem sectionis. *Ecce tibi tegumentum oculorum*. 5472.</td></tr>
</table>

EPITAPHIA LESNENSIA.

Epitaphium R. *Isaac filii Schalom*.

<table>
<tr><td>פה נטמן האשל הגדול מורי ורבי האבד
המופלא ע"ה הגאון</td><td>Hic reconditur arbor magna doctor, & magister, pater Synhedrii, admirabilis, super quo fit pax, inclytus</td></tr>
<tr><td>מהור"ר יצחק בהר"ר שלום צדיק יסוד עולם
זקן ונשא פנים :</td><td>Doctor præstantissimus & excellentissimus Isaach, filius viri præstantissimi & excellentissimi Schalom, pius, fundamentum mundi, senex & venerabilis;</td></tr>
<tr><td>החזיק ישיבה ברוב שנים : האיר עיני
ישראל בתורתו:</td><td>Qui confirmavit Academiam multos annos; illuminavit oculos Israel in lege sua</td></tr>
<tr><td>בחרידתו ובתמידתו : ויזקן יצחק ויאסף
על עמו בחודש ניסן תל"ג לפ"ק:</td><td>In solitudine sua, & in assiduitate sua: & senuit Isaach, & aggregatus est ad populum suum in mense Nisan anno 433. juxta supputationem minorem.</td></tr>
</table>

Epitaphium R. *Isaaci filii Mosche*.

<table>
<tr><td>פה נגנזה התורה</td><td>Hic abscondita est lex</td></tr>
<tr><td>עם פרושה ונאורה</td><td>Cum expositione, & illustratione</td></tr>
<tr><td>עם חיקה ונרותיה</td><td>Cum accentibus, & demostnratione,</td></tr>
<tr><td>דרושה וחקורה</td><td>Cum expositione allegorica, & perscrutatione</td></tr>
<tr><td>חזרה ועלה</td><td>Iterum adscendit</td></tr>
<tr><td>למרום למקום מדירה</td><td>Ad excelsum, ad locum habitationis suæ</td></tr>
<tr><td>וכל ישראל יבכו בנפש מרר</td><td>Et omnis Israel lugebunt anima amarissime;</td></tr>
<tr><td>אשר כבה נר התורה</td><td>Quoniam exstincta est lucerna legis</td></tr>
<tr><td>בפטירת אותו צדיק בנשיקה נמורה.</td><td>In morte hujus justi in osculo perfecto,</td></tr>
<tr><td>ועלה לשמים הנשר הגדול בעל כנפים.</td><td>Et adscendit ad coelos aquila magna, pennata,</td></tr>
</table>

Ma-

מורינו ורבינו הגאון הגדול מהו״רר יצחק	Magister & præceptor noster inclytus, magnus, doctor præstantissimus & excellentissimus Isaac,
במה״רר משה גרשון נפטר ב׳ ד״ה אייר	Filius doctoris præstantissimi & excellentissimi Mose Gerson; mortuus est die
תנ״ה ל״פק:	2. 25. Jiar anno 455. juxta supputationem minorem.

Epitaphium R. *Mosis filii Eliezer*.

פה נקבר האי דעל. בלא בארץ עשה צדקת ה׳	Hic sepultus est ille, qui adscendit, desiit in terra; fecit justitiam Dei
ומשפטים עם ישראל. בחבר זה אשר חבר כמה	Et judicia cum Israel. In componendo iste composuit quam multos
חבורים וכשרים דבורי האל. ה״ה אשל הגדול	Libros, & rectos, verba Dei; vir sapiens, & inclytus, arbor magna.
הושיע והגדיל את התורה ביאור בכמה טעמים	Salvavit, & magnificavit legem in illustrandis multis rationibus
ידע שרץ לטהר. עיני חכמים האיר הדרשן	Novit reptile purificare; oculos sapientum illuminavit, rector
גדול חסיד ועניו מהו״רר משה במהו״רר	Magnus, pius, & humilis, doctor præstantissimus, & excellentissimus Mose
אליעזר	filius doctoris præstantissimi, & excellentissimi Eliezer
היה אב״ד ור״מ בכמה קהלות קדושות ונפטר	Fuit pater Synedrii, & præfectus studiorum cœtuum sanctorum: Mortuus est
ביו׳ ז׳ ח׳י אב תס״ה לפ״ק:	Die 7. 18. Abh, anno 445. juxta supputationem minorem,

---

EPITAPHIA GLOGAVIENSIA.

Epitaphium R. *Schaul filii Judæ*.

נטמן צנצנת המן: ה״ה מהו״רר שאול בן	Recondita est lagenula mannæ; sapiens inclytus doctor præstantissimus & excellentissimus Schaul filius doctoris præ-
מהו״רר	stantissimi & excellentissimi
יהודה. נפטר ביום ה׳ ד״ך אייר תט״ז לפ״ק:	Jehuda; mortuus est die 5. 24. Jiar, anno 416. juxta supputationem minorem.

Epitaphium R. *Israelis filii Jonæ*.

על ההרים נישה נהי ובכי רבה.	Super montibus extollam lamentuum, & luctum magnum
ילולי יליל ויבכה.	Lamentando lamentetur, & lugeat
יען היתה סיבה.	Quoniam fuit causa
פתאום בארץ נפלה שלהבה.	Ut momento in terra caderet flamma.
ונר ישראל כבה.	Et lucerna Israel exstincta est;
ה״ה הרבנו מהו״רר ישראל בהגאון מהו״רר	Sapiens, inclytus magister noster, doctor præstantissimus & excellentissimus Israel
ינה ז״ל	filius inclyti doctoris præstantissimi & excellentissimi Jonæ, cujus memoria sit in benedictionem.
הלך למנוחה יב׳ תמוז:	Abiit ad requiem suam die 12. Tamutz
ואנו לאנחה נעזבה:	Et nos in gemitu relicti sumus,
ונבלע בארעא האי שופרא חשובא.	Et absorta est in terram hæc pulchritudo commendabilis
ביו׳ ב׳ י״ד טמוז תש״ה לפ״ק:	In die 2. 14. Tamutz anno 705. juxta supputationem minorem.

Epi-

Epitaphium R. *Avigdor filii Schneior.*

Hebraice	Latine
אוי כל שמחה ערבה וגלה.	Væ omnis lætitia obtenebrata est & exulavit;
משמת רבי בטלה חדוה וגלה.	Postquam mortuus est Rabi, cessavit lex, & exulavit;
כי ארון הקודש נשבה למעלה למעלה הילולא.	Quoniam arca sancta sublata est in excelsum; In excelso fuit cantus
ולמטה עוז ויללה.	Et in terra mœror, & lamentum
על פטירת איש חי רב פעולה.	Propter mortem viri æstimandi, & magnorum operum;
ה״ה הגאון מורינו ורבינו פאר ומופת דורינו.	Sapiens & magnus, & inclytus fuit magister noster, & præceptor noster gloria, & admiratio seculi nostri
החסיד מהו״רר אבינדור בן מהו״רר שניאור ז״ל.	Pius, doctor præstantissimus & excellentissimus Avigdor filius doctoris præstantissimi, & excellentissimi Schneior cujus memoria sit in benedictionem,
נרו ואור תורתו הופיע בכמה קהלות גם	Lucerna & lumen legis nostræ, quæ splenduit in pluribus cœtibus, atque etiam
פה ק״ק גלוגא. ונתבקש לישיבה של מעלה	Hic in cœtu sancto Glogaviæ; & desideratus est in Academiam superiorem
בכה׳ אדר ת״לה לפ״ק:	Die 25. Adar anno 438. juxta supputationem minorem.

Epitaphium R. *Menachem Mendel.*

Hebraice	Latine
אשא בכי קול נהי ארים.	Extollam luctum, vocem lamentationis extollam
על פטירת ראש המורים	Propter mortem capitis magistrorum
תורתו היה כמים אדירים	Nostræ legis, ipse erat instar aquarum assilientium;
ה״ה הרב המופלא אב״ד ור״מ	Sapiens, inclytus, magnus, admirabilis, pater Synhedrii, & præfectus studiorum
בפלפולא חריפתא מהורר מנחם מענדל	In disputationibus, & in acumine, doctor præstantissimus, & eccellentissimus Menachen Mendol
בן מהו״רר ברוך ז״ל:	Filius doctoris præstantissimi & excellentissimi Baruch, cujus memoria sit in benedictionem,
נתקבלבישיבה של מעלה ד״ה מנחם ת״ך לפ״ק:	Sublatus est ad Academiam superiorem die 25. Menachem anno 420. juxta supputationem minorem.

Epitaphium R. *Gad filii R. Schaul.*

Hebraice	Latine
נקבר ונטמן הישיש הזקן החכמים החרשים.	Sepultus & reconditus est vir, senior sapientibus recentibus
גזע ישרים בנן של קרושים.	Truncus rectorum, filius sanctorum.
כיון סוגר נעשה הכל חרשים	Quando claudebat (lectionem) omnes evendebant surdi,
ותיק וחסיד אחד מאנשי מעשים.	Devotus, & pius, unus ex viris operum;
אבי אבי רכב ישראל ופרשים	Pater mi, pater mi, auriga Israel, & equites,
למד ולימד לבני עשירים ורשים.	Addiscens & docens filios divites, & pauperes,

Ma-

האלוף מהו׳רר גד בן חקרוש מהו״רר

שמואל הי״ד ז״ל.

נפטר בערב שבת קדש י״ט חשון תמ״ה:

Magister, doctor præstantissimus, & excellentissimus Gad filius sancti doctoris præstantissimi, & excellentissimi Samuelis Hid cujus memoria sit in benedictionem,

Mortuus est vespera Sabbati sancti die 19. Chesvan anno 445.

Epitaphium R. *Zevi filii Jacobi Bochtens.*

נשמרה האלוף הר״רר צבי בר יעקב באכטינש

ה״ה היה חזן (*) מועל תוקר שוחט ובודק ועשה

של מעלה ביום ג׳ ד״ח חשון גשן ל״פק:

(*) Duæ voces מועל תוקר obscuræ mihi sunt.

Reconditus est magister vir excellentissimus R. Zevi filius Jacobi Bochtens,

Sapiens inclytus, minister excelsus, æstimandus, qui mactabat, & perscrutabatur, faciebat

Res cœlestes (mortuus est) die 3. 28. Chesvan, anno 353. juxta supputationem minorem.

EPITAPHIA FRANCOFURTENSIA

AD MŒNUM.

Epitaphium R. *Israelis filii Josephi Samuelis.*

נקבר בקבר זה ראש הראשים ואלוף הקרושים הרב הגאון

הגדול והחסיר מחזה עוז ומגדול אלופינו מורינו ורוח אפינו

מופרת תורותו נ״ע ע״ה פרה אב״ר ור״ם

המפורסם מוהרר ישראל

יוסף שמואל אב״ר רקהלתנו:

Sepultus est in hoc sepulcro princeps principum, & magister sanctorum, magister inclytus

Magnus, & pius fortitudo, truncus, & turris, magister noster, præceptor noster, & spiritus manuum nostrarum

Admiratio legis nostræ super quem sit benedictio hic, pater Synhedrii, & præfectus studiorum, conspicuus doctor præstantissimus, & excellentissimus Israel filius

Josephi Samuelis patris synhedrii cœtus nostri.

Epitaphium R. *Jehuda Lebh filii Gabriel.*

פה נטמן האברך אב בחכמה ורך בשנים

הרב הגדול מוה״רר

יהודה ליב בן הגאון הגדול מוה״רר גבריאל

ר״מ ואב״ר ד״קק

ניקלאשפארג והמדינות מעהרין:

Hic reconditus est, rector, pater in sapientia, & tener annis, Rabh magnus, doctor præstantissimus & excellentissimus

Jehuda Lebh filius incyti, magni doctoris præstantissimi, atque excellentissimi Gabriel, fuit præfectus studiorum, & pater synhedrii, cœtus sancti

Nichlasparg, & civitatum Maharin.

Epi-

Epitaphium R. *Nephtali*.

הגאון המופלא כמוה"רר נפתלי גדול בישראל ז"ל	Inclytus, admirabilis doctor præstantissimus, atque excellentissimus Nephtali, magnus in Israel, cujus memoria sit in benedictionem:
אבן הראשה שמתי לאות גברא רבא עילאה.	Lapidem principalem posui in signum viri magni, sublimis:
לו היתה הצבי והתפארה והגדולה.	Illi fuit pulchritudo, gloria, & magnitudo:
צדיק אבד מן הארץ ולא הנוח אחריו במותו.	Justus periit de terra; & non reliquit post se sibi similem
בנסתר ובנגלה: לית לי חסורא מחסרא:	In rebus occultis, & manifestis; Nullus fuit illi defectus ex defectibus,
במקרא משנה ספרי ספרא ובתלמוד בקבלה.	In lege, Misna, Siphri, Siphra, & in Talmud, in Kabbala;
חד מבני ישיבה זקן ונשוא פנים.	Unus ex filiis Academiæ, senex, & venerabilis
ירד בעמקו: שכלו הזך וצלולה.	Descendit in profunditatem suam, ejus intellectus clarus & limpidus.
ה"ה הגאון כמהו"רר נפתלי:	Sapiens inclytus doctor præstantissimus, & excellentissimus Nephtali.

Epitaphium Hierosolymis a R. *Mosche Chagis* inventum & descriptum.

עובר פנה אלי קרא נא זה. תחתי אנוש הכין מעון ביתו.	Vintor respice in me, lege hoc: sub me vir præparavit habitationem domus suæ.
אתמול בהוד זרח מאור פניו. יורה גדולתו ומלכותו.	Heri decore splendebat splendor suæ faciei, ostendebat magnitudinem suam, & imperium suum
גושי אדמה כתרו היום. הדרת גויתו ותפארתו.	Glebæ terræ hodie eum circumdant, decus corporis sui, & gloriam suam.
אילו דמות הגוף ואינו גוף. לא נערוך אליו תמונתו.	Hæc similitudo corporis non est corpus. Non comparabimus illi effigiem ejus
לך רק פקח עין ודע כי עוד. תפול כמו נפל במכמרתו.	Tibi tantummodo aperi oculum & scito etiam, quod cades, sicut cadit abortus in suo rete
יום אחרון שור כי חכם לב. מביט לסוף דבר בקדמותו.	Diem novissimum respice: sapiens enim corde respicit ad finem rei in sua antiquitate
א"תן לאלף החמישי בעמק יהושפט מעל:	Anno 461. 500. In valle Josaphat ad partem superiorem.

Epitaphium R. *Samuel Daijan* i. e. Judicis Furthensis.

ושמואל מת זקן ושבע ימים.	Et Samuel mortuus est, senex & saturatus diebus,
דיין צדק למד לילות וימים.	Judex justus, addiscens noctibus, & diebus
בהררי קדם רבע צבץ צדיק תמים.	In montibus antiquitatis collocavit legem, justus perfectus.
ליעקב היה חביב בקטורת סמים	Jacobo fuit amabilior suffitu aromatum:
יום שני סוכות תע"ב תנצ"בה:	(Mortuus est) die secundo Festi Tabernaculorum anno 472. Ejus anima colligata sit in fasciculo vitæ.

EPITAPHIA BYZANTINA.

רשום על מצבת הר"ד אבראבאניל שנפטר בשנת ר"ענ 5273. עד היום 248.	Signum ſuper ſtatua R. Abarbanel, qui mortuus eſt anno 273. hodie 5273.
בקול רעש בכו בכה. דהעות יזלו	Voce terremotus lugete lugendo: lacrymæ diſtillent
עליו במרה: מיודעיו וכל	Super eum in amaritudine ex iis qui norunt illum, & omnibus
רואהו משכיל לדוד בהיותו	Qui viderunt illum: *Pſalmus David cum eſſet*
רמערה: מתמול שלשום א"חים	*In ſpelunca* heri, & nudius tertius; incaleſcam,
אהספדא. זה אומר ב'כה וזה	Lamentabor: Iſte ita dicebat, & ille
אומר בכ'ה קינה סבעי ליה וכולהו	Ita dicebat: Lamentatio quærenda eſt illi; & omnes
תנ'ויי. קינה היא ונגרה אוי לעינים	Conveniunt: Lamentatio ſit, & lamentationes, væ oculis,
שכך רואות. ואחינו הקטן איננו	Qui ita viderunt: Frater noſter minor non eſt
אתנו כי לקח אותו אלרים. אבוהי	Nobiſcum, quoniam ſuſcepit eum Deus, pater
אלקיה: וי'הי היום שבר על שבר	Elkiæ: Et fuit hodie contritio ſuper contritionem
מראות ברע צ'רת האב דצניע	In videndo malum: Tribulatio patris viri verecundi
ומעלי ואמיץ לבו כלב האריה כ"ל	Et ſublimis, & fortis corde inſtar leonis: Quandoquidem
קכל דנא שתים הנה ח'ברות פצע	Sunt hæ duæ contuſiones, vulnus,
וחבורה. ויקצו מפני חמת המציק מאן	Et contuſio, & affligentur propter iram afflictoris; Quis eſt
בעי סם חיי	Qui deſideret aroma vitæ?

רשום על מצבת הרב אברהם ז' ויליסיד שנפטר בשנת ימי הש"מה לפ'נ 176. עדהיום 5345.	Signum ſuper ſtatua R. Abraham Uliſiid, qui mortuus eſt anno 345. hodie 5345. 176.
א"ב ר"ס הלך עלפי תמו: ש"מה	Abraham abiit propter ſuam integritatem: Ibi
קנה את עולמו: נאמן ישר	Acquiſivit mundum ſuum; fidelis, rectus
נורע בשמו: אהוב לכל על טוב	Notus nomine ſuo; amatus omnibus propter optimam
טעמו: לומדי תורה אכלו לחמו:	Suam rationem: Addiſcentes legem comederunt panem ejus:
עושה חסד בבני עמו: עלה לשמי	Fecit beneficentiam in filiis populi ſui; adſcendit ad cœlos
רום להדומו: הוא אברהם שב	Excelſos, ad ſcabellum ſuum. Iſte Abraham reverſus eſt
למקומו: איש זה היה נמוך לב	Ad locum ſuum: Vir iſte erat humilis corde
יקר רוחו ונפש חפצה לכל דבר	Pretioſus ejus ſpiritus, & anima cupida omnium rerum,
שבקרושה: אחד היה אברהם	Quæ eſſent in ſanctitate: Unus fuit Abraham,
וירש את הארץ ונפשו שב אל	Et hæreditavit terram, & anima ejus reverſa eſt ad Deum,

האלר"ים. להתערן בגן ערנים עם	Deum, ut delicietur in horto deliciarum cum
אבות ראשונים לשמור את דרך עץ החיים:	Patribus prioribus ad custodiendum viam arboris vitæ.

בע"ה רשום על מצבת ח"ר שבתי ליאון שנפר בשנת ש"ה 5375 עה היום 146.	Signum super statua R. Schabatai Lion, qui mortuus est anno 375. hodie 5375. 146.
בכו בכה להולך . על אם אשר חשך	Lugete lugendo propter illum, qui abiit; quoniam obscuratum est
מאורה: יפנה כל הדר צ"לה	Lumen, cessavit omne decus umbræ suæ,
והו"רה. יאחזוה כיולדה חבלים. ביום	Et ornamentum. Apprehenderunt eum instar parturientis dolores, die,
נהל ה' את שכרה: אח"ים אהספרא באשר	Quo fecit eum hæreditare Deus mercedem: Incalescam, lamentabor, sicut
אבלים: ישבו. ישבו לארץ ידמו בנים	Lugentes sedebunt; sedebunt in terra, conticescent filii
בחימה ולא שתו איש עדיו יתנו עיד"יהם	In ira & non imponent vir ornamentum suum: dabunt testimonia sua
תרי קול אחד באחד יגשו. ראשנה	Duo voce una, simul accedent: Primum
קודמת לבכי ולספר. ואהריתה מרה	Præcedit luctum, & lamentationem; Et posterius amaritudinem
כלענה עץ הרדיפני ומה עצמו ראשיהם	Instar toxici ligni Ardufeni. *Quantum multiplicabuntur capita eorum?*
הנה שלישיה. בא הכתוב השלישי ויברע ביניהם:	Ecce textus tertius. Veniat textus tertius, & præponderet inter illos.

5262 רשום על מצבת הדבנית שינייורו שנפטרה בשנת רס"ב עד היום רס"ב 262	Signum super statua Rabinæ Sinioru, quæ mortua est anno 272. Hodie 259.
מי זאת עולה מן המדבר קדר	Quæ est ista, quæ adscendit ex deserto? Obscuratus est
שמשה שלא בעונתה:	Ejus sol ante tempus suum.
הלא זאת ב"ת ש"בע מדות	Hæc est filia septem virtutum,
שמנו חכמים מעלייתא:	Quas numerarunt sapientes excellentes:
כלהו איתנהו בה ונוסף עלה	Omnes repositæ erant in ea; & additus est super eam
יראת חטא וענוותנותא:	Timor peccati, & humilitas,
וי"צרו עליה עברה וזעם	Et obsederunt eam ira, indignatio
וצרה תלתא דפורענותא:	Et tribulatio, tres castigationes:
אשר עלכן ישאו על שפים	Propterea extollent super excelsa
קינה כי לא עלתה ארוכה למכהה	Lamentum, eo quod non profuerit medicina plagæ suæ.

רשום על מצבת בן בהור אבראבאנול שנפטר בשנת נ"ר 5203 עד היום 318	Signum super statua filii juvenis Abarbanel, qui mortuus est anno 259. Hodie 5203.
יפה ענף בחור כארזים וקומתו הלא	Pulcher ramus, juvenis instar cedrorum, statura ejus
דמתה לתמר: אהה כעלות	Similis palmæ: Væ in cædenda
גדיש קראו בכור מות וגם אעלה	Segete vocarunt illum primogenitum mortis; atque etiam

Hebrew	Latin
בתמר : אוי לעינים שכך רואות	Adſcendam palmam : Væ oculis, qui ita viderunt
חתן מחדרו הנהמטתו על פני	Sponſum cubiculi ſui; Ecce ejus lectus in ſuperficie
השדה. תצילינה אזנים משמוע	Agri : Obturentur aures ne hoc audiant:

Hebrew	Latin
מי זה אמר : מה נאה אילן זה נטיעה	Quis hoc dixit? Quam pulchra eſt arbor hæc planta
של שמחה. ישמח לבב אנוש	Lætitiæ, quæ lætificabat cor hominis
בצביונן ובקומתן. המשומר וצ'בי	Pulchritudine ſua, & altitudine ſua; Pulchritudo & decus
חתנא דנא דבלי בעפרא. כל שומעיו	Sponſi hujus ecce finem habent in terra. Omnes, qui hoc audierint
יאחזמו רעד חסמר כל בשר איש	Apprehendet tremor, contremiſcet omnis caro hominis,
ואביו סס"ר א"חים אהספרא כל הד וחד	Et pater ejus affligetur. Incaleſcam, lamentabor; unuſquiſque
בוער כתנור ער דחום בשרא אגומרי	Ardebit inſtar furni; donec incaleſcat caro: abſolvam:
כשם שמברכין על הטובה. אזיל ומודי	Sicut benedicitur propter bonum; Accedam & confitebor.
יהי שם ה' מבורך שברכין על המו"גמר.	Sit nomen Domini benedictum : Benedicendum eſt propter abſolutionem.

Hebrew	Latin
רשום על מצבת ח"ר שלמה שנפטר בשות ר"א 5201 עד היום 32	Signum ſuper ſtatua R. Salomonis, qui mortuus eſt anno 201. Hodie 321.
אויה כי לצירים ולבכי תמרורים	Væ quoniam in afflictiones & luctum amaritudinum
נהפכו השירים אשר לשלמה	Converſa ſunt cantica; quoniam Salomon
לא זכה לבנים וכל ימיו יגונים: היה	Non acquiſivit filios, & omnes ejus dies mœſti fuerunt; fuit
לחם או"נים: כל לחם שלמה: אמנם	Panis lugentium omnis panis Salomonis; verum
צדקות ידיו: הן המה ילדיו: נקבצו	Probitas manuum ſuarum illi erant ejus filii; congregabantur
לו ידידיו: אז יקהל שלמה: באמונה	Ad eum dilecti ſui. *Tum congregavit Salomon :* In fidelitate
נשא: שבועה לא נשא : אך לשלם	Negotiatus eſt; juramentum non ſumſit; tantummodo ad retribuendum
נשא: כל חשק שלמה: נא שוכן	Erat deditum omne deſiderium Salomonis. Oravit Deum, qui habitat
מעונה: תן לו חנינה: במנוחה	In cœlo, dedit illi gratiam; in requiem
נכונה: יעלה שלמה: צדיק	Stabilem adſcendit Salomon juſtus,
באמונתו נשא ונתן כל ימיו ושנותיו	In fidelitate ſua negotiatus eſt cunctis diebus & annis ſuis
ועוולה לא נמצא בשפתיו:	Et ſcelus non inventum eſt in labiis ejus.

Hebrew	Latin
רשום על מצבת הרב שבתי ביסודו שנפטר בשנת קנ"ג 5153 והיום 368	Signum ſuper ſtatua R. Schabatai Biſſodo, qui mortuus eſt anno 153. hodie 5153. 368.
קרב הנה והבט. אנוש במו כיפה	Accede huc, & reſpice virum hunc hic ſepultum
בעין שמש ואור יום. הלא	In oculis ſolis, & ad lucem diei

No-

תרע אשר נטמן באשמן: וירד
שבתי אל קברים . ונוגה מעשהו יבא
וצדק עליון בו והיו למאורים: האיש
אשר ביתו בית עולמים במצוה
ובצדקה חסר יבנה: האיש אשר
ארש אשה התורה דעסיק בה יומם
אל המקום אשר הוא חונה: האיש
אשר נטע כרם חמודות נטעי נעמנים
והיה בהנית שלשה אלה בני: האיש
אשר לו יעלה במעלות אל מקום
הראשון ברצון שוכני סנה :

Notum sit tibi, quod absconditum est in sepulcro, & descendit
Schabatai ad sepulcra, & splendor operum suorum veniet,
Et pietas sublimis, quæ erat in eo, & erunt in luminaria; vir
Cujus domus erat domus æterna, in præceptis
Pietate, & retributione ædificavit; Vir, qui
Desponsavit sibi in uxorem legem; occupatus fuit in ea diebus,
Ad locum, ubi ipse quiescebat; vir
Qui plantavit vineam desideriorum, plantationes delectabiles,
Et fuit in statuendis tribus istis ædificiis: vir
Qui adscendit ad excelsa, ad locum
Primum in beneplacito habitatoris rubi.

רשום על מצנת שולטאנה שנקטרה בשנת
ק"פב 5182 עד היום 339
לבת שמתי במרבר. מכון שבתה ולא
ארע בשכבה. וחלחלה ואימה
כי ח"דריס. רדופה עד יהדמה וחובה:
סיעי מעי אוחילה וגם עד זקנה ושיבה
סרירתך עלי לבי הרותה: כמו חטאת
כתובה : ותהר האשה ולא לטובתה:

Signum super statua mulieris, quæ vocabatur Sultana, quæ mortua est anno 182. Hodie 5182. 339.
Filiæ posui in deserto habitationem requiei suæ, at non
Cognoscam cubile suum: & commotio, & tremor
In cubilibus insequutus est, donec succisa fuit, & damnata.
Viscera mea, viscera mea doluerunt usque ad senectam, & senium.
Separatio tua super corde meo impressa, sicut peccatum
Scripta est; & gravida facta est mulier, at non in felicitatem suam.

אחר לשולטאנה 5245 שנפט'
בשנת ר"מ"ה
קול הקריאה הומה קריא. ארבעה שקעה
לה חמה ואלוף נעורים: אלוף ש"מה
ומי ינוד לה על בת שעזבה יתומה :
עד היום 276

Alterum signum pro Sultana, quæ mortua est anno 245. Hodie 5245. 276.
Vox tumultuantis tumultuans clamat; concubitus occidit
Illi in ira, princeps juventutis & princeps fuit nomen ejus:
Quis condolebit pro filia, quam reliquit orphanam?

Si-

רשום על מצבת פאלומכה שנפטרה בשנת קפ"ה 5185 עד היום 336	Signum ſuper ſtatua mulieris, quæ vocabatur Palomba, quæ mortua eſt anno 185. 336. Hodie 5185.
המר ש'די מאוד לגבר זה:	*Amaritudine affecit Omnipotens valde* virum iſtum,
כי פגעה מדת הדין	Quoniam occurrere fecit proprietatem judicii
באיש הזה: בת ואם הלכו	In virum iſtum. Filia & uxor abierunt
לקבר כדבר כל הוזה: על הרים	Ad ſepulcrum ex dicto omnia videntis: In montibus
וגבעות אם יעשה כזה:	Et vallibus factumne eſt huic ſimile?

רשום על מצבת הח"ר אהרן נפטר בשנת קצ"ד 5194 ועד היום 327	Signum ſuper ſtatua R. Aaron, qui mortuus eſt anno 327. Hodie 5124.
לאבל ובבי ור'ון: ולמספד היה חרון:	Ad luctum, fletum, gemitum & lamentationem; fuit ira
ביום נסע אהרן: לאב מצורת	Die, quo abiit Aaron; pater præceptorum
כשרון: מעשים בו לו יאות לבכורת	Rectorum operum; propter eum erit luctus
לבני אהרן: מאושר גם ישר: תפלתו	Filiis Aaron; Beatus, atque etiam rectus; oratio ejus
לא חסר: וצדקתו לו יתרון: לפניו היא	Non defecit; & ejus pietas erat illi utilis; coram eo eſt
זכרון: לטוב לבני אהרן: לאב תם	Memoria propter bonum filiis Aaron: Propter patrem perfectum
וישר בבי הסרוך נבכה במשנה	Et, rectum ſine defectu lugebimus propter duplicem
שברון: כי ביום חרון נגזר יאסף אהרן	Contritionem; quoniam in die iræ decretum fuit; aggregatus eſt Aaron
נפלה עטרת ראשנו: חשך אור	Cecidit corona capitis noſtri; obſcurata eſt lux
עינינו: דוה לבנו: יום ויעל אהרן:	Oculorum noſtrorum; doluit cor noſtrum die quo adſcendit Aaron.
ושם טוב קנה: לאל עבד בתחינה ובאמונה	Et ibi bonum acquiſivit; Deo ſerviit Supplicatione, & fidelitate
תלמידו של אהרן ז"ל:	Diſcipulus Aaron; ejus memoria ſit in benedictionem.

רשום על מצבת הרב אליעזר צנוע שנפטר בשנת קי"ב 5112 עד היום 409	Signum ſuper ſtatua R. Elieſer Zanuah, qui mortuus eſt anno 172. Hodie 409.
ככב אשר דרך: למחץ פאת איש רך:	Stella, quæ inceſſit ad feriendum angulum viri lenis;
אוי כי בגת דרך: גלמו בלי עזר	Væ, quoniam in torculari calcavit maſſam ejus ſine auxilio.
חסיד בכור מות צלמו לצלמות: ביתו	Pius, primogenitus mortis, imago ejus adumbram mortis, domus ejus
הצר מות. דר דר מקום מר. אחיםעל	Atrium mortis; habitatio ejus locus amarus: Incaleſcam: propter

Ejus

Hebrew	Latin
יושרו. מפר עצת יצרו. וזהב רצון	Ejus rectitudinem rumpebat consilium tentationis suæ; & aurum ad beneplacitum
יוצרו. שם לו כל אשר פזר. אם עם נהי	Formatoris, quod sibi dedit, omne dispersit. Si lamentum
נהה על מר תאומים. הצרקה אזורם דר	Lamentationis propter amaritudinem gemellorum; pietas quod eum præcingebat, habitabat
אחר אלילור: הכל ממ"רים ולענה יביא	Post Eliesérem. Omnia erant amara, & absinthium proveniebat
בפריו: כי נגרע בחרון ואף איש אמונים:	In ejus fructu; quoniam succisus fuit in ira; & propterea fuit vir fidelis
מאור אשר נבע"ר כל ארם ולב אבות	Ex luce, ex qua arsit omnis homo, & cor patrum
על בנים: כל השומע כי בא. דם עיניו	Propter filios: Quisquis audierit, sanguis oculi sui
יערוף כמטר ובת יאמר שובו בנים:	Distillabit instar pluviæ; & filia dicet; Revertimini filii.
ומי האיש הירא בכל עת יהיו בגדיך לבנים:	Et vir qui timeat, omni hora induat vestes albas.

Hebrew	Latin
רשום על מצבת הארוס יצחק בכמ"הרר שמואל שנפטר בשנת ר"חט 5269 ער היום 252	Signum super statua sponsi Isaach filii doctoris præstantissimi, & viri excellentissimi R. Samuelis, qui mortuus est anno 252. Hodie 5269.
שאול ישאלו איש לרעהו מי האיש הלזה: מקום קבר ישפוך רמעות במימי	Quærendo quæret vir a proximo suo. Quis est Vir iste? Locus Sepulchri lacrymis effluet instar aquarum
פישון יזה: חזה האיש על צר"ת הבן למזח הזה: על	Phison distillet: Sparsit iste propter Tribulationem filii ad frontem sparsit: Propter
מות לבן האב יבכה ברמשת	Mortem filii pater lugebit lamentationibus
שליש מה זה: עשה אל"רים	Tripliciter: Quid hoc fecit Deus?

EPITAPHIA HISPANICA,

Unde uberrimam messem Inscriptionum in supplementis propediem edendam expectamus.

Inscriptio in horto ædium Francisci Perenii Bayerii in vico *dels Tellers* e Monte Judaico allata.

משטרי
ביד אל
בנפוש ז"ל

Dominatio mea
In manu Dei
In abundantia sit memoria ejus.

Bar-

Barcinone in Monte Judaico, qui locus olim Hebræorum ſepulturæ attributus fuit.

גדול מרבן דון שלמו גרסיאן זכר צ״ד
משה בן הנרביב ר׳ שאלתיאל בן הנדיב
זרחיהחן תמ״ך וישב שלמה על כסא
חמשת אלפים וששים ושבע לבריאת

Magnus, inclytus Don Salomon, Garzia memoretur in benedictionem
Moſe filius nobilis R. Salathiel, filii nobilis Zerachinan; ejus
requies ſit in honorem, *& ſedit Salomon ſuper ſolio*
Anno 5067. Creationis.

Ad Latus præcedentis.

בישראל גרול שמו חכם חרשים דון לוביל גרסיאן ב׳כ׳מ׳ח׳ר׳
משה בן הניב ר׳ שאלתיאל בן הנדיב ר׳ יצחק בן הנריב ר׳
זרחיהחן ת׳מ׳ך׳ נחבקש בישיבה על מעלה שמראשון
שנת חמשת אלפים וששים ושבע לבריאת עולם

In Iſrael magnum nomen ejus; ſapiens artificum Don Labil Garſia
Filius doctoris præſtantiſſimi, & viri excellentiſſimi Rabbi
Moſe filii nobilis R. Salathiel, filii nobilis R. Iſaach, filii nobilis
Zerachichan: ejus requies ſit in honorem. Deſideratus fuit ad
Academiam ſuperiorem Cœlorum Anno 5067. Creationis Mundi.

Ibidem e regione Vinearum N. de Coſta montem atque arcem adſcendentibus ad Levam.

שלום על ישראל מקום הקבורת
הנריב ר׳ יצחק בן ר׳ אברהם הלוי
נפטר בשנת ל׳ ב׳ לפק לבריאת עולם

Pax ſuper Iſrael: Locus ſepulchri
Nobilis R. Iſaach filii R. Abraham Levi:
Mortuus eſt anno 32. juxta ſupputationem minorem creationis Mundi.

Gerundæ in Hiſpania in colle Judæorum non procul a porta Divi Franciſci ex urbe verſus Galliam euntibus ad dextram primi ab urbe milliarii, qui locus dicitur vulgo; *El Pont del Bov d'or* deprehenditur hoc fragmentum.

קבר אברהם קר פי לההטא שלום

Paulo ſuperius

ר׳ יוסף בר ברוך אב רב אליה
משה אלפים ישמנים וארבע
סינ על משכבו א׳מ׳ן

R. Joſeph filius Baruch
Anno 5084. quieſcit ſuper lecto ſuo. Amen.

Barcinone in Ædibus Marchionis de Llio in vico de Moncade.

מצבת קבורת רחנ ∴

אברהם הלוי י״צ״י נפט ∴

ה׳ אלפים ס״ו ליצירה

Supplendum videtur in linea prima אשת, ut ſit ſenſus *Rachel uxoris*. In ſecunda linea רה, ſc. נפסרה.

Statua ſepulchri Rachel uxoris
Abraham Levi quem Deus cuſtodiat; mortua eſt
Anno 5066. Creationis.

זהוי קבר

אדנירם

עבד המלך השלמה

שבא לבתאת המס

ונפטר יום

Hoc eſt ſepulcrum
Adoniram
Servi regis Salomonis
Qui venit ad exigendum tributum.
Et mortuus eſt die.

Hic lapis *Villalpando* in Ezech. Tom. 2. fol. 744. genuinus videtur, afferenti ad Arcis Saguntinæ portam ſuperiori ſeculo effoſſum fuiſſe. Hujus lapidis antiquitas celebratur a R. *More Suchen Tof in Marpe Jaſchon*. De hoc vid. cl. *Hottingerum de Cippis Hebr. pag.* 3.

Inſeremus hoc loco Inſcriptionem Hiſpanicam, quæ parietibus Eccleſiæ Metropolitanæ apud Hiſpalenſes affixa legitur, teſte *Roderico Caro* in Antiquitatibus ejus urbis lib. 1. c. 23.

TESTIMONIO DESTE TVMV-
LO Y DESTA LOSA, POR SENAL
Y POR MEMORIA, VEIS AQVI
E SCRITA QVE AQVI FVSE EN-
TERRADO EL THESORO DE
TODOS LOS VASOS DE CVDI-
CIA, POR LA LEY Y POR TE-
STAMENTO Y CON LA SABI-
DVRIA, DEL NOMBRE DI DIOS
ALLI HABLO MARAVILLAS, Y
CON EL FVE ENTHESORADO
EL LIBRO DE LAS MEDICINAS
ARBOL DE LA SABIDVRIA FIEL
O MAESTRO MISERICORDIOSO
RECTO, Y CONSTANTE, Y FIEL
RABI SALOMON HIIO DE RABI
ABRAHAM, HIIO DE GAIS, HIIO
DE BARVC, FVE ACOGIDO A SV
PVEBLO; ANDAVA EN SV PER-
FECION EL MES SIVAM ANO
DE CINCO MIL Y CIENTO Y
CINCO.

Dabo alteram Hiſpanicam, quæ cippo ſepulchrali *David Nieto* inſcripta legitur.

Theologo ſublime, ſabio profundo,
Medico inſigne, Aſtronomo francoſo,
Poeta dolce, Pregador facundo,
Logico arguto, Phyſico engenhoſo,
Rhetorico fluente; Author jucundo,
Mas linguas promto, Hiſtorias noticiſo,
Poſto que tanto em pouco, a quy ſe' encerra
Que e multo e pouco em morte he pouca terra.

Epitaphium Rabbenu Iſaac Alphes, Rabini celebratiſſimi qui vulgo dicitur *Rav Alphos*, & qui communiter Hebræis audit, ארון הקודש הרב הגדול ראש גלות אריאל *Arca ſancta, doctor magnus, princeps captivitatis, Ariel*. Mortuus eſt in העיר אלוסינא *in urbe Alveſina* anno a creatione 4863. Chriſti 1103. ipſo Sabbathi die 11. Menſis Jiar.

כתבו בעט ברזל עלי שמיר
שבר אשר היא לזכרון
יכלו ימות עולם ויהחדש
אבלו לכל יבא לדור אחרון
אמרו בקבר זה מקור חכמה
נקבר ועולם בא בעורון
באו בני ציון ובמרירום
עליו היילילו כשברון
כי חק ספוד ובכות עלי מקום
בו נשברו לוחות והארון

Scribite ſtylo ferreo ſuper adamantino ſilice
Rupturam hanc, quæ ſit in memoriam.
Deficient dies mundi; & innovabitur
Luctus omnibus, qui veniet in generationem noviſſimam.
Dicite: In ſepulcro hoc fons ſapientiæ
Sepultus eſt, & mundus venit in cæcitatem.
Venite filii Sion, & in amaritudinibus
Super eo ululate in contritione
Quoniam decretus eſt planctus, & luctus huic loco,
In quo fractæ ſunt tabulæ, & arca.

Epitaphium R. Eliæ Levitæ Grammatici celeberrimi, de quo *Elias Schadæus* in oratione ſua de lingua ſancta c. 3. hæc habet: *Quam ad rem Venetiis Eliam Levitam Germanum, Virum doctiſſimum, & humaniſſimum excivit* (P. Fagius) *qui fidelem ipſi operam navavit, & de ſuis lucubrationibus, & linguæ penetralibus multa communicavit. Propter quem operam, ut & alias virtutes, potius Chriſtiano quam Judæo digna, præſtantiſſimi illi viri Munſterus & Fagius, & alii veram ad Chriſtum converſionem & privatim & publice ſcriptis optarunt, ad quam in ultima ætate Romæ tandem perveniſſe dicitur*

הלא אבן בקור חזעק
ותהמה לכל עובר
עלי זאת הקבורה
עלי רבן אשר נלקח
ועלה בשמים
אליה במערה
הלא הוא זה אשר האיר
בדקדוק אפילתו
ושם אותו לאורה
שנת ש'ט ש'ט ש'בט עלה
בסופו ונפשו בצרור חיים
צרורה.

Iſte

Iſte lapis in pariete exclamat
Et ingemiſcit omni viatori
Super hoc ſepulcro
Super Raban, qui captus fuit
Et adſcendit ad cœlum
Elias in turbine,
Hic ille fuit, qui illuſtravit
Grammaticam ab obſcuritate ſua,
Et poſuit eam in lucem
Anno 309. adſcendit
Ad finem ſuum, & anima ejus in faſciculo vitæ colligata ſit.

Epitaphium R. Immanuel Franſes, qui præter carmina, multos ſcripſit libros nondum editos, ſc. מחק שפתי ,וכוח בין יצ, & חבל חבלים צבי מודה הטוב והרע contra Schabtai Zevi.

עובר עמוד נה פה מעט מזער
וקרא כתבי זה בעירני
דע כי במחשבתי בבחרותי
כמעט עלי עבים אשי קיני
לא פסקו מפי וכנורי
שירי ורינתי וכיגוני
אבל לאבל נהפך כל
הקול וכינורי בכיוני
כי יד זמני היתה עלי
פתאום כעפר עיללה קרני
רעי מתי סודי עזבוני
אחי קרובי רחקו מני
בני יצאוני ואמותם
ואלכה שכול ואלמוני
רבו שנותי אף תלאתו
רבו מאד מהם יעצבוני
יהיו לכפרת עונותי
מותי לסתר לי ומנני
לאל ענותי ועלה כי לא
בזה ולא שקץ ענות עני

Viator conſiſte, quæſo, parumper
Et lege ſcripturam hanc meam in meo ſigno.
Scito quod in cogitatione mea in juventute mea
Quaſi ſuper nubes poſui nidum meum.
Non ceſſarunt ab ore meo & citharæ meæ
Cantica mea, & cantus & carmina mea:
At in luctum & vanitatem converſa ſunt omnia;
Cantus, & cytharæ in luctum, & lamentum;
Quoniam vis temporis mei fuit ſuper me;
Momento in pulvere involutum eſt decus meum;
Proximi mei, gentes arcani mei dereliquerunt me
Fratres mei, proximi mei receſſerunt a me,
Filii mei egreſſi ſunt a me, & eorum matres:
Et inceſſi expliatus, & viduus;
Multiplicati ſunt anni mei, atque etiam infirmitates meæ
Multiplicatæ ſunt magis, quam illi; & dolores mei
Sint in expiationem ſcelerum meorum;
Mors mea ad latibulum mihi, & ad tutamen meum.
Ad Deum afflictio mea adſcendat quoniam non
Spernit, neque abominatur afflictionem pauperis.

Epitaphium R. Mose Basula, conscriptum a R. *Jehuda Arie* Mutinensi ejus discipulo, ea arte compositum, ut & Hebraica & Italica iisdem literis legi possit, & utrimque commodum sensum exhibeat.

קינה שמור אוי מה כפס אוצר בו
כל טוב עולם כוסי אור דין אל צלך
משה מורי משה יקר דכר בו
שם חושוה און יום כיפור הוא זה לו
כלה מוטב ימי שן צרי אשר בו
ציון זה מות רע אין כאן ירפה לו
ספינה בים קל צל עוכר ימינו
הלום ירבא שבי ושי שמנו

Lamentum custodi, væ mihi, quasi manus thesauri in eo
Omne bonum mundi; pars mea judicii ad umbram ejus
Mose præceptor meus, Mose pretiosus; verbum in eo
Posuit lex eruditionis; dies expiationis fuit iste illi;
Absumsit optimum dierum meorum dens afflictoris; in illo
Fuit hoc signum; mors mala; non est hic medela illi.
Navis in mari velox; umbra transilit dies nostros
Huc adducitur quasi munus pinguedo nostra.

Obscurissima inscriptio, ex qua nullus sensus percipi potest.

Illud Jehuda ipse punctis ibidem instruxit, ut Italicas voces phrasesque referat, hoc modo.

קי נאשי מור אואימי קי פאסו אצירבו
קו לטו ויין לאום קוסי אורדינה לציי לו
מוסי מורי מוסי גייה קאר די וירבו
סאנטו סיאה אוניי אום קון פורו זילו
קי אלא מיטה נייה מאי סינצה ריסירבו
סי גיונגיו מה וידראן אין קאנגייאר פילו
סי פיני אביאמ קי אל ציילו וירו אמינו
וה לומי זה סי ויוי אסאי סי מינו

Chi nasce muor; oime che passo acerbo!
Colto vien l'huom, così ordin'il cielo.
Mose morì, Mose già car de verbo:
Santo sia ogn'huom, con puro zelo.
Ch'alla meta già mai senza riserbo
Si giunge, ma vedran in cangiar pelo,
Se fin habbiam, che al cielo vero, ameno
Và l'huomo, va, se viva assai, se meno.

Qui nascitur, moritur, (væ mihi) quam passus acerbus!
Arripitur homo, sic statuit cœlum
Moses mortuus est, Moses charus eloquio;
Sanctus sit omnis homo cum puro zelo
Nam ad metam, haud quicquam reservans
Pervenit homo; at videbunt in pili mutatione
Si finem habeamus; quoniam ad cœlum verum, amænum
Vadit homo, sive vivat multum, sive parum.

Epitaphium R. Eliakim filii R. Josephi inventum a *Theodoro Zwingero* anno 1545. in cœnobio S. Claræ Basilææ, & memoratur a celeb. *Joh. Buxtorfio* in suo Lexico Talmudico pag. 971.

והאבן הזאת
אשר שמתי
מצבה לראש
הזקן ר׳ אליקים ב״
יוסף ונקבר בחול
של פסח יו׳
ה׳ צ׳ ה׳ לק׳ מנוח׳
ב׳ ג׳ עדן עם שאר
צדקי ע׳ א׳ א׳ א׳ ס׳

Et Lapis hic est,
Quem posui
Statuam capiti
Senis R. Eliakim filii
Joseph, & sepultus est die profesto
Solennitatis Paschatis, die
Quinta, anno 95. juxta supputationem minorem; requies ejus
In horto Eden cum reliquis
Justis æternitatis; Amen, amen, amen; Selah.

Aliter hoc Epitaphium exhibetur a clar. Viro *Johan. Faes* ad *Gyraldum* pag. m. 170.

האבן הצארת
אשר שמתי מצבה לראש הזקן
ר׳ אליקים
בר יוסף
ויקבר בחול המועד של
פסח יום ה׳ צ׳ ה׳ לפרס ק׳
מנוחו בגן עדן עם שאר
צדקי עולם
א׳ א׳ א׳ ס׳

Lapis hic est
Quem posui statuam capiti senis
R. Eliakim
Filii R. Joseph
Et sepultus est in die profesto solennitatis
Paschatis, die quinta; anno 95. juxta supputationem minorem
Requies ejus in horto Eden, cum reliquis
Justis æternitatis.
Amen, Amen, Amen; Selah.

Alterum Epitaphium mulieris cujusdam Rebeccæ nobis exhibetur a Clariss. *Buxtorfio* l. c.

זארת המצבה
אשר חוצב לראש החשובה
החסידה התמימה
מ׳ רבקה
בת ה״ק ר׳ שמואל הלוי
שנפטרת בשם טוב ביום ז׳ ל״ח
טבת בשנת ק״לה לפ״ק
נשמתה תהא צרורה בגן עדן
א׳ א׳ א׳ סלה

Hæc eſt ſtatua
Quæ inciſa eſt præſtantiſſimæ
Et pientiſſimæ, & integerrimæ
D. Rebeccæ
Filiæ S. R. Samuelis Levi
Quæ mortua eſt fama bona die ſeptima menſis
Thebeth, anno 135. juxta ſupputationem minorem
Anima ejus ſit colligata in horto Eden
Amen, Amen, Amen: Selah.

מצבת קבורת ה"רר משה לוי מוייא

Epitaphium R. Moſis Levi Muyah, quod ſibi compoſuit una fere hora ante mortem ſuam, & filio ſuo dictavit.

אני דוד מטפה סרוחה באתי
לחיי עולם זה מקום הרשע
ואם לפעמים אוי לאל חטאתי
הלא אל רחום היא יכפר פשע
ובשעה מתי באמת מצאתי
בניעם מקום זה לנופי ישע
ובוטח רוחי בצור קונתו
ויראני אותו וארח ינהו

Ego, Amice, ex gutta putrida veni
Ad vitam mundi hujus, locum iniquitatis,
Si aliquando, væ, in Deum peccavi,
Jam Deus miſericors ipſe expiet ſcelus,
Et in hora mortis meæ, in veritate inveni
In jucunditate locum iſtum corpori meo ſalutem.
Et confidit ſpiritus meus in formatore, qui ipſum conflavit
Et mihi faciet videre ſe ipſum, & habitaculum ſuum.

Excerpta ex Marmoribus Arundellianis pag. 311.

I.
ואר̇ץ ע . . . .
הקרושה . . . .
אברה ם ט . . . . . .
שנחעאתנ . . . . . .

II.
ואהמי . . . . . .
החט . . . .
שמי . . . .

Hæc Hebraicarum Inſcriptionum fragmenta quæ diruta ante annis 47. ad refectionem, porta Londini boreali *Albers gate* dicta, in veteris ſtructuræ ſaxis ſingulatim reperta ſunt, tranſcripſit *Seldenus*, & in libro ſuo de marmoribus Arundellianis edidit cum notis, quæ ſequuntur.

Hebraica ſaxa non adjecimus perinde ac ſi tanti viſa fuerint, quæ ſuperſunt vocabula pretii, ut inde locum hic juſte mererentur. Et breviuſcula erant & nonciſa, etiam dum integra extabant, nec magni omnino momenti, ad hunc modum lacunoſa minimi ſunt. Unum & alterum vocabulum, quod *terram Sanctam*, & *Abrahamum* indicat, in primo legimus, ſed in ſingulis non tam ſenſum aliquem, quam vocabula duntaxat paucula, aut potius elementa, ſatis etiam interdum incerta, reſtare, inter eſcribendum, comperiebamus. Verumtamen quoniam rariſſima ſunt ejuſmodi ſaxa, & interea non ſemel cenſita fuere, quæ utcunque leviſſimi forſan pretii; eorum nihilominus, qui accuratius bonis ſtudiis incumbunt, deſiderium impenſe irritare ſolent, ut qualianam ea demum fuerint, ſigillatim ſatis cognoſcant, ideo viſum eſt ea libri noſtri partem facere. Ex dirutis Judæorum ſynagogis, & monumentis eorum popularibus ad veterem portæ inſtaurationem, proculdubio olim transferebantur. Et ſive Synagogarum parietibus,

bus, ſive mortuornm tumulis primo conceptæ ſunt inſcriptiones, quæ a lapicidis arctiores commiſſuras molientibus, ut vides, mutilatæ. Sub Elizabetha item glorioſiſſimæ memoriæ regina, cum anno 1586. reficiebatur porta Londini occidentalis *Ludgate* dicta, reperta eſt in veteris ſtructuræ ſaxis inſcriptio hujuſmodi .הוא מצבה ה׳ר משה בן ה׳ר ככר יצחק *Hic tumulus eſt R. Moſis filii Rabbi illuſtris Iſaac*. Ita enim legenda & intelligenda eſt inſcriptio illa depravatiſſima typis non ſemel edita in *Job. Stowæi* notitia Londini Anglica, ubi nullo ſenſu exaratum habemus הך מצבהך כך הרכן פצהת; Et verſio latina, quæ adjicitur, item reprehendenda: *Hæc eſt ſtatio Rabbi Moſis filii inſignis R. Iſaac*; quod de ædibus ibi intelligitur, ac ſi ædium R. Moſis fronti pro titulo adſcripta fuiſſet. Dubium mihi non videtur ſaxum fuiſſe ſepulcrale. Sepulcrum aut tumulum מצבה vocabant Judæi, quod in Hebraicis Epitaphiis alibi etiam occurrit. Et frequentiſſimos fuiſſe olim Londini cippos Judæorum ſepulcrales veriſſimillimum eſt. Nam ante annum Salutis reparatæ 1177. ſeu Henrici regis II. 23. Judæum alibi ſepeliri non licuit. *Rogerus Hovidenius*: *Eodem anno* (inquit) *Dominus Rex pater dedit licentiam Judæis terræ ſuæ habendi cœmiterium in qualibet civitate Angliæ extra muros civitatum ubi poſſent rationabiliter, & in competenti loco emere ad ſepeliendum mortuos ſuos: Prius enim omnes Judæi mortui Londinum ferebantur ſepeliendi &c.*

Græca & Latina quædam addam a Clar. Viro *Sigefrido Bayero* in lucubrationibus p. 20. allata.

ΕΝΘΑΔΕ
ΚΕΙΤΕ ΙΟΥ
ΛΙΑΝΟΣ ΙΕΡΕΥΣ
ΑΡΧΩΝ ΚΛΑ....
ΑΓΡΙΠΠΗΣΙΩΝ ΥΙΟΣ
ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ
ΑΡΧΙΣΥΝΑΓΩΓΟΥ

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΕ ΖΩΣΙΜΟΣ
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΣΥΝΑΓΩΓΗΣ
ΑΓΡΙΠΠΗΣΙΩΝ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΚΟΙΜΗ
ΣΙΣ ΑΥΤΟΥ.... ΕΚΙΘΕ ΔΕ
ΚΕΙΤΕ ΕΥΛΛΙΣ ΑΡΡΩΝ ΕΤΩΝ
Ε.......

Utramque hoc modo deſcripſit *Sponius*, Romæ inventam; poſteriorem ex *Piccarti* ſchedis mutilam admodum ediderat *Reineſius*. Interpretationem difficiliorum vocum cum emendatione nonnullarum *Bayerus* in ſequentibus ſuppeditat. Iſte V. C. in priori κεῖτε ſcriptum eſt pro κεῖται pro ΚΛΑ legendum ipſi videtur ΚΛΑΥΔΙΑΣ i. e. *Claudiæ*, a qua Synagoga hæc cognomen acceperit, cum ab Herode Agrippa, aut majore aut altero eſſet inſtituta. In altera ἐκιθε ſcriptum eſt pro ἐκεῖθεν. Ευλλις poſitum videtur pro Ηλίας, unde *Reineſius* exhibet ΗΕΥΛΛΙΣ ſicut ἀῤῥων Aaronem quendam denotat. Ita interpretari conati ſumus.

Hic

Hic
Jacet Ju-
lianus Sacerdos
Præses *Claudiæ Synagogæ*
Aggrippiſæorum, filius
Juliani
Archiſynagogi.

Hic jacet Zoſimus
Per vitam Synagogæ
Aggrippiſæorum præſes, in pace requi-
es ipſius . . . . Hinc vero
Jacet Ellæ *Synagogæ præſes* Aaron; annorum
E . . . .

Idem pag. 15. exhibet ſequentem Latinam.

BETVRIA PAV
LLA F . DOMI
HETERNE . QVOS
TITVTA . QVE BI
XIT . AN . LXXXVI . MENSES VI.
PROSELYTA AN. XVI.
NOMINE . SARA . MATER
SYNAGOGARVM . CAMPI
ET BOLVMNI
EN IREANE . AI . KYMYSIS AV.

Dabo alteram Latinam Petri Vignalii, ſeu Vineales Rhedoneſis Judæi converſi, Linguæ Hebraicæ Pariſiis Profeſſoris Regii.

D. O. M.
Pet. Vineali Rhedoni Linguæ Primitivæ annos
plus L. Profeſſori Regio, egregio, aſſiduo
facili diſerto, jucundo, efficaci, Homini ſancta
illa in paupertate liberaliſſimo, aperto egentibus,
benigno ſuis, invictæ ab omni difficultate boni-
tatis, ac patientiæ ſeni; Chriſtiano ſemper celibi,
Ordo Regiorum Profeſſorum
Decano M . L . M . P.
Anno Regis Æterni CIↃIↃↃ . XL. Kal. VI. bris.
Sic Vinealis vixit, & centum integer
Exceſſit annos ſobrie, jucundius
Quam vita fert, caſteque. Sic vitam rege,
Qui ſemper optas vivere, & breve hoc diu.

Addam

Addam coronidis gratia carmen lugubre & morale habitum in ſepulchreto Mantuano.

תוך גן נעימות תענוגי ארץ	In medio horti jucunditatum, & deliciarum
ישתעשעו אישים ולא יבינו כיחיש קל מהרה ינואם קרץ כי עוד מעט קט בשאול ילינו.	Deliciantur viri, & non intelligunt, Quod velociter & celeriter adveniet excidium, Quod paulo poſt in foſſa pernoctabunt.
אכן בבואם פה מקום מרזח ישתוממו אף יחרדו ספחד מר יבכיון כלם בקול צורח קצין ורש עשיר ואביון יחד.	Verum venientes huc in locum mœſtitiæ Obſtupeſcent, expaveſcent, atque etiam horrebunt horrore, Amare lugebunt omnes voce clamoris Princeps, dominus, dives, & pauper ſimul
אמנם בצאתם חוץ לדרכם שבו נשכח ונס יגון בכי ואבל לא עוד ליום עברה ואיד חשבו וילכו אחרי ההבל ויהבלו.	Verum egredientes foras, ad vias ſuas revertuntur, Obliviſcuntur, & fugit mœſtitia, luctus, & fletus, Non amplius ad diem iræ, & excidii cogitant, Et incedunt poſt vanitatem, & inſaniunt.
אל תעשו כזאת ואל תחבלו אל לבכם תמיד תנונא תנו יום אחרון יום קץ והתחלחלו כי על אדמה הם כצל ימינו.	Ne faciatis ſicut iſti, neque corrumpamini In cordibus veſtris, jugiter ſtatuendo ſtatuite Diem noviſſimum, diem ultimum, & commoveamini, Quoniam ſuper terra ſunt ſicut umbra dies noſtri.
אדם ילוד אשה ראה ביתך דע כי הלום אחרית כל גבר מה לך להשתרר בגאותך אם סופך לבזא בנקרת קבר.	Homo natus mulieris conſidera domum tuam; Scito hunc eſſe finem omnis hominis. Quid tibi prodeſt, ut domineris in ſuperbia? Si finis tuus erit, ut venias in cavernam ſepulcri.
יום אחרי יום רץ מרוצת נשר קלו וגם כלו ימי חיינו כל איש מהרה חיש ידלג גשר חבל ולא ישוב בחברתנו.	Dies poſt diem currit juxta curſum aquilæ. Veloces ſunt, atque etiam abſumuntur dies vitæ noſtræ Omnis homo celeritur feſtinat, tranſilit pontem Univerſi, at non revertitur ad ſocietatem noſtram.
אדם כעוף יעוף וישא אבר חשוב תשורנו והנה אין היום בבאן מחר והוא בקבר חלף והלך לו כהרף עין.	Homo inſtar volucris volat, & extollit volatum, Me converto, ut eum reſpiciam & non eſt amplius, Hodie hic, cras in ſepulcro Immutatur, & abit in ictu oculi.

Si

Hebrew	Latin
אם יעלה שיאך אלי שמים תגברה מאד על כל בניגילך	Si adſcendat ſublimitas tua ad cœlos, Te extolles valde ſuper omnes tui ſimiles,
בינה ושמעה זאת מלא חפנים	Conſidera & audi hanc plenitudinem manuum
רקב תהי סוף מנת חכלך.	Putredinem, finem partis corruptionis tuæ
הן עודך איך חי בך נמצאו	Ecce dum eras vivus, in te inveniebantur
יופי והדר רב ואור זרות	Pulchritudo, & decus magnum, & lux ſplendens;
אכן במותך ממך יצאו רק קיא וחלאה בך ועור סרוח.	Verum in morte tua, abs te abierunt, Tantummodo vomitus, pulvis in te, & præterea putredo.
לכן עצתי קח בעוד בך רוח	Idcirco conſilium meum ſume, dum in te eſt ſpiritus,
עורה ואל תישן זכור סופך	Expergiſcere, noli dormire, memento finis tui,
זכרה ואל תשכח כתוב על לוח	Recordare, & noli oblivisci, ſcribe ſuper tabula
פן תהלוך פתאום בלא עתך.	Ne abeas momento præter horam tuam
כל עת זכל שעה ואף כל רגע	Omni hora, omni puncto, atque etiam omni momento
תורה ומצות תאסוף עדיך תישן בשלום אזבלי פגע עד בא מבשר טוב ויקיצך.	Legem, & præcepta colliges tecum, Dormies in pace tua ſine occurſu, Donec veniat annunciator bonus, & expergefaciat te.
אם טהרת הגוף אשר הוא רפש טובה לפניו גם נקיות חמר	Si puritas corporis, quod eſt cœnum Bona eſt coram illo, atque etiam purificatio luti,
צא נא בני ולמד בקל וחומר	Egredere, quæſo, fili mi, & addiſce argumento a minori ad majus
מה טוב לפניו טהרת הנפש.	Quam melior erit coram illo puritas animæ?
להצריק אל בני הואל בתם לבב ובקרושה ומה יצרק אנוש עם אל ומה יזכה ילוד אשה.	Ut juſtifices Deum, tibi fili complaceas In integritate cordis, & in ſanctitate; Quis juſtificabit hominem cum Deo? Quid merebitur natus mulieris?